Digitized by Google

XV.
F.
21.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
F
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTROVERSARVM IVRIS VTRIVSQVE RESPONSIONVM IN FORO CAVSARVM,

Eccleſiaſtico præſertim, Diſcuſſarum, & ad Pias Cauſas,

TVM ETIAM BENEFICIALES, Penſionum, Matrimoniales, Iuriſdictionales, Spoliorum, ac Criminales;

PARS QVARTA.

ADIECTIS AD CALCEM EARVM DECISIONIBVS;

In quibus ex vtriuſque Iuris Fontibus, atque ex Sacra Scriptura, & Patribus, ac etiam ex Sacra Theologia, inconcuſſisq; rationibus, placido cuncta digeſta ſunt artificio.

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS, TVM AVDIENDIS CONFESSIONIBVS prepoſitis, non iniucundum, nec ineptum, quin magis apprimè vtile, ac neceſſarium Opus.

PER

CAROLVM MARANTAM

V. I. D. COMITEM PALATINVM,

AC SANCTI OFFICII SANCTISSIMAE GENERALIS, & vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in hoc Regno.

ETIAM MANDATO SANCTISSIMI DOMINI VRBANI PAPAE VIII. ordinarium Conſultorem, olim cauſarum Patronum.

EPISCOPVM IVVENACENSEM, REGIVM CONSILIARIVM.

Adiectis duobus Indicibus, Argumentorum vno, Rerum omnium altero copioſiſſimis.

CVM PRIVILEGIO REGIO.



NEAPOLI, Typis Iacobi Gaſſari. M.DC.XLVI.

EXPENSIS IO: DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

MARIAE VIRGINI
DEIPARAE,
COELI, TERRÆQVE
IMPERATRICI.

CAROLVS MARANTA V. I. D. EPISCOPVS IVVENACEN.
Humillimus, Deditiſſimuſquè Seruus.

QVI depoſitum accepere, reſtituere eos oportet, nec retinere poſſunt, ni furto obnoxios ſe reddere voluerint. Ingenioli mei depoſitum, quod ab Omnipotenti Deo, tua interceſsione accepi, (Beatiſsima Imperatrix Maria Virgo Deipara) reddere me nunc neceſſe eſt. Ad te itàq; refero; vt tu Vnigenito tuo IESV Dei Verbo, in tuis puriſsimis viſceribus homini ſine ſemine facto, Quartam hanc mearum Reſponſionum Partem, reddas. Quod accepi reddo. Sudario non inuolui talentum. Si quid ſuperlucratus ſum, tua factum eſt pietate, protectione, auxilio. Accipe igitur cum vſuris, quod tuum eſt. Si ti- Matth. 25.

bi non

bi non dicarem, non referrem, non ſacrarem, furti vtiq; iam manifeſti arguerer,quod alienum eſt retinere parans. Deindè,quòd,cùm aliàs antecedentes Partes tibi ſacrarim,deuouerim,addixerim: omnis exigebat ratio, vt hanc quoquè Quartam Partem tibi deuouerem. Accedit quod ingratitudinis non mediocri vitio notarer, ſi quod à te accepi,tuaquè protectione, tibi non referrem. Refero itàquè, & ad te deuoluo, quod tuum eſt, iureq. proprio tibi debetur. Accipe igitur (Pijſsima) tuoq. Vnigenito redona,vt ipſe per te me recipiat, qui in tuo vtero factus homo,me redemit.

EMINENTISSIMO,
AC REVERENDISSIMO DOMINO
HIERONYMO
COLVMNAE
S. R. E. CARDINALI.
ARCHIEPISCOPO BONONIEN.
Domino ſuo Colendiſſimo.

CAROLVS MARANTA V. I. D. EPISCOPVS IVVENACEN.
Salutem plurimam dicit, Neſtorioſquè annos.

IN vaſta illa ſolitudine,(Eminentiſs. Princeps) qua, quadraginta annorum ſpatio, Populus ille Hebræorum quondam incredulus,durẹquè ceruicis,ambulauit,nè vſquequaq; aberraret, ducem Columnam habuit; diù quidèm, nè Solis vreretur æſtu,per Columnam nubis: Noctù verò,nè in tenebris,quò progrederetur ignoraret,per Columnam ignis. *Dominus autèm præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in Columna nubis, & per noctem in Columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. Nunquàm defuit Columna nubis per diem, nec Columna ignis per noctem,coràm Populo.* Sacer loquitur textus. Non ab re igitur, nec ſine prudenti conſilio me feciſſe videbor, ſi opus hoc (Quartam videlicet,Reſponſionum mearum Partem)ſolitudinem hanc vaſtiſſimam totius Orbis,peregraturum,ſub Columnæ tuæ indicio,protectioneq;ad oſtendendā ei viam,diu, noctuq; abire fecero. Diù, nè ardeat; noctù nè aberret. Arderet quippè diù,ni Columnæ tuæ Vmbra protegeret illud. An Exod. 13. 21.

non arderet inuidorum æſtu? Eſt enim virtutis inuidia per-
petua inſectatrix. Aberraret noctù ni Columnæ huius fulgo-
re viam cerneret. Quis enim non aberret in tenebis ambu-
Ioan.12. 35. lans? Chriſti vox eſt: *Qui ambulat in tenebris, neſcit, quò va-
dat.* Dux itàq; vt eſſes itineris vtroq; tempore, ad Columnam
tuam accedere me oportuit. Et quidèm non defuere, qui
vnam fuiſſe Columnam illam voluere, quæ duplici funge-
batur officio. Nocte ſanè vt luceret, obumbraret die. Obum-
braret, nè calore æſtuaret nimio Populus electus. Luceret, nè
in tenebris aberraret. Nec calore æſtuabit inuidorum, nec
in tenebris aberrabit ignorantię opus hoc exiguum, & inex-
pertum, tuo ſub Sacro Nomine, tua ſub firmiſſima Columna.
Quis equidèm ſacrum illud nomen tuum, (HIERONYME
PRINCEPS) non verebitur, non reuerebitur, non obſtupe-
ſcet, non admirabitur? Columnam illam firmiſſimam, quis
Iob.9.6. concutiet? Cæli miſtici, Eccleſiæ Militantis, Columna eſt.
Nullus itàq; concutiet eam. An non ſtabilis, benèq; funda-
ta, ac firma Columna hæc fortitudinis, ac prudentiæ ſtat ſi-
gnum? Et quidèm. An virtutum tuarum panegerim inſtitui-
mus? Non vtiquè. Et quòd nullus ſit, qui non eas miretur,
non admiretur, non nouerit. Et quòd, (quæ tua eſt modeſtia)
non hoc amas. Eſſe, non apparere, curas. In tua conſcientia,
in ſecreto animę tuæ Virtutes foues, colis, nutris. Ipſę autèm
ſe produnt: ipſæ benefactorum exemplo ſe oſtentant, mani-
feſtant, extrà exeunt, odorem longè, latèq; emittunt, ſpar-
2. ad Corinth. 2. 15. gunt. Bonus odor Chriſti factus es Deo in omni loco, Apo-
ſtolum imitatus. Et quòd non is ſim, qui virtutum tuarum
encomia celebrare valeam. Aberraret Demoſtenes, aberraret
Cicero. Nunquid Anſer inter olores? Et quis deniq; eſt, qui
(inter cęteras) tuam non admiretur, non nouerit, non ſentiat
benignitatem, comitatem, vrbanitatem? Vel non viuit, vel
mortuo ſimilis habetur. Hanc ego pluribus expertus indicijs,
argumentiſq; facere haud potui, quin animi ergà te mei grati
cauſa, hoc tibi non dicarem opus, ſacrarem, deuouerem. Præ-
terquàm quòd, decimusquartus ſupra centenſimum iàm agi-
tur annus, quo Robertus Maranta Proauus meus Eminentiſs.
tunc Principi Pompeio Columnæ S.R.E. Cardinali, ac Vice-
cancellario, & in Regno Siciliæ Gubernacula tenenti Quæ-
ſtiones ſuas, quas prælo pręſſit, dicauit, deuouit, ſacrauit. Pro-
ſequor itàq; meam cum tua familia, cum tua (dicam) Colum-

na addictionem, deditionem, famulatum, ſeruitutem, non incipio. Hęreditario iure debeo, non de recenti offero. Accedit mea cum Excellentiſſimo Magno Regni Comeſtabile Principe Patre tuo, addicta ſeruitus. Tua itàq; erit humanitas, tua quàm maxima Benignitas (HIERONYME PRINCEPS Magnanime) ſi munus hoc (quale quale illud ſit) ex animi quantitate, aſpexeris, acceperis, perpenderis. Quod darem, quod offerrem, non aliud habui. Ingenioli mei cogitatus obtuli. Pecuniarum theſauros, quorum non indiges, fures effodiunt, & furantur. Animæ opes in æternum permanent. Matth. 6. 19. Libentiſſimè Deos animo delectari, voluere antiquiſſimi illi Magnæ Gręcię Sapientes. Deus ipſe Omnipotens animum in datis reſpicit, ſuſcipit, acceptat. Hanc ob cauſam, viduam illam pauperculam, quę æra minuta duo in Gazophilacium miſit, pluſquàm omnes diuites miſiſſe Dominus Ieſus Redemptor, ac Magiſter noſter oſtendit. *Nàm omnes hi* (diuites videlicèt inquiens) *ex abundanti ſibi miſerunt, in munera Dei: hac autèm ex eo, quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit.* Luc. 21. 4. Voluntatem igitur lubentiſſimam in paupercula vidua reſpexit Deus. Nàm (Ouidium quæſo audias.) lib. 3. de Ponto.

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.
Hac ego contentos auguror eſſe Deos.
Hæc facit, vt veniat pauper quoq; gratus ad aras,
Et placeat cæſo non minus agna boue.

Totum itàq; quod habui, obtuli, munus quàmuis exiguum. Voluntatem tamen reſpice, & magnum erit. Vale.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO, AC SAPIENTISSIMO PRAESVLI

CAROLO MARANTÆ

Nè ſuos iactet Bellona CAROLOS, quòd vltrà
Rhenum, & Albim, ac penitiſſimos hominum
Chinos, & Patagones
Porrexerint imperium.
Habet etiam ſuum, in quo ſibi plaudat CAROLVM Pallas.
CAROLVS MARANTA is eſt.
Aſtreæ ocellus ille, ſcientiæ legalis oraculum,
Palladis Capitolium, Inſularum omnium
Honeſtamentum.
Sęculi deniquè tàm munimentum, quàm
Ornamentum ſui.
Cuius legales CONTROVERSIAS obſtetricante gloria.
In lucem editas iàm vltrà Balthicum mare,
Et Pacificum Oceanum celerrimo volatu laxatis vndiq; pennis fama circumuehit
Erexit omnes ad tantum nomen inſulas mare,
Et è ſuis etiam buſtis viſi ſunt Legumlatorum
Cineres exilire.
Sed qui plauſus Paleſtinam omnem peruaſit,
Cum tuarum laudum per nemora illa odorata, per
Thurris, & Balſami ſyluas COLVMNA duce
Encomiaſten ageret Fama
Quàm meritò.
Quippè COLVMNAM habuit anteſignanam
Hebręorum Logotheta Moſes.
Igitur aliam ſequi ducem COLVMNAM CAROLI
Debuerant CONTROVERSIAE.
Magnis igitur auſpicijs CAROLI nititur
Fama.
Si enim Diuinæ ſapientiæ baſes inter COLVMNIA
Memorantur:
Sunt etiam ſua CAROLO è COLLONNENSI familia
Auguſtiſſima periſtylia.
Si in legum Oceano ad nauigatibus
Cynoſuræ quæruntur, & Helices,
Sua ſunt etiam illi gentilitij ſtemmatis
Sidera.
Ipſumq; ductum à mari cognomentum
Feliciſſimo præſagio
Huic elogio purpuratum reducet ſiparium,
Vt nata ſcilicet è mari purpura; conchyliatam
Illi ſit clamydem paratura.

Amoris, & Obſequij monimentum P.
D. Didacus Capyci us Latro V.I.D. & Academicus Ocioſus.

IO. PETRI MASSARII
SAC.TH.PROFES.I.V.D.ET APOST.SEDIS PROTH.
ENCOMIVM.
EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO.

D.HIERONYMO S.R.E.CARDIN.COLVMNÆ
BONONIEN. ECCL. ARCHIEP.

Cuius
Lectiſſimæ domus origines ab Annalibus recenſentur,
Generis auguſtiſs.amplitudines concinunt Poetæ,
Vetuſtiſsimi Sanguinis cognationes narrant Hiſtorici,
Litteris,& Characteribus hanc COLVMNAM cæteri iure inſcribunt,
Vt olim filij Seth Columnis duabus, ahenea vna contrà aquæ vim,
Lateritiâ altera contra ignem, diſciplinas ad poſteros tranſmiſerunt.
Nobilior,ac diuturnior hæc COLVMNA,eò quòd plures tranſmiſerit Palemarchos.
Ad lauteas,quàm aliæ familiæ ad ſtipendia.
Plures ad bellicas expeditiones Imperatores,quàm aliæ Duces.
Plures duxerit exercitus,quàm aliæ cohortes,
Plura confecerit bella, quàm aliæ ſuſceperint.
Plures ſibi pepererit victorias, quàm aliæ legerint.
Plures Architalaſſos præfecerit claſſibus, quàm aliæ nauibus Ductores.
Plures dederit Proreges, Prouincijs, & Regnis, quàm aliæ Vrbibus Præfectos.
Olim Roma varias habuit COLVMNAS,ſed periere.
Vna hæc COLVMNA ſemper ſtetit,nec perijt longo ſtatu.
Sperat Orbis Domina ab hac COLVMNA addita ſuis obeliſcis, ceu victoriæ
Hieroglyphica,ſummas glorias,& huic COLVMNAE innixa, ſecuritatis,
Et fortitudinis Orbi futurum ſymbolum.
Sublimis eminet,vt immineat hoſti.
Iactauit ſe olim Roma, quòd licet Cœlites acceperit,tamen Cæſares dederit.
At hæc vna tua COLVMNA vtroſq; præſtiterit, nempè
MARTINVM V. MAX. ECCLES. ROM. PONTIFICEM,
AEGIDIVM COLVMNAM,verè filium Eccleſiæ, factum Parentem
Bituricen. Equitaniæ Primatem, D.Auguſtini Ordinis
Priorem Generalem, innumeros Purpuratos, Aſcanios,
Pompeios,Antonios,deniq; Hieronymos.
Obſtentauit quoquè ſub Auguſtis glorioſos militiæ Tribunos Carolos, Stephanos;
Petros, Agabitos, Iordanos, M.Antonios, Federicum Buteræ Principem,
Strenuum Terraconenſium defenſorem, Hiſpani Propugnaculum
Imperij, Proſperum Hieroſolym.Relig. Priorem, ac
Hiſpani Regis militiæ Tribunum.
Deniquè
Te Eminent.HIERONYMVM Card. & Bon.Eccl. Arch. qui vnum pro decem millibus computaris.Datus enim videris à Deo inſipientibus in lucem,errantibus in viam,tepidis in ignem,Hæreticis in malleum, infidelibus in remedium,puſillis in ſolatium,Magnatibus in conſilium,Summo Pontifici Romano in auxilium.
Mundo deniquè in gloriam.
Bellicoſa Heroum ſtirpe prognatus, pugnaſti victor,ſed nouo genere pugnandi, quia in errores agens perpetuò tibi hoſtes, iuſtitiæ ſtrinxiſti gladium,Oſtro indutus,ſtrictus lituum ſupra Bonon.Eccleſ.

Vbi

Vbi ſubditos ità regebas, vt eos afficeres, nõ inficeres, comiter vincires, nõ durè ſolueres.
In flagitia ſæuiebas, non in homines, inexoratum te præbebas ſceleri,
Adeò facinoroſos exterruiſti, vt non eſſent, qui punirentur, Midæq; tempora repetens,
Ferreos hominum mores in aureos commutaſti, contra improborum audaciam,
Aemulatus fulminantem Iouem. Sæpè Auorum exerens Adagium.
BENEFACERE, & LAETARI.
Ad hanc ſublimitatem euectus in commune bonum, vt proſpicias pluribus, quò à pluribus conſpiceris: videri enim, & prodeſſe eximiæ virtutis prærogatiua eſt.
Luce Natalium, luce Purpuræ, luce Tua, luce Religionis Auguſtus iuſto iniuſtos ferro latrones domabis, vitijs Sanctam atrocibus purgabis Vrbem, reuocabis Aſtræam è Cœlo, quò exul è terris euolauit; per Te leges Dei cum pondere vigebunt, & florebit Rom. Eccleſia, Pœnæ formidine deterrebis prauos, & viris dignis digna deferes præmia, & licet inſanę Gentes in prælia coeant, & omnibus Regnis inſit idem furor, inſtar arcis robore pollens ſtabit tua Orbi tutiſſima COLVMNA.
Firmet hoc omen Deus.
Tunc feliciori calamo tua glorioſiſſ. geſta canere licebit;
Interim, Eminent. Princeps, hoc opus ſuſcipe, quod tibi amoris, & gratitudinis pignus mittit Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. CAROLVS MARANTA
Iuuenacen. Epiſcopus, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ
Malleus, & Acerrimus Propugnator.
In cuius pectore
Omnipotens Deus, veluti in Tribunali ſolio præſidens Sanctiones ſuas promulgare, Orbiq; notas facere voluit.
Solium Salomonis eburneum, auroq; veſtitum vile præ iſto eſt. Iſtius enim Paſtoris mens pro ebore puritatis candorem habet, pro auro charitatem, pro Leonibus vigilantiam, & fortitudinem, cuius calculus, Dei calculus eſſe cenſetur, eſtq; vitæ ſanctimonia animatum templum, in quo nõ ſolùm doctrinæ colitur nomen, ſed pax regnat, quæ omnem ſenſum ſuperat, in eius vitæ penſum non è colo, ſed è Cœlo Fides, Spes, Charitas eidẽ fama auſpice, gloria cõniuẽte ipſa etiam plaudẽte inuidia.
Triumphales faſces, faces, falces,
Mars, Amor, Mors tranſmittunt
Et de CAROLI MARANTAE Præſulis triumphis
Triumphante Orbe
Io Pœan concinunt
Vt de ſumma doctrina ſumma triumphet Iuſtitia.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. CAROLO MARANTÆ

IVVENACEN. ECCLESIAE PASTORI, AC I. V. PERITISS.

EPIGRAMMA.

D. IO. PETRI MASSARII APOST. PROTHON.

Inter tot Proceres Sacri, Sanctiq; Senatus
Doctior inſurgit certè MARANTA bonus.
Illuſtrat Doctis præſentia ſæcula chartis,
Et ventura etiam, quæ ſua ſcripta legent.
Hocq; facis nulli parcens, MARANTA, labori
Vtilis arte alijs, vtilis arte tuis.
Hunc igitur, Lector, librum lege, corde reuolue,
Pro CAROLO docto fundito vota Deo.

AD

AD LECTOREM

BENEVOLVM, ET AMICVM.

TERTIVS iàm agitur annus (Amice, Beneuoliq; animi Lector) cùm Tertiam Reſponſionum noſtrarum Partem donauimus tibi. Addimus nunc Quartam, centeſimam Reſponſionem implentem. Si boni conſulueris, commodum indè percipies; vel ſaltim, vt meliora præſtes. Si amicè leges, percipies; ſin autèm Zoilus acceſſeris, Metaphyſica dices, non Iuris Conſultorum. An quia barbaricè non loquimur, à Iuriſperitorum regulis aberramus? Et Iuris ipſi Conſulti Tribonini, Pomponij, Pauli, Alphenij, Iuliani, Marcelli, Caij, alijq; ſexcenti, non nè latinè ipſi loquuti fuere? Perpende eorum dicendi modos; inuenies vtiq; nedùm latinè, ſed eloquentèr, ſed philoſophicè, ſed eruditè loquutos. Attende artes in eorum dictis, & inuenies, neq; acris ingenij induſtriam aſpernaberis. Si verò neq; artibus addictus, neq; Rethorices peritus, neq; Philoſophiæ principijs ſaltim excultus, neq; Theologia regulis firmatus; ignoſce, ſi minus arrident, neq; probantur, quæ non noſti. Intellectus defectus eſt; ni voluntatis quoq; defectum adieceris. Si ſolùm vt carpas ad legendum acceſſeris; vide nè Triclinij Structori ſimilis fias, qui cùm ad menſam accumbentibus carnes diuiſerit, oſſa tantummodò apud eum remanent. Neq; enim carpenda ingenij acris induſtria eſt, quod à communi dicendi vſu deflectat. Propoſitiones expende, ſi ex Iure Conſultorum viſceribus, Sacrorumq; Canonum arcanis depromptæ ſiut. Nunquid nè vnus dicendi modus eſt omnibus? & terra vnius labij adhùc eſt, vt olim, & ſermonum eorundem? Non nè ſexcenti tropi, ſexcentiq; modi dicendi? An ſolus Cicero, ſoluſq; Demoſtenes? Et alij, ornatè, eloquentèrq; declamati fuere quamuis & Ciceronem, & Demoſtenem, alioſq; probatos imitati fuerint. Inuentiones rerum in exordijs cur aſpernaberis? Cur dicta Poetarum? Cur Philoſophorum argutias? Cur aliorum doctiſſimorum virorum ſententias? Et ipſi Iuris Conſulti Poetarum dictis ſuas confirmauere ſententias, ſua illuſtrauere reſponſa. Apoſtolus ipſe Paulus, non nè ex Poetis ſententiam ſumpſit, vt Cretenſes carperet? Dixit quidam ex illis proprius ipſorum Propheta: (*inquens*) Cretenſes ſemper mendaces malæ beſtiæ, ventres pigri. *Et in Concilio Areopagorum Athenis adductus, ſua doctrinæ, (quam nouam aſſerebant) rationem reddens, de Deo loquens:* In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus, (*inquit*) ſicut, & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt. Ipſius enim genu ſumus. *Si tot Proceres, qui nos præceſſere, Poetarum dictis ſuas confirmauere ſententias; cur nobis vnis non hoc licebit? An quia fari facile ſatis eſt; operari autèm difficile? Vel itàq; operare, vel taceas. Omnem verò diligentiam adhibuimus, vt perpurgatiſſima mendis hæc noſtra prodirent; ſed aſſequi non potuimus. Tua ergò pietatis erit, quæ irrepſere menda, vel expurgare, vel æquo animo ferre, & compati. Homines enim ſumus omnes, fragiles, lutea vaſa portantes.*

Geneſ. 11.1.

Ad Titum. 1. 27.

Actuum 17.27.

APPRO-

APPROBATIONES.

Al Sig. Canonico Giannettaſio

Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

Imprimi poteſt, ſi videbitur Reuerendiſſimo Domino Generali Vicario

Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

M.F. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. S.T. D. Emin. Card. Filamar. Theol. Regiſtr. f. 14.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE

GIO: Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V. E. come tiene da far ſtampare la Quarta Parte delli Reſponſi del Veſcouo di Giouenazzo Carlo Maranta con le Additioni alle trè parti ſtampate. Per tanto la ſupplica di commetere la reuiſione di quelle, acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, & lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnificus V. I. D. Io. Iacobus Annichinus videat, & referat.

Capycius Latro Regens.

Prouiſum per S. E. Neap. die 26. Iunij 1645.

Barrilius.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE

LEGI ex decreto Supremi Senatus Reſponſionum Partem Quartam, ac Additiones, quas ad Volumina eiuſdem tituli iàm edita elaborauit D. Abbas Carolus Maranta Epiſcopus Iuuenacen. Vir eruditione, longoq; Eccleſiaſticarum rerum vſu non vno munere comparato Excellens, cùmq; repererim opus hoc pluribus nominibus commendabile, & neceſſarium; tàm ad implendas voluntates defunctorum, quàm vt Miniſtri Tribunalis, præſertim Fabricæ S. Petri de Vrbe, inſtruantur, & perficiantur in Regno, quod moderaris, non exiguo Reipublicæ commodo eſſe cenſeo, ſi prælo committantur: etiam quia non continent quod Regiæ, quam regit Excellentia tua, aduerſetur, Iuriſdictioni, ſed eam potiùs fouent, atq; tuentur, & ex Reſponſionibus iſtis Fatorum Solatia eruunt, ſi fatemur cum *Lipſio lib. 2. de Cruce*, quòd Solatium Fati eſt voluntas vltrà Fatum. Neap. ex Aedibus noſtris 19. Ianuarij 1646.

Excellentiæ Tuæ

Seruus dedititiſſimus

Io: Iacobus Annichinus.

Vidit D. Benedictus Trelles Reg. Conſil. Delegatus per S. E. pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione Imprimatur.

Zuſia Reg. Sanfelicius Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg.

Digitized by Google

RESPONSIONVM

OMNIVM.

Quæ Parte hac Quarta continentur.

ARGVMENTORVM SYNOPSIS.

I.

ARGVMEMTVM ex ipſo principio patet. Papam videlicet, qui Chriſti Dei Vicarius eſt, vice Deum, iurè nuncupari.

II.

Excommunicatus, qui in mortis articulo bis Sanctam Mariam Virginem, vt ei præſtò eſſet, inclamauit, an pœnitentiæ euidentia ſigna oſtendiſſe videatur, vt abſolui à cenſuris, atquè Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ valeat? atquè plura de Virginis Mariæ deuotione.

III.

Renũciationem à Nouitio factam, forma à Sacro Tridentino Concilio *cap.16. ſeſſ.25.de regularibus* præſcripta, non ſeruata, inualidam eſſe pluribus deducitur. Etquid in Militibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani? Et an quoquè renunciatio ab ingreſſuro facta, eandem formam à Sacro Concilio præſcriptam exquirat? Et quid ſi profeſſio poſt multa tempora expleto probationis anno fiat?

IV.

Minoribus initiatus ordinibus ab vno ex Epiſcopis, vel beneficij, vel domicilij, vel originis, promoueri an poſtmodùm poſſit ab alio, vel originis, vel domicilij, vel beneficij Epiſcopo? ad intellectum *text. in cap. cùm nullus. 3. de temporibus ordinat. in 6.* in quo ſententia *Riccij* reijcitur. Et nùm origo paterna ſufficiat, vt promoueri quis poſſit ad primam etiam Clericalem tonſuram? Et quid ſi beneficium ſimplex fuerit, vel etiam tenue, nequè ad vitam honeſtè ſubſtentandam ſufficiens?

Index Argumentorum.

V.

Beneficia profeſſione emiſſa in Religione ex approbatis vacant ipſo iure. Vndè conferri iure poruerunt; & patronis ius aperitur ad præſentandum, atquè Epiſcopo ad præſentatum inſtituendum. An verò reſtitutio detur profeſſo, eo ob nullitatem profeſſionis detectam abeunte?in difficultatem vocatur. Et an locus ſit Sacri Tridentini Concilij diſpoſitioni *ſeſſ.25. cap.16. de regularibus*. in renunciatione quoquè Beneficij? an verò *tex.in cap. beneficium 4.de regul. in 6.* ſatis accuratè diſcutitur.

VI.

Oblatorum quot ſint ſpecies. Et an Oblatus in forma valida, qui ſe,& ſua omnia Deo, vel Monaſterio obtulit, ab oblatione diſcedere valeat? Et an matrimonium contrahere? Profeſſio Monachi ſcriptura probanda erit. Et quæ eſſentialia Monachatus? pluraquè ad materiam ſatis apta, atquè concinnè.

VII.

Manuteneri debet, qui in poſſeſſione reperitur de tempore motæ litis.Clericus apud laicum Iudicem vocari nullo pacto poteſt; quia omninò incompetens eſt:& priuilegium fori etiam iure Diuino Clericis datur, ſiuè quoàd perſonas,ſiuè quoàd res; vt nequè volentes nuncium eidem mittere valeant. Hæreditas non adita adhùc defuncti perſonam repræſentat, ſecùs poſt aditionē. Hæres verò creditor defuncti, etiam poſt aditam hæreditatem poteſt apud Iudicem inſtare,vt bona ſeparentur,ſibiq. vti creditori ſatisfiat; etiam ſi Clericus fuerit: & tunc hæreditas iacens dicitur,eiq. curator datur. Et quid de decreto dato, cum clauſula (citrà præiudicium,&c.) an tunc Iudex functus officio ſuo dicatur? Et quid ſi Clericus fuerit,an poſtmodùm coràm ſuo Iudice competenre conueniri debeat?plura ad hanc materiam.

VIII.

Renunciari an iure poſſit fideicommiſſo? Et quid nolente teſtatore? Et an omnium vocatorum cōſenſus requiratur? Et quid in fideicommiſſo familiæ relicto? Et quòd renunciatio æquiuoca, non ſuffragatur, neq. generalis, non præcedente ſcientia. Et quid in fideicommiſſo reali?Quodquè fideicommiſſum reale dicatur?Et nùm legatum dotis multiplicationē admittat, vt vtrūq. debeatur? Et quid in legato alimentorum? Diſtinctionis fœdere text. in aduerſum conciliantur.

IX.

Captatoria quæ nàm dicatur voluntas?Et quid captare ſignificet?Et nùm ſi teſtator facultatem alicui fecerit legata, & fideicommiſſa ſuper eius hæreditate rogandi,vti captatoria voluntas annulletur? Et quæ differentia intercedat,ſi in voluntatem, vel in alterius deman detur arbitrium? Et quid piæ cauſæ fauore? ad intellectum *text.in cap.cùm tibi 13.de teſtamentis*. Neapolitana Conſuetudo (*Et ſi teſtator*) diſcutitur. an locum habeat in annuis cenſibus extrà diſtrictum ſitis, Neapoli tamen ſoluendis?latè diſſeritur.

X.

Dotem ſolutam fuiſſe ex quibus præſumatur, ſi ſolutionis inſtrumentum minimè inueniatur? Et quantum oris confeſſioni proprij deferatur? Nùm verò à patre dotata filia, ad legitimæ ſupplementum agere illa valeat, genitore è medio ſublato? Et quanto hæc actio præſcribatur tempore?

XI.

Præbendæ Theologalis collatio ad quem ſpectet? Et quid vigore decreti Sacri Tridentini Concilij *ſeſſion.5.cap.1.de reformat.*? Et an idem in Pœnitentiaria procedat?

XII.

Gratia an expiret morte concedentis, ſi antè ſupremum eius diem coram Executore præſentata non fuerit? Et quid in Executore mixto per clauſulam (*conſtito*) qui cum cauſæ cognitione citata parte procedere debet?

XIII.

Capellanus amouibilis demandatus ad nutum hæredis, ſi hic illum in perpetuum eligat, donec vitali perfruatur aura,an hæredis hæredes mutare illum va-

Digitized by Google

valeant? Et nùm morte voluntas mutata dicatur, an magis illa firma perſeueret? Et nùm hæres iuramento ligetur defuncti, & quomodò? pluraq; non iniucunda ad quæſtionem.

XIV.

Fideicommiſſum in caſu deficientis lineæ rogatum, vel ſi ſine liberis deceſſerit, vno eorum ſine liberis ſublato, vndè nec linea originem vidit, vel altero grauatorum cum liberis decedente, deficit, nec locum ſortirur ampliùs. Et quid ſi non dictum fuerit, vt vna linea ſuccedat alteri, admittetur nè vna, defecta altera? Et nùm extenſio fieri poſſit de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam? Quid verò ſi in actu inter viuos rogatum fideicommiſſum fuerit?

XV.

Legatum Eccleſiæ relictum quatuor centum ex capitali, quod tenet Titius, an taxatiuè, vel verò demonſtratiuè conceptum videatur? Et nùm hæredes teneantur capitali amiſſo, an verò liberentur cedendo actiones? Et quid ſi pro ſacris offerẽdis Deo in ſingulos annos, & legatum eſſe perpetuum teſtator demandarit? Et quid demùm piæ cauſæ fauore, an demõſtratiuè factum videatur? non inutilitèr differitur.

XVI.

Agere nè poterit in ſolidum legatarius pro pio aſſequendo legato aduersùs vnum ex ſcriptis hæredibus: an verò omnes pro hæreditarijs portionibus tenebuntur? Et quid in legato pro miſſis, & anniuerſarijs conſequendis? an in eis hypothecaria competat?

XVII.

Eccleſia ſanguinis humani effuſione polluitur, uel ſeminis. Quid uerò ſi effuſio ioco acciderit, ac conſequentèr caſualitèr? Et quid ſi indè poſtmodùm mors ſubſequuta fuerit? Quiduè ſi factum occultum fuerit, poſtmodum uerò publicum effectum?

XVIII.

Donatio inter uiuos ſemel perfecta irreuocabilis perſeuerat. Et quid ſi in conſtruendum Monaſterium cõferarur pro Patribus Capuccinis, an eo ſolùm reſpectu reuocari potuit, quòd incapaces ſint? In quo uerò hæc eorum incapacitas conſideretur, exponitur. Cuiquè rerum Fratribus Minoribus de Obſeruãtia donatarum dominium acquiratur? Et eorum Eccleſiæ capaces nè ſint legatorum pro diuini cultus uſu? In extruendam Eccleſiam donari, uel relinqui nùm poſſit?

XIX.

Nominatus à Fundatore beneficij etiam per ſolam oppoſirionem, & acceptarionem, atq; inſtanriam inſtiruti, pro præſentato habetur, etiam abſquè alia patronorum præſentatione. Et nùm ſi uocetur Sacerdos de familia, poſſit admitti deſcendens à fœmina de familia? Et domus appellarione quid comprehendatur? Et quomodò deſcendentia probetur?

XX.

Appellatio an detur à ſimplici decreto, quem eſſe inſtituendum, uigore nominationis à Fundatore factę? uel ſi appellatio non formitèr facta fuerit, uel coram Iudice à quo? Et an ab executore diſpoſitionis, uel ſtatuti, uel legis, uel teſtatoris? Et nùm attentata cauſentur?

XXI.

Funerandi ius, ſiuè ſuper cadauere extincti Parochiani orandi, ſi ad aliam contumulandum Eccleſiam deferatur, quã viuens elegit, intrà tamen Parochiæ fines, ad Parochum proprium, an ad Eccleſiæ Presbyteros ſpectet, ad quam defertur, & an pro Parochis iuris ſit aſſiſtentia? Quiduè iuris ipſa aſſiſtentia ſit? Et quid funus curare importet? Satis latè, nec inutilitèr differitur.

Deciſio Sacrę Rotę Romanę coràm R. P. D. Coccino Decano in cauſa Auerſana funeralium.

XXII.

Oculis captus Sacerdos, qui & ſi deambulare valeat, & alia omnia videat, tamen legere non diſcernit; ſi memoria optimè calleat, retineatq. omnia, quæ in miſſa dicenda ſunt, atq. de Beata Maria, & pro defunctis miſſas, permitri ualeat, vt ſacris operetur? Et an ſit irregularis; & cuius iudicio id committatur, vt arbitretur?

XXIII.

Ad beneficium vocati de linea;ſi ſimplicitèr illa appoſita fuerit, etiam ex fœminis progniati admittuntur.Et quid ſi fęmina dotata ſucceſſionibus nunciũ miſerit, an ex illa geniti admitti nihilominùs debeant?Fundationis tenor attendendus, atq; ſeruandus. Patronus ad præſentandum alium admittens, ſibi præiudicat, etiam per vnicam præſentationem, etiam effectum non ſortitam.

XXIV.

Ad interpretationem ſtatuti Religionis Minorum de Obſeruantia. De Capitularibus, qui legitimo ceſſante impedimento, Capitularibus ipſis actibus intereſſe renuerint,qua pęna feriantur, & nùm peccẽt?& an Diffinitores quoq; eo ſtatuto comprehendantur?

XXV.

Alienaſſe an dici potuerit Prælatus, qui columnas Eccleſiæ pretioſæ materiæ, de vno loco intrà eandem Eccleſiam in Capellam à ſe conſtructam tranſtulit, ſuffectis alijs columnis,non ità pretioſis,in tranſlatarum locum? Et an in prohibitionem dederit Pauli II. in *extrauagãti ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienandis?* Multiſquè modis quid alienare ſit,oſtenditur. Et an compenſatio fieri potuit per ſuffectas columnas in tranſlatarum locum? & an compenſatio ſolutionis ſit ſpecies?

XXVI.

Fideiuſſor,qui in ſolidum ſe obſtrinxit,vel de ſoluendo debitum intrà certum ſtatutum tempus, vel de repræſentando debitorem intus carceres, ſi effluxo tẽpore,creditore non interpellante, moriatur, an ad ſoluendum compelli poſſit; vel obſtet ei exceptio, quòd interpellatus non fuerit? Et quid ſi in forma Cameræ Apoſtolicæ,& penes acta Curiæ, atq; in omnem caſum,& pro maiori creditoris ſecuritate, vt debitorem à carcere ſolueret,ſe obligauit?latè diſſeritur.

XXVII.

Ius patronatus certo nominato, ſanguine iuncto, & familiæ relictum; an ità ordinis prærogatiua nominato debeatur,vt poſt eius ſuprema funera,familia vocata cenſeatur? Et ſi admiſſa familia fuerit,an tota pro vna voce,& pro alia nominatus præſentabit?non inutilitèr diſceptatur.

XXVIII.

Matrimonium animi magis, corporis quã connexio facit. Inæqualitas ergò animorum ad diuiſionem argumentum præſtat. Quid ſi ad diuortium proclamarit mulier, ſeq; in parentum domo retineat: viro in Monaſterio ſequeſtrari inſtante,ſi de ſæuitia timeatur, & in Monaſterio ſequeſtrari manderur,illaq; appellet; appellatio teneat; ſitq. in parentum domo remittenda? Ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 10. in princip.* An ab interlocutoria Iudicis, grauamen à diffinitiua irreparabile inferente appellare liceat? An verò grauamen inferre dicatur Iudex, qui in Monaſterio ſequeſtrari mulierẽ dixit, illa in parentum domo morari interim petente? non inutilitèr diſſeritur.

XXIX.

Renunciatio ab ingreſſuro, ingreſſurauè facta ante habitus regularis ſuſceptionem, an ſub diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 25. cap. 16. nulla quoq; renunciatio de regularibus.* comprehendatur?reiecta *Molfeſii* ſententia, qui perperàm palynodiam cecinit. Et nùm ampliſſima renunciatio patris ad fauorem, nulla fratrum memoria facta,fratrum quoq. commodo cedat? pluribus, nec contemnendis rationibus firmatur, Et an Monaſterio officiat, quòd confeſſum renuncianti præſtitit,& ſe curaturum, vt renunciationem profeſſura firmaret,ſpopondit? Et an Monaſterio, vel Monacho ſucceſſio deferatur? Et congrua nè, an de paragio dos dicatur Monialis,quæ ad Monaſterij conſuetudinem,& loci,dotata fuit?

XXX.

Dote genero per patrem ſoluta,obligationes omnes, omneſq. hypothecæ extinguuntur, ac fideiuſſores liberantur. Quòd ſi vir fundum diſtrahat dotalem: matrimonio diſſoluto,iurè ad illum vẽdicandum vxor aget. quaſi ſuper bonis ſuis,non viri. Contra hæredes verò viri pro donatione experietur propter nuptias. Dotis verò hypotheca à die promiſſionis initium ducit:quamuis ſolutio

lutio poſt biennium facta. præcedet proindè donationis propter nuptias promiſſionem.

XXXI.

Irregularitatem an contraxerit Sacerdos, qui alitèr mortem effugere non valens, neq. etiam fuga, aggreſſorem vulnerauit, vndè & mors conſequuta fuit? Et quid ſi modum exceſſerit? Quando verò moderamen inculpatæ tutelæ ſeruaſſe dicatur. Vndè Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.14.cap.7.de reformation.* perpenditur.

XXXII.

Legatum, vel hæredis inſtitutio Eccleſijs facta pro exoneratione conſcientiæ, an pro malè acceptorum reſtiturione (incertis præſertim) facta videatur: vt poſſit proindè Fabrica Sancti Petri ea omnia, quæ relicta fuere, vi ſuorum priuilegiorum, & facultatum vindicare? Et nùm omne pro exoneratione conſciētiæ relictum, pro malè ablatis relictum cenſeatur, an alia poſſit eſſe cauſa, propter quam onerata conſcientia ex pijs relictis exonerari dicatur? Et quid de antidorali obligatione? multa, nec inutilitèr diſcutiuntur, præſertim an in dubio tutiori patti adhærere teneamur?

XXXIII.

In ſpolio, quod Camera defunctis facit, Epiſcopis, ea haud comprehenduntur bona, quæ Epiſcopus antequàm ad Epiſcopatum aſſumeretur, habebat. Et quid ſi Epiſcopus, qui amplum poſſidebat patrimonium, annuos emerit cenſus: an ad Cameram ſpectent? Vt ex fructibus Epiſcopatus eos emiſſe videatur? Ad Cameram ſpectabit probare ex fructibus illos emptos Epiſcopatus. Quid ſi Epiſcopus facultatem habeat teſtandi, etiam ex fructibus Epiſcopatus? Quando Nunciaturæ munus expleuiſſe Nuncius videatur? Et quid ſi ſine culpa eiectus fuit? Conſultores Sancti Officij an in ſeruitio eſſe dicantur Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ?

XXXIV.

Ab inteſtato defuncto proximiores ad ſucceſſionem admittuntur, eiſq. hæreditas defertur. Donatio ex quibus fraudulenta præſumatur? omnium bonorum præſertim, & in extraneos collata à perſona potiſſimùm ſuſpecta. Spurij qui dicantur? Et an ijs per Eccleſiaſticas perſonas donari poſſit? obſiſtente Pij Papæ V. Conſtitutione. Amor furori comparatur. vndè ab Amante facta donatio, veluti à furioſo facta cenſetur, atq. proindè inualida.

XXXV.

Legatum ex Montis fructibus puellis matrimonio locandis ad certos annos pro dote relictum: Si procurator puellæ, quod exegit, perdidit: debeatur ne iterùm puellæ dos? Et nùm qui ſoluere, procuratori Montis debitores liberati fuerint? Et nùm taxatum legatum taxationis excedat metam? Et an ſemel, vel iterùm debeatur? Et nùm vocationis ordo ad illud conſequendum proſit?

XXXVI.

Profeſſionis ad nullitatem dicenti, cùm ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ 25. cap.19. de regularibus* coràm Superiore ſuo, & Ordinario de nullitate dicere debeat, an obſtet, ſi Superior ſit eius germanus frater? multò magis quod cū adiunctis cedere debet, Epiſcopo præſertim, non ſolus. Et quid ſi pars aduerſa etiam per conſenſum tacitum in Iudicem conſentiat, an remittatur, retineaturque exceptio? Timor reuerentialis patris, ſi ille potens ſit, & timeat filius, ſi patris mandato, qui Monachum eum agere imperauit, non obſequatur nullitatem agere, quòd verè ipſe Monachum agere non intendebat, ſed patris timore egit? Nùm verò ſufficiat procuratorem Ordinis illius Superioris, quo coram ex Papæ delegatione de nullitate dicitur, in iudicium vocaſſe, an verò illius domus vocari debeat, in qua profeſſionem emiſit, ſi illius domus Superior audire eum noluit, & ab eo appellatum ſit? An verò alterius Monaſterij Superior, cui commiſſio data eſt, ſi Monachos non habeat, ſit verò Religionis Diffinitor, & Superior, ac conſequentèr de nullitate dicentis, iure procedere valeat, ſitq. integrum iudicium? plenè diſſeritur.

De

XXXVII.

De releuatione penſionis ad fauorem tertij reſeruatæ; atq; de penſionis translatione in tertij perſonam. Et quid ſi in translatione nõ fuerit facta mentio Sãctiſſimo facultatem danti, de releuatione indemnitatis prædictæ, an ſubreptitia quòad releuatores gratia æſtimetur; vt releuatores ipſi liberi à ſolutione facti fuerint? Simoniæ labes dupliciter perpenditur. Vna prohibitum, quia ſimonia: altra ſimonia, quia prohibitum.

XXXVIII.

Nùm conſuetudine præcedẽtiam præſeriſcribere potuerint Manſionarij aduersùs Canonicos funalia deferendi acceſſa, dùm tertio quoq; die Dominico in ſingulos menſes proceſſio habetur in Cathedrali Sanctiſſimi, Auguſtiſſimiq; Eucharistitiæ Sacramẽti? Et an præſcriptio detur in his, quæ facultatis ſunt? Poſſitq; nè conſuetudine, in aliquibus tamen, induci, vt inferior dignitate maiorem dignitate præcedat? Et ordo ſeruandus Hierarchicus.

XXXIX.

Inſtitui ad beneficium iuris patronatus laicorum is debet, qui à maiori compatronorum parte præſentatus fuit, & qui in poſſeſſione, vel quaſi ſunt preſentandi, vt ſufficiat deſcendentiam deducere ab his, qui vltimò, ac nouiſſimò præſentauere. In petitorio verò deſcendentia à Fundatoribus, & plenè, diſtinctèquè probari debebit. Poſſunt patroni laici cumulatiuè, non priuatiuè præſentare variãdo. Et an lite pendente in alterum ex præſentatis cumulare? Quiduè cumulatio ipſa operetur? Hæreditas ſolo animo aditur. In eaq; vti iure vniuerſali ius patronatus cõtinetur. Et an fœminæ dotatæ à iure excludantur patronatus hæreditario ex Regni Conſtitutione (*In aliquibus:*) & an hæredes illas eſſe ſit neceſſarium?

XL.

Sacrorum Rituum Sacræ Congregationis decretum anno 1630. de Sanctis in patronos aſciſcẽdis, an locum ſibi faciat, ſi alicuius Eccleſiæ presbyteri, quòd in illa Sanctæ, andorandæq; Crucis ligni fruſtulum aſſeruatur, ſub illius Chriſti Domini Vexilli protectione ſeſe ſubijcere velint, vel verò à Sacra ipſa Congregatione facultatem hanc obtinere debeant? In controuerſiã vertitur. Qua occaſione, & ſi pauca de Sanctæ, adorãdæq; Crucis vexillo præconia quædam efferuntur. Et quid de Chriſto Domino Cruci ſuffixo? Cùm ſint hæc correlatiua Chriſtus Ieſus Crucifixus, & Crux, ſub qua in Chriſti militia Chriſtiani militant, qui eidem nomen dederunt.

XLI.

Legatum ſemel ſoluendum vxori per virum relictum, adiecto, vt illa vita durãte cum filio moraretur, ſi fatis cedat filius, an debeatur nihilominùs legatum vxori? Et quid ſi vxoris gratia legatum rogatum videatur? Et an conditionem, & an verò modum inferant verba legato adiecta: *Che ſi debbia ſtare ſua vita durante con detto ſuo figlio?* Quid verò ſi uxor ad ſecunda tranſuolet uota? Vxor uerò domina relicta, & patrona, quid conſequi debeat filijs uiuentibus, quidue illis uita functis? Quid uerò ſi uſufructuaria: an illis omnibus de medio ſublatis plenum conſequatur uſumfructum? An uerò in uno dicta legaro conditio, in alio repetita uideatur? Differitur, nec inutilitèr.

XLII.

Conſeruatores Iudices Regularium, ut eligi, ac deputari poſſint, quibus qualitatibus præditos eos eſſe oporteat ex noua Gregorij XV. Conſtitutione? & an illæ pro forma perquirantur? Et an copulatim exquirantur omnes? Vt electionis, deputationiſq; tempore illæ adeſſe debeant, non inutilitèr differitur.

XLIII.

In eãdem materiam ad interpretationem Conſtitutionis Gregorij XV. de qualitatibus in Conſeruatoribus deligendis perquiſitis, ac præſertim, quòd ſint Iudices in Synodo, uel Prouinciali, uel Diœceſana electi, ſeù deſignati: an actu perquirantur cùm electio fit, uel ſufficiat in antecedentibus Synodis fuiſſe quandoq; electos? Et quid diſtent Synodus, & decreta Synodalia, & an ſint idem?

XLIV.

Simoniæ crimen peſſimum, & deteſtandum. Quiduè illa ſit, & quotruplex? Et an ceſſio Canonicatus, & renunciatio liti inter duos litigantes cum ſolutione

certæ

certæ quantitatis propter expenſas, & ad vexationes inuicem remouendas, non in pretium, ſed gratioſè, ac reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & non aliàs, ſimoniaca videatur? Et quid in dubio, an ſimoniæ crimen remoueatur? Nùm verò poſt vltima renunciantis funera, pro ſimoniæ crimine hæredes in iudicium compellari valeant?

XLV.

Ad interpretationem loci Conſtitutionū Sacræ Religionis Cœleſtinorum. pro Lectoribus, qui nouennio Philoſophiā, ſeù Theologiam in publicis Religionis ſtudijs legerunt ad votum actiuum, & paſſiuum in Capitulis Generalibus admiſſis, atq; Prioribus, qui per triennium Prioratus officio functi fuerint æquatis. Reſponſionem petitioni congruam eſſe debere. Quiduè votum importet actiuum, & paſſiuum. Doctis viris remunerationem iurè deberi, & ex iuſtitia. Quid ſit diſpenſatio? Et an ſtrictè interpretanda? an verò omnis odioſa ſit? Quiduè fauore publico perpenſo? Declaratio nil noui facit; ſed factum detegit, manifeſtiùſq; aperit.

XLVI.

Tempus quatuordecim annorum, duodecim à profeſſione, & trium in Prioratu, vt promoueri quis poſſit ad Abbatiæ dignitatem ex Conſtitutione; debet nè omninò completum eſſe, vel verò ſufficiat, ſi vltimus annus fuerit inceptus, non dùm completus? Quemadmodùm ad Sacros ordines, vt promoueri quis valeat, vigeſimus ſecundus ad Subdiaconatus. Vigeſimus tertius ad Diaconatus, & Vigeſimus quintus ad Presbyseratus ordinem ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ. 23. cap. 12. de reformat.* Sat erit ſi inceptus, non dùm completus fuerit. Completos illos annos eſſe debere definitur. eodem modo. quo completum debet eſſe ſeptemniū pro prima Clericali corona. Et completus decimus ſextus, vt profeſſio valida ſit. atq; completus quoq. nouitiatus annus, alioquin profeſſio inualida erit ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ. 25. cap. 15. de regular.*

XLVII.

Coabbates, qui Generalis officio in Congregatione Patrum Cœleſtinorum defuncti ſunt, poſſunt ſibi vnam ex Abbatijs, quam maluerint, eligere; & ſi tamen ſingulis triennijs dimittere, & renunciare illam debeant, poſſunt tamen poſt renunciationem iterùm ad illam redire. Diſceptatum proindè fuit, an hęc noua eorum electio ità fieri debeat, vt ordinatè iuxtà benedictionis ordinem, qui prior fuerit, eligat ſuam, & deindè alij, vt vnus alterius Abbatiam deligere valear, an verò coniunctim, vt vnuſquiſq. ad ſuam, iàm priùs electam reuertatur? Res in declaratione conſtat verborum Conſtitutionis, pluraq. in hac ipſa re deducuntur.

XLVIII.

Mortis in articulo quilibet Sacerdos à peccatis, & cenſuris omnibus abſoluere poteſt. Nùm verò ità abſolutus, publicè excommunicatus, Eccleſiaſticæ tradi poſſit ſepulturæ? an noua in exteriori foro abſolutione indigeat? Quid verò de eo, qui excommunicatus euidentia pœnitentiæ ſigna oſtendit? ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 14. cap. 7. de Sacramento pœnitentiæ. de caſuum reſeruatione*, & expenduntur *text. in cap. à nobis. 28. & cap. ſacris 38. de ſent. excommunic.* pluraq. ad rem nō inutilitèr traduntur.

XLIX.

Procuratio Epiſcopo viſitanti debita, ſemel taxata, ad minorem taxam, quàm prædeceſſores habuere, reduci nè valeant? Et an certū ſtatui tempus, vt illa abſoluatur, vel ſit illud Epiſcopo arbitrarium? ad ornatum Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 3. de reformation.* vbi plura, quòd in alimentis taxandis ratio haberi debeat dignitatis perſonę, coniunctorumq. quantitatis.

L.

Conductor Caſtri, cui ius patronatus annexum eſt, an iure præſentet ad illud vacans? & nùm facta per eum præſentatio, & inſtitutio admiſſa, iurè interim ſubſtineatur, ſi ſuper pręſentationis firmitate diſceptetur? Et an ſequeſter, vel depoſitarius præſentandi ius obtineat? Quiduè creditor, cui pignoris loco Caſtrum datum fuerit? In quo verò inter

ſe.

ſe differant emptio,& venditio,locatio, & cōductio. Quiſuè depoſitarius,quiſquè ſequeſter dicatur, quis nàm conductor?

LI.

Profeſſio tacita ex quibus inducta videatur? ad ornatum *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.25.cap.15.& 16. de regular.* Et an manuteneri in ſua libertate non profeſſionis,etiam tacitæ, monialis debeat,quæ nunquàm ſe monialem eſſe velle profeſſa eſt? Et nùm admitti conſanguinei debeant ad contradicendum de nullitate dicenti profeſſionis,vel ſe non profeſſum? diſſeritur, nec inutilitèr.

LII.

Regularis,qui ex Ordine Prædicatorum ad aliam Mendicantium æqualem, à Religione priori facta ſibi licentia, ac facultate Summi Pontificis tranſeundi ac quamcunq; ex approbatis tranſijt,in eaq; per plures perdurauit annos; an iurè perſiſtere poſſit, quod cuiuſdam priuilegij Bonifacij IX.in gratia à Summo Pontifice non meminit? Diſcutitur proindè priuilegium præfatum.ad ornatum *tex.Sac.Trid.Concil ſeſſ.14.cap.11. de reformat.*

LIII.

Brachium an impartiri debeat Epiſcopus in ſua Diœceſi Epiſcopo, qui implorati Iudicis Parochianum excommunicatione nodauit,quòd debitam ſuæ menſæ pecuniam non ſoluiſſet? Et nùm ſolius contractus ratione forum quis ſortiatur? ad interpretationem *text. in cap.Romana 1. §.contrahentes de foro competent in 6.* Cùm Iudex ſuam tueri iuriſdictionem teneatur, non illam prouere.

LIV.

Eandem proſequitur materiam. vndè quamplura truduntur ad intellectum *text.in can.nullus.1. 9. quæſtion. 2.* plenequè diſcutitur axioma: Epiſcopum Iudicem eſſe competentem ſuæ in cauſa Eccleſię.Et nùm valear prorogari iuriſdictio in proprij Iudicis præiudicium?diſcuticurq; *tex.in cap.ſignificaſti.18.de foro compet.*

LV.

Penſionis reſeruatio ex cauſa facta,vtputà ſtudiorum (*vt commodius litterarum ſtudijs vacare poſſis*) ſi cauſa ipſa deficiat, an penſio quoquè vacaſſe videatur? Quæ autem finalis fuiſſe,vel eſſe cauſa videatur? Quid verò ſi verus valor non exprimatur, quin alreretur,an ſubreptitia reſeruatio videatur?Et quid ſi in poſſeſſione factus fuerit exigendi? Et an vnicus ſufficiat actus? Et quid ſanè ſi penſio pro nepote titularis reſeruata fuerit,cum clauſula(*quòd ſi dictus N.verè,& realitèr,& cum effectu non ſoluerit,penſio eo ipſo ſit nulla*)an verè ipſo facto uacet penſio,& annulletur, nō probata ſolutione?

LVI.

Sacerdos Parochus ſimplicia quoq. beneficia poſſidens,ſi Oblatus,vel Donatus Religionis alicuius efficiatur,non tamen profeſſus,an quæ poſſidet beneficia,retinere,ac poſſidere valeat,eidēquè curæ aſſiſtere? diſceptatur. Et nùm ab iuriſdictione eximatur Ordinarij Epiſcopi?Qua occaſione & *text.in cap. beneficium 4.de regular. in 6.* expenditur,& Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.25. cap.16.de regular.*ornatur,nec non *ſeſſ. 24 c.12.de reformat.*

LVII.

Sint nè incompatibilia Parochialis,& ſimplex Capellania de iure patronatus laicorum ſub eodem tecto? Et ſi vnum ad vitam honeſtè ſubſtentandam non ſufficiat? Poſſit nè Epiſcopus diſpenſare?An verò expreſſa requiratur, vel tacita ſufficiat diſpenſatio?exornatur *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24. cap.17.* Quid verò ſi beneficia de iure patronatus ſint laicorum, & ſub eodem tecto, an ſaltim Epiſcopi diſpenſatio requiratur,ſi illa ſufficientia non ſint?

LVIII.

Res, quæ Deo offeruntur, ſacræ efficiuntur, atq; diuinum quid euadunt. vndè alienari prohibentur. An verò alienare dicatur, qui res Eccleſiæ diſmembrat,inuadit,eripit,vaſtat? vel qui in emphyteuſim datas,deteriores tamē, atq. deſtructas effectas,ab emphyteutis reſtitutas recipit, damno minimè refecto? Et nùm qui ſic teſtituit ad canonem nihilominùs conſtitutum teneatur?

- tur? Et quid reſtitutio, & quid alienatio ſit, oſtenditur, nouoq; philoſophandi modo omnia differuntur.

LIX.

Legatum pro ſacris faciendis Deo Altiſſimo in perpetuum, vel ad tempus: (*come meglio parerà, &c.*) ſi ille, cui executio demandata fuit, miſſas per aliquod tẽpus, donec pecuniæ inſumptæ ſunt, fieri arbitratus fuerit, an benè arbitriũ regulari? Et an vti viro bono, an verò vt optimo? Quiduè melius ſit, miſſas continuatim offerri, & ſucceſſiuis temporibus in ſingulos annos in perpetuum? Et quod magis ad Dei gloriam cedat? an eam quærere nos oporteat? ex illa verò quæſita clariùs Deum videbimus. In alternatiuis vnam partem eligere, ſatis eſt: neque in arbitrarijs quiſquam carpendus. Bono melius datur. Optimũ autem principalem bonitatis gradum importat. Fidem verò fallere graue. Quæ promiſſa, etiam hoſti ſeruanda. Legata non exequens pij teſtatoris peccato ſe maculat infidelitatis.

LX.

Penſio reſeruata ad vitam alterius dumtaxàt, & non vltrà, nè nimium diſpendium pateretur is, qui aliàs ad ſolutionem tenebatur penſionis, cum clauſula, *quòd moriente penſionario, vel ſi tu illum morte præueneris, penſio ſit caſſa, & extincta*: an ſi renunciet is Eccleſiæ Parochiali, vt nullum propterea ſubſtineat ampliùs onus penſionis ſoluendæ, ſit nihilominùs penſio extincta? Et an ciuilis mors naturali in hoc æquetur: vt quaſi mortuus per reſignationem habeatur? differitur, nec inutilitèr.

LXI.

Scripturas, acta q; ſiue proceſſus edere cogi vt quis valeat, quæ requirantur? Nùm verò in ſucceſſorem hoc vitium pertranſeat, ſi præceſſor occulit? Acta, quæ vitio, doloquè non producuntur Aduerſarij, prout deteriùs ei, producta habentur. Immemorabilis ex quibus probetur? Et quot annos nati eſſe debent teſtes de immemorabili deponentes? Ex quibus deneganda audientia videtur ei, qui dolo ſe geſſit alterius in damnum. Tempus immemorabile priuilegij vice habetur.

Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ corám R.P.D. Bichio in cauſa Marſicen. Iuriſdictionis.

LXII.

Rationes reddere quid ſit? quiduè hoc ipſum inferat, quouè reddendæ ordine? Nùm partitarum contrapoſitio admittatur in procuratore rationes reddente? Et an compenſatio fieri valeat, quouè modo? Quid verò ſi creditum ſit incertum, dubium, & illiquidum? & nùm ſub conditione creditor, creditor nihilominùs dici valeat, ut compenſare poſſit? Reddere uerò tenetur, qui debet, nec expectandus ſi poſſit. Quilibetquè adminiſtrator, negotiorumq; geſtor, & procurator rationem reddere tenetur, quod detinet ſoluere.

LXIII.

Donatio facta iuris patronatus, ſeù præſentandi laicorum, ni Eccleſiæ fiat, uel alteri ex compatronis, Epiſcopi non accedente conſenſu nulla omninò redditur. poteſt uerò Epiſcopus etiam ex poſt facto conſenſum præſtare, atquè extrà Diœceſim, quia actus eſt iuriſdictionis uoluntariæ, non contentioſæ. Ex lapſu uerò triginta annorum interceſſiſſe præſumitur, neq; ſolemnitates ullæ requiruntur, ſicuti in iure patronatus Eccleſiaſtico. Inſtrumentum dicitur probatio probata, facitq; rem certam. Subſcribens approbare cenſetur in ſcriptura contenta omnia. Illaquè ex ſubſcriptione robur accipit, præſertim Iudicis, vt Epiſcopi. Poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi Notarios actorum creare. In iure patronatus hæreditario neq; filius admittitur, niſi hæredem ſe probauerit. Mulieres dotatæ in Regno ſicuti à ſucceſſione excluduntur; ità, pariquè ratione à iure patronatus hæreditario. Vocum minor pars ex vno ſtipite à maiori parte abſorbetur.

LXIV.

Interpretatio agitur verborum Breuis Apoſtolici: *Ac ſi qui hactènus elegerint ad nutum Superiorum amoueri poſſint.* an mera voluntas, vel regulatum arbitrium demandatum fuerit? Et quo modo regulatum arbitrium exaudiatur, quiduè illud importet? ad interpretationem cuiuſdam Conſtitutionis Montis Virginis. Et quid in beneficijs iuris

patronatus, quæ ad nutum amouibilia inſtituuntur? Pęna non niſi peccatum ſequitur. non illud propterea præcedit, ſed ſubſequitur. Iudex, qui de facto procedit, ſpoliat quidem, ſed poſſeſſione non priuat: quarè ſpoliatus redintegrari debet.

LXV.

Mortis ne cauſa donatio dicatur, vel verò inter viuos, ex eo, quòd mortis memoria in illa facta fuerit? Et quid ſi in exequutiuis memoria interceſſerit mortis, quòd morte ſequuta effectum habeat? Coniecturæ afferuntur, ex quibus inter viuos iudicetur: & de clauſula conſtituti, & precarij, & ex nunc, prout ex tūc. Quiduè ſi in erectionē iuriſpatronatus donatio facta fuerit, quæ poſt mortem effectum ſortiretur?

LXVI.

Beneficium de iurepatronatus laicorum aliud hæreditarium, aliud Gentilitium, ſeù familiare, aliud verò ex pacto, & prouidentia dicitur. Hæreditarium verò ex quibus dicatur, & quo pacto conſtet? In dubio autem magis hæreditarium, quàm familiare dicitur, & præſumitur. Quæ autem præſtare oporteat, qui ad beneficium hæreditarium præſentant, & quæ ad familiare? Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur? Is verò inſtitui debet, qui à veris patronis, & in poſſeſſione exiſtentibus præſentatus fuit. Et quis in concurſu præſentationum præferendus? Patroni verò aliud ad compræſentandum admittēres, ſibi præiudicium inferunt. Verùm in deſcendentes admiſſorum non tranſit, niſi apprehendatur noua poſſeſſio.

LXVII.

Inſtitui ad beneficium is debet, qui à maiori patronorum parte præſentatus fuerit. In beneficio verò hæreditario nullus præſentare valet, qui hæres non fuerit, quamuis extraneus. Qui Gentilitium eſſe iuſpatronatus aſſerere voluerit, ipſe probare tenebitur. Fœminæ in Regno dotatæ, ſi hæredes nō fuerint, à iurepatronatus excluduntur. ſufficit verò deſcendētiam probare ab vltimo, qui in poſſeſſione defunctus fuit. nec officit, ſi intermedio tempore quis non præſentauit, non enim ſibi pręiudicium intulit in futuris pręſentationibus: quin aliorum præſentatio ius præſeruat eorum, qui non interim præſentauere. Diſpenſationes omnes Ordinarijs demandandæ. Eæq; non iuſtificatæ, non proficiunt. Irregularis ex homicidio voluntario indiſpenſabilis eſt ex Decreto Sacri Concilij. Diſpenſatus ad vnum beneficium, ad aliud diſpenſatus non videtur; quòd diſpēſationes, ad beneficia præſertim, odioſæ cenſentur, ac propterea ſtrictè, preſsèq; interpretandæ.

LXVIII.

Penſionario, qui in poſſeſſione eſt exigendi, etiam per vnicum actum, manutētio datur, etiam aduerſus ſucceſſorem, ſi de duobus conſtet, de reſeruatione ſcilicèt, & de exactione numeratò, & de præſenti facta. Qui in poſſeſſione eſt exigendi, valorem iuſtificare non tenetur. Penſionario hypothecaria competit aduerſus beneficium, & fructus, atquè etiam perſonalis aduerſus beneficiatū. Et nùm ſucceſſori Bullæ, ſiuè Litteræ ſint intimandæ reſeruationis penſionis, vt illum afficiant, quòad cenſuras potiſſimùm?

LXIX.

Profeſſio contractus eſt vltrò, citròque obligatorius; duorumq; conſenſu perficitur, Religionis, & profitentis. Si vnus eorum deficit, contractus nullus eſt. Superior eſſe debet, qui Religionis nomine profeſſionem recipiat; quòd ſi proprio nomine illam receperit, nulla eſt. Quid ſi Superiores legitimi ratam illā habeant? Et an in hac re ratihabitio admittatur? Quid autem ſi communi errore Superior ab omnibus habebatur, an validè profeſſiones ſint? ad intellectum *l. Barbarius 3. ff de officio Prætoris.* Et quid in ſpiritualibus? Nùm verò nullæ ſint putandæ profeſſiones, ſi Nouitij in Nouitiatibus non deſignatis iuxtà formam Decretorum Clementis Papæ VIII. & Vrbani etiam VIII. recepti fuerint? pluraq; ad explicationem dictorum Decretorum Clementis, & Vrbani.

LXX.

Paraphernaria ſunt bona extrà, vel præter dotem, quæ ſi vir permittente vxore adminiſtrauerit, reſtituere tenetur, eaq; curare, vt propria. Si quid verò ſua malignitate, vel deſidia iacturæ vxori accidit

cidit

Digitized by Google

cidit, ex proprio reſarciri teneatur. Habet verò mulier pro paraphernaribus tacitam à iure hypothecam, ni pro illis expreſſa promiſſa fuerit. Vi ergo tacitæ huius hypothecæ retentio datur mulieri, eiuſq; natis, in bonis prædefuncti viri.

LXXI.

Emphyteuticam rem eſſe ex vna inſtrumẽti aſſertione minimè probatur, quam ob cauſam plenè dominium probari oportebit. Quòd ex partium nuda aſſertione minimè fundetur; ſi præſertim inter alios illa emanarit, & in antiquis non ſimus. In antiquis eſſe dicimur, cùm centum metas annorum excedimus. Reſponſio verò annua, cenſualis magis, quàm emphyteutica in dubio præſumitur.

LXXII.

Subſtitutio facta filio in piam cauſam, ſi ſine liberis ex corpore quandocunquè vita exceſſerit, illo Monaſterium ingrediente, atquè in eo profeſſionem emittente, an ſtatim ſubſtitutio admittatur? an verò Monaſterium, quòd loco filij habeatur, ſubſtitutum deficere faciat? Et quid in prophanis, quid verò alia Eccleſia ſubſtituta? An autem ſupremus dies, ac mors inſtituti expectanda ſit, vt ſubſtitutus admittatur? Nùm verò valeat profeſſurus in extraneos à Monaſterio diſponere, vt interim ipſo vita progrediente, vſufructu illi bonorum vtantur; vel verò ſtatim ſubſtitutus admittatur? an verò Monaſterij dumtaxàt hic fauor ſit? Quid verò ſi pro parte tantùm in extraneum diſpoſuerit?

LXXIII.

Potuerint ne, ac poſſint Patres, atq; Diffinitorium Prouinciale Diſcalceatorum Carmelitarum ex ampliſſima, quam ex Regulis obtinent facultatem, Nouitiatum in vno erectum loco, in alium iuſtis ex cauſis transferre? Et quid ſi ille ex voluntate defuncti teſtatoris, etiam cõmutata, erectus fuit, nùm poſſit nihilominùs in alium transferri locum? An ſufficiat defuncti teſtatoris voluntatem formalitèr impleri, quamuis materialitèr impleri non poſſit? Teneamur ne legem ſeruare, ſi illa, & ſi in commune bonum inſtituta, in damnum tamen Communitatis nunc vergat? Et an traſlato Nouitiatu prædicto, priuilegia, iura, redditus, & bona in illum tranſlata quoq; videantur? Quod verò teſtator reſpondiſſet, vel feciſſet, ſi in humanis egiſſet, pro facto habetur, & ſupplet lex, vel Princeps, quod ille nunc minimè poteſt, ex interpretatiua illius voluntate.

LXXIV.

Donatio ſemel facta, quæ firma fuit, reuocari minimè poteſt. Neq; ſimulationis obiectu reſcindi, quin ſimulatio ipſa nõ vulgaritèr probari debebit. Accedente potiſſimùm confeſſione donatoris in teſtamento, quamuis cum aſſertione ſimulationis, quæ in tertij præiudicium ſtare non poteſt: atquè cauſa donandi propter ſeruitia, quæ remuneratio magis dicitur, quàm donatio.

LXXV.

Moratoria Principis, vel dilatio ad ſoluendum debitori, ex cauſa (vt accidit ex Montis Veſuuiani conflagratione) indulta; an interim operetur, vt contra illum, etiam in inſtrumentorum liquidatione ſuperſederi debeat? Quid verò indulto tempore effluxo, ſi ille nec etiã ſoluat? Dilationes verò præfatæ, ſiuè moratoriæ creditorum magis commodo indulgentur, quàm damno, vt debitor ad ſoluẽdum paratior, expeditiorq; fiat. An verò litis pendentiæ exceptio inſtrumenti liquidationi obſiſtat? Nùm verò cenſus extinguantur re perempta, vel infructuoſa effecta ex Pij V. Conſtitutione? Et quando res caſmate periiſſe dicatur?

LXXVI.

Clericatus quomodò probetur, cùm præſertim de præiudicio agitur tertij? Et quomodò Clericatus coniugati? Quid ſi diſpenſatum ſit cum aliquo, vt penſionem retinere poſſit, etiam ſi matrimonium contraxerit, etiam cum vidua, etiam ſi in habitu, & tonſura Clericali non incedat: modò Regularem aliquam militiam ingrediatur, & in ea profeſſionem emittat; an quoquè diſpenſatum cum eo videatur, vt Clericum agat cõiugatum? Cum vidua verò contrahens, vndè Bigamus interpretatiuus efficitur, ſecum vt Clericum agat, diſpenſatum non videtur; tantùm verò, vt penſionem retineat. Quæ diuiditur in ſpi-

ritualem,& temporalem,quæ etiam laicis dari poteſt.

LXXVII.

Tranſactio, quæ extinguendarum litium cauſa interponitur,ſemel inita,quibus ex cauſis reſcindi valeat? Et nùm in ea locum habeat remedium *l. 2. C. de reſcindenda venditione*.& an quæcunquè læſio,vel enormiſſima perquiratur?probanda tamen erit ipſa læſio,illaq; euormis. Quid verò ſi iuramento firmata tranſactio fuerit,atq; etiam iuratum,nó petere abſolutionem,illaq; petita,non vti; an vna ſufficiat abſolutio, vel verò tot,quot fuere iuramenta? Et nùm Epiſcopus ab illo iuramento non petendi abſolutionem, illaquè obtenta non vti abſoluere poſſit ? an Papæ perquiratur abſolutio? Illa verò à periurio habilitat, non verò initum reſcindit contractum, ſed firmus ille perſtat, donec in iudicio per ſententiam reſcindatur.

LXXVIII.

Donatione alicui facta (veputà quinquaginta)quę hæredes ſoluant,cui,vel quibus Titius legabit: ſi non legauerit,hæredem autem dixerit in omnibus ſuis bonis Meuium, etiam in ijs,quæ diſponere poteſt, ex quauis cauſa: an quinquaginta ad hæredem translata dicantur? Facultatem habens diſponendi,ſi non diſpoſuit; an ſaltim iuris fictione in venientes ab inteſtato diſpoſuiſſe videatur? Verbum lego,an hæredis comprehendat inſtitutionem? & quando? vel preſsè exaudiri debeat? Diſpoſitio amplè à teſtatoribus concepta,comprimitur ſecundùm facultatem, quam teſtandi obtinebant. Et in hac materia retinetur illud. Qui omne dicit, nihil excludit. Verba relatiua ex relato normam, metamq; admittunt,& quantumuis generalia reprimuntur.

LXX X.

Notario an ſtandum ſit in fide, quam ex inſtrumento à ſe celebrato extractam dicit, ſi inſtrumentum minimè inueniatur? & an ei credatur atteſtanti de inſtrumento à ſe in pręteritum celebrato? Quibus modis de inſtrumento conſtare dicatur? An per apocam Banci de receptis pecunijs cum aſſertione pro annuo cenſu, annuus ipſe cenſus probetur, ſi de inſtrumento non appareat,cui ſe referat? Et an ſcripturæ referenti credatur, ſi de relato non conſtet? Nec referens magis probat,quàm ſit in relato. Vſura ex mutuo committitur, vel formali,vel virtuali,ſiuè palliato. Eas accipiens,ad reſtitutionem tenetur, vel excomputabit in ſortem. Pecunia ex natura ſua infructuoſa eſt. Annuus cēſus ſine inſtrumento conſtitui nó poteſt. Poſſeſſorium ſi à titulo pendet, vel in materia agatur peccati,non datur,& à petitorio abſorbetur.

LXXX.

Capellani Sacræ Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, Vicarij, alijquè illius ſeruientes,ſiuè profeſſi,ſiuè minimè adhùc profeſſi à iuriſdictione nùm exempti ſint locorum Ordinariorum,ſi in crimina dederint, vt in eos illi tanquàm Sedis Apoſtolicę Delegati animaduertere poſſint? ad Sacri Tridentini Concilij ſanctiones *cap. 3. ſeſſ. 6. de reformat. & c. 11. in fin. ſeſſ. 24. de eadem materia*. Vndè pleuè *Conſtitutio* diſcutitur *Gregorii XIII.* quæ incipit *Circumſpecta in omnibus.*

LXXXI.

Conditiones, qualitateſq; in iuriſpatronatus fundatione innexas valeat ne ſucceſſor immutare, nouaſq; ſuo ex arbitratu adijcere? Et nùm ipſemet fundator opere iam expleto fundationis, Epiſcopi quoq; accedente conſenſu; & nùm in præiudicium vocatorum? Et quid in hærede, an defuncti in hoc factum ſequi debeat,cuſtodireq; ſi præiudicium ſibi in hoc irrogetur? & quid in feudo,præſertim antiquo?

LXXXII.

Cenſus annuus ſuper re immobili,aut quę pro immobili habeatur,fructifera, conſtitui debet ex Pij Papæ V. Conſtitutione. Quæ ſanè Conſtitutio pro forma ſeruanda erit. Quid verò ſi ſuper immobili certis finibus deſignata cenſus cōſtituatur, verè tamen conſtituens rem illam non habet: ſit nè cenſus ipſa conſtitutio nulla? & ad quid teneatur conſtituens,qui ſocium in negotio fefellit? an pecuniam reſtituere acceptam, vel nouam rem immobilem cenſui ſupponere? Quid verò re in toto,vel in parte perempta, vel infructuoſa effecta? Quiduè ſi id vendentis culpa, doloùe accidit?

Epi

LXXXIII.

Epiſcopus familiarem ſuum triennalem promouere quidèm ad ordines poteſt, modò illi ſtatim,quacunq; fraude ceſſante, re ipſa beneficium conferat, ex *Sacro Tridentino Concilio ſeſſ.23. cap.9. de reformat.* Quid ſi, non beneficium; ſed penſionem illi contulerit, an menti ſatis Sacri Concilij factum fuerit? Nùm penſio in hoc capite beneficij nomine comprehendatur, uel vt diuerſa habeatur? Num verò Epiſcopus penſionem reſeruare poſſit,etiam ſine cauſa? & nùm perpetua illa dicatur,vt ad ſucceſſorem in beneficio tranſeat? Ordinans verò ſine titulo ſufficienti, vel non conferens beneficium familiari ſuo,quamuis triēnali,quem promouit;in quas pęnas deciderit? differitur. Quid ſi Epiſcopus à priori illa Eccleſia, in cuius Diœceſi ſit beneficium,quod familiari contulit, in aliam ſit translatus Eccleſiam,ſi illum ad ordines promouerit; nùm aliud illi conferre beneficium debeat, vt menti factum ſatis ſit Sacri Concilij?

LXXXIV.

Mulier matrimonij tempore, quod quæſierit, ex viri bonis quæſiſſe videtur, euitandi turpis quæſtus gratia ſuſpicionem;ni alitèr ipſa apertis docuerit probationibus, propter quam cauſam *tex.* expenditur in *l. Quintus Mutius. 52. ff.de donationibus inter virum,& vxorē,* & *text.in Etiam ſi vxoris.6. C.eodem.* Quid verò ſi mulier diuitijs affluat, vel arte polleat, ex qua multum lucretur? Præſumptio autem hæc iuris eſt, vt ſine probatione euidēti reſcindi non poſſit. Regulæ verò ſtandum, ni caſus probetur exceptus. Vxor viro cooperari debet, illiquè debita præſtare obſequia, etiam poſt viri ſuprema funera, intrà annum.Cautio pecuniam ſemper extare facit.Et quid in tertij præiudicium?

LXXXV.

Re emphyteutica ab emphyteuta irrequiſito Domino directo alienata, an propria authoritate, ob caducationem, poſſeſſionem ingredi Dominus valeat, nouo expulſo poſſeſſore?Et quid ſi conceſſionis in inſtrumento adiectum ſit pactum, quòd propria authoritate ingredi valeat; nùm ſine declaratoria deuolutionis, pacto vti valeat directus Dominus? Et nùm capta poſſeſſio Iudicis mandato,attentata interim dici valeat,vt reuocari à Domino poſſit?Citatio ad ſententiam pro primi die cum continuatione,&c. an ſaltim ex ſtylo ſuſtineri valeat,vel ad paucos dies?

LXXXVI.

Publicationes reſignationum beneficiorū ad Gregorij XIII. Conſtitutionis præſcriptum factas fuiſſe, quis nam docere debeat? Et quid in triennali,multoquè magis decennali poſſeſſore? Et an lapſu temporis factas fuiſſe præſumatur? Quis autem negatiuam probabit, publicationes factas minimè fuiſſe? An verò cogi valeant Beneficiarij per Epiſcopum, modernum præſertim, ad ſuorum beneficiorum titulum oſtendendum? Et an publicationes fuiſſe factas probetur ex immiſſione in poſſeſſionem per Delegatum exequutorem Apoſtolicum,eiuſq; aſſertionem?

LXXXVII.

Electiones Correctorum in Religione Minimorum an per duos tantùm vocales fieri valeant,ſi duo ſuperſint in Conuentu? Et nùm vnus alterum eligere poſſit, ut electio ſubſiſtat? Et quid ſi tres ſuperſint? Et an vnus eorum eligi valeat? Quid ſi electio, quamuis nulla confirmetur: nùm confirmatio teneat,quiduè operetur confirmatio? Nùm verò forma data in aliquo negotio, ſi non ſeruetur,vitiet factum? Dictio(*dummodò*) nùm modum,vel conditionem, vel formam importet,& quomodò? Negatio quid operetur?

LXXXVIII.

Legatum relictum Eccleſiæ, *alla quale ſtarà ſoggetta la caſa,ſeù habitatione doue morirò.* ſi domum habeat teſtator in Ciuitate, in qua habitat,& domum Ruri, ad quam animi,recreationiſquè cauſa accedere conſueuit; ſi repentè ab inimicis petitus in domo Ruris moriatur, diemq; videat vltimum;cui nam Eccleſię debeatur;Ruris,in qua orcum petijt, vel Ciuitatis, in qua habitationem habebat? Quid ſit habitare,& quid inquilinum eſſe, vel hoſpitem, & hoſpitari? Qualitas verificari debet de tempore, de quo diſpoſitio decernit. Sepeliri quis debet in Parochia, in qua habitationem habet, quamuis Ruri moriatur.

Regu-

LXXXIX.

Regularis,ex Ordine præſertim Mendicãtium,incapax eſt,qui ad Eccleſiam intituletur ſecularem, etiam Curatam, ni Sanctæ Sedis diſpenſatione ſuffultus fuerit. Nùm verò peccet ſic eundem eligẽs,& quod nam peccatum? Et nùm ad reſarciendum teneatur damnum Clericis ſecularibus, quibus illa debebatur? Hinc Regula expenditur:Regularia regularibus, & ſecularia ſecularibus. Seculares ſunt incapaces iurium ſpiritualium, vel ſpiritualibus annexorum, illiſq; ſe ingerentes graui ſe peccati macula inficiunt.

XC.

Conditio,ſi ſine filijs deceſſerit,deficere ne faciat ad pia quoq; legata,ſi vel cum filia inſtitutus diem clauſerit extremũ? Quid conditio operetur,ſi illa exitum non habuerit;& an peti quidquam poſſit interim conditione non exiſtente? Ablatiui abſoluti conditionem operantur, quemadmodùm dictiones *(ſi, vel poſtquàm)* mortuus fuerit. An verò conditio, ſi ſine filijs deceſſerit; ad omnia ſub eadem oratione contenta legata extendi valeat? Et quid de dictione *(inſuper,& preterea.)* Ratio verò diſpoſitionis vbi vna eſt, idem expoſcit dicendi ius.

XCI.

Fideiuſſor is dicitur,ad quem pecunia,vel res non peruenit,nec commodum ex illa percipit. Quid verò ſi vt principalis proprio, ac priuato nomine fideiuſſor acceſſerit; an ſi contractus principalis non teneat; nihilominùs fideiuſſor teneatur, quòd ideò acceſſit, vt firmum contractum redderet? Quid autem ſi nõ iure ſpeciali, ſed communi omnium ſit nullus contractus? Cenſus annui conſtitutio ex quibus nulla ſit,& in contractum tranſeat puri mutui, vel ſaltim palliati, vndè vſurarius iudicetur? Quid verò ſi vltrà decem in ſingula centenaria exigatur, nùm vſurarius dicatur, vt exactum in ſortem cedat principalem? perpenditur *Conſtitutio* Nicolai V. *de cenſibus.* Nouatio quãdo facta dicatur? Obſeruãtia ſubſequuta quid valeat ad interpretandum contractum? Et quanto tempore præſcribatur? Ceſſionarius iure vtitur cedẽtis;neq; plus iuris in eum transfertur,quàm in cedente fuerit.

XCII.

Legatum pro ſecuritate maiori conſcientiæ,& ob dubium incertorum relictum, an pro reſtitutione malè acceptorum incertorum relictum videatur? Et nùm Fabrica S.Petri ius in illud habeat? Et nùm antè omnia, vt æs alienum ex hæreditate extrahi debeat? nùm verò teſtator paulatim ex fructibus ſolui hæreditaris mandare valeat? Et quid ſi pro ſacris faciendis pro animæ ſuæ commodo illud reliquit,an teneat onus iniunctum, vel reijciatur,quaſi in re aliena impoſitum? Reſtitutio cui facienda ſit; & nùm neceſſariò facienda? Nonnulla verò de conſcientia dubia; & an ſi quis ex dubio ſibi à conſcientia facto, ſe ad relinquendum determinarit, legatum pro reſtitutione incertorum factum dicatur?

XCIII.

Fabrica Baſilicæ S.Petri non auocat cauſas,in quibus de ſuo non agitur intereſſe. Quid verò ſi donatio fiat Sacerdori, vt oret pro eo,hoc verò in fraudem fiat; an Fabrica ius habeat cognoſcendi? Ex quibus verò fraudandi animus dignoſcatur,doloſæquè machinationis? nùm autem teneat donatio de re non ſua facta? Et quid ſi vir vxoris bona donet,illa nec ſciente,nec conſentiente, an firma ſit donatio? Quid verò in dote?

XCIV.

Puella nouem nata annos,& dimidio,apta coniugio dicatur, & malitia in illa ætatem ſuperet? Quidnè probare oporteat hoc aſſerentem,malitiam ætatem ſupplere? Nùm verò viro,quo cum matrimonium contractum dicitur,vxorem petenti manutentio danda ſit, vel verò ſequeſtro ponenda puella? Quid ſi vir iuramento firmauerit, ſic puellam carnaliter cognouiſſe, an eius ſtandum ſit Sacramento? Et quomodò id procedat: declaratur. Nùm pro ſententia Iudicis ſtandum; & quo nam pacto exaudiatur iſtud? Et quid in cauſa matrimoniali? Quomodò verò ex defectu iuriſdictionis ſententia dicatur nulla? Et quis proprius dicatur Parochus ad Sacri Concilij Tridentini ſenſum, vt contrahentiũ matrimonio iure aſſiſtat? Quando verò quis domicilium contrahere videatur?

Et

Digitized by Google

Et nùm filius patris ſequatur domiciliū, ad hunc præſertim effectum matrimonium contrahendi? Quiduè ſi filius alibi domicilium habeat ſeorſim à patre? Nùm verò mulier patris prætermiſſo conſenſu matrimonium iure cōtrahat? Et nùm patria poteſtas in ſpiritualibus operetur aliquid?

XCV.

Iuriſdictio, delegata præſertim, non præſumitur, niſi probetur; nam aliàs in Ordinario, patere quis debet, antequàm de exemptione doceatur. Delegatum proindè ſe aſſerens, de Delegatione docere oportebit. Quia materia cùm ſit odioſa, comprimenda magis, quàm diſtendenda: illam autem ſortitur iuriſdictionē Delegatus principiò, vt cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio; præſertim ſi de appellationis deſertione, uel non interpoſita appellatione obijciatur. Appellatio coràm Iudice à quo interponenda eſt, non ad quē; nec voce, ſed in ſcriptis, & coràm Iudice, non dimiſſa cedula coràm Notario. Quid verò ſi cenſurarū metu, vel non appellaſſe, vel appellationem deſeruiſſe quis aſſerat? Et quid ſi poſt appellationem Iudicem procedere paſſus fuerit, eiquè paruerit?

XCVI.

Præſcriptio contra Eccleſiam non admittitur niſi quadragenaria. Contra verò Romanam centenaria. Legatum aduerſus Eccleſiam quadraginta annorū curriculo pręſcribitur, quamuis annuū: quia ſubſtantia præſcribitur legati. Nam quòd ſingulis ſoluatur annis, modus eſt legati, non ſubſtantia. qua occaſione agitur ad propoſitionem illam: tot ſunt legata, quot ſunt anni, & tot perquiruntur pręſcriptiones, quot anni ſunt, eaquè declaratur. Præſcriptione omnis tollitur obligatio, omniſq; hypotheca, & actio perimitur, reiq; iudicatę, & finitæ ſimilis habetur. Et nùm Fabrica iure agat ad portiones ſibi reſeruatas, legato pio, annuo præſertim, præſcriptione quadragenaria extincto? Et *Conſtitutio* expenditur Pij V. *Exigit.* qua conditionaliter Fabricæ portiones reſeruatæ fuere.

XCVII.

Præſcriptionis æquiſſimum eſt præſidium, iure gentium inuentum, ob publicum bonum, ne dominia rerum diù in incerto ſtarent. Datutq; præſcriptio etiam in hæreditatibus, & in legatis, etiam pijs, etiam annuis. Et an vnica in his annuis ſufficiat præſcriptio, vel verò tot requirantur, quot ſunt anni? elucidatur. Et nùm legata pia centum annorum curſu complecantur? Nùm verò Fabrica S. Petri agere valeat, vt legatum exequatur, quod præſcriptione interceptum eſt? Et an reſtitutio ei competat ex capite ignorantiæ poſt lapſa præſcriptionis tempora? Nùm ne autem ignorans dici poſſit, aduerſus præſcriptionem, vt reſtituatur, qui in loco fuit præſens, nec egit, vt peteret ſibi relictam annuam præſtationem, annuum legatum? In mala verò fide an dici valeat fuiſſe hæres, qui relictum legatum non ſoluit, quòd interpellatus minimè fuit, animo tamē præſcribendi ſolutionis ſeruitutem; & lapſum ſit tempus longiſſimum, nec ſoluit? an præſcripſiſſe dicatur? proſequitur materiam præcedentis reſponſionis.

XCVIII.

Declaratoriam, aliquem non incidiſſe in cenſuras, non ità firmam eſſe, vt conuelli non valeat, ſi contrarium appareat, incidiſſe illum. Sententia in iudicatum nunquàm tranſit, vbi de materia agitur peccati. Fauor enim animę magis attenditur, quàm priuata alicuius commoditas. Satiùſq; expediens æſtimatur, in dubio quem excommunicatione nodatū tenere, quàm contrà. Poteſt enim ſibi abſolutionem petendo conſulere; quàm conniuendo, nec petendo, in Oreum ruere. Proceſſu non publicato ſententia indè ſequuta ruit. Nùm verò publicatio ſit de ſubſtantia proceſſus? Citatio neceſſaria eſt, vbi quiſquam ex actu in iudicio lædi poteſt. Et de citatione ad ſententiam, an neceſſariò illa requiratur? Sententia verò, quæ ſe refert ad acta, eatènus firma eſt, quatènus acta ſteterint, ad quæ ſe retulit. Neq; noua perquiritur citatio, ſi de reuocando, quem in excommunicationem agatur, quòd perperàm ſolutus fuerat.

XCIX.

Beneficiarius ex beneficij fructibus teſtari minimè poteſt. ſub ſpolio proindè comprehenduntur. Probari autem debet bene-

beneficij valor, per ſe fundātem in illo, & per teſtes concludentèr deponentes. in materia præſertim obiectiua, & vbi ad pęnam agitur. probatur verò per inuentarium bonorum;vel per taxam pro papalibus decimis extrahendis confeſſam. Pluralitas damnatur beneficiorū etiam ſimplicium,ſi illa ſufficientia ſint. ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24 cap.17.de reformat.* Nùm locū ſibi faciat in beneficijs ſimplicibus inſufficientibus,vt plura,quàm duo cōferri vni valeant. & quid in beneficijs de iurepatronatus laicorum? Et quid ex Epiſcoporum conſuetudine illa cōferendi? vnde *Garſia* ſentētia reijcitur. Quid verò ſi beneficiarius parcè viuendo,ſuumq; defraudans genium,aliquid acquiſierit, an dominus efficiatur eius, ut liberè de eo diſponere ualeat, uel uerò ſub ſpolio comprehendatur?Quid uerò nunc cùm Diœceſes cum Camera Apoſtolica compoſitionem inierint? Beneficiarius nùm uſufructuario comparetur, in uita præſertim, ut dominus dicatur fructuum beneficiorum, & anteſtari valeat?

C.

Gratia à Papa obtenta iuſtificanda erit coràm datis Exequutoribus; iuſtificata autem exequutionem meretur,ob reuerentiam eius,qui dedit illam. Exequutor alter mixtus, alter verò merus dicitur. ille Iudicis partes aſſumere debet, parte ex aduerſo citata. hic verò nullas aſſumit partes Iudicis,ſed merè exequitur,etiam extraiudicialitèr informatus. Clauſula(dummodò) non cōditionem, ſed monitionem infert,natura ſua. Vocatus poſt mortem duorum, ſi vnus interim eorum fatis concedat.nùm vocatus admittatur? Contradictor non admittitur ad dicendum contra gratiam, ſi non ſit legitimus, & de facto magis, quàm de iure, atq; friuola proponat,in Exequutore præſertim mero,magiſquè nocendi gratia, quàm ſua proponendi iura,etiam ſine actione agat. Conſentire qui tenetur, ſi ſine cauſa iuſta neget, cogi poterit, atq; Iudex eius ſupplebit defectum.

Finis Indicis Argumentorum.

Digitized by Google

CAROLI MARANTAE

V.I.D. NEAPOLITANI

Epiſcopi Iuuenacen.

ET SANCTI OFFICII ORDINARII CONSVLTORIS,
Olim Cauſarum Patroni.

Vagas complectens iuris vtriuſq; controuerſas Reſponſiones in foro cauſarum datas, earumque deciſiones.

MATRIMONIALES, BENEFICIALES, Iuriſdictionales, Spoliorum, Criminales.

PARS QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Papa Dei Vicarius eſt.*
Vice Deus iure igitur nuncupatur.
2 *Innocentius Papa III. celebratur.*
3 *Epiſcopos transferendi poteſtas ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat.*
4 *Papa non puri hominis, ſed veri Dei Vicem gerit in terris.*
Quod igitur ipſe facit, Deus videtur facere.
Quia vices gerit Dei, nu. 5.
Ac Ieſu Chriſti, num. 6.
Vnde qui Papa mentitur, mentitur Deo.
Et ſacrilegus euadit, num. 7.
Quia ille vicem Dei viuentis in terris obtinet.
Eſt enim Chriſti Vicarius, Petriq; ſucceſſor, num. 8.
Vniuerſiq; Orbis primatum tenet, nu. 9.
Totiusq; Eccleſia caput.
Chriſtianorūq; omnium Pater, & Doctor.
Plenamq; poteſtatem ipſi traditam fuiſſe, vniuerſalem Eccleſiam regendi, paſcendi, gubernandi, ex Concilio Florentino.
10 *Chriſtus Dominus Deus eſt, Deus verus de Deo vero.*
Verbum Patris, Filius Dei, nu. 41.
11 *Papa poteſtas, Dei poteſtas eſt, ore diuino Petro data, eiuſq; ſucceſſoribus.*
In ipſo, quem confeſſus eſt, Petra fundata.

A Vn-

Vndè Dei poteſtatem exercens dici iure poterit,num.13.

12 *Anima rationalis,& caro vnus eſt homo.*
Sic Deus,& homo vnus eſt Chriſtus.

14 *Papa,quaſi admirabilis dicitur,à Papè admirantis interiectione.*
Stupor Mundi.
Maxima rerum gerens.
Quaſi neuter inter vtrumq;
Vice Deus iure appellatur,n.15.
Sicut Vice Rex
Vice Deus.

16 *Poſſidet is,cuius nomine poſſidetur.*

17 *Papa quæ facit, vt Papa, Dei nomine facit.*
Vndè Deus facere videtur.
Vice Deus,non ab re nuncupatur.

18 *Filiusfamilias quod patris iuſſu facit, pater feciſſe videtur.*

19 *Dij vocantur ij, ad quos ſermo Dei factus eſt.*

20 *Locus pſalm.81.7. Ego dixi Dij eſtis.expenditur.*
De Chriſto explicatur ab ipſomet Chriſto Ioan.10.34 nu.21.

22 *Papa à Deo creatur.*
Vt eius vices gerat in terris.
Vice Deus iure nuncupatur.
Quia opera facit Dei.
Et Redemptoris locum in terris tenet,n.23.
Deiq; locum tenens dicitur.
Ipſius ergo actibus ſe conformare tenetur, num 24.
Chriſtiq; Vicarius eſt,n.25.
Vice Chriſtus propterea dicitur.

26 *Papa quia Dei Vicarius*
Vnum cum Deo Tribunal habet.
Vnum Conſiſtorium,n.28.
Vnus ipſe omnes dijudicat, ipſe verò à nemine iudicatur, n 29.
Solo iudicio reſeruatus Dei, numer.30. & 31.

27 *Vicarius vnum Tribunal facit cum Epiſcopo.*
Vnumq; Conſiſtorium.
Vice Epiſcopus iure nuncupabitur.
Radiatq; fulgoribus Epiſcopi,n.28.

31 *Prima Sedes à nemine iudicatur.*

32 *Papæ à iudicio nemini appellare permiſſum.*
Nulluſq; eſt, qui ei dicere poſſit: Cur ità facis? nu.33.

34 *Deo nemo dicere poteſt: Cur ità facis?*
Vniuerſorum Dominus.

35 *Papa vnum caput facit cum Chriſto*
Hic inuiſibile,ille viſibile.
Alioquin eſſet monſtrum corpus Eccleſiæ.

36 *Papæ omnem humanam creaturam eſſe ſubiectam,de neceſſitate fidei eſt.*
Eique Chriſtus poteſtatem omnes animas regendi committit,num.37.
Ratio redditur nu 38.
Et eandem habet poteſtatem in Vniuerſam Eccleſiam,quam Chriſtus,n.40.

38 *Ieſus Chriſtus Dei Filius in hoc dum fuit Mundo, etiam ab æterno naturalis Dominus fuit.*
Vnde de iure naturali in omnes poteſtatem habet,etiam Imperatores. nu.39.
Vnicumque Vicarium poſt ſe reliquit,
Qui hæc omnia poſſet.
Romanum Pontificem.
In Ieſu Chriſti nomine omne flectitur genu,num.41.

43 *Papæ omne flectitur genu.*
Quia Ieſu Chriſti Vicarius eſt.
Ideo quaſi Deus nuncupatur,num.44.
Totiuſq; Orbis obtinet Principatum.

45 *Petro Chriſtus terreni ſimul, atq; cæleſtis imperij iura commiſit.*

46 *Auctor iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ,eiuſque correptioni omnia ſua committit.*

Argumentum ex ipſo principio patet.

APOLOGICA RESPONSIO

PRIMA.

SANCTISSIMVM Dominum Noſtrum Vrbanum Papam Octauum, cui noſtra dedicauimus. *Vice Deum* nuncupauimus. Epitetum à calumnia vindicamus. Eſt
1 nempè ipſe Dei Vicarius. Vices igitur gerit Dei, eſt proindè *Vice Deus*. Audi Summum, & illum Romanum
2 Pontificem, & ipſum vice Deum in terris, Innocentium Tertium, virum alioqui doctiſſimum, Epiſcopo, & Petro Scholaſtico Maguntino ſcribentem, atq; docentem, *in capit. quanto perſonam 3. de translat. Epiſcop.* poteſtatem transferendi Pontifices ad ſolum Romanum, & Summum Pontificem ſpecta-
3 re, ac dicentem: *Poteſtatem transferendi Pontifices, ità ſibi retinuit Dominus, & Magiſter, quod ſoli Beato Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali priuilegio tribuit, & conceſſit*, & paulò poſt rationem reddens, ſubſequitur: *Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex (qui*
4 *non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris) Eccleſiarum neceſſitate, vel vtilitate penſata, non humana, ſed diuina potiùs authoritate diſſoluit.*

Quod igitur Romanus facit Pōtifex, Deus ipſe facere dicitur: Quia veri Dei vicem gerit in terris. Eſt igitur ipſe *Vice Deus*. quia Dei vices gerit. Ita quoq; Sixtus 4. in extrauagant.

gant. vices illius 2. de treugua, & pace inter
5 comunes, *Vices illius*, (dicens,) *qui ſupra petram ædificauit Eccleſiam ſuam* (*meritis licet inſufficientibus*) *gerentes* . & Innocentius 4. in Concilio Lugdunen. *in cap. ad Apoſtolicæ 2. circa fin. §. nos itaq; de ſent. & re iudic. in 6.*
6 ſequentibus etiam loquitur: *Cum Ieſu Chriſti* (dicens) *vices, licet immeriti, teneamus in terris: nobiſq. in Beati Petri perſona ſit dictum: quodcunq. ligaueris ſuper terram, ligatum erit in Cælis* , ſic Summi Pontifices. & *Gloſſ. in can. ſerpens* 47. verbo. *quod Deo, de pænit. adiſt.* 1. dum Ambroſij argumentum illo tex. Cain ſacrilegum fuiſſe, qui Deo cre-
7 didit mentiendum, ad Papam cõuertit, quod qui ei mentitur ſacrilegus ſit: *ipſe enim obtinet* (dicens) *vicem Dei viuentis in terris*. Qui ergo nos carpere voluerit, quòd Summum Romanum Pontificem (*Vice Deum*) nuncupauerimus: Ipſum Summum Romanũ Pon-
8 tificem carpſerit, Sacroſq. Canones violauerit. Eſt quippè Romanus Põtifex Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor. *Idem* Innocent. 3. loquitur *cap. licet in tantum 4. eod. tit. de tranſlat.* de eadem materia loquens, ac dicens: *Sine illius authoritate ſolui non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & Vicarius Ieſu Chriſti* . Atq. etiam Ioann. XXII. *in extrauag. cùm ad Sacroſancta, vnica, de ſent. excommunicat. in princ.* dicẽs: *Ac ad Romani Põtificis Chriſti Vicarÿ, ſucceſſoriſq; Petri clementiam.*

Concilium quoq; Florentinum ſub Eugenio IV. ſequentibus ſtatuit: *Definimus, ſan-*
9 *ctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatū; & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſq. Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, & doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalẽ Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.* ſic Concilium, refertq; Eminentiſſimus *Card. Belarminus. tom. 1. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 13. in fi. Gloſſ. in Clement. dudùm 1. in princ.* verbo *vndecunq; de iudic.* dicens. *Eſt enim Papa, Vicarius illius, cuius eſt terra, & plenitudo orbis terrarum*. Chriſtus autem verus Deus
10 eſt, Deus verus de Deo vero, vt in ſymbolo ſancta profitetur Eccleſia. Dei igitur Vicarius Summus Romanus Pontifex eſt. Eius ergo vices gerit. Iure propterea *Vice Deus* dicitur, qui Dei gerit vices.

11 Poteſtas autem, quam Romanus habet Pontifex, atq; exercet, Dei poteſtas eſt, & ſi data homini. Excipe Bonifacij Octaui dicta in *extrauag. vnam ſanctam 1. de maiorit. & obed. circa fin. inter commune*, dicentis: *Eſt autem hæc authoritas* (Romani ſcilicet Pontificis) *& ſi data homini, & exerceatur per hominem, non humana, ſed potius diuina; ore diuino Petro data, ſibiq; ſuiſq; ſucceſſoribus, in ipſo, quem confeſſus fuit, Petra firmata, dicente Domino ipſi Petro: Quodcunq. ligaueris, &c. Quicunq. igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ, reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit* ſic Summus Pontifex.

Eſt itaq. diuina nõ humana hæc poteſtas; quia data à Deo, data à Chriſto, qui eſt verus
12 Deus *Gloſſ. ibid.* verbo *eſt autem*. Et ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, vt in Athanaſij ſymbolo ſancta profitetur Eccleſia. Dei igitur poteſtas eſt, quamuis data homini, & per hominem exerceatur. Quemadmodum itaq; quam exercet poteſtatem Summus Pontifex, Dei poteſtas eſt, & dicitur; atq; propterea Dei poteſtatem exercere iure di-
13 citur, vnde Dei poteſtatem exercens ſcrupulo omni ſepoſito, nec ſanè iniuria, nuncupari poteſt; ita planè, quia Dei Vices in terris gerit, cuius Vicarius eſt, *Vice Deus* nec iniuria, quin iure quam meritiſſimo nuncupabitur. Faciat tibi hanc argumenti fidem *Gloſſ.* in Procemio *Clement.* per Ioannem 22.
14 verbo *Papa*, quæ ſequẽtibus loquitur. *Papa, id eſt admirabilis; & dicitur à Papè, quæ eſt interiectio admirantis; & verè admirabilis, quia vices Dei in terris gerit. vndè dicit ille Anglicus in poetria noua:* Papa ſtupor mundi, & *circa finem:* Qui maxima rerum. *quaſi neuter es inter vtrunq;* ſic Gloſſ.

15 Dei ergo vices in terris gerit. *Vice Deus* iure proindè appellabitur. Quemadmodùm Vice Rex quis appellatur, nec ſanè iniquè, Quia vices gerit Regis; & vice Dux dicitur, Quia Ducis vices gerit. Quam ob cauſam igitur non eodem modo, qui Dei vices gerit in terris, Romanus Pontifex, non & ipſe *vice Deus* nuncupabitur? Quia porrò non tanquàm ipſe, ſed tãquàm Deus facere videtur. vt *Gloſſ.* loquitur, de Imperatore verba faciẽs *in tit. authenticor.* verbo *in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti*, argumento eorum, quæ habet Celſus lib. 23. Digeſtorum in *l. quod meo, 18. ff. de acquirenda poſſeſſione*, dicens:
16 *Quod meo nomine poſſideo, poſſum & alieno nomine poſſidere. Non enim muto mihi causã poſſeſſionis, ſed deſino poſſidere, & alium poſſeſſorem meo nomine facio. Nec idem eſt poſſidere, & alieno nomine poſſidere; Nam is poſſidet, cuius nomine poſſidetur.* ſic Celſus.

17 Quæ igitur facit Papa (vt ſcilicet Papa) Domini nomine facit. Deus ergo facere videtur, quia ille vt Deus facit, Dei vices gerens. Si ergo vt Deus facit; quid mirum ſi eius nomen ſortiatur, vt *vice Deus* nũcupetur? Nam is facit, cuius nomine facit, vt non homo, ſed Deus ipſe feciſſe videatur. ſequitur hanc ſententiam doctiſſimus, atq; eruditiſſimus pariter vir Tarantaſiæ Archiepiſcopus *Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunitate lib. 3. cap. 19. nu. 83.* Concinitq; Pomponius magnus Iureconſultus in *l. in ædibus 9. §. quod filius, ff. de donationibus*, in illis verbis: *Quod*

Digitized by Google

18 *filius familias patris iuſſu, ac voluntate do-*
nauit, perinde eſt, ac ſi pater ipſe donauerit.
Quia ordinanti magis, atq; mandanti impu-
tatur, quã facienti. Quam exercet authorita-
tem in vniuerſalem Eccleſiam Summus Ro-
manus Pontifex, Dei authoritate exercet,
Quia veri *Dei* vices gerit; eius igitur nomine
exercere dicitur. Noo mirum eſt ergo ſi *vice*
19 *Deus* appelletur. Nam ſi ad quos ſermo *Dei*
factus eſt, Dij iure nuncupantur. iuxta illud
20 Regij Citaredi pſalm. 81.7. *Ego dixi Dij eſtis,*
& filij excelſi omnes. ob officij dignitatem,
quo fungimini, vt non homines, ſed Dij qui-
dam terreſtres eſſe videamini, vt *Genebrard.*
ibid. gloſſam agit. Quæ ſanè verba de ſe ar-
gumento de minori ad maius ducto *Io.* 10.
34. vſurpauit *Dominus* noſter Ieſus Chriſtus,
qui eſt Sacerdos in æternam ſecũdum ordi-
nem Melchiſedech. *pſalm.* 109 5. *& cap. per*
venerabilem 13. § *ſunt autem Sacerdotes,*
21 *qui filij ſint legitimi,* dicens: *Non ne*
ſcriptum eſt in lege veſtra: quia ego di
xi Dij eſtis? Si illos dixit Deos, ad quos
ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui
ſcriptura: quem Pater ſanctificauit, & miſit
in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas:
Quia dixi filius Dei ſum? Si non facio opera
patris mei, nolite credere mihi. Si autem fa-
cio, & ſi mihi nõ vultis credere, operibus cre-
dite, vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in
me eſt, & ego in Patre; ſic Chriſtus Dominus.
22 Summus Romanus Pontifex à *Deo* creatur,
can. 1. 23. *diſt.* ibi; Cui auctore Deo ſeruio,
(Eccleſiæ ſcilicet) vt eius vices gerat in ter-
ris. iure ergo *vice Deus* nuncupatur, quia Dei
opera facit, eiuſq; nomine facit, ac vices ge-
rit, ipſiuſq. locum in terris tenet. Subueniant
(quæſo) tibi Innocentij IV. in Generali Cõ-
cilio Lugdunen. verba in *cap. pro humani* 1.
de homicid. in 6. dicentis: *Vnde nos eiuſdem*
Apoſtoli (Petri ſcilicet) *effecti (licèt immeri-*
23 *ti) ſucceſſores, & ipſius Redemptoris locum*
in terris (quamquam indignè) tenentes. Locũ
igitur Redemptoris (Chriſti *Dei*) tenet Pa-
pa. Ipſius itaq. locum tenens eſt. eſt ergo *Dei*
locum tenens. vices proindè gerit Redem-
ptoris, & *Dei. Vice Deus* iure propterea nun-
cupatur, quia illius locum, & vices gerit. Eius
quippè Vicarius eſt. Audi Clementem V. in
Concilio Viennenſi in *Clement. vnica, in*
princ. de iure iurand. ſequentibus enim ille:
Romani Principes Orthodoxæ fidei profeſſo-
res ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cuius
caput eſt Chriſtus Redemptor noſter, ac Ro-
manum Pontificem eiuſdem Redemptoris Vi-
carium, feruore fidei, & claræ deuotionis
promptitudine venerantes. Sic Summus Pon-
tifex & Ioannes XXII. in *extrauag. Saluator*
noſter 5. in princ de præbend inter comunes.
ſequentibus & ipſe loquitur: *Romanus itaq;*
Pontifex, ſicut eodem Domino diſponente,
Vicarius eius in terris eſſe dignoſcitur, ſic &
24 *ipſius actibus (in quantum ſinit humana*
fragilitas) ſe conformare tenetur. Eſt proindè
Romanus Pontifex Chriſti Vicarius. eius
ergo vices gerit; vice eſt ergo Chriſtus. ca-
put verò Chriſti, Deus, vt Apoſtolus Paulus
loquitur 1. *ad Corinth.* 11. 3. Dei propterea vi-
25 ces gerit. eſt ergo *Vice Deus* in terris. Vt eius
nomini conformetur, ſicuti & eius actibus (in
quantum ſinit humana fragilitas) ſe confor-
26 mare tenetur. Quia eius Vicarius eſt, & vnũ
cum Deo tribunal habet, & efficit. Tribunal
porrò Papæ, Dei Tribunal eſt. Quemadmo-
27 dùm Epiſcopi, eiuſq; Vicarij vnum tribunal,
vnumq. conſiſtorium eſt *cap. 2. in fin. de con-*
ſuetud. lib 6. & cap. Romana 3. in princ. de
appellat. eod. lib. ſicuti verò non improbabi-
tur, ſi vice Epiſcopus, Vicarius appelletur
28 Epiſcopi; quia eius vices gerit, & radiat ful
goribus Epiſcopalibus, ad *tex Clement. & ſi*
principales 2. vbi etiam *Gloſſ. de reſcript.* ita
planè nec improbabitur ſi *Vice Deus* Papa
nuncupetur; qui Vicarius eſt Dei, eiuſq; vi-
ces gerit in terris, & quo cum vnum efficit
29 Tribunal, vnum conſiſtorium. Vndè vnus
ipſe omnes dijudicat, ipſe autem à nemine
iudicatur vnius Dei iudicio ſuppoſitus, cu-
ius vices gerit. Sic Simmacus Papa can. alio-
30 rum 14. 9. q. 3. *Aliorum* (dicens) *hominum*
cauſas Deus voluit per homines iudicari; ſed
ſedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione, re-
ſeruauit arbitrio. Antherius quoq; Papa can.
facta 15. ead. cauſa, & q. *Facta ſubditorum* (in-
quit) *iudicantur à nobis, noſtra verò à Do-*
31 *mino iudicantur.* Ipſa enim ſedes à nemi-
ne iudicatur, vt ita ex dictis Bonifacij Martyris
Citarianus *can. ſi Papa* 6. 40 *diſtin.* dicentis.
Huius (Papæ ſcilicet) *culpas, iſtic redarguere*
præſumit mortalium nullus: Quia cunctos
ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus, &
Gelaſius Papa eam cuncta per mundum 17.
9. q. 3. *Cuncta* (dicens) *per mundum nouit*
Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia
fas de omnibus habeat iudicandi, neq. cuiquã
de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad il-
lam de qualibet mundi parte appellandum
32 *eſt, ab illa autem nemo eſt appellare permiſ-*
ſus. & Bonifacius 8. d. extrauaganti vnã ſan-
ctam 1. § *ergo ſi deuiat, de maiorit. & obed.*
inter comunes. *Si vero ſuprema,* (ſcilicet po-
teſtas Papæ, de qua loquitur) *à ſolo Deo, non*
ab homine poterit iudicari. & Gelaſius Papa
can. Ipſi ſunt canones. 16. *ead.* 9. *q.* 3. vt nullus
33 proinde ſit, qui ei dicat, cur ita facis? vt *gloſ.*
loquitur *d. cap. quanto* 3. verbo *veri Dei, de*
translat Epiſc. & *tex.* vbi etiam *Gloſſ.* verbo
Deo, in can. quamuis. 22. *de pœnit. diſt.* 3. quẽ-
34 admodum nec Deo quis dicere poteſt: Cur
ita facis? *Iob.* 9. 12. Vniuerſorum ipſe domi-
nus, omniumq. moderator. 2. *Maccabeorum*
14. 35 Tantaq. connexio eſt inter Chriſtum
35 Dominum, eiuſq; Vicarium Summum Ro-
manum Pontificem, vt vnum Eccleſiæ caput
efficiant, hic viſibile, inuiſibile ille. Alioquin
monſtrum eſſet. Non mea hæc eſt cogitatio,
ſed

Digitized by Google

ſed einſdem Romani Pontificis Bonifacij
Octaui *d. extrauag. vnam ſanctam, §. igitur.*
Audi illum ſic loquentem, & digitum impo-
ne ori tuo. *Igitur Eccleſiæ vnius, & vnicæ*
vnũ corpus, vnum caput, non duo capita quaſi
monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti Vi-
carius, Petrus, Petriq; ſucceſſor, dicente Domi
no ipſi Petro: Paſce oues meas. meas (inquit)
& generalitèr, non ſingularitèr, has, vel illas,
36 *p quod cõmiſiſſe ſibi intelligitur Vniuerſas.*
Vt de neceſſitate fidei ſit credere, omnẽ hu-
manam creaturã Romano Põtifici ſubeſſe, ſi-
cuti Chriſto Domino. Definit hoc ipſemet
Bonifacius *d. extrauag. vnam ſanctam in-*
fine. dicens: *Porrò ſubeſſe Romano Pontifici*
omnem humanam creaturam declaramus, di-
cimus, definimus, & pronunciamus omninò
eſſe de neceſſitate ſalutis. Non mirum ergo ſi
Vice Deus Romanus Pontifex nuncupètur,
37 qui vices gerit in terris Chriſti Domini, &
Dei, qui Romano Pontifici hanc poteſtatem
omnes animas regendi commiſit, vti Sixtus
4. *in extrauag. Et ſi Dominici, in princ. de*
pęniten. & remiſſion. inter comunes, & glo.
fin. in d. extrauag. vnam ſanctam, ſequẽtibus
loquens: *Chriſtus committit Summo Pon-*
tifici vices ſuas, vt habetur Matth. 16. & 24.
q. 1. Quodcunquè. Sed Chriſto data erat om-
nis poteſtas in Cęlo, & in terra, Matth. 28. er-
go Summus Pontifex, qui eſt eius Vicarius,
habebit hanc poteſtatem, extra de translat.
epiſcop. d. c. quanto. Confirmatq; argumẽtum
ſubnectens, rationemq; afferens, dicẽs: *Quia*
38 *Ieſus Chriſtus filius Dei, dùm fuit in hoc*
Mundo, & etiam ab æterno naturalis Domi-
nus fuit, & de iure naturali in Imperatorem,
& quoſcunq; alios, vt puta in perſonas, quas
creauerat, & donis naturalibus, & gratuitis
dotauerat, & etiam conſeruabat. Et eadem
ratione, & eius Vicarius poteſt. Rationemq;
39 ſubnectit: *Nã nõ videtur Dñs diſcretus fuiſſe*
(vt cum reuerentia eius loquar) niſi vnicum
poſt ſe talem Vicarium reliquiſſet, qui hæc
omnia poſſet. Fuit autem iſte Vicarius eius
Petrus Matth. 15. vltrà med. Et idem dicen-
dum eſt de ſucceſſoribus Petri, cùm eadem
abſurditas ſequeretur, ſi poſt mortem Petri,
humanam creaturam à ſe creatam ſine regi-
mine vnius perſonæ reliquiſſet, argum. ad
hoc ſuprà qui filij ſint legitimi, per venerabi-
lem vltrà med. ſic Gloſſ.

40 Habet igitur Romanus Pontifex eandem
poteſtatem in vniuerſam Eccleſiam, quam
Chriſtus Dominus, & Deus, quia eius Vica-
rius eſt, eiuſq; vices gerit in terris. Ergo Vice
41 Chriſtus, ergo *Vice Deus*. Chriſtus enim
Deus eſt, Verbum Patris, Filius Dei, Verus
42 Deus, de Deo vero. Hinc ſanè eſt, quòd ſicu-
ti in nomine Ieſu omne genu flectitur, vt
Paulus ad *Philippenſ. 2. 10.* loquitur. Vt in no-
mine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium,
terreſtrium, & infernorum; ità perequè Sum-
43 mo Romano Pontifici eiuſdem Ieſu Chriſti
Dei Vicario omne genu flectitur, quod poſt
Apoſtillam ad dictum locum Pauli aduertit
doctiſſimus ille Tarantaſiæ Archiepiſcopus
Anaſtaſius Germonius de Sacrorum immu-
nitatibus lib. 3. cap. 11. num. 10. Quin *num. 9.*
eod. cap. ſequentibus loquitur: *Eſt enim Ro-*
44 *manus Pontifex quaſi Deus in terris, maior*
quouis homine, plenitudinem poteſtatis ob-
tinens, cui neceſſariò omnes obedire tenentur:
Ipſe etenim totius Orbis obtinet principatum,
totius Orbis Supremum Magiſtratum. Eſt
45 *enim Petri ſucceſſor, cui beato, æternæ vitę*
Clauigero, terreni ſimul, & cœleſtis Imperij
iura commiſit Chriſtus Dominus, proindè &
Chriſti Vicarius Sic Germonius. Non mirũ
ergo ſi qui quaſi Deus habetur, quòd Dei
Vicarius ſit, eiuſque vices gerat, *Vice Deus*
nuncupetur.

Hæc diximus, datum Epitetum tuendo,
rationeſq; afferendo, vnde ad dandum illud
46 moti ſumus. Verùm & hæc, ſicuti omnia no-
ſtra iudicio, atq; correptioni ſubijcimus San-
ctæ matris Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ
Romanæ.

Carolus Maranta V. I. D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Prouerbium. Bibimus ex eadem ciſterna ve-*
nenum omnes.
Quia poſt primi noſtri Parentis Adæ pec-
catum mortis reatum incurrimus om-
nes.
2 *Mors omnes æqua lance rapit,*
Et quaq; ruit, furibunda ruit.
3 *Morimur omnes neceſſario decreto.*
Atq; irreuocabili ſententia.
4 *Mors tributum eſt magni Dictatoris, à quo*
nullum priuilegium, & immunitas exi-
mit.
Et in puncto exſoluendum.
5 *Mortem contemnere in homine Chriſtiano*
magnum conſtantiæ, ac fortitudinis ſi-
gnum.
Maius tamen cauere, ne improuiſa veniat.
Vigilandum itaq; n. 6.
7 *Somnus, peccatum eſt, atq; futurorum deſi-*
dia.
Et mortis imago.
Et quare ſomnus, atq; dormitio cum morte
confunditur? n. 8.
8 *Locus Danielis 12. 2. ex hebręo perpenditur.*
9 *Euigilandum à ſomno peccati, dùm tempus*
eſt.
Nam quod negligimus, per omnem æterni-
tatem recuperare non licebit, n. 10.
11 *Locus Apocalypſis 10. 6. enucleatur, quòd tẽ-*
pus hoc præſens præteribit.
12 *Vita præſens Mercatus eſt, ex Nazianze-*
no.

13 En-

Digitized by Google

13 *Excomunicatus ab Eccleſiaſtica arcetur ſepultura.*
Ni moriens pœnitentia euidentia ſigna oſtenderit, n. 15.
Abſolui tamen prius debebit, & n. 46.
14 *Maria ſemper Virginis inuocatio, pœnitentiæ ſignum eſt in moriente, & num. 54.*
Imo præſentaneum, & euidens, n. 22.
Vnde poterit Eccleſiaſticę tradi ſepulturæ, vt Sacra Congregatio *declarauit n. 56.*
16 *Mariam* Virginem, *vt altius veneraremur, totius boni plenitudinem in ea poſuit Deus, vt per illam accipiamus,*
Ad illam ergo recurrendum, vt habeamus, num. 17.
18 *Miſericordia eſt, nullum relinquere in miſeria, & nullum miſerum facere.*
Eſt dare, & dimittere.
19 *Peccati venia non datur niſi correcto.*
20 *Maria Miſericordia Mater.*
Peccatorum Aduocata.
Sub ſua tutela peccatores habet.
Lucidatur à Beata Geltrude, n. 21.
Eiq; omnia poſſibilia ſunt, n. 23.
Et omnia in manus eius dedit Deus, n. 24.
Omnium Domina, quæ Creatoris mater extitit.
Et à nomine Maria, ab Anna genita, gratiarum Domina dicta.
24 *Marię nomen quid ſignificet?*
25 *Ieſum nemo inuocare poteſt niſi in Spiritu* Sancto, *ex* Apoſtolo Paulo, *quod elucidatur.*
Eius ſola inuocatio ſignum eſt euidens pœnitentiæ, n. 26. & n. 28.
27 *Peccata dimittit ſolus* Deus.
28 *Mortuus pœnitens æſtimatur, qui in paſchate confeſſus fuerat.*
Modò de contrario non appareat, n. 29.
Nam melior pars, quod eum pœnituerit, pręſumenda, n. 30.
31 *Mariam ſemper Virginem nemo inuocare poteſt niſi in ſpiritu Dei.*
32 *Signum quid?*
33 *Miſericordiam qui expoſcit, ſe ſuorum pœnitere peccatorum oſtendit.*
34 *Locus Matth. 15. 22. de Cananea, expenditur.*
35 *Maria inuocantibus peccatoribus benignam ſe exhibet, atq; charitatem cum eis facit, eos à peccatis reuocando.*
36 *Charitatis inter opera eſt, errantem aberroris ſui ſemita reuocare.*
37 *Maria nobis genuit filium, & in illo omnia nobis donauit.*
38 Locus *Apoſt. 2. ad Corinth 2. 10. elucidatur*
39 *Mariam ad Virginem liberiùs, ac fiducialiùs, quàm ad Chriſtum, accedit peccator. ex Bernardo.*
Et ratio affertur.
Ideoq; ad Cœleſtem Patriam tranſlata, vt pro peccatoribus fiducialitèr intercedat nu. 40.
Propterea in miſericordia coronauit eam Dominus, n. 41.
41 *Locus pſalm.* 102. 4. *de Maria* Virgine *expenſus.*
Maria Regina eſt miſericordię, cuius caput miſericordia corona redimitum eſt.
42 *Miſericordia, & miſeratio in quo differant?*
43 *Maria ad miſericordiam comparationem habet per viam originis eſſentialis, ac per modum matris.*
Vndè *excedit omnes alios, n. 45.*
44 Conuenientia *eſſentialis improportionabilitèr excedit modum inhærentiæ accidentalis.*
47 Signa *pœnitentię licèt euidentia ſint, vt ſaluari quis æſtimetur, certitudinem tamen non dant.*
Quod nemo certò ſciat ſe gratiam gratum facientem habere, n 48.
48 Gratiam *gratum facientem ſe habere nemo certò ſcire poteſt abſque* Dei *reuelatione.*
Ratio affertur, n. 50.
49 *Locus Eccleſiaſtes 9. 1. Neſcit homo, vtrum amore, an odio dignus ſit. elucidatur.*
50 *Gratia principium, & obiectum eius, eſt ipſ* Deus.
51 *Sanctus Hilarion iam iam animam efflaturus, timere ſe mortem oſtendit, & ſe de ſua ſalute non eſſe ſecurum.*
52 *Animę de ſalute certitudinem habere nemo poteſt.*
Niſi per Dei reuelationem.
Poteſt *tamen per ſigna id coniecturari.*
Inter quæ agnoſcitur deuotio erga Virginem Mariam, n. 53.
53 Prædeſtinationis *inter ſigna deuotio eſt erga Sanctiſſimam Mariam* Virginem, Dei Parentem.
55 *Pœnitentia ſine, ſaluatur nemo.*
57 *Dominus Antonius de Petio Archiepiſcopus Surrentinus commemoratur.*

ARGVMENTVM.

Excomunicatus, qui in mortis articulo bis Sanctam Mariam Virginem, vt ei præſto eſſet, inclamauit, an pœnitentiæ euidentia ſigna oſtendiſſe videatur, vt & abſolui à cenſuris, atq; Eccleſiaſticę tradi ſepulturæ valeat? latè diſſeritur, atq; plura de Virginis Mariæ deuotione.

RE-

RESPONSIO I I.

1 Bibimus ex eadem ciſterna venenum
omnes, poſtquam vetitum pomum
primus noſter guſtauit Parens. *In
quacunq; enim die comederis ex eo,
morte morieris.* Dominus Deus nunciauerat
ei. *Geneſ.* 2. 17. Guſtauit, comedit, morte mo-
rimur omnes.

2 *Illa rapit iuuenes, ſubſtulit illa ſenes.*
Quaq; ruit furibunda ruit, totumq. per orbē
Fulminat, & cœcis cœca triumphat equis.
vt *Ouidius* ad Liuiā de morte Druſi cecinit.

3 Morimur igitur omnes neceſſario decre-
to, tardiùs, aut citiùs. Qui ſanxit legem infi-
nitus eſt, nec circumſcriptus loco, aut tem-
pore; ita noluit determinari, aut termina-
ri certis interuallis. Indicta eſt, ac pro-
mulgata ſemel ſtricto imperio à ſupremo
Tribunali, vniuerſis, qui ſubſunt, irreuocabili
ſententia, natis, naſcituris, primis, infimis, fœ-
minæ, viro, homini, bruto, ſeni, iuueni, pro-
bo, reprobo. Suus cuiq; triens in hunc cen-
4 ſum conſerendus. Tributum eſt magni Di-
ctatoris, à quo nullum priuilegium, aut im-
munitas eximit; nulla dies præſcripta ſolu-
tionis, ſingula momenta ſunt: comparēdum
quando citamur, præciſa mora, & in puncto.
5 Quare magnum ſignum conſtantiæ, & forti-
tudinis in homine Chriſtiano mortem con-
temnere; ſed maius cauere ne improuiſa ſter-
nat, & ſitum incidat. vt *Tuillius* in emble-
mate 154. *Alciati*, philoſophatur. Vigilandum
itaq. ne ſopore, Mortis fratre, corripiamur.
6 Sic Chriſtus *Marci* 13. 33. nos admonuit: *Vi-
dete, vigilate, & orate; neſcitis enim quando
tempus ſit.* conſequentiam inferens. num. 35.
*Vigilate ergo, (neſcitis enim quando dominus
domus veniat: ſerò, an media nocte, an galli
cantu, an mane) ne cùm venerit repente in-
ueniat vos dormientes. Quod autem vobis di-*
7 *co, omnibus dico:* Vigilate. Somnus, peccatū
eſt, ac futurorum deſidia. Qui dormit non
operatur. Nihil operatur ad ſalutem qui pec-
cato detinetur. Ipſe ſomnus mortis imago
eſt. vt dixit quidam.
8 *Stulte, quid eſt ſomnus? gelida mortis imago.*
nec ab re dormitio ipſa cū morte cōfunditur.
ita apud Danie. 12. 2. *Et multi de his, qui dor-
miunt in terra puluere, euigilabunt.* qui dor-
miunt, ex hębreo verbo (*Ieſcenim*,) dormiē-
tes, mortuos vocat. perpendit hoc *Cornelius
à Lapide in* 1. *ad Theſſal.* 4. *verſ.* 13. *nu.* 28. &
apud *Ioa.* 11. *v.* 11. Chriſtus Dominus noſter
mortuum Lazarum, dormientem vocat: *La-
zarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à
ſomno excitem eum.* quem à mortuis fœten-
9 tem quatriduanum, ſuſcitauit. Euigilemus
igitur & nos, dùm tempus eſt, à ſomno, quin
non à morte peccati, & dùm tempus habe-
mus operemur bonū. vt verbis loquat Apo-
ſtoli Doctoris Gentium ad *Galatas* 6. 10. ne
ſubito præoccupati die mortis, quæramus
10 indulgētiam, & inuenire nequeamus. Quod
enim iam negligimus, per omnem æternita-
tem recuperare non licebit: quia breui finie-
tur omne tempus viuendi, agendi, merendi,
11 *Iurauit Angelus*, (inquit Ioannes Apoca-
lypſ. 10. 6.) *per viuētem in ſæcula ſæculorum,
quia tempus non erit ampliùs.* Sed æterni-
tas, & æterna retributio eorum, quæ in tem-
12 pore hoc gerimus. Vita hæc mercatus eſt,
in quo omnes opes, putà virtutes, compara-
re poſſumus; eo exacto nullus emendi, & cō-
parandi ſupereſt locus. Mercatus hic durat
tantùm vno die, putà vita noſtra, quæ nō eſt
niſi vnus dies, imo niſi pūctus reſpectu æter
nitatis. Vide ergo, vt hoc die copioſè mer-
ceris, & lucra tua, in æternum duratura, ada-
ugeas. ita ex *Gregor. Nazianzeno* in Iambi-
cis, *Cornelius à lapide* in commentar. ad Epi-
ſtol. Pauli *ad Galatas cap.* 6. *verſ* 10. *nu.* 167.

Quàm igitur intentos nos eſſe oporteat,
vt ab omni peccati labe longe abſimus, Fa-
ctum quod narro exprimit.

Sacerdos quidam Theanē. diœceſis, quòd
à Curia contumaciter diffugeret, funeſto ex-
comunicationis fune ligatus fuit, atq; denū-
ciatus. Intempeſtè propterea ab inimicis ad-
ortus, igneo globulo ex bellico tormēto ex-
cuſſo petitus, animam reddere coactus eſt.
Percuſſus, bis Beatiſſimam Virginem Mariā,
vt ei adeſſet, inclamauit, ac vitæ terminū fe-
13 cit. Ideo, cùm excomunicatione detinere-
tur, proijciebatur, ne eccleſiaſtico humare-
tur ſepulchro. Cui nempè non comunica-
uerant viuo, neq. mortuo comunicare debe-
bant. ad regulam, quam tradit Innocentius
III. in *cap. à nobis.* 28. § *non obſtat, de ſenten.
excomunic. extrà can. quicunq.* 37. *in fin.* 11.
quæſt. 3. *can. de comunione.* 1. *in fin.* 24. *q.* 2. In
difficultatem propter hanc rem reuocaba-
tur: oſtendiſſet ne hic pœnitentiæ ſigna, vt
abſolui poſſet, atq; Eccleſiaſtica conſequen-
14 ter ſepultura donari? Conſultus Ego: oſten-
diſſe affirmabam. Qui enim Beatiſſimā Ma-
riam Virginem miſericordiæ parentem in-
clamauerat, vt ei adeſſet, opemq; ferret; ad
miſericordiam vtiq; à Iuſtiſſimo Iudice eius
filio conſequendam interpellauerat; pecca-
torum itaq; eum pœnitebat, vt miſericor-
15 diam conſequeretur. Oſtenderat ergo eui-
dentia pœnitentiæ ſigna, vt abſolui poſſet,
atq; Eccleſiaſticæ deindè ſepulturæ donari:
Vt idem Innocentius III. *d. cap. à nobis.* 28. *de
ſent. excomunicat.* decernit: *Poteſt tamen,*
(inquiens) *& debet ei Eccleſia beneficio ſub-
ueniri, vt ſi de ipſius viuentis pœnitentia per
euidentia ſigna conſtiterit, defuncto etiam
abſolutionis beneficium impendat.* ſic Sum-
mus Pontifex Innocentius. *Gloſſ. in cap. ad
hæc* 5. *verbo eijciant. extrà de priuileg.* & *in
cap. ſi Ciuitas.* 17. verbo *ſepeliri. in fin de ſen-
tent. excomunicat. in* 6. Idem Innocentius
III. *in cap ſacris.* 38. *in fi. de ſent. excom. Aegi-
dius de ConinK de cenſur. diſput.* 14. *dub.* 8.
nu.

Digitized by Google

nu.59.& num.66. Couar.in cap. alma mater par.1.§.11.num.8.de ſent. excomunicat.in 6. Nauar.manuali cap. 26. num. 32. Antonius Ricciullus Archiepiſcopus Conſentinus *tra. de perſonis extra gremium Eccleſ.lib.4. c.65. nu.12.& ſeq Barboſ.in collectanea ad cap. ſacris 38.nu.2. de ſent. excomunicat. Sayrus de cenſuris in Theſauro lib.2.cap 4.num.13.*

16 Et quidem, vt altius à nobis veneraretur
Maria, totius boni plenitudinem in ea poſuit Deus, vt per illam accipiamus. Teſtem huius accipe *Bernardum* ſermone de natiuitate Beatæ Mariæ.*col. 3.* ſequentibus loquentem: *Altiùs ergo intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria: vt proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare, quæ aſcendit delitijs affluens.* & paulò infra, inſerens, dicit: *Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hāc veneremur, quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.* ita Bernard. Totum igitur, quod habere volumus, eoq; indigemus, nos habere voluit Deus per Mariam. ad illā
17 ergo recurrendum, vt habeamus. ſine qua habere non poſſumus.

Recurſum hic igitur ad Mariam habuit, vt
18 miſericordiam inueniret, eamq. inclamauit. Inuenit igitur. Hoc eſt enim miſericordia, ſm̄ *S. Ambr.* Nullū relinquere in miſeria, & nullum miſerum facere. vel vt *Glo.* ſuper illud Matth.5. *Beati miſericordes.* inquit: Miſericordia eſt dare, & dimittere. ſequiturq. *Fr. Bernardinus de Buſto in marial.p.4.ſer.7. de beatitudinib. Mariæ.par.5.circa fin.* Si miſericordiam inuenit, pœnitentiæ vtiq. ſigna euidentia oſtendit, quod ſe ſuorum pecca-
19 torum pœnituit. peccati enim venia non datur niſi correpto. regula *peccati venia. 5.de*
20 *regul.iur. in 6.* Nec mireris ſi tam celeriter peccatorem excomunicatione ligatum, receperit miſericordiæ Parens. Peccatorum quippe ipſa Aduocata eſt, ſub eius idcirco tutela peccatores ſunt, atq; ab ea agnoſcuntur. Audi quæſo quid de ea Deuotus Abbas *Ludouicus Bloſſius* in monili ſpirituali *cap.1. circa fin.* ex Beata Geltrude *lib 4. diuinarum inſinuat.cap.49.* refert, dicens: *Beata Geltru-*
21 *dis aliquando vidit accurrere ſub clamidem dulciſſimæ Genetricis Dei Mariæ veluti beſtiolas quaſdam diuerſi generis, per quas ſignificabantur peccatores ſpecialem deuotionem ad illam habentes. Has omnes mater miſericordiæ benignè recipiēs, & quaſi ſub pallio ſuo protegens, delicata manu ſua ſingulas contrectabat, deliniebatq. & ipſis amicabiliter blandiebatur, quemadmodum quis blandiri ſolet catulo ſuo. Ac per hoc manifeſte inſinuabat quàm miſericorditer ſuſcipiat omnes ſe inuocantes, & quàm materna pietate defendat ſperantes in ſe; etiam eos, qui adhuc peccatis impliciti ſunt; donec illos filio ſuo reconciliet verè pœnitentes.* hic Bloſſius.

Si ita affecta eſt erga peccatores B. Virgo, vt eos ſub pallio protegat, eiſq. blandiatur, eoſq. tueatur, atq. inuocata defendat: Quid mirātis, ſi inclamata, in tam ſubitæ neceſſitatis periculo, inuocanti peccatori af-
22 fuerit, eiq miſericordiam impetrarit? Neq. porrò tam euidentius ſuæ pœnitudinis ſignū dare potuit, quàm inuocare Mariam, vt præſentaneo periculo occurreret; ſeq; à peccatorum nexibus, quibus tenebatur, ſua solueret
23 protectione. Omnia enim poſſibilia ſunt illi. *Marci 14.36* Q[illegible]ia omnia dedit ei filius in manus. *Ioan.13.3.* dicereq. iure valeat, quod
24 & Sanctus Patriarcha Ioſeph. *Geneſis 39.9.* mulieri illi dixit: *Ecce Dominus meus omnia mihi tradidit, nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi.* quod de Beatiſſima hac Virgine adnotat *Frater Bernardinus à Buſto in mariali par. 9. ſermon.2. in 8. aſſimilatione. Maria terra. §.tantam autem in fin.* Verè etenim rerum omnium conditarum Domina facta eſt, cùm Creatoris Mater extitit, vt *Damaſcenus* loquitur *de fide orthodoxa lib. 4. cap. 15.* nec mirum (ſecundum eundem ibidem) ſi Mariæ nomine donata fuit, quod Dominam ſignificat, & ab Anna, quæ gratiam ſonat, nata fuerit: quaſi gratiarum Dom[illegible]na: vt omnes per illam apud pientiſſimum Patrem gratiam
25 inueniant. Quemadmodum autem, Apoſtolo teſte 1.ad Corinth.12.3. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.* quod videlicet: nemo abſq gratia Chriſti, & Spiritus ſancti poſſit per veram fidem, & piū affectum ſeriò, & ex corde inuocare Dominum Ieſum, illumq. confiteri eſſe Dominū, & Redemptorem noſtrum; aut etiam dicere in corde ſuo, & cogitare aliquid de eo, quod in ſuo gradu, & ordine ad remiſſionem peccatorum, gratiam, & finem ſupernaturalem, id eſt ad beatitudinem, conſerat, & diſponat. vt ex *Anſelmo, & Ambroſio* loquitur *Corne-*
26 *lius à lapide* in eundem locum. Vt ſola ipſa ſanctiſſimi nominis Ieſù inuocatio ſignum ſit euidens pœnitentiæ. non enim vocatur Ieſus, niſi vt ſaluet. ſic enim Angelus ad *S.* Ioſeph. *Matthæi. 1. 20* de Chriſto loquens ex Maria genito. *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuū à peccatis eorum.* Saluum autem à peccatis facere, Dei eſt. Iob. 14.4. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nō*
27 *ne tu, qui ſolus es?* Solus enim Deus peccata dimittit: *Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* Lucæ 5.21. vt Pater *Barradius in Euangelia.tom.1.lib.8.cap.6.* verbo. *& vocabis nomen eius* commentatur, & *Seuer.* apud *Sanctum Thomam* in catena aurea in verbis illis:

Digitized by Google

illis: à peccatis eorum. *Eſſe Deum, qui pecca-*
ta donat. ſi Chriſtianis non credis, crede infi-
delibus, vel Iudæis dicentibus: nemo poteſt
dimittere peccata niſi ſolus Deus. Ieſum igi-
tur inuocans; vt ſaluetur inuocat. pœnitet er-
28 go le peccatorum ſuorum. Aduertit in hiſce
noſtris terminis, imo maioribus, de meretri-
ce, quę vulneribus confoſſa, & mortua in do-
mo cuiuſdam amici ſui reperta fuerat, & in
paſchate confeſſa; ex præſumptione inuoca-
tionis nominis Ieſu ſanctiſſimi, potuiſſe Ec-
cleſiaſticę tradi ſepulturæ, quod ex ipſa in-
uocatione tam ſãctiſſimi, ac ſaluberrimi no-
minis, (quando nõ eſt aliud nomen ſub Cę-
lo, in quo nos oporteat ſaluos fieri *Act.* 4.
12.) ſatis euidentia pœnitentiæ ſigna oſten-
derit. *Martinus Nauar. conſ. an priuari de-*
29 *beat ſepultura nu. 3. lib. 3. de ſepultur.* dum
præſertim de contrario non conſtat. ex *Gloſ.*
recepta in cap. ex parte. 11. *verbo communi-*
30 *cabatur de ſepultur.* cùm aliis in hoc me-
lior pars (quod videlicet eam peccatorum
pœnituerit) præſumenda ſit. vt in hiſce no-
ſtris terminis, excomunicationis fune ligati,
atq. denunciati, ſequitur *ConinK. d. dub.* 8.
31 *diſput. 14. nu. 66.* Ita plane nemo poterit di-
cere (Sancta Maria Domina mea) niſi in gra-
tia Spiritus ſancti, ore, corde, & opere eam
pronunciando, vt ex *Alexandro de Ales* in
terminis de inuocatione nominis Mariæ, &
vtilitatibus; quæ ex ea percipiuntur. ſequitur
Pater Pelbartus in ſtellario Coronæ Beatæ
Mariæ Virginis lib. 6. par. 1. art. 3. verſ. ſicut
namq. fol. mihi 111.

Inclamauit igitur hic Sanctam Mariam
32 pœnitentiæ ergo euidentiſſima ſigna dedit.
Signum namque eſt, quod præter ſui cogni-
tionem, alterius etiam cognitionem indu-
cit. Veluti fumus, ſignũ ignis eſt: ipſius enim
cognitio, cognitionem ignis, etiam occulti,
facit. vt *Cardin. Tolet. in introduct. in diale-*
cticam Ariſtotelis lib. 1. cap. 11. loquitur. ar-
gumẽto *tex.* in *cap. quiſquis rebus.* 1. ex ver-
bis Auguſtini ibi: aut aliquid ſignificat, aut
ſagacioſius eſt 41. *diſt.* & *Gloſſ.* ibidem verbo
ſignificat. Idem *Card Tolet. Inſtruct. Sacer-*
dotal. lib 2. *cap.* 15 *nu.* 3. impreſſionis Roma-
næ. *Franciſcus Victoria in ſumma Sacra-*
mentorum de Sacrament. in genere. q. 1. ex
Auguſtino. 2. *de doctrina Chriſtiana* dicen-
te: Signum eſt, quod præter ſpeciem, quã in-
gerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cogni-
tionem venire. quod eſt relatum à Gratiano
can ſignum eſt. 33. *de conſecrat. diſt.* 2. præter
itaq; hanc exteriorem inuocationem, indi-
cauit vtiq; ſe pœnitere ſuorũ peccatorũ. In-
de quippe ipſam Sanctam Mariam inuoca-
uit, vt ſuo adeſſet auxilio, ſibiq; miſericordiã
33 impetraret. Qui igitur Miſericordiam expo-
ſcit, oſtendit ſe vtiq; peccatorum, quorum
miſereri poſtulabat, pœnitere, illaq; non pla-
cere amplius, velleq; ea confiteri, ſi poſſet. fit
34 hoc manifeſtum ex verbis illis *Matth.* 15.
22. mulieris Cananitidis ad Chriſtum: *Miſe-*
rere mei Domine fili Dauid: filia mea male à
Dæmonio vexatur. Iam à finibus illis egreſſa
erat, & errorem Tyrrorum, ac Sydoniorum
loci, ac fidei comutatione dimiſerat. vt *Hie-*
ronym. lib 2. commentar. in Matth. c. 15 loqui-
tur. Dimiſerat itaq; perfidiam, quæ miſeri-
cordiam expoſcebat. non enim miſericordiã
peteret, ſi fidem non haberet. neq; miſeri-
cordiam mereretur, ſi impœnitens fuiſſet. ſe-
cundum S. Auguſtin. relatum *can. non poteſt*
eſſe 28. in fi. 23. q. 4. In ipſa igitur ſola Mariæ
inuocatione, euidentia pœnitentiæ oſtendit
ſigna. non indignus ergo factus eſt, quin ei
abſolutio concedatur, & poſt illam Eccleſia-
35 ſticæ ſepulturæ tradatur. Neq; enim in du-
bium reuocandum eſt, quin præſtiterit ſe-
piam, inuocata miſericordiæ Mater Maria,
atq; hanc cum illo fecerit charitatem, pieta-
temq; quod ab erroris ſui ſemita peccatorẽ
reuocarit. iuxta Clementis III. axioma in *ca.*
36 *inter opera 20. de ſponſalib.* dicentis: *Inter*
opera charitatis non minimum eſt errantem
ab erroris ſui ſemita reuocare. idem *can. tria*
ſunt genera 12. *in fin. 45 diſt.* ſequiturq; per-
penſionem hanc de Beata Maria, ex *Alberto*
ſuper miſſus eſt *cap.* 112. *Frater Bernardinus*
de Buſto in mariali par. 4. ſermon. 7. part. 5.
37 Quam ergo filius contulit miſericordiã, ipſa
mater contulit, quæ filium nobis genuit; &
in illo omnia nobis donauit. ad *Roman* 8. 32.
vt idem de *Buſto ex eod. Alberto eod. loco* ad-
uertit. iuxta illud Apoſt 2. ad Corinth. 2. 10.
38 *Et ego ſi quid donaui, propter vos in perſona*
Chriſti. ac ſi ipſe Chriſtus donaret. vt expo-
nit *S. Auguſtinus lib.* 2. contra epiſt. Parme-
niani. relatus *d. can non poteſt.* 28. *§ præcepta*
in fin. 23. q. 4. Propter Chriſtum igitur miſe-
ricordiam cum illo fecit Miſericordiæ Parẽs
Maria, quam ille extrema neceſſitate preſſus
inclamarat. oſtendit proinde euidentia pœ-
nitentiæ ſigna, qui Mariam, vt ei adeſſet in-
39 uocauit. Et quidem iure ad Mariam liberius
accedit peccator. Nam & ſi ipſa Chriſtum
fratrẽ nobis dederit, in ipſo tamen Maieſta-
tem veremur diuinam: *quod licet factus ſit*
homo (vt Bernardus *d. ſerm. in natiuitate B.*
Mariæ loquitur) *manſit tamẽ Deus.* ſubdẽs:
Aduocatum habere vis ad ipſum? Ad Mariã
recurre; Pura ſiquidẽ humanitas in Maria;
non modo pura ab omni contaminatione, ſed
& pura ſingularitate naturæ. Nec dubius di-
xerim, exaudietur & ipſa pro reuerẽtia ſua.
Exaudiet vtiq. matrem filius, & exaudiet
filium Pater. Filioli, hæc peccatorum ſcala,
hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio
ſpei meæ. ſic Bernard. Ad Mariam idcirco re-
currit hic, quia fiduciam apud illam habe-
40 bat, quæ peccatorum eſt Aduocata; & ideo
ad Cœleſtem patriam tranſlata, vt fiduciali-
ter ad Deum pro peccatoribus intercedat.
Teſtatur hoc Sancta Mater Eccleſia in ſecre-
ta in Miſſa peruigilij Aſſumptionis eiuſdem

Virginis Mariæ, quæ ſequentib. fatur.
Munera noſtra Domine apud Clementiã
tuam Dei genetricis commendet oratio; quam
idcirco de præſenti ſeculo tranſtuliſti, vt pro
peccatis noſtris apud te fiducialiter interce-
dat. Habebat itaq; fiduciam magnam ad Ma
riam, vt illa pro ipſo fiducialiter intercede-
ret: interpellauit idcirco illam, vt adeſſet. pœ-
nituit ſe vtiq; peccatorum ſuorum. Euiden-
ria proinde pœnitentiæ ſigna dedit. Incla-
mer ergo peccator, & Mariam inuocet, vt
41 miſericordiam impetret. In miſericordia
enim coronauit eam Dominus, iuxta illud
pſalm. 102. 4. *Qui coronat te in miſericordia,*
& miſerationibus. quæ de hac ſanctiſſima
Virgine Dei Genitrice Domina noſtra per-
pendit de *Buſto eod. loco.* Regina eſt ergo Mi-
ſericordiæ, cuius caput Miſericordiæ coro-
42 na redimitum eſt, miſericordia autem dici-
tur in habitu, miſeratio in effectu. vt Pater
Franciſcus de Puteo Carthuſian. in catena
aurea in pſalmos in eund. locum aduertit.
Laudent itaq; illam omnes filij Adæ, quia
per Mariam miſericordiam conſequuntur à
peccatis eorum. Alij nempe omnes, quia viri
ſunt miſericordiæ, comparationem habent
ad miſericordiam per modum participa-
43 tiuum, & accidentalem: Maria autem per
modum Originis eſſentialis, & per modum
44 matris. Conuenientia autem eſſentialis im-
proportionabiliter excedit modum inhærē-
tiæ accidentalis, ſecundum ſententiam Phi-
45 loſophi 1. *poſterior.* Ergo Beatiſſima Virgo
improportionabiliter excedit in miſericor-
dia vniuerſos, vt *Albertus Magnus d. c.* 112.
ſuper Miſſus eſt argumentatus. ſequiturq de
Buſto in mariali d. ſermon. 7. par. 5. In ipſo
ergo Mariæ nomine, quam optauit miſeri-
cordiam, conſequutus fuit. pœnituit ſe igitur
peccatorum ſuorum. alioquin miſericordiã
conſequutus minime fuiſſet. pœnitentiæ er-
46 go euidentia oſtendit ſigna. debetur ergo ei
abſolutio, vt eccleſiaſticæ tradi valeat ſepul-
turæ cadauer eius. quod adnotauit *Couar. in*
d. cap. alma Mater. par. 1 d § 11. *nu.* 8. & plu-
ribus *Ricciullus d. lib. 4. de perſonis extra gre-*
mium cap. 65. à nu. 12. cum ſeq Barboſa d. ea.
ſacris nu. 2. Nauar in can ſi quis. 2. nu. 15. de
pœnitent diſtinct. 7. & manuali d. cap. 26. n.
32. Bonacina tom. 1. de cenſuris diſput. 2. de
47 *excomunicat q. 1. punct. 3. §. 3. num. 7.* Neq;
enim hæc ſigna, quibus pœnitere peccatorē
oſtenditur, licet (vt ſigna) euidentia ſint, vt
ſaluari æſtimetur peccator, atq; abſolui poſ-
ſit, & Eccleſiaſticę tradi ſepulturæ, non tamen
certam dant euidentiam affirmandi, illum
eſſe iam ſaluum, cùm certitudo hęc ſine Dei
ſpeciali reuelatione haberi minimè poſſit.
48 quod nemo certò ſciat ſe gratiam gratum
facientem habere. iuxta illud Iob. 9. 21. *Et ſi*
ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima
mea. quem locum vſurpauit Innocētius III.
in *cap. fin §. porrò cùm ab eo. de purgat. cano-*
nica. & ex Hieronymo Gratianus in. *can. ſi*
enim (inquit.) 45. §. eligat aduerſarius. de pœ-
49 *nit. diſt. 2.* & Eccleſiaſtes 9. 1. illud: *Neſcit*
homo vtrum amore, an odio dignus ſit. quia
certitudinalem de iſto notitiam non habet,
videlicet: vtrum amore, vel odio dignus ſit.
hoc inquam neſcit homo, quamuis virtuo-
ſus, ac ſapiens ſit: quoniam neſcit, an ſit in
charitate, & ſtatu ſalutis, an in peccato mor-
tali. Sicque ignorat an mereatur; & dignus ſit
amari à Deo, an odio haberi ab eo. Et quã-
uis experiatur ſe Deum diligere, ignorat ta-
men, an diligat Deum charitate infuſa, an ſo-
lum naturali, & acquiſito amore, eo quod tã-
ta ſit ſimilitudo, & conuenientia actuum ha-
rum duarum dilectionum, quòd homo non
valet inter eos certò diſcernere, vt comuni-
ter dicunt Doctores. vti in dictum locum
commētum agens *Dionyſius Carthuſianus*
loquitur. Rationem reddit S. *Thomas. par. 2.*
50 *q. 112. art. 5. in corpore.* Quia, Principiū gra-
tię, & obiectum eius eſt ipſe Deus, qui prop-
ter ſui excellentiam eſt nobis ignotus. Secũ-
dum illud *Iob. 36. Ecce Deus magnus vincēs*
ſcientiam noſtram. & ideo eius pręſentia in
nobis, & abſentia per certitudinem cognoſci
non poteſt. ſecundum illud Iob. 9. *Si venerit*
ad me non videbo eum, ſi autem abierit, non
intelligam. Et ideo homo non poteſt ſcire
per certitudinem vtrum ipſe habeat gratiã.
ſecundum illud 1. *ad Corinth.* 4. Sed neq; me
ipſum iudico, qui autem iudicat me Domi-
nus eſt. ſic S. Thomas. ſequiturq; Doctiſſimus
Nauar. d. can. ſi quis 2. de pœnit. diſt. 7. nu. 17.
51 *&* 18. addens; quod beatus ille Hilarion,
Hieronymo autore, iam iã efflaturus animã,
dixit ei: *Egredere quid times? egredere quid*
dubitas anima? Septuaginta propè annos ſer-
uiſti Chriſto, & mortem times? Per quod
conſtat, etiam virum illum Sanctiſſimū, poſt
tot annos pœnitentię, vel etiam benè meri-
torum, de ſuę animę ſalute, de ſua ęterna
gloria nō omnino ſecurum fuiſſe. ſic *Nauar.*
52 Certitudinem igitur de ſalute animę ha-
bere nemo poteſt, abſq; Dei reuelatione; cō-
iecturaliter tamen per ſigna haberi poterit.
ſecundum S. *Thom d. art. 5. in corpor. Sacrū*
Tridentin Concilium ſeſſ. 6 cap. 12. & can. 15.
colligiturq; ex illa ad Roman. 11. 20. *Tu au-*
tem fide ſta, noli altum ſapere, ſed time. & ad
Philippenſ. 2. 12. *Cum metu, & tremore ve-*
ſtram ſalutem operamini. Martinus Beca-
nus. *in ſum Theologiæ par. 1. cap. 14. de præ-*
deſtinatione q. 4 nu. 6. in 3. certitudine. Inter
53 hęc autem ſigna, vnum agnoſcitur, ac pręci-
puum; intima erga Virginem Deiparam, quę
mater eſt electorum, atq; viuentium, deuo-
tio. Confirmat hanc propoſitionem, & ex ſa-
ctis paginis, & Patrum auctoritatibus, ac ra-
tionibus P. *Pelbartus in ſtellario Coronæ*
Beatæ Mariæ Virginis lib. 12. par. 2. art 1. ſe-
quiturq; non minori apparatu Pater *Petrus*
Antonius Spinellus è Societate Ieſu *de lau-*
dibus

Digitized by Google

dibus Beatæ Mariæ c. 34. §. Deipara deuotio ſignum eſt prædeſtinationis. à num. 18. ad 24. Nomen igitur interpellare Virginis Ma-
54 riæ, ſignum, nec vulgare erit, ſaluari velle interpellantem eius interceſſione. Facit hoc manifeſtum *Germanus Patriarcha* ſermone de Zona Virginis, ſequentibus loquens. *Quomodo corpus noſtrum vitalis ſignū operationis habet reſpirationem: ita & ſanctiſſimum tuum nomen Virgo beatiſſima, quod in ore ſeruorum tuorum verſatur aſſiduè, in omni tempore, loco, & modo, vitæ, lætitiæ, & auxilij non ſolum eſt ſignum, ſed ea etiā procurat, & conciliat.* ita Germanus. eumq; refert quoq; *Spinellus. d. cap. 34. nu. 20.* Si itaq; ſaluatur; & in peccatis eſt: pœnitere vtique
55 eum oportet ſuorum peccatorum. ſine qua nemo ſaluatur. iuxta illud Saluatoris noſtri Lucæ 13. 3. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis.* Eſt ergo euidens pœnitentiæ ſignum Virginis Beatiſſimæ Mariæ interpellatio. Interpellauit hic Sacerdos bis Virginem Mariam glandula petitus ignea ex tormento excuſſa. Signa ergo euidentia dedit ſe ſuorum pœnitere peccatorum. Dignus eſt itaq; vt abſoluatur, Eccleſiaſticæ ve
56 eius cadauer ſepulturæ tradatur. Atq; ita Sacram declaraſſe Congregationem in vna Nolana 19. Iulij 1619. Excomunicatum, qui in mortis articulo dixit: (*confeſſione, Madonna Sanctiſſima aiutame*) eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debere. refert ex *Sellio in ſelect. canonic. cap. 10. num. 20.* etiam ſi alternatiuè protulerit, confeſſionem petendo, vel Beatiſſimam Virginem inuocando. ex *eodem c. 92. nu. 14. Barboſa in collectan. ad Sacrum Concilium Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 3. nu. 15. & cap. 13. nu. 23. eadem ſeſſione.*

Atq. ita ex his, iudicio non abiecto meliori, reſpondendum cenſuimus, &c.

57 Expoſtulauit à me votum Illuſtriſſimus Dominus meus Dominus Antonius de Petio, nunc meritiſſimus Archiepiſcopus Surrentinus, cùm primum Polinianen. Eccleſiā obtinuiſſet. Fuitq; Sacerdos hic abſolutus, Eccleſiaſticæq; traditus ſepulturæ. Quia autem res peregrina eſt, nec paſſim obuia; volui hæc pauca in vnam conſonantiam redigere. An autem è re, tuum eſto iudicium benigniſſimè Lector.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Res eſt ſatis difficilis, ac labore plena inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ ſub Sole fiunt.*

2 *Locus Eccleſiaſtes 1. 13. perpenditur, & n. 17. eodem cap. n. 4.*

3 *Scientia acquiſita quomodo mala dicatur.*

5 *Factum proponitur.*

6 *Renunciatio facta ab ingreſſuro religionem, etiam animo ingrediendi, non illam exquirit ſolemnitatem, ſiuè formam, quam Sacrum Concilium Tridentinum c. 16. ſeſſ. 25. de regularib. in nouitijs antè profeſſionem exquirit.*

Referuntur Sacræ Congregationis declarationes.

Licèt alij contrariam ſequantur ſententiam, n. 7.

Verùm prior magis ſequuta, atq; conformior verbis, mentiq; Sacri Concilij, quod de nouitijs loquitur.

8 *Renunciatio facta ab ingreſſo non ſeruata forma Sacri Concilij nulla eſt, & inualida.*

Etiam piæ cauſæ fauore.

Etiam Sacramento firmata, & num. 45. & 48.

Etiam ſi diſpoſitioni Concilij ſit renunciatum.

Neq; firmitatem obtinet, quòd poſt multa tempora profeſſio ſequatur, n. 59.

9 *Profeſſio ſi ex aliqua cauſa poſt expletum nouitiatus annum differatur, nihil refert, quin renunciatio firma ſit. iuxta Sacri Tridentini Cōcilij formam facta. & n. 54.*

Et poteſt differri profeſſio ex cauſa, etiam poſt annum. n. 58.

10 *Notario de his aſſerenti, quæ ad ſuum ſpectant officium, fides adhibetur.*

Quia iuramento firmauit, ſe fideliter in illo geſturum.

11 *Antianitatis prærogatiua à die ſuſcepti habitus currit.*

12 *Antianitatis nomen, hoc ſignificat, priorem eſſe in ordine, vel Religione.*

13 *Sacrum Concilium Tridentinum, diſpoſitione emanata cap. 16. ſeſſ. 25. de regularib. indemnitati conſulere voluit ingreſſorum quoad renunciatione emittendas.*

Ne inuoluntariè poſtmodùm profiteri cogerentur.

Et formam indicit omnino ſeruandam, num. 60.

14 *Molfeſius notatur, quod ſua ſententia palinodiam cecinit, rationibus deterritus Nauar. Conſ. 81. & 82. de regularib.*

15 *Ioannis Mariæ Nouarij ſententia notatur, atq. rejcitur vti contraria Sacri Tridentini Concilij verbis, & menti, & n. 24.*

Atq. etiam à Sperello notatur.

16 *Tempus duorum menſium à Sacro Concilio præfixum ante profeſſionem emittendam, ad renunciandum bonis à nouitio, habet ſuam latitudinem, neq. in indiuiſibili conſiſtit: ſed totum ad nouitij fauorem excurrit. n. 17. & n. 27.*

Attento potiſſimùm Sacri Concilij loquendi modo. n. 22.

18 Tempus totum in fauorem decurrit eius, qui in tempore aliquid facere, vel ſoluere promiſit.
Quod & in ſtipulationibus currit. n. 19.
Neq. interim ſtipulatio cōmittitur. n. 20.
21 Dies pars ſtipulationis eſt: ſicuti ſumma.
23 Adiectiuum (proximus) perpenditur.
Et dictio intrà.
25 Forma præciſè ſeruanda.
Vt in his, quæ ſunt de forma, ſeruetur rigor. n. 26.
Factum proinde, forma ſeruata, firmum erit. n. 28.
29 Dictio (Niſi) aduerſatiua eſt, & pro (ſi non) exprimitur.
Præſertim ſi poſt negatiuam ſequatur. nu. 30.
Facitq; diſpoſitionem conditionalem. & conditionem diſpoſitioni inurit. n. 31.
Vt transferat onus probandi in aduerſarium. n. 32.
32 Renunciationem factam fuiſſe in tempore à Concilio ſtatuto dicens, probare tenetur.
Atq; ſolemnitates interceſſiſſe ab illo requiſitas.
Quia diſpoſitio Concilij conditionalis eſt. num. 33.
34 Negatiua potentior eſt ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum.
Eſt enim negatiua malignantis naturæ.
35 Milites Hieroſolymitani ſunt verè Religioſi, tria vota profitentes religioni ſubſtātialia.
Vnde habet in eis locum diſpoſitio Sacri Concilij Tridentini cap. 16 ſeſſ. 25. de regularib.
Atq; etiā diſpoſitio eiuſdē c. 15. ead. ſeſſ. de profeſſione poſt annum expletum nouitiatus emittenda. n. 36.
Neq; ratio vlla eſt quin hi Milites cōprehendantur, cùm Sacrum Concilium diffusè de regularibus omnibus loquatur. num. 38.
Potiſſimùm cùm diſpoſitio Sacri Concilij ſit fauorabilis, non odioſa. n. 39.
37 Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 15 & 16. de regularibus locum habet in omnibus religionibus, in quibus tria vota ſubſtantialia emittuntur.
40 Milites Hieroſolymitani comprehenduntur in decretis Sacri Tridentini Concilij, etiam vbi de eis non ſit expreſſa mentio, niſi ſpecialiter priuilegijs poſt Concilium potiantur. declarauit Sacra Congregatio.
Quemadmodùm comprehenduntur decreto eiuſdem Concilij ead. ſeſſ. 25. c. 19. de nullitate profeſſionis intra quinquennium dicenda. n. 42.
Ratio affertur. n. 43.
41 Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.
44 Pronomen (Quicunq;) omnes comprehendit.
46 Iuramentum iniquitati præſidium præſtare haud debet, neq; vinculum iniquitatis eſſe.
Et regulam accipit ab ipſomet actu, cui adijcitur. n. 47.
Eaſdemq; conditiones recipit, quas actus, cui accedit, & quemadmodùm actus nullus efficitur, factus contrà formam præſcriptam, ita & iuramentum nullum euadit. n. 48.
49 Nouitius anno expleto nouitiatus, vel debe admitti ad profeſſionem, vel expelli.
Non tamen quicquam diſponit Cōcilium ſi profeſſio differatur. n. 50.
51 Lex quod non dicit, neq; nos dicere debemus.
52 Profeſſio tacita ex quibus inducatur.
53 Profeſſionem tacitam Sacrum Concilium non abrogauit.
54 Renunciatio à nouitio contra formam Sacri Concilij facta, non inde fit valida, quod profeſſio longè poſt annum nouitiatus ſequuta fuerit.
55 Exceptio per excipientem probanda, & num 57.
56 A Regulis iuris diſcedendum minimè eſt, niſi quatenus per ius ipſum exceptum fuerit.
61 Renunciatio inualidè facta firmitatem non obtinet ob tacitam profeſſionem.
Vt etiam poſt obitum dicti ſic profeſſi de nullitate dici valeat, ad reſtitutionem bonorum.
Neq; etiam per profeſſionem ſequutam poſt multa tempora expleto nouitiatu. num. 62.
63 Renunciatio ſeruata forma à Sacro Tridentino Concilio præſcripta facta, firmitatem non obtinet, niſi profeſſio ſubſequatur.
Infirmatur verò ſi nouitius vel abierit, vel obierit ante profeſſionem emiſſam. num. 64.

ARGVMENTVM.

Renunciationem à Nouitio factam forma à Sacro Tridentino Concilio *cap* 16. *ſeſſ.* 25. *de regularib* præſcripta, non ſeruata, inualidam eſſe pluribus deducitur. Et quid in Militibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani? Et an quoq; renun-

Google

nunciatio ab ingreſſuro facta, eandem formam à Sacro Concilio præſcriptam, exquirat? Et quid ſi profeſſio poſt multa tempora, expleto probationis anno, fiat?

RESPONSIO III.

1 RES eſt ſatis difficilis, ac labore plena inueſtigare de omnibus, quæ ſub Sole fiut; quin occupatio peſſima nuncupatur de omnibus inueſtigare ſapientèr. Sic Sapiens ille quondam ditiſſimus, ac Sapiĉtiſſimus Rex Salo-
2 mon, *Eccleſiaſtes* 1. 13. dixit: *Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Hieruſalem, et propoſui in corde meo quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus, quę fiunt ſub Sole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occupentur in ea.*
Quia profectò, vt *Lyranus* ibidem expli-
3 cat: *Licet ſcientia acquiſita ſit bona, et per cõſequens occupatio ad eam conſequendam eſt bona per ſe, dicitur tamen mala per accidens in quantum habet laborem, & afflictionem Studij annexam, vel quia eſt impeditiua maioris boni, ſcilicet deuotionis, & orationis.* Sic Lyranus. Rationemq; reddit peroptimã *Gloſſ. interlinearis* ibidẽ: *Quia* (dicens) *quãto plus inquiritur, tanto plus dubitatur.*

Non abſimile igitur nobis accidit in facto hoc, de quo diſputationem inſtituimus; ſi laborem addimus, atq; animi diſtenſionem, (vti ex Græco Theodotion, verbum illud (*occupationem*) tranſtulit) quod videlicèt in varias ſolicitudines mens hominis diſtencta lanietur, vt propoſitorum veritatem inquirat. vt *Gloſſ. ordinaria* ibidem aduerti. Fitq; perſpicacius ex his, quæ ipſe idẽ Rex Salomon *eod. cap.* 1. 17. addit, ſequentibus loquens
4 *Dedi cor meum, vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam, erroreſq; atq; ſtultitiam; & agnoui quòd in his quoq; eſſet labor, & afflictio Spiritus: eò quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam addit & laborem.* Siue vt alij vertunt: & *dolorem.* Quia nimirum ad ſapientiam per tormenta quædam, & intolerandum laborem, iugi meditatione, & ſtudio peruenitur. ſecũdum *Gloſſ. ordinariam* ibidem. Vel etiam vt *Gloſſ. interlinearis* loquitur: *Quantò magis quis ſapientiam de diuinis aſſequitur, eo magis vitijs ſubiacere indignatur, & procul eſſe a virtutibus, quas requirit.* & ibidem Dionyſ. Carthuſianus.
5 Factum ergò, quod proponitur tale eſt; ſicuti & à Rota in vna *Meliuitana antianitatis* 23. *Ianuarij* 1634. *apud Illuſtriſſimum Duranum* Epiſcopum Vrgelien. *deciſ.* 422 *par.* 2. proponitur.

Magnus Magiſter Sacræ Militiæ Ordinis Hieroſolymitani vigore facultatis ſib. a Capitulo Generali eiuſdem Militiæ conceſſæ, recipiendi decem Fratres minoris ætatis, etiam abſentes; recepit de menſe Maij 1588. in Lingua Italiana D. equitem Antoniu Pappacodam nobilem Neapolitanum in gradu Militum cum prærogatiua antianitatis a die completi ſeptennij ſuæ ętatis; ſoluendo, vt moris eſt, Paſſagium comuni ęratio, & faciẽdo, atq; exhibendo Nobilitatis probationes iuxta formam ſtatutorum dictę Religionis. Qui finito ſeptennio ſuſcepit habitum, & cum eſſet annorum quindecim, die 11. Auguſti 1601. Neapoli renunciationem fecit omnium ſuorum bonorum, tam paternorũ, quam maternorum, aliorumq; ad fauorem D. Scipionis Pappacoda eius germani, reſeruatis ſibi dũtaxat annuis ducatis 260. tertiatim ſoluendis per dictum Scipionem fratrem, manu Notarij publici Ioannis Iacobi Benincaſa. Et nihilominus anno 1622. quinto decimo Martij eandem donationem, ſiue renunciationem, & ceſſionem eodem modo, quo primam anno 1601. ratificauit, reſeruatis ſibi eiſdem annuis ducatis 260. manu Notarij Mattij de Griſo. Anno verò 1634. ſolemnem profeſſionem in eadem Religione emiſit. Poſt ſex annos (anno videlicet 1640.) D. Scipio Pappacoda eiuſdem germanus Præſes Regiæ Cameræ Summariæ, vitæ terminum fecit. Hanc ob cauſam, ad emiſſam bonorum renunciationem quaſi poſtliminio Dominus Frater Antonius vult reuerti, ſiue eius Religio, quòd nulla illa fuerit, atq; inualida, non ſeruata forma à Sacroſancta Tridentina Sinodo data *cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de regularib.* In difficultatem proindè itum eſt: Iure ne ad renunciationem ſemel anno 1601. factam, atq. confirmatam anno 1622. reuerti nunc valeat, vel dictus D. Frater Antonius, vel eius Religio?

Aduerſarij firmo tuentur pectore firmam, validamq; renunciationem fuiſſe tot præcedẽtibus annis ante ſolemnem profeſſionem ſemel, atq; iterùm emiſſam, confirmatam,
6 ratamq. habitam. Sacriq. Concilij diſpoſitionem locum haud habere in renunciatione facta, emiſſa, emologata ante religionis ingreſſum, etiam religionis ipſius ingreſſuſq; intuitu. ſicq; Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Sacri Concilij interpretum declaraſſe pluries, atq. præſertim anno 1596. 29. Nouẽbris refert *Grattanus deciſ. Rotæ Marchiæ* 37. *num.* 1. & 3. quem ſequitur *Riccius collectan.* 454. *par.* 2. *Barboſa ad dictum decretum Sacri Concilij in remiſſionib. & in collectan. num.* 20. *Cenedus in quæſtionibus canonic. q.* 6. *à nu.* 8. *Quaranta in ſumma bulla-*

Digitized by Google

bullarum verbo Monaſteria,& conuentus, verſ.dubium illud. & ſequuta fuit Rota in vna *Parmen tranſactionis* 20. *Decembris* 1627. *coram Illuſtriſſimo Domino Durano* Epiſcopo Vrgellen.*deciſ.*125.*num.*42. & 43. *par.* 5. *diuerſorum nouiſſimarum*, quam etiā refert idem *Barboſa d.nu.*10.*in collectan.* & *in collectan.ad Bullas.verbo renunciatio nouitij in fin.Ioannes Baptiſta Lezana in ſumma quaſtionum regular.par.*1.*cap.*24.*n.*34. *Fagundez de iuſtitia, & contractibus,lib.*5.
7 *cap.*6.*nu.*5. & 6. licet ipſe contrariæ hæreat ſententiæ, quam probabiliorem exiſtimat, & dixerat priùs *eod.tract.lib.*1.*cap.*19.*à nu.*12.*cum ſeq.* Verùm ſententiam hanc non improbabilibus medijs, ſed ſatis firmis refellit *Cenedus d.q.*6.*à num.*7.*cum ſeq. ad finem vſq. quaſtionis.* ſequiturq; *Diana moralium par.* 3.*de dubijs regularium tract.*2. *reſolut.*55. *Portell. ad dubia regular. verbo nouitius.n.*41. *Aluarus Valaſcus in praxi partitionum cap.*16.*nu.*21.22.& 23.*Iacob.Cancer.variarum reſolut.par.*2.*cap.*8.*de iuramento n.*83. *Riccius par.*2.*deciſ.*295.*num.*10.*Dominus Alexander Sperellus deciſ.*16.*nu.*12.& *n.*18. *Molfeſius* alios etiam referens, *ad conſuetudines Neapolitanas tom.*1.*par.*4.*q.*16 *nu.*15. & *ſequent.* Idem *Barboſa de officio Epiſcopi par.*3.*allegat.*99.*num.*17. *Marta in ſumma ſucceſſionum legalium tom.*1.*par.*3.*q.*13.*art.*1.*num.*24 *Menochius de arbitrar. caſu* 436. *nu.*3. *Cutell.de donationib.inter patrem,& filium* 1.*par.diſcurſu* 2.*in* 3.*particula num.*153.*fol.mihi* 135. *Addentes ad Conſil. Nauar.*81.*lib.*3.*de regularib.* infra etiam referendus. *Ceuallos comun.contrà comunes q.*63.*nu.*7.*tom.*1.& *q.*806.*nu.*13.*tom.*3.*Garſias de benefic.tomo.*2.*par.*11.*cap.*9.*num.*15. *Borgnin. Caualcanus. deciſ. Fiuizana* 11. *nu.*113.*par.*3.*Sanchez moralium tom.*2.*lib.*7.*cap.*5.*nu.*4.*cum ſequent. Pater Ferdinandus à Caſtro Palao operis moralis par.*3.*trac.*16.*diſputat.*1.*punct.*17.*nu.*4.*Emanuel Rodriquez quaſtionum regularium tom.*2.*q.*47.*art.*8.& *tom.*3.& *par.*3.*q.*16.*art.*1.*Frāciſ.Molinus de ritu nuptiarum lib.*3.*q.*99.*n.*30.& *ſeq.* Illuſtriſſimus Epiſcopus *Campanilis* olim ſanctiſſimæ Inquiſitionis Miniſter in hoc Neapolitano Regno (cui etiam, vt alijs, Aſſeſſor, atq; Conſultor aſtiti) *in diuerſorio Iuris Canonici rub.*12.*cap.*3.*n.*17. & *ſeq.* alijq. permulti, quos & ſupracitati referunt, quos conſultò nos omittimus, ne toti in referendis Doctoribus videamur, mēbranaſq. fruſtrà, inaniq. labore occupemus: quos enim nos peruoluimus, hos in mediū attulimus, non tranſcripſimus.

Verùm enim verò his nos Aduerſariorū nemijs floccipenſis, ius eſſe, ſiue Religioni ad bona profeſſi, ſiue dicto D. Antonio Equiti, Religionis nomine, ad renunciata reuerti bona, non ab re, quin iure, neq; iniuria aſſerimus. Quod vt adſtruamus Sacri ipſius Cōcilij verba, neq; infructuosè in medium afferamus licet; ſequentibus quippè illud loquitur.

8 *Nulla quoq. renunciatio, aut obligatio antea facta,* (ante ſcilicet profeſſionem, conſecutiuè enim venit ad præcedens cap. 15. in quacunq. religione profeſſio, &c.) *etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunq. cauſa pia, valeat, niſi cum licētia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat, intrà duos menſes proximos ante profeſſionem; ac non aliàs intelligatur effectū ſortiri, niſi ſecuta profeſſione: aliter verò facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus.* his Sacrum Concilium. Eſt itaq. nulla renunciatio, ſiue obligatio ab ingreſſo iam, facta, non ſeruata forma à Sacro Tridētino præſcripta, etiam iurata, etiam piæ cauſæ fauore. At Dominus Eques Antonius, tàm primæuę renunciationis tempore anno 1601. quàm ſecundę anno 1622. ingreſſus iam fuerat ordinem hunc Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani, nec ſeruata fuit forma à dicto Sacro Tridentino præſcripta. Nulla igitur illa fuit, neq. effectum ſortiri potuit, quamuis deinde ſubſequuta ſolemnis profeſſio fuerit, anno 1624. nihil enim refert an
9 ex aliqua cauſa profeſſio differatur, modò intra duos menſes ante tempus emittendæ profeſſionis renunciatio fiat, ſeruata forma Sacri Tridentini Concilij. *Thomas Sanchez d.cap.*5.*nu.*81. 82. & 83. *Barboſa ad dictum decretum Sacri Concilij in collectan. nu.* 42. *Ferdinandus à Caſtro Palao d.diſput.*1.*puncto* 17.*nu.*9.*circa fin. Bartholom. à S. Fauſto in Theſauro religioſ.lib.*5.*q.*93.*nu.*3.*idem Barboſ.d.allegat.*99.*nu.*11. licitum proindè nunc eſt, vel Religioni, vel dicto Domino Equiti Religionis nomine ad renunciata omni ſemoto ſcrupulo, iurè, neq; iniuria reuerti.

Probatur minor: Cùm quod ita (à priori) à Notario, tàm dicta renunciatione 1601. quàm in eius confirmatione anno 1622. aſſeritur. Ita porrò ipſe ſcripſit dicta priori renunciatione. *Conſtitutus in noſtri præſentia F. Antonius Pappacoda de Neapoli ætatis ſuæ annorum quindecim in circa, vt dixit, & ex aſpectu eius perſona nobis euidenter apparuit, Miles Ordinis S. Ioannis Ieroſolymitani, non dum profeſſus.* Et in 2. anno 1622. *Et Fratre Antonio Pappacoda eius fratre Milite S. Ioannis Ieroſolymitani, conſentiente priùs in nos, &c.* Vtrobiq; igitur Eques, ſiue Miles Hieroſolymitanus nuncupatur.

10 Notario verò de his aſſerenti, quæ ad eius ſpectant officium, & tempore celebrati contractus, fides minimè denegatur, quin iure firma habetur. Sacramento quippè firmauit ipſe, cùm ad tale aſſumptus officium fuit, fideliter ſe in eo geſturum fore, quod perpendit Alexander III. in *cap. ad audientiam.*13. §. *nos igitur magis de præſcriptionib.* dum ſequentibus verba facit: *Nec credentes ipſum*

Scrinia-

Scrbniarium, (Cùm iuratus ſit officium ſuum fideliter exequi) aliter ſcripſiſſe, quàm à teſtibus dicetur. & *Gloſſ.* ibid. verb. *Iuratus.* atq; ſcribentes ad *tex. in l. cùm precibus* 18. *C. de probationib.* atq; ibidem notatis. *l. 2. verbo non arbitramur C. de officio Ciuil. Iudic. Rota apud Coccinum Decanum deciſ.* 24. *nu.* 7 *&* 8. *& deciſ.* 322. *nu.* 2. atq; *deciſ.* 226. *n.* 2. & 3. *& apud ſanctæ memor. Gregor. XV. deciſ* 59 *nu.* 5. *apud Card. Manticam dec.* 91. *nu.* 9. *Oldrad. conſ.* 00 *nu.* 5. *&* 6. *Rota apud Creſcent. deciſ.* 5. *de fide inſtrument.* & in dicta *Mileuitana antianitatis* (pro hoc noſtro D. Equite Antonio) *apud Duranum d. deciſ.* 421 *nu.* 1. *par.* 2. Tùm à poſteriori, ab effectu ſcilicet ſecuto. Fruſtraneè porrò apud Romanam Rotam diſceptatum fuiſſet: debuiſſet nec ne dicto D. Antonio Equite Antiani-
11 tatis prærogatiua à die ſuſcepti habitus poſt ſeptennium proficere? ni ipſe ab ipſomet tempore completi ſeptemnij verè habitum ſuſcepiſſet, dictumq. Ordinem, & Religionē ingreſſus fuiſſet. Cùm præcipuè affirmatiuè pro eo Rota reſponderit in *Mileuitana Antianitatis* 24. *Martij* 1634. *coram Domino Durano* Epiſcopo Vrgellen. *deciſ.* 439 *par.* 2. à tempore præfato completi ſeptemnij, quo religionis habitū ſuſcepit, antianitatis prærogatiua potiri debuiſſe præfatum D. Anto-
12 nium. Hoc ipſum nempe Antianitatis nomē denotat; priorem in Ordine, & Religione eſſe. Prioritas namq. hæc à die incipit prioris ingreſſus ita Gregorius Auguſtino Anglorū Epiſcopo *cap. 1. de maior. & obedient.* peteti reſpondit, dicens: *Sit honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior, & maior habeatur, qui priùs comunitatis conſilio, & concordi fuerit actione ordinatus.* Ex quo loco *Gloſſ.* verbo fuerit. & illud iuris educit axioma dicens: argumentatur: *Qui prior eſt tempore, prior eſt in iure.* regula *qui prior* 54 *de regul. iur. in* 6. *Rota apud Duranum d deciſ* 439. *num.* 3. *& apud Gregor. XV. deciſ.* 341. *nu.* 1. *apud Card. Seraphinum. deciſ.* 326. *nu* 3.

Erat itaq; in Religione D. Antonius Miles nondùm profeſſus quando renunciationes, ſiuè bonorum ceſſiones pro D. Scipione eius germano fecit, emiſitq;. Ante igitur ingreſſum in Religionem renunciationes prædictas haud fecit, vt Aduerſarij, non rectè putantes volunt. Ab anno enim 1588. per litteras Magni Magiſtri Ordinis in Equitum numerum admiſſus fuit cum prærogatiua antianitatis expleto ſeptemnio numerandę, vt in *dictis deciſionibus apud Duranum* 422 *&* 439. pro dicto D. Antonio Equite factis euidenter deducitur.

Fecit propterea renunciationes prædictas, cùm intra Religionem eſſet nouitius, non ſernata forma à Sacro Tridentino præſcripta. Nullas proindè. Non itaq; ſeruandæ. Iure ergo, nec ſanè iniuria ad nulliter renunciata regreſſus Religioni erit, ac conſequenter dicto D. Equiti Antonio Religionis nomine.

13 Sacrum quippè Concilium *dict. cap.* 16 indemnitati conſulere voluit ingredientiū ne, ſi omnia ſua vel religioni, vel ſanguine iunctis donaſſent, inuoluntariè profiteri cogerentur, quod nihil illis bonorum ſupereſſet, quibus, ſi egrederentur, vitam honeſtè transigere valerent. Diſpoſuit proindè, renūciationes nō niſi duos ante mēſes ante profeſſionem emittendas fore, & non niſi accedente licentia Epiſcopi loci Ordinarij, vel eius Vicarij: aliter verò factas renunciationes, donationes, obligationes, etiam piæ cauſæ fauore, etiam iuratas, nullas, & inualidas, nulliuſq; efficacitatis declarauit, atq; ſanxit eſſe. quod ſanè perpendunt omnes ſupra allati in Aduerſariorum ſententia Doctores. *Ceuallos d q.* 806. *nu.* 14. *par.* 3. *Quaranta d. loco vbi ſupra fol. mihi* 330 *Ioannes Baptiſta Lezana in ſum. quæſt. regular. part.* 1. *d. c.* 24 *nu.* 32. *& ſeq. Thomas Sanchez d. cap.* 5 *à num.* 6. *cum ſeqq. Scipio de Rubeis in aphoriſ. Epiſcoporum verb. profeſſio nu* 3. *Ferdinandus à Caſtro d. diſput.* 1. *puncto* 17. *n.* 4 *Cenedus d. q.* 6. *à num* 8. *ad finem vſq; quæſtionis. Barboſa d. part.* 3. *de offi. Epiſc. d. allegat.* 99. *nu.* 17. *Campanil. d. rubric.* 12. *cap.* 3. *num.* 17 *Barboſ. in collectan. ad bullas d. verbo renunciatio nouitij in fin. Cūtell. d. diſcurſu* 2. *in* 3. *particula n* 153 *Gratianus diſceptationum forenſ. part.* 5. *cap.* 975. *n.* 31. *&* 45. *Marta in ſumm. ſucceſſion. d. part.* 3. *q.* 13. *art.* 1. *nu.* 36. *Molfeſ. d. q.* 16. *n.* 17. *&* 21. *&* 25. *part.* 4. *ad Conſuetudines Neapolitan. & tom.* 2. *tit. de renunciat. in additionib. ad*
14 *dict q.* 16. *n.* 6. *& ſeqq.* in quibus palinodiam canens a prima recedit ſententia, aduerſam ſequens, dictam videlicet Sacri Concilij diſpoſitionem *d. cap.* 16. locum ſibi quoq; facere in renunciatione ab ingreſſuro facta; præcipuè verò ſi ingreſſus cauſa illa fiat, perquire proindè etiam hoc caſu formam à Sacro Tridentino traditam; quæ ſanè ſententia (ſi admittenda eſſet) noſtro huic facto multò validius fauet. Verùm *Molfeſij* palinodiam, vti deterriti doctiſſimi *Martini Nauarri* rationibus *d conſ.* 81 & 82 *lib.* 3. *de regularib.* non admiſerimus, cùm verba ſint aperiſſima Sacri Concilij, de ingreſſo, & intra religionem intra annum probationis exiſtēte, loquentia: & adſtipulentur Sacræ Congregationis Sacri Concilij Tridentini Interpretum declarationes; vt ſatis abundè precitati à nobis Doctores, ac potiſſimùm ipſe *Cenedus d. q.* 6. latè diſſerunt: quibus ad hanc noſtram ſententiam firmiorem reddēdam adijcimus *Ioann. Mariam Nouarium quæſt forenſ. par.* 1. *q.* 78. *à n.* 6. ſubſtinentem, renunciationem à nouitio factam per dies quindecim antè profeſſionem emiſſam, nullam, inualidamq; fuiſſe; quòd forma à Sacro Tridentino *d. cap.* 16. præfixa ſeruata minimè

mè fuerit: forma verò, quæ rei dat eſſe, præ-
15 ciſè ſeruanda ſit. At non illiberaliter feceri-
mus, ſi ab hac Nouarij ſententia, nec ſine ra-
16 tione diſceſſerimus euidenti. Habet enim
tempus illud duorum menſium à Sacro Tri-
dentino præfixum latitudinem ſuam, neq;
in indiuiſibili conſiſtit, vt æquè duos intra
menſes antè profeſſionem emiſſam, renun-
ciationem feciſſe videatur, qui poſt decimũ
quintum diem à duorum initio menſium
nũcium bonis ſuis miſit, ſicuti qui per quin-
decim dies antè profeſſionem emiſſam, vel
per diem ante profeſſionis emittendæ, intra
illam duorum menſium latitudinem, bonis
17 renunciauit, valêq; dixit. Quia nimirum
cùm totum illud menſium duorum tempus
nouitij gratia, vt de rebus ſuis opportunius,
non tumultuariò diſponendis, cogitare va-
leat, à Sacroſancta Synodo ſit indultum, in
eius vtiq; arbitrio reſidebit, à duorum men-
ſium prima die, vel medio eorum tempore,
vel in fine, antè profeſſionem emiſſam, re-
nũciationem emittere voluerit, modò Epi-
18 ſcopi, vel eius Vicarij licentia acceſſerit. Fit
id firmum ex Pomponij diſertiſſimi viri ver-
bis *lib. 27.* ad Sabinum in *l. qui hoc anno 42.
ff. de verbor. obligat.* ita loquentis: *Qui hoc
anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus ſit, niſi
omnibus partibus anni, vel menſis præteri-
tis, non rectè petit.* Sic docet ille *tex.* quoquè
in *l. cùm tempus. 17. ff. de reg. iur.* ex ratione
præſertim, quam ibi affert Vlpianus in *fin.*
19 exemplo à ſtipulationibus petito: *Sicut in
ſtipulationibus,* (inquiens) *promiſſoris gra-
tia tempus adijcitur.* Habet quippè, qui ſol-
uere, vel quid aliud intrà tempus facere
promiſit, totum tempus illud ad id præſtan-
dum, quod ſpopondit, vt in vnaquaquè tẽ-
poris parte, vel initio illius, vel medio, vel
fine præſtare valeat, vt *Gloſſ.* quoq; *ibid.* ad-
uertit, ex ratione, quam non ab re Impera-
toris ex dictis *§. omnis ſtipulatio. Inſtitut.
de verborum obligation.* venamur. De ſtipu-
latione enim in diem facta loquens, ſequen-
tibus docet. *At ne eo quidem ipſo die, in quo
ſtipulatio facta eſt, peti poteſt: Quia totus
dies arbitrio ſoluentis tribui debet.* & ſequu-
ta fuit *Rota in Senogallien prætenſi reſtauri,
ſeu Romana affictus 15. Iunij* 1587. *coram
Card. Mantica decis. 4. num. 2.* Totum itaq.
menſium duorum tempus à Sacro Triden-
tino nouitio ad bonis renunciandum indul-
tum, pro eo curret, ſtatutum modò tempus
præterfluí minimè patiatur. quod ex doctri-
na firmum redditur Papiniani ſupremi illius
inter Iureconſultos in *l. Inſulam intra bien-
20 nium. 124. ff. de verbor. obligat.* diſertiſſimis
dicentis verbis: *Inſulam intra biennium illo
loco ædificare ſpondes? ante finem biennij,
ſtipulatio non committitur: quamuis reus
promittendi non ædificauerit; & tantum re-
ſidui temporis ſit, quo ædificium extrui non
poſſit.* ita Papinianus, ſequiturq. *Neapodanus
ad conſuetudines Neapolitanas* non infimi
nominis Gloſſator *tit. de locato. conſuetud.
1. ſi quis conduxerit. verbo infra quindecim
21 dies.* rationem inferens: *Dies enim* (dicens)
*pars ſtipulationis eſt, ſicuti ſumma. ff. de
22 edendo, l. 1. §. diem.* Attento præcipuè modo
illo loquendi Sacri Concilij: (*Intrà duos mẽ-
ſes proximos antè profeſſionem.*) operatur nẽ-
pè vt ſtatim ab initio duorum mẽſium, pro-
feſſioni emittendæ proximorum, tempus
currere incipiat profeſſuro, vti poſt *Bald. cõſ.
246. nu. 1. vol. 5. & Decium conſ. 99. nu. 17.
verſ. 2. quia,* ſequitur *Surdus deciſ. 203. nu. 8.
9. &* 10. perpendens verbum illud, ſiue adie-
23 ctiuum *proximos*, & dictionem illam *intrà.*
& ſequuta fuit Rota in *Romana vineæ 17.
Decembris* 1632. *coram Illuſtriſſimo Dura-
no* Epiſcopo Vrgellen. *deciſ. 365. nu. 31. par.*
2. & ſat fuerit ſi renunciatio tempus ipſum
duorum menſium neq. præueniat, neq; trãſ-
grediatur. ſecundum *Rotam d. deciſ. 365. nu.*
32. ſequiturq. *Sanchez d. cap. 5. lib. 7. nu. 81.
& 82. Barboſa d. allegat 99. nu. 11. & in col-
lectan. ad hunc tex. Sacri Concil. num* 39. *&
40. Bartholomeus à S. Fauſto in Theſauro re-
ligioſorum lib. 5. q. 192. Fernandez à Caſtro
d. diſput 1. puncto 17. nu. 9.* idem *Barboſa in
collectan. ad Bullas verbo renunciatio noui-
24 tij.* Cæteròquin ſi Nouarij ſententia locum
ſibi firmum inueniret, oporteret nouitium
ſtatim ipſo primo die duorum menſium an-
te profeſſionem renunciationem tumultua-
riò emittere, quod quàm abſurdum ſit, &
contra mentem, & verba Sacri Cõcilij, quòd
nouitij indemnitati conſulere voluit, nemo
ſanæ mentis eſt, qui non videat. Vndè iurè
quoq. *D. Sperellus d. deciſ. 6 nu. 54.* Nona-
rium reijcit *d. q.* 78. eumq. notat.

Hanc ob cauſam obſtaculum haud faciet;
duorum menſium tempus à Sacro Concilio
25 pro forma ſtatutum fuiſſe: formam verò
præciſè ſeruandam eſſe. regula *quæ contrà
64. de regul. iur. in 6. cap. qui ex timore 8. de
regul. iur. extrà. cap. cùm dilecta 22. de re-
ſcript. cap. Piſanis. 9. de reſtitut. ſpoliat. l. nõ
dubium 5. C. de legib. noſter Maranta conſ.
42. nu. 4 & ſeq. & conſ. 84. nu. 6. Rota apud S.
memor. Gregor. XV. deciſ. 23. nu.* 1. *& deciſ.*
518. *num. 3. & 4. & par 1. diuerſorum deciſ.*
226. *nu. 2.* vt in his, quæ ſunt de forma, ſer-
26 uetur rigor. ſecundum *Ruinum in rubr. de
noui operis nunciat. nu. 9.* quem ſequitur *Ro-
ta par. 1. in recent. tom. 1. deciſ. 175. num. 2.* &
ſequitur *Gratianus forenſ. par. 1. cap. 166.
nu. 16.*
27 Hoc ipſum porrò haud nos abnuimus; aſ-
ſerimus tamen, duorum latitudinem men-
ſium eſſe nouitio indultã, vt rebus ſuis ma-
iore cum deliberatione; ac libertate nũcium
mittere valeat, antè quàm per profeſſionem
mundo moriatur. quod perpendit à *S. Fau-
ſto d. lib. 5. q. 192* accedente etiam Epiſcopi,
vel eius Vicarij licentia, & hoc pro forma:

non

non violari propterea formam,in quacunq;
parte duorum menſium renũciatio fiat,quin
ſeruari,firmamq; eſſe.fieri proindè ſatis à Sa
cro Concilio diſpoſitis;. validèq; renunciari
per eum, qui in quacunq. duorum mẽſium
præſignatorum parte renunciauerit, ſi Epi-
ſcopi,vel eius Vicarij licentia acceſſerit;neq;
in tempore peccari cùm intra illud renun-
ciatio fiat,neq; conſequenter in forma,tene-
28 re proindè factum forma ſeruata.ſecundum
*Bald.in l liberti in 5.colum.nu. 15. C.de ope-
ris libertor*.quem ſequutus fuit *Afflict.deciſ.
73.nu.6*.

Quod non æquè erit (ſicuti in hoc noſtro
facto) ſi neq. intra duos menſes ante profeſ-
ſionem, neq. de licentia Epiſcopi, vel eius
Vicarij renunciatio fiat. Erit quippè nulla,
non ſeruata a Sacro Concilio forma data. .
29 Animaduertatur (obſecro te) dictio illa(*ni-
ſi*)non ſemel in decreto Sacri Concilij repe-
tita:(*Niſi cum licentia Epiſcopi.ſiue eius Vi-
carij fiat, intra duos menſes proximos ante
profeſſionem*:) Et: (*niſi ſequuta profeſſione*)
Eſt nempè dictio prefata (*Niſi*) aduerſatiua,
idem referens ac(*ſi non.*) vt *Gloſſ*. ab Accur-
ſio aduertit in *l.ſi eum 10.§ qui iniuriarum
in fin.ff.ſi quis cautionib*. in verbis illis Pau-
li:*Idem Pomponius ſi non poſt longum tem-
pus deceſſerit*. Si non(dicẽs)ponitur pro niſi.
quã Gloſſam ſequitur altera *Gloſſ. in l.actio-
ne 4.verbo niſi, C.de tranſactionib. vbi Scri-
bent.& Bart.in d.l ſi eum.§.qui iniuriarum.
nu.4.& 5.& Surd.conſ.71.nu.6.lib.1. Bar-
boſ de dictionibus. dict. 217*. Hanc proindè
ob cauſam operatur hęc dictio, vt menti fa-
ctum ſatis diſponentis videatur nimmè, ni
per Aduerſarium probetur;renunciationem
& cum licentia Epiſcopi,ſiue eius Vicarij, &
intra duos menſes proximos ante profeſſio-
30 nem factam fuiſſe.Præſertim cùm dictio il-
la(*niſi*)poſt negatiuã ſequatur: *Nulla quoq.
renunciatio niſi cum licentia Epiſcopi, &c*.
quod aduertit poſt alios *Alba Mandellius
conſ.116.nu.7.& conſ.346.nu.20. Cornaza-
nus deciſ Lucenſi 76.num*.18. & ſequuta fuit
Rota in vna *Romana Concordia 13.Nouem-
bris 1609.coram Card.Caualer.deciſ.77.nu.
1.& apud Coccinum Decanum deciſ. 244.n.*
31 *2.Barboſa d.dict.217.nu.5*. Neq. orationẽ,
cui adijcitur,conditionalem dumtaxat facit,
ſed in ſe ipſa conditionem diſpoſitioni pre-
cedenti contrariam indit. *Oſaſcus* alios refe-
rens *deciſ.145.nu.5*.quem ſequitur *Antonius
Monachus deciſ.Lucenſ.67. num.33. 34.&
35. Rota in Treueren: loci Capitularis 10.
Martij 1606.coram Manzanedo deciſ.167.
num.6.& 7 par.2.tom.1.in recent. Barboſ.d.
dict.217.nu. 9*. Quin etiam formam inducit.
*Oſaſcus deciſ.174.nu.2. Rota apud Manza-
nedum d.deciſ.167.nu.6. & 7. in recentiorib.
& Barboſ d.dict.217.nu.10*.
32 Erit proindè omnino probandum per eũ,
qui in validitate fundamentum iacit renũ-
ciationis per nouitium factæ, & de licentia
Epiſcopi,ſiue eius Vicarij, & intra duos mẽ-
ſes ante profeſſionem, emiſſam illam fuiſſe.
alioquin inutiliter omnino aget: Quia con-
tra apertam Sacri Concilij diſpoſitionẽ pu-
gnat. vt argumentatur *Nauar.d.conſ.81.nu.
3.de regularib.lib.3*. Porrò equidem diſpo-
33 ſitio præfata Concilij conditionalis eſt, vt
eatenus teneat renunciatio, quatenus data
in illo forma, atq. præſcripta ſeruata fuerit.
ſecundum *Nauar.d.conſ.82.à nu.3. per tot.
Molfeſius d.q.16.par 4.nu.21.& 26. & ſeq.*
atq; ſupra per nos citati Doctores, etiã qui
diſpoſitionem præfatam Concilij in renun-
ciatione ab ingreſſuro facta locum habere
cum eodem *Nauarro* ſubſtinent,vt late *Fa-
gundez d.lib.1.cap.19.à num.12.& d. lib.5.
cap 6.à nu.5. & ſeq.* Vt ineuitabilis propte-
reà hiſce in renunciationibus conſequentia
ſuccedat,ad illarum,vel validitatem, vel in-
ualiditatem firmandam: Non eſt facta ſerua-
ta forma Sacri Tridentini Concilij (*d.c.16.*)
34 renunciatio Non ergo tenet. Potètior quip-
pè negatiua eſt ad negatum diſſoluendum,
quàm affirmatiua ad affirmatum firmãdum.
Malignantis enim naturæ negatiua eſt, vt
omnia inficiat, quibus adijcitur. *Gloſſ.in l.hoc
genus. 105 ff de conditionib.& demonſtrat.
Gloſſ.in cap cùm dilectus, 8. verbo ſuſpenſis
circa med.de conſuetud. Aymon conſ 146.nu.
4.Perez de Lara de anniuerſar.& capellan.
lib 2 cap 4.nu.114.Nauar.conſ.40.Peto pri-
mo.nu.9.lib.5.de pœnitent.& remiſſion.Sur-
dus deciſ.243.num.6.& 7.Marius Antonin.
variar.lib.1.reſolut.20.num.7.Barboſ.aſſio-
mat.158.nu.3.*
35 Neq; in difficultatem reuocandum erit,
faciat nec ne locum ſibi Sacri Cõcilij diſpo-
ſitio *d.cap.16.* in hiſce Hieroſolymitani Or-
dinis Militibus. Cùm enim ipſi verè Religio-
ſi ſint, tria ſubſtantialia profitentes vota, vt
alij vere Religioſi, ad *tex.in cap. cum ad mo-
naſterium.6.in fi.de ſtatu monachor.cap.re-
ligioſo.21.§.1 de ſentent. excommunic. in 6.
Clement.1.in princ.de religioſ.domib.& cap.
Porrectum.13.de regularib. S.Thom.2 2.q.
88.art.11.& q.186.art.6.& 7. Nauar. conſ.
10.& conſ.12.nu.1.lib.3.de regular.& conſ.
2.de conuerſ coniugat.& tract.de reditib.ec-
cleſiaſt.q.1.monit.55.n.6.& ſeq. & q.3. mo-
nit.27.Sà in aphoriſmis.verb.religio nu.41.
Bartholom.à S.Fauſto in Theſaur.religioſo-
rum lib.5.q.12.Ioan. Baptiſta Lezana in
ſum.quæſt.regular.par.1.cap.2.nu.2.Garſias
de benefic.tom.1.par.1.cap.2.num.3.& 4.&
ſeq.Maſtrillus deciſ.290.à nu.32.cum ſequ.
par.3.Rota apud Duranum deciſ.308.nu.1.
par.2.*referens *num.7.* ita ſæpius Rotam fir-
maſſe. *Maynard.deciſ.Senatus Tholoſani 17.
par.1.* ijs præſertim rationibus, quod S.Pa-
tris Auguſtini regulam profiteantur, atq. vt
cæteri aliarum religionum profeſſi (Fratres)
nuncupentur;certaſq;pro diuino officio die-

C tim

Digitized by Google

tim ſtatutas orationum dominicalium,& ſalutationis Angelicæ distributiones pro ſeptem diurnis,nocturniſq; horis recitare, perſoluereq. teneantur.ſequitur *Riccius d.collectan.454.par.2.Cutell d.diſcurſu 2.particula 3.nu.110.Anton.Fernandez in examine Theologia moralis par.3.cap.9.ſect.2.§.17.nu.10.* quem ſequitur *Diana reſolut. moralium par 2.tract.16.& 2. Miſcellan. reſolut. 38.verſ.ſed contrariam*,referens,emittere illos tria vota ſubſtantialia ſub regula à Gelaſio II.& Honorio II.approbata. plures alios nos retulimus *reſponſ.6.nu.2. & ſeq.part 2. Alexander Sperellus deciſ.21.nu.58.* & aptiùs ad rem noſtram *deciſ.21. nu.8* quamplures alios referens. *Gratianus forenſium diſcepta. par 3.cap.457 nu.14 & ſequent.& cap.880. nu.1.par.5. & num.5. Vincent. Anna ſingul. 207.in fin.Ioan.Sanchez in ſelectis diſputationibus,diſput.49. nu.10. Thomas Sanchez de matrimon.lib.2.diſput.18.nu.8.& in ſum. moralium tom.1.lib.4.cap.16.nu.11.& tom. 2.lib.5.cap.1.nu.17.& ſeq. Lotterius de re beneficiaria lib.1.q 36.nu.30.& 31.Bartholom.à S.Fauſto in Theſauro religioſ.lib.5.q. 10. Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto.centur.1.q.65.nu.58.59 & ſeq. Campanil.in diuerſor.d.rub.12 cap.16.nu.41.Rota in Interamnen. bonorū 27.Ianuarij 1603. coram S.memor.Gregor XV.deciſ.87.nu.1.2. 3 & 4 & ibid.Be'tramin.addens. nu 13. & deciſ.109.nu.1.Barboſa in tract. iuris Eccleſiaſtici lib.1.cap.43.nu.23. 24.& ſeq. & lib. 3.cap.7.nu 3.& nu 26.28. & 29 Oſciens deciſ Pedemontana 27.nu.18.*

36 Habebit proindè locum in illis diſpoſitio Sacri Tridentini Concilij *cap.15.de regularib.ſeſſ.25*.vt Sacrā declaraſſe Congregationem Sacri Tridentini Concilij Interpretum refert *Pariſ de reſignat.beneficior.lib.6.q.2.nu.119. & 120.* ex peculiari religionis ipſius ſtatuto; & ſequitur *Barboſa de offic. Epiſcop. par. 3: allegat. 101.num.8.& in collectan. ad Bullas. verbo milites S.Ioannis Hieroſolymitani verſ. & ſub decreto . & de appellatiua verbor.iuris ſignificat.appellatione.233. religioſus.nu.10. Cutelli.d.diſcurſu 2.particula 3.nu.110.* diximus dicta *reſponſ.*noſtra *6.n.6.par.2.Riccius d.collectan.216.par.1.Sperellus d.deciſ. 21.nu.49.Gratianus par.3.d.cap.457.nu.31. & d.cap.880.nu.2.par.5.*facit Rota *par.1.diuerſorum deciſ.591.* quam refert *Riccius d. collect. 216.*

37 dum in illa decernitur, dictam Sacri Concilij diſpoſitionem *d. cap.15.ſeſſ. 25.de regularib.* locum ſibi facere in illis religionibus,etiam Militaribus, in quibus tria ſubſtantialia vota, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis emittuntur, iuxta tradita per *S. Thomam 2.2.q. 86.art.7 & q.88.art.11.ead. part Rota in Papien bonorum 5.Iunij 1606. coram Manzanedo deciſ 177.nu.1 par 2.to. 1.in recentioribus. & in Neapolitana alimentorum 31.Maij 1613.coram eodem Manzanedo deciſ.454.nu.3.in fi.ead.par.2.tom.1.in recentiorib.* Idem *Gratianus forenſ.par.2. c. 363.nu.23.& 27.Nouarius in concluſionib. Iuris Pontificij concluſ.21.num.6.* quem ſequitur eius præceptor Dominus *Riccius* Epiſcopus Vici in *praxi par 4 reſolut. 172.nu.2.* ſequiturq; *Barboſ. in collectan. ad dict. tex. Sacri Concilij cap.15.de regularib ſeſſ.25. n. 3.& 6.*

38 Ita peræquè locum habebit,& diſpoſitio dicti *tex.cap.16.*qui ſanè *tex.* conſequutiuus eſt ad dictum *cap. 15.* (*Nulla quoq; renunciatio*) dicens ; ſicuti hoc: (*In quacunq; religione,tàm virorum,quàm mulierum.*) Vt vna diſpoſitio, & ſi duobus capitibus diſtincta , videatur. Et Sacrum Concilium diffusè,atq; generatim de omnibus regularibus. qui per profeſſionem trium votorum ſubſtantialium ſe Deo in religione colligant, omnium profitere volentium indemnitati conſulens , loquatur. Nulla vtiq; erit ratio,vt cum verè religioſi hi ſint Milites Hieroſolymitani,& profeſſionem ipſi emittant trium votorum , per quæ ſe Deo,& religioni obſtringunt.vt Rota perpendit *d deciſ.591.nu.1. & 2. coram Seraphino part. 1.diuerſorum.*& dictum fuit in *Tullen.reformationis 21.Aprilis 1630. corā Dunozetto deciſ.333.nu.1.par.6.diuerſorum nouiſſimarum per Rubeum.* Ipſi ſoli incomprænenſi in dicta Concilij diſpoſitione remaneant;ne peioris conditionis ipſi, quàm

39 alij ſint regulares. præſertim cùm diſpoſitio hæc Conciliaris *d. cap.16.* omnibus fauorabilis,minime ſit illis odioſa.& dictum *cap.15.* Concilij qnoad annum probationis ante profeſſionem emittendam receptum ſit in ſtabilimentis Religionis , vt referunt *Pariſ. de reſignat.lib.6.q.2 nu.120. Barboſ.d collectan.ad dictum cap.15.nu.6.& in collectan. ad bullas verbo Milites S. Ioannis Hieroſolymitani.in fin. verſ & ſub decreto eiuſdem*

40 *Sperellus d.deciſ.21.num.49.* Prærerquam quòd Sacra Congregatio Concilij Interpretum conſulta : An Milites Hieroſolymitani comprehendantur in decretis Concilij etiā vbi de eis non ſit expreſſa mentio ? Reſpondit comprehendi ; niſi ſpecialiter priuilegijs poſt Concilium muniantur. de qua declaratione teſtatur *Barboſ. in collectan. ad cap.3. ſeſſ.6 de reformat. & Eminentiſſimus Card. Bellarminus in eund locum Concilij,*& retulimus *reſponſ.noſtra 9.nu.57.par.2.* & idem *Barboſ.in collectan. ad Bullas d.verbo Milites S.Ioannis. verſ. comprehenduntur decretis Concilij. & de appellat.verbor.iur. ſignificat.d.appellat.233.nu.1 Sperellus d deciſ.21.num.51.* quę ſanè declaratio in odioſis quoq. locum habet , iuxta diſpoſitionem *d. cap. 3.ſeſſ 6. & cap. 4 ſeſſ.14. de reformat.* vt multo magis in fauorabilibus locum inue-

41 nire debeat; cū odia reſtringi, fauores conueniat ampliari.regula *Odia 15.de regul.iur.*

42 *in 6.* Veluti comprehenduntur in decreto eiuſ-

eiuſdem Sacri Concilii *cap.19.eadem ſeſſ.25.*
de regularib. de nullitate profeſſionis intra
quinquennium proponenda. Quia nimirum
Sacrum Concilium generatim omnibus re-
gularibus proſpexit, vt de nullitate dicere
valeant profeſſionis, ſatis amplè loquens:
(*Quicunq regularis*) dicens: vti Sacram de-
claraſſe Congregationem poſt *Armendariz*
in addit ad recopilat. legum Nauarræ lib.2.
tit.18.leg.7.de religioſ.nu.51 refert *Barboſa*
in collectan. ad Bullas verbo Equites Hiero-
ſolymitani in fin. & verbo Milites S. Ioãnis.
circa fin. verſ. vnde ſub decreto eiuſdem. &
d.appellat.233.num.13. Sperellus d.deciſ.21.
num.48.

43 Nullus quippè eſt, ſi ſanæ ipſe ſit mentis,
qui iurè inficias ire valeat, poſſe & per vim, &
metum, vel antè ætatem legitimam, vel qua-
cunq. alia cauſa adigi quemquam ad profi-
tendum in hac militari S. Ioannis Hieroſo-
lymitani Religione. Erit propterea locus ei
intra quinquennium ad reclamandum, & de
nullitate dicẽdum, ſicuti & aliis regularibus
44 Sacrum Concilium *d.cap.19.* vt de nullitate
dicere valeant iurè, ſanctèq; proſpexit. Neq;
porrò ratio reddi poteſt, cur hi vni excepti
regulares fuerint, cùm regulares & ipſi ſint,
nec matrimonium amplius inire valeant,
quòd caſtitatis votum emiſerint; & de om-
nibus indiſcriminatim regularibus Sacrum
loquatur Concilium. *Quicunq.* (dicens) *re-*
gularis. Vt omnes comprehenderet regula-
res, nullumq. eorum excluderet, per prono-
men illud (*Quicunq.*) ad *tex.in cap. ſolitæ 6.*
ibi: Quodcunq. ligaueris ſuper terram. *de*
maiorit. & obedient. & diximus, alios referen-
tes *reſponſ.21 nu.13.14. & 19.par.2.*

Neq. obſtaculum faciunt, de iuramento
renunciationibus adiecto, obiicientes, tàm
in prima, quàm in ſecunda renunciatione.
45 Facili nempè negotio tale ſoluitur vincu-
lum. Nam Sacrum Concilium, obiectũ præ-
uidens, etiam cum iuramento factám renũ-
ciationem, etiam in fauorem cuiuſcunq; piæ
cauſæ, forma non ſeruata, ab eo præſtitura,
46 nullam, & inualidã declarauit. Neque enim
iuramentum iniquitati præſidium ferre de-
bebit. vt Innocẽtius III. Regi Aragoniæ ſcri-
bens dicit. *cap. quanto 18.§. ſuper quod. de iu-*
re iurand & S Auguſtinus Seuero Mileuita-
no Epiſcopo; relatus *can. inter cætera 22.22.*
q.4. dicens: *Porrò iuramentum non ob hoc*
inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum ini-
quitatis. & facit *tex. in cap peruenit.3. & cap.*
ſi verò aliquis 8. de iure iurand. & cap. quã-
47 *uis pactum 2. de pact. lib.6.* Iuramentum
verò regulam accipit ab ipſomet actu, ſuper
quo interponitur; eandemq; conditionem in
ſe continet, quam actus ipſe, ſuper quo præ-
ſtatur, neq. plus protenditur, quàm actus ip-
ſe. *l. vltim. C. de non numerat. pecun. Tiraqu.*
tract. de conſtitutionib. in 7. limitat. num.34.
Corbul. de iure emphyteot. de cauſa priua-
tionis ob non ſolutum canonẽ in 40 ampliat.
nu.6 Facchineus Illuſtrium controuerſ. lib.
3. cap. 17. verſ. quorum illud. Bald. in auth.
Sacramenta puberum num.17. C. ſi aduerſus
venditorem. quem ſequitur *Gaillus practi-*
car. obſeruat. lib.1. obſeruat.27. num.4. & re-
ctius ad rem noſtram *obſeruat.59 nu.5. lib.*
2. Cacheran. Oſaſci Dominus *deciſ.4 nu.5.*
& ſeq. & deciſ.49. nu.4. & latè plures cumu-
lat *Martinus BeneKendorſius in additioni-*
bus ad Seraphin. tract. de priuileg. iuramenti
48 *priuileg. 116. nu.1.* Quemadmodum ergo
renunciatio, forma à Sacro Tridentino *d. cap.*
16. præſcripta minime ſeruata, nulla euadit,
atq; inualida; ita ac peræquè iuramentum
eidem accedẽs, nullum, atq; inualidum erit,
àd regulam *acceſſorium. 5. de regul. iur. in*
6. cap. ſuper gratia. 9 de offic. delegat. ext. lib.
l. cum principalis. 139. vbi Decius. ff. de regul.
iur. diximus *reſponſ 39. nu.15. par.2. Molfeſ.*
d. par.4. tom.1. ad conſuetud. Neapolit d. q.16.
nu.28 & 29. Sequentibus nempè Sacrum
Concilium: *Aliter verò facta,* (renunciatio
ſcilicet) *etiamſi cum huius fauoris expreſſa*
renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nul-
lius effectus. Sic Sacrum Concilium. Rota in
ſimili. *in Romana reſciſſionis contractus 10.*
Decembris. 1632. coram. Durano deciſ 362.
nu.19. & 20. par.2. Cened. d. q.6. n.3. & Bar-
boſ. in collectan. ad dictum cap.16. nu.44.

Neq. obiiciant denuò, vt firmam renun-
ciationem adſtruant; profeſſionem multò
tẽpore à renunciatione ſequutam fuiſſe, an-
no videlicet 1634. debuiſſe verò ſequi poſt
duorum menſium expletum tempus, firmãt
ex eiuſdem Sacro Sanctæ ſynodi decreto *d.*
cap.16. ſequentibus quippè ipſa decernit. in
49 fin. *Finito tempore nouitiatus ſuperiores,*
nouitios, quos habiles inuenerint, ad profiten-
dum admittant, aut monaſterio eos eiiciant.
50 Quidquid porrò de hoc ſit, neq; Conci-
lium, ſi profeſſio poſt multa tempora, exple-
to nouitiatus anno, ſequatur, quidquam di-
ſponit, annullando fortaſsè profeſſionẽ emiſ-
51 ſam. vt quod lex Sacri Concilii non dicit,
neq; nos dicere debeamus. ad *tex. in cap. cõ-*
ſuluiſti 8. §. & quod Sanctorum. 2. q.5. cap.
2. § vnde ſi circa tranſlationem de tranſlat.
Epiſ. l. diſſidentis 5. C. de repud l. illam 19. C.
de collat. Nauar. de orat. & horis can. cap.5.
nu.8. & de vſur q.23. nu.117. & conſ.6. nu.11.
lib.3. de donat.
52 Præter quàm quòd tacitè ſaltim profeſ-
ſus dicetur, ſi poſt expletum nouitiatus tem-
pus actibus ſe profeſſorum immiſcuerit, ha-
bitu indutus profeſſorum. iuxta *tex. in cap.*
ex parte. 22 & cap ſtatuimus. 23. de regular.
Clement 2. vbi Gloſſ eod. tit. cap.1. de regular.
in 6 cap. beneficium 4. in fin. eod. tit. & lib.
Nauar. conſ 6 dubitatum fuit. nu.11. lib.3. de
ſtatu monachor. Rota in Veneta reſtitutio-
nis dotis 26. Aprilis 1589 apud Cardin. Mã-
tica m deciſ.58. nu.1. Decianus conſ.18. nu.3.

*& 4.lib.3.Calderin.conſ 5. col.2. verſ. reaſ-
ſumpto autem.de regularib. Gratian.forenſ.
par.4.cap.640.nu.21.22.& 23.Barboſa de
iure eccleſiaſt.lib.1.cap.42. à num.156. cum
ſeq.Sanchez in ſum.morali tom.2. lib.5 cap.
3 à nu.19.cum ſeq.Ferdinand. à Caſtro Pa-
lao par.3.d.tract.16.diſputat.2 puncto 1.à n.*
6. Non enim Sacrum Concilium tacitam
53 abrogauit profeſſionem. *Nauar conſ.28.nu.
5.lib.3 de regular.Gratian.d.cap.640.nu.35.
& ſeq. Rota apud S.memor. Gregorium XV.
deciſ.385 per tot.*præſertim *nu.5.*vbi etiam
Beltramin.addens nu.6.& deciſ.577.nu.5. &
dictum fuit in *Meten. profeſſionis 18. Apri-
lis.1614.coram Vbaldo par.1.to.2. in recent.
deciſ.579.nu.2.Decianus.d.conſ.18. nu.2.&
ſeq.lib 3.Barboſ.in collectan.ad Sacrum Cō-
cil.d cap.15.de regular.ſeſſ.25.num.40.& in
collect. ad Bullas. verbo profeſſio regularis.
verſ. Profeſſiones tacitæ non tolluntur,& de
iure Eccleſiaſt lib.1. d.cap.42. nu.168. Ioan.
Azor.Inſtitut.moralium par.1.lib.12.cap.4.
q.6.Sanchez d.lib.5.cap.3.nu 36.Ferdinand.
à Caſtro d.diſputat.2.punct.1.nu.8.Garſias.
d.cap 9.nu.8.par 11.*

54 Nihilominus tamen, neq; ex hoc ſequitur
renunciationem,forma minimè ſeruata à Sa-
cro Tridentino præſcripta, factam , effici va-
lidam ex quo poſt multa tempora , expleto
nouitiatus anno , profeſſio ſequuta fuerit .
55 Quam ob cauſam hæc ipſa exceptio per
56 Aduerſarios probanda eſſet . Cùm alioqui,
à iuris regulis diſcedendum haud ſit,niſi qua-
tenus per ius ipſum exceptum inueniatur.
*Gloſſ.in l.omnis definitio.203.ff. de regul.iur.
& in rubr.eiuſd tit.lib.6. Nauar. conſ.6. nu.
2.in fin.lib 2.de appellat.* Exceptum proindè
57 caſum qui dicere voluerit;vel legem dicere,
quod ipſe aſſerit , probatione id præſtare
oportebit.vt *Surd.*docet *deciſ.195. nu.4.ex
58 Beccio conſ 35.nu.4.*Profectò quòd impro-
batur minimè ex Sacro Concilio , quin ex
cauſa,expleto nouitiatus tempore,atq; facta
renunciatione per duos menſes proximos
ante profeſſionem cum licentia Epiſcopi ,
vel eius Vicarii , differri poſtmodùm valeat
ſolemnis profeſſio per tempus aliquod.*San-
chez tom.2.ſum.lib 7.d.cap.5.num.82. Bar-
boſ.de offic.Epiſcopi par.3.d.allegat 99.num.
11.& in collectan. ad dict.cap 16.Sacri Con-
cilij nu.42.& 45.* ſequiturq; *Fernand.à Ca-
ſtro. d.tract.16.par.3. diſput.1. puncto 17.
num.9.*

Neq; vniuerſim diffugere demùm pote-
rint Aduerſarii dilemmatis huiuſce vim .
59 Vel porrò tempus illud ab emiſſa renūcia-
tione,ad longum, ante profeſſionem excur-
ſum,hoc operabitur, vt nouitius tacitè pro-
feſſus habeatur : & pro nobis res erit ; nihil
enim impedimento eſt,quin Religio de nul-
litate dicere poſſit emiſſæ renunciationis ob
non ſeruatam Sacri Tridentini legem , quæ
60 formam indicit omninò ſeruandam. vt tra-
dit *Nauar.d.conſ.82.lib.3.de regular.*& plu-
ribus *Cenedus d.q.6.nu.3.& 4.Ioannes Ma-
ria Nouarius d q.78.nu.6.& ſeq.* vt etiam in
61 ſuperioribus diximus. Nimirum quòd taci-
tam ob profeſſionem renunciatio ab initio
inualida,firmitatem nullam obtinet : vt poſ-
ſit etiam,poſt profeſſionem, ſubſequutum obj-
tum , de nullitate dici renunciationis præfa-
tæ. vt in hiſce terminis nullitatis profeſſionis
tacitę pro reſtitutione dotis monaſterio da-
tæ,rentum fuit in *d Veneta reſtitutionis do-
tis coram Card. Mantica d deciſ.58.num.2.*
62 Vel pro tacita non habebitur profeſſione ,
& multo magis res pro nobis cedet:nō enim
propter hanc cauſam,ob non ſecutam poſt-
modùm ſtatim profeſſionem , renunciatio ,
quæ ab initio nulla fuit, valida per profeſſio-
63 nem ſubſequutam euaſit. Et ſi planè validè
facta renunciatio , ſeruata videlicet forma à
Sacro Concilio data,firmitatem neq; ſortia-
tur,niſi validè profeſſio ſubſequuta fuerit. vti
apertiſſimis verbis *d.cap.16.* Sacrum Tridē-
tinum diſponit:*Ac non aliàs* (ſubdens) *intel-
ligatur effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſio-
ne.* Non igitur tractu temporis validum effi-
cietur, quod ab initio nullum fuit. *regula nō
firmatur.18.de regulis iur.in 6.*

Nullam itaq; firmitatem à profeſſione,re-
nunciatio,quæ nulla eſt,& inualida;quòd ſer-
uata forma à Sacro Tridentino præſcripta
minimè fuit,obtinebit . Sua ergo in infirmi-
tate,ac nullitate perſiſtet,etiam poſt ſequutā
profeſſionem,quæ quod nullum eſt,& inua-
lidum,non ſanat ; firmat verò dumtaxat va-
lidè factam:quæ nec aliter ſubſiſteret,ni pro-
feſſio ſequeretur . vt Sacrum Concilium *d.c.*
16. diſpoſuit, cuius verba nos paulò ante re-
64 tulimus.Quia profectò,ſi ante emiſſam pro-
feſſionē,vel abiret,vel obiret nouitius, renū-
ciatio omnis , etiam piæ cauſæ fauore facta ,
etiam iurata, atq; ſeruata forma à Sacro Cō-
cilio data,neq; ſubſiſteret,neq; effectum ſor-
tiretur.*Nauarr.comment.1.de regular.n.49.
in 7.addition & conſ fin. lib.3. de ſucceſſio-
nib.ab inteſt.Sanchez d.lib.7.cap.5.num.49.
Hondedeus conſ.73.nu. 6. & 22.lib.2.Gu-
tierez canonicar. quæſt. lib.2 cap.1. à num.
105.cum ſeq.ad finem vſq; Ferdinand à Ca-
ſtro.d.diſputat.1. puncto 17.nu.13. Barboſ.
in collectan.ad dictum cap 16.num 56.*dixi-
mus reſponſ noſtra 26.*par.3. per tot.* potiſſi-
mùm *num.17.*

Nihil ergo,quod Religioni,vel eius nomi-
ne D.Antonio impedimento eſſe poſſit,quin
ad inualidè renunciata, nulliterq; regreſſus
eſſe valeat, æſtimare debemus .

Atq; ita ex his, purgatioris iudicij lima
non abiecta,reſpondendum cenſuimus .

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Forum quis quoad ordines ſuſcipiendos triplici modo ſortitur.

2 Origo ſiuè propria, ſiuè paterna ſufficit.

Vtroque enim modo oriundus quis dicitur. num. 3.

Et ità Sacra declarauit Congregatio. n. 4.

Quamuis ad minores ab Epiſcopo propriæ originis promotus quis fuerit, nam poterit poſtmodùm ad Sacros, & maiores ab vno alio ex tribus promoueri. nu. 5.

6 Beneficia plura obtinens diuerſis in Diœceſibus, ab vnoquoq; Epiſcoporum illorum promoueri ad ordines, ſiuè minores, ſiuè Sacros, poterit. & n. 22.

Quamuis beneficium ſit ſimplex, nec requirens reſidentiam. n. 7.

Et quamuis tenue. n. 8.

Quia titulus attenditur, non redditaum quantitas. n. 10.

9 Domicilium mutandi cuilibet liberum manet arbitrium.

11 Riccij ſententia ex pluribus refellitur, & etiam à Nouario. n. 17.

Ad bonum tamen ſenſum reducitur. n. 23.

Quæ reductio etiam declaratur. n. 26.

12 Argumentum à ſimili non improbatur.

Omnimoda tamen exquiritur ſimilitudo inter ea, inter quæ ſimilitudo arguitur. nu. 13.

Alioquin vel minima quæq; diſſimilitudo illud deturbabit. n. 14.

Nec admittitur in odioſis, ac pœnalibus. nu. 15.

Vel vbi certa, & determinata iuris eſt diſpoſitio. n. 18.

Vel in materia agatur priuationis. n. 19.

Etiam ſtante identitate rationis, & materia eſſet alias extendibilis. n. 20.

16 Deciſio Achillis de Graſſis 13. de penſionibus declaratur.

17 Variatio in beneficialibus non datur.

21 Priuatio non admittitur, vbi de ea lex non loquitur.

24 Patrimonij ad titulum promoueri nemo debet, ſine Epiſcopi diſpenſatione, ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ.

25 Promotus ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, ſeruitio quaſi addictus videtur Eccleſiæ illius.

27 Variatio rectè admittitur in his, quæ facultatis ſunt.

29 Cenſurarum, & Irregularitatis pœna, non niſi in caſibus à iure expreſſis danda ſunt.

30 Deciſio Caſaris de Graſſis 15. de probat. declaratur.

31 Originarius, ſeù naturalis quis eius loci non dicitur, in quo licet pater natus ſit, tamen alio domicilium tranſtulit, atq; etiã bona omnia.

Quod exaudi in beneficialibus. n. 32.

Secus verò quoad ſortiendum forum, vt promoueri quis valeat ab Epiſcopo originis. n. 33.

Stante præſertim declaratione Sacræ Congregationis. n. 34.

Vel ſi pater adhuc bona poſſideat in loco originis. n. 35.

Et in hoc factum refertur. n. 36.

ARGVMENTVM.

Minoribus initiatus ordinibus ab vno ex Epiſcopis, vel Beneficij, vel domicilij, vel originis, promoueri an poſtmodùm poſſit, ab alio vel originis, vel domicilij, vel Beneficij Epiſcopo? ad intellectum *tex. in cap. cùm nullus 3. de temporibus ordinat. in 6.* in quo ſententia Riccij reijcitur. Et num origo paterna ſufficiat, vt promoueri quis poſſit, ad primam etiam Clericalem tonſuram? Et quid ſi beneficium ſimplex fuerit, vel etiam tenue, neque ad vitam honeſtè ſubſtentandam ſufficiens?

RESPONSIO IV.

Clericus quidam Neapoli natus; paternam tamen originem è Ciuitate Capuæ trahebat, Neapoli ad quatuor minores ordines promotus fuit; optat nunc ad Sacros ordines promoueri, atq; ſubdiaconatus ordine ad titulum patrimonij, quod in eadem Capuana Ciuitate obtinet, dimiſſorialibus Archiepiſcopi Capuani initiari. Dubium proindè ei refricatur, quòd per minores ordines, quibus initiatus fuit cum dimiſſorialibus Eminentiſſimi Archiepiſcopi Neapolitani, eius iàm forum elegerit, non poſſe propterea illum variare; cùm præſertim in eadem Ciuitate Neapolitana domicilium trahat. Conſuiti nos proindè, iurè promoueri illum poſſe cum dimiſſorialibus Archiepiſcopi Capuani, reſpondimus.

1 Quia nimirum triplici quis modo forum ſortitur, vt promoueri ad ordines poſſit, ſiuè minores, ſiuè ſacros, & maiores: vel ratione

vide-

videlicet Originis, vel Domicilij, vel Benefi-
ficij. cap.cum nullus 3.de temporib. ordinat.
2 lib.6. Origo verò exauditur, ſiuè propria illa
ſit, ſiuè paterna, cùm indiſtinctè originis me-
minerit Bonifacius Octauus Canonis illius
conditor, vt indiſtinctè de vtraq; intelligi
3 debeat, Cùm vtroq; modo oriundus quis di-
catur. l.aſſumptio.6.§ filius.ff ad municipales.
l.filios.3.C.de municipalib. & originarijs lib.
10.glo in cap.1.verbo alienigenas.ver.oriun-
dus autem de vſuris, lib.6. Geminian.d.cap.
cum nullus & ibid.Barboſ.in collectan num.
3.& 4.& in collectan.ad Sacrum Tridenti-
num Concilium ſeſſ.23.cap.8.nu.17.referens
ex Sellio ſelectar.canonicar. cap.18 num.30.
ità deciſum in vna Vici Equenſis 12.Auguſti
1628.& 7.Aprilis 1629.in quibus dictum fuit:
filium legitimum ordinari poſſe ab Epiſco-
po originis paternę, tamet ſi pater tempore
natiuitatis filij ad aliam diœceſim ſuum do-
micilium transtuliſſet. Syluester ſum. verbo
ordo.3.num.2.in fin. Riccius Epiſcopus Vici
deciſionum part.4.deciſ 317.num.3 Gauan-
tus in Enchyridion Epiſcoporum. verbo ordo
in genere num.5.Sà in aphoriſmis. verbo or-
do.numer.29. Abb.cap fin. de paroch. Nauar.
conſ.3.num.1.& conſ.19.de tempor.ordinat.
lib.1.Zerola in praxi part 2.verbo dimiſſoria
in 2.quæſito. Paulus Comitolus reſponſorum
moralium lib.6.q 45.Bonacin. tom. . dę Sa-
crament. diſput 8.de Sacram.ordin.q vnica.
punct.4.num.15.Epiſcopus Campanilis in
diuerſ Iuris Canonici.rub 9.cap.8 numer 8.
alios referens Barboſ de poteſt.Epiſcop par.
2.allegat.4.num.6.Ioannes Maria Nouarius
in Concluſ.Iur. Pontificij.concluſ 101 nu.4.
4 & 5.Atq; hoc pacto Sacram declaraſſe Con-
gregationem, referunt Campanil.d.cap.8 nu.
8.in fin.Garſias de benefic.par.2.cap.4 nu.2.
Pater Diana part.4.tract.4. miſcellan. reſol.
148.Rubeis in aphoriſmis Epiſcopor. verbo
ordo.num.7.Barboſ.in d.cap 8. Sacri Conci-
lij. d numer.17. vt paulo ante quoque di-
ximus.
5 Quamuis quidem ad minores ab Epiſco-
po, in quo natus quis eſt, promotus fuiſſet;
poterit nihilominus ab originis paternę Epi-
ſcopo ad Sacros alios iurè promoueri Ordi-
nes: Quia profectò cùm patris origo filio ſub-
iectionem tribuat erga eiuſdem originis Epi-
ſcopum, propter quam eius ſortitur forum,
poterit vtiq; ab eodem promoueri, quamuis
ab alio fuerit ad minores promotus; neque
propterea ne eius ſit Epiſcopus perdit. Quia
originis Epiſcopus eſt, & eius Ordinarius vbi
oriundus eſt: vt text.in d.cap.cùm nullus nos
docet, argumento etiam tex.in can.quoniam.
1.69.diſtinct ſimilis tex. in cap.cùm contin-
gat.11.de ætat. & qualitat. Syluest.d.verbo
ordo.3. num.2. Similiq; argumento vſa fuit
Rota apud Seraphinum deciſ 731.num.8.&
9.& ſeq part.1. diuerſorum.Gauant.vbi ſup.
verbo ordo in genere.num.8. qua ratione
vſus etiam fuit Zipæus in ſuis conſultation.
iur canon.lib.1.de ætate, & qualit.21.ordinan.
conſ.3.apud Dianam par 6.tract.7.miſcellan.
reſolut.35. poſt hæc ſcripta vlius, præliqueę
preſſus.
6 Veluti, ecce tibi, qui plura obtinet benefi-
cia diuerſis in Diœceſibus, ab vnoquoque ex
præfatis Epiſcopis beneficij ratione promo-
ueri poterit. Quilibet enim eorum eius Epi-
ſcopus eſt, atq; ordinarius, eiq; beneficij ra-
7 tione ſubijcitur, quamuis alias beneficium
ſimplex fuerit, neq; reſidentiam perquirens;
8 ac quamuis tenue, neq; ſufficiens, vt ad Ordi-
nes ratione tituli promoueri va eat; eſt nem-
pè ſufficiens, vt iuriſdictionem ſortiatur: &
9 cuilibet liberum manet arbitrium pro libito
domicilium mutare. Nauarr d.conſ.19 de
tempor.ordinat.Garſias de benefic.dict.cap.4.
num.2.& 8.Gauant.dict.verbo ordo in gene-
re, num 11. Alzedus in praxi Epiſcop.par.2.
cap 5.num.14.46.& 47.Ioan.Anton.Nouar.
in ſumm.bullar.titul. de ordinatis ab alieno
Epiſcopo ratione tenuis beneficij, num.1.&
ſeq.& nu.11.par.1.diximus reſponſ.noſtra
29.num.44.& 46.par.2. Ioan.Præpoſitus in
3.part.Diui Thomæ q.vnic.de Sacrament.or-
dinis.dub.14.num.136. quem ſequitur Pater
Diana part.6.tract.8. miſcellan reſolut.24.
Ioannes Maria Nouar. d.concluſ.102. num
13.& 14.Campanil.d.cap.8. num.12. Bona-
cina d.diſput.8.q.vnic.punct.4.num.8.
10 Quia titulus attenditur, non reddituum
quantitas. Maceraten. variarum reſolution.
lib.1.reſolut.112.in 28.caſu: quicquid alias
Quaranta in ſumm.bullarum verbo ordo.§.
circa ſecundum, fol.mihi 373. dixerit. Porrò
quia tex.d.cap.cum nullus abſolutè de bene-
ficio verba facit. quod plenè perpendimus
dict.noſtra reſponſ.29.par.2.Riccius in praxi
par.1.reſolut.360. de Sacrament.ordin. No-
uar.d.concluſ.102.num.13 Piaſecius in pra-
xi Epiſcop.par.1.cap.1.art.2.num.3.verſ.ra-
tione beneficij.
11 Quam ob cauſam ſcrupulum, neq; obſta-
culum vllum faciebant, quæ ex dicto Riccio
Epiſcopo Vici Equenſis in aduerſum aſſere-
bant nonnulli dict.part.1.in praxi de Sacra-
mento ordinis, reſolut.265.ſub num.4. Aſſe-
rente illo, ſe conſuluiſſe nonnullis Epiſcopis
Domicilij, & Beneficij, cupientibus ordinare
quoſdam Clericos, (ità nempè ipſe loqui-
tur), qui ſumpſerant ordines ab eorum Ori-
ginis Epiſcopis, non potuiſſe id efficere. Po-
tiſſima eius ratio eſt. quod in dubio variatio
prohibetur, & maximè in ordinibus, & be-
neficialibus. quem ſequutus fuit Molfeſ.in
in ſumm.tom.1.part.2. cap.2. num.10 & re-
fert quoq; Diana d.reſol.35.
Non inquam obſtaculum faciebant.
Primò, quia ipſe à ſimili argumentum du-
12 cit; quod & ſi planè non improbetur, quin
& ſecundum Ariſtotelis præcepta, atque
Iuris Conſultorum quoq; regulas admitta-
tur

Digitized by Google

tur ad *text. in cap. tranſlato 3. vbi Decius nu.
8. de conſtitutionib. vbi etiam Abb. l. non
poſſunt 11. in fin. ff de legib. Barboſa in locis
argumentandi. loco* 101. *num.* 1. alios, & ipſe
referens.

Omnimoda tamen, & abſoluta exquiritur
13 ſimilitudo (in his ſcilicet, quæ conferuntur)
inter ea, inter quæ ſimilitudo arguitur. Alio-
quin vel minima quæque diſſimilitudo po-
14 tens eſt, & efficax argumentum hoc deturba-
re, quin non totum deſinere, ſecundum *gloſ.*
& ibi notata in *l. creditori 9.* verbo *vendica-
tiv, ff. de noui operis nunciat.* argumento *tex.
in l. quid ergo 13 §. ex compromiſſo, ff de his,
qui notantur infamia,* ex verbis Vlpiani ibi-
dem: Quia non per omnia ſententia eſt.
Gloſ. in can. ſic enim 9. §. his de cauſis. verbo
numquid 28. *q.* 1. *Abb. in cap. conſtitutus in
3. notabil. de appellat. Afflict. deciſion.* 350. *nu.
11. Euerard. in loco à ſimili num.* 4. quem ſe-
quitur *Cochier. de permutat. benefic. part.* 1.
cap. 3. num 6. Barboſa dict. loco 101. *num.* 3. &
4. *& ſeq.* & deducit optimè *Brunorus à Sole
in propoſitionibus iuris* verbo *argumentum,
propoſit.* 4 & *Cardinalis Tolet. in introduct.
in Ariſtotelis Dialalecticam. lib. 5. cap. 7. in
loco à ſimili:* docens, ac dicens: *Debemus au-
tem ſumere ſimilitudinem in eo, ratione cuius
prædicatum ineſt, aliter non valebit. Non
enim valet: Cignus ſentit, ergò & nix; Quia
quamuis ſimilentur in albedine, tamen albe-
do non eſt ratio, qua cignus ſentit.*

15 Deindè quod argumentum hoc à ſimili
minimè admittitur in odioſis, ac pœnalibus,
vt iſthæc materia eſt, in odium tendens, ac
repreſſionem facultatis Epiſcoporum. ſecun-
dum *Ioannem Azor. Inſtitut. moralium. par.
1. lib. 2. cap. 19. q. 11. Aegidius de ConinK. de
cenſur. diſput. 17 dub. 5. num. 84. Barboſa
d. loc.* 161. *n.* 11. & 12.

16 Præterquam quod deciſio Achillis de
Graſſis 425. *alias* 13. *de penſionibus, num* 6.
ex qua Riccius ſententiam ſuã firmatam red-
didit, in re ſatis à noſtra hac, atq; à dicta Ric-
cij reſolutione diſſita loquitur: nempè in pẽ-
ſionibus; in eo mimirùm, qui per aliquod tẽ-
pus perceperat penſionem, ſi velit poſtmo-
dum variare, & exigere fructus, talem huic
17 variationem haud permitti. Quia (dicens) *d.
num.* 6. ſumus in beneficialibus, vel indepen-
dentibus, in quibus variatio non admittitur.
vt per *Archidiaconum in cap. nec aptandæ de
conceſſione præbend. in* 6. ſic ille. ſatis verò di-
uerſa res hæc noſtra eſt ab illa. non iurè er-
gò illatio à Riccio deducta procedet.

18 Præterea nos certam Sacrorum Canonum
determinationem habemus *dict. cap. cùm
nullus,* quo ſtatuitur initiari quem poſſe, vel
ab Epiſcopo Domicilij, vel Beneficij, vel Ori-
ginis; eſſet proinde ſtatutum ius peruertere
per ſolum argumentum à ſimili, quod mini-
mè admittitur, vti tuetur *Barboſa dict. loco*
19 101. *num.* 9. potiſſimùm verò ſi in materia
agamus priuationis, vt iſthæc eſt priuatio-
nis facultatis ordinandos initiandi, quam
Epiſcopi obtinent; ſiuè Beneficij: ſiuè ſit do-
micilij Epiſcopus, ſiue originis. vt Epiſcopus
Genuenſis adnotat in *practicabilibus Eccle-
20 ſiaſticis. q.* 38. *num.* 3. Stante etiam identita-
te rationis, quamuis materia extendibilis eſ-
ſet. *Honded. conſ.* 72. *num.* 30. & 31. *lib.* 1. *Vi-
uius deciſ.* 255. *num.* 3. *in med.* quem ſequitur
21 *Barboſa d. loco.* 101. *n.* 12. Quia profectò ad-
mittenda priuatio haud eſt, vbi lex, & canon
de ea non loquitur, vt idem *Genuenſis* per-
pendit *d. q.* 38. *n.* 3.

Accedit quod ipſemet Riccius Epiſcopus
in eadem 1. *par. praxis reſolut.* 257. *ſiuè* 258.
22 haud abnuit, eum, qui plura diuerſis in diœ-
ceſibus obtinet beneficia, ab vnoquoq; earũ
Epiſcopo promoueri poſſe, ex generalitate
diſpoſitionis *dict. cap. cùm nullus.* & dixerat
antea, ſequutuſque fuerat *Garſias de benefic.*
alios referendo more ſuo *dict. part.* 4. *num.*
2. & 15. atque *Rubeis in aphoriſmis Epiſco-
porum. d. verbo ordo nu.* 7. *Campanil. d. cap.* 8.
num. 14. *Barboſ dict. allegat.* 4. *num.* 51. & ad
dictum *cap.* 8. *Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.*
23. *in collectan. n.* 32. & nos quoq; ſupra de-
duximus.

23 Hanc ob cauſam Riccij ſententiam ad bo-
num ſenſum reducendo, illam admittere-
mus, quando nimirùm à beneficij Epiſcopo
ad eiuſdem titulum quis promotus fuiſſet,
quod illud reſidentiam perquireret; vnde re-
ſidentiæ ratione mutare titulum non poſſet;
24 vel ſaltim ſi ad Sacrum Subdiaconatus or-
dinem ad patrimonij titulum quis promo-
tus fuiſſet. cum diſpenſatione ob vtilitatem,
vel neceſſitatem Eccleſiæ, iuxtà diſpoſita per
Sacroſanctam Tridentinam Synodum. *cap.* 2.
ſeſſ. 21. *de reformat.* Ni enim cauſas præfatas
mutatas fuiſſe, vel ſaltim ceſſaſſe oſtenderit,
promoueri ab alio Epiſcopo interdictum ei
cenſebitur. vt refert *Quaranta in ſumma
Bullarum d. verbo ordo. verſ. circa tertium
ratione domicilij, in fin. verſ. hoc tamen intel-
lige, fol. mihi* 374. ſequitur *Alzed. in praxi
Epiſcop. par.* 2. *d. cap.* 5. *num.* 47. & ſequitur
idem *Riccius dict. reſolut.* 265. *num.* 4. nimi-
25 rùm quia diſpenſationis obtentæ ratione
quaſi ſeruitio addictus Eccleſiæ illius vide-
tur, cuius ob vtilitatem, vel neceſſitatem ad
ſacros ordines promotus fuit, vt non facilè
illi fiat, aſſumptum dimittere onus, ni cau-
ſam mutauerit, ob quam voluntariè ſe one-
ri ſubiecit, vt interdici ei iurè ſacrorũ exer-
citium poſſit. iuxta diſpoſita per Sacrum Tri-
dentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 16. *de reform.* ſequitur
Piaſecius in praxi d. cap. 1. *art.* 2. *num* 4. *in
2. ampliat.* & *Diana* ex Zipæo *d. reſol.* 35. *tra.
7. par.* 6.

26 Hæc verò ſecundùm honeſtatem dixeri-
mus, non quòd ſi de facto promoueatur, in
aliquam ipſe, vel ordinans dent ſuſpenſio-
nem. Fidem hanc tibi faciat Sacri Tridentini

di-

diſpoſitio *ſeſſione eadem* 23. *capit.* 8. *de refor-*
mat. ſequentibus quippè illud: *Vnuſquiſque*
autem (inquit) *à proprio Epiſcopo ordinetur.*
Quòd ſi quis ab alio promoueri petat, nulla-
tenus id ei, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpe-
cialis reſcripti, vel priuilegij prætextu. etiam
ſtatutis temporibus permittatur, niſi eius
probitas, & mores Ordinarij ſui teſtimonio
commendentur, ſi ſecus fiat, Ordinans à colla-
tione ordinum per annum, & Ordinatus à
ſuſceptorum Ordinum exequutione, quandiù
proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſu-
penſus. Sic Sacrum Concilinm. Eſt verò hic
proprius ordinandi Ordinarius, ſecundum
vnum, ex tribus modis à Canonis diſpoſitio-
ne *d. cap. cùm nullus,* ſtatutis. In nullam pro-
indè vterq; eorum dabit pœnam, quaſi à nõ
proprio Epiſcopo ordinatus fuerit. *Campa-*
nil. d. cap. 8. *num.* 14. *Barboſ. d. alleg.* 4 *numer.*
51. & in *collectan. ad Sacrum Concilium dict.*
27 *cap.* 8. *num.* 22. ex ſatis concinna, & apta ad
rem hanc tatione. quam affert *Nouar. in*
concluſion. iur. canonic. concluſ. 102. *num.* 21.
Reſpondens etiam ſententiæ Riccij præce-
ptoris *dict. reſolution.* 165. Quia id nullo iu-
28 re prohibitum inuenitur: Et ea, quæ ſunt fa-
cultatis (vt ilthæc materia eſt) variatione nec
perimuntur, nec retinentur; & ſat eſt quòd iu-
re ſuo tàm ordinans, quàm ordinatus vtan-
tur, *Card. Tuſcus tom.* 8. *lit. V concluſ.* 20. *n.* 8.
qui tota illa concluſio plura affert, in quibus
variatio iurè permittitur. Vt decidat proin-
dè, & in hilum redeat Riccij fundamentum,
quoad ptiorem mutandam ſentẽtiam, quam
dicta *reſolut.* 265. *à num.* 1 *& ſeq.* tradiderat,
29 ductus fuit. Neq; pœnæ cenſurarum, vel irre-
gularitatis dandæ ſint, niſi in caſibus à iure
expreſſis. determinat id apertiſſimis verbis
Bonifacius VIII. *in cap. is, qui in Eccleſia* 16.
in princ. de ſent. excommun. in 6.

30 Neq; obſtaculnm faciebat quod alij obij-
ciebant ex *deciſ. Cæſaris de Graſſis* 61. *alias*
15. *de probat.* quæ eſt etiam *deciſ.* 327. *part.* 1.
31 *diuerſor.* naturalem, ſeu originarium, haud
dici eum loci, in quo, licet pater natus ſit, de-
ſeruit tamen illum pater, & alio domicilium
tranſtulit, & bona omnia. Quam deciſionem
ſequutus fuit *Quaranta in ſumm. verbo or-*
do. non longè à *princ. verſ. quoad tertium*
32 *requiſitum.* Nimirùm, quod deciſio præfata
Cæſaris de Graſſis loquitur in materia bene-
ficiali; non ſat videlicet eſſe originem pater-
nam ad obtinẽdum beneficium naturalibus
debitum: eòq; magis ſi pater locum omni-
nò deſeruit, & alio domicilium, & bona trã-
33 tulit. Vt non ſit propterea deciſio præfata
in illa peculiari materia loquens, ad rem hãc
noſtram trahenda, ad ſortiendum ſcili-
cet forum, vt poſſit quis promoueri
ab Epiſcopo Originis; cùm quia *text.*
in d. cap. cùm nullus. ſine diſtinctione loqui-
tur; ſed generatim originis meminit, vt gene-
ratim exaudiendus ſit, vt in ſuperiobus per-
pendimus.

34 Tùm quòd iàm res hæc, nullam admittit
ampliùs controuerſiam, declarata à Sacra
Congregatione: Originem paternam ſuffice-
re, vt promoueri quis poſſit ab Originis pa-
35 ternæ Epiſcopo. Quod eò magis procedet, ſi
in loco paternæ originis bona quis poſſidet,
non enim tunc originis locum omninò de-
ſeruiſſe pater videtur, qui in illo bona adhuc
detinet, quod perpenderat quoq; *Rota* in di-
cta Legionen. Cappellaniæ 23. Martij 1576.
coram Cæſare de Graſſis *d. deciſ.* 15. *num.* 1.
& ſeq. ex *Afflict. deciſ.* 384. *numer.* 5. *&* 6. *&*
ſeq. & ſequitur *Antonius Faber. in C. lib.* 9. *tit.*
30. *definition.* 24. *numer.* 3. 9. *&* 10. *& per*
36 *tot. de muneribus patrimon.* & nos ità alias
reſpondimus Illuſtriſſimo Epiſcopo Puteo-
lorum, qui etiam fuerat ante Archiepiſcopus
Lancianenſis. Vndè ad primam Clericalem
tonſuram aſcripſit Dominum Leandrum de
Conſtantio, qui & ſi Neapoli natus eſſet, à Pu-
teolis paternam ducebat originem, in qua
Ciuitate pater multa poſſidebat bona.

Et hic ipſe Clericus, de quo conttoner-
ſiam hanc habuimus, & ipſe in Ciuitate Ca-
puæ multa bona poſſidet, ad quorum etiam
titulum pro patrimonio ſe ad Sacrum Sub-
diaconatus ordinem promoueri petit.

Atque ità ex his iudicio ſuppoſitis melio-
ri, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcop. Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacant per profeſſionem in religio-*
ne, ex approbatis emiſſam & n. 30.
2 *Profeſſio nulla eſt à Nouitio facta, non præ-*
cedente informatione de parentibus, pa-
tria, vita, & moribus ingredientis. iuxtà
Sixti V. conſtitutionem.
3 *Profeſſus nullitèr à Religione abiens, regreſ-*
ſum habet ad renunciata.
Vndè omnia ei reſtituenda, etiam ſi de
nullitate dicens diſcedat. n 23.
Quia Tridentinum de profeſſione loquens,
de valida intelligitur. n. 24.
Quid autem quoad beneficia, numer. 4. *&*
nu 25.
Et quid iure antiquo in cap. beneficium. 4.
de regularib. in 6. ? *n.* 5.
Quid verò iure nouo Sacri Concilij ſeſſ.
25. *cap.* 16 *de regularib.* ? *n.* 12.
Doctorum ſententia diuiſa eſt. quibusdam
negantibus. n. 13.
Affirmantibus alijs. num. 14 *quæ ſententia*
magis recepta eſt. n. 15.
6 *Beneficio vacante ius aperitur patronis ad*
præſentandum.
Et Epiſcopo ad præſentatum inſtituendũ.
& nu. 30.

Per

Per quantulamcunq; moram beneficium vacet. n. 7.

Iurè igitur, vel collatio, vel inſtitutio procedit. n. 8.

9 *Legitimè factum irritari non debet.*

10 *Reſtitutio non datur ei, qui antequàm religionem ingrediatur, beneficio renunciauit. Si poſtmodùm egrediatur.*

Quia à poſſeſſione cecidit.

Et de nullitate dicere renunciationis, petitorium reſpicit. n. 11.

16 *Beneficia non niſi magnis laboribus acquiruntur.*

17 *Beneficij natura eſt, vt perpetuum ſit.*

Vita videlicet perdurante beneficiarij.

18 *Beneficiarij ſemel intitulati. ſine cauſa amoueri ampliùs non poſſunt*

19 *Beneficiarius per renunciationem, & titulum, & poſſeſſionem à ſe abdicat.*

20 *Beneficium vacat morte beneficiarij.*

Eodem modo morte Ciuili per profeſſionem in Religione, & n. 30.

21 *Subrogatio gratioſa datur collitiganti per deceſſum alterius.*

Ità, & per mortem Ciuilem per profeſſionem in Religione, & n. 35.

22 *Monachus interpretatiuè, mortuus habetur.*

Et neq; nolle, neq; velle habet, ſicuti & defunctus.

26 *Omnia reſtitui diſponens Sacrum Concilium Tridentinum nouitio abeunti, nihil dimiſit non reſtituendum, cùm ſatis laxè loquatur.*

27 *Nouitius, quamuis beneficium renunciauerit, egrediens, ad illud reſtituitur.*

Neq; interim ad collationem procedi poteſt, donec profeſſio emiſſa fuerit.

Et aliter facta collatio nulla eſt.

Neq; par eſt ratio nouitij recedentis, atque de nullitate dicentis profeſſionis, & abeuntis n. 28.

In illo enim renunciatio conditionalis eſt. nu. 29.

31 *Renunciatione facta beneficij per ingreſſum in Religionem, ius non acquiritur nouo Beneficiario per renunciationem, ſed per collationem, vel inſtitutionem.*

Ius ergo ei quæritur in perpetuum. n. 32.

Non æquè tamen in renunciatione bonorum, quæ per ſolam renunciationem quæruntur.

Vt neque minor 25. annis (re non integra) reſtituatur. n. 33.

Quia iuſtiſſima fuit renunciatio n. 34.

Et minor non reſtituitur niſi læſus.

Atq; non niſi in petitorio id dicere poterit vocato interim prouiſo. n. 36.

ARGVMENTVM.

Beneficia profeſſione emiſſa in Religione ex approbatis vacant ipſo iure. Vndè conferri iurè poterunt; & patronis ius aperitur ad præſentandum, atquè Epiſcopo ad præſentatum inſtituendum. An verò reſtitutio detur profeſſo, eo ob nullitatem profeſſionis detectam abeunte? in difficultatem vocatur. Et an locum ſit Sacri Tridentini Concilij diſpoſitioni *ſeſſ. 25 cap. 16. de regularibus*, in renunciatione quoquè beneficij, an verò *text. in cap beneficium 4. de regularibus in 6.*? ſatis accuratè diſcutitur.

RESPONSIO V.

ANronius Clericali inſignitus caractere, ſimplex beneficium poſſidens, Religionem ex approbatis ingreditur, ibiq. expleto proba-
1 tionis anno ſolemnem profeſſionem emittit. Vacat proindè beneficium, iuxtà diſpoſita per Bonifacium Octauum in *cap. beneficium. 4. de regularib. in 6 Gloſſ. in cap. ſtatuimus. 23.* verbo *habitum*, *verſ. ſed pone Clericus. eod. tit. extrà. Gloſſ. in can deſponſatam. 23.* verbo *monaſterium. verſ. ſed ſimilitèr diſtingue in Clerico. 27. quæſt. 2. Sanchez in ſumm. morali tom. 2. lib. 7. cap. 4. num. 2 Ferdinandus à Caſtro Palao part. 2. operis moralis tract. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 3 num. 17. verſ. non eſt recedendum. Garſias de beneficijs. tom. 2. part. 11. cap. 9. num. 1. & ſeqq Lotterius de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 20. num. 77.* Rota in *Hiſpalen. Cappellania 14 Martij 1614. apud Burattum dec. 531. ſub num. 1. par. 2. tom. 2. in recentior.* quæ eſt etiam in impreſſis per ipſum *deciſ. 39. par. 1. Gonzalez in reg. 8. Gloſſ. 15. num. 43. Pariſ de reſignat. benefic. lib. 7. q. 14. num. 28.* Poſt verò nonnullos annos, quos in Religione tranſegit, detecto graui impedimento; quòd antequàm religionem ingrederetur, crimine ſe fœdarat homicidij,

de quo etiam in iudicio deductum fuerat,
2 neq; præceſſerat informatio per Religionem
de parentibus, patria, vita, & moribus ipſius
Antonij, iuxta Sixti V. conſtitutionem inci-
pientem: *Cum de omnibus.* §. Cæterum quo-
niam ſæpe *tom. 2. in bullar. conſt. 71.* Sixti V.
& apud *Stephanum Quarantam verbo Mo-
naſteria, & Conuentus fol. mihi* 406. in im-
preſſis 1622. Venetijs. Vnde tam ſuſceptio
habitus, quàm ſequuta profeſſio nulla, & in-
ualida fuit: per Religionis ipſius Superiores
vigore Conſtitutionis prælatæ, à religione
Antonius dimiſſus fuit, vti inualidè, ac nulli-
ter profeſſus, vt dictum etiam fuit in *Grana-
ten. profeſſionis 9 Februarij* 1609. *corā Lug-
dunen. deciſ. 175. nu 3. par. 1. tom. 1. in recen-
tiorib. Barboſ. de offic. Epiſcopi. par. 3 allegat.*
101. *nu* 41. *& ſeq. & n* 43. & ſequuti fuimus
alios quoq; referendo *reſponſ. noſtra* 53. *nu.*
3 50. *par. 3.* E religione igitur extorris factus
Antonius, ſicuti ad bona omnia alia regreſ-
ſum habet, quod diſſoluta renunciatio fue-
rit per nullitatem profeſſionis, & egreſſum à
Religione. *Sanchez opere morali tom. 2. lib. 7.
cap. 5. num.* 49 diximus *reſponſ.* noſtra 26. *per
4 tot. par. 3.* Ita pariq. modo ad beneficium ſe
regreſſum habere putat. Conſuluit proindè
nos. Rem non ita facilem eſſe reſpondimus:
5 Quippè ſi ius antiquum perſpexerimus *d. c.
beneficium 4. de regularibus in 6.* ſola obti-
nentis beneficium renunciatione volunta-
ria, vel ſequuta ſolemni profeſſione benefi-
cium vacat, licitèq. conferri poteſt. Audi
(quæſo te) Bonifacij VIII. verba: *Beneficium*
(inquit ipſe) *illius, qui religionem ingreditur,
non eſt intrà probationis annum alicui con-
ferendum. Niſi ad id ipſius accedat aſſenſus,
aut conſtet, quod vitam voluerit abſolutè
mutare; vel profeſſionem expreſſam fecerit;
ſeu ſcienter habitum receperit profeſſorum.
ſed interim eidem beneficio per alium deſer-
uiri debebit, aſſignata ſibi congrua de ipſius
prouentibus portione* Sic Summus Pontifex
canonis Conditor. Vacauit, proindè per ſo-
6 lemnem profeſſionem beneficium. Iure er-
go, vacante illo, ius patronis deuolutum fuit
ad præſentandum. *cap. eam te. 22. in fi. de iure
patronat. extrà.* Præſentationeq. ſequuta,
Epiſcopo ad præſentatum inſtituendum. *c.
quoniam 3. de iure patronat.* & ſequuta fuit
Rota in vna *Ianuen. officiorum 9. Maij* 1614.
coram Domino Coccino Decano deciſ. 543. *n.
4. par. 2. tom. 2. in recent* & ſequitur *Barboſ.
in collectan. ad dictum cap. beneficium 4. de
regularib. in 6. num. 6.* qui alios quàm plures
refert; & dixerat ipſe prius *de offic. Epiſcop.
par. 3. allegat. 57. nu. 208. Gonzalez ad regul.
8. cancellar gloſſ. 15. nu. 45. Garſias de bene-
7 fic. tom. 2. par. 11. cap. 9 nu. 1.* Per quantulam-
cumq; enim morulam beneficium vacaue-
rit; ius ſtatim eſt patronis ad illud præſentā-
di. ſecundum *Felin. in tract. quando littera
Apoſtolica. col. 8. in 5. limitat. in fin. verſ.
aliquando beneficium vacat.* Diximus *reſpo.*
noſtra 14. *nu.* 39 *par. 3.*
8 Iurè ergo collatum fuit beneficium, & per
Inſtitutionem canonicam ius in re quæſitū
inſtituto. ad regulam *beneficium 1. de regul.
iur. in 6. cap. conſultationib. 19. de iure patro-
nat. extrà.* vbi optimè *Gloſſ.* verbo *remoueri.*
9 rationem refert duplicem, primam: *Quia* (di-
cens) *quòd legitimè factum eſt, non debet ir-
ritari; licet ad eum caſum deueniat, à quo in-
cipere non potuit.* ſecundam: *Quia, quod ritè,
& ſecundum leges factum eſt, ex alio euentu
reſuſcitari nō debet. C. de adminiſtrat. tutor.
l. ſancimus.* Hanc proindè ob cauſam, nec in-
iuria, in vna *Albiganen. Cappellaniæ 15. Maij*
1592. *coram Card. Arigonio apud Marche-
ſan. par. 1. fol. 147. deciſ. 49.* reiectus fuit qui-
10 dam Auguſtinus, qui ante religionis ingreſ-
ſum beneficio ſpontè renunciauerat, ne au-
diretur poſtmodùm ſpolio agens, duplici ra-
tione: primo quia ſponte ſua renunciauerat,
atq; renunciationi aſſenſum præſtiterat. ad
text. d. cap. beneficium 4. de regularib. in 6.
vndè conſequenter a poſſeſſione deciderat.
ad *tex. in cap. accepta. 3. de reſtitut. ſpoliator.
11 extrà.* Secundò quia de nullitate dicere re-
nunciationis petitorium ſpectat, atq. in illo
tractandum iudicio. Et nihilominus etiam
per dimiſſionem nullam amittitur poſſeſſio,
licet non perdatur proprietas. *Caſſador. de-
ciſ. 2. ſub nu. 6. de renunciat. Biſignett. deciſ. 3.
12 eod. tit. de renunciatione.* Si verò conſequen-
ter ius perſpexerimus nouum Sacri Triden-
tini Concilij *ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.* Li-
13 cet inter ſeſe Doctores diuiſi fuerint; Aſſerē-
tibus quibuſdam, Sacri Concilij diſpoſitio-
nem dicto *cap.* 16. locum hand habere in
beneficiorum reſignatione per ingreſſum in
religionem facienda, ſed manere integram
iuris comunis diſpoſitionem dicto *cap. bene-
ficium. 4. de regularib. in 6.* Concilij verò di-
ſpoſitionem apertiſſimis verbis loqui de re-
nunciatione bonorum temporalium facien-
da, non verò beneficiorum, de quibus nec
meminit. Sequentibus nempè Sacrum Con-
cilium.

*Nulla quoq; renunciatio, aut obligatio an-
tea facta; etiam eum iuramento, vel in fauo-
rem cuiuſcunq; cauſa pia, valeat, niſi cum
licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat, intra
duos menſes proximos antè profeſſionem; ac
non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri,
niſi ſecuta profeſſione; aliter verò facta, etiam
ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione,
etiam iurata ſit irrita, & nullius effectus.* ita
Sacrum Concilium. Nullum proindè verbū
de beneficij reſignatione, vel renunciatione
facit; non itaq; ad illud extendenda eius erit
diſpoſitio. quam ſententiam pluribus tuetur
*Garſias de beneficijs. tom. 2. par. 11. cap. 9. nu.
12. Rodriquez in ſum. par. 2. cap. 7. num. 2. &
quæſtionum regularium tom. 1. q. 27. art. 2.
Barboſa tàm d. cap. beneficium. 4. de regular.
in 6.*

in 6.nu.3.quam de offic. Epiſcopi par.3. allegat.99.nu. 19.atq; in collectan. ad Concilium d.cap.16.ſeſſ.25. nu.13. Ferdinand.à Caſtro Palao moralium part. 2.tract. 13. diſput. 6. punct.2.§.3.nu.15. nouam addens ratione. Quod à iure videlicet recedendum non ſit, niſi in nouo expreſſum adſit. At nouum ius Tridentini,non exprimit beneficiorum reſignationem; imò potius clarè innuit de ſola renunciatione bonorum temporalium loqui: loquitur namquè de reſignatione,quæ in fauorem cauſæ piæ fieri poteſt: ibi: etiam in fauorem cauſæ piæ. Ergo non de beneficiorum renunciatione,quæ in fauorem cau-
14 ſæ piæ non renunciantur. Verùm affirmantium ſententia, dictam Sacri Tridentini Cõcilij diſpoſitionem in beneficiorum reſignationibus ab ingreſſo religionem faciendis, locũ quoq; habere, vt per duos menſes proximos ante profeſſionem, & cum licentia Epiſcopi,ſeu eius Vicarij fiant,magis communis Doctorum calculo recepta eſt; eamq; ſequitur Maiolus de irregularitate lib.3.cap.6. nu.2. Flaminius Pariſius de reſignat.beneficiorum lib.3.q.13.nu.4.& num.5.vbi ſæpius Sacram Congregationem ita ceſuiſſe refert. ſequitur Campanil.Epiſcopus in diuerſor.iuris Canonici rub.12.cap.3. num. 10. Ioannes Azorius inſtitut.moralium par.2.lib.7. cap. 20.q.6.Sanchez in opere morali d. lib.7.cap. 5.nu.37.& 38. Ferdinandus à Caſtro d.diſput.6.punct.2.§.3. num.14. Barboſa de offic. Epiſcop.d.allegat.99. nu. 19. & in collectan. ad dictum cap. beneficium 4.de regularib. in 6.nu.3.& de iure Eccleſiaſtico.lib.1. cap.42. nu.233.& in collectan.ad dictum cap.16.Sacri Tridentini num.13.Ioan. Baptiſta Coſta tom.2.oper.tractat. de retrotract. cap 9. caſu 3.nu.27.Suarez de religione tom.3.lib.5. cap. 16.nu.12.Bartholomæus à S. Fauſto de ſtatu religioſ.lib.5.q.181.Monald.conſ.143.nu. 2.vol.2.Zerola in praxi Epiſcop.par.1.verbo
15 Monachi §.8. Fundamentum horum eſt; quia diffuſè Sacrum Concilium de renunciatione loquitur:(Nulla quoq; (dicens) renunciatio,aut obligatio antea facta &c.)vt diffuſè exaudiri eius debeat diſpoſitio, de renunciatione quoq; beneficij: quod ſuadet ratio ipſa finalis, qua Sacrum Concilium ad ita diſponendum motum fuit,libertati videlicet conſulere ingredientium,ne ſi incautè bonis nuncium mitterent, in religione manere etiam inuitos,eos oporteret,quod nihil ſupereſſet eis bonorum;at hæc finalis ratio æquè locum ſibi facit in renunciatione beneficii,ſicuti,& bonorum;quin multo magis in beneficiis, quæ non niſi magnis quæ-
16 runtur laboribus. cap.ſuper hoc 5. de renunciationib.Cui ſanè ſententiæ præter quam quod omnes communi calculo adhærent Doctores,accedit,vt eam firmam reddat, quod ita pluries Sacra declarauit Congregatio, vt teſtatur Flamin.Pariſ.d. q. 13.lib.3.num.5.

Monald.d.conſ.143. nu.2. Thomas Zerola d. verbo Monachi §.8.in fin. aliiq; ſuperius citati Doctores.

Quoquo modo igitur ſententia hæc ſuſcipiatur; vel quod locum ſibi faciat etiam in beneficii renunciatione Sacri Tridentini diſpoſitio; vel quod ſola iuris communis diſpoſitio in d.cap beneficium. 4.de regularib. in 6.ſubſiſtat. Nihil omnino eſt,(meo quidẽ iudicio) quod Antonio ad regreſſum habẽdum ad ſimplex beneficium, quod per ſubſequutam profeſſionem vacauit, (vnde ius apertum fuit patronis ad præſentandum, & Epiſcopo ad præſentatum inſtituendũ,)ſup-
17 petias ferre poſſit. Beneficii quippè natura eſt,vt perpetuum ſit(vita ſcilicet perdurante beneficiarii)can. ſanctorum.2.70 diſtinct. can.inuentum.35.vbi Gloſſ 16.q.7.cap.vnico de cappellis monachorum in 6.vbi Gloſſ. verbo perpetui. cap. penult. de clerico ægrotan.extra.Abb.conſ.47 nu.1. verſ. Item quia par 2.Nauar.conſ.5.quidam teſtator. n.1. in fin.lib.3.de prabend.Gonzalez ad regulam 8.cancellar.gloſſ.5.nu 11 12.& ſeq.Sanchez in opere morali tom 2. d.lib.7.cap.29.nu.106 Ferdinand.à Caſtro par.2. moralium tract. 13.diſputat.1.punct.1.nu.4.Campanil.d.rub. 12.cap 3.ſub nu. 11. Ioan. Azorius inſtitution.moralium par.2.lib.3.cap.26.q.12. Rota in vna Gerunden. Perſonatus, & cauſa pia 17. Maij 1630.coram Card. Veroſpio deciſ. 319.nu.3.par.5. diuerſorum nouiſſimarum, & in Auriacen.iuris nominandi 30.Ianuarij 1617.coram Buratto. deciſ.224 nu.4.par.1. & apud Cardinalem Caualerium deciſ.639. num.9.

18 Quam ob cauſam ſemel intitulati, amoueri à beneficio,cauſa ni aliter expopoſcerit, minime poterunt. ad tex. cum Gloſſ. verbo perpetuam.in cap. Clericos in ſacris 3.de cohabit.clericorum,& mulierum.d.can.inuentum 35.16.q.7.Nauar.d.conſ.5.nu.1. in fi.de prabend.Ioan.Azor.Inſtitut.moralium par. 2 d.lib.3. cap. 26.d. q.12. Garſias de benefic. par.1.cap.2.nu 61.& 79.Ferdinandus à Caſtro d.diſput.1.puncto 1.num. 5.diximus reſponſ.noſtra 62.nu.9.& 10.par.3.Perez de Lara de cappellan.lib.2.cap.6. nu.7.8.& 11. At vacauit verè beneficium hoc per emiſſam profeſſionem Antonii in religione:verè proindè,ac iure præſentatione per patronos iterum facta, ad præſentati inſtitutionem proceſſit Epiſcopus. Facta igitur inſtitutione ius in perpetuũ (donec ſcilicet vitali perfruetur aura) eidem quæſitum fuit. Haud poterit proindè à iure ſibi quæſito, atq; à beneficio
19 amoueri. Imputet verò ſibi Antonius,qui per profeſſionem,titulum, & poſſeſſionem à ſe abdicauit beneficii.argumento tex.in can. hoc nequaquam. 45. 7. qu.1. quo loco ſancta ſynodus Conſtantinopolitana actione 5. ſummo Pontifice Ioanne Papa, decreuit: eum, qui vt Monachus fieret Epiſcopatu ſe abdi-

canit, ad Epiſcopatum redire minimè poſſe
ampliùs. *text. in cap.ex tranſmiſsa 3. de re-
nunciat. Innocent. Hoſtienſis, & Abbas nu.
22. in cap. poſt translationem de renunciat.
Maiolus de irregularitate d.lib. 3. cap. 5. nu. 2.
verſ. ſunt autem.* quem ſequitur *Pariſ. de
reſignat. benefic. d.lib. 3. q. 13. num. 15. 16. &
17. Campanil. d. rub. 12. cap. 11. in fin.* dùm
tuetur: collationem beneficij, (cui religionē
ingreſſus per duos menſes ante profeſſio-
nem, ſeruata forma diſpoſitionis Sacri Con-
cilij *d. cap. 16.* nuncium miſit) poſt emiſſam
profeſſionem factam, firmam præſiſtere. ra-
tionem reddens ſequentibus: *Namq; ità re-
nunciatio erit valida, & collatio non tempo-
ranea, ſed perpetua; quia facta tempore, quo
vacabat beneficium.*

20 Quemadmodùm enim morte naturali be-
neficiarij, qua omnis reſoluitur res, vacat
beneficium, ità peræq; morte Ciuili eiuſdem,
quæ per profeſſionem in religione ex appro-
batis contingit, *can. placuit 8. in fin. 16. q. 1.
& can. placuit. 53.* vbi *Gloſſ.* verbo *mortuos
eſſe. & can. nullus monachus. 54. 3. quæſt. 7.*
æqualis quippè naturali morti, hæc Ciuilis
habetur *Glo.* notabilis. *in d. can. placuit 8.* ver-
bo *Mortuus.* ſequuta fuit Rota in *dicta Hi-
ſpalenſi Cappellaniæ coram Buratto d. deciſ.
39. num. 3. part. 1.* quæ eſt etiam in *recentior.
par. 2. tom. 2. deciſ. 531. ſub num. 1.* in qua di-
21 ctum fuit, quod ſicuti per deceſſum ſubro-
gatio gratioſa collitiganti datur; ità pariquè
modo per profeſſionem in religione ex ap-
22 probatis, quia mortuus interpretatiuè ha-
betur, cùm Ciuilitèr iàm mortuus ſit, nequè
nolle, nec velle monachus habeat ampliùs,
ſicuti qui diem obiere ſuum. *cap. ſi re-
ligioſus. 27. de election. lib 6. capit. final. de
ſepultur. eod. lib. can. nolo 10. & can. non dica-
tis 11. 12. quæſt. 1.* ſequitur *Lotterius de re
beneficiar. d. lib. 2. quæſt. 20. num. 78. Pariſ. de
reſignat. lib. 10. q. 4. n. 3.*

23 Neq; inſiſtant: per eandem Sacroſanctam
Synodum. *d. cap. 16. in fin.* diſpoſitum eſſe; vt
abeuntibus ante profeſſionem, omnia reſti-
tuantur. Idem verò ius eſſe in his, qui profeſ-
ſionem emiſerunt quidem, verùm nulliter; vt
detecto impedimento, & nullitate, ſicuti à re-
ligione recedunt de nullitate dicentes, iuxtà
diſpoſita per eandem Sacroſanctam Syno-
dum eadem *ſeſſ 25. cap. 19. de regularib.* ità,
pariterq; omnia recuperent, quæ donauerāt.
24 Quia Tridentinum de profeſſione ſequuta
diſponens. vtique de valida exaudiendum
eſt, vt poſt *Sanchez in opere morali lib. 7. d.
cap. 5. num. 55. Rodriq. in reſolut. regular. re-
ſolut. 53. num. 11. Barboſ.* alios referentem
in *collectan. ad dict. cap. 16. nu. 13. Bartholom.
à S. Fauſto de ſtatu religioſ. d. lib. 5. q. 187.*
ſequuti fuimus *reſponſ.* noſtra 26. per tot.
25 *par. 3.* Recuperabunt proindè & beneficia,
quibus vel nuncium miſerunt, ante profeſſio-
nem, ſeruata forma à Sacro Tridentino *dict.
cap. 16.* præſcripta, vel quæ per profeſſionem
ſequutam vacauere, & alijs collata fuere. Sa-
26 crum quippè Tridentinum ſatis laxè loqui-
tur: *Omnia* (dicens) *reſtituantur*; nihil igitur
reliquit, quod non comprehenderit, cùm
omnia reſtitui mandauerit. ad *text. in cap. ſo-
litæ. 6. §. nos autem de maioritat. & obed. Bar-
boſ. in collectan. ad dict. cap. 16 num. 56. &
de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. d. alleg. 101.
nu. 37. & de iure Eccleſiaſt. d. lib. 1. cap. 42.
n. 177 Rodriq. in ſumm. par. 2. dict. cap. 7. n. 6.
27 in 6. declar.* Quemadmodùm qui beneficio
renunciauit, ſi non emiſſa profeſſione egre-
diatur, ad beneficiū quoq; iure redibit; quā-
uis collatum inueniatur; quia malè collatio
interim proceſſit, profeſſione minimè ſecu-
ta. ad *text. in cap. beneficium 4. de regularib.
in 6. Sanchez d. lib. 7. cap. 6. num. 38. in fine.
Menald. d. conſ. 143. num. 1. lib 2. Ferdinand.
à Caſtro. par. 2. tract. 13. d. diſput. 6. punct.
2. §. 3. num. 18. Ioann. Baptiſta Coſta de re-
trotract. d. cap. 9. caſu 3. nu. 13.* Duplici namq;
reſponſione obiectum repellimus.

28 Primò, quòd nō ęqualis eſt ratio nouitij re-
cedentis profeſſione non dùm emiſſa, & ab-
euntis nullitate profeſſionis detecta per re-
clamationem intrà quinquennium, iuxtà di-
ſpoſita per Sacrum Tridentinum *d. cap. 19.*
Ni enim ſequatur verè profeſſio, beneficium
interim non vacat. fruſtraneè igitur collatio,
procedit, beneficio minimè vacante, vt dixi-
29 mus. *Quia non purgatur conditio imbibita
ex iuris diſpoſitione in renunciatione, & con-
ſequentèr nunquam beneficium vacabit.* vt
Ferdinandus à Caſtro loquitur *dict punct. 2.
§. 3. n. 27. in fi. Coſt. d. caſu 3. c. 9. n. 13. & 14.*

30 Secundò. Quia beneficium poſt emiſſam
profeſſionem, verè vacat, & conferri poteſt;
(vt diximus) & patronis ius aperitur ad præ-
ſentandum, ac conſequentèr Epiſcopo ad
31 præſentatum inſtituendum. Quam ob causā,
ius non acquiritur, vel præſentato, & inſti-
tuto, vel ei, cui collatum beneficium fuit per
veram vacationem ob renunciationem fa-
ctam, (quemadmodùm per ipſam renuncia-
tionem, non per aliam cauſam in renuncia-
tarium bona quæruntur renunciata ob reli-
gionis ingreſſum: vt ablata cauſa effectus
quoquè ſubmoueatur eius. *cap. cùm ceſſante
60. de appellat. extrà. Gloſſ.* reputata ſingularis
in *l. 1 in princ.* & ibi notatis, *ff de legit. tutor.
Caſsaneus conſ. 1. in 2. par. numer. 4.*) Sed ex
collatione; vel ex Inſtitutione, præce-
32 dente patronorum præſentatione; vndè ius
ei quæritur in perpetuum. Irreuocabilitèr
igitur ius ei acquiritur, non ad rem, ſed in re.
ad regulam *Beneficium 1. de regul. iur. in 6*
quod aduertit *Rodriquez quæſtion regular.
lib. 1. d. quæſt. 37. art. 2.* quem ſequitur *Cam-
panil. dict. rub. 12. cap. 3. ſub num. 11. circa
33 fin.* Adeò quidem vt neq; minor 25. annis,
re non integra, quia videlicet, iurè benefi-
cium, cauſa legitima vacans, alteri colla-
tum

Digitized by Google

tum fuit, ad dimiſſum beneficium, vel ex cauſa matrimonij contracti, vel profeſſionis in religione ex approbatis emiſſæ, reſtituatur amplius, vt ex *Couarr. lib. 1. variar. reſol. cap. 5. num. 3.* & aliorum ſententia ſequitur *Ioann. Azor. inſtitut. moral par. 2. lib. 7. d. cap. 20. q. 9. verſ. quæres, an hic Clericus. circà fin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 7 num. 55. & Garſias de benefic. par. 11. cap. 3. num. 6. Manriquez quæſtion. moral. & vicarial. par. 1. quæſt. 49. num. 2. Ferdinandus à Caſtro d. tract. 13. diſput. 6. punct. 2. num. 13.* ratio-
34 nem reddens: Quia iuſtiſſima fuit reſignatio; & beneficium reſtitutionis in integrum minori conceditur, ſi enormitèr læſus fuerit. Quod multò magis in hoc noſtro procedet facto, in quo ex ſequuta profeſſione beneficium vacauit; per quam ſanè vacationem ius patronis apertum fuit ad præſentandum, (vt præſentauere) vndè & præſentatus inſtitutus fuit. Nulla proindè reſtitutio competit ei. vt dictum fuit in *dict. Albiganenſi Cappellania coràm Eminentiſſimo Arigonio apud Marchesanum d. par 1. fol.* 147. *deciſ.* 49. quam in ſuperioribus quoq; retulimus.

Verum quia, cùm vacauit beneficium, compatroni inter ſe ſe diuiſi fuere, vndè lis orta fuit, nec leuis, inter præſentatos, vno eorum (& ſi attentatè) poſſeſſionem obtinente, qui nouiſſimè diem obijt ſuum; quare aliter ſubrogationem in locum defuncti obtinere properat, cui opponit ſe Antonius regreſſum ad beneficium tentans. At inani id labore
35 tentare eũ reſpondimus. Nimirũ, quia denegari ſubrogatio gratioſa haud poteſt collitiganti, morte ſequuta alterius. *cap. 2. vt lite pendent. in 6.* Et dictum fuit in *dict. Hiſpalen. Cappellaniæ coram Buratto d. deciſ. 39. nu. 3.* & ſequitur *Lotter. dict. quæſt. 20. num. 78. lib. 2.* & in ſuperioribus retulimus. *Rota apud ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 27. num. 1. & deciſ. 125. num. 1. & apud Card. Seraphinum deciſ 990. num. 1. & ſeq. & deciſ. 1165. num. 1.*
36 Præter quam quod, non niſi in petitorio ad redintegrationem agere poterit, vocato Aduerſario, ad *tex. in cap. licet. 28. de præbend. in 6 Rota deciſ 3. aliàs. 56. vt lite pendente in nouis.* Duram igitur ſubſtinebit prouinciam.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto meliori, ſanioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcop. Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Sanctus Auguſtinus Chriſtianæ eloquentiæ parens.*
2 *Voluntate ſola miſer quiſq; efficitur.*
Quia voluntate mali, vel boni ſumus.
Voluntate igitur ceſſante infernus non erit. ex S. Bernardo. nu. 3.
Ablata enim voluntate omnis actus indifferens eſt. n. 4.
5 *Mulier ſi vi compreſſa fuerit adulterij accuſari non poteſt.*
Quia non eſt ipſa in cauſa turpitudinis. num. 6.
Cùm voluntate non peccarit, ſed vim paſſa fuerit.
Quin imputetur ei ad meritum, ſi conſenſus abſit. ex S. Lucia. num. 9.
7 *Peccatum ſine voluntate deliberata non datur.*
Omne enim peccatum voluntarium eſt.
Vt peccatum eſſe non poſſit, niſi voluntarium. n. 8.
Et ſine voluntate nec damnatur, nec liberatur homo. n. 9.
9 *Sancta* Lucia *Virgo, & Martyr* Siracuſanæ *Ciuitatis decus.*
10 *Voluntas quaſi manus quædam eſt animæ.*
11 *Voluntas quid?*
12 *Oblatorum diuerſæ ſunt ſpecies.*
Qui verò ſe, & ſua omnia perpetuò obtulit monaſterio, mutato aliquo modo habitu in ſignum mutatæ vitæ, verè oblatus dicitur. n. 13.
Interq; perſonas Eccleſiaſticas agnoſcitur. nu. 14.
Ac priuilegijs perfruitur religionis.
Ab oblatione igitur recedere non poterit. num. 15.
Quaſi perpetuo addictus Monaſterio.
Niſi ad arctiorem vitam tranſire voluerit. num. 16.
17 *Monachi, & Conuerſi ab oblatis differunt. Et quarè?*
18 *Voluntatis, quæ ſunt ab initio, fiunt ex poſt facto neceſſitatis.*
19 *Matrimonium perpetuò durat.*
Morte tamen diſſoluitur.
20 *Vota, & iuramenta perpetuò durant.*
Vel ſi quis renunciat iuri ſuo. n. 21.
21 *Iuri ſuo renuncians pœnitere poſtmodùm non poteſt.*
22 *Contractus inire liberum cuilibet eſt, ab illis verò initis recedere, non æquè. & nu. 24.*
23 *Voluntariè qui ſibi neceſſitatem imponit, nõ ei poſtmodùm ſuccurritur.*
In ijs præſertim, quæ pietatem concernunt nu 25.
26 *Oblatus poteſt matrimonium contrahere.*
Et ſi liberos ſuſceperit debetur eis à monaſterio legitima n. 27.
Atq; etiam alimenta debentur.
28 *Matrimonium contrahi impedit ſolemnis trium votorum profeſſio, vel* Sacer *Ordo.*
Et dirimit contractum.
29 *Oblati profeſſionem non emittunt.*
Poſſunt proindè matrimonium contrahere, & in illo permanere.

Quod

Digitized by Google

Quod Sacra declarauit Congregatio.

30 *Conuerſi nomen non ſtrictè ſemper accipitur.*

Vndè poſſunt matrimonium contrahere. Si videlicèt ſolemnem profeſſionem non emiſerunt.

31 *Futurum tempus, neq; præteritum, neq; perfectum comprehendit.*

32 *Profeſſio per ſcripturam probari debet.*

Præſertim verò ad conuincendum profeſſum apoſtaſiæ. n. 33.

34 *Profeſſio non expleto nouitiatus anno emiſſa, nulla eſt.*

Integer proindè debet eſſe annus, vt profeſſio valida ſit. n. 35.

Quia in ſubſidium fragilitatis humanæ indultus.

Quare de momento ad momentum currit. num. 36.

37 *Actus agentium vltrà eorum intentionem operari nequicquam poterunt.*

38 *Nomina impoſita rebus fuerunt, vt inter ſe ſe diſtinguerentur, agnoſcerenturq;*

39 *Contractus talis agnoſcitur, qualis à partibus nominatur.*

40 *Monachus, & Oblatus, cùm inter ſe differant, ſtare ſimul non vtiq; poſſunt.*

41 *Repugnantia ſtare ſimul non poſſunt, cùm inuicem ſe expungant.*

42 *Scriptura, notarijq; fides cùm diuidi minimè poſſit, aut in totum ſtabit, aut in totum cadet.*

43 *Nuptias iuſtas inter ſe Ciues Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt.*

44 *Monachatus ſubſtantialia ſunt tria vota: obedientia, caſtitas, & paupertas, quæ ad perfectionem ducunt.*

45 *Proteſtationes animi penetrale indicant, atq; declarant.*

46 *Monachum non habitus, ſed profeſſio facit regularis.*

47 *Habitus monachalis de ſubſtantialibus Religionis nõ eſt. eſt tamen ſignũ oblationis.*

48 *Exitus acta probat.*

49 *Renunciatio bonorum à nouitio facta, vt firma ſit, duo in ſe habere debet. ex Sacri Tridentini Concilij præſcripto.*

Neq; effectum ſortitur niſi ſecuta profeſſione.

Et alitèr facta nulla, & inualida eſt. nu. 50.

ARGVMENTVM.

Oblatorum quot ſunt ſpecies, & an oblatus in forma valida, qui ſe, & ſua omnia Deo, vel Monaſterio obtulit, ab oblatione diſcedere valeat? & an matrimonium contrahere? Profeſſio monachi ſcriptura probanda erit. Et quæ eſſentialia Monachatus? pluraquè alia ad materiam, ſatis apta, atq; concinnè.

RESPONSIO VI.

1 DIxit non ab re, quin planè ſanctè
Magnus ille Chriſtianæ eloquentiæ Parens, Eccleſiæquè Doctor
Auguſtinus de verbis Apoſtol.
2 *Sola voluntate* (dicens) *miſer quiſq; efficitur:
Sed miſerior cùm deſiderium malæ voluntatis impletur.* Voluntate ergo mali ſumus, vo-
luntate boni, voluntate virtutibus imbui-
mur, voluntate vitijs indulgemus, voluntate
ad Cęlum ducimur, voluntate in inferna de-
mergimur. Vndè aiebat, nec planè ſine ra-
tione *S. Bernardus* ſermon. 3. de reſurrectio-
3 ne Domini circà med. *Ceſſet voluntas pro-
pria, & Infernus non erit. In quem enim de-
ſæuiet ignis ille, niſi in propriam voluntatem?*
& *Baldus* in ſummario *l. fœdiſſimam.* 20. *C. ad*
4 *legem Iuliam de adulter.* appoſitè ſatis dixit:
*Tolle voluntatem de medio, & omnis actus
eſt indifferens.* quatenus docent ibi Impera-
5 tores Diocletianus, & Maximianus: earum
Mulierum, quæ per vim ſtupro compreſſæ
ſunt, irreprehenſa voluntate factum, leges nõ
vlciſcuntur; quin etiam inuiolatæ eas exiſti-
mationis eſſe iudicãt. Rationem reddit *Gloſſ.
ibid.* verbo *voluntate.* dicens: *Nàm accuſari
de adulterio, vel ſtupro non poſſunt.* allegat
text. in l. ſi vxor. 13. § ſi quis plenè, ff. eodem.
quo loco Vlpianus rationem & ipſe reddit,
quare, quæ vim paſſa eſt, adulterij accuſari
6 non poteſt: dicens: *Cæterum, quæ vim pati-
tur, non eſt in ea cauſa, vt adulterij, vel ſtu-
pri damnetur.* Quia (dicamus nos) non vo-
luntate peccauit, ſed ab extrinſeco per vim
7 ſtuptum, vel adulterium paſſa eſt; peccatum
autem ſine voluntate deliberata non datur.
ſecundum *Ariſtot. 5. ethicor.* quia omne pec-
catum eſt voluntarium, ſecundum *Auguſt.
lib. 3. de libero arbitr. cap. 17.* quem ſequitur
S. Thom. in 2. 2. q. 108. art. 4. ſed cõtra. & idem
Auguſtin. lib. de vera religione cap. 14. *Vſq;
8 adeò peccatum voluntarium eſt malum* (di-
xit) *vt nullo modo ſit peccatum, ſi non volun-
tarium.* relatus à Gratiano 15. *quæſt. 1. in
ſumma, §. cui ſententiæ, & can. merito. 1. &
can. aliquos ſcimus. 5. ead. cauſa, & quæſt.* &
ibidem ex Ambroſio. *can. non eſt.* 10. Non
itaq; peccat, quæ vi comprimitur, niſi volun-
tariè in malum conſenſum præſtiterit, atquè
ſciens, prudenſquè commiſerit, vt Caius lo-
qui-

quitur in *l. qui ædes 9. ff. de intend. ruin. nau-*
9 *frag.* Audi Sanctam illam Siracuſanæ Vrbis
illuſtriſsimum decus, ac Virgineni, martyrij
purpuratam ſanguine velut Roſam inter lilia,
Luciam Paſchaſio præſidi dicentem: *Si inui-
tam iuſſeris violari, caſtitas mihi duplicabi-
tur ad coronam.* apud *Laurentium Surium
tom. 6. de vitis Sanctorum. 13. Decembris.*
Gratian. in *ſumma 32. q. 5.* & in Martyrolog.
13. Decembris. Ratio habetur ex Auguſtino,
qui ſic loquitur: Nam quis neſciat, nec dam-
nari hominem ſine merito malæ voluntatis,
nec liberari, niſi bonam habeat voluntatem?
can. diſplicet. 38. §. dicis Deum 23. q. 4. Volun-
tate igitur libera peccamus, vnde & miſeri
10 euadimus. Voluntas quippè quaſi manus eſt
quædam animæ. ità Theagens Pythagoricus
lib. de virtutib. & Stobæus ſer. 1. *Fontes totius
virtutis* (inquiens) *tres ſunt: ſcientia, qua
res contemplamur, & iudicamus. Potentia
ceu robur corporis, quo perſtamus, & imma-
nemus, rebus intenti. & voluntas, quæ eſt tã-
quam manus ipſius animæ, qua agredimur,
& apprehendimus res.* & refert *Corradus Ly-
coſthenſis in apopthegmatib. tit. de voluntate.*
11 *fol. mihi* 714. Voluntas enim eſt animi motus
liber, ad aliquid imitandum, vel adipiſcen-
dum, vel in contrarium, virtutis, & vitij cau-
ſa. ſecundum *Auguſt. in can. quod autem 1.
35. q. 1. & can. naſci. 4. in fin. 56. diſtin. Petrus
Gregor. Tholoſates ſyntagmatum iuris vni-
uerſi tom. 2. lib. 30. cap. 2. num. 3.*

Voluntare ergo quia firmus non fuit, in
factum incidit, quod narramus, Clericus D.
Philippus de Ioanne Maſſanenſis. Hic nempè
anno 1628. die 6. Ianuarij, præſentis vitę ca-
duca perpendens, ſponte ſe, ſuaq; omnia pu-
blico rogato inſtrumẽto Monaſterio obtulit
S. Placidi de Calonero Meſſanenſis Diœce-
ſis Ordinis Sancti Benedicti Congregationis
Caſſinenſis, pacto tamen iniecto: *quod Mo-
naſterium prędictum, eiuſq; Patres: ve-
ſtitum, victum, potum, & alia, quæ
præberi ſolent alijs monachis dicti Monaſte-
rij, teneantur, ei conſignando eius cellam, &
alia neceſſaria tanquam vni ex monachis di-
cti Monaſterij, eumq; benè tractare, alere, ac
prouidere, vti vnum ex monachis Monaſte-
rij prædicti.* Cum conditione quoque. *quod
poſſit ſe eſſe promotus ad Ordines Sacros, &
pręsbyteratus, & non poſſit per Admodum
Reuerendos Patres Abbates, & Officiales, ac
monachos dicti Monaſterij præſentes, & fu-
turos impediri, vt promoueat ſe ad Ordines
Sacros, & præsbyteratus ordinem, quorum
intuitu in dictam religionem ingreditur. Imò
dicti Admodum Reuerendi Patres Abbates,
& Officiales dicti Monaſterij teneantur ei
facere ad conſequendum dictos Sacros, &
pręsbiteratus ordines ſolitas dimiſſorias pro
titulo Monaſterij more ſolito; & cũ hac clau-
ſula, & conditione intelligatur per ipſum
Clericum D. Philippum ad præſentem con-
tractum oblationis, & donationis fore deuen-
tum, & non alitèr, nec alio modo.*

Adiectis etiam in præfato inſtrumento
oblationis ſequentibus: *Hinc ſanè eſt, quod
hodie prætitulata die pręfatus Clericus D.
Philippus de Ioanne ad pręſens D. Victorinus
à Meſſana non dum profeſſus, ſed Deo duce
hodie profeſſurus, cùm ſteterit in nouitiatu
per menſes decem, ex quo intrauit in nouitia-
tu prędicto, & per menſes ſex ante quam fe-
ciſſet pręinſertum contractum oblationis, &
donationis, exiſtens tamen adhæc cum autho-
ritate, interuentu, expreſſa licentia, & volun-
te per Illuſtris, & Admodum R. D. Nicolai
lo Proto Vicarij Generalis Illuſtriſſimi, &
Reuerẽdiſſimi Domini D. Blaſij lo Proto Dei,
& Apoſtolicę Sedis gratia Archiepiſcopi hu-
ius Nobilis Vrbis Meſſanæ eius diœceſis, iux-
tà diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini
infrà legitima tempora à Sacra Synodo, &
dicto Concilio Tridentino ante profeſſionem
factam, conceſſa ex vna parte, & Admodum
R. Pater D. Anſelmus à Panormo Abbas dicti
deuoti, & magni Monaſterij Sancti Placidi;
nec non infraſcripti Patres dicti Monaſte-
rij ad hoc interuenientes, congregati ad ſoni
cãpanelli loco Capitulari prædicti Monaſte-
rij, &c. Lecto per me toto tenore, & continen-
tia pręinſerti contractus oblationis, donatio-
nis, & obligationis à prima linea vſq. ad vlti-
mam, prout iacet; ſupradictum præinſertum
contractum, omniaq; & ſingula in eo conten-
ta prout iacent, acceptauerunt, laudaue-
runt, ratificauerunt, & confirmauerunt, pro-
ut acceptant, laudant, ratificant, & confir-
mant, &c.*

Non poſt multa tempora mutata volun-
tate, & ab oblatione facta recedere, & matri-
monium contrahere carnale tentat. fit pro
indè ei difficultas, & quod à contractu rece-
dere nõ poſſit, & quod carnales nuptias inire
ſit ei interdictum, cùm profeſſionem vti Mo-
nachus emiſerit. Conſultus proindè ego, vt
reſponſum darem aptum, præmittendum
12 cenſui. Diuerſas eſſe oblatorum ſpecies:
Quidam enim ſe, & ſua religioni offerunt;
quidam verò ſe, & non ſua; alij ſua, non verò
ſe, aliquando bona omnia, quandoq; aptem
partem eorum. quæ ſanè diſtinctio excipi vi-
detur ex Innocentij Tertij declaratione in
Concilio generali relata in *cap. vt priuilegia.
24. de priuileg. extrà. & in capit. in pręſentia.
8. de probat.* & ſequitur *Cardinal. Zabarella.
conſ 21 à num. 2. Abb. conſ. 102. nu. 1. part. 2.
Calderin. conſ. 31. de regularib. Boerius deciſ.
20. num. 7. Cardin. Tuſcus tom. 5. lit. O. concl.
16. num. 10. & ſeq. Auguſt. Barboſa de iure
Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44. Nauar.
conſ. 49. num. 1. lib. 3. de regularibus. Ioannes
Baptiſta Lezana in ſumm. quæſtion. regul.
tom. 2. cap. 8 num. 5. & ſeq. & num. 8.* diximus
reſponſ. 65. num. 26. par. 3. Ex diuerſitate
igitur horum oblatorum diuerſa ſuccedit
quoq;

13 quoq; iuris diſpoſitio. Ea tamen firmiſſima
eſt, eum, qui ſe, ſuaq; omnia, præſentia, & fu-
tura obtulit monaſterio, atq; perpetuò, mu-
tato etiam aliquo modo ſeculari habitu, vt
mores quoque mutaſſe videatur. iuxtà *text.*
in d. cap. vt priuilegia. 24. ibi: mutato quoquè
habitu ſeculari. *de priuileg.* vbi *Gloſſ.* verbo
mutato. Gloſ. in can. vt lex continentia 40 ver-
bo *profeſſi. verſ. item quid ſi aliquis.* 27. *q.* 1. *c.*
exemptionem. 9. ibi perpetuòquè oblati.
de priuileg. in 6. *clement.* 1. *in fin. de decimis.*
Verè oblatum dici, atq; in forma valida; in-
14 terq; perſonas Eccleſiaſticas computari; Mo-
naſteriorumq. priuilegijs perfrui; quod & Sa-
cram declaraſſe Congregationem refert
Barboſa d §. 2. *num.* 45. *& in collectan. ad*
Bullas verbo *oblati. verſ. oblati alicuius re-*
ligionis. quem ſequitur *Lezana d. cap.* 8. *nu.* 8.
diximus *reſponſ.* 64. *num.* 2. *part* 3. alios re-
ferendo. idem *Barboſ. de offic. Epiſcopi par.* 2.
allegat. 12. *num.* 39. *Donatus Anton. de Ma-*
rinis quotidianarum reſolut. cap. 117. *num.* 5.
6. *&* 7. *Marta de iuriſdict. part* 4. *caſu* 113.
num. 37. *Diana reſolut. moral. par.* 4. *tract.* 1.
de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 31. *Cardin. Tu-*
ſcus d. concluſ. 16. *num.* 16. *Carolus de Graſſis*
de effect. Clericat. effect. 1. *num.* 96. *Marius*
Giurba conſ. crim. 21. *num.* 1. *& numer.* 10. &
declarauit Sacra Congregatio aliàs ſæpe.

Cùm itaq; Clericus hic D. Philippus verè
oblatus fuerit, quòd ſe, ſuaq; omnia præſen-
tia, & futura obtulerit Monaſterio S. Placidi,
atq; in eo in perpetuum perſeuerare ſpopon-
derit, atq; in Monaſterio ipſo degere elege-
rit, ſiue in aliqua ex grancijs Monaſterij iuxtà
Abbatis voluntatem; ab oblatione vtiq; di-
15 ſcedere minimè poterit, quaſi perpetuo ad-
dictus Monaſterio. iuxtà *Gloſſ. in d. can. lex*
continentiæ, verbo *profeſſi. in fin.* niſi fortaſſe
16 ad arctiorem tranſire vitam voluerit. vti
Gloſſam præfatam exaudit, & temperat *San-*
chez in opere morali tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *nu.* 9.
Rodriq. quæſt. regular. par. 3. *q.* 11. *art.* 2. & al-
ter Rodriquez *reſolut. regular. reſolut.* 104.
17 *num.* 3. Licet enim quàm apprimè differant
Monachi, ſiue etiam Conuerſi ab Oblatis;
quia nimirum illi per ſolemnem profeſſio-
nem & Monaſterio, & Religioni perpetuò
aſtringuntur, iſti verò ex ſola oblatione nul-
lam emittant profeſſionem, vt neq; ordinis
habitum ſuſcipiant, niſi verè profeſſionem
ſolemnem trium votorum emiſerint, per
quam verè profeſſi efficiuntur. iuxtà *Gloſſ. in*
in d. can. lex continentia. verbo *profeſſi*, quam
ſequitur *Calderin. d conſ.* 31. *aliàs vlt. de re-*
gular. & Nauar. optimè *conſ* 6. *dubitatum*
fuit. n. 16. *lib.* 3. *de ſtat. monachor. & conſ* 49.
an ſit verè religioſus. n. 3. *eod. lib.* 3. *de regular.*
ad *text. in cap ex eo.* 32. §. 1. *de elect. lib.* 6. *Syl-*
ueſter in ſumm. verbo *oblatus*, *Boerius dict.*
deciſ. 20. *num.* 5. *&* 6. *Regens Carolus Tappia*
in auth. ingreſſi, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. ver-
bo ſua. cap. 10. *num.* 3. *Thomas Sanchez dict.*
cap. 7. *num.* 9. Non ex hoc tamen ſequitur,
quin eorum oblatio firma ſit, ſi perpetuò ſe,
& ſua omnia religioni, ſiuè monaſterio obtu-
lerint, vt mutare haud valeant, quòd volunta-
18 rie ſemel obtulere. Et ſi nempè voluntatis
fuit ſe in forma valida offerre; neceſſitatis
poſtmodùm efficitur in oblatione permane-
re. iuxtà regulam: *quod ſemel.* 21. *de reg. iur. in*
6. quò loco *Gloſſ.* exemplum refert in matri-
19 monio, quod perpetuò durat, donec ſcilicèt
vita ſuperſtes fuerit. Morte nempè diſſolui-
tur matrimonium. *can. licet* 2. 32. *q.* 7. *cap.* 2.
& cap. fin. de ſecundis nupt. quia matrimo-
nij iugo voluntate libera ſemel innexus fuit.
Et Diuus *Antoninus* Archiepiſcopus Floren-
tinus in *ſum. par.* 1. *tit.* 20. *de reg. iur.* in hanc
eandem regulam *in fin.* ſequentibus ad tem
20 noſtram loquitur: *Extenditur regula ad vo-*
ta, & iuramenta, & huiuſmodi, quæ ſi ſunt
iuſta, non licet propria authoritate venire
21 *contrà. Item ſi quis renunciat iuri ſuo, pœ-*
nitere non poteſt. 7. *q.* 1. *quam periculoſo.*
Sic Sanctus Archiepiſcopus. Contra factam
igitur oblationem voluntariè, venire haud
nunc poteſt dictus Clericus D. Philippus,
quia ab initio iuſta fuit; perſeuerabit enim in
22 illa. Quia: *Sicuti ab initio libera poteſtas*
vnicuiq; eſt habendi, vel non habendi con-
tractus; ità renunciare ſemel conſtitutæ ob-
ligationi, aduerſario non conſentiente, nemo
poteſt. vti Imperatores Diocletianus, & Ma-
ximianus Amerino, & Martiano Conſulibus
ſcripſere in *l. ſicut initio.* 5. *C. de action. &*
obligat. Quapropter (ijdem ſubnectunt Im-
peratores) *intelligere debetis voluntariæ ob-*
ligationi ſemel vos nexos, ab hac, non conſen-
tiente altera parte, cuius precibus feciſtis
mentionem, minimè poſſe diſcedere. ex quo
loco ad rem noſtram *Gloſſ.* verbo *minimè*
23 *poſſe.* corollarium infert, dicens: *Et ſic collige*
ex prædictis: quod qui ex voluntate imponit
ſibi neceſſitatem, non eſt ei ſubueniendum.
Ex voluntate itàquè ſibi neceſſitatem per
oblationem ſpontè Deo, & Monaſterio, &
ſui, & bonorum ſuorum factam, impoſuit
hic Clericus. non vtiquè licebit ei ab ea nunc
24 diſcedere. *Cùm enim in arbitrio cuiuſcunq;*
ſit hoc facere; quod inſtituit: (donare ſcilicet,
vel ſe, ſuaq; omnia offerre; Deo præcipuè)
oportet eum vel minimè ad hoc proſilire;
vel cùm ad hoc venire properauerit: non
quibuſdam excogitatis artibus ſuum propo-
ſitum defraudare, tantamquè indeuotionem
quibuſdam quaſi legitimis velamentis prote-
25 *gere. Tantòq; magis hæc firma eſſe, ſi pijs acti-*
bus, vel religioſis perſonis donatio deputata
ſit, monimentorum obſeruatione in his modis
(*ſecundum quod ſpecialitèr à nobis in huiuſ-*
modi caſibus prædictum eſt) *obſeruanda: nè*
in præfatis pijs cauſis ex quibuſdam machi-
nationibus non ſolùm indeuotus, ſed etiam
impius donator intelligatur, pœnaſquè non
ſolùm legitimas, ſed etiam cœleſtes expectet. vt
Impe-

Imperator edicit in *l. ſi quis argenti*. 35. §. *ſi autem hoc minimè fin. C. de donationib. Surd. deciſ.* 265. *nu.* 25. *Cardin. Tuſcus tom.* 6. *littera* Ǫ. *concluſ.* 48. *Barboſ. aſſiomat.* 196. *nu.* 16. *idem Cardinal. Tuſcus tom.* 5. *littera O. d. cõcluſ.* 16. *num.* 12. *& ſeq. & concluſ.* 17. *ad tex.* apertum *in cap. in præſentia* 8. *de probat. vbi Scribent.*

36 Quamuis itaq; ab oblatione ſemel validè facta diſcedere minimè poſſit hic Clericus D. Philippus, non tamen ex hoc ſequitur, impediri illum, quin matrimonium legitimè contrahere valeat, atq; in illo viuere, vt ſi liberos ſuſceperit, teneatur illos Monaſterium

37 alere, legitimamq; portionem ex bonis patris, ſuo tempore dare. Audi rem hanc à *Gloſ.* verbo *profeſſi. in d. can. vt lex continentia* 40. 27. q. 1. ſequentibus decretam: *Dic*, (inquiente) *quod poteſt contrahere, & filius poſtea natus poteſt petere legitimam portionem. vt* 17. *q.* 4. *can. vltimo. Gloſſam* ſequitur *Calde-*

38 *rin. d. conſ.* 35. *alias ſin. de regular.* Sola enim ſolemnis trium votorũ profeſſio in religione ex approbatis emiſſa, vel ordo Sacer ſubdiaconatus, matrimonium impedit contrahendum, atq; diſſoluit contractum. *d. can. vt lex continentia; Extrauagan. Antiqua vnica Ioannis XXII. de voto. cap.* 2. *cap. ex publico.* 7. *& cap. ex parte* 9. *de conuerſione coniugat. Sanchez de matrimon. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 18.

39 Oblati verò profeſſionem non emittunt. Nõ eſt igitur eis interdictum, quin matrimoniũ legitimè contrahere valeant, atq; in eo perſeuerare contracto. vt ſacram quoq; declaraſſe Congregationem refert *Barboſa de iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *d. cap.* 39. §. 2. *nu.* 45. propoſito nempè dubio: *An oblati qui omnia ſupradicta adimpleuerint*, (ſe ſcilicet, & ſua omnia in forma valida obtulerint) *matrimonio copulari poſſint, ſiue ante, ſiue poſt oblationem contraxerint.*

Reſpondit: *poſſe ſiue ante, ſiue poſt de licētia Superioris Religionis, matrimonium contraxerint.*

Refert etiam *Lezana d. cap.* 8. *nu* 8. *par.* 2. & ipſe quoq; *Barboſa in ſum. bullarum verbo oblati.* §. *oblati qu: omnia.* Reddirq; rem hanc perſpicuam quoq; *Gloſſæ* doctrina *in can. duo ſunt genera* 7. verbo *conuerſi* 12. *q.* 1. ſuper verbis illis Hieronymi in tex. *Vt ſunt*

30 *Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi.* Nam nomen illud conuerſi non ſtrictè accipitur: & propterea ſubnectit Gloſſ. *Licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere. Nam quidam talium profitentur, quidam non. vt* 27. *q.* 1. *can. vt lex. Nam Acholiti ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, & tamen non tenentur contiuere. vt* 32. *diſt. c. ſi quis eorum, quia poſſunt contrahere matrimonium legitimum.* ſic Gloſſ. & hanc ſententiam ſequuntur *Cappella Tholoſana q.* 333. & optimè omnium *Couarruuias in cap. alma mater. par.* 2. *relectionis.* §. 2. *num.* 8. quem ſequitur *Rodriquez quæſtionum regularium par.* 3. *q.* 1. *art.* 8. *Lezana d. cap.* 8. *par.* 2. *nu.* 9. *&* 10. *Carolus de Tappia Regens in auth ingreſſi verbo ſua d. cap.* 10. *nu.* 1. *ex Calderin. d. conſ.* 31. *ſiue ſin. de regular. & nu.* 26.

Neq; obſtaculum facit quod objiciebatur de profeſſione emiſſa.

Cùm quod de ea non conſtat, niſi per aſſertionem illam notarij dicentis: *Hinc ſanè eſt, quod hodie prætitulata die præfatus Clericus D. Philippus de Ioanne, ad præſens D. Victorinus à Meſſana nondùm profeſſus, ſed Deo duce hodie profeſſurus.* Non ex hoc itaq;

31 ſequitur, quòd profeſſionem poſtmodùm emiſerit. Quia nimirum futurum verbum, præteritum, neq; perfectum tempus cõprehendit *l.* 1. §. 1. *vbi notatur, ff. quod quiſque iuris.* facit *tex. in l. nomen filiarum* 164. *in princ. ff. de verborum ſignificat. Oldrad. conſ.* 110. *ſub nu.* 2. *verſ. ita autem eſt. Rebuffus in l. verbum oportebit. verſ. verbum futurum non continet. ff. de verbor. ſignificat. Cardin. Tuſcus. tom. vltimo verb. tempus concluſ.* 29. *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 338. *nu.* 5. vbi etiam *Beltramin. nu.* 15. *Alciat. d. l. verbum oportebit. nu.* 6. *ff. de verbor. ſignific. Menochius conſ.* 97. *nu.* 68. *lib.* 1.

32 Profeſſio verò per ſcripturam probari debet ex Concilio Toletano 10. in *can. vidua* 13. ibi: ſcriptis profeſſionem faciat, à ſe aut ſigno, aut ſubſcriptione notatam. vbi etiam *Gloſſ.* 20. *q.* 1. & ex eodem Concilio Toletano 10. *cap.* 5. in *can. omnes fœminæ* 37. ibi: ſcriptam, roboratamq; profeſſionem faciant. & *ibid Gloſſ.* 27. *q.* 1. *Gloſſ. in cap.* 1. §. *poſtquàm autem* verbo *ſcriptis in* 6. *caſu. de cenſibus in* 6. quæ allegat *d. tex. in can. omnes fœmina. Lapus allegat.* 127. *Card. in Clement. ne in agro*, §. *ſanè de ſtatu monachorum. Guid. Papa deciſ.* 474. *in fin. vbi Ferrerius in additionib. & idem in addition. ad deciſ. eiuſdẽ* 449. *in fin. Ioannes Stephanus Duranti quæſt.* 5. *Senatus Tholoſani paulò poſt initium. Rota apud Cardinalem Caualer. deciſ.* 271 *num.* 3.

33 potiſſimùm verò ad conuincendum profeſſum Apoſtaſiæ, ſecundum Rotam apud *eundem Caualer. d. deciſ.* 271. *nu.* 4.

Tum quòd, eſtò profeſſionem emiſiſſet eadem die dictus Clericus D. Philippus, vt notarius per verbum futuri temporis edixit,

34 fuiſſet tamen illa nulla, atq; inualida. Primò, quòd non expleto nouitiatus anno emiſſa, quod probatur ex verbis eiuſdem notarij ſupra per nos relata: *non dùm profeſſus, ſed Deo duce hodie profeſſurus, cùm ſteterit in nouitiatu per menſes decem, ex quo intrauit in nouitiatu prædicto.* per duos menſes itaq; ante annum probationis expletum profeſſionem emiſit. Nullitèr igitur, atq; inualidè. vt nullam talis profeſſio obligationem ad religionis, vel regulæ obſeruantiam inducat. Fidem hanc tibi faciunt Sacroſanctæ Tridentinæ Synodus verba *cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de regu-*

*regularib.*ſequentibus quippè loquitur, *In*
quacunq; religione tàm virorum, quàm mu-
lierum profeſſio non fiat antè decimum ſextū
annum expletum: nec qui minore tempore,
quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in
probatione ſteterit, ad profeſſionem admitta-
tur. Profeſſio autē antea facta ſit nulla, nul-
lamq; inducat obligationem ad alicuius re-
gulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationē,
aut ad alios quoſcunq; effectus. ſic ſancta Sy-
35 nodus. Integer itaq; in nouitiatu debet eſſe
annus, vt profeſſionem validè poſtmodùm
emittat nouitius anno integro expleto, qui
ſanè in ſubſidium fragilitatis humanæ con-
ſtitutus fuit, vt nouitius religionis auſterita-
tes, atq; viciſſim religio mores experiatur no-
uitij. vti Innocentius III. edixit in *cap. ad*
36 *Apoſtolicam 16. de regularib. extrà.* De mo-
mento proindè ad momentum computan-
dus erit annus, vt integer dicatur, vt qua ho-
ra diei habitum ſuſcepit nouitiorum, illa ip-
ſa reſpondeat anno completo, qua profeſſio
emittenda erit. *Sanchez de matrimon. tom.* 1.
lib. 2. *diſput.* 4. *n.* 22. *& in opere morali tom.*
2. *lib.* 5. *c.* 4. *nu.* 4. *Baſilius à Pontio Legionen.*
de matrimon. lib. 9. *cap.* 9. *n.* 6. *Leſſius de iuſt.*
& iure lib. 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *nu.* 59. *Suarez to.*
3. *de relig. lib* 5. *cap.* 15. *num.* 5. *Gratianus fo-*
renſ diſceptat. par. 3. *cap.* 413. *in* 2. *dubio. à n.*
16. *cum ſequent. Rodriquez quæſtionum re-*
gular. tom. 3. *q.* 15. *art.* 4. *Laurent. a Portel. ad*
dubia regul. verbo Nouitij annus. num. 49.
Frater Hieronym. Rodriquez reſolut. 101. *n.*
38. *Epiſcopus Campanilis in diuerſor. iuris*
canon. rubr. 12. *cap.* 13. *nu.* 4. *Barboſ. de offic.*
Epiſcopi par. 3. *allegat.* 101. *num.* 22. *cum ſeq.*
ac num. 32. *& in collectan. ad dictum cap.* 15.
Sacri Concilij nu. 24. & ibidem Eminentiſſi-
mus Cardinalis *Bellarminus in obſeruatio-*
nib. doctrinalibus. verbo per annum. Scipio
de Rubeis in aphoriſmis Epiſcop. verbo pro-
feſſio. nu. 1. *Ioannes Baptiſta Lezana in ſum.*
quæſtion. regular. par. 1. *cap.* 2. *nu.* 10. *&* 11.
Ferdinandus à Caſtro Palao moralium par.
3. *tract.* 16. *diſput.* 1. *puncto* 12. § 2. *nu.* 2.

Deindè, quòd ipſemet Clericus D. Philip-
pus in toto ipſo inſtrumento, ac in omnibus
pactis in illo adiectis ſēper proteſtatus fuit,
ſe oblatum eſſe velle, & non monachum;
quantumuis tractari benè voluerit quoad
victum, & veſtitum decentem, & cellā, alia-
que neceſſaria vti vnum ex monachis: cum
clauſulis (& non alias, aliter, nec alio modo,)
neq; vnquam in dicto Inſtrumento D. Vi-
ctorini nomine nuncupatur, niſi in illa vna
Notarij aſſertione, ſed ſemper, etiam poſt il-
lam, proprio nomine deſcribitur: D. Philip-
pus de Ioanne, & ipſemet Abbas, & Patres
Monaſterij præfati Sancti Placidi vti oblatū
37 receperunt, non vti monachum. Non ergo
vltra eorum intentionem actus agentium
quicquam operari poterunt, *l. non omnis.* 19.
ff. ſi certum petatur. cap. fin. de prabend. Na-
uar. in noſtris ipſis terminis loquēs de obla-
to Monaſterio ordinis Sancti Benedicti, qui
expreſsè dixerat: *Ego N. me dono, & offero*
in oblatum Monaſterio S. Benedicti, vouen-
do obedientiam, paupertatem, & caſtitatem
tibi eius Abbati, non tamen profiteor regulā
Ordinis, neq; me obligo ad cæremonias, & ob-
ſeruantias eius. Non dici hunc verè profeſ-
ſum fuiſſe, ſed manſiſſe ſemper oblatum. Sa-
tis enim inter ſe differūt Monachus, & Obla-
38 tus. *d. conſ.* 49. *lib.* 3. *de regularibus.* Vt inter
ſeſe namq; diſtinguerentur, agnoſcerenturq;
res, nomina inuenta ſunt. *l. ad recognoſcēdas.*
10. *C. de ingenuis manumiſſis. Crauetta conſ.*
214. *nu.* 3. *& ſeq. Decianus conſ.* 11. *num.* 44.
vol. 1. *Rota apud Coccinum Decanum deciſ.*
242. *nu.* 5. *in fin. & apud Duranum Epiſco-*
39 *pum Vrgellen. deciſ.* 386. *nu.* 26. *par.* 2. Talis
verè contractus judicatur, (in dubio præ-
ſertim) qualis à partibus ipſis contrahenti-
bus nuncupatur. ſecundum *Bart. in l. cotem*
ferro. §. qui maximo. in 5. *quæſt. vbi etiam*
Caſtrenſ. ff. de publican. & vectigalib. Cra-
uetta conſ. 20. *nu.* 1. *& ſeq. Rota apud Card.*
Caualer. deciſ. 371. *nu.* 1. *& apud eundē Du-*
ranum d. deciſ. 386. *nu.* 27.

Si enim verum eſſet, illum D. Victorini no-
mine decoratum fuiſſe, & monachalem ha-
bitum ſuſcepiſſe, atq; vti monachum profeſ-
ſionem emiſiſſe; receſſiſſe vtiq; ab oblatione
40 illum aſſerendum eſſet; neq; enim Mona-
chus, & oblatus ſimul ſtare poſſunt, cùm in-
ter ſe differant. *cap. ex parte* 32. § *fin. in fin.*
de elect. in 6. *d. cap. vt priuilegia* 24 *de priui-*
leg. extra. Nauar. d conſ. 49. *nu.* 3. *de regular.*
41 & diximus ſupra. Erunt igitur ſibi repugnā-
tia quæ notarius aſſerit. non ergo in ſicem
ſtare poterunt, cùm ſe mutuò expungant. *l.*
hæc verba ille, aut ille. 124. *ff. de verbor. ſigni-*
ficat. cap. maiores. 3. § *ſed adhuc. in fin. de bap-*
tiſmo. Triuiſanus deciſ. 23. *nu.* 2. *lib.* 2. *Petrus*
Gregorius Syntaxeon artis mirabilis. lib. 3. *c.*
3. *aſſiomat.* 3. dixi *reſponſ.* 26. *num.* 12. *par.* 1.
Vincent. Anna allegat. 62. *nu.* 20. *par.* 2. *Car-*
dinalis Tuſcus tom. 6. *verbo repugnantia. cō-*
42 *cluſ.* 203. Quā ob cauſam, cùm diuidi ſcrip-
tura, notarijq; fides minimè poſſit, aut in to-
tum ſtabit, aut in totum cadet. ſecundum
Bald. in cap. ad audientiam. nu. 10. *de reſcript.*
quem ſequitur *Rota apud Card. Manticam*
deciſ. 75. *nu.* 5. ſi cadet, neq; oblatio erit, neq;
monachatus; corruent proindè omnia, quæ
diximus, liberumq; erit Philippo matrimo-
nium contrahere, modo iuxtà præcepta iuris
43 contrahat. *Iuſtas enim nuptias inter ſe ci-*
ues Romani (hoc eſt liberi) *contrahunt, qui*
ſecundum præcepta legis coeunt. §. 1. *Inſtitut*
de nupt. Gratianus *can. placuit* 11. *& fin. §.*
hæc auctoritas in fin. 26. *q.* 2. Si verò ſtabit,
ſola oblatio erit, quia de ea tantùm actū fuit,
non de monachatu. Contra ſubſtātiam quip-
pè monachatus eſſent pacta illa in ipſo obla-
44 tionis contractu adiecta: ſubſtantialia nem-

pè

pè monachatus ſunt vota illa tria, obedien-
tia, paupertas, caſtitas, quæ ad perfectionem
ducunt. *cap. cùm ad monaſterium 6. in fi. de*
ſtatu monachor. cap. porrectum 13. de regu-
larib. cap. religioſo 21. §. 1. de ſent. excomuni-
cat. in 6. Clement. 1. in princ. de religioſ. domi-
bus. S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 11. & q. 186. art.
6. & 7. Nauar. conſ. 10. & 12. lib. 3. de regu-
larib. & conſ. 2. de conuerſion. coniugat. Ioan.
Baptiſta Lezana in ſum. quæſtion. regular.
par. 1. cap. 2. nu. 1. Sanchez moralium tom. 2.
lib. 5. cap. 1. num. 16. Ferdinandus à Caſtro
moralium par. 3. tract. 16. diſput. 1. puncto 1.
nu. 2. Quid enim, (quæſo te) ſi monachus di-
ctus D. Philippus effici amabat, pacta illa
omnia adieciſſet, & proteſtatus ſemper fuiſ-
ſet, ſe oblatum eſſe velle, & in monaſterio vi-
uere vti oblatum; velle tamen quoad vitæ
neceſſaria, vti vnum ex monachis tractari,
45 niſi verè oblatus effici deſideraſſet? Animi
nempè ſui penetrale his omnibus proteſta-
tionibus, atq; pactis adiectis declarare vo-
luit. ad *tex. in l. non aliter. 67. ff. de legat. 3.*
can. Lotharius Rex. 31. §. præterea, vbi Gloſſ.
verbo *innotuit. 31. q. 2. Gloſſ. in cap. perlatum*
2. verbo *non timore mortis de his, quæ vi, me-*
tuſq; cauſa fiunt. Nauar. conſ. 5. lib. 3. de his,
quæ vi, metuſq; cauſa. Ioan. Cephal. conſ. 37.
nu. 20. & ſequent. lib. 1. Triuiſan. deciſ. 63. n.
8. lib. 1. Rota in Florentina cenſus 13. Nouē-
bris 1589. coram Orano. deciſ. 43. nu. 1. in fin.
poſt 2. volum. conſil. Farinac. Meus Maranta
conſ. 65. nu. 4. 16. & 17. Viuius deciſ. 151. nu.
6. & ſeq. lib. 2.

Lucemq; non minimam perpenſioni huic
addit, quòd ſemper in poſterum D. Philippi
nomen retinuit, neq; D. Victorini nomine
vſus, atq; in habitu ſuo permanſit. Non itaq;
46 monachus, ſed oblatus fuit. Nam & ſi quidē
Monachum non habitus, ſed profeſſio effi-
ciat regularis. *d. cap. porrectum. 13. de regula-*
47 *rib.* neq; habitus de ſubſtantialibus religio-
nis ſit: eſt tamen ſignum oblationis, vt *S. Th.*
docet *2. 2. q. 185. art. 8. in corpore.* At ne ita re-
ſupini Abbas, alijq; Monaſterij ſuperiores in
hoc vno fuiſſent, vt illum neq; habitu reli-
gionis, neq; Monachi nomine vti permiſiſ-
ſent; ſi non verè oblatus fuiſſet, non mona-
48 chus? Quid enim actū inter eos ſit, hic pro-
bat tractatus; & exitus (iuxta aſſioma illud
peruulgatum) acta probat; ad *tex. in l. iam ta-*
men 5. §. in hac ſtipulatione hoc tractatur,
ff. iudicatum ſolui, Aymon conſ. 18. nu. 4. Ro-
ta apud Duranum deciſ. 286. num. 11. par. 2.
quod eſt originarium apud *Ouid. epiſt. 2.*
Phyllis Demophoonti dicentem.

Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Præterquàm quòd ſi Monachus D. Philip-
pus hic fuiſſet; & oblatio nulla fuiſſet, & pro-
feſſio. profeſſio quidem, quia, vt in ſuperiori-
bus diximus, nō completo anno emiſſa; atq;
proindè nulla. Oblatio verò, quia per Mona-
chatum ab oblatione vtiq; receſſiſſet: cùm
ſatis inter ſe Monachus, Conuerſus, & Obla-
tus differant, vti in ſuperioribus etiam dixi-
mus: fuiſſet vtiq; renunciatio; at verò nulla,
& inualida: facta namq; fuit per ſex menſes,
poſtquam in nouitiatum intrauit, vt idē met
notarius aſſerit; dicens: *& per menſes ſex an-*
tequàm feciſſet præinſertum cōtractum obla-
49 *tionis, & donationis.* Renunciatio verò, vt
firma eſſe poſſit ex Sacri Tridentini Concilij
præſcripto, *ſeſſ. 25. cap. 16. de regularibus,* duo
inſimul requirit, & vt *cum licentia fiat Epi-*
ſcopi, ſiuè eius Vicarij, & intra duos menſes
proximos antè profeſſionem; ac non aliàs in-
telligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta
50 *profeſſione: aliter verò facta etiam ſi cum*
huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam
iurata, ſit irrita, & nullius effectus. ſic Sa-
crum Concilium.

Aut ergo in oblatione perſiſtent mona-
chi, & liberum erit D. Philippo vxorem du-
cere, quòd inhibitum hoc non ſit oblatis, vt
diximus. Aut, ſi monachum eum eſſe con-
tendent, vtrumq; amittent, cùm & profeſſio,
& renunciatio nullæ fuerint.

Atq; ita ex his, prudentiori iudicio, ſanio-
riq; expetito, reſpondendum cenſui.

Carolus Maranta V. I. D.
Aduocatus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore motę litis.*

2 *Poſſeſſio ad effectum relaxandi mandatum de manutenendo per partis confeſſionem in ſupplicatione, vel commiſſione probatur.*

3 *Clericus in habitu, tonſuraue incedens nullo poteſt pacto corā laico Iudice iudicio pulſari.*

Quia ille omninò incompetens eſt.

Sed coràm Epiſcopo conueniri debet Dei ordinatione, & Eccleſiæ. num. 4.

5 *Clerici non humano tantùm iure, & Eccleſiaſtico à foro exempti ſunt laicorum Iudicum, ſed etiam Diuino.*

Quia Deo Altiſſimo ſacri ſunt.

Siuè in ciuilibus, ſiuè, multoq; magis in criminalibus. nu. 6.

Vt neque volētes poſſint ſe iudicio ſubijcere laicorum. nu 8.

Quia priuilegium hoc vniuerſale eſt, ſtatui, non perſonę indultum.

7 *Bonorū Eccleſię, & Clericorum par eſt ratio.*

9 *Hereditas proprium efficitur hęredis patrimonium hereditate adita.*

10 *Iuriſdictio in non ſubiectum, fruſtrà exercetur.*

11 *Iudici ſine iuriſdictione ius dicenti iure non paretur.*

12 *Statera iuſta omnia ponderanda, non doloſa.*

13 *Hæreditas iacēs dominum, hoc eſt defunctum repræſentat, non hæredem.*

Quia antequàm adeatur in pendenti eſt. nu. 14

Et idē eſt hæreditatem primò aditam fuiſſe, vel poſteà dimiſſam. num. 15.

16 *Vnumquodq; facilè ad ſuam primæuam naturam reuertitur.*

17 *Fauori iuriq; ſuo renūciare cuilibet liberum eſt.*

18 *Remittentibus actiones ſuas nō eſt regreſſus dandus. & nu. 28.*

19 *Venditor de rei venditæ vitio non tenetur, ſi de eo nominatim excepit.*

20 *Hæres creditor defūcti poteſt ſibi ipſi ex bonis ſoluere hæreditarijs.*

Secus tamen ſi voluntariè Iudicem adijt, vt ſibi ſolueret. n. 21.

Renunciauit enim tūc facultati ſibi competenti.

22 *Actor ſequitur forum rei. etiam clericus.*

23 *Hæres poteſt Iudicem adire, vt ſibi de bonis hæreditarijs pro ſuo credito ſatisfiat.*

Quod ſibi magis cōſultum eſt, ad lites effugiendas.

Non tamen Iudicis indigēt officio hæredes, ſi ſibi inuicem ſatisfecerint n. 24.

Niſi rem aliquam particularem amauerint.

Secus tamen ſi poſt dimiſſam hæreditatem ſibi inuicem ſatisfacere tentent. n. 25.

Et poſt appoſitas manus Iudicis.

Atq; gradeatis creditoribus, vnoquoque in locum ſuum. num. 27.

26 *Prior qui tempore, potior in iure eſt. & n. 61.*

28 *Hæres dimiſſa hæreditate, de illa ampliùs diſponere non poteſt, quia iacens denuò dicitur.*

Vndè ſicuti in damno non eſt, nequè etiam in commodo eſſe debet. n. 29.

30 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*

Vt neq; confirmatione validari valeat, numer. 31.

32 *Poſſeſſio bonorum hæreditatis, quæ ſub iudiciaria cuſtodia eſt, vacans non dicitur.*

33 *Poſſeſſio vacāt non eſt ſi alius cuſtodiæ cauſa in illa ſit poſitus.*

Cauſa rei ſeruandæ.

Dicitur tamen verè, detinere, non poſſidere. n. 34.

35 *Poſſeſſionem ſi Clerico tradidit Iudex laicus, functus officio ſuo dicitur.*

Neq; Clericus corām eo ampliùs pro eadem re vocari poterit.

Sed apud ſuum competentem Iudicem Eccleſiaſticum.

Reprime dictū. ſi ſolo decreto id fiat, illudq; inualidum. n. 36.

Neq; effectum vidit.

Vel ſi decretum fuit interlocutorium, neq; executioni mandatum. n. 38.

37 *Iudex poteſt, quin debet, ipſe errorem ſuum moderari.*

39 *Iudex tūc functus officio ſuo dicitur per decretum, quando illud effectum vidit.*

Atquè ita concordantur Marta, Rouitus, & alij.

Reprehenditur tamen Peregrinus.

40 *Peregrinus de fideicommiſſ. art. 48. n. 62. reprehenditur ab omnibus.*

41 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem, ſtatim poſſidet.*

42 *Poſſeſſio per ſententiam, ſine apprehenſione non transfertur.*

43 *Poſſeſſionem non tribuit decretum conditionale (ſine præiudicio creditorum) conditione minimè impleta.*

Quemadmodum nequè libertas.

44 *Conditio ſuſpendit effectum.*

Nec aliter operatur, niſi extiterit. n. 45.

46 *Poſſeſſio tradita cum clauſula, & conditione (ſine præiudicio creditorū) manutenibilis nō eſt, creditoribus contradicentibus.*

Quia conditio non extitit, vndè traditio non valuit. num. 47.

Et tunc dicitur quis poſſidere, cùm conditio extitit.

48 *Iudex circumuentus poteſt vim vi repellere.*

49 *Poſſeſſionem acceptans cum clauſula (ſine præiudicio creditorum) ſibi præiudicat.*

50 *Limitata cauſa, limitatum parit effectum.*

Quia præteriri limites non poſſunt.

51 *Manutentio ſine poſſeſſione non procedit.*

52 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*

Quia effectus poſſeſſionis eſt.

53 *Aſſiſtentia ſola iuris ſine poſſeſſione non ſufficit ad manutenendum.*

54 *Manutentio denegari minimè poteſt ei, qui in poſſeſſione eſt.*

Potiſſimum de tempore motæ litis. n. 55.

Etiam per vnicum actum. n. 56.

Ei verò, qui poſſeſſionem non habet, haud datur. num. 57.

Saltim ciuilem.

58 *Poſſeſſio ſolo animo detinetur, eoq; ſolo amittitur.*

Multoquè magis per actum facti poſitiui. num. 59.

Nec præſumitur, niſi probetur. n. 60.

62 *Citari omninò debet, qui intereſſe habet in negotio.*

63 *Curatores iacēti hæreditati dati, hæredis vicem ſubeunt.*

Atquè cum illis agere debent creditores defuncti.

64 *Poſſeſſio vitioſa, & attentata minimè ſuffragatur.*

Vndè nec manutenibilis.

AR-

ARGVMENTVM.

Manuteneri debet, qui in poſſeſſione reperitur de tempore motæ litis. Clericus apud laicũ Iudicem vocari nullo pacto poteſt, quia omninò incõpetens eſt, & priuilegium fori etiam iure diuino Clericis datur, ſiuè quòad perſonas, ſiuè quòad res; vt neque volentes nuncium eidem mittere valeant. Hæreditas non adita adhùc defuncti perſonam repręſentat, ſecus poſt aditionem. Hæres verò creditor defunctietiam poſt aditam hæreditatem poteſt apud Iudicem inſtare, vt bona ſeparentur; ſibiq; vti creditori ſatiſfiat. etiam ſi Clericus fuerit, & tunc hæreditas iacens dicitur, eique Curator datur. Et quid de decreto dato de immittendo cum clauſula (citrà præiudicium) an tunc Iudex functus officio ſuo dicatur? & quid ſi clericus fuerit, an poſtmodùm coràm ſuo Iudice competente conueniri debeat? plura ad hanc materiam.

RESPONSIO VII.

EGerunt in Epiſcopali Curia Iuuenacen. Clerici Franciſcus Antonius, & Alſonſus de Luca fratres Ciuitatis Melficti, nec non Iulius, & Matthęus de Luca Nepotes, vti poſſeſſores bonorum ſtabilium in territorio Iuuenacen., expediri eis Monitorium ſuper bonis prædictis ab ipſis poſſeſſis, vti filijs, & hęredibus quondã Iulij de Luca eorum Patris, Auiq; reſpectiuè. Capta proindè informatione ſummaria ſuper poſſeſſione. die 9. Aprilis 1643. fuit relaxatum Monitorium in forma. Aduerſus Monitorium comparet Ioannes Maria de Luca Nepos ex filio dicti Iulij, opponitq; ſe in poſſeſſione reperiri bonorum prædictorum ex decreto Regij Neapolitani Conſilij per Cauſę Commiſſarium D. Franciſcum Merlinum, vti creditorem anteriorem dicti quondam Iulij Aui. Fit itaq; diſcuſſioni non modicus locus: Debeat ne relaxari mandatum de manutenendo dictis Clericis Franciſco Antonio, & Alfonſo. an verò moderandum ſit Monitorium prędictum, vti petebat Ioannes Maria?

1 Et planè quòd relaxari debuerit mandatũ de manutenendo ſuadebat: quòd manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis. §. *retinendæ. Inſtitutionib. de interdict. l. 1. ff. & C. vti poſſidet. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 160. *nu.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 323 *nu.* 1. apud *Cardin. Caualer. deciſ.* 42. *n.* 1. *& dec.* 150. *in pr. & dec.* 182 *ſub n.* 4. alios retulimus *reſponſ.* noſtra 42. *nu* 6. *par.* 3. *Ludouicus Poſtius de mandato de manutenendo obſeruat.* 17. *nu.* 8. *&* Rota in *Romana canonicatus S. Marci* 25. *Februarij* 1611. *coram Card. Pamphilio deciſ.* 123. *nu* 1. & in *Neapolitana iuris conferendi* 26. *Nouembris* 1611. *coram Manzanedo deciſ.* 125 *num.* 2 apud eundem. *Poſtium* ad calcem *d. tract.*

At in poſſeſſione erant ipſi de tempore quo lis anno 1638. per dictum Ioannem Mariam in dicto Regio Neapolitano Conſilio mota fuit. vt ipſemet Ioannes Maria in ſua ſupplicatione porrecta aſſeruit; dicens; *quæ*
2 *poſſidentur per infraſcriptos hæredes.* poſſeſſio verò ad effectum mandati de manutenẽdo per partis confeſſionem in ſupplicatione, vel commiſſione probatur. *Decius conſ.* 121. *nu.* 1. *Rota apud S. Memor. Gregor. XV. deciſ.* 200. *nu.* 2. vbi alios cumulat *Beltramin.* addens *nu.* 5. & apud *Coccinum Decanum deciſ.* 494. *nu.* 1. *&* 2 & in *poſthum. apud Farinac. tom.* 1. *deciſ.* 193. *nu.* 12 *in fin.* & apud Illuſtriſſimum *Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.* 21. *nu.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 269 *num.* 1. *& deciſ.* 330 *nu.* 1. *par.* 2.

Eruntproindè ipſi in poſſeſſione manute-
3 nendi. Qua poſſeſſione ſic ſtante, haud poterant ipſi vti Clericali inſigniti carathere, & in habitu, tonſuraq; clericali incedẽtes, apud Laicum Iudicem omninò Clericis incom-
4 petentem conueniri, Iudicioq; pulſari. *Non enim à legibus publicis, non à poteſtatibus ſeculi; ſed à Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Chriſtianæ Religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, & diſcutiſ*ſie Ioannes Papa loquitur *can. ſi Imperator.* 11. 96. *diſt. can. bonæ quidem.* 1. *& can ſeq. eadem diſt.* Innocentius III. *in cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *de conſtitut.* & iiſdem, quibus Innocentius verbis, Cœleſtinus etiam III. in Concilio Generali *in cap. cum Laicis.* 12.

aliàs

aliàs fin. de rebus Eccleſ. non alienand. cap.
clerici.8. vbi Scribent.de Iudic.c.ſi quis cō-
tra clerici 4.in princ.de foro compet. Si quis
contrà Clericum. (Gregorius IX. inquit)
cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat.
5 Epiſcopum dixit,non Laicum Iudicē. Por-
rò,quod,ne humano quidem, vel Eccleſia-
ſtico, ſed Diuino magis Clerici, Eccleſiaſti-
cæuè perſonæ à iuriſdictione exemptæ ſunt
Laicorum Iudicum. Quod Deo Altiſſimo
ſacræ ſint, eiq; iure perpetuò dicatæ.*d.can.ſi*
*Imperator.*11.*96. diſt. cap. quanquam* 4. §.
cùm igitur.de cenſibus in 6. Concilium La-
teranenſe ſub Leone X. in Bulla cōfirmatio-
nis Curiæ *ſeſſ.9.col.11.§.& cùm à iure. vol.3.*
conciliorum fol.mihi 646. dicens: *Et cùm à*
iure tam diuino,quàm humano Laicis pote-
ſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attri-
*buta ſit.*Sacrum quoq; Concilium Tridenti-
num *ſeſſ.25.cap.10.de reformat.Rota deciſ.*
10.num.4.de conſtitutionib.in antiquis. Na-
uar.in cap.nouit.de iudic.notab.6.num.6. &
nu.30.in primo corollario.Cardin.Bellarmi-
nus tom.2.controuerſ.de Clericis lib.1.ca.28.
in 5.propoſit.& cap.29.Ioan.Azor.Inſtitut.
moral.par.1.lib.5.cap.12. q.1.Molina de iu-
ſtit.& iure tract.2.diſput.31.Cardin. Tuſc.
tom.4.littera I.concluſ.59.nu.1.& ſeq.Mar-
ta de iuriſdict.par.2.q.6. Surdus deciſ.26.nu.
4.Caluacan. deciſ.21.nu.27.lib.5. Anaſta-
ſius Germonius Tarantaſiæ Archiepiſcopus
de ſacrorum immunit. lib.3.cap.15.num.11.
18.& ſeq.Ambroſin.de immunit.Eccleſ.c.16.
nu.4. Farinac.eodem tractatu cap.2.nu.11.
Carolus de Graſſis de effectib clericat.effect.
1.nu.2.& ſeq.Ioannes Maria Bellettus Epi-
ſcopus Hieracen *diſquiſition. clericalis par.1.*
de fauore clericorum perſonali. §.2.*per tot.*
Squillant. de priuileg. Clericorum cap 7.nu.
1.& ſeq.Maurus Burgius de modo procedē-
di ex abrupto centur.1.q.65.nu.3.5.& ſeq.
Maceraten.variarum reſolut.lib.3.reſolut.
2.nu.11.Alexander Sperellus deciſ.fori Ec-
cleſiaſtici 2.nu.126.Dectanus tract.criminal.
*par.1.lib.4 cap.9.ſub nu.1.*Rota in *Lucana*
Iurispatronatus 4.Iunij 1607.coram Domino
Coccino Decano decis.241.num.3.poſt 2.vol.
conſil.Farinac. & in *Rauennaten.emphyteu-*
ſis 28 Martij 1631 coram D.Merlino deciſ.
42.nu.1.cum ſeq. par.6.diuerſorum collecta
per Rubeum.Pater Diana par.1.moralium
reſolut.tract.2.de immunit.Eccleſiaſt.reſol.
1.verſ.2.ſententia ſubſtinet. & reſolut.3.
Pater Ioan.Baptiſta Scortia in ſelectis Sū-
morum Pontificum epitom.31.Theoremat.
*83.& epit.2.Theoremat.70.*Rota *apud Car-*
din.Seraphin.deciſ.957.nu.3.& 4.& in Oscē
Canonicatus 1.Decembris.1595.coram Pe-
nia decis.103.num.4 poſt 2.vol.conſil. Fari-
*nac.*Vincent *de Franchis deciſ.426.num.4.*
Gramatic.deciſ.29.num.9.& ſeq.Rouitus de-
ciſ.38.nu.9.in fin.
6 Siue in ciuilibus, ſiuè, multoq; magis in
criminalibus, agatur. *cap. nullus iudicum.2.*
de foro compet. Rota deciſ.5. de foro compet.
in antiquis.in fin.Vincent. de Franchis deciſ.
656.Alexander Sperellus deciſ.37.nu.74.75.
& ſeq.& deciſ.42.num.9.& 10. Gramatic.d.
deciſ 29.nu.14.& deciſ.61.n.4.6.7.& ſeq.
Maurus Burgius d.q.65.num.4.Cardin.Tu-
ſcus tom.1.littera C.clericus non poteſt. con-
cluſ.387 nu.1.& ſeq. Rouitus deciſ.20.nu.20.
7 *& deciſ.44.num* 1. Par enim ius eſt, & ratio
Clericorum,atq; bonorum Eccleſiarum, vt
*Gloſſ.*docet in *d.cap.Eccleſ.S.Mariæ.10.ver-*
bo.perſonis Eccleſiaſticis de conſtitut.
8 Vt neq; volentes Clerici iudicio ſe ſubij-
cere valeant Laici Iudicis. Quia non perſo-
nale eſt fori priuilegium, quo perfruuntur,
ſed vniuerſale toti ſtatui indultum.*cap.ſi di-*
ligenti 12.& cap.ſignificaſti 18.de foro com-
pet.Gloſſ.in cap.nimis 30.verbo ſeruus.in fin.
de iureiurand.Gloſſ.fin.cum tex.in cap.qua-
liter,& quando 18.de iudic.cap.contingit 36.
vbi etiam *Gloſſ.* verbo *Ordinati.de ſentent,*
excomunicat.auth. ſtatuimus. C. de epiſcop.
& cleric.Gramatic.d.deciſ.29.nu.9.& 10.&
d.deciſ.61.nu.9 & 15.Rota apud Cardin.Se-
raphin.d.deciſ.957.n.5.& apud Sancta me-
mor.Gregor.XV.deciſ.441.nu.8. Surd. d.de-
cis.26.nu.9.& 10.Rouit.d.decis.58.num.9.
Diana d.reſolut.3.Carolus de Graſſis de effe-
ctib.clericatus effectu 1.nu 47.vers.ſubam-
*pliatur.4.*idem *Rouitus d.deciſ.20.nu.15.&*
d.deciſ.44.nu 11.
Si itaq; corām laico Iudice compelli illi
minimè potuere, qui in poſſeſſione erāt bo-
9 norum paternorum, etiam proprium effecta
patrimoniū poſt aditam hereditatem.*l.per*
procuratorem.89. ff de acquirend. haredit.l.
ſed ſi plures.10.§ filio impuberi.ff.de vulga-
ri,& pupillar.l.fin.in fin C.de inofficios.teſt.
Gloſſ.in l.1.§. veteres.verbo per vnum. vers.
tu dic.ff.de acquirend. poſſeſſ.l.cùm haredes.
*23.ff.eod.*noſter *Maranta cons.92.nu.4.in fi.*
Card Tuſcus tom.4.littera H.verbo haredi-
tas.concluſ.18.num.7. & ſeq.& concluſ.19.
Vincent.de Franch.deciſ.307.nu.3. Surd.de-
ciſ.310.nu.10.& deciſ.315.nu.2.Rota par.
2.diuerſorum.deciſ.47.nu.4. & apud ſanctæ
memoriæ *Gregor.XV.deciſ.219.nu.6.Gra-*
tianus forens.diſceptat. par.4.cap.685.nu.1.
diximus *reſpons.30.nu.9.par.3. Rota in Bo-*
nonien.ſucceſſionis 21.Iunij 1632.coram
Dunozetto decis.144.nu 3.par.6.diuerſorum
nouiſſimarum collecta per Rubeum.
Inualidum vtiq; fuit quicquid corā Lai-
co Iudice in Regio Neapolitano Conſilio
geſtum fuit, vti ab incompetente, ac conſe-
10 quenter non Iudice. Quia iuriſdictio in non-
ſubiectum fruſtrà exercetur. *cap.per venera-*
bilem.13.extrà qui filij ſint legitimi,Gram.
d.deciſ 61.nu.7.Rouitus d.deciſ.58.num.9.in
fin.Gratianus par.2.forenſ.cap.238.num.41.
11 *& nu.94.95.& ſeq.*vt iurè parere ei Clerici
non debuerint. *cap. vt animarum 2. de con-*
ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionib. in 6. l. fin. C. de iuriſd. omnium iudicum.

Manutenendi itaq; erunt in poſſeſſione, in qua reperiuntur.

12 Verùm enim verò, ſi rectè omnia in facto,
quod proponitur, inſpiciantur, iuſtaq; trutina
ponderentur. iuxta Domini præceptum *Numerorum* 3. 50. & *cap.* 7. 13. 18. *&* 19. neq; itateras doloſas habuerimus, quod adnotauit *Hieronymus* relatus à Gratiano *can. non aſferamus* 21. 24. *q.* 1. inueniemus vtiq; Clericos prædictos in nulla bonorum prædictorũ poſſeſſione fuiſſe, quo tempore Ioannes Maria de Luca in iudicio graduationis creditorum, Iulij de Luca in Regio Neapolitano Cõſilio egit, atq; pro ſuo credito decreta de immittendo obtinuit. Nam, & ſi quidèm verum ſit, quo tempore, primo loco ipſe aſſiſtentiæ iudicio egit anno 1638. fuiſſe dictos Clericos in poſſeſſione bonorum hæreditariorum, illoſq; citatos exceptionem oppoſuiſſe incompetentiæ Iudicis, atq: remitti inſtitiſſe ad Iudicem ſuum competentem; iurèq: proindè iudicium agitatum fuiſſe cum Ioſepho Laico dumtaxat, & ſententiam datam, quoad 13. & 14. rubricam bonorũ, quæ dictus Laicus poſſidebat, dimiſſis Clericis. Verum quoq: eſt, anno ſubſequenti 1639. illos hæreditatem paternam, vt puta multo grauatam alieno ære, in dicto Regio Conſilio dimiſiſſe: ſeq: à poſſeſſione voluntariè abdicaſſe, atq: vti creditores Iulij patris paſſos fuiſſe ſe in 16. loco graduari in iudicio iacẽtis hæreditatis, vt minimè amplius dici po-
13 tuerit proprium hæredum patrimonium, ſed hæreditas, atq: proindè defuncti Iulij bona. ita nempè Hermogenianus *lib. 6 iuris epit.* in *l. hæreditas* 61. *ff. de acquirend. rerum dominio. Hæreditas* (inquiens) *in multis iuris partibus pro domino habetur*. hoc eſt pro *Defuncto. non hærede. Gloſſ. ibid.* verbo *pro domino.* ſubnectit. *Hæreditas enim* (vt Vlpianus in *l. hæreditas* 34. *ff. eodem* loquitur) *non*
14 *hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet*. Quia nimirum antèquam adeatur in pendenti eſt. vt *Gloſſa* rationem reddens loquitur in *l. ex eo* 33. verbo *ſpectandæ ff. eodem.*
15 Idem autèm fuit, aditam primò hæreditatẽ fuiſſe, & poſteà dimiſſam; adhuc nempè in pendenti fuit poſt dimiſſionem, non enim amplius hæredis patrimonium, ſed defuncti perſeuerauit, in ſuum primæuum ſtatum reuerſum. *Cardinalis Tuſcus tom. 4. littera H. hæreditas iacens. concluſ. 21. nu. 2. & ſeq. & concluſ. 23. hæreditati iacenti. num. 1. & per*
16 *tot.* Cùm facilè admodùm ſit, vnumquodq: ad ſuam reuerti primæuam naturam. iuxta Pauli ſenſum in *l. ſi vnus ex argentarijs.* 28. *§. pactus ne peteret, ff. de pactis. Barboſa in c. cum tempore* 5. *nu.* 5. *de arbitris*. & ibidem *Abb. nu. 2. in princ.* diximus *reſponſ.* noſtra
17 45. *nu.* 13. *par.* 2. Liberumq: ſit vnicuiq: ſuo iuri renunciare. ſecundum regulam, quam Alexander III. in *cap. ſi de terra.* 6. *in fin. extra de priuil.* decernit. & *Gloſſ. ibidem* verbo *renunciare.* concordantia afferens. Ita quidèm, (cum hoc ex libero pendeat arbitrio,)
18 vt remittentibus actiones ſuas non ſit vlterius ad eas regreſſus. vt *Gloſſ. d.* verbo. *renunciare in d. cap. ſi de terra,* docet. quod ab Vlpiano accepit in *l. quæritur.* 14. *§. ſi venditor.*
19 *ff. de ædilitio edict.* Rationem reddente, quare venditor de rei venditæ vitio non teneatur, ſi de eo nominatim exceperit? Sentiens ſe nolle de eo teneri, vt *Gloſſ. ibidem* verbo *exceperit.* adnotat. *Remittentibus enim actiones ſuas,* (inquiens) *non eſt regreſſus dandus.* & *l. fin. in fin. C. de remiſſione pignor. can. quã periculoſum* 8. *vbi gloſſ.* 7. *q.* 1. *cap. ex tranſmiſſa.* 3. *de renunciat. Rota par. 1. tom. 2. in recentiorib. deciſ.* 635. *num.* 3. plures retulimus *reſponſ.* 37. *nu.* 2. *par.* 1. Remiſerunt itaq; hi Clerici actiones ſuas quoad totam hæreditatem, volentes tantùmmodo, vti creditores concurrere. non datus proindè ad eam
20 amplius fuit regreſſus. Licet enim potuerint hæredes hi ſibi ipſis ſoluere ex bonis hæreditarijs, quod ex donatione Iulij patris de-
21 bebatur: voluntariè tamen hæreditatem dimittere elegerunt, & vt ipſis Iudicis officio (vocatis alijs creditoribus) ſolueretur. Renunciauere propterea facultati, quam, vt ſibi ſoluerent, obtinebant. iuxta *Bald.* doctrinam in *l. 2. nu. 29. C. de ſeruitut. & aqua.* dicentis: quòd ſi adeat quis Iudicem, cùm poſſit aliquid facere authoritate propria, ſibi præiudicat, & renunciare videtur facultati ſibi cõpetenti. & repetijt in *l. adem. nu.* 13. *C. locati.* ſequiturq; *Surdus deciſ.* 92. *nu.* 13. *&* 14. Elegerunt proindè ſtare iudicio coram Laico Iudice vti actores, non vti rei, quod etiam
22 Clerico neceſſitate imminet, ex regula Alexandri III. in *cap. ſi Clericus Laicum* 5. *in fi. de foro compet.* dicentis: *Cùm actor forũ rei*
23 *ſequi debeat.* manuq; eius creditum, vti creditores ſortiri, non vti hæredes; quod magis hac via eſſet ipſis conſultum aduerſus futuras lites ab alijs tempore anterioribus creditoribus. quod probat *Bald. in l. debitori.* 7. *nu. 3. verſ. ſed pone quod adiui. C de pactis* ex illomet *tex.* quem ſequitur *Surdus d. deciſ.* 92. *nu.* 7. *& ſeq.* & optimè *Antonius de Virgilio tract. de legitimat. perſonæ, cap.* 11. *nu.* 17. *fol. mihi* 89.

24 Neq; dicant, quòd anno eodem 1639. menſe Septembri Clericus Franciſcus Antonius, & Clericus Alfonſus aſſignationem ſibi inuicem fecere tot bonorum hæreditariorum in ſatisfactionem crediti vniuscuiuſq; eorum, neq; in hoc Iudicis miniſterio indiguiſſe, niſi rem aliquam particulatem amauiſſent. Debere ſuum ſortiri effectum aſſignationem prædictam. iuxta *Baldi* doctrinam in *l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberand.* quam ſequitur *Surd. d. deciſ. 92. nu. 1. & ſeq. & dec. 224. n. 7. verſ. comuni tamen.*

& nu.

Digitized by Google

aliàs fin. de rebus Eccleſ. non alienand. cap.
clerici.8. vbi Scribent. de Iudic. c. ſi quis cō-
tra clericū 4. in princ. de foro compet. Si quis
contrà Clericum. (Gregorius IX. inquit)
cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat.
5 Epiſcopum dixit, non Laicum Iudicē. Por-
rò, quod, ne humano quidem, vel Eccleſia-
ſtico, ſed Diuino magis Clerici, Eccleſiaſti-
cæuè perſonæ à iuriſdictione exemptæ ſunt
Laicorum Iudicum. Quod Deo Altiſſimo
ſacræ ſint, eiq; iure perpetuò dicatæ. d. can. ſi
Imperator. 11. 96. diſt. cap. quanquam 4. §.
cùm igitur. de cenſibus in 6. Concilium La-
teranenſe ſub Leone X. in Bulla cōfirmatio-
nis Curiæ ſeſſ. 9. col. 11. §. & cùm à iure. vol. 3.
conciliorum fol. mihi 646. dicens: Et cùm à
iure tam diuino, quàm humano Laicis pote-
ſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attri-
buta ſit. Sacrum quoq; Concilium Tridenti-
num ſeſſ. 25. cap. 10. de reformat. Rota deciſ.
10. num. 4. de conſtitutionib. in antiquis. Na-
uar. in cap. nouit. de iudic. notab. 6. num. 6. &
nu. 30. in primo corollario. Cardin. Bellarmi-
nus tom. 2. controuerſ. de Clericis lib. 1. ca. 28.
in 5. propoſit. & cap. 29. Ioan. Azor. Inſtitut.
moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. Molina de iu-
ſtit. & iure tract. 2. diſput. 31. Cardin. Tuſc.
tom. 4. littera I. concluſ. 59. nu. 1. & ſeq. Mar-
ta de iuriſdict. par. 2. q. 6. Surdus deciſ. 26. nu.
4. Caluacan. deciſ. 21. nu. 27. lib. 5. Anaſta-
ſius Germonius Tarantaſiæ Archiepiſcopus
de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 15. num. 11.
18. & ſeq. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. c. 16.
nu. 4. Farinac. eodem tractatu cap. 2. nu. 11.
Carolus de Graſſis de effectib. clericat. effect.
1. nu. 2. & ſeq. Ioannes Maria Bellettus Epi-
ſcopus Hieracen diſquiſition. clericalis par. 1.
de fauore clericorum perſonali. §. 2. per tot.
Squillant. de priuileg. Clericorum cap. 7. nu.
1. & ſeq. Maurus Burgius de modo procedē-
di ex abrupto centur. 1. q. 65. nu. 3. 5. & ſeq.
Maceraten. variarum reſolut. lib. 3. reſolut.
2. nu. 11. Alexander Sperellus deciſ. fori Ec-
cleſiaſtici 2. nu. 126. Decianus tract. criminal.
par. 1. lib. 4. cap. 9. ſub nu. 1. Rota in Lucana
Iurispatronatus 4. Iunij 1607. coram Domino
Coccino Decano decis. 241. num. 3. poſt 2. vol.
conſil. Farinac. & in Rauennaten. emphyteu-
ſis 28 Martij 1631. coram D. Merlino deciſ.
42. nu. 1. cum ſeq. par. 6. diuerſorum collecta
per Rubeum. Pater Diana par. 1. moralium
reſolut. tract. 2. de immunit. Eccleſiaſt. reſol.
1. verſ. 2. ſententia ſubſtinet. & reſolut. 3.
Pater Ioan. Baptiſta Scortia in ſelectis Sū-
morum Pontificum epitom. 31. Theoremat.
83. & epit. 2. Theoremat. 70. Rota apud Car-
din. Seraphin. deciſ. 957. nu. 3. & 4. & in Oscē
Canonicatus 1. Decembris. 1595. coram Pe-
nia decis. 103. num. 4. poſt 2. vol. conſil. Fari-
nac. Vincent. de Francbis deciſ. 426. num. 4.
Gramatic. deciſ. 29. num. 9. & ſeq. Rouitus de-
ciſ. 58. nu. 9. in fin.
6 Siue in ciuilibus, ſiuè, multoq; magis in
criminalibus, agatur. cap. nullus iudicum. 2.
de foro compet. Rota deciſ. 5. de foro compet.
in antiquis. in fin. Vincent. de Francbis deciſ.
656. Alexander Sperellus deciſ. 37. nu. 74. 75.
& ſeq. & deciſ. 42. num. 9. & 10. Gramatic. d.
deciſ. 29. nu. 14. & deciſ. 61. n. 4. 6. 7. & ſeq.
Maurus Burgius d. q. 65. num. 4. Cardin. Tu-
ſcus tom. 1. littera C. clericus non poteſt. con-
cluſ. 387. nu. 1. & ſeq. Rouitus deciſ. 20. nu. 20.
7 & deciſ. 44. num. 1. Par enim ius eſt, & ratio
Clericorum, atq; bonorum Eccleſiarum, vt
Gloſſ. docet in d. cap. Eccleſ. S. Mariæ. 10. ver-
bo. perſonis Eccleſiaſticis de conſtitut.
8 Vt neq; volentes Clerici iudicio ſe ſubij-
cere valeant Laici Iudicis. Quia non perſo-
nale eſt fori priuilegium, quo perfruuntur,
ſed vniuerſale toti ſtatus indultum. cap. ſi di-
ligenti 12. & cap. ſignificaſti 18. de foro com-
pet. Gloſſ. in cap. nimis 30. verbo ſeruus. in fin.
de iureiurand. Gloſſ. fin. cum tex. in cap. qua-
liter, & quando 18. de iudic. cap. contingit 36.
vbi etiam Gloſſ. verbo Ordinati. de ſentent.
excomunicat. auth. ſtatuimus. C. de epiſcop.
& cleric. Gramatic. d. deciſ. 29. nu. 9. & 10. &
d. deciſ. 61. nu. 9. & 15. Rota apud Cardin. Se-
raphin. d. deciſ. 957. n. 5. & apud Sanctæ me-
mor. Gregor. XV. deciſ. 441. nu. 8. Surd. d. de-
cis. 26. nu. 9. & 10. Rouit. d. decis. 58. num. 9.
Diana d. reſolut. 3. Carolus de Graſſis de effe-
ctib. clericatus effectu 1. nu. 47. verſ. subam-
pliatur. 4. idem Rouitus d. deciſ. 20. nu. 15. &
d. deciſ. 44. nu. 11.
Si itaq; coràm laico Iudice compelli illi
minimè potuere, qui in poſſeſſione erāt bo-
9 norum paternorum, etiam proprium effecta
patrimoniū poſt aditam hęreditatem. l. per
procuratorem. 89. ff de acquirend. hæredit. l.
ſed ſi plures. 10. § filio impuberi. ff. de vulga-
ri, & pupillar. l. fin. in fin C. de inofficios. teſt.
Gloſſ. in l. 1. §. veteres. verbo per vnum. verſ.
tu dic. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. cùm hæredes.
23. ff. eod. noſter Maranta conſ. 92. nu. 4. in fi.
Card. Tuſcus tom. 4. littera H. verbo hæredi-
tas. concluſ. 18. num. 7. & ſeq. & concluſ. 19.
Vincent. de Francb. deciſ. 307. nu. 3. Surd. de-
ciſ. 310. nu. 10. & deciſ. 315. nu. 2. Rota par.
2. diuerſorum. deciſ. 47. nu. 4. & apud ſanctæ
memoriæ Gregor. XV. deciſ. 219. nu. 6. Gra-
tianus forenſ. diſceptat. par. 4. cap. 685. nu. 1.
diximus reſponſ. 30. nu. 9. par. 3. Rota in Bo-
nonien. ſucceſſionis 21. Iunij 1632. coram
Dunozetto decis. 144. nu. 3. par. 6. diuerſorum
nouiſſimarum collecta per Rubeum.
Inualidum vtiq; fuit quicquid corā Lai-
co Iudice in Regio Neapolitano Conſilio
geſtum fuit, vti ab incompetente, ac conſe-
10 quenter non Iudice. Quia iuriſdictio in non
ſubiectum fruſtrà exercetur. cap. per venera-
bilem. 13. extrà qui filij ſint legitimi, Gram.
d. deciſ. 61. nu. 7. Rouitus d. deciſ. 58. num. 9. in
fin. Gratianus par. 2. forenſ. cap. 238. num. 41.
11 & nu. 94. 95. & ſeq. vt iurè parere ei Clerici
non debuerint. cap. vt animarum 2. de con-
ſtitu-

ſtitutionib. in 6. l. fin. C. de iuriſd. omnium iudicum.

Manutenendi itaq; erunt in poſſeſſione, in qua reperiuntur.

12 Verùm enim verò, ſi rectè omnia in ſacto,
quod proponitur, inſpiciantur, iuſtaq; trutina
ponderentur. iuxta Domini præceptum *Numerorum* 3. 50. & *cap.* 7. 13. 18. & 19. neq; litteras doloſas habuerimus, quod adnotauit
Hieronymus relatus à Gratiano *can. non afferamus* 21. 24. *q.* 1. inueniemus vtiq; Clericos prædictos in nulla bonorum prædictorũ
poſſeſſione fuiſſe, quo tempore Ioannes Maria de Luca in iudicio graduationis creditorum Iulij de Luca in Regio Neapolitano Cõſilio egit, atq; pro ſuo credito decreta de immittendo obtinuit. Nam, & ſi quidem verum ſit, quo tempore, primo loco ipſe aſſiſtentiæ iudicio egit anno 1638. fuiſſe dictos
Clericos in poſſeſſione bonorum hæreditariorum, illoſq; citatos exceptionem oppoſuiſſe incompetentiæ Iudicis, atq: remitti inſtitiſſe ad Iudicem ſuum competentem; iurèq: proindè iudicium agitatum fuiſſe cum Ioſepho Laico dumtaxar, & ſententiam datam, quoad 13. & 14. rubricam bonorũ, quæ dictus Laicus poſſidebat, dimiſſis Clericis. Verum quoq: eſt, anno ſubſequenti 1639. illos hæreditatem paternam, vt puta multo grauatam alieno ære, in dicto Regio Conſilio dimiſiſſe: ſeq: à poſſeſſione voluntariè abdicaſſe, atq: vti creditores Iulij patris paſſos fuiſſe ſe in 16. loco graduari in iudicio iacẽtis hæreditatis, vt minimè amplius dici po-
13 tuerit proprium hæredum patrimonium,
ſed hæreditas, atq: proindè defuncti Iulij bona. ita nempè Hermogenianus *lib. 6 iuris epit.* in *l. hæreditas* 61. *ff. de acquirend. rerum dominio. Hæreditas* (inquiens) *in multis iuris partibus pro domino habetur.* hoc eſt pro *Defuncto. non hærede. Gloſſ. ibid.* verbo *pro domino.* ſubnectit. *Hæreditas enim* (vt Vlpianus in *l. hæreditas* 34. *ff. eodem* loquitur) *non*
14 *hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet.*
Quia nimirum antequam adeatur in pendenti eſt. vt *Gloſſa* rationem reddens loquitur in *l. ex eo* 33. verbo *ſpectandæ ff. eodem.*
15 Idem autèm fuit, aditam primò hæreditatẽ
fuiſſe, & poſteà dimiſſam; adhuc nempè in pendenti fuit poſt dimiſſionem, non enim amplius hæredis patrimonium, ſed defuncti perſeuerauit, in ſuum primæuum ſtatum reuerſum. *Cardinalis Tuſcus tom. 4. littera H. hæreditas iacens. concluſ. 21. nu. 2. & ſeq. & concluſ. 23. hæreditati iacenti. num. 1. & per*
16 *tot.* Cùm facilè admodùm ſit, vnumquodq:
ad ſuam reuerti primæuam naturam. iuxta Pauli ſenſum in *l. ſi vnus ex argentarijs.* 28. *§. pactus ne peteret, ff. de pactis. Barboſa in c. cum tẽmpore 5. nu. 5. de arbitris.* & ibidem *Abb. nu. 2. in princ.* diximus *reſponſ.* noſtra
17 45. *nu.* 13. *par.* 2. Liberumq: ſit vnicuiq: ſuo
iuri renunciare. ſecundum regulam, quam Alexander III. in *cap. ſi de terra. 6. in fin. extra de priuil.* decernit. & *Gloſſ. ibidem* verbo *renunciare.* concordantia afferens. Ita quidèm, (cùm hoc ex libero pendeat arbitrio,)
18 vt remittentibus actiones ſuas non ſit vlte-
rius ad eas regreſſus. vt *Gloſſ. d.* verbo. *renunciare in d. cap. ſi de terra,* docet. quod ab Vlpiano accepit in *l. quæritur.* 14. *§. ſi venditor.*
19 *ff. de ædilitio edict.* Rationem reddente, qua-
re venditor de rei venditæ vitio non teneatur, ſi de eo nominatim exceperit? Sentiens ſe nolle de eo teneri, vt *Gloſſ. ibidem* verbo *exceperit.* adnotat. *Remittentibus enim actiones ſuas,* (inquiens) *non eſt regreſſus dandus.* & *l. fin. in fin. C. de remiſſione pignor. can. quã periculoſum 8. vbi gloſſ. 7. q. 1. cap. ex tranſmiſſa. 3. de renunciat. Rota par. 1. tom. 2. in recentiorib. deciſ. 635. num. 3.* plures retulimus *reſponſ. 37. nu. 2. par. 1.* Remiſerunt itaq; hi Clerici actiones ſuas quoad totam hæreditatem, volentes tantùmmodo, vti creditores concurrere. non datus proindè ad eam
20 amplius fuit regreſſus. Licet enim potuerint
hæredes hi ſibi ipſis ſoluere ex bonis hæreditarijs, quod ex donatione Iulij patris de-
21 bebatur: voluntariè tamen hæreditatem di-
mittere elegerunt, & vt ipſis Iudicis officio (vocatis alijs creditoribus) ſolueretur. Renunciauere propterea facultati, quam, vt ſibi ſoluerent, obtinebant. iuxta *Bald.* doctrinam in *l. 2. nu. 29. C. de ſeruitut. & aqua.* dicentis: quòd ſi adeat quis Iudicem, cùm poſſit aliquid facere authoritate propria, ſibi præiudicat, & renunciare videtur facultati ſibi cõpetenti. & repetijt in *l. eadem. nu. 13. C. locati.* ſequiturq; *Surdus deciſ. 92. nu. 13. & 14.* Elegerunt proindè ſtare iudicio coram Laico Iudice vti actores, non vti rei, quod etiam
22 Clerico neceſſitate imminet, ex regula Ale-
xandri III. in *cap. ſi Clericus Laicum 5. in fi. de foro compet.* dicentis: *Cùm actor forum rei*
23 *ſequi debeat.* manuq; ejus creditum, vti cre-
ditores ſortiri, non vti hæredes; quod magis hac via eſſet ipſis conſultum aduerſus futuras lites ab alijs tempore anterioribus creditoribus. quod probat *Bald. in l. debitori. 7. nu. 3. verſ. ſed pone quod adiui. C de pactis* ex illomet *tex.* quem ſequitur *Surdus d. deciſ. 92. nu. 7. & ſeq.* & optimè *Antonius de Virgilio tract. de legitimat. perſonæ, cap. 11. nu. 17. fol. mihi* 89.
24 Neq; dicant, quòd anno eodem 1639.
menſe Septembri Clericus Franciſcus Antonius, & Clericus Alfonſus aſſignationem ſibi inuicem fecere tot bonorum hæreditariorum in ſatisfactionem crediti vniuſcuiuſq; eorum, neq; in hoc Iudicis miniſterio indiguiſſe, niſi rem aliquam particularem amauiſſent. Debere ſuum ſortiri effectum aſſignationem prædictam. iuxta *Baldi* doctrinam in *l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberand.* quam ſequitur *Surd. d. deciſ. 92. nu. 1. & ſeq. & dec. 224. n. 7. verſ. comuni tamen.*

& nu.

& nu.8.& ſeq. Antonius de Virgilio d.c.11.
n.17. in princip. Rota parte 1. diuerſorum
dec.680 ſub n.6. coram Aldrobandino, po-
ſtea Clemente VII. quam ſequuta fuit ea-
dem Rota apud *Cardin. Seraphinum deciſ.*
967.num 1.atq; proindè manuteneri in poſ-
ſeſſione bonorum prædictorum, neq; po-
tuiſſe Ioannem Mariam aduerſus eos expe-
riri apud Laicos Iudices.
25 Animaduertatur (queſo) quòd aſſigna-
tionem prædictam ſibi inuicem fecerunt
Clerici prædicti poſtquàm eodẽ anno 1639.
menſe Iulio hæreditatem dimiſiſsẽt, atq; co-
ram Regio Neapolitano Conſilio ſeparari
eorum creditum à tota hæreditate, atq; Cre-
ditores vocari inſtiterunt ad concurrendum
26 vnumquenq; ad anterioritatis tempus, vt
qui prior in tempore, is potior in iure
fuiſſet. regula *qui prior 54. de regulis Iur. in*
6. & l fin. §. & ſi prefatam, C. de Iure delibe-
27 *rand.* atq; graduationem fieri obtinuerant,
ipſiq; XVI. loco relati fuerant; quod facere
potuere, iuxta notata per dictum *de Virgilio*
dict. cap. 11. num. 17. Surd. dict. deciſ. 224. n.
3. & ipſemet *conſ. 7. num 32. & conſ. 138. nu.*
25. lib. 1.
28 Erat itaq; iacens hæreditas; neq; ipſi vti
hæredes, dimiſſa iã hæreditate, de bonis hæ-
reditatis diſponere amplius poterant. ad di-
ctam regulam ſupra allatam ex Vulpiano in
d. l. queritur. 14. §. ſi venditor, ff. de edilitio
edicto. quod: *remittentibus actiones ſuas, non*
29 *eſt regreſſus dandus.* Non enim vti hæredes
computabantur amplius, vt neq; commo-
dum vllum ex hæreditate, vti hæredes per-
cipere poſſent; quemadmodùm neq; in dã-
no aliquo eſſe poterant, bonis iam per in-
uẽtarij confectionem ſeparatis, multoq; ma-
gis per hæreditatis dimiſſionem. ad *text. in*
d. l fin §. Et ſi præfatam, & §. licentia danda,
C. de Iure deliberandi, Surdus d. deciſ. 92. nu.
5. & d. dec. 224 n. 3.
Inutiliter igitur egere, ac nullitet. nihil
autem ſequi in eorum commodum potuit,
30 ex actu nullo. Quem effectum porrò parere
potuit, quod nullum eſt? *cap. ad diſſoluendũ*
12. de deſponſat. impuber. l. 4. §. condemnatũ,
31 *ff de re Iudic.* vt neq; confirmatione vlla va-
lidari poſſit. *Surd. conſ. 37 num. 9. lib. 1.* dixi-
mùs *reſponſ. 88. num. 75. 76. & ſeqq. part. 3.*
Nulla propterea ſequuta fuit poſſeſſio,
32 quæ manutenibilis eſſet. Quia profectò poſ-
ſeſſio bonorum hæreditariorum tunc vacãs
non erat, cùm ratione cuſtodiæ per Neapo-
litanum Regium Cõſilium detineretur, da-
tis Curatoribus hæreditati iacẽti. iuxta Pau-
li ſenſum *in l. ſi in emptione 2. §. vacua poſ-*
33 *ſeſſio, ff. de actionib. empti. Vacua* (enim dicit
ipſe) *poſſeſſio emptori tradita nõ intelligitur,*
ſi alius in ea legatorum, fideicommiſſorumvè
ſeruandorum cauſa in poſſeſſione eſt; aut
creditores bona poſsideant. Rei ſeruãdæ cau-
ſa addit *Gloſſ. ibidem* verbo *poſsideant.*
34 Quamuis verè poſſidere non dicantur, ſed
detinere, vt decernit perquam optimè idẽ
Paulus *lib. 54.* ad edictum in *l. poſſideri autẽ*
3. §. fin ff. de acquirenda, vel amittenda poſ-
ſeſſ. rationem de hoc ipſo reddens: *Nam qui*
creditorem rei ſeruandę cauſa, (dicens) *vel*
quia damni infecti non caueatur, vel ventris
nomine mittit in poſſeſsionem: non poſſeſsio-
nem, ſed cuſtodiam rerum, & obſeruationem
concedit. & ſequitur *Gloſſ. in d. §. vacua poſ-*
ſeſſio. verbo *bona poſsideant. d. l. 2. de actio-*
nib. empti. Rota apud *Card. Seraphinum dec.*
82. n. 5. & apud *Duranum* Epiſcopum Vr-
gellen. *dec. 269. n. 8. & 9. part 2.*
Neq; inſiſtant; quòd hæc ipſa eorum inter
ſe facta aſſignatio bonorum fuerit decreto
Iudicis Cauſę Commiſſarij, die 6. Octobris
1639. confirmata; atq; propterea ablatum
35 ſequeſtrum iam antè appoſitum. vt non ſit
vllo modo verendum Iudicem ſuo functum
fuiſſe officio. debuiſſe idcirco ipſos vocari
apud ſuum competẽtem Iudicem Eccleſia-
ſticum. ad *text. in d cap. ſi quis contra Cleri-*
cum 4. in princ. de foro compet. Menochius
de adipiſcend. poſſeſſione remed. 15. num. 219.
cum ſeq. Marta de Iuriſdit. part. 4 caſu 159.
à num. 6. cum ſeqq. pænè ad fin. in 1. articulo.
Gratianus forenſ. d. cap. 238. num. 94. & 95.
Scipio Rouitus dec. 44. à n. 4. cum ſeq. vbi ita
deciſum refert, quicquid alias per prius de-
cretum fuiſſet.
36 Cùm quidem, quia decretum prædictum
cùm emanaſſet partibus minimè auditis, in-
tra ipſos decem dies ad appellandum, prę uia
decretatione Præſidis, quod faciat verbum
37 in Sacro Conſilio, fuit ſuſpenſum, quod fieri
potuit antequam effectum obtinuiſſet; eun-
dem Iudicem moderando decretum ſuum.
ad tex. in. cap. niſi ſpecialis 2. vbi Abb. & alij
de authorit. et vſu pallij. Gloſſ. in c. conque-
rente 7. in verbo ſi ita eſt. in fin. de reſtitut.
ſpoliat. Felin. in cap. qualiter, & quando 17.
col. 3. n. 5. in 3. notab. de accuſation. Genuenſ.
in manuali prælatorum cap. 5. n. 6. Carolus
de Graſſis. effectu 1. n. 947. de effectib. clericat.
38 Tùm quòd cùm decretũ fuerit interlocu-
toriũ, potuit per eundem Iudicem reuocari,
præſertim antequam effectum obtinuiſſet;
atq; cum cauſa. iuxta Celſi verba *lib. 25.* di-
geſtorum in *l. quod iuſſit 14. ff. de reiudic.* di-
centis: *Quod iuſsit, vetuitve Pretor, contrario*
imperio tollere, & remittere poteſt; licet
de ſententijs contra. & ibid. pluribus *Gloſſ.*
verbo *Pretor.* noſter *Maranta in ſpeculo* 4.
part. in 5. diſtinct. Iudicior. An ſit Iudicium
ordinarium, vel delegatum. in 22. differentia
num. 52.
39 Nec refragantur, quæ *Marta d. caſu 159.*
à n. 14. perpendit. Nam ipſemet ſe declarat;
loquitur enim poſt immiſſionem in poſſeſ-
ſionem, atq; decreto effectum ſortito. tunc
nempè officio ſuo functus dicitur Iudex, vt
mutare haud minimè poſſit decretum pro
Cle-

Clerico latum,ſed petens adire debet Iudi-
cem illius competentem , vt proſequitur *n.
19.& ſequent.*& *n.30.31.& 32.in 2.articu-
lo.* iuxta terminos in quibus loquitur *Roui-
tus d.deciſ.44.num.4.& ſeqq.*& ita diſtinguit
*Paulus Squillantes de priuileg. Clericorum
cap.7.num.81.Carolus de Graſſis de effectib.
Clericat. effect.1.nu.947.* referens *Peregrin.
de fideicommiſſis artic.48. num.62. & ſeqq.*
40 quamuis Peregrinum carpant. *Gratianus
forenſ.d.cap.238 nu.95.Marta d. caſu 159.
num.29.in fin.& 32.Scipio Rouit.d.deciſ.44.
num.9.* & ita apertiſſimè loquitur *Gloſſ.*in
*dict.l.poſſideri 3.§.fi.*verb. *non poſſeſſionem,
ff.de acquirenda,vel amittend.poſſeſſ.*dicens:
41 *In creditore dic,ſi realiter agit,& immiſſus
eſt in poſſeſſionem rei petitæ , ſtatim poſſidet.*
de immiſſo loquitur, non ſanè de decreto ,
præſertim interlocutorio, ſi illud effectum
nullum habuerit, neq; qui illud obtinuit ,
poſſeſſionē ex eo nactus fuerit : adhùc enim
42 remanſit poſſeſſio ſub ſequeſtro.Et decretū,
ſiue ſententia poſſeſſionem, ſine apprehen-
ſione non tribuit , vt dixit Rota in *Rauen-
naten.Saluiani coram Iuſto 1604.apud Sta
tilium Pacificum dec.144.n.2.*

Deindè, quod decretum fuit conditio-
nale duplici iure. primò,quia emanauit ci-
tra præiudicium Iurium creditorum.Secun.
dò,cum clauſula , & expediantur prouiſio-
nes , &poſſeſſio conſignanda committatur
Capitaneo Ciuitatis Iuuenacij.

43 Decretum autem conditionale poſſeſſio-
nem non tribuit. Subueniant tibi, quæ in
hanc rem de cōditionali libertate indulta
Papinianus *lib.* 14. reſponſorum in *leg. Te-
ſtamento Centurio 51.§.1.ff. de manum. te-
ſtam.* tradidit: *Cùm ita teſtamento aſcrip-
tum eſſet,* (dicens) *Serui , qui ſine offenſa
fuerunt,liberi ſunto, conditionem aſcriptam
videri placuit; cuius interpretationem talem
faciendam; vt de ijs in libertate danda cogi-
taſſe non videatur,quos pœna coercuit,vt ab
honore adminiſtrandi , vel adminiſtrandæ
rei negotio remouit.* Id ergo conditio ope-
ratur,ne libertatem conſequātur, quos pœ-
na coercuit, & malè ſe in negotio geſſerunt,
44 quia conditio ſuſpendit effectum. Strictiùs
autem ad rem noſtram de conditionali poſ-
ſeſſione Iulianus *lib.*44.digeſtorum.in *l.qui
abſenti ſeruo 38.§.1. ff. de acquirenda poſ-
ſeſſ.Si quis poſſeſſionem fundi* (inquiens) *ita
tradiderit,vt ita demum cedere eam dicat, ſi
ipſius fundus eſſet: non videtur poſſeſſio tra-
dita, ſi fundus alienus ſit.Hoc amplius exi-
ſtimandum eſt , poſſeſsionem ſub conditio-
ne tradi poſſe, ſicut res ſub conditione tra-
45 duntur; neq; aliter accipientis fiunt,quàm
conditio extiterit.* Tradidit Iudex, eo pacto
46 poſſeſſionem,eaq;conditione ; ſi præiudiciū
creditoribus non fieret: eo igitur præſente ,
poſſeſſio data nō fuit.Potuere itaq; credito-
res de ſuo conqueri præiudicio. Illis ergo
conquerentibus poſſeſſio reuocata fuit, ni-
hilq; actum conditione pendente. Nullam
ergo nacti poſſeſſionem hi fuere Clerici, de-
creto ſuſpenſo traditionis illius.præſtitit de-
ciſionem hāc apertiſſimè Innocentius Ter-
tius in *cap.olim 14. de reſtitut. ſpoliat.* quo
loco *Glo.*verbo *traditam.*diſertis verbis ad
rem noſtram proprius,ſubnectens. Tradi-
47 tam ſub conditione.*Qua non exiſtente,tra-
ditio non valebat.arg. infrà de conditionib.
apposit.de illis.& cap.verùm. & Inſtitut. de
verbor.obligat §.ex conditionali. Et ideo di-
ctus Magiſter non poſſidebat. Nam tum de-
mum dicitur quis poſſidere,cum conditio ex-
tat, ff.de acquirend.poſſeſſ.l.qui abſenti, §.ſi
quis.*ſic Gloſſ. Non ergo poſſeſſionem nacti
fuere Clerici,conditione non exiſtente ; de-
48 cretoq; ſuſpenſo de illa tradenda. atq; vim
vi repellendo , vt idem Innocentius *d.cap.
olim circa finem.*loquitur.hanc eandem ſen-
tentiam ſequuta fuit *Rota apud* Puteum *dec.
34.lib.2.*in Romana impreſſione nouiſſima.
*Rota apud Tholomæum par.3.lib.3.diuerſo-
rum deciſ.1013.n.1. & 2.& part.4. etiam
diuerſorum collecta per Farinac. deciſ.412.
numer.2.& apud S.Mem.Gregor. XV.deciſ.
283.n.3.& 4. & dec.332.n.4.* vbi plenè *Bel-
tramin.* addens *num.6.* & *apud Card. Sera-
phin.deciſ.403.n.1.& 2.* vbi ſubnectit,acce-
49 ptātem poſſeſſionem cum clauſula(ſine præ-
iudicio creditorum) ſibi ipſi præiudicium
inferre.& optimè Rota apud *Card. Caualer.
deciſ.62.nu.6. & deciſ.633.n.5.& 6.* eadem
Rota in Ciuitatis *Caſtelli ſupplementi legi-
timæ 30. Aprilis 1632. coram Pirouano. de-
ciſ.121.num.7. part. 6.diuerſorum nouiſſi-
marū per Rubeum collect.1.Ioſeph Ludoui-
cus deciſ. Peruſin. 47.nu.22. & 23. Surdus
deciſ.333.num.10. Peregrin. de fideicomm.
art.47. n.29.*

Ex neutro igitur propoſitorum capite ,
poſſeſſionem conſequuti fuere Clerici,non
ex primo,quia conditionaliter vt daretur ,
dictum fuit, *citra præiudicium creditorum,*
neq; ex ſecundo,quia neq; poſſeſſionem cō-
ſequuti fuere à manu Gubernatoris Iuue-
nacij,decreto ipſo ſuſpenſo, neq; prouiſio-
50 nes expeditæ. limitibus nempè reſtrictum
decretum fuit Iudicis , præteriri idcirco ij
non potuere. iuxta Florentini ſenſum *lib.6.*
Inſtitutionum in *l.in agris 16.ff. de acquir.
rerum dominio.*ſequitur perpenſionem hāc
Surdus *d.dec.333.num.11. Marcus Anton.
Thomat. Rota Maceraten. deciſ.53.num.5.
& 6.*poſſeſſionem igitur conſequuti decre-
to prædicto minimè hi fuerunt Clerici. Sine
51 poſſeſſione verò manutenentio non proce-
dit. Quid enim manuteneas, & conſerues ,
52 qui non poſſidet ? Quemadmodùm ſine
poſſeſſione neq; præſcriptio procedit , quæ
eſt effectus poſſeſſionis.regula *ſine poſſeſsio-
ne 3. de regul.Iur. in 6.* & perpendit *Rota*
apud S.Memor.*Gregor. XV. dict. deciſ.*283.

in princip. & deciſion. 331. *numer.*1. *&*
53 *ſeq.*vt nequè Iuris ſola aſſiſtentia ſufficiat
ad manutenendum ſine poſſeſſione. *Rota*
apud eundem S.Mem.*Gregor.XV. dec.*312.
*n.*1.& ibidem *Beltram. n.*4.Nam & ſi planè
54 mandatum de manutenendo denegari mi-
nimè poſſit ei,qui in poſſeſſione eſt,§. *hodie.*
*Inſtitutionib. de interdictis. Rota part.*2.
*tom.*2.*in recentiorib.deciſ.*591.*n.*1. de tem-
55 pore potiſſimùm motę litis.*Rota apud Coc-*
*cinum Decanum deciſ.*46. & in *Arboren.*
Canonicatus 8.*Martij* 1632.*coram Merli-*
*no dec.*337.*n.*2. apud *Poſtium ad calcem*
56 *tract. de manutenendo.* etiam per vnicum
actum.*Vincent.Anna allegat.*131.*nu.*1. *&*
*ſeq.*Haud tamen ei conceditur, qui poſſeſ-
57 ſionem nullam obtinet; neq; etiam ciui-
lem,cùm illam propria volũtate dimiſerint,
58 hæreditatem dimittendo. poſſeſſio verò ſi-
cuti ſolo animo retinetur, ita & ſolo animo
amittitur.*l.*3.§.*in amittenda,ff. de acquiren.*
*poſſeſſione.Rota apud Caualer. dec.*48 *nu.*3.
*& deciſ.*655.*num.*12. *& apud Coccinum*
Decanum deciſ. 366.*num.*5. *& deciſ.*390.*n.*
6.*& deciſ.*380.*numer.*4. & apud S. Memor.
59 *Gregor.XV.deciſ.*252.*num.*4. multoq; ma-
gis per actum facti poſitiui, cùm poſſeſſio
facti ſit.*cap.cum noſtris.*6. *de conceſſion.prę-*
60 *bend.* vt non præſumatur, niſi probetur.
Rota apud *Cardin Caualer.deciſ* 429.*nu.*1.
diximus *reſponſ.*42.*nu.*7.*par* 3. Amiſerunt
itaq; voluntariè poſſeſſionem hæreditatis,
quam per aditionem obtinuerant, quia
dimiſerunt illam, neq; amplius illam rene-
xere. ſine poſſeſſione proindè remanſere.
nullum ergò illis de manutenendo manda-
tum debetur, qui in poſſeſſione non ſunt,
nequè fuere de tempore agitati iudicij per
Ioannem Mariam graduari ſe loco ſuo in-
61 ſtantem.vnde & tertio loco locatus fuit.an-
terior quo circa tempore, vt anterior quoq;
eſſet in Iure. *regula,qui prior* 54. *de regul.*
Iur in 6.

Neq; conquærantur,quòd illis non voca-
tis proceſſerit in Cõſilio Neapolitano Ioan-
nes Maria.vt nullum omninò fuerit, quod
62 obtinuit.ad *tex.*in *l.de vnoquoq;* 47.*ff.de*
re iudic. Pręter quam, quòd enim nihil hæc
inſtantia quòad iudicium manutentionis,
faciat,quod(vt diximus) in poſſeſſione fun-
datur.

Nihilominus neq; vocandi illi fuerant in
63 iudicio, dimiſſa iam hæreditate; non enim
cum ipſis iudicium proſequutus fuit Ioan-
nes Maria;ſed cum hæreditate iacente, vo-
catis Curatoribus ad illam tuendam datis,
qui hæredis vice habentur, & cum quibus
creditores iudicium proſequi tenentur. *Vl-*
*pianus lib.*65.ad edictum in *l.de Curatore* 2.
*ff.de Curatore bonis dando.*Paulus *lib.*9. ad
edictum in *leg.debitor meus.*14.*ff de negot.*
*geſt.*idem Vlpianus in *l.ſi diù incertum* 8.*in*
fin.ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.
proſequiturq; *Antonius de Virgilio dict.*
*tract.de legitimat.perſonæ cap.*21. *numer.*1.
*Card.Tuſcus tom.*4.*lit.H.d.concluſ.*23.*per*
*tot.præſertim n.*6.*&* 10.

Quam ob cauſam(fac illos ex ſe poſſeſſio-
nem nactos fuiſſe,etiam non per manus Gu-
bernatoris Iuuenacij, ad quem dirigendæ
64 fuerant prouiſiones) neq; illis huiuſmodi
poſſeſſio ſuffragaretur,vti vitioſa, & attenta-
ta,ideoq;nec manutenibilis; quod ex hu-
iuſcemodi actibus poſſeſſio minimè con-
quiratur.*Rota par.*4.*diuerſorum collecta per*
*Farinac.deciſ.*165.*num.*5.*&* 6.ſequitur *Po-*
ſtius de mandato de manutenendo obſeruat.
48.*nu* 8.*& ſeq.Rota in Albanen. confinium*
20. *Iuny* 1620. *coram Pirouano deciſion.*
156.*num.*11.*per Poſtium poſt tract. prędi-*
ctum.

Manuteneri propterea minimè potuere
dicti Clerici in poſſeſſione, quam non ha-
bebant. Moderari ergo debuit Monito-
rium.

Vt ex his reſpondendum cenſuimus, atq;
ita decreuimus,moderandum eſſe Monito-
rium.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Febris,& ſitis frigidæ hauſtu temperatur.*
Excitat tamen iterum bibendi deſide-
rium.
2 *Diuitiæ vitæ huius,habendi deſiderium non*
ſatiant.
In pretio tamen apud mundi amatores
*habentur.n.*3.
4 *Fideicommiſſo poteſt expreſsè per Partes re-*
nunciari.
Tametſi id contra defuncti voluntatem
*fiat.nu.*5.
Omnium tamen eorum,qui vocati fuere,
conſenſus requiritur n 6.
7 *Alteri per alterum(ſine facto proprio)iniqua*
conditio non infertur.
8 *Nemo alterius odio prægrauari debet.*
9 *Fideicommiſſum,quod agnationis, ſiue fa-*
milię in conſeruationem tendit,fauo-
rabile dicitur.
Quia publica indè ſurgit vtilitas.
10 *Reipublicę intereſt familiarum dignitatem*
ſaluam fieri.
Quemadmodùm & partum non ſubijci.
*num.*11.
12 *Familia,& agnatio confunditur.*
13 *Fideicommiſſa indè reſtringuntur, & ar-*
ctantur,ne intercidant.
14 *Ambiguo, dubioquè in facto id commodiſſi-*
mè accipiendum, vt res valeat, non pe-
reat.
15 *Fideicommiſſum familię, & agnationis con-*
ſer-

Digitized by Google

ſeruandę gratia rogatum laxè interpretari oportet.
Quia per fideicommiſſa familiæ conſeruātur.n.16.
Latè proindè interpretari ea non dedecet.
Multoq; magis ſi fideicommiſſum reale fuerit.n.17.
17 *Fideicommiſſum ex quibus reale dicatur? Et ex quibus perſonale? n.18.*
19 *Vſuſfructus quid perſonale eſt.*
20 *Vſuſfructus quid?*
Eſt veluti accidens.n.21.
Quia eſt Ius in corpore.n.22.
Et ſine perſona, qua ſubſtentatur, conſtitui non poteſt.
23 *Accidens ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*
24 *Renunciatio æquiuoca non ſubleuat; ſicuti probatio.*
Etiam in materia fauorabili.n.25.
Vnde debet eſſe neceſſario concludens. num.26.
27 *Renunciatio Generalis ad fideicommiſſum non extenditur.*
Etiam data fideicommiſſi ſcientia.
Etiam iuramento accedente.n.28.
Et in dubio non renunciatum fideicommiſſo æſtimare debemus.n.29.
Potiſſimùm poſtquam fuit fideicōmiſſum acceptatum.n.30.
Et in fauorem tendat familiæ.
Nam efficitur inrenunciabile.n.31.
Præſertim ſi in actu inter viuos rogatum fuerit.n.32.
Quia etiam abſentibus proficit.
33 *Quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur?*
34 *Legatum dotis an multiplicatum debeatur?*
Quemadmodùm alimentorum multiplicatum nequaquam debetur.
Deberi vtrumquè dotis legatum Author ſubſtinet.n.35.
Quia reprobare non potuit teſtator ſemel probatum.n.36.
Præſertim ſi contrarium non appareat ex mente teſtatoris.n.37.
Quod onus probandi heredi eſt.n.38.
Potiſſimùm ſi in diuerſis ſcripturis relictū fuerit.n.39.
Vt mutatam voluntatem hæres præſtare cogatur.n.40.
Etiam ſi ex obliuione teſtatoris id acciderit.n.41.
Quia duæ ſummæ iunguntur.n.42.
Præcipuè ſi vna ſumma inter viuos, in vltima voluntate altera relicta fuerit. num 43.
Contrarium afferunt alij.n.44.
Quia dos natura ſua multiplicationem non admittit.n.45.
Sed diſtinctionis fœdere conciliantur ſententiæ.n.46
45 *Dos natura ſua multiplicationem non admittit.*
47 *Actuum multiplicatio non præſumitur.*
48 *Alimentorum legatum non multiplicatur.*
Et text. expenditur in l. libertis quos.18.ff. de aliment. & cibar. legat.
Quia plures ſtomachos nemo habet.
46 *Dotis legatum in maiori ſumma inter viuos relictum debetur.*
Quamuis in minori ſumma in vltima voluntate relictum fuerit.
Ratio redditur.n.55.
50 *Donatio ex liberalitate, & munificentia donantis procedit.*
Non ex neceſſitate propterea.n.51.
Et extra cauſam bonorum defuncti eſt. n.56.
52 *Liberalis non dicitur, qui ex neceſſitate facit.*
Quia neceſſitas liberalitatem excludit.
53 *Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit.*
54 *Neceſſitas, propria liberalitatis beneficium non eſt.*
57 *Renunciatio ſucceſſionis à filia facta, ab inteſtato exauditur.*
Strictè igitur exaudienda venit in terminis, de quibus loquitur.n.58.

ARGVMENTVM.

Renunciari an iurè poſſit fideicommiſſo? & quid nolente teſtatore? & an omnium vocatorum conſenſus requiratur? Et quid in fideicommiſſo familiæ relicto? & quòd renunciatio æquiuoca non ſuffragatur neq; generalis, nō præcedente ſcientia. Et quid in fideicōmiſſo reali? quodq; fideicommiſſum reale dicatur? Et nùm legatum dotis multiplicationem admittat, vt vtrumque debeatur? & quid in legato alimentorum? Diſtinctionis fœdere textus in aduerſum conciliantur.

RESPONSIO VIII.

ANno 1626 menſe Iunij Matthęus Caputus de Rubis donationis inſtrumento irreuocabiliter inter viuos Martio Caputo filiononnulla bona ſtabilia in ipſo donationis,inſtrumento enumerata, & omnia mobilia,reſeruato ſibi horum vſufructu quoad vſq; vita perfruetur, donauit. ſuper ſtabilibus verò reſeruauit ſibi annua trecenta aurea per dictum Martium annis ſoluenda ſingulis. Verùm pro conſeruatione familiæ ſuper dictis ſtabilibus perpetuum fideicommiſſum iniuit,ſequētibus: *Quod vita durante Martij ſit dominus, & vſufructuarius ſimplex dictorum bonorum; & poſt eius mortē bona ipſa pleno iure tranſeant,& ſint in dominio,& proprietate filiorum maſculorum natorum,& naſciturorum ex ipſo Martio in conſtantia matrimonij. Ita tamen,vt illimet filij maſculi, & ſucceſſores in dicto fideicommiſſo ſimiliter ſint eorum vita durante domini,& vſufructuarij, & poſt eorum mortem vnus ſuccedat alteri,reſpectu filiorum maſculorum tantùm,& ſic in perpetuum obſeruari debeat in eadem familia, vt maſculi naſcituri ex dictis hæredibus,& ſucceſſoribus ſuccedere habeant,& debeant quoad vſumfructum tantum,firma remanente in perpetuum proprietate dictorum bonorum pro conſeruatione dictæ familiæ. Et nullo modo,etiam ex quauis cauſa vrgentiſſima poſſint dictus Martius,eiuſq; filij,hæredes,ſucceſſores in perpetuum prædictum fideicommiſſum reuocare,reſtringere,& limitare in toto, vel in parte, non obſtānte conſenſu omnium filiorū hæredum,& ſucceſſorum, nec ex decreto, & licentia Iudicis. Imo in caſu contrarij,& cōtrauentionis ipſo facto contrauenientes ſint excluſi, & priuati à ſucceſſione, & comodo dicti fideicommiſſi,& in eo ſuccedant alij obſeruantes & ſi omnes contrauenerint cenſeātur excluſi,& ſuccedat R. Capitulum Ruben.*

Quia verò ex Martio procreata fuerat Portia filia, ei ſequentibus prouidit: *Cum hac alia tamen conditione, & declaratione, quòd pro paragio decenti prima filia nata Portia aſſignare debent tempore ſui maritagij ducatos quinq; mille, & ſi ante ætatem nubilem deceſſerit, in illis ſuccedat dictus Martius abſq; onere prædicti fideicommiſſi.*

Martius non poſt multa tempora, (vt ſunt res omnes humanæ breues, atq; caducæ,) fati diem impleuit. Is tamen antequam vita cederet, teſtamento rogato cum conſenſu Matthæi Caputi ſui patris inter alia ſequentem declarationem fecit,dicens:

Item dichiara come gli anni paſſati Mattheo Caputi ſuo padre haue fatto ad eſſo teſtatore alcune donationi per mano di publici notari,quali donationi realmente furno fittitie,e fatte per euitare li danni,e trauagli ſi patiuano per cauſa di detta Vniuerſità. E delle dette donationi eſſo teſtatore mai non ſe n'è auualuto;che per ciò,quatenus fuſſe acquiſtato qualche ius ad eſſo teſtatore in virtù di dette donationi,vuole,ordina,e comanda eſſo teſtatore,non ſi dia faſtidio al detto Mattheo per cauſa di dette donationi; quali donationi eſſo teſtatore ridona al detto Mattheo ſuo padre,caſſando,& annullando dette donationi, anzi eſſo teſtatore promette l'euittione ab habentibus cauſam à ſe ipſo, & ſuis hæredibus di non moleſtare, ne fare moleſtare detto Mattheo per cauſa di dette donationi, nec in iudicio, neq; extrà, aut modo quocunq;

Ex humanis igitur abſūpto Martio, vxor Matthæi, Martij Mater, vitæ & ipſa terminū fecit. Quare Matthæus cum altera iugum ſubijt coniugale, ex qua liberos ſuſcepit, nec poſt multa ipſe quoq; debitum ſoluit humanum. Ante quam autē diem clauderet ſuum rogauit elogium, quo relictis vniuerſalibus hæredibus Maſculis: Particulares ſcripſit hæredes Liuiam Caputi eius filiam, & Portiam eius neptem,filiam quondā Martij eius filij in ducatis ter mille per quamlibet earum dotis nomine. Filijs tutorem dedit Abbatem Franciſcum Antonium Caputi eius fratrem. Proximè hiſce diebus dictus Abbas Franciſcus Antonius Matrimonio iunxit dictam Portiam cum Domino Martio de Luca Melphicten. eiq; dotem, dotiſq; nomine dicta ter millia dedit, à Matthæo Auo ei teſtamento relicta, nec non & duo alia millia ex proprijs etiam dotis nomine donauit.voluitq; quòd Portia cederet,renūciaretq; eidem omnia, omneſq; actiones, quæ ad ipſam competere poſſent ſuper ſucceſſionibus,paterna,& materna, legitima, & ſupplemento legitimæ, ſeruata in omnibus forma promiſſionis factæ per dictum Martiū eius virum in capitulis matrimonialibus.veluti die 12. Februarij anni 1643.renunciauit.

Perpendens itaq; nunc dictus D.Martius de Luca fideicommiſſum anno 1626 in donatione Martio patri Portiæ per Matthæum Auum facta, adiectum, atq; dotem quinq; mille eidem Portiæ relictam, putat poſſe ſe, & quinq; alia millia prædicta conſequi.

1 Licet enim ſitienti,febremq; patienti, ex frigidæ hauſtu temperetur aliquo modo ſitis; at rediens iterum bibendi excitat deſiderium.& vt *Ouid.1.faſtorum* inquit.

Quò plus ſunt potæ,plus ſitiuntur aquæ.

2 Ita plane huius vitæ diuitiæ animum non ſatiant habentis,quin non:

Creſcit amor numi,quantum ipſa pecunia creſcit.

Nec ſatiantur oculi eius diuitijs. Sapiens
3 *Eccleſiaſtes.* 4.8. docet de diuitibus huius mundi loquens. Nimirum, quòd vt idem *Ouid.dict.lib.1 faſtorum* loquitur.

In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores:

Cenſus amicitias,pauper vbiq; iacet.

Pre-

Pretium itaq; habere optimum; vt putãt ho-
mines. Conſuluit proindè nos, veritatem eidẽ
vt aperiamus. Quam ob cauſam præmitten-
4 dum viſum eſt, nec ab te; fideicomiſſo ex-
preſsè per partes, quarum in fauorem rogatũ
eſt, renunciari poſſe. tex. apertiſſimus in l. 1.
C. de pactis. l. quoties. 11. C. de fideicommiſſis. l.
de fideicommiſſo 11. C. de tranſactionib. Pa-
pinianus lib. 8. reſponſorum in l. cùm pater
79. §. libertis. ff. de legat. 2. Alexand. in l. qui
Romæ. §. duo fratres. nu. 28. ff. de verbor. obli-
gat. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 19. num 6.
par. 1. Maſtrillus deciſ. Siciliæ 65. nu. 4. in fi.
& n. 5. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 848.
ſub nu. 1. in fin. Gaſpar Antonius Theſaur.
quæſtion. forenſ. lib. 4. q. 27. nu. 3. & 4. Pere-
grin. de fideicommiſſ. art. 31. nu. 34. & latiùs
5 art. 52. à nu. 9. tametſi id contra defuncti te-
ſtatoris voluntatem fiat. Pariſ. conſ. 282. n. 20.
lib. 2. ſequiturq; idem Ludoui. d. dec. 19. n. 7.
6 Perquiri tamen omnium, qui ad fideicõ-
miſſum vocati ſunt conſenſum; cùm vnus al-
teri ex vocatis præiudicium, damnumq; in-
ferre nequaquam poſſit. faciat tibi hanc fi-
dem Imperator Gordianus in d. l. quoties 11.
C. de fideicommiſſis. A. Papyriano ſcribens:
Quoties (dicens) ab omnibus, qui alienatione
facta ad fideicommiſſi petitionem aſpirare
poſſunt, venditio celebratur; aut quibuſdam
vendentibus alij conſenſerint, contractus au-
ctoritas conuelli nequaquam poteſt. Papinia-
nus autem d. l. cùm pater. 79. §. libertis. ſequẽ-
tibus, & ipſe rem hanc manifeſtam facit, di-
cens: libertis prædium reliquit, ac petijt ne
id alienarent, vtq; in familia libertorum re-
tinerent, ſi excepto vno cæteri partes ſuas ve-
diderint, qui non vendidit, cæterorum partes,
quibus non dedit alienandi voluntatem, inte-
gras petet. Nulli ergo ab altero (proprio non
7 interueniente facto) iniqua conditio debet
inferri. vti Papinianus lib. 1. quæſtionum in l.
non debet. 75. ff. de regul. iur. loquitur: Alio-
quin Iuſtitiam contra fit, quæ tribuit cuiq;
quod ſuum eſt. Inſtit. de iuſtit. & iur. in
princ. & §. iuris præcepta; vt Gloſſ. d. l. non de-
8 bet. rationem reddens, docet. Quiſquis igitur
alterius odio, ac paſſione prægrauatur,
(quod non decet) atq; ſupprimitur, ſubleua-
ri debet. regula. non debet 22. de regulis iur.
in 6. Card. Tuſcus tom. 1. littera A. concluſ.
313. Barboſ. axiomat. 22. n. 1. Paulus Fuſcus
ſingular. littera A. ſingul. 58.

Non itaq; fideicommiſſo in fauorem ro-
gato familiæ, per Martium renunciari potuit.
Tametſi enim ipſe ſatis concedebat, reſidua
nihilominus erat familia Caputi, cui ex eius
ſolius renunciatione præiudicium fieri ne-
quaquam poterat, vti fieri eidem præiudi. iũ
non poſſe apertiſſimè Matthæus fideicom-
miſſi rogator voluit, mandans, ac dicens:
firma remanente ſemper, & in perpetuum
proprietate dictorum bonorum pro conſer-
uatione dictæ familiæ; & nullo modo ex qua-
uis cauſa, etiam vrgentiſſima, poſſit dictus
Martius, eiuſq; filij hæredes, ſucceſſores in
perpetuum prædictum fideicommiſſum reuo-
care, reſtringere, & limitare in toto, vel in
parte, non obſtante conſenſu omnium filio-
rum, hæredum, & ſucceſſorum, nec etiam ex
decreto, & licentia Iudicis &c. Fideicommiſ-
ſum quippè rogauit ipſe fauore familiæ, vti
in ratione, quam expreſſit, (quare ad fidei-
commiſſum decernendum excitus fuiſſet,)
manifeſtis verbis ſignauit, dicens: Et præſer-
tim conſiderans conſeruationem familiarum
potiſſimùm fieri ex fideicommiſſis in perpe-
9 tuum duraturis in eadem familia. Fauorabi-
le proindè fideicommiſſum redditur, quod
agnationis, ac conſeruationis familiæ fauore
rogatum eſt. Quia publica inde reſurgit vti-
10 litas. Intereſt porrò quàm maximè Reipu-
blicæ familiarum dignitatem ſaluam fieri. te-
ſtatur id Vlpianus lib. 24. ad edictum in l. 1.
§. quamuis ſit manifeſtum. ff. de ventre inſpi-
ciendo. rationem reddens, quare ſubſequu-
turus partus cuſtodiendus ſit, ne ſubijciatur.
11 Publicè enim intereſt, (inquit) partum non
ſubijci, vt ordinum dignitas, familiarumque
12 ſalua ſit. & Gloſſ. ibid. verbo familiarum. id
eſt, agnationum, explicat. ſequuntur hãc ſen-
tentiam Marzar. in epitom fideicom. q. 1. par.
2. Eminent. Card. Mantica de coniectur. vl-
timarum volunt. lib. 7. tit. 1. per tot. potiſſimè
nu 45. Fabius Anna conſ. 52. nu. 17 lib. 1.
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 67. nu.
20. & ſeq. & nu. 23. Surdus conſ. 443. nu. 28.
lib. 3. Ambroſinus deciſ. Peruſin. 44. nu. 26.
par. 2. Rota apud S memor. Gregor. XV. deciſ.
63. nu. 14. diximus reſponſ. 16. nu. 51. par. 1.
13 Indè quippè tot reſtrictionibus fideicom-
miſſum retinuit, atq; compreſſit Matthæus,
eiq; renunciari vetuit, ne intercideret; quòd
familiæ conſeruationis gratia illud rogabat.
Concinit hic ſenſus Mationi ſenſui ab Vl-
piano relato lib. 4. fideicommiſſorum in l.
rogi. 16. in princ. ff. ad Trebelleianum. Facto
enim dubio: quòd peculium ſuum reſtitui
dixerat, an de pecunia tantum, vel de tota
ſucceſſione teſtator ſenſerit? In ambiguo ta-
men magis de ſucceſſione ſenſum dico, (Vlpia-
nus loquitur) ne intercidat fideicommiſſum.
rationem ſignat Gloſſ. ibidem verbo. ne in-
tercidat, per l. quoties in actionib. 13. ff de re-
14 bus dubijs. ex Iuliani verbis: dicentis: Quo-
ties in actionibus, aut exceptionibus ambigua
oratio eſt, commodiſſimum eſt, id accipi, quo
res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat.
& perpendit Menoch. d. præſumpt. 67. nu. 12.
Ne intercideret itaq; fideicommiſſum, ita
verba rogauit teſtator; ne reuocare, renũcia-
re, reſtringere, vel limitare fideicommiſſum
vocati poſſent: quia pro familia illud roga-
15 bat. Quin ita ſemper pro fideicommiſſo fa-
miliæ, & agnationis conſeruandæ gratia ro-
gato, tenendum eſt, vt etiam illud latè, laſſeq;
interpretari oporteat. latè Ioan. Cephal. conſ.
446.

Digitized by Google

446. *nu.30. & ſeq.lib.3.* ſequitur *Ioan.Vincent.Honded.conſ.63.nu.* 101. *vol.* . . ita nimirum ratione, quam ipſemet fideicommiſſi inſtitutor intuiſt, quia per fideicommiſſa fa-
16 miliæ conſeruãtur, vt latè proinde interpretari ea non dedeceat . ad *tex. in l. cùm pater 79.§ dulciſſimis fratribus meis ff. de legat.2. & l.nomen debitoris.33.§ fin.vbi Scribent.ff. de legat.3.* ſequuta fuit Rota *in Peruſina bonorum de Herculanis 22.Aprilis* 1580. *coram Brauo par. 1. tom.1. in recent.deciſ.10. nu.3.*

17 Firmatur hoc multo magis ex eo, quod fideicommiſſum hoc reale fuit, non perſonale. fuit nempè rebus ipſis grauamen iuſtum, vt ſemper perſeuerarent, atq; in perpetuum; ſtarent. ſuccedentes verò, (veluti ipſe Martius) vſufructuarij eſſent; bona verò in familiæ conſeruationem perdurarent, quæ ſanè res fideicommiſſum reale faciunt. *Bart in l. peto.§ fratre. nu.1. ff. de legat. 2. Alba Mandell.conſ.93.nu.2. & conſ.97.nu.2. Franciſc. Beccius.conſ.24.nu.24.lib.1.Surdus conſ.67. nu.18.lib.1.Ambroſin.deciſ.Peruſin.7. n.22.*

18 Martij igitur renunciatio, (quatenus illa fortaſsè ſubſiſtat) perſonalis fuit; ad ipſum enim non niſi vſuſfructus bonorum tranſibat, non bona ipſa: ſic enim Matthæus fideicommiſſi fundator: *Quod vita durãte Martij ſit Dominus, & vſuſfructuarius ſimplex*
19 *dictorum bonorum.* Renunciauit proindè vſuſfructui, quod quid perſonale eſt, quod ad eum ſpectabat. Audi Paulum *lib.2.* ad Vitellum in *l.1. ff. de vſuſfructu* quo pacto vſum-
20 fructum deſcribat: *Vſuſfructus eſt ius alienis rebus vtendi, fruendi, ſalua rerum ſub-*
21 *ſtantia.* Eſt itaq. velut accidens quodam. faciat tibi hanc fidem Celſus *lib.18.digeſto-*
22 *rum in l.2. ff. de vſuſfructu.* dicens. *Eſt enim vſuſfructus ius in corpore: quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.* Quia vſuſfructus ſine perſona (qua ſubſtentatur) conſtitui non poteſt. vt Hermogenianus loquitur *in l. hæreditas in multis 61.in fi. ff. de acquir.rer. domin.*
23 Ergo accidens. quod ſine ſubiecto, quo ſubſtentatur, (ſubſtantia ſcilicet) eſſe nõ poteſt, vt deſtructa ſubſtantia, accidens eſſe nõ poſſit. iuxta Philoſophi doctrinam, quam Noſtrates ſequuntur in *l ſi ſeruum 4. §.1. ff. de actionib.empti.* argumento *tex.in can: cùm Paulus 26.1.q.1. cap.veniens.3. de presbytero non baptizat.Nauar.conſ.21. nu.6.in fin. lib.3. de empt. & vendit. Petrus Gregorius Tholoſates. ſyntaxeon artis mirabilis lib.2.c.* 14. diximus *reſponſ.50.num.6.7. & 8.par.3.* Subſtantia verò bonorum, quibus erat fideicommiſſum impactum, pœnes familiam extabat, cuius fauore bona ſequeſtrata erant; & fideicommiſſo ſubiecta. Eis itaq; Familiæ, Agnationiſq; in præiudicium, nec renunciauit, neq; renunciare potuit Martius. Fuit ergo eius renunciatio perſonalis, vſuſfructus videlicet, qui ad ipſum ſpectabat. Firmum igitur permanſit fideicommiſſum in familiæ fauorem.

Præterquã quòd, ſi rectè perpendãtur verba, quibus dictus Martius loquutus fuit in dicta particula nouiſſimi ſui elogij, nihil omnino de fideicommiſſo meminiſſe inuenerimus, neq; de donatione manu ralis Notarij, taliq; die rogata, in qua fideicõmiſſum continebatur, ſed ſatis in genere: dicẽs. *Item dichiara come gl'anni paſſati Mattheo Caputi ſuo Patre haue fatto ad eſſo teſtatore alcune donationi per mano di publici Notari, quali donationi realmẽte ſono fittitie, &c.* Sicuti in initio ad verbum retulimus. neq;
24 verbum quidem de fideicommiſſo fecit. Eſt igitur æquiuoca hæc aſſertio; meminit enim de nonnullis donationibus per manus publicorum notariorum; vt ſupponat plures alias donationes præceſſiſſe; nihil ergo releuabit, vt fideicommiſſo renunciatum videatur: cùm fieri poſſit, vt aliæ quidem donationes ipſi Martio factæ fictitiæ fuerint, ſed hæc, in qua fideicommiſſum familiæ fauore rogauit Matthæus pater, non æquè. vti argumentãtur Imperatores Diocletianus, & Maximinus in *l. neq; natales. 10. C. de probationibus.* ſimilis *tex. in l. matrem 17. C. eodem. cap. in præſentia 8. de probat. extrà. Rota apud Cardin. Manticam deciſ.111. nu.5. & nu.8.*
25 vbi extendit etiam in materia fauorabili, hæc autem odioſa. & *Idem deciſ. 251.num.5. Vincent. de Franchis deciſ.301. nu.4. Natta conſ.170.num.9. Rota apud Card. Seraphin. deciſ.1103.n 2. & apud Coccinum Decanum deciſ.379.nu.9 & 289. nu.2 & 5.apud Sanctæ memor.Gregor.XV. deciſ. 290 num 4. & deciſ.405 num.2. & apud Card.Caualer. deciſ 97.nu.8. & deciſ.125.nu.7. & apud Illuſtriſſimum Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ.402.nu.21.par. 2.*

26\. Deberet autem eſſe neceſſariò concludẽs ad fideicommiſſi renunciationem. ad *tex.in l.non hor.4.vbi Bald. & Salycet.C. vnde legit. Purpurat.conſ.455 nu.32. Rota apud Card. Manticam deciſ.95.nu.3. & d.deciſ.111.n.5:*

27 Vt neq; generalis renunciatio ad fideicõmiſſum extendatur, ſi in alio illa iurè verificati valeat, atq; effectum ſortiri, etiam data fideicommiſſi ſcientia, ſine qua, non inſpectis, cognitiſq; teſtamenti verbis, renunciatio, vel tranſactio non procedit. vt Caius loquitur *l.de his.6. ff de tranſact. & in l.1.in fi. princ.verſ.neq; enim ff. quemadmodùm teſtamenta aperiantur.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q. nu.19. ff. de verborum obligat.* vbi etiam *Doctor.Carol.Ruinus conſ.92.nu. 23.vol.4.Peregrin.de fideicommiſſ.d.art. 52. num.32.verſ. quinta concluſio. Surdus conſ. 395.nu.22.23. & 24.vol.3. Gratianus forẽſ.*
28 *par.4.cap.788.nu.12.13. & 14.* etiam iuramento accedente. *Surd.d.conſ.395.num.23. Card.Mantica de tacit. & ambig.tom.2. lib. 26.tit.2.nu.29.30. & 31.Gratian. d.cap.788.*

nu.

Digitized by Google

*numer.*13. *&* 14.
Hæc verò Martij renunciatio, & declara-
tio, nulla facta fideicommiſſi memoria, po-
teſt in alijs donationibus fundamentum ha-
bere, atq; verificari. Ad fideicommiſſum pro-
indè familiæ fauore rogatum, quæ ſemper
29 extare præſumitur, minimè extẽdetur. Cùm
ſaltim in dubio non renunciatum fideicom-
miſſo æſtimare debeamus. *Cephal.conſ.*271.
*nu.*15.*lib.*2.ſequitur *Iacob.Cancerius varia-
rum reſolut. lib.*3.*cap.* 25. *de renunciationi-
bus.nu.*285.
30 Multoq; idmagis locum habebit, quod
donatio hæc, atq; fideicommiſſum iam fue-
rat, etiam pro familia per ipſum Martium
tunc præſentem acceptatum, habetq; non
minimam miſturam cum honore, & volun-
tate ipſius Matthæi donantis, atq; fideicom-
miſſum pro ſuæ familiæ, & agnationis con-
ſeruatione, rogantis. In cõſeruationem nem-
pè familiæ ſuæ per fideicommiſſum intende-
bat ipſe Matthæus, ne ex aliquo fortunæ ca-
ſu in pauperiem deueniret, vt ſupra quoq;
perpenſum eſt, & ipſe Matthæus in ratione,
quare fideicommiſſum rogauit, manifeſtiſ-
31 ſimis verbis expreſſit. Erat proindè inre-
nunciabile. vt poſt *Caſtrenſ conſ.*259.*ſub n.*
5.*circa med.verſ.dedit enim ipſe teſtator.lib.*
1.ſequuta fuit *Rota in Bononien.fideicomm.*
15.*Februarij* 1636.*coram Dunozetto deciſ.*
93.*nu.*13.14.*&* 15 *par.*7.*diuerſorum nouiſ-
ſimarum per Paulum Rubeum.*
32 Quia nimirum, cùm fideicommiſſum hoc
non in vltima voluntate, ſed in contractu in-
ter viuos rogatum fuerit, vtile eſt etiam ab-
ſentibus, eiſq; proficit, vt erat familia Capu-
ti, pro qua rogabatur. ad *tex. in l.ſi rerũ tua-
rum* 2. *& l. quoties.* 3. *C.de donationib.quæ
ſub modo. Peregrinus de fideicommiſſis.art.*1.
*nu.*16. Non poterat propterea eidem præiu-
dicium fieri per renunciationem per dictũ
Martium, quamuis ille expreſsè fideicom-
miſſo nuncium miſiſſet. Firmum ergo perſi-
ſtit fideicommiſſum pręfatum familiæ, agna-
tioniſq; Caputorum, per Matthæum, in fa-
uorem rogatum. Si ergo firmum, ac ſtabile;
ſtabile quoq; ac firmum erit relictum in eo-
dem Portiæ Martii filiæ, ducatorum quinq;
33 mille pro eius dote. *Quod enim non muta-
tur, quare ſtare probibetur?* Iuſtinianus Im-
perator Iuliano Pręfecto Prętorio ſcribens
in *l.ſancimus* 27.*in princ. C.de teſtamentis*,
teſtatur. & Bonifacius VIII. in *cap. conſtitu-
tio.*41.*in fin.de elect.lib.*6.
Verùm reſiduum eſt, vt perſpiciamus, an
vtrunq; legatum conſequi poſſit Portia, &
trium millium in nouiſſimo teſtamento per
Matthęum Auum paternum iure peculiaris
inſtitutionis ſibi relictum, & dictorũ quinq;
millium in rogatione pręfati fideicommiſſi
34 anno 1626. ſibi etiam decretum? Nouiſſimũ
teſtamento relictum trium millium deberi
dumtaxat, qui contra Portiam ſunt, Sceuolę
ſententiam afferunt *lib.*20. digeſtorum in *l.
libertis, quos teſtamento.*18.*ff.de aliment. &
cibar. legat.* Rationem enim ipſe Sceuola
reddens: quam ob cauſam duplicatum lega-
tum libertis relictum, & teſtamento, & codi-
cillis, minimè debeatur? *Nam ab ijs, quæ te-
ſtamento* (reſpondit) *cibariorum nomine le-
gata eſſent, receſſum eſſe propter ea, quæ codi-
cillis relicta ſunt.* An autem receſſum ſit ab
illo in fideicommiſſo relicto, per aliud in te-
ſtamento Portię iure inſtitutionis facto? hoc
35 opus, hic labor eſt. Nos receſſum minimè
fuiſſe, aſſerimus, quin nec potuiſſe. Non ſanè
potuiſſe, quia firmum illud fuit, vt ſupra pro-
bauimus. Quia firmum fideicommiſſum aſ-
ſeruimus. Stabit proindè. Si ſtabit, vt ſtat:
36 Debebitur propterea. *Quoniam reprobare
non potuit, ſemel probatum.* vt Sceuola ipſe
ſcribit, aſſeritq; in *l.Pomponius.* 10. *ff.de ne-
got.geſt.* ſequitur *Surdus deciſ.*265.*nu.*25.*&
deciſ.*288.*nu.*5.*Iacob.Thomingius deciſ.Lip-
37 ſien.*13.*nu.*35. Non verò reprobaſſe; quoniã
de contraria Matthęi voluntate nõ apparet.
Faciunt tibi ſecuram aſſertionem hanc ver-
ba Imperatorum Diocletiani, & Maximinia-
ni in *l. filia cuius.*18. *C.familiæ herciſcundæ.*
dicentium: *Si non poſtea contrarium eius
iudicium* (patris ſcilicet) *probetur, per arbi-
trium diuidendæ hæreditatis, præcipias adiu-
dicari.* Docetq; nec immeritò Celſus *lib.*21.
digeſtorum in l.Lutius Titius 22.*in fin. ff.de
legat.*2. dicens: *niſi hæres, & ab hoc receſſiſſe
teſtatorem oſtenderit.* Rationemq; reddit,
38 ſubſequens: *Onus enim probandi mutatam
eſſe volũtatem defuncti, ad eum pertinet, qui
fideicommiſſum recuſat.* & Vlpianus *lib.*2. fi-
deicommiſſorum in *l. fideicommiſſa* 11. *§. ſi
rem ff.de legat.*3. dicens, & ipſe: *Probationem
autem mutatæ voluntatis ab hæredibus exi-
gendam.*
39 Adſtruimus autẽ quod aſſerimus ex Celſi
ſenſu *lib.* 17. digeſtorum in *l.quingenta* 12.*ff.
de probationibus.* duas nẽpè ſcripturas Por-
tia hic oſtendit; donationem, in qua, rogato
fideicõmiſſo familię commodo; quinq; mille
dotis nomine Portię reliquit, ſuarum nup-
tiarum tempore ſoluenda; & teſtamentum,
quo Inſtitutionis titulo ter mille quoq; re-
40 liquit. hęres verò priorem in donatione re-
lictam ſummam inanem eſſe teſtatur, quaſi
reuocatam donationem, & fideicommiſſum:
41 *Hæres ipſe id probare Iudici debet.* Sic enim
Celſus ibi reſpondet. etiam ſi ex obliuione
defuncti id acciderit. Adſtipulatur Vlpianus
in *l.cùm centum.*9.*ff.de adimendis legat.* eiuſ-
demq; ſenſus videtur Paulus *lib.* 11.*quæſtio-
num* in *l.ſequens quæſtio* 70.*ff.de legat.*2. &
planè ſatis ad rem ex ratione, quam ipſe red-
dit, cùm reſpondet, an quę viuens vxori do-
nauerat teſtator; in fideicommiſſi petitionẽ
veniant? *Reſpondit:* (inquit) *Ea extra bonorũ
cauſam defuncti computari debere,* & prop-
terea fideicommiſſo non contineri: *Quia ea
habi-*

Digitized by Google

habitura eſſet, etiam alio hærede exiſtente.
Ita plane Portia cùm quinq; millia iam extra
bonorum cauſam Matthæi Aui per donatio-
nem facta fuiſſent: ea habitura eſſet, etiam ſi
teſtamentum ipſe poſtmodùm non rogaſſet.
Rationem venamur ex Iuliano lib. ſingulari
de ambiguitatibus in *l ſi is, qui ducenta* 14.
in princ. ff. de rebus dubijs. dicente: *Sed dicen-*
dum eſt non tercenta, ſed quingenta deberi;
42 *Quia duæ ſummæ iunguntur.* Hanc ſenten-
tiam ſequuntur *Menochius de arbitrar. ca-*
ſu 213. *in* 3. *caſu nu.* 11. *& ſeq.* & *de præſum-*
ptionib. lib 4 *præſumpt.* 128. *num.* 13. *& ſeq.*
Vincentius de Franch. deciſ. 422. *nu.* 2. *Gaſpar*
Antonius Theſaur. forenſ. quæſtionum par.
1. *q.* 67. *nu.* 2. *& ſeq. Morotius conſ.* 31. *nu.* 3.
& ſequent. diximus *reſponſ.* 1. *nu.* 76. *par.* 1.
43 *& reſponſ.* 7. *nu.* 58. *ead. par.* Illo potiſſimùm
perpenſo, quod vna quantitas inter viuos
præceſſit, altera verò in ſuprema voluntate
ſubſequuta eſt. quod perpenſum fuit, atq;
animaduerſum in dicta *deciſ.* 422. *per Vin-*
cent. de Franchis nu. 5.

44 At validiſſimè ex aduerſo ſtant Aduerſa-
rij ex Celſi quoq; ſententia in *l. ſi ſocer.* 2. *ff.*
de dote prælegata. in fin. princ. ex ratione,
quam ipſe ibi reddit, dicens: *Ego puto: quo-*
niam non hoc voluit ſocer, vt bis dotem ſocer
præſtaret. Idem ſenſiſſe Sceuola videtur *lib.*
3. *reſponſorum* in *l. Lutius Titius* 90. §. *im-*
puberem. ff. de legat. 2. dicens: *Quæritur, an*
ex ſubſtitutione impubere mortuo, dos quoq;
iterum debeatur? Reſpondi: non videri de do-
tis legato duplicando teſtatorem ſenſiſſe.
Adſtipulatur per quàm optimè Iulianus in *l.*
huiuſmodi legatum 86. §. *cùm pater. ff de le-*
gat. 1. is enim ſequentibus adamuſſim rem
decernere videtur, dicens: *Cùm pater pro fi-*
lia ſua dotis nomine centum promiſiſſet; dein-
de eidem centum eadem legaſſet: doli mali ex-
ceptione hæres tutus erit; ſi & gener ex pro-
miſſione, & puella ex teſtamento agere in-
ſtituerint. Conuenire enim inter eos opor-
tet, vt alterutra actione contenti ſint. ſic Iu-
45 lianus. Ratio autem eſſe videtur, quaſi dos
natura ſua multiplicationem non admittat.
vt inquit *Menochius de arbitrar. d. caſu.* 213.
nu. 7. & ſequuti nos fuimus *d. reſponſ.* 1. *nu.*
81. *par.* 1.

46 Diſtinctionis verò fœdere Aduerſarijs nos
facimus ſatis. Vt aliud planè ſit in legato ſpe-
ciei, aliud in legato quantitatis. deindè aliud
ſit, ſi in eadem ſcriptura eadem relinquatur
ſumma, & pro eadem cauſa, aliud verò, ſi
quamuis pro eadem cauſa, in diuerſis tamen
ſcripturis, atq; diuerſa deſtinetur quantitas.
veluti ſi inter viuos vna, in vltima ſit volun-
tate altera relicta, vel demùm ſi eadem quã-
titas, atq; in eadem ſcriptura, atq; pro cauſa
relinquatur eadem; appareat tamen vtramq;
quantitatem reliquiſſe teſtatorem. caſus hos
omnes diſtinximus *d. reſponſ.* 1. *à nu.* 73. *cum*
ſeq. par. 1. *& d. reſponſ.* 7. *nu.* 58. ex ſupra re-
latis Doctoribus, & alijs ibidem. & exactiſſi-
mè proſequitur *Iacobus Cancerius lib.* 3.
variarum reſolut. cap. 20. *de legat.* in materia
dotis loquens *à nu.* 175. *cum ſeq.* ad vſq; *nu.*
198. *Menoch. d. præſumpt.* 128. *per tot.* diſtin-
ctiones omnes enumerans, & caſus. & ſuffra-
gari videtur ratio, quam *Menochius idem*
47 *dicto caſu* 213. *numer.* 9. affert; quòd videli-
cet actuum multiplicatio non præſumatur.
Nos verò extrà difficultatem vllam ſumus,
multiplicatione apparente, tàm ex actu do-
nationis anno 1626. quàm ex teſtamento lõ-
ge poſtea ſubſequuto; ſummarum quoq; di-
uerſitatem, ex quantitate in vtraq; ſcriptura
diuerſimodè relicta; atq; ex temporum di-
ſtinctione; quod poſt *Gloſſ. in l. filia legatorũ*
11. *verbo viuus. C. de legat.* & Vlpian. in *l. cũ*
centum. 9. *ff. de adimend. legat.* & in *l. planè* 34.
§. *ſi eadem res. ff. de legat.* 1. quo loco caſus
omnes ſupra enumeratos diſtinguit. perpẽ-
dit etiam *Menochius d. caſu* 213. *in* 4. *caſu.*
num. 19. *Cancer. d. cap.* 20. *de legat. num.* 161.
cum ſeq. Vincent. de Franchis d. deciſ. 422.
num. 6.

48 Non facit verò obſtaculum *tex. in l. liber-*
tis quos 18. *ff de aliment. & cibar. legat.* quia
nimirùm de alimentis diſponit, quæ multi-
plicationem nõ admittunt; quia plures ſto-
machos quiſque non habet. *Menochius d.*
præſumpt. 128. *num.* 18. *de Franchis d. deciſ.*
422. *nu.* 3. *&* 4. alios retulimus *d. reſponſ.* 1. *n.*
80. *& d. reſponſ.* 7. *nu.* 56. *&* 57.

Reliqua ſuperioris diſtinctionis fœdere
conciliantur, vt amica ſint, non aduerſa.

49 Vt minimum verò, diffugient ægrè Mat-
thæi hæredes, quin integra quinq; millia in
donatione, ac fideicommiſſi rogatione Por-
tiæ relicta ſoluant: quoniam illa expreſſim
relicta fuere. ad *tex. in d. l. cùm centum.* 9. §.
quare ſi in eodem teſtamento. ff. de adimend.
legat. vt ipſimet fundare nixi ſunt ex *d. l. hu-*
iuſmodi legatum 86. §. *cùm pater. ff. de legat.*
1. dicit enim ibi Iulianus. *Conuenire enim*
inter eos oportet, vt alterutra actione conten-
ti ſint. Potiſſimùm verò quod hæc quanti-
tas in actu inter viuos Portię relicta ſit. quod
perpendit *Couarruuias in cap. officij. nu.* 9. *&*
10. *de teſtament.* ſequiturq; *Vincent. de*
Franch. d. deciſ. 422 *nu.* 6.

Neq; vis facienda eſt vlla in donatione per
Abbatem Franciſcum Antonium patruum
magnum bis mille ducatorum Portiæ facta.
50 illa enim vt liberalitatem, & munificentiam
in Portiam exerceret dono ei dedit. iuxta Iu-
liani ſenſum in *l.* 1. *ff. de donationib.* qui ea
mente donauit, vt ſtatim accipientis fierent,
ſecuto matrimonio. extra verò quantitatem
quinq; millium à Matthæo Auo eidem an-
51 no 1626. donatorum, fuerunt. Illa nempè
poſt donationem ex neceſſitate Portię debe-
bantur, hęc verò non niſi ex liberalitate Frã-
ciſci Antonij, qui poterat vel non donare, vel
donare, vti donauit. ex alia proindè cauſa
hæc

Digitized by Google

hæc habuit,quàm ex bonis Matthæi.In ne-
ceſſitate propterea donandi Franciſcus An-
tonius non fuit , alioquin ex liberalitate, &
52 munificentia non feciſſet. Cùm alioqui,qui
neceſſitate facit coactus , liberalis non dici-
tur,neq; liberalitatem exercere: quia neceſ-
ſitas liberalitatem excludit.Modeſtinus in *l.*
rem legatam 18.*ff.de adimend.legatis*. ratio-
nem reddens, quare qui neceſſitate tenetur
53 non donet:*Cùm nemo*(dicens)*in neceſſitati-*
bus liberalis exiſtat. non igitur donat. vt
54 *Gloſſ.*ibidem ſubnectit.verbo *liberalis*.Quia
neceſſitas propriè liberalitatis beneficium
non eſt,ſecundum Papinianum in *l.vnum*
ex familia. 69. *§ ſi Falcidia.ff.de legat.*2. ſe-
quuta fuit *Rota apud S.memor. Gregor. XV*.
*deciſ.*397.*nu.*2. diximus *reſponſ.* 51. *nu.*50.
*part.*3.
55 Quinq; millia verò integra habitura erat
Portia , quamuis duo millia Franciſcus An-
tonius non donaſſet. vti Paulus docet in *l.*
*ſequens quæſtio.*70.*ff.de legat.*2.illa ergo in-
tegra habebit,etiam poſtquam duo millia
56 Franciſcus Antonius donauit;Quia ea extra
bonorum cauſam defuncti Matthæi ſunt , &
computari debent ; & propterea in quinq;
mille non cõtinentur.vt idem loquitur Pau-
lus *d.l.ſequens quæſtio*; & adnotat nõ inep-
tè *Gloſſ.ibidem*.explicans verba illa : *extra*
bonorum cauſam defuncti.Id eſt(dicẽs)quia
ſeparata ſunt ab alia ſubſtantia.A ſubſtantia
(ſcilicet)Franciſci Antonij , qui vt liberalita-
tem,& munificentiam ſuam cum Portia pro-
nepte oſtenderet,duo millia donauit,vt dixi-
mus. Neq; inſiſtant in renunciatione per
57 Portiam facta . Quia profectò renunciatio
exauditur ab inteſtato(non ſcilicet ſuccede-
re valeat ab inteſtato.)ſecus igitur erit ex te-
ſtamento. *Baldus in l fin.ſub nu.*15.*verſ.tu*
*dic verum. & ibid.Dec.num.*25.*C.de pactis.*
*Surdus deciſ.*14.*nu.*4. *Rota apud Sanct.me-*
*mor.Gregor.XV.deciſ.*85.*nu.*13.*vbi Beltra-*
*min.addens nu.*32. *& deciſ* 358. *num.*1.*vbi*
*Beltramin.nu.*6. & in *Recanaten.ſucceſſionis*
26.Iunij 1617.*coram Buratto deciſ.*262.*nu.*
14. Quinq; millia autem petit Portia ex do-
natione ſibi facta anno 1626.per Matthæum
Auum, ad quæ non extenderur renunciatio,
quæ ab inteſtato dumtaxat procedit , & quæ
58 neq; de quinq; mille loquitur, vnde ſtrictim
exaudienda erit in terminis , de quibus lo-
quitur. vt *Rota* dixit *in Romana domorum*
10.*Iunij* 1616.*coram Domino Andrea deciſ.*
75.*num.*7.8 *&* 9.*& apud* Card.*Caualer.de-*
*ciſ.*340.*nu.*1.*& ſeq.*
Atq; ita ex his rectius ſentientis iudicio
nec excuſſo,quin expetito , reſpondendum
cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenaten.

SVMMARIVM.

1 *Mens hominis,cum paſſionibus impellitur exurgentibus,turbatur.*
Et quaſi mare feruens habetur.
2 *Locus Iſaiæ* 57.20.*Impij quaſi mare feruens. expenditur,atq; elucidatur.*
3 *Impij iurè mari feruenti , atq; agitato comparantur:& quarè?*
4 *Animus humanus videre rectum non poteſt paſſionum fluctibus impulſus.*
Paſſiones proindè pellendæ.
Et quatuor modis humanum peruertitur iudicium.
5 *Timor, inter omnes paſſiones, animum comprimit,atq; conſtringit.*
*Præſertim impendentis mortis.n.*6.
Eumq; conturbat.
7 *Mortis dolores mentem homini auferunt,nedùm conturbant.*
*Quarè parum tunc,vt de ſuis diſponat, intendere poteſt.n.*12.
8 *Locus Pſalm.*17.5. *Circumdederunt me dolores mortis. elucidatur.*
Etiam ex hebræo.
9 *Diabolus tum maximè cùm homo in termino eſt,circuit,vt eum deuoret.*
*Sciens quia modicum tempus habet.n.*11.
10 *Locus Iob.*40.10.*Behemot ſtringit caudam quaſi cedrum. elucidatur.*
13 *Voluntatem defuncti vt legem venerantur ſacræ leges.*
*Quia nihil ampliùs defunctis debetur,quàm vt firma ſint eorum iudicia. num.*14.*& nu.*62.
15 *Captatoria dicitur diſpoſitio vltima ſi in alterius voluntatem illa committatur.*
*Nulla proindè.n.*16.
16 *Momentum,pro firmitate exauditur , nullum habet momentum. hoc eſt nullam firmitatem.*
17 *Captatoria diſpoſitio etiam in militis teſtamento improbatur.*
18 *Captare ex verbi proprietate, quid?*
Pluribus explicatur.
*Et captare quis à veteribus dicebatur? nu.*19.
20 *Captare hæreditatem quis dicatur?*
*Eſt quaſi per fraudes hæreditatem aucupari. n.*21.
22 *Votum captandæ mortis improbatur.*
23 *Captatoriæ Inſtitutiones quæ dicantur.*
*Has improbauit Senatuſconſultum Libonianum.n.*24.
Etiam in militis teſtamento.
*Et quam ob cauſam? n.*27.
*Non verò quæ mutuis affectibus dimanauere iudicia.n.*25.
26 *Didacus Couarruuias extollitur.*
27 *Captatoriæ diſpoſitiones eam ob cauſam improbantur,vt turpiſſimæ.*
*Quia liberam retinent hominis facultatem de ſuis diſponendi.n.*28.

Digitized by Google

29 Res omnes viſibiles, velimus, nolimus relinquendæ.

30 Captatoria diſpoſitio non dicitur, in qua nulla cadit captionis ratio.
Vnde nec improbatur.
Quia eatènus vitiatur, quatènus eſt captatoria. n. 31.
Cui in pœnam ſuccedit nullitas.

32 Pœna ad delictum proportionem habere debet.
Neq; ultrà protrahi.

33 Diſpoſitio vltima ab aliena pendens voluntate improbatur.
Etiam quoad legata. n. 34.
Declara ſi in arbitrium conferatur alterius. nàm tenet. n. 35.
Nàm pro viri boni arbitrio accipitur.
Sicuti in extranei voluntatem tacitam poni poteſt. n. 36.
Vel ſi ità arbitratus fuerit, vel iuſtum putauerit. n. 37.
Procedit etiam in arbitrio in generali. n. 39.

38 Text in l. 1. ff. de legat. 2. & in l. non nunquam 51. ff. de condit. & demonſtrat. conciliantur.

40 Fideicommiſſa poſſunt faciliùs ex alieno arbitrio dependere.
Fideicommiſſarij enim, vt plurimum, perſona ſemper incerta eſt.

41 Tex. in cap. cum tibi. 13. de teſtament. expenditur.
Eiuſq; intellectus traditur. & nu. 45.

42 Teſtatus quis aſtimatur ad pia, qui voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem dimiſit.
Quia excitus videtur, vt ad pia diſtribuat.
Quin non magis hæres inſtitutus. n. 43.

44 Piæ Cauſæ ſolemnitatibus Iuris Ciuilis minimè ſubijciuntur.

46 Vtile per inutile vitiari non debet.

47 Facultas in genere facta filio à patre teſtandi, non improbatur.
Modò certa forma ei non tradatur.
Et modò præueniat, non ſubſequatur teſtamentum hæc facultas. n. 48.
Eodem modo & in genere facta alteri ſubſtinetur. n. 49. & n. 75.
Quia diſtributor electus videtur ad pia diſtribuendi.
Vel vt bona conſeruentur in familia. n. 50.

51 Legatum relictum alicui, vel aliquibus de familia, cui, vel quibus hæres volet. ſubſtinetur.
Quia arbitrium videtur electum, non ſubſtantia diſpoſitionis. n. 52.
Perſona igitur eligẽda poteſt alterius voluntati committi. n. 53.
Quod & in libertate procedit. n. 54.
Aſſumptus enim videtur, vt ipſe quantitatem, & perſonas arbitretur. n. 55.
Siue legato, ſiue fideicommiſſa fuerint.

56 Facultate facta alicui, vt poſſit ſuper eius hæreditate, legata, & fideicommiſſa rogare, quaſi dominus conſtitutus videtur.
Quaſi in proprijs bonis valeat ea dicere.
Nam cuilibet manet arbitrium liberum de ſuis diſponendi, n. 57.
Et legem quam voluerit in ijs dicere. n. 61. & 62.
Abutatur quamuis quis re ſua. n. 58.
Quia dominus eſt. n. 59.
Alioquin iniquum eſſet ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem. n. 60.

57 Rei ſuæ quilibet moderator eſt, & arbiter.

63 Diſponere quiſq; poteſt de rebus ſuis, vt dignum eſt, vt lex ſit eius voluntas.
Vt dignum. hoc eſt ſecundum leges.

64 Diſpoſitio ſuprema teſtatoris, quæ legibus non repugnat, modis omnibus ſeruanda.

65 Volũtas vltima defuncti modis omnibus ſeruanda.
Et hoc publicè intereſt. n. 66.
Ratio affertur. nu. 67.

67 Cauſa efficiens in vltimis voluntatibus, ſolus teſtator eſt.
Et hoc ſolum ſufficit, vt defuncti voluntas ſubſtineatur. n. 68.

69 Diſpoſitio teſtatoris, quæ mandat eligi incertum de certis, ſubſtinetur.
Neq; captatoria iudicatur.
Quemadmodùm ſubſtinetur ſi quis aſſenſum præſtet, vt alius quis de rebus meis diſponat. teſtamentum roget, legata decernet. n. 70.
Ratio eſt, quia bona concedit, non voluntatem.
Et alienaſſe in eum bona videtur, & quaſi dominum eum conſtituiſſe. n. 71.

72 Voluntas vltima teſtatoris ab alieno pendere arbitrio non debet.
Nam vnus, & idem actus; morientis, & viuentis eſſe ſimul non poteſt. n. 73.
Secùs ſi facultas facta ſit in genere diſponendi. n. 75.

74 Teſtamenti definitio, ex Modeſtino.

76 Conſuetudo Neapolitana, (Et ſi Teſtator) reprimit facultatem in vltimis diſponendi de rebus antiquis, niſi pro medietate.
Alteram ſeruat agnatis proximioribus, & cognatis ex latere, quo bona obueniunt.
Et habet locum tam in ſtabilibus, quam mobilibus, iuribus quoquè & actionibus. nu. 77.
Et quid in annuis cenſibus extra diſtrictum Neapolitanum? n. 79.

78 Vultur cadaueribus veſcitur.
Aui huic ſimiles ſunt, qui cadaueribus inſtant, eorum vt hæreditates capiant, vorentq;
Sed eũmet, quiſquis is fuerit, malè captat diuitias.

80 Deſtinatio ſolutionis facit, vt res dicatur, eo in loco eſſe, in quo ſolutio deſtinata fuit.
Præſertim ſi perpetuò in illo fieri debeat.

81 Cen-

81 *Cenſus eſt ius exigendì penſionem ex re vtili alterius.*
Penſionem, id eſt quotam, vel fructuum, vel pecuniarum.
Et hic eſſe videtur in hæreditate defuncti, non rei, ex quibus percipitur, n.83.

82 *Cenſuarius neq; ciuilitèr, neq; naturaliter rem poſſidet, ſuper qua cenſus impoſitus eſt.*

84 *Antonius ab Alexandro Iure Conſultus Neapolitanus celebratur.*

ARGVMENTVM.

Captatoria quę nam dicatur Voluntas? & quid captare ſignificet? Et nùm ſi reſtator facultatem alicui fecerit legata, & fideicommiſſa ſuper eius hæreditate rogandi, vti captatoria voluntas annulletur? & quæ differentia intercedat ſi in voluntatem, vel in alterius demandetur arbitrium? Et quid piæ cauſæ fauore? ad intellectum *text. in cap. cùm tibi. 13. de teſtament.* Neapolitana Conſuetudo (*Et ſi teſtator*) diſcutitur. An locum habeat in annuis cenſibus extra diſtrictum ſitis, Neapoli tamen ſoluendis? Latè diſſeritur.

RESPONSIO IX.

1 TVrbatur mens hominis, cùm paſ-
ſionibus impellitur exurgentibus.
quemadmodum mare flantibus
ventis vndis quaſſatur impellenti-
2 bus, Sicuti Iſaias 57. 20. dixit: Impij *quaſi
mare feruens, quod quieſcere non poteſt,
& redundant fluctus eius in conculcationem,
& lutum.* Quia nimirùm, pij (vt Pater *He-
ctor Pintus* in hunc locum commentatur)
in tranquillitate viuunt; impij verò ſimiles
ſunt feruenti, & inquieto mari. Et aduerte
(inquiens) Non dixit; *Impij autem quaſi ma-
re*: Eſt enim aliquibus in partibus mare ali-
3 quãdo quietum: *Sed; Impij autem quaſi ma-
re feruens.* Nàm vir impius eſt amarus con-
tentionibus, tumidus ſuperbia, liuidus inui-
dia, ſpumidus libidine, mutabilis incon-
ſtantia, turbulentus, fluctuoſus, aliarumque
4 maris qualitatum imitator. Sic Pintus. Non
itaque videre rectum facilè humanus poteſt
animus paſſionum fluctibus impulſus, iacta-
tus, vndiquè commotus. Eam ob cauſam
Seuerinus Boetius *lib. 1. de conſolatione phi-
loſophica metro ſeptimo*, nõ ab re cecinit ani-
mum ad quietem conſulens; ac dicens

Tu quoq; ſi vis.
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem;
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Nec dolor adſit:
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis;
Hæc vbi regnant.

& concinit *text.* Gregorij in *can. quatuor
modis 78. 11. q. 3.* dùm docet: quatuor mo-
dis humanum peruerti iudicium: nempè ti-
more, cupiditate, odio, & amore.
5 Inter omnes autem paſſiones nulla maior,
quæ animum comprimat, atquè reſtringat,
quam timor. vt enim *Pindarus* ait:

Timor Virorum domitor,
Adimit fortitudinem animis.

Omnia ſanè mala plus terrere ſolent eos,
qui ipſa futura expectant, quàm, vbi iam
acciderint, moleſtare. Metus enim tam im-
probus eſt, vt multi rem, quam metuunt, ipſi
6 anticipent. Nihil verò ità conturbat, vt im-
pẽdentis mortis malum. Qui enim, conſcius
ſibi; futura metuit; & quod æternum eſt, q
ſequitur; Mortis inſtantis malum metuit, eo-
7 que conturbatur. Tùm mortis ipſi dolores
mentem hominibus auferunt, vt quæ agen-
da ſunt, non videant, neq; conſilium capiant,
ad *text. in l. hac conſultiſſima 8. §. at cum hu-
mana fragilitas, C. qui teſtamenta facere
poſſunt.* ex Iuſtiniani Cæſaris. *Cùm humana
fragilitas,* (inquientis) *mortis præcipuè cogi-
tatione, perturbata, minùs memoria poſſit res
8 plures conſequi.* (Et Dauid *pſalm. 17. 5.*) *Cir-
cundederunt me dolores mortis, & torrentes
iniquitatis conturbauerunt me.*
*Dolores inferni circundederunt me: præoc-
cupauerunt me laquei mortis.*
Non enim de rebus mundi, de iactura fa-
cultatis, aut de re alia huiuſmodi, tunc agi-
tur, ſed dolores mortis, id eſt *diaboli.* vt *Gloſ.*
explicat, & refert *Pater Franciſcus de Puteo.
Carthuſianus* in cathena aurea in pſalmos.
& benè quidèm, vt *Genebrardus.* & *Cardina-
lis Belarminus* ex hebræo in verbis illis, *tor-
rentes iniquitatis.* aduertunt: ſcriptum eſſe
Belial, quod. Hieronymus vertit: *torrentes
9 diaboli.* quia tunc maximè cùm homo ad
terminum tendit, tanquàm Leo rugiens

Digitized by Google

circuit quærens,quem deuoret.1.*Petri* 5.8.
10 & behemot ſtringit caudam ſuam quaſi ce-
drum.*Iob*.40.10.Behemot myſticè,*diabolus*
intelligitur ſecundum *Carthuſian.ibid.*Ipſe
igitur *caudam*, finem vitæ ſtringit *quaſi ce-
drum*.ideſt fortitèr.vt *Sà*,in hunc locum,ad-
uertit.& hoc quidèm ſciens quia modicum
11 tempus habet.vt *Ioannes Apocalypſis* 12. 12.
loquitur,dicens;*Væ terra, & mari, quia de-
ſcēdit diabolus ad vos,habens iram magnam,
ſciens quod modicum tempus habet.*& ſequi-
tur *Nauar.can.ſi quis.2.de pœnit.diſt.*7. *nu.*
26. Cùm hiſce tunc doloribus conflictatur
12 homo.patum igitur mentem, vt de ſuis re-
ctè diſponat,intendere valet. Vndè fit ſępè,
vt multi ab inteſtato decedant;non pauci pa-
rum rectè diſponant, neſcientes nec quid
loquantur, ac verbis incompactis;vt Nota-
riorum imperitia eueniat non ſemel, inter
ſucceſſores lites, & iurgia non modica oriri,
dùm de verbis,ac mente diſceptatur defun-
13 cti hominis; Cum alioqui, voluntatem eius
legem eſſe; ſanctè Sacræ diſpoſuerint leges.
§ *diſponat.in auth.de nuptijs.collat.*4.Noue-
14 re quippè nil ampliùs hominibus deberi,
poſtquam hinc demigrauere,quam vt firma
eorum ſint iudicia.*l.*1.*C.de Sacroſanct.Eccl.*
Defunctæ itaq; mulieris nunc in medium
profertur voluntas; firma ne illa fuerit?

Andriana quippè Sorga Terræ Ieſualdi
Auellinen.,ſiuè Frequentinen.Diœceſis,Do-
ctori Antonio Sorga ſanguine quidem iun-
cto (Apoſtolica præuia diſpenſatione)ma-
trimonio iugata fuit. Habuit hæc mulier di-
uitias multas ex dote,& hæreditate ſuorum
pluſquam quinquaginta millia ducatorum.
Ex matrimonio filium ſuſceperūt Iacobum
nomine.Poſt nonnulla tempora anno 1621.
cùm Andrianæ vltimus inſtaret dies,ſcripto
nouiſſimo elogio, hæredem dixit vniuerſa-
lem Iacobum. mortis verò grauata dolori-
bus,ſequentia addidit:

*Item dò poteſtà al Dottore Antonio Sorga
mio marito poſſa fare legati, e fidei commiſſi
ſopra la mia heredità.* Atq; vitæ terminum
clauſit,ſepulturę tradita Eccleſiaſticæ. Anno
verò 1636. cùm fati vrgeret tempus Anto-
nium, & ipſe ſuas ſcripſit ſupremas tabulas.
quibus hæredem nuncupauit Iacobum fi-
lium.ſubſtituit tamen, ſi ipſe abſq; liberis
decederet ſucceſſionem ſubiret Franciſcus
Sorga eius frater; & hoc de medio ſublato,
ſuccederent Patres S.Georgij. addens hoc
agere ex poteſtate ſibi facta per Andrianam
eius vxorem, dicens: *Per la poteſtà datami
dalla quondam Andriana,morendo ſenza fi-
gli Iacomo ſubſtituiſco Franceſco Sorga,,il
quale ſimilmente morendo ſenza figli, voglio
che ſuccedano li Padri di S.Giorgio.*

Hoc mortuo. Iacobus & ipſe demum ſine
filijs anno 1643.Vitæ confecit curſum. Ve-
rùm factis teſtamenti tabulis extraneum
hæredem dixit. Fit itaq; inter hunc,& Fran-
ciſcum non leuis diſceptatio, dicente illo
Andrianæ diſpoſitionem, qua Antonio viro
facultatem fecit legata,& fideicommiſſa ſu-
per eius hæreditate rogandi captatoriā fuiſ-
15 ſe.nullam propterea. Commiſit enim volū-
tatem ſuam in alterius arbitrium, viri vide-
licet quod legibus improbatur. *l.illa inſti-
tutio* 32.*ff.de hæredib.inſtituen.*Caius enim
loquitur.*Illa Inſtitutio(quos Titius volue-
rit)ideo vitioſa eſt, quòd alieno permiſſa eſt
arbitrio* ita Caius.*l.ſi quis Sempronium*.68.
ff.de hæredib. inſtituend. ſecundum etiam
Bartoli ſummarium dicentis:*Inſtitutio non
poteſt conferri in alterius voluntatem ex-
preſſam: ſed velatam ſic.l.captatorias.* 70.*ff.
eod.*quo loco Papinianus *lib.6.reſponſorum*,
Captatorias Inſtitutiones eas eſſe ſtatuit,
*quarum conditio confertur ad ſecretum alie-
næ voluntatis*.Alienæ dicit *Gloſſ.fin* ibidem,
id eſt *non teſtantis*. Commiſit voluntatem
ſuam Andriana in arbitrium, & voluntatem
Antonij viri,legata, & fideicommiſſa rogan-
16 di. Captatoriè igitur.Nullum ergo momen-
tum habet (vti Pomponius idem *d.l.ſi quis
Sempronium* edicit) hoc eſt,*firmitatem*, ſe-
cundum *Gloſſ.ibid.verbo momentum*. Caius
quoq;*lib.*15.*ad edictum prouinciale*.in *l.cap-
tatoriæ.67.ff.de leg.*1.dicēs.*Captatoria ſcri-
ptura ſimili modo neq;in hæreditatibus,neq;
17 in legatis valent.*Vt neq; in teſtamento mi-
litis admittātur. vt Gordianus Cæſar Æmi-
liano militi ſcribens in *l.captatorias* 11.*C.de
teſtament.militis.*dicit:*Captatorias Inſtitu-
tiones etiam in Militis teſtamento nullius eſ-
ſe momenti, manifeſtum eſt*.

Captatoria autem Inſtitutio dicitur(ſecū-
dum *Gloſſ.*ibidem,verbo *captatorias.*)cuius
conditio confertur ad decretum alienæ vo-
luntatis.ſequitur ad rem hanc diſtinctè tra-
ctatam *Peregrin.de fideicommiſſis. art.*33.*n.*
51. *& ſequent. Gaſpar Antonius Theſaurus
quæſtion.forenſium lib.*3. *q.*88.*nu.*1. *& ſeq.
Gratianus forenſ. diſceptat. par.*5. *cap.*908.
*nu.*1.*Io.Petrus Surdus conſ.*380.*n.*25.26.*&*
27.*lib.*3.*& nu.*42. *&* 44. *Gayllus practicar.
obſeruat.lib.*2.*obſeruat.*157. *nu.*3. *verſ licet
autem. & nu.*5. *Spino in ſpeculo teſtament.
Gloſſ.*5 *nu.*2. *&* 3. At nos momentum An-
drianæ diſpoſitionem,qua facultatem Anto-
nio fecit ſuper eius bonis legata, & fideicō-
miſſa rogandi,habere, non iuria, quin iurè
adſtruimus. Quod vt præſtemus non leuiter
expendendum duximus:quid nam per cap-
tatoriam voluntatem,vel Inſtitutionem, ſeu
diſpoſitionem exprimatur.

18 Captare itaq; ex verbi proprietate, eſt,il-
lecebris, donis,obſequio, & maiorum ſpe
aliquid aucupari. vnde eſt illud Martialis ad
Rufum epigrammaton *lib 9.epig.*69.

Dum me captares,mittebas munera nobis;
Poſt quam cępiſti,das mihi,Rufe,nihil.
*Vt captum teneas, capto quoq; munera
mitte,*

De

De tauea fugiat ne malè captus aper.
19 Et à Veteribus, captare aliquis dicebatur,
qui ſimulato obſequio, munuſculiſuè, eius
ſuprema iudicia aucupabatur. optimè idem
Martialis *lib.6.epigram.*44. ad Matianum.

Scis te captari, ſcis hunc, qui captant auarum:
Et ſcis, qui captat, quid Mariane velit.
Tu tamen hunc tabulis hæredem ſtulte ſupremis
Scribis, & eſſe tuo vis furiosè loco.
Munera magna quidem miſit, ſed miſit, in hamo.
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit vero mea fata dolore?
Si cupis, vt ploret, des Martiane, nihil.

20 Captare proindè hæreditatem apud Iu-
ris Conſultos, idem eſt, quod artificiosè niti,
ſtructiſq; technis, vt eam præter defuncti
voluntatem corrodamus. Vlpianus *lib* 48.
ad edictum. in *l.1. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.* dicens: *Qui dum captat hæreditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuit teſtamentarium introire, volente eo facere teſtamentum, vel mutare: Diuus Adrianus cōſtituit denegari ei debere actiones; denegatiſq; ei actionibus, Fiſco locum fore.* ſic ille. captat *extraneus inſtitutus.*
21 Gloſſ. ibidem explicat. quaſi per fraudes hæ-
reditatem aucupauerit. vti idem Martialis
lib.2.epigramma 16. ad Maximum ludendo
dixit.

Capto tuam (pudet heu) ſed capto, Maxime, cenam.
Tu captas aliam, iam ſumus ergo pares.

text. in *l. de fideicommiſſo.* 1. *C. de tranſact.*
quo loco Imperatores Valerianus, & Galie-
nus, voti captandæ mortis, meminere; &
22 Gloſella marginalis ibidè adnotat ad Gloſ-
ſam ordinariam, quæ verbum illud *captandæ*, dicit, id eſt *cadenda, vel minuendę*, illam
carpens, ac dicens: *Dic melius captandæ.* eſt
enim captare, arte & blanditijs aliquid ve-
nari. & melius in *l. ſi maiores.* 25. *C. eodem.*
quo loco Imperatores Diocletianus, & Ma-
ximianus. tranſactionis, hęreditatis captan-
dę cauſa factę, meminere. ſequuntur hanc
interpretationem *Calepinus, verbo captator.*
Lexicon nouum iuridicum verbo *captare.*
Briſſonius. Ioannes Thuilius ad emblemata Alciati. emblem. 126. verbo *prandia captas.*
23 Quocircà Captatorias inſtitutiones eas
appellat *Aleiat. lib.2 parergon. iuris cap.*31.
quem ſequitur *Anton. Auguſtin. lib.4 emendation. cap.*15. quæ ex hac cauſa fiunt, vt ab
aliquo inſtituatur quis, vel legatum, aut lu-
crum conſequatur; vel cùm (vt ait Papinia-
nus *in d. l. captatorias.* 70. *ff. de hæredib. inſtituend. in fin.*) conditio confertur ad ſe-
cretum alienæ voluntatis. id eſt, quæ ſub ea
conditione fiunt, quæ ex alterius teſtamen-
to pendet.
24 Has Captatorias Inſtitutiones improba-
uit Senatuſconſultum Libonianum. Illaſq;
neq; in teſtamento militis momentum ha-
bere voluit Gordianus Cęſar. *d. l. captatorias* 11. *C de teſtament. milit.* quod & in captioſis
ſcripturis, hæreditatibus, atq; legatis locum
habere Caius *d. l captatorię.* 67. *de leg.* 1. re-
25 ſpondit. Quæ verò ex mutuis affectionibus
dimanauere iudicia, non improbauit Sena-
tus, Papiniano teſte *d. l. captatorias.* 70. *de hæred. inſtituend.* & Paulo in *l. illæ autem Inſtitutiones.* 71. *& l. Clemens Patronus* 81. §. *ſi ità ſcripſerit. ff. eod.* ſequiturquè doctiſſimus
Antonius Faber lib 6. *tit.*6. *C. de hæredibus inſtituend. definit.*11. *Surd deciſ.* Mantuæ 98.
*num.*6 *& ſeq.* plura deducit Rota in *Ciuitatis Caſtelli Donationis.* 28. *Aprilis* 1578. *coràm Cardinal. Seraphino dec.*542. *per totam,*
ac præſertim *num.*8. *p.*1. *diuerſorum.* quæ eſt
etiam in impreſſis apud ipſum *dec.*359. *Petr. Gregor Tholoſates ſyntagmat. iur. lib.*41. *c.*4.
*num.*13. *&* lib. 42. *cap.*2. *num.*4. *& ſeqq.* pluri-
26 bus, & ſanè, vt aſſolet, perpensè, Digniſſimus
ille Archiepiſcopus *Didacus Couarruuias in cap. cùm tibi.* 13. *de teſtament. num.*1. *&* 2.
*Cardinalis Tuſcus. tom.*1. *lit. C. concluſ.*62.
*Peregr. in d. art.*33. *nu.*52. *& ſeq.* caſus om-
nes diſtinguens, ac præſertim *num.*60. *Grat. d. cap* 908. *num.*2. *& ſeq. Gayllus d. obſeruat.* 117. *num.*4. *&* 6.
27 Ratio verò, quam ob cauſam, hanc captan-
dæ alienæ hæreditatis turpiſſimam aucupa-
tionem, legum Conditores inſectati fuere,
atq; improbauere, ea eſt: Quia turpiſſimum
æſtimauere liberam voluntatem de rebus
ſuis vltimum dicendi elogium, quando non
aliud ſupererit tempus, oblatis illecebris,
vel præſtringere, vel omninò auferre.
28 Retinet enim, per indirectum ſaltim, li-
beram teſtandi facultatem de rebus ſuis,
29 quæ poſt ſupremum flatum nulla manent,
velimus, nolimus. nàm

res nunc ſorte ſuprema
Permutant dominos, recidunt, & in altera iura.

vt *Horatius* dixit. atq; etiam *Lucianus* in
Andologia. rationem reddens

Mortales res hominum mortalium ſunt,
Et omnia tranſeunt nobis.
Sin minus, nos ipſas res pertranſimus.

& hanc rationem ſequitur *Petr. Gregor. dict. lib* 41. *c.*4. *num.*13. *Surdus d. dec.*98. *nu.*6. *&* 7.
*Rota apud Seraphin. par.*1. *diuerſor. d. deciſ.* 542. *num.*10. *&* 11. *in fin. Peregrinus d. art.* 33. *num.*60. *in fin. Gratianus d. cap.*908. *nu.*1.
idem *Surd. dict. conſ* 380. *num* 29. 30. *& ſeq. Gayllus d. obſeru.* 117 *nu.*3. *&* 5.

His ità expenſis, ad rem ſuprà enarratæ
cauſæ dicimus: Andrianæ diſpoſitionem, qua
Antonio viro legata, & fideicommiſſa de
bonis ſuis rogandi, facultatem fecit, captato-
30 riam non fuiſſe, quia nulla captatoriæ diſpo-
ſitionis in hac cadit ratio, nulla enim inuol-
uitur captio, iuxtà enumeratos ſupra mo-

dos

Digitized by Google

dos captandæ vel voluntatis, vel hæreditatis.
Dici proindè captatoria minimè debet. Ar-
gumento hoc vtitur *Ruinus conſil.20. col.4.
vol.2. Alciatus in l. cùm donationis. num.8.
C. de tranſact. Couar. dict. cap. cùm tibi. nu.
2. & num.13. verſ. hoc tamen. de teſtament.
Surd. dict. deciſion.98. numer.3.* & ſequitur
*Gratianus d. cap.908. num.4 Gaylius d. obſer-
uat.117. num.4 & 6. Spino d. Gloſſ.5. num.19.*
eodem argumento vtens. & ſuffragatur non
minimi ratio, quam *Beroius conſil.23. num.
23. vol.2.* non inargumentosè refert; dicen-
31 do: Eatenus vitiari captatoriam diſpoſitio-
nem, quatenus eſt captatoria; cui in pœnam
ſuccedit, annullatio. At pœna delicto æqua-
32 ri debet, atq; ad illud proportionem habe-
re. *S. Thom. 1.2. q.108. art.4. in corpor.* Cœ-
leſtinus Tertius in *cap. quæſiuit.2. in fi. de ijs,
qui fiunt à maior. part. Capit.* rationem red-
dens, ac dicens: *nec pœna ſit vlterius protra-
benda, quam delictum fuerit in excedente
repertum.* & *Gloſſ. ibid. verbo deliquerit* di-
cens.

*Pluſquàm peccatur, non vltra pœna tra-
hatur.*

Non eſt hæc noſtra, captatoria diſpoſitio.
Neq; propterea vitioſa, nec conſequenter
nulla, ne ſine peccato pœna inferatur. ſequi-
tur rationem hanc *Surdus deciſion.7. num.
30. & 31.*

Sed inſtanbis: Non improbari Andrianæ
diſpoſitionem fauore Antonij viri, factam,
quod captatoria fuerit. improbari verò
33 quòd ab aliena voluntate penderet, quod
natura ipſa diſpoſitionis vltimæ abhorret,
vti ſatis conſtanter veteres decreuere: *Te-
ſtamentorum iura ex ſe ipſa firma eſſe opor-
tere, non ex alieno arbitrio pendere*, vt Caius
loquitur in *l. illa Inſtitutio.32. ff. de hære-
dib. inſtituen.* Pomponius in *dict. l. ſi quis
Sempronium 68. ff. eodem.* Modeſtinus lib.7.
differentiarum in *l. non nunquam 51. ff. de
conditionib. & demonſtrationib.* rationem
34 reddens, & dicens: *Nam in alienam volun-
tatem conferri legatum non poteſt.* Papinia-
nus. *dict. l. captatorias 70. in fin. de hæredib.
inſtituend. Petrus Gregor. dict. cap.4. nu.13.
lib.41. Surd. d. conſ.380. n.26.*

Reſpondebimus tamen; licet quidem
inſtitutio, vel legatum ex aliena, (non vtiq;
35 teſtatoris) voluntate, non ſubſiſtat. In
arbitrium tamen alterius conferri legatum
poteſt. Vlpianus vt loquitur. *l.1. ff. de leg.2.*
rationemq; reddit, quare ſi arbitrio tutorũ
legatum ſcriptum fuerit teneat? *Cùm pla-
ceat* (dicens) *in teſtamentis, legatum in al-
terius arbitrium collatum, pro viri boni ar-
bitrio accipi*, pro viribus (videlicet) patrimo-
nij. & Paulus in *l. Senatus 45. §. Marcellus, ff.
de legatis 1* apertiſſimis verbis dicat: *lega-
tum in aliena voluntate poni poteſt, in
hæredis non poteſt.* vbi *Gloſſ.* verbo *aliena.*
ideſt *legatarij*, exprimit, iuxta Cai dictum
in *l. ſi ita legatum.68. §. illi ſi volet, ff. eod.* &
36 addit ibid. *Gloſſ.* ad rem noſtram. in extra-
nei voluntatem tacitam poſſe. allegat *text.* in
*dict. l. captatoria 67. eod. & dict. l. non nun-
quam 51. ff. de condit. & demonſtrat.*
37 Vt exaudiatur quidem de arbitrio; non
de libera, & abſoluta voluntate, (*ſi volet*)
ſed ſi ita arbitratus fuerit, vel iuſtum puta-
uerit, ſubſtinetur quippè tunc diſpoſitio, vel
legatum, vti *Gloſſ. dict. l. Senatus.* verbo *lega-
tum in aliena.* interpretatur. Quia boni viri
arbitrio accipi debet, pro viribus patrimo-
nij. vt paulò ante ex Vlpiano *dict. l.1. de le-
gat.2.* retulimus. Quam interpretationem
admittunt *Bart. in l.1. num.64. C. de Sacro-
ſanct. Eccleſ.* alijque apud *Couarru. dict. cap.
cùm tibi. num.9. & 12. verſ. non obſtat huic
ſententiæ. de teſtamentis.* probatq; ex Vlpia-
no in *l. fideicommiſſaria 46. ff. de fideicom-*
38 *miſſar. libertatib.* Atq; ita conciliari textus
prædictos *l.1. de legat.2.* & *l. non nunquam
51. ff. de conditionibus. & demonſtrat.* qui
quaſi ex diametro pugnantes videntur; (quò
ſcilicet ad quantitatis taxationem, quę viri
boni arbitrio, ad patrimonij quantitatem
fieri debet) exiſtimat Doctiſſimus *Petrus
Gregor. Syntagmatum iuris lib.42. cap.2. n.
5 Cardin. Tuſchus lib.2. littera C. d. concluſ.
62. num.2. num.8. & ſeq.* Rota apud *Cardin.
Caualer. deciſ.374. num.1. & ſeqq. Peregrin.
dict. art.33. à nu.52. & ſeq. & n.57. & 58. &
num.65. 68. & 69 & ſeqq. Gaſpar Anton.*
39 *Theſaur. dict. quæſt.86. num.3. in fi.* Vel de
arbitrio in generali, non in ſpecie, ſiue
magis in indiuiduo. iuxta Rotæ eiuſdem
ſententiam apud *Mohedanum deciſ.6. de
teſtam.* quam ſequitur *Riccius collect.593.
par.2.*
40 Quod planè multò magis in fideicom-
miſſis procedet; quæ ex fide pendent hære-
dum; & fideicommiſſarij perſona incerta
quam ſæpiſſimè eſt. vt ad rem hanc ſatis con-
cinnè aduertit *Antonius Faber lib.6. tit.6 C.
de hæredib. inſtituend. dict. definit.11.* ad fi-
nem *verſic. an ergo æquè ad fideicommiſſa.*
41 Et fit hoc ipſum firmius, ex Innocentij
Tertij diſpoſitione ad Altiſſiodorenſem
Epiſcopũ in *cap. cùm tibi.13. de teſt.* Scriben-
tis, atq; dicentis: *In ſecunda quæſtione dici-
mus, quod qui extremam voluntatem ſuam
in alterius diſpoſitionem committit, non vi-
detur decedere inteſtatus.* Quem textum
Canonica ex equitate (temperato illo ſupra-
dicto legum Ciuilium rigore) intellectum
42 accipere, Scribentes putãt, vt viri boni arbi-
trio, ad pia diſtribuere excitus videatur, in
43 cuius arbitrium commiſſum eſt; quin non
magis hæres inſtitutus, vt in pias cauſas re-
44 licta bona diſpertiatur. Cùm hæ cauſæ piæ
iuris ſubtilitatibus minimè ſubijciantur. *cap.
cùm eſſes.10. & cap relatum 11. de teſtamen.*
Quem intellectum admittit *Couar. dict. cap.
cùm tibi. num.9.10.11. & 12.* & ante eum di-
xerat

Digitized by Google

44 zetat *Innocent. ibid.* vel ſaltim vti diſtri-
butor teſtamento datus ad diſpertienda
bona inter pauperes, aliaſq; pias cauſas, quod
admittit *Bald.* in *l. Et in Epiſtola.22. ſub nu.
1. C. de fideicommiſſis.* ipſum Innocentium
referens. & hunc ſenſum magis approbat
*Tholoſates Petrus Gregor. d. lib. 42. cap. 2. n.
4.* & *Bal.* ſequitur *Firmanus*, aliàs *Bertachi-
nus de Epiſcop. part. 4. q. 31. num. 90. & 91.
vol. 13. tractat. part. 2. Sylueſter in ſumm.
verbo legatum 4. q. 10. Gabr. lib 3. tit. de pia
cauſa. concluſ. 3. num. 2. Abb. conſ. 59. nu. 1.
part. 1. Cardin. Tuſcus lib. 1. litera C. concl.
62. num. 2. & ſeq. & lib. 2. eadem littera C.
concluſ. 742. num. 47. & lib. 5. littera L. con-
cluſ. 106 num. 13. 14. & 15 & lib. 6. littera
P. pia cauſa habet ſpecialia. concluſ. 333. nu.
69. Surd. conſ 380. num. 5 6. & 18. & num.
45. vol. 3 Genuenſ. in practicabilibus Eccle-
ſiaſtic. q 446. num. 7. Peregrinus dict. art.
33. nu. 66. Tiraquellus de priuileg. piæ cauſæ.
priuileg. 64. vbi Riccius, & Thorus* adden-
tes. *Aluar. Valaſcus conſultat. 68 num. 4. &
ſeqq. Spino in Speculo teſtamen. glo. 5. n. 9. &
numer. 68. 69 & 70.* vbi etiam *numer. 25.*
45 textus prędicti intelligentiam generaliter
accipi deberi dicit; non de cauſis pijs dun-
taxat; ſed de omni diſpoſitione; quaſi velit,
non quòd alter, cui commiſſio facta ſit, pro-
priam voluntatem in teſtamento cõſtituat,
ſed defuncti declaret, qui voluit, vt in pios
vſus eius bona, atq; in alijs legatis, & fidei-
commiſſis diſtribuerentur; ipſeq; tanquam
prudens, & fidelis diſpenſator exequeretur,
quæ ſanè perpenſio perquàm optimè no-
ſtræ fauet ſententiæ, eamq; tutatur; dedu-
ximus nos alios referentes. *reſponſ.* noſtra
36. n. 1. & ſequent. part. 1.

Videbitur proindè Antonius ab Andria-
na vxore rogatus, ex facultate ſibi tradita
legata, & fideicommiſſa rogandi, vt in
pia (viri boni arbitrio) bonorum partem
aliquam in animæ ſuæ commodum diſper-
tiri vellet. Quod & pręſtitit Patribus Sancti
Georgij poſt Iacobi filij ſupremum funus
ſine filijs, atq; etiam Franciſci Sorga, relin-
quendo. Detracta tamen ab hoc conditio-
ne illa (ſi ſine liberis deceſſerit) quod & fieri
poteſt: ne per inutile vitietur vtile. quod fie-
46 ri non debet, ad *regulam.* Vtile non debet
per inutile vitiari. 37. *de regul. Iur. in 6.* &
ſequitur ad rem noſtram Magnus ille Na-
uarrus *Martinus ab Azpilqueta conſil. 14.
proponitur in facto. ſub n. 4. lib. 3. de teſta-
ment.*

47 Nec improbetur, vt nequè captatoria
æſtimetur facultas, filio familias in genere
à patre teſtandi facta, modò certam formam
teſtandi, certaſquè perſonas, quibus relin-
quat, non deſignet, quòd hoc eſſet ab alie-
no arbitrio voluntatem vltimam depende-
re, ac conſequenter improbatum. quod
non accidit facta in genere facultate teſtan-
di, vt interpretando *text.* in *dict. leg. capta-
torias. 70. ff. de hæredib. inſtituen.* ſequi-
tur *Polydorus Ripa ſingularium obſerua-
tionum. obſeruation. 112.* obſeruans debe-
48 re poteſtatem hanc in genere precedere,
non ſubſequi teſtamentum, ex *Bald. in
dict. leg. 1. numer. 47. verſic. nam cùm
conſenſus, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Fe-
dericus de Senis conſil. 298. Quoniam
veritas numer. 3. verſic. patet igitur.* ſe-
quitur *Riccius dict. collect. in 59; par. 3.*

Quæ ſanè perpenſio ſatis ad rem hanc
noſtram ſedet; Cum in genere facultatem
fecerit Antonio Andriana uxor eius bo-
49 nis legata, & fideicommiſſa rogandi, vt
quaſi diſtributor electus videatur boni vi-
ri arbitrio, (in quem fidebat) bonorum
partem etiam in pia diſpertiendi. ſecun-
dum *Ancharanum conſil. 436. in ijs dubijs.*
50 *in princip.* vel vt bona conſeruarentur in
familia. quod latiſſimè deducit *Ruinus dict.
conſil. 20. lib. 2. per tot.* & ſequitur *Cardinal.
Tuſcus tom. 1. dict. littera C. concluſion. 62.
numer. 22. 23. & ſeqq* & amplectitur non
ab re, ſi rectè expendatur *Nauar. dict. conſ.
14. numer. 3. de teſtament.* perpendendo
text. in *leg. vnum ex familia. 69. §. ſed & ſi*
51 *fundum, ff. de legat. 2.* quo loco ex Papi-
niano certum eſt: valere legatum relictum
alicui de familia, cui, vel quibus hęres volet.
& apertiùs Vlpianus in *leg. fideicommiſſa
11. §. ſi fideicommiſſum, ff. de legat. 3.* di-
52 ſtinctionem adhibens, inter relictum,
ſi volueris; & ſi fueris arbitratus, ſi putaue-
ris, ſi exiſtimaueris, vel ſi tibi viſum fuerit,
vel videbitur. nam hoc caſu debetur. Ratio-
nem reddit, dicens: *Non enim plenum ar-
bitrium voluntatis hæredi dedit, ſed quaſi
viro bono fideicommiſſum relictum.* ſequuta
fuit Rota in *Regien. Penſionis. 5. Maij 1631.
coram Dunozetto deciſion. 38. numer. 19.
part. 6. diuerſorum nouiſſimarum per Ru-
beum.* & decreuit Rota in vna *Bononien.
apud Mobedanum dict. deciſ. 6. de teſtamen-*
53 *tis.* Captatoriam diſpoſitionem eam non
eſſe, decernens, qua perſona eligenda alie-
næ ſit voluntati demandata, modò diſpoſi-
tionis ſubſtantia ex aliena non pendeat vo-
luntate, ex Caio *lib. 1. fideicommiſſorum* in
*l. Vtrum ita poſthumus. 8. § cùm quidam,
ff de rebus dub.* rationem reddente: *Nec
enim* (dicendo) *in arbitrio eius, qui rogatus
eſt, poſitum eſt, an omnino velit reſtituere,
ſed cui potius reſtituat.*

Non itaq; quoad ſubſtantiam legatorum,
& fideicommiſſorum voluntas fuit Antonij
electa per Andrianam, quæ & legata, & fidei-
commiſſa rogari mandauit, ſed quoad per-
ſonas, & quantitatem arbitrium demanda-
tum, boni viri arbitrio ad patrimonij vires:
Plurimum enim intereſt (Caius *d. l. vtrum.
§. cùm quidam. in fin.* ſubnectit) *vtrum in
poteſtate eius, quem teſtator obligari cogi-*

tas

tat, faciat, ſi velit dare, an impoſita neceſſitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum arbitrium concedat. Et huc ferè decidit, quod eiuſdem argumenti definiuit Vlpianus *lib. 6. diſputationum* in *d.l. fideicommiſſaria 46.*
54 *ff. de fideicommiſſar. libert.* dicens: *Cęterum ſi arbitrium illi quaſi bono viro dedit: non dubitamus, quin libertas debeatur. Nam & eam libertatem deberi placuit: Si tibi videbitur, peto, vt manumittas. Ita enim hoc accipiendum, ſi tibi quaſi bono viro videbitur.* & hanc ipſam perpenſionem ſequitur *Afflic. deciſ. 371. num. 4. & num 8.* & eum *Gaſpar Anton. Theſaur. dict. quaeſt. 88. in fin. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 17. num. 1. & ſeqq.*
55 In hoc itaq; aſſumptus a teſtatrice Antonius fuit, vt arbitraretur ipſe, & quantitatem, & perſonas, quibus legata, & fideicommiſſa deberentur iuxta Sceuolæ ſenſum *lib. 15. digeſtorum* in *l. Theopompus. 15. ff. de dot. prælegata.* quem conſequitur *Bar.* ibidem *verbo quaero cum teſtator dixit*, & ſequitur *Affl. d. deciſ. 371. num. 7. & 8. Peregrin. d. art. 33. num. 58. Surd. d. conſ. 380. numer. 32. & 42. verſ. tertio reſpondeo.*
56 Ni magis dicere velimus: Antonio factam fuiſſe facultatem per Andrianam, quæ Iacobum communem filium hæredem dixerat; in bonis proprijs per legata, & fideicommiſſa diſponendi, quaſi domino, vt quaſi de bonis ſuis, non hæreditarijs, diſponeret. Cuilibet
57 enim liberum manet arbitrium de rebus ſuis diſponendi, vt libuerit, ad *text. in l. in re mandata 21. C. mandati. l. nemo exterus 8. C. de Iudæis. Gloſſ. in cap. abolendæ 13. in gloſ. 1. in princip. de ſepultur. extra. cap. de ijs. 4.*
58 *in fin. eod. tit.* abutatur quamuis quis re ſua: iuxta Iuliani ſenſum in *l. ſed & ſi lege 28. §. conſuluit ff. de petit. hæredit. Afflict. dec. 282.*
59 *num. 10.* Dominus quippè eſt, vt perpendit Rota apud Sanct. Memor. *Gregor. XV. deciſ. 29.* & apud *Coccin. Decanum deciſ. 267 n. 10.* ex ratione, quam reddit Caius. in *l. non vſq; adeo 2. ff. ſi quis à patre manumiſſus ſit* di-
60 cens. *Quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem.*
Talem itaq; rebus ſuis legem dixit, ſeruan-
61 da vtiq;. Talis quippè ſacrarum legum norma eſt, vt defunctorum voluntates, qui de rebus diſpoſuere ſuis, firmæ ſint, nec vacil-
62 lent. quod nihil amplius hominibus, poſtquam hinc demigrauere, debeatur, quam vt firma ſint iudicia, vt ex *l. 1. C. de ſacroſanctis Eccl.* in ſuperioribus diximus. *Diſponat*
63 *enim* (ſtatuere) *vnuſquiſq; in ſuis vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas. d. §. diſponat. in auth. de nupt. collat. 4.* Vt dignum eſt, hoc eſt, *ſecundum leges, & bonos mores, aliàs non valeret.* vt *Glo.* in verbo. *vt dignum eſt.* ibidem
64 aduertit. Hæc autem Andrianæ diſpoſitio, qua facultatem Antonio fecit legata, & fideicommiſſa rogandi legibus aduerſa non eſt, neq; bonis moribus repugnans, ac conſequenter non captatoria. Seruanda igitur; atq; id modis omnibus. Decernit Gregorius in regeſtro *epiſt. 9. lib. 3.* relatus à Gratiano *can. vltima voluntas. 4. 13. quaeſt. 2.* dicens:
65 *Vltima voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet.* concinit *text. in §. ſemper nobis. in procemio in auth. de hæredib. & falcid. collat. 1. l. fin. in princip.* ibi: Voluntati proſpicientes. *C. de fideicommiſſ.* & hoc quidem
66 ob publicam vtilitatem. *Publicè enim expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere.* vt ſunt Pauli verba *lib. 7.* ad Paulutium in *l. vel negare. 5. ff. quemadmod. teſtamenta aperiantur.*
67 Ratio autem eſſe poteſt; Quia in vltimis voluntatibus cauſa efficiens eſt ſolus teſtator. vt *Bald.* loquitur in *l. id, quod pauperibus. num. 15. verſ. modò iuxta prædicta. C. de*
68 *Epiſcopis, & Clericis.* quod ſolùm ſufficit, vt defuncti voluntas ſuſtineatur. Quemadmodum ex hac ipſa ratione ſuſtinetur di-
69 ſpoſitio, nè captatoria æſtimetur, ſi mandauit teſtator eligi incertum de certis, vtputà vnum ex pauperibus, vel quid ſimile. vti apertiſſimè deducit *Nauarr. d. conſ. 14. d. teſtament. Rot. apud Cardinal. Caualer. dict. deciſ. 374. & in dict. Regien. Penſionis coram Dunozetto d. deciſ. 38. nu. 37. & 38. par. 6. diuerſor. nouiſſimar.*
70 Pariq; modo ſuſtinetur, ſi quis aſſenſum præſtet, vt alius quiſpiam de rebus ſuis diſponat, teſtamentum roget, legata decernat. Quia nimirum bona concedit, non voluntatem, & alienate tunc ſua dicitur in alterū; non quòd eius teſtamentum ex aliena pēdeat voluntate. firmam rem hanc Martianus facit in *l. ſicut re corporali 8 §. venditionis. ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſoluatur.* ſequentibus loquens: *Venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus, & ſi legare permiſerit, valeat quod conceſſit.*
71 Permittere igitur poſſum, vt alter de rebus meis legata roget. alienaſſe porrò in eum quantitatem illam videor, & quaſi donaſſe, atq; in eum dominium transfundiſſe. vt *Glo.* ibidem verbo *generaliter* notat. *Bald. in cap. 1. §. preterea. quibus modis feudum amittatur in vſibus feudorum.* ſequiturq; *Surd. d. conſ. 380. n. 25.*
Per facultatem ergo, qua Andriana permiſit Antonio: *Poſſa fare legati, e fideicommiſſi ſopra la mia heredità*; bona vtiquè ex eius hereditate dediſſe videtur, vt ex ſua poſtmodùm liberalitate, quaſi de ſuis diſponeret, nō quaſi ipſa diſponeret Andriana, ſuamq; quaſi
72 manuduceret, voluntatem: hoc nempè modo ab alieno penderet arbitrio, atq; legibus improbaretur. ad *text. in d. l. inſtitutio 3 r. ff. de hæredib. inſtituend.* cum alijs ſupra per nos in initio quæſtionis adductis. & perpendit *Surd. d. conſ. 380. num. 26.* alijq; per eum
relati

relati. rationem ipſe referens; quia vnus ,
73 idemq; actus, morientis , & viuentis ſimul
eſſe minimè poteſt. ex *Bald. in d.l.1. nu.6.*
verſ.iuxta hoc quæro.C.de Sacroſanctis Ec-
74 *cleſ.* Et teſtamentum eſt noſtræ (non alie-
næ voluntatis) iuſta ſententia de eo , quod
quis poſt mortem ſuam fieri velit . iuxta
Modeſtini finitionem. *lib.*2. pandectarum
75 in *l.1.ff. de teſtament.* Aliter verò ſentien-
dum, quando in genere facultas facta eſt ,
ex propria voluntate diſponendi, atq; bona
data, ex quibus diſponere poſſit . vt ex *Po-*
*lydoro Ripa dict. obſeruat.*112. in ſuperiori-
bus diximus. Et hæc quidem , quoad hanc
difficultatem quantum potuimus ſatis ad-
duxiſſe putamus.

Reſiduum tamen eſt , vt alteri faciamus
quæſito ſatisfac vacillare hanc Antonij di-
ſpoſitionem, eamq; momento, firmitateq;
carere : habebit ne ſaltim locum Neapoli-
tana Conſuetud. (*Et ſi Teſtator*) vt medie-
tas bonorum antiquorum agnatis quæra-
tur, non verò extraneo hæredi per Iacobũ
ſupremis tabulis (& ſi ex alio capite forraſsè
nullis) dicto ?

Locum ſibi iurè facere reſpondendum
76 cenſemus. Illa quippè habet : vt de medie-
tate tantum poſſit diſponere, reſeruata al-
tera medietate agnatis proximioribus, ſiue
etiã cognatis ex latere, quo bona obueniũt.
77 Quæ planè Conſuetudo, ne in ſtabilibus
tantùm, verùm, & mobilibus, iuribus quoq;
& actionibus locum ſibi vendicat. ex Mo-
deſtino *lib.7. regularum* in *l. rem in bonis.*
52. *ff. de acquirendo rerum dominio.* & Vl-
piano *lib.*10. *ad edictum* in *l. bonorum ap-*
pellatio 49. *ff. de verborum ſignificat. Card.*
*Tuſcus lib.*1. *littera B. bonorum appellatio-*
*ne. concluſ.*101. *num.*12.13. *& ſeq. Tiraquel-*
lus in l. ſi vnquam. verbo bona. num. 8.9. *&*
ſeq. C. de reuocand. donat. in terminis noſtris
huius Conſuetudinis Regens *Io: Franciſ. de*
Ponte de poteſtate proregis tit 9. de ſucceſſio-
*ne. mulier. n.*9.15. *& ſeq.* alter Regens *Sci-*
*pio Rouitus deciſ.*85. *num.*4. *&* 5. *Aloyſius*
*Riccius Vici Epiſcopus collectan.*126. *par.*1.
Donatus Antonius de Marinis quotidiana-
*rum reſolut. c.*70 *n.*21. *& ſeq.*

Quatenus igitur firma non eſſet Antonij
diſpoſitio, & fideicommiſſum rogatum ,
etiam facultate ſibi per Andrianam facta ,
haud effugiet hic nouus hæres, quin bono-
rum antiquorũ agnatis proximioribus me-
78 dietatẽ euomat ſatur Vultur. Cadaueribus
enim auis hæc veſcitur. Vulturi ſimiles ha-
bẽtur, qui mortuorũ inſtant corporibus, eo-
rũ vt hereditates vorẽt. iuxta *Martial.* illud.

Cuius Vulturis hoc erit cadauer ?

Et illud *Senecæ* in epiſtolis : *At ſi hæredita-*
tis cauſa id facit, Vultur eſt, cadauer expe-
ctat. Diuitias igitur, *quas deuorauit euomet;*
& de ventre illius extrahet eas Deus, vt Iob.
20.15. habetur.

79 Verùm nec difficultate caret : Ex bonis
ipſis antiquis ſunt extra Neapolitanũ ſolum
annui cenſus, quorum tamen ſolutio Nea-
poli deſtinata fuit ; comprehendentur ne
hi quoq; cenſus inter bona antiqua, ac con-
ſequenter in retentione medietatis à Con-
ſuetudine facta ?

Comprehendi vtiq; reſpondendum aſſe-
80 rimus. Deſtinatio nempe ipſa ſolutionis ,
facit, vt eius loci res dicatur, in quo vt per-
petuò ſit, deſtinata fuit. ita apertiſſimè Vl-
pianus ſentit in *leg. ex facto* 35. §. *veru̇nta-*
men. ff. de hæredibus inſtituend. dicens: *Ve-*
runtamen hoc intelligendum erit : rerum
Italicarum ſignificatione eas contineri, quas
perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita diſpoſuit,
vt ꝑpetuò haberet. Ex regula Pauli in *l. quæ-*
ro 100. *ff. de ſolut.* ex qua *Bart.* in ſummario
dicit: ſolutionem pecuniæ pertinere ad il-
los, qui adminiſtrationem habent loci , in
quo eſt facienda. ſubueniãt tibi verba aper-
tiſſima Cai *lib.*54. ad edictũ prouinciale in
l. aut vbi 3. *ff. de bonis authorit. Iudic. poſſid.*
quibus dicit: *Contractum autem non vtiq;*
eo loco intelligitur , quo negotium geſtum
eſt, ſed quo ſoluenda eſt pecunia. & Iulianus
in *l. contraxiſſe* 20. *ff. de actionibus, & obli-*
gat. Contraxiſſe (conteſtatur) vnuſquiſquè
in eo loco intelligitur, in quo, vt ſolueret, ſe
obligauit. *Lapus allegation.* 91. *numer.*8.
ſequuta fuit *Rota apud Cardinal. Se-*
*raphin. dec.*594. *n.*1. *&* 2. Et ſuadet non con-
temnenda ratio , ex finitione petita cenſus.
81 ita enim deſcribitur ab Eminentiſſimo *Car-*
*din. Toleto Inſtruction Sacerdotalis lib.*5.
*cap.*42. *n.*1. Eſt ius exigendi penſionem de
re vtili alterius. Penſionẽ dixit. hoc eſt quo-
tam quandam, vel fructuum, vel pecuniarũ,
quæ alicui ſoluitur, vel ſeptem ad centum ,
ſiue octo, ſiue etiam decem , iuxta Martini
82 V. & Caliſti III. Conſtitutiones inter *extra-*
uagant. communes tit. de empt. & vendit.
quam ob cauſam fit, vt neque ciuiliter, neq;
naturaliter rem poſſideat cenſuarius , ſuper
quam cenſus impactus eſt, neq; ius vllum
ſuper rem illam obtineat, niſi illud vnum
83 exigendi penſionem, vt ex *Toleto. Couarr.*
Gratiano, & Cencio diximus *reſponſ. no-*
ſtra 50. *num.*10.11.12. *&* 13 *par.*3. Cenſus
igitur annuus eſt in hæreditate , qui Nea-
poli ſoluendus eſt, non bona , ſuper quibus
cenſus impoſitus fuit , inter bona itaquè
intra Neapolitanum ſolum exiſtentia , & hi
cenſus computabuntur. erunt proindè in-
ter bona antiqua, ac conſequenter habebit
in eis locũ Conſuetudo. *Et ſi teſtator.* vti in
hiſce terminis ex *Alex. conſ.*16. *vol.*1. ſequu-
84 tus fuit Magnus ille Iure Conſultus *Anto-*
nius de Alexãdro. in Cõſuetudine. Si aliquis
moriens in additionib. incipien. nota quod
poteſt accidere. quo loco ita deciſum refert,
atq; etiam ibid. de *Bottis* , & *Molfeſ. ad eaſ-*
*dem conſuetud. par.*2. *de bonis. quæſt.*12. *n.*12

 & 13.

446.*nu.*30.& *ſeq.lib.*3. ſequitur *Ioan.Vin-*
*cent.Honded.conſ.*63 *nu.* 101.*vol.*1.ea nimi-
rum ratione, quam ipſemet fideicommiſſi
inſtitutor intulit, quia per fideicommiſſa fa-
16 miliæ conſeruãtur, vt latè proinde interpre-
tari ea non dedeceat. ad *tex. in l. cùm pater*
79.§ *dulciſſimis fratribus meis ff.de legat.*2.
& *l.nomen debitoris.*33.§ *fin.vbi Scribent.ff.*
*de legat.*3. ſequuta fuit Rota *in Peruſina*
bonorum de Herculanis 22.*Aprilis* 1580. *co-*
ram Brauo par. 1. *tom.*1. *in recent.deciſ.*10.
*nu.*3.
17 Firmatur hoc multo magis ex eo, quod fi-
deicommiſſum hoc reale fuit, non perſona-
le. fuit nempè rebus ipſis grauamen iuſtum,
vt ſemper perſeuerarent, atq; in perpetuum;
ſtarent. ſuccedentes verò, (veluti ipſe Mar-
tius) vſufructuarij eſſent; bona verò in fami-
liæ conſeruationem perdurarent, quæ ſanè
res fideicommiſſum reale faciunt. *Bart in l.*
peto.§ *fratre. nu.*1.*ff.de legat.* 2. *Alba Man-*
*dell.conſ.*93.*nu.*2.& *conſ.*97.*nu.*2. *Franciſc:*
*Beccius.conſ.*21.*nu.*24.*lib.*1.*Surdus conſ.*67.
*nu.*18.*lib.*1.*Ambroſin.deciſ.Peruſin.*7. *n.*22.
18 Martij igitur renunciatio, (quatenus illa
fortaſsè ſubſiſtat) perſonalis fuit; ad ipſum
enim non niſi vſusfructus bonorum tranſi-
bat, non bona ipſa: ſic enim Matthæus fidei-
commiſſi fundator: *Quod vita durãte Mar-*
tij ſit Dominus, & vſufructuarius ſimplex
19 *dictorum bonorum.* Renunciauit proindè
vſufructui, quod quid perſonale eſt, quod ad
eum ſpectabat. Audi Paulum *lib.*2.ad Viteſ-
lum in *l.*1.*ff. de vſufructu* quo pacto vſum-
20 fructum deſcribat: *Vſusfructus eſt ius alie-*
nis rebus vtendi, fruendi, ſalua rerum ſub-
21 *ſtantia.* Eſt itaq; velut accidens quodam.
faciat tibi hanc fidem Celſus *lib.*18.*digeſto-*
22 *rum in l.*2.*ff.de vſufructu.* dicens. *Eſt enim*
vſusfructus ius in corpore: quo ſublato, & ip-
ſum tolli neceſſe eſt. Quia vſusfructus ſine
perſona (qua ſubſtentatur) conſtitui non po-
teſt. vt Hermogenianus loquitur *in l. hære-*
ditas in multis 61.*in fi.ff.de acquir.rer. domin.*
23 Ergo accidens. quod ſine ſubiecto, quo ſub-
ſtentatur, (ſubſtantia ſcilicet) eſſe nõ poteſt,
vt deſtructa ſubſtantia, accidens eſſe nõ poſ-
ſit. iuxta Philoſophi doctrinam, quam No-
ſtrates ſequuntur in *l ſi ſeruum* 4. §.1.*ff.de*
actionib.empti. argumento *tex.in can: cùm*
Paulus 26.1.*q.*1. *cap.venient.*3. *de presbyte-*
*ro non baptizat.Nauar.conſ.*21. *nu.*6.*in fin.*
*lib.*3. *de empt. & vendit. Petrus Gregorius*
*Tholoſates. ſyntaxeon artis mirabilis lib.*2.*c.*
14.diximus *reſponſ.*50.*num.*6.7. & 8.*par.*3.
Subſtantia verò bonorum, quibus erat fidei-
commiſſum impactum, pœnes familiam ex-
tabat, cuius fauore bona ſequeſtrata erant;
& fideicommiſſo ſubiecta. Eis itaq; Familiæ,
Agnationiſq; in præiudicium, nec renuncia-
uit, neq; renunciare potuit Martius. Fuit er-
go eius renunciatio perſonalis, vſusfructus
videlicet, qui ad ipſum ſpectabat. Firmum
igitur permanſit fideicommiſſum in familiæ
fauorem.
Præterquã quòd, ſi rectè perpendãtur ver-
ba, quibus dictus Martius loquutus fuit in
dicta particula nouiſſimi ſui elogij, nihil
omnino de fideicommiſſo meminiſſe inue-
nerimus, neq; de donatione manu talis No-
tarij, taliq; die rogata, in qua fideicõmiſſum
continebatur, ſed ſatis in genere: dicẽs. *Item*
dichiara come gl'anni paſſati Mattheo Ca-
puti ſuo Patre haue fatto ad eſſo teſtatore
alcune donationi per mano di publici Nota-
ri, quali donationi realmẽte ſono fittitie, &c.
Sicuti in initio ad verbum retulimus. neq;
24 verbum quidem de fideicommiſſo fecit. Eſt
igitur æquiuoca hæc aſſertio; meminit enim
de nonnullis donationibus per manus pu-
blicorum notariorum; vt ſupponat plures
alias donationes præceſſiſſe; nihil ergo rele-
uabit, vt fideicommiſſo renunciatum videa-
tur: cùm fieri poſſit, vt aliæ quidem donatio-
nes ipſi Martio factæ fictitiæ fuerint, ſed
hæc, in qua fideicommiſſum familiæ fauore
rogauit Matthæus pater, non æquè. vti argu-
mentãtur Imperatores Diocletianus, & Ma-
ximinus in *l.neq; natales.*10.C.*de probationi-*
bus. ſimilis *tex.in l.matrem* 17.*C.eodem.cap.*
in præſentia 8. *de probat. extrà. Rota apud*
*Cardin. Manticam deciſ.*111.*nu.*5. & *nu.*8.
25 vbi extendit etiam in materia fauorabili,
hæc autem odioſa. & *Idem deciſ.*251.*num.*5.
*Vincent. de Franchis deciſ.*301.*nu.*4. *Natta*
*conſ.*170.*num.*9. *Rota apud Card. Seraphin.*
*deciſ.*1103.*n* 2. & *apud Coccinum Decanum*
*deciſ.*379.*nu.*9 & 289.*nu.*2 & 5.*apud San-*
*cta memor.Gregor.XV.deciſ.*290 *num* 4. &
*deciſ.*405 *num.*2.& *apud Card.Caualer de-*
ciſ 97.*nu.*8.& *deciſ.*125.*nu.*7. & *apud Illu-*
ſtriſſimum Duranum Epiſcopum Vrgellen.
*deciſ.*402.*nu.*21.*par.* 2.
26 Deberet autem eſſe neceſſariò concludẽs
ad fideicommiſſi renunciationem. ad *tex.in*
*l.non hoc.*4.*vbi Bald.& Salycet.C.vnde legit.*
*Purpurat.conſ.*455 *nu.*32. *Rota apud Card.*
*Manticam deciſ.*95.*nu.*3.& *d.deciſ.*111.*n.*5:
27 Vt neq; generalis renunciatio ad fideicõ-
miſſum extendatur, ſi in alio illa iurè verifi-
cari valeat, atq; effectum ſortiri, etiam data
fideicommiſſi ſcientia, ſine qua, non inſpe-
ctis, cognitiſq; teſtamenti verbis, renuncia-
tio, vel tranſactio non procedit. vt Caius lo-
quitur *l.de his.*6.*ff de tranſact.* & *in l.*1.*in fi.*
princ.verſ.neq; enim ff.quemadmodùm teſta-
menta aperiantur.Bart.in l.qui Romæ.§.*duo*
fratres.in 6.*q.nu.*19.*ff.de verborum obligat.*
vbi etiam *Doctor.Carol: Ruinus conſ.*92.*nu.*
23.*vol.*4.*Peregrin.de fideicommiß.d.art.* 52.
*num.*32.*verſ. quinta concluſio. Surdus conſ.*
395.*nu.*22.23.& 24.*vol.*3. *Gratianus foreſ.*
28 *par.*4.*cap.*788.*nu.*12.13.& 14. etiam iura-
mento accedente. *Surd.d.conſ.*395.*num.*23.
*Card.Mantica de tacit.& ambig.tom.*2. *lib.*
26.*tit.*2.*nu.*29.30.& 31.*Gratian. d.cap.*788.
nu.

numer.13. & 14.

Hæc verò Martij renunciatio, & declaratio, nulla facta fideicommiſſi memoria, poteſt in alijs donationibus fundamentum habere, atq; verificari. Ad fideicommiſſum proindè familiæ fauore rogatum, quæ ſemper
29 extare præſumitur, minimè extēdetur. Cùm ſaltim in dubio non renunciatum fideicommiſſo æſtimare debeamus. *Cephal. conſ. 271. nu. 15. lib. 2. ſequitur Iacob. Cancerius variarum reſolut. lib. 3. cap. 25. de renunciationibus. nu. 285.*

30 Multoq; id magis locum habebit, quod donatio hæc, atq; fideicommiſſum iam fuerat, etiam pro familia per ipſum Martium tunc præſentem acceptatum, habetq; non minimam milturam cum honore, & voluntate ipſius Matthæi donantis, atq; fideicommiſſum pro ſuæ familiæ, & agnationis conſeruatione, rogantis. In cōſeruationem nempè familiæ ſuæ per fideicommiſſum intendebat ipſe Matthæus, ne ex aliquo fortunæ caſu in pauperiem deueniret, vt ſupra quoq; perpenſum eſt, & ipſe Matthæus in ratione, quare fideicommiſſum rogauit, manifeſtiſ-
31 ſimis verbis expreſſit. Erat proindè inrenunciabile. vt poſt *Caſtrenſ. conſ. 259. ſub n. 5. circa med. verſ. dedit enim ipſe teſtator. lib. 2.* ſequnta fuit *Rota in Bononien. fideicomm. 15. Februarij* 1636. *coram Dunozetto deciſ. 93. nu. 13. 14. & 15 par. 7. diuerſorum nouiſſimarum per Paulum Rubeum.*

32 Quia nimirum, cùm fideicommiſſum hoc non in vltima voluntate, ſed in contractu inter viuos rogatum fuerit, vtile eſt etiam abſentibus, eiſq; proficit, vt erat familia Caputi, pro qua rogabatur. ad *tex. in l. ſi rerū tuarum 2. & l. quoties. 3. C. de donationib. quæ ſub modo. Peregrinus de fideicommiſſis. art. 1. nu. 16.* Non poterat propterea eidem præiudicium fieri per renunciationem per dictū Martium, quamuis ille expreſsè fideicommiſſo nuncium miſiſſet. Firmum ergo perſiſtit fideicommiſſum prēfatum familiæ, agnationiſq; Caputorum, per Matthæum, in fauorem rogatum. Si ergo firmum, ac ſtabile; ſtabile quoq; ac firmum erit relictum in eodem Portiæ Martii filiæ, ducatorum quinq;
33 mille pro eius dote. *Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur?* Iuſtinianus Imperator Iuliano Præfecto Pretorio ſcribens in *l. ſancimus 27. in princ. C. de teſtamentis*, teſtatur. & Bonifacius VIII. in *cap. conſtitutio. 41. in fin. de elect. lib. 6.*

Verùm reſiduum eſt, vt perſpiciamus, an vtrunq; legatum conſequi poſſit Portia, & trinm millium in nouiſſimo teſtamento per Mattheum Auum paternum iure peculiaris inſtitutionis ſibi relictum, & dictorū quinq; millium in rogatione prēfati fideicommiſſi
34 anno 1626. ſibi etiam decretum? Nouiſſimū teſtamento relictum trium millium deberi dumtaxat, qui contra Portiam ſunt, Sceuolę ſententiam afferunt *lib. 20. digeſtorum in l. libertis, quos teſtamento. 18. ff. de aliment. & cibar. legat.* Rationem enim ipſe Sceuola reddens: quam ob cauſam duplicatum legatum libertis relictum, & teſtamento, & codicillis, minimè debeatur? *Nam ab ijs, quæ teſtamento* (reſpondit) *cibariorum nomine legata eſſent, receſſum eſſe propter ea, quæ codicillis relicta ſunt.* An autem receſſum ſit ab illo in fideicommiſſo relicto, per aliud in teſtamento Portię iure inſtitutionis facto? hoc
35 opus, hic labor eſt. Nos receſſum minimè fuiſſe, aſſerimus, quin nec potuiſſe. Non ſanè potuiſſe, quia firmum illud fuit, vt ſupra probauimus. Quia firmum fideicommiſſum aſſeruimus. Stabit proindè. Si ſtabit, vt ſtat;
36 Debebitur propterea. *Quoniam reprobare non potuit, ſemel probatum.* vt Sceuola ipſe ſcribit, aſſeritq; in *l. Pomponius. 10. ff. de negot. geſt.* ſequitur *Surdus deciſ. 265. nu. 25. & deciſ. 288. nu. 5. Iacob. Thomingius deciſ. Lip-*
37 *ſien. 13. nu. 35.* Non verò reprobaſſe; quoniā de contraria Matthęi voluntate nō apparet. Faciunt tibi ſecuram aſſertionem hanc verba Imperatorum Diocletiani, & Maximiniani in *l. filiæ cuius. 18. C. familiæ herciſcundæ.* dicentium: *Si non poſtea contrarium eius iudicium* (patris ſcilicet) *probetur, per arbitrium diuidendæ hæreditatis, præcipias adiudicari.* Docetq; nec immeritò Celſus *lib. 21. digeſtorum in l. Lutius Titius 22. in fin. ff. de legat. 2.* dicens: *niſi hæres, & ab hoc receſſiſſe teſtatorem oſtenderit.* Rationemq; reddit,
38 ſubſequens: *Onus enim probandi mutatam eſſe volūtatem defuncti, ad eum pertinet, qui fideicommiſſum recuſat.* & Vlpianus *lib. 2.* fideicommiſſorum in *l. fideicommiſſa 11. §. ſi rem ff. de legat. 3.* dicens, & ipſe: *Probationem autem mutatæ voluntatis ab hæredibus exigendam.*

39 Adſtruimus autē quod aſſerimus ex Celſi ſenſu *lib. 17.* digeſtorum in *l. quingenta 12. ff. de probationibus.* duas nēpè ſcripturas Portia hic oſtendit; donationem, in qua, rogato fideicōmiſſo familię commodo; quinq; mille dotis nomine Portię reliquit, ſuarum nuptiarum tempore ſoluenda; & teſtamentum, quo Inſtitutionis titulo ter mille quoq; re-
40 liquit. heres verò priorem in donatione relictam ſummam inanem eſſe teſtatur, quaſi reuocatam donationem, & fideicommiſſum:
41 *Hæres ipſe id probare Iudici debet.* Sic enim Celſus ibi reſpondet. etiam ſi ex obliuione defuncti id acciderit. Adſtipulatur Vlpianus in *l. cùm centum. 9. ff. de adimendis legat.* eiuſdemq; ſenſus videtur Paulus *lib. 11. quæſtionum in l. ſequens quæſtio 70. ff. de legat. 2.* & planè ſatis ad rem ex ratione, quam ipſe reddit, cùm reſpondet, an quę viuens vxori donauerat teſtator; in fideicommiſſi petitionē veniant? *Reſpondit:* (inquit) *Ea extra bonorū cauſam defuncti computari debere,* & propterea fideicommiſſo non contineri: *Quia ea habi-*

Digitized by Google

habitura eſſet, etiam alio hærede exiſtente.
Ita plane Portia cùm quinq; millia iam extra
bonorum cauſam Matthæi Aui per donatio-
nem facta fuiſſent: ea habitura eſſet, etiam ſi
teſtamentum ipſe poſtmodùm non rogaſſet.
Rationem venamur ex Iuliano lib. ſingulari
de ambiguitatibus in *l ſi is, qui ducenta* 14.
in princ. ff. de rebus dubijs. dicente: *Sed dicen-*
dum eſt non tercenta, ſed quingenta deberi;
42 *Quia duæ ſummæ iunguntur.* Hanc ſenten-
tiam ſequuntur *Menochius de arbitrar. ca-*
ſu 213. *in* 3. *caſu nu.* 11. *& ſeq.* & *de præſum-*
ptionib. lib 4 *præſumpt.* 128. *num.* 13. *& ſeq.*
Vincentius de Franch. deciſ. 422. *nu.* 2. *Gaſpar*
Antonius Theſaur. forenſ. quæſtionum par.
1. *q.* 67. *nu.* 2. *& ſeq. Morotius conſ.* 31. *nu.* 3.
& ſequent. diximus *reſponſ.* 1. *nu.* 76. *par.* 1.
43 *& reſponſ.* 7. *nu.* 58. *ead. par.* Illo potiſſimùm
perpenſo, quod vna quantitas inter viuos
præceſſit, altera verò in ſuprema voluntate
ſubſequuta eſt. quod perpenſum fuit, atq;
animaduerſum in dicta *deciſ.* 422. *per Vin-*
cent. de Franchis nu. 5.
44 At validiſſimè ex aduerſo ſtant Aduerſa-
rij ex Celſi quoq; ſententia in *l. ſi ſocer.* 2. *ff.*
de dote prælegata. in fin. princ. ex ratione,
quam ipſe ibi reddit, dicens: *Ego puto: quo-*
niam non hoc voluit ſocer, vt bis dotem ſocer
præſtaret. Idem ſenſiſſe Sceuola videtur *lib.*
3. *reſponſorum* in *l. Lutius Titius* 90. §. *im-*
puberem. ff. de legat. 2. dicens: *Quæritur, an*
ex ſubſtitutione impubere mortuo, dos quoq;
iterum debeatur? Reſpondi: non videri de do-
tis legato duplicando teſtatorem ſenſiſſe.
Adſtipulatur perquàm optimè Iulianus in *l.*
huiuſmodi legatum 86. §. *cùm pater. ff de le-*
gat. 1. is enim ſequentibus adamuſſim rem
decernere videtur, dicens: *Cùm pater pro fi-*
lia ſua dotis nomine centum promiſiſſet; dein-
de eidem centum eadem legaſſet: doli mali ex-
ceptione hæres tutus erit; ſi & gener ex pro-
miſſione, & puella ex teſtamento agere in-
ſtituerint. Conuenire enim inter eos opor-
tet, vt alterutra actione contenti ſint. ſic Iu-
45 lianus. Ratio autem eſſe videtur, quaſi dos
natura ſua multiplicationem non admittat.
vt inquit *Menochius de arbitrar. d. caſu.* 213.
nu. 7. & ſequuti nos fuimus *d. reſponſ.* 1. *nu.*
81. *par.* 1.
46 Diſtinctionis verò fœdere Aduerſarijs nos
facimus ſatis. Vt aliud planè ſit in legato ſpe-
ciei, aliud in legato quantitatis. deindè aliud
ſit, ſi in eadem ſcriptura eadem relinquatur
ſumma, & pro eadem cauſa, aliud verò, ſi
quamuis pro eadem cauſa, in diuerſis tamen
ſcripturis, atq; diuerſa deſtinetur quantitas.
veluti ſi inter viuos vna, in vltima ſit volun-
tate altera relicta. vel demùm ſi eadem quã-
titas, atq; in eadem ſcriptura, atq; pro cauſa
relinquatur eadem; appareat tamen vtramq;
quantitatem reliquiſſe teſtatorem. caſus hos
omnes diſtinximus *d. reſponſ.* 1. *à nu.* 73. *cum*
ſeq. par. 1. *& d. reſponſ.* 7. *nu.* 58. ex ſupra re-
latis Doctoribus, & alijs ibidem. & exactiſſi-
mè proſequitur *Iacobus Cancerius lib.* 3.
variarum reſolut. cap. 20. *de legat.* in materia
dotis loquens *à nu.* 175. *cum ſeq.* ad vſq; *nu.*
198. *Menoch. d. præſumpt.* 128. *per tot.* diſtin-
ctiones omnes enumerans, & caſus. & ſuffra-
gari videtur ratio, quam *Menochius idem*
47 *dicto caſu* 213. *numer.* 9. aſſert; quòd videli-
cet actuum multiplicatio non præſumatur.
Nos verò extrà difficultatem vllam ſumus,
multiplicatione apparente, tàm ex actu do-
nationis anno 1626. quàm ex teſtamento lõ-
ge poſtea ſubſequuto; ſummarum quoq; di-
uerſitatem, ex quantitate in vtraq; ſcriptura
diuerſimodè relicta; atq; ex temporum di-
ſtinctione; quod poſt *Gloſſ. in l. filia legatorũ*
11. *verbo viuus. C. de legat.* & Vlpian. in *l. cũ*
centum. 9. *ff. de adimend. legat.* & in *l. planè* 34.
§. *ſi eadem res. ff. de legat.* 1. quo loco caſus
omnes ſupra enumeratos diſtinguit. perpẽ-
dit etiam *Menochius d. caſu* 213. *in* 4. *caſu.*
num. 19. *Cancer. d. cap.* 20. *de legat. num.* 161.
cum ſeq. Vincent. de Franchis d. deciſ. 422.
num. 6.
48 Non facit verò obſtaculum *tex. in l. liber-*
tis quos 18. *ff de aliment. & cibar. legat.* quia
nimirùm de alimentis diſponit, quæ multi-
plicationem nõ admittunt; quia plures ſto-
machos quiſque non habet. *Menochius d.*
præſumpt. 128. *num.* 18. *de Franchis d. deciſ.*
422. *nu.* 3. *&* 4. alios retulimus *d. reſponſ.* 1. *n.*
80. *& d. reſponſ.* 7. *nu.* 56. *&* 57.
Reliqua ſuperioris diſtinctionis fœdere
concilientur, vt amica ſint, non aduerſa.
49 Vt minimum verò, diffugient ægrè Mat-
thæi hæredes, quin integra quinq; millia in
donatione, ac fideicommiſſi rogatione Por-
tiæ relicta ſoluant: quoniam illa expreſſim
relicta fuere. ad *tex. in d. l. cùm centum.* 9. §.
quare ſi in eodem teſtamento. ff. de adimend.
legat. vt ipſimet fundate nixi ſunt ex *d. l. hu-*
iuſmodi legatum 86. §. *cùm pater. ff. de legat.*
1. dicit enim ibi Iulianus. *Conuenire enim*
inter eos oportet, vt alterutra actione conten-
ti ſint. Potiſſimùm verò quod hæc quanti-
tas in actu inter viuos Portię relicta ſit. quod
perpendit *Couarruuias in cap. officij. nu.* 9. *&*
10. *de teſtament.* ſequiturq; *Vincent. de*
Franch. d. deciſ. 422 *nu.* 6.
Neq; vis facienda eſt vlla in donatione per
Abbatem Franciſcum Antonium patruum
magnum bis mille ducatorum Portiæ facta.
50 illa enim vt liberalitatem, & munificentiam
in Portiam exerceret dono ei dedit. iuxta Iu-
liani ſenſum in *l.* 1. *ff. de donationib.* qui ea
mente donauit, vt ſtatim accipientis fierent,
ſecuto matrimonio. extra verò quantitatem
quinq; millium à Matthæo Auo eidem an-
51 no 1626. donatorum, fuerunt. Illa nempè
poſt donationem ex neceſſitate Portię debe-
bantur, hęc verò non niſi ex liberalitate Frã-
ciſci Antonij, qui poterat vel non donare, vel
donare, vti donauit. ex alia proindè cauſa
hæc

hæc habuit,quàm ex bonis Matthæi.In ne-
ceſſitate propterea donandi Franciſcus An-
tonius non fuit, alioquin ex liberalitate, &
52 munificentia non feciſſet. Cùm alioqui,qui
neceſſitate facit coactus, liberalis non dici-
tur,neq; liberalitatem exercere: quia neceſ-
ſitas liberalitatem excludit.Modeſtinus in *l.
rem legatam* 18.*ff.de adimend.legatis*. ratio-
nem reddens, quare qui neceſſitate tenetur
53 non donet:*Cùm nemo* (dicens)*in neceſſitati-
bus liberalis exiſtat*. non igitur donat. vt
54 *Gloſſ.*ibidem ſubnectit.verbo *liberalis*.Quia
neceſſitas propriè liberalitatis beneficium
non eſt,ſecundum Papinianum in *l.vnum
ex familia. 69. § ſi Falcidia.ff.de legat.*2. ſe-
quuta fuit *Rota apud* S.*memor. Gregor. XV.
decif.*397.*nu.*2. diximus *reſponſ.* 51. *nu.*50.
*part.*3.
55 Quinq; millia verò integra habitura erat
Portia, quamuis duo millia Franciſcus An-
tonius non donaſſet. vti Paulus docet in *l.
ſequent quæſtio.*70.*ff.de legat.*2.Illa ergo in-
tegra habebit,etiam poſtquam duo millia
56 Franciſcus Antonius donauit;Quia ea extra
bonorum cauſam defuncti Matthæi ſunt, &
computari debent; & propterea in quinq;
mille non cõtinentur.vt idem loquitur Pau-
lus *d.l.ſequens quæſtio.* & adnotat nõ inep-
tè *Gloſſ.ibidem*.explicans verba illa, *extra
bonorum cauſam defuncti*.Id eſt(dicẽs)quia
ſeparata ſunt ab alia ſubſtantia.A ſubſtantia
(ſcilicet)Franciſci Antonij, qui vt liberalita-
tem,& munificentiam ſuam cum Portia pro-
nepte oſtenderet,duo millia donauit,vt dixi-
mus. Neq; inſiſtant in renunciatione per
57 Portiam facta. Quia profectò renunciatio
exauditur ab inteſtato(non ſcilicet ſuccede-
re valeat ab inteſtato.)ſecus igitur erit ex te-
ſtamento. *Baldus in l fin.ſub nu.*15. *verſ.tu
die verum. & ibid.Dec.num.*25.*C.de pactis.
Surdus decif.*14.*nu.*4. *Rota apud Sanct. me-
mor.Gregor.XV.decif.*85. *nu.*12. *vbi Beltra-
min.addens nu.*32. *& decif* 358. *num.*1.*vbi
Beltramin.nu.*6. & in *Recanaten.ſucceſſionis
*26.*Iunij* 1617.*coram Buratto decif.*262.*nu.*
14. Quinq; millia autem petit Portia ex do-
natione ſibi facta anno 1626.per Matthæum
Auum, ad quæ non extendetur renunciatio,
quæ ab inteſtato dumtaxat procedit, & quæ
58 neq; de quinq; mille loquitur, vnde ſtrictim
exaudienda erit in terminis, de quibus lo-
quitur. vt *Rota* dixit *in Romana domorum.
*10.*Iunij* 1616.*coram Domino Andrea decif.*
75.*num.*7.8 *&* 9.*& apud Card.Caualer.de-
cif.*340.*nu.*1.*& ſeq.*

Atq; ita ex his rectius ſentientis iudicio
nec excuſſo,quin expetito, reſpondendum
cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenaten.

SVMMARIVM.

1 *Mens hominis, cum paſſionibus impellitur
exurgentibus,turbatur.*
Et quaſi mare feruens habetur.
2 *Locus Iſaiæ* 57.20.*Impij quaſi mare feruens.
expenditur,atq; elucidatur.*
3 *Impij iurè mari feruenti, atq; agitato com-
parantur: & quarè?*
4 *Animus humanus videre rectum non poteſt
paſſionum fluctibus impulſus.*
Paſſiones proindè pellendæ.
*Et quatuor modis humanum peruertitur
iudicium.*
5 *Timor, inter omnes paſſiones, animum com-
primit,atq; conſtringit.*
*Præſertim impendentis mortis.n.*6.
Eumq; conturbat.
7 *Mortis dolores mentem homini auferunt,ne-
dùm conturbant.*
*Quarè parum tunc,vt de ſuis diſponat, in-
tendere poteſt.n.*12.
8 *Locus Pſalm.*17.5. *Circumdederunt me do-
lores mortis. elucidatur.*
Etiam ex hebræo.
9 *Diabolus tum maximè cùm homo in termino
eſt,circuit,vt eum deuoret.*
*Sciens quia modicum tempus habet.n.*11.
10 *Locus Iob.*40.10.*Behemot ſtringit caudam
quaſi cedrum. elucidatur.*
13 *Voluntatem defuncti vt legem venerantur
ſacræ leges.*
*Quia nihil ampliùs defunctis debetur,quàm
vt firma ſint eorum iudicia. num.*14. *&
nu.*62.
15 *Captatoria dicitur diſpoſitio vltima ſi in al-
terius voluntatem illa committatur.*
*Nulla proindè.n.*16.
16 *Momentum,pro firmitate exauditur, nul-
lum habet momentum. hoc eſt nullam
firmitatem.*
17 *Captatoria diſpoſitio etiam in militis teſta-
mento improbatur.*
18 *Captare ex verbi proprietate, quid?*
Pluribus explicatur.
*Et captare quis à veteribus dicebatur?
nu.*19.
20 *Captare hæreditatem quis dicatur?*
*Eſt quaſi per fraudes hæreditatem aucu-
pari.n.*21.
22 *Votum captandæ mortis improbatur.*
23 *Captatoriæ Inſtitutiones quæ dicantur.*
*Has improbauit Senatuſconſultum Libo-
nianum.n.*24.
Etiam in militis teſtamento.
*Et quam ob cauſam? n.*27.
*Non verò quæ mutuis affectibus dimana-
uere iudicia.n.*25.
26 *Didacus Couarruuias extollitur.*
27 *Captatoriæ diſpoſitiones eam ob cauſam im-
probantur,vt turpiſſimæ.*
*Quia liberam retinent hominis facultatem
de ſuis diſponendi.n.*28.

Digitized by Google

81 *Cenſus eſt ius exigendi penſionem ex re vtilis alterius.*

Penſionem, id eſt quotam, vel fructuum, vel pecuniarum.

Et hic eſſe videtur in hæreditate defuncti, non res, ex quibus percipitur, n. 83.

82 *Cenſuarius neq; ciuiliter, neq; naturaliter rem poſſidet, ſuper qua cenſus impoſitus eſt.*

84 *Antonius ab Alexandro Iure Conſultus Neapolitanus celebratur.*

ARGVMENTVM.

Captatoria quę nam dicatur Voluntas? & quid captare ſignificet? Et nùm ſi teſtator facultatem alicui fecerit legata, & fideicommiſſa ſuper eius hæreditate rogandi, vti captatoria voluntas annulletur? & quæ differentia intercedat ſi in voluntatem, vel in alterius demandetur arbitrium? Et quid piæ cauſæ fauore? ad intellectum *text. in cap. cùm tibi. 13. de teſtament.* Neapolitana Conſuetudo (*Et ſi teſtator*) diſcutitur. An locum habeat in annuis cenſibus extra diſtrictum ſitis, Neapoli tamen ſoluendis? Latè diſſeritur.

RESPONSIO IX.

1 TVrbatur mens hominis, cùm paſ-
ſionibus impellitur exurgentibus.
quemadmodum mate flantibus
ventis vndis quaſſatur impellenti-
2 bus. Sicuti Iſaias 57. 20. dixit: Impij *quaſi*
mare feruens, quod quieſcere non poteſt,
& redundant fluctus eius in conculcationem,
& lutum. Quia nimirùm, pij (vt Pater *He-*
ctor Pintus in hunc locum commentatur)
in tranquillitate viuunt; impij verò ſimiles
ſunt feruenti, & inquieto mari. Et aduerte:
(inquiens) Non dixit; *Impÿ autem quaſi ma-*
re: Eſt enim aliquibus in partibus mare ali-
3 quãdo quietum: *Sed; Impÿ autem quaſi ma-*
re feruens. Nàm vir impius eſt amatus con-
tentionibus, tumidus ſuperbia, liuidus inui-
dia, ſpumidus libidine, mutabilis incon-
ſtantia, turbulentus, fluctuoſus, aliarumque
4 maris qualitatum imitator. Sic Pintus. Non
itaque videre rectum facilè humanus poteſt
animus paſſionum fluctibus impulſus, iacta-
tus, vndiquè commotus. Eam ob cauſam
Seuerinus Boetius *lib. 1. de conſolatione phi-*
loſophica metro ſeptimo, nõ ab re cecinit ani-
mum ad quietem conſulens; ac dicens

Tu quoq; ſi vis.
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem;
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Nec dolor adſit:
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis;
Hæc vbi regnant.

& concinit *text.* Gregorij in *can. quatuor*
modis 78. 11. q. 3. dùm docet: quatuor mo-
dis humanum peruerti iudicium: nempè ti-
more, cupiditate, odio, & amore.
5 Intet omnes autem paſſiones nulla maior,
quæ animum comprimat, atquè reſtringat,
quam timor. vt enim *Pindarus* ait:

Timor Virorum domitor,
Adimit fortitudinem animis.

Omnia ſanè maia plus terrere ſolent eos,
qui ipſa futura expectant, quàm, vbi iam
acciderint, moleſtare. Metus enim tam im-
probus eſt, vt multi rem, quam metuunt, ipſi
6 anticipent. Nihil verò ità conturbat, vt im-
pẽdentis mortis malum. Qui enim, conſcius
ſibi; futura metuit; & quod æternum eſt, ꝙ
ſequitur; Mortis inſtantis malum metuit, co-
7 que conturbatur. Tùm mortis ipſi dolores
mentem hominibus auferunt, vt quæ agen-
da ſunt, non videant, neq; conſilium capiant.
ad *text. in l. hac conſultiſſima 8. §. at cum hu-*
mana fragilitas, C. qui teſtamenta facere
poſſunt. ex Iuſtiniani Cæſaris. *Cùm humana*
fragilitas, (inquientis) *mortis præcipuè cogi-*
tatione, perturbata, minùs memoria poſſit res
8 *plures conſequi.* (Et Dauid *pſalm. 17. 5.*) *Cir-*
cundederunt me dolores mortis, & torrentes
iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circundederunt me: præoc-
cupauerunt me laquei mortis.

Non enim de tebus mundi, de iactura fa-
cultatis, aut de re alia huiuſmodi, tunc agi-
tur, ſed dolores mortis, id eſt *diaboli.* vt *Gloſ.*
explicat, & refert *Pater Franciſcus de Puteo.*
Carthuſianus in cathena aurea in pſalmos.
& benè quidem, vt *Genebrardus.* & *Cardina-*
lis Belarminus ex hebræo in verbis illis, *tor-*
rentes iniquitatis. aduertunt: ſcriptum eſſe
Belial, quod Hieronymus vertit: *torrentes*
9 *diaboli.* quia tunc maximè cùm homo ad
terminum tendit, tanquàm Leo rugiens

circuit quærens,quem deuoret. 1. *Petri* 5.8.
10 & behemot ſtringit caudam ſuam quaſi ce-
drum. *Iob*.40.10. Behemot myſticè, *diabolus*
intelligitur ſecundum *Carthuſian.ibid.* Ipſe
igitur *caudam*, finem vitæ ſtringit *quaſi ce-
drum*. ideſt fortitèr. vt *Sà*, in hunc locum, ad-
uertit. & hoc quidèm ſciens quia modicum
11 tempus habet. vt *Ioannes Apocalypſis* 12. 12.
loquitur, dicens; *Væ terræ, & mari, quia de-
ſcēdit diabolus ad vos, habens iram magnam,
ſciens quod modicum tempus habet.* & ſequi-
tur *Nauar. can. ſi quis. 2. de pænit. diſt.* 7. *nu.*
26. Cùm hiſce tunc doloribus conflictatur
12 homo. parum igitur mentem, vt de ſuis re-
ctè diſponat, intendere valet. Vndè fit ſępè,
vt multi ab inteſtato decedant; non pauci pa-
rum rectè diſponant, neſcientes nec quid
loquantur, ac verbis incompactis; vt Nota-
riorum imperitia eueniat non ſemel, inter
ſucceſſores lites, & iurgia non modica oriri,
dùm de verbis, ac mente diſceptatur defun-
13 cti hominis; Cùm alioqui, voluntatem eius
legem eſſe; ſanctè Sacræ diſpoſuerint leges.
§ *diſponat. in auth. de nuptijs collat.* 4. Noue-
14 re quippè nil amplius hominibus deberi,
poſtquam hinc demigrauere, quam vt firma
eorum ſint iudicia. *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccl.*
Defunctæ itaq; mulieris nunc in medium
profertur voluntas; firma ne illa fuerit?

Andriana quippè Sorga Terræ Ieſualdi
Auellinen., ſiuè Frequentinen. Diœceſis, Do-
ctori Antonio Sorga ſanguine quidem iun-
cto (Apoſtolica præuia diſpenſatione) ma-
trimonio iugata fuit. Habuit hæc mulier di-
uitias multas ex dote, & hæreditate ſuorum
pluſquam quinquaginta millia ducatorum.
Ex matrimonio filium ſuſceperūt Iacobum
nomine. Poſt nonnulla tempora anno 1621.
cùm Andrianæ vltimus inſtaret dies, ſcripto
nouiſſimo elogio, hæredem dixit vniuerſa-
lem Iacobum. mortis verò grauata dolori-
bus, ſequentia addidit:

*Item dò poteſtà al Dottore Antonio Sorga
mio marito poſſa fare legati, e fidèicommiſſi
ſopra la mia heredità.* Atq; vitæ terminum
clauſit, ſepulturę tradita Eccleſiaſticæ. Anno
verò 1636. cùm fati vrgeret tempus Anto-
nium, & ipſe ſuas ſcripſit ſupremas tabulas.
quibus hæredem nuncupauit Iacobum fi-
lium. ſubſtituit tamen, ſi ipſe abſq; liberis
decederet ſucceſſionem ſubiret Franciſcus
Sorga eius frater; & hoc de medio ſublato,
ſuccederent Patres S. Georgij. addens hoc
agere ex poteſtate ſibi facta per Andrianam
eius vxorem, dicens: *Per la poteſtà datami
dalla quondam Andriana, morendo ſenza fi-
gli Iaccmo ſubſtituiſco Franceſco Sorga,, il
quale ſimilmente morendo ſenza figli, voglio
che ſuccedano li Padri di S. Giorgio.*

Hoc mortuo. Iacobus & ipſe demum ſine
filijs anno 1643. Vitæ confecit curſum. Ve-
rùm factis teſtamenti tabulis extraneum
hæredem dixit. Fit itaq; inter hunc, & Fran-
ciſcum non leuis diſceptatio, dicente illo:
Andrianæ diſpoſitionem, qua Antonio viro
facultatem fecit legata, & fideicommiſſa ſu-
per eius hæreditate rogandi captatoriā fuiſ-
15 ſe. nullam propterea. Commiſit enim volū-
tatem ſuam in alterius arbitrium, viri vide-
licet. quod legibus improbatur. *l. illa inſti-
tutio* 32. *ff. de hæredib. inſtituen.* Caius enim
loquitur. *Illa Inſtitutio (quos Titius volue-
rit) ideo vitioſa eſt, quòd alieno permiſſa eſt
arbitrio.* ita Caius. *l. ſi quis Sempronium*. 68.
ff. de hæredib. inſtituend. ſecundum etiam
Bartoli ſummarium dicentis: *Inſtitutio non
poteſt conferri in alterius voluntatem ex-
preſſam: ſed velatam ſic. l. captatorias*. 70. *ff.
eod.* quo loco Papinianus *lib. 6. reſponſorum*.
Captatorias Inſtitutiones eas eſſe ſtatuit,
*quarum conditio confertur ad ſecretum alie-
næ voluntatis*. Alienæ dicit *Gloſſ. fin.* ibidem,
id eſt *non teſtantis*. Commiſit voluntatem
ſuam Andriana in arbitrium, & voluntatem
Antonij viri, legata, & fideicommiſſa rogan-
16 di. Captatoriè igitur. Nullum ergo momen-
tum habet (vti Pomponius idem *d. l. ſi quis
Sempronium* edicit) hoc eſt, *firmitatem*, ſe-
cundum *Gloſſ. ibid. verbo momentum*. Caius
quoq; *lib. 5. ad edictum prouinciale*. in *l. cap-
tatoriæ*. 67. *ff. de leg.* 1. dicēs. *Captatoriæ ſcri-
pturæ ſimili modo neq; in hæreditatibus, neq;
17 in legatis valent.* Vt neq; in teſtamento mi-
litis admittātur. vt Gordianus Cæſar Æmi-
liano militi ſcribens in *l. captatorias* 11. *C. de
teſtament. militis*. dicit: *Captatorias Inſtitu-
tiones etiam in Militis teſtamento nullius eſ-
ſe momenti, manifeſtum eſt*.

Captatoria autem Inſtitutio dicitur (ſecū-
dum *Gloſſ.* ibidem, verbo *captatorias*.) cuius
conditio confertur ad decretum alienæ vo-
luntatis. ſequitur ad rem hanc diſtinctè tra-
ctatam *Peregrin. de fideicommiſſis. art. 33. n.
51. & ſequent. Gaſpar Antonius Theſaurus
quæſtion. forenſium lib. 3. q. 88. nu. 1. & ſeq.
Gratianus forenſ. diſceptat. par. 5. cap. 908.
nu. 1. Io. Petrus Surdus conſ* 380. *n.* 25. 26. *&
27. lib. 3. & nu. 43. & 44. Gayllus practicar.
obſeruat. lib. 2. obſeruat. 117. nu. 3. verſ licet
autem. & nu. 5. Spino in ſpeculo teſtament.
Gloſſ. 5 nu. 2. & 3.* At nos momentum An-
drianæ diſpoſitionem, qua facultatem Anto-
nio fecit ſuper eius bonis legata, & fideicō-
miſſa rogandi, habere, non iuria, quin iurè
adſtruimus. Quod vt præſtemus non leuiter
expendendum duximus: quid nam per cap-
tatoriam voluntatem, vel Inſtitutionem, ſeu
diſpoſitionem exprimatur.

18 Captare itaq; ex verbi proprietate, eſt, il-
lecebris, donis, obſequio, & maiorum ſpe
aliquid aucupari. vnde eſt illud Martialis ad
Rufum epigrammaton *lib 9. epig. 69.*

Dum me captares, mittebas munera nobis;
Poſtquam cępiſti, das mihi, Rufe, nihil.
*Vt captum teneas, capto quoq; munera
mitte,*

De

Digitized by Google

De cauea fugiat ne malè captus aper.

19 Et à Veteribus, captare aliquis dicebatur,
qui ſimulato obſequio, munuſculiſuè, eius
ſuprema iudicia aucupabatur. optimè idem
Martialis *lib.6.epigram.*44. ad Marianum.

Scis te captari, ſcis hunc, qui captant auarum:
Et ſcis, qui captat, quid Mariane velit.
Tu tamen hunc tabulis hæredem ſtulte ſupremis
Scribis, & eſſe tuo vis furiosè loco.
Munera magna quidem miſit, ſed miſit, in hamo.
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deſlebit vero mea fata dolore?
Si cupis, vt ploret, des Martiane, nihil.

20 Captare prohindè hæreditatem apud Iu-
ris Conſultos, idem eſt, quod artificiosè niti,
ſtructiſq; technis, vt eam præter defuncti
voluntatem corrodamus. Vlpianus *lib* 48.
ad edictum. in *l.1. ff. ſi quis aliquem teſta-
ri prohibuerit.* dicens: *Qui dum captat hæ-
reditatem legitimam, vel ex teſtamento, pro-
hibuit teſtamentarium introire, volente eo
facere teſtamentum, vel mutare: Diuus
Adrianus cõſtituit denegari ei debere actio-
nes; denegatiſq; ei actionibus, Fiſco locum
fore.* ſic ille. captat *extraneus inſtitutus.*
21 Gloſſ. ibidem explicat. quaſi per fraudes hæ-
reditatem aucupauerit. vti idem Martialis
lib.2.epigramma 16. ad Maximum ludendo
dixit.

Capto tuam (pudet heu) ſed capto, Maxime, cenam.
Tu captas aliam, iam ſumus ergo pares.

text. in *l. de fideicommiſſo.* 11. *C. de tranſact.*
quo loco Imperatores Valerianus, & Galie-
nus, voti captandæ mortis, meminere; &
22 Gloſella marginalis ibidé adnotat ad Gloſ-
ſam ordinariam, quæ verbum illud *captan-
dæ*, dicit, id eſt *cadendæ, vel minuendę*, illam
carpens, ac dicens: *Dic melius captandæ.* eſt
enim captare, arte & blanditijs aliquid ve-
nari. & melius in *l. ſi maiores.* 25. *C. eodem.*
quo loco Imperatores Diocletianus, & Ma-
ximianus. tranſactionis, hęreditatis captan-
dę cauſa factę, meminere. ſequuntur hanc
interpretationem *Calepinus, verbo captator.*
Lexicon nouum iuridicum verbo *captare.*
*Briſſonius. Ioannes Thuilius ad emblemata
Alciati. emblem.*126. verbo *prandia captas.*

23 Quocircà Captatorias inſtitutiones eas
appellat *Alciat. lib.2 parergon. iuris cap.*31.
quem ſequitur *Anton. Auguſtin. lib.4 emen-
dation. cap.*15. quæ ex hac cauſa fiunt, vt ab
aliquo inſtituatur quis, vel legatum, aut lu-
crum conſequatur; vel cùm (vt ait Papinia-
nus *in d. l. captatorias.*70. *ff. de hæredib. in-
ſtituend. in fin.*) conditio confertur ad ſe-
cretum alienæ voluntatis. id eſt, quæ ſub ea
conditione fiunt, quæ ex alterius teſtamen-
to pendet.

24 Has Captatorias Inſtitutiones improba-
uit Senatuſconſultum Libonianum. Illaſq;
neq; in teſtamento militis momentum ha-
bere voluit Gordianus Cęſar. *d. l. captatorias*
11. *C de teſtament. milit.* quod & in captioſis
ſcripturis, hæreditatibus, atq; legatis locum
habere Caius *d. l. captatorię.* 67. *de leg.*1. re-
25 ſpondit. Quæ verò ex mutuis affectionibus
dimanauere iudicia, non improbauit Sena-
tus, Papiniano teſte *d. l. captatorias.* 70. *de hæ-
red. inſtituend.* & Paulo in *l. illa autem Inſti-
tutiones.* 71. *& l. Clemens Patronus* 81. *§. ſi
ità ſcripſerit. ff. eod.* ſequiturquè doctiſſimus
*Antonius Faber lib 6. tit.6. C. de hæredibus
inſtituend. definit.*11. *Surd deciſ.* Mantuæ 98.
num.6 & ſeq. plura deducit Rota in *Ciuita-
tis Caſtelli Donationis.* 28. *Aprilis* 1578. *co-
ràm Cardinal. Seraphino dec.*542. *per totam,*
ac præſertim *num.8. p.1. diuerſorum.* quæ eſt
etiam in impreſſis apud ipſum *dec.*359. *Petr.
Gregor Tholoſates ſyntagmat. iur. lib.*41. *c.*4.
*num.*13. *& lib.*42. *cap.*2. *num.*4. *& ſeqq.* pluri-
26 bus, & ſanè, vt aſſolet, perpensè, Digniſſimus
ille Archiepiſcopus *Didacus Couarruuias in
cap. cùm tibi.*13. *de teſtament. num.*1. *&* 2.
*Cardinalis Tuſcus. tom.*1. *lit. C. concluſ.*62.
*Peregr. in d. art.*33. *nu.*52. *& ſeq.* caſus om-
nes diſtinguens, ac præſertim *num.*60. *Grat.
d. cap* 908. *num.*2. *& ſeq. Gayllus d. obſeruat.*
117. *num.*4. *&* 6.

27 Ratio verò, quam ob cauſam, hanc captan-
dæ alienæ hæreditatis turpiſſimam aucupa-
tionem, legum Conditores inſectati fuere,
atq; improbauere, ea eſt: Quia turpiſſimum
æſtimauere liberam voluntatem de rebus
ſuis vltimum dicendi elogium, quando non
aliud ſupererit tempus, oblatis illecebris,
vel præſtringere, vel omninò auferre.

28 Retinet enim, per indirectum ſaltim, li-
beram teſtandi facultatem de rebus ſuis,
29 quæ poſt ſupremum flatum nulla manent,
velimus, nolimus. nàm

res nunc ſorte ſuprema
Permutant dominos, recidunt, & in altera iura.

vt *Horatius* dixit. atq; etiam *Lucianus* in
Andologia. rationem reddens

Mortales res hominum mortalium ſunt,
Et omnia tranſeunt nobis.
Sin minus, nos ipſas res pertranſimus.

& hanc rationem ſequitur *Petr. Gregor. dict.
lib* 41. *c.*4. *num.*13. *Surdus d. dec.*98. *nu.*6. *&* 7.
*Rota apud Seraphin. par.*1. *diuerſor. d. deciſ.*
542. *num.*10. *&* 11. *in fin. Peregrinus d. art.*
33. *num.*60. *in fin. Gratianus d. cap.*908. *nu.*1.
idem *Surd. dict. conſ* 380. *num* 29. 30. *& ſeq.
Gayllus d. obſeru.* 117 *nu.*3. *&* 5.

His ità expenſis, ad rem ſuprà enarratæ
cauſæ dicimus: Andrianæ diſpoſitionem, qua
Antonio viro legata, & fideicommiſſa de
bonis ſuis rogandi, facultatem fecit, captato-
30 riam non fuiſſe, quia nulla captatoriæ diſpo-
ſitionis in hac cadit ratio, nulla enim inuol-
uitur captio, iuxtà enumeratos ſupra mo-
dos

xerat *Innocent. ibid.* vel ſaltim vti diſtri-
butor teſtamento datus ad diſperrienda
bona inter pauperes,aliaſq;pias cauſas,quod
admittit *Bald.* in *l.Et in Epiſtols.22.ſub nu.*
1.C.de fideicommiſſis. ipſum Innocentium
referens . & hunc ſenſum magis approbat
Tholoſates Petrus Gregor.d.lib.42. cap.2.n.
4.&*Bal.*ſequitur *Firmanus*,aliàs *Bertachi-*
nus de Epiſcop.part.4. q.31. num.90. & 91.
vol.13. tractat.part.2. Syluester in ſumm.
verbo legatum 4.q.10.Gabr. lib 3. tit. de pia
cauſa.concluſ.3. num.2. Abb.conſ.59. nu.1.
part.1. Cardin.Tuſcus lib. 1.litera C.concl.
62.num.2. & ſeq.& lib.2. eadem littera C.
concluſ.742.num.47.& lib.5. littera L. con-
cluſ.106 num.13.14. & 15 & lib. 6. littera
P.pia cauſa habet ſpecialia. concluſ.333. nu.
69.Surd.conſ 380. num.5 6.& 18. & num.
45.vol.3 Genuenſ.in practicabilibus Eccle-
ſiaſtic. q.446. num.7. Peregrinus dict. art.
33.nu.66.Tiraquellus de priuileg.piæ cauſa.
priuileg.64.vbi Riccius , & Thorus adden-
tes. *Aluar.Valaſcus conſultat.68 num.4.&*
ſeqq.Spino in Speculo teſtamen.glo.5.n.9.&
numer.68.69 & 70. vbi etiam *numer.25.*
45 textus prędicti intelligentiam generaliter
accipi deberi dicit;non de cauſis pijs dun-
taxat ; ſed de omni diſpoſitione; quaſi velit,
non quòd alter,cui commiſſio facta ſit,pro-
priam voluntatem in teſtamento cōſtituat,
ſed defuncti declaret,qui voluit, vt in pios
vſus eius bona,atq; in alijs legatis, & fidei-
commiſſis diſtribuerentur; ipſeq; tanquam
prudens,& fidelis diſpenſator exequeretur,
quæ ſanè perpenſio perquàm optimè no-
ſtræ fauet ſententiæ, eamq; tutatur; dedu-
ximus nos alios referentes. *reſponſ.* noſtra
36.n.1.& ſequent.part.1.

Videbitur proindè Antonius ab Andria-
na vxore rogatus,ex facultate ſibi tradita
legata, & fideicommiſſa rogandi , vt in
pia (viri boni arbitrio) bonorum partem
aliquam in animæ ſuæ commodum diſper-
tiri vellet. Quod & prælitit Patribus Sancti
Georgij poſt Iacobi filij ſupremum funus
ſine filijs, atq;etiam Franciſci Sorga, relin-
quendo. Detracta tamen ab hoc conditio-
ne illa (ſi ſine liberis deceſſerit) quod & fieri
poteſt;ne per inutile vitietur vtile, quod fie-
46 ri non debet, ad *regulam.* Vtile non debet
per inutile vitiari. 37. *de regul. Iur. in 6.* &
ſequitur ad rem noſtram Magnus ille Na-
uarrus *Martinus ab Azpilqueta conſil. 14.*
proponitur in facto. ſub n.4 lib.3. de teſta-
ment.

47 Nec improbetur, vt nequè captatoria
æſtimetur facultas,filio familias in genere
à patre teſtandi facta,modò certam formam
teſtandi,certaſquè perſonas, quibus relin-
quat,non deſignet, quòd hoc eſſet ab alie-
no arbitrio voluntatem vltimam depende-
re , ac conſequenter improbatum. quod
non accidit facta in genere facultate teſtan-
di,vt interpretando *text.* in *dict. leg. capta-*
torias.70. ff. de hæredib. institu[en]d. ſequi-
tur *Polydorus Ripa ſingularium obſerua-*
tionum obſeruation.112. obſeruans debe-
48 re poteſtatem hanc in genere precedere,
non ſubſequi teſtamentum , ex *Bald. in*
dict.leg.1. numer.47. verſic. nam cùm
conſenſus , C. de Sacroſanct. Eccleſ. Fe-
dericus de Senis conſil.298. Quoniam
veritas numer.3. verſic. patet igitur. ſe-
quitur *Riccius dict. collectan 593.par.3.*

Quæ ſanè perpenſio ſatis ad rem hanc
noſtram ſedet; Cum in genere facultatem
fecerit Antonio Andriana ſuper eius bo-
49 nis legata , & fideicommiſſa rogandi , vt
quaſi diſtributor electus videatur boni vi-
ri arbitrio, (in quem fidebat) bonorum
partem etiam in pia diſpertiendi. ſecun-
dum *Ancharanum conſil.436.in ijs dubijs.*
50 *in princip.* vel vt bona conſeruarentur in
familia. quod latiſſimè deducit *Ruinus dict.*
conſil.20.lib.2.per tot. & ſequitur *Cardinal.*
Tuſcus tom.1.dict. littera C. concluſion.62.
numer.22.23.& ſeqq & amplectitur non
ab re, ſi rectè expendatur *Nauar. dict.conſ.*
14. numer.3. de teſtament. perpendendo
text. in *leg. vnum ex familia.69. §.ſed & ſi*
51 *fundum, ff. de legat.2.* quo loco ex Papi-
niano certum eſt : valere legatum relictum
alicui de familia,cui,vel quibus hęres volet.
& apertiùs Vlpianus in *leg. fideicommiſſa*
11.§.ſi fideicommiſſum , ff. de legat.3. di-
52 ſtinctionem adhibens, inter relictum ,
ſi volueris; & ſi fueris arbitratus , ſi putaue-
ris, ſi exiſtimaueris, vel ſi tibi viſum fuerit ,
vel videbitur. nam hoc caſu debetur. Ratio-
nem reddit, dicens: *Non enim plenum ar-*
bitrium voluntatis hæredi dedit , ſed quaſi
viro bono fideicommiſſum relictum. ſequuta
fuit Rota in *Regien. Penſionis. 5. Maij 1631.*
coram Dunozetto deciſion.38. numer.19.
part.6. diuerſorum nouiſſimarum per Ru-
beum. & decreuit Rota in vna *Bononien.*
apud Mohedanum dict. deciſ.6. de teſtamen-
53 *tis.* Captatoriam diſpoſitionem eam non
eſſe, decernens , qua perſona eligenda alie-
næ ſit voluntati demandata, modò diſpoſi-
tionis ſubſtantia ex aliena non pendeat vo-
luntate, ex Caio *lib.1. fideicommiſſorum* in
l. Vtrum ita poſthumus.8.§ cùm quidam ,
ff de rebus dub. rationem reddente : *Nec*
enim (dicendo) *in arbitrio eius, qui rogatus*
eſt, poſitum eſt; an omnino velit reſtituere ,
ſed cui potius reſtituat.

Non itaq; quoad ſubſtantiam legatorum,
& fideicommiſſorum voluntas fuit Antonij
electa per Andrianam, quæ & legata, & fidei-
commiſſa rogari mandauit , ſed quoad per-
ſonas , & quantitatem arbitrium demanda-
tum, boni viri arbitrio ad patrimonij vires:
Plurimum enim intereſt (Caius *d.l. vtrum*
§. cùm quidam. in fin. ſubnectit) *vtrum in*
poteſtate eius , quem teſtator obligari cogi-
tat

Digitized by Google

tat, faciat, ſi velit dare, an impoſita neceſſita-
te dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum arbi-
trium concedat. Et hunc ferè decidit, quod
eiuſdem argumenti definiuit Vlpianus lib.
6. diſputationum in d.l. fideicommiſſaria 46.
54 ff. de fideicommiſſar. libert. dicens: Ceterum
ſi arbitrium illi quaſi bono viro dedit: non
dubitamus, quin libertas debeatur. Nam &
eam libertatem deberi placuit: Si tibi videbi-
tur, peto, vt manumittas. Ita enim hoc acci-
piendum, ſi tibi quaſi bono viro videbitur.
& hanc ipſam perpenſionem ſequitur Afflic.
decif. 371. num. 4. & num 8. & eum Gaſpar
Anton. Theſaur. dict. quæſt. 88. in fin. Surd.
de aliment. tit. 8. priuileg. 17. num. 1. & ſeqq.
55 In hoc itaq; aſſumptus à teſtatrice Antonius
fuit, vt arbitraretur ipſe, & quantitatem, &
perſonas, quibus legata, & fideicommiſſa
deberentur iuxta Sceuolæ ſenſum lib. 15. di-
geſtorum in l. Theopompus. 15. ff. de dot. præ-
legata. quem conſequitur Bar. ibidem ver-
bo quæro cùm teſtator dixit, & ſequitur Aff.
d. decif. 371. num. 7. & 8. Peregrin. d. art. 33.
num. 58. Surd. d. conſ. 380. numer. 32. & 42.
verſ. tertio reſpondeo.
56 Ni magis dicere velimus: Antonio factam
fuiſſe facultatem per Andrianam, quæ Iaco-
bum communem filium hæredem dixerat;
in bonis proprijs per legata, & fidecommiſſa
diſponendi, quaſi dominio, vt quaſi de bonis
ſuis, non hæreditarijs, diſponeret. Cuilibet
57 enim liberum manet arbitrium de rebus
ſuis diſponendi, vt libuerit. ad text. in l. in re-
mandata 21. C. mandati. l. nemo exterus 8.
C. de Iudæis. Gloſſ in cap. abolendæ 13. in gloſ.
1. in princip. de ſepultur. extrà. cap. de ijs. 4.
58 in fin. eod. tit. abutatur quamuis quis re ſua:
iuxta Iuliani ſenſum in l. ſed & ſi lege 28. §.
conſuluit ff. de petit. hæredit. Afflict. dec. 282.
59 num. 10. Dominus quippè eſt, vt perpendit
Rota apud Sanct. Memor. Gregor. XV. decif.
29. & apud Cocein. Decanum decif. 267 n. 10.
ex ratione, quam reddit Caius in l. non vſq;
adeo 2. ff. ſi quis à patre manumiſſus ſit di-
60 cens. Quia iniquum eſt ingenuis hominibus
non eſſe liberam rerum ſuarum alienatio-
nem.

Talem itaq; rebus ſuis legem dixit. ſeruã-
61 da vtiq;. Talis quippè ſactarum legum nor-
ma eſt, vt defunctorum voluntates, qui de
rebus diſpoſuere ſuis, firmæ ſint, nec vacil-
62 lent. quod nihil amplius hominibus, poſt-
quam hinc demigrauere, debeatur; quàm
vt firma ſint iudicia, vt ex l. 1. C. de ſacroſan-
ctis Eccl. in ſuperioribus diximus. Diſponat
63 er im (ſtatuere) vnuſquiſq; in ſuis vt dignum
eſt, & ſit lex eius voluntas. d. §. diſponat. in
auth. de nupt. collat. 4. Vt dignum eſt. hoc eſt,
ſecundum leges, & bonos mores, aliàs non va-
leret. vt Glo. in verbo. vt dignum eſt. ibidem
64 aduertit. Hæc autem Andrianæ diſpoſitio,
quia facultatem Antonio fecit legata, & fidei-
commiſſa rogandi legibus aduerſa non eſt,
neq; bonis moribus repugnans, ac conſe-
quenter non captatoria. Seruanda igitur;
atq; id modis omnibus. Decernit Gregorius
in regeſtro epiſt. 9. lib. 3. relatus à Gratiano
can. vltima voluntas. 4. 13. quæſt. 2. dicens:
65 Vltima voluntas defuncti modis omnibus
ſeruari debet. concinit text. in §. ſemper no-
bis. in prooemio in auth. de hæredib. & falcid.
collat. 1. l. fin. in princip. ibi: Voluntati proſpi-
cientes. C. de fideicommiſſ. & hoc quidèm
66 ob publicam vtilitatem. Publicè enim ex-
pedit ſuprema hominum iudicia exitum ha-
bere. vt ſunt Pauli verba lib. 7. ad Paulutium
in l. vel negare. 5. ff. quemadmod. teſtamenta
aperiantur.
67 Ratio autem eſſe poteſt; Quia in vltimis
voluntatibus cauſa efficiens eſt ſolus teſta-
tor. vt Bald. loquitur in l. id, quod pauperi-
bus. num. 15. verſ. modò iuxtà prædicta. C. de
68 Epiſcopis, & Clericis. quod ſolùm ſufficit, vt
defuncti voluntas ſubſtineatur. Quemad-
modùm ex hac ipſa ratione ſubſtinetur di-
69 ſpoſitio, nè captatoria æſtimetur, ſi manda-
uit teſtator eligi incertum de certis, vtputà
vnum ex pauperibus, vel quid ſimile. vti
apertiſſimè deducit Nauarr. d. conſ. 14. de
teſtament. Rot. apud Cardinal. Caualer. dict.
decif. 374. & in dict. Regien: Penſionis coram
Dunozetto d. decif. 38. nu. 37. & 38. par. 6. di-
uerſor. nouiſſimar.
70 Pariq; modo ſubſtinetur, ſi quis aſſenſum
præſtet, vt alius quiſpiam de rebus ſuis diſ-
ponat, teſtamentum roget, legata decernat.
Quia nimirum bona concedit, non volun-
tatem, & alienare tunc ſua dicitur in alterũ;
non quòd eius teſtamentum ex aliena pẽ-
deat voluntate. firmam rem hanc Martia-
nus facit in l. ſicut re corporali 8 §. venditio-
nis. ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſol-
uatur. ſequentibus loquens: Venditionis au-
tem appellationem generaliter accipere debe-
mus, & ſi legare permiſerit, valeat quod
conceſſit.
71 Permittere igitur poſſum, vt alter de rebus
meis legata roget. alienaſſe porrò in eum
quantitatem illam videor, & quaſi donaſſe,
atq; in eum dominium transfundiſſe. vt Glo.
ibidem verbo generaliter notat. Bald. in cap.
1. §. preterea. quibus modis feudum amitta-
tur in vſibus feudorum. ſequiturq; Surd. d.
conſ. 380. n. 25.

Per facultatem ergo, quã Andriana permi-
ſit Antonio: Poſſa fare legati, e fideicommiſ-
ſi ſopra la mia heredità, bona vtiquè ex eius
hereditate dediſſe videtur, vt ex ſua poſtmo-
dùm liberalitate, quaſi de ſuis diſponeret, nõ
quaſi ipſa diſponeret Andriana, ſuamq; quaſi
72 manuduceret, voluntatem: hoc nemp è mo-
do ab alieno penderet arbitrio, atq; legibus
improbaretur. ad text. in d. l. inſtitutio 31.
ff. de hæredib. inſtituend. cum alijs ſupra per
nos in initio quæſtionis adductis. & perpen-
dit Surd. d. conſ. 380. num. 26. alijq; per eum
relati

Digitized by Google

relati. rationem ipſe referens; quia vnus ,
73 idemq; actus, morientis, & viuentis ſimul
eſſe minimè poteſt. ex *Bald. in d.l.1. nu.6.*
verſ.iuxta hoc quæro.C.de Sacroſanctis Ec-
74 *cleſ.* Et teſtamentum eſt noſtræ (non alie-
næ voluntatis) iuſta ſententia de eo , quod
quis poſt mortem ſuam fieri velit . iuxta
Modeſtini finitionem. *lib.*2. pandectarum
75 in *l.* 1. *ff. de teſtament.* Aliter verò ſentien-
dum, quando in genere facultas facta eſt ,
ex propria voluntate diſponendi, atq; bona
data, ex quibus diſponere poſſit . vt ex *Po-*
lydoro Ripa dict. obſeruat. 112. in ſuperiori-
bus diximus. Et hæc quidem , quòad hanc
difficultatem quantum potuimus ſatis ad-
duxiſſe putamus.

Reſiduum tamen eſt , vt alteri faciamus
quæſito ſatisfac vacillare hanc Antonij di-
ſpoſitionem, eamq; momento, firmitateq;
carere : habebit ne ſaltim locum Neapoli-
tana Conſuetud. (*Et ſi Teſtator*) vt medie-
tas bonorum antiquorum agnatis quæra-
tur, non verò extraneo hæredi per Iacobū
ſupremis tabulis (& ſi ex alio capite fortaſsè
nullis) dicto ?

Locum ſibi iurè facere reſpondendum
76 cenſemus. Illa quippè habet : vt de medie-
tate tantum poſſit diſponere, reſeruata al-
tera medietate agnatis proximioribus, ſiue
etiā cognatis ex latere, quo bona obueniūt.
77 Quæ planè Conſuetudo, ne in ſtabilibus
tantùm, verùm, & mobilibus, iuribus quoq;
& actionibus locum ſibi vendicat. ex Mo-
deſtino *lib.7. regularum* in *l. rem in bonis.*
52. *ff. de acquirendo rerum dominio.* & Vl-
piano *lib.* 10. *ad edictum* in *l. bonorum ap-*
pellatio 49. *ff. de verborum ſignificat. Card.*
Tuſcus lib. 1. *littera B. bonorum appellatio-*
ne. concluſ. 101. *num.* 12. 13. *& ſeq. Tiraquel-*
lus in l. ſi vnquam. verbo bona. num. 8. 9. *&*
ſeq. C. de reuocand. donat. in terminis noſtris
huius Conſuetudinis Regens *Io: Franciſ. de*
Ponte de poteſtate proregis tit 9. *de ſucceſſio-*
ne. mulier. n. 9. 15. *& ſeq.* alter Regens *Sci-*
pio Rouitus deciſ. 85. *num.* 4. *&* 5. *Aloyſius*
Riccius Vici Epiſcopus collectan. 126. *par.* 1.
Donatus Antonius de Marinis quotidiana-
rum reſolut. c. 70 *n.* 21. *& ſeq.*

Quatenus igitur firma non eſſet Antonij
diſpoſitio, & fideicommiſſum rogatum ,
etiam facultate ſibi per Andrianam facta ,
haud effugiet hic nouus hæres, quin bono-
rum antiquorū agnatis proximioribus me-
78 dietatē euomat ſatur Vultur. Cadaueribus
enim auis hæc veſcitur. Vulturi ſimiles ha-
bētur, qui mortuorū inſtant corporibus, co-
rū vt hereditates vorēt. iuxta *Martial.* illud.

Cuius Vulturis hoc erit cadauer ?

Et illud *Senecę* in epiſtolis : *At ſi hæredita-*
tis cauſa id facit, Vultur eſt, cadauer expe-
ctat. Diuitias igitur, *quas deuorauit euomet;*
& de ventre illius extrahet eas Deus, vt Iob.
20. 15. habetur.

79 Verùm nec difficultate caret : Ex bonis
ipſis antiquis ſunt extra Neapolitanū ſolum
annui cenſus, quorum tamen ſolutio Nea-
poli deſtinata fuit ; comprehendentur ne
hi quoq; cenſus inter bona antiqua, ac con-
ſequenter in retentione medietatis à Con-
ſuetudine tacta ?

Comprehendi vtiq; reſpondendum aſſe-
80 rimus. Deſtinatio nempè ipſa ſolutionis ,
facit, vt eius loci res dicatur, in quo vt per-
petuò ſit, deſtinata fuit. ita apertiſſimè Vl-
pianus ſentit in *leg. ex facto* 35. *§. veru ta-*
men. ff. de hæredibus inſtituend. dicens: *Ve-*
runtamen hoc intelligendum erit : rerum
Italicarum ſignificatione eas contineri, quas
perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita diſpoſuit,
vt ꝑpetuò haberet. Ex regula Pauli in *l. quæ-*
ro 100. *ff. de ſolut.* ex qua *Bart.* in ſummario
dicit: ſolutionem pecunię pertinere ad il-
los, qui adminiſtrationem habent loci , in
quo eſt facienda. ſubueniāt tibi verba aper-
tiſſima Cai *lib.* 54. ad edictū prouinciale in
l. aut vbi 3. *ff. de bonis authorit. Iudic. poſſid.*
quibus dicit: *Contractum autem non vtiq;*
eo loco intelligitur , quo negotium geſtum
eſt, ſed quo ſoluenda eſt pecunia. & Iulianus
in *l. contraxiſſe* 20. *ff. de actionibus, & obli-*
gat. Contraxiſſe (conteſtatur) vnuſquiſquè
in eo loco intelligitur, in quo, vt ſolueret, ſe
obligauit. *Lapus allegation.* 91. *numer.* 8.
ſequuta fuit *Rota apud Cardinal. Se-*
raphin. dec. 594. *n.* 1. *&* 2. Et ſuadet non con-
temnenda ratio , ex finitione petita cenſus.
81 ita enim deſcribitur ab Eminentiſſimo *Car-*
din. Toleto Inſtruction Sacerdotalis lib. 5.
cap. 42. *n.* 1. Eſt ius exigendi penſionem de
re vtili alterius. Penſionē dixit. hoc eſt quo-
tam quandam, vel fructuum, vel pecuniarū,
quæ alicui ſoluitur, vel ſeptem ad centum ,
ſiue octo, ſiue etiam decem , iuxta Martini
82 V. & Caliſti III. Conſtitutiones inter *extra-*
uagant. communes tit. de empt. & vendit.
quam ob cauſam fit, vt nequè ciuiliter, neq;
naturaliter rem poſſideat cenſuarius , ſuper
quam cenſus impactus eſt, neq; ius vllum
ſuper rem illam obtineat, niſi illud vnum
83 exigendi penſionem, vt ex *Toleto. Couarr.*
Gratiano , & Cencio diximus *reſponſ. no-*
ſtra 50. *num.* 10. 11. 12. *&* 13 *par.* 3. Cenſus
igitur annuus eſt in hæreditate , qui Nea-
poli ſoluendus eſt, non bona , ſuper quibus
cenſus impoſitus fuit , inter bona itaquè
intra Neapolitanum ſolum exiſtentia , & hi
cenſus computabuntur. erunt proindè in-
ter bona antiqua, ac conſequenter habebit
in eis locū Conſuetudo. *Et ſi teſtator.* vti in
hiſce terminis ex *Alex. conſ.* 16. *vol.* 1. ſequu-
84 tus fuit Magnus ille Iure Conſultus *Anto-*
nius de Alexādro. in Cōſuetudine. Si aliquis
moriens in additionib. incipien. nota quod
poteſt accidere. quo loco ita deciſum refert,
atq; etiam ibid. de *Bottis* , & *Molfeſ. ad eaſ-*
dem conſuetud. par. 2. *de bonis. quæſt.* 12. *n.* 12

Digitized by Google

& 11 & ſequitur *de Mariuis dict. capit. 70. num. 33.*

Atq; ita ex his, Iudicio non excuſſo ſeuerioris, æqui tamen, Ariſtarchi, reſpondendũ cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Anus cum ſaltat morti delicias facit. Comici dictum.*
2 *Scriptura in actis non regiſtrata, ſola præſentatio de actis efficitur.*
Et extracta parte non citata, non probat, neq; fidem facit.
Parte potiſſimum opponente. n. 4.
Vel ſi non appareat ex quo originali extracta. n. 5.
6 *Scripturæ informi fides non adhibetur.*
7 *Fundamento ſubmoto totum corruit extructum.*
8 *Arenam ſupra ædificans imprudenti ſe gerit conſilio.*
Nam corruet ædificium.
Vt ſtulto comparetur viro.
9 *Chriſto nemo iurè contradixerit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientiæ Dei.*
10 *Calumniosè in iudicio agens in expenſis iurè damnatur.*
11 *Confeſſione proprij oris probatio nulla maior.*
In precibus præcipuè, vel in libello. nu. 12.
Et ſententiæ, reiquè iudicatæ vim obtinet. num. 13.
Quamuis in alio iudicio confeſſio proceſſerit. nu. 14.
Atq; inter alias perſonas.
Vt ne dùm confitenti præiudicium inferat, ſed etiam ab eo cauſam habentibus. num. 15.
Atq; hæredibus quoq; n. 16.
Sigeminata præſertim. n. 17.
Quia irreuocabilis efficitur. n. 18.
Neq; probationes in aduerſum admittuntur. n. 20.
19 *Virum bonũ dedecet, quod ſemel faſſus eſt, reuocare.*
21 *Calumniatores qui?*
Et qui, non debitum, petunt. n. 22.
23 *Quod in gratiam inductum eſt, in odium retorqueri minimè debet.*
24 *Solutione eius, quod debetur, obligatio tollitur omnis.*
25 *Dos matrimonio conſtante ad virum ſpectat, pro oneribus matrimonij ſupportandis,*
26 *Dos ſoluta præſumitur, ſi vir ſocero viuente, nunquam pro ea inſtiterit, neq; de medio ſublato apud eius hæredes.*
Præſertim ſi induſtrius maritus vir fuerit. n. 27.
Quia donatio non præſumitur.
Et nemo ſuum iactare æſtimatur. n. 28.
Potiſſimũ ſi conqueſtus nõ interceſſit. n. 29.
Vel etiam ſi calculationes de negotijs inter Socerum, & Generum interuenere. n. 30.
Vel ſi pater in ſupremo vitæ ſtatu nihil de dote meminit.
Et nihilominus legatum aliquod filiæ reliquit. n. 31.
Illaq; legatum acceptauit, exegitq; nihil de dote loquens. nu. 33.
32 *Diuini timoris nemo ita immemor præſumitur; vt in ſupremo vitæ ſpiritu velit animam ſuam decipere.*
34 *Fraudis ſuſpitionem facit, ſi quis creditum petat, poſt quam omnes, qui debebant, & ſciebant, defuncti ſunt.*
35 *Aſſerens probare debet quod aſſerit.*
36 *Solutum videtur quomodocunq; creditori ſatisfactum ſit.*
37 *Maritus, qui dotem recepit, ſoluto matrimonio, ad reſtitutionem tenetur.*
38 *Obligatio omnis ad dotem ceſſat, ea ſoluta.*
39 *Filia à patre dotata, ſufficiẽtèr dotata præſumitur.*
Quia optimum pro filia patris videtur Iudicium.
Vndè ad legitimæ ſupplementum neq; agere poterit.
Præſertim ſi legatum ei à patre relictum acceptauit. n. 40.
41 *Actio ad legitimæ ſupplementum agendi, triginta annorum lapſu præſcribitur.*
Et vel eſt conditio ex lege. n. 42.
Quæ perſonalis eſt.
Vel eſt petitio hæreditatis.
Malè igitur iudicio aſſiſtentiæ in hac actione agitur.
Aduerſus tertios poſſeſſores. num. 43.

ARGVMENTVM.

Dotem ſolutam fuiſſe ex quibus præſumatur, ſi ſolutionis inſtrumentum minimè inueniatur? & quantum oris confeſſioni proprij deferatur. Num verò à patre dotata filia, ad legitimę ſupplementum agere illa valeat, genitore è medio ſublato? & quanto hæc actio præſcribatur tempore?

RE-

RESPONSIO X.

OTrauia de Maſtro Iacouo, mulier grādæua ætatis, annorum ſcilicet octuaginta. Vidua relicta quondam Ouidij dello Perruccio, hiſce non longè diebus in Principali Curia Iuuenacen. aduerſus nonnullos bonorum poſſeſſores ad recuperationem egit ducatorum centum quinquaginta dotis nomine prædicto Ouidio eius viro per Antonium de Magiſtro Iacobo dictæ Octauię patre anno 1589. promiſſorum, petitq; intereſſe dotis ab ipſomet tempore factę promiſſionis.

Conſulti proindè nos per conuentos, noſtrum vt ſenſum aperiremus: ſint nè iura dictæ Octauiæ firma? Infirma illa eſſe, quin non magis ridicula, in Anu octoginta annorum, vt nunc (capularis iam) dotem viro ſuo per Antonium patrem promiſſam fuiſſe, nec ſolutam, recordetur; quando magis in mortem, quæ in ianuis eſſe videtur, animum intendere deberet, nàm juxtà Comici illius dictum.

1 *Anus cum ſaltat, Morti delicias facit.*

Quod igitur principio, ac in ipſo iudicij
veſtibulo ei, non minimum facit obſtacu-
lum, eſt ipſamet ſcriptura prætenſorum ca-
2 pitulorum matrimonialium: cùm quod in
actis regiſtrata minimè fuit, vndè ſola præ-
ſentatio de actis effecta fuit; tum quod ex-
3 tracta parte non citata; quam ob cauſam
nullam fidem facit. *Auth. ſi quis in aliquo
documento*, vbi *Bart. & Doctor. C. de edendo.
Felin. in cap. fin. num. 6. de fide inſtrum.* no-
ſter *Maranta in ſpeculo par. 6. in 10. actu
iudicij num. 3. & 4. Rota apud Card. Manti-
cam deciſ. 32. num. 8 & 9. & in recent. par. 2.
tom. 2. deciſ. 581. per tot. & apud Sanct. Me-
mor. Gregor. XV. dec. 209. nu. 5. Vincen. Anna
allegat. 5. num. 4. par. 1. Rota apud Cardinal.
Caualer. deciſ. 542. num. 3.* diximus *reſponſ.*
noſtra 46. *num. 26. par. 3. & reſponſ. 82. num.
15. ead. part. Saluſtius Tiberius in praxi iu-
4 diciaria lib. 3. cap. 15. nu. 1. & 2.* potiſſimùm
verò parte opponente, vt ibidem *Saluſt. n. 2.*
5 Multòquè magis quod nec appareat ex quo
originali producta in actis copia extracta
fuerit, cùm ipſamet Octauia Sacramento fir-
mauerit non habere originale, nequè apud
6 ipſam eſſe. Eſt proindè ſcriptura informis,
cui fides habenda haud erit. *Maranta in d.
actu 10. num. 4 Bart. & alij in auth. ad hac,
C. de fide inſtrument. Put. deciſ. 136. num. 2.
lib. 3. Caputaquen. dec. 104 par. 2. Rota apud
Card. Caualer. dec. 193. n. 2.*
7 Abſq; igitur fundamento in iudicio pro-
cedit Octauia. Corruet ergo totum quod
ſuprà ædificatum fuit. *can. cum Paulus 26. 1.
8 q. 1.* Imprudenti ſatis proindè conſilio pro-
ceſſit, quæ ſuper arenam domum ædificauit.
Viro nempè ſtulto Chriſtus Dominus no-
ſter, ac Magiſter comparuit eũ, qui non ſupra
petram, ſed ſuper arenam domum ædifica-
uit. *Matth. 7. 26.* dicens: *Qui audit verba
mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro
ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper
arenam: deſcendit pluuia, & venerunt flu-
mina, & flauerunt venti in domum illam,
& cecidit, & fuit ruina illius magna.* Sic
9 Chriſtus Dominus. Nemo igitur iure ei cō-
tradixerit, in quo ſunt omnes theſauri ſapiē-
tiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, vt Paulus lo-
quitur *ad Coloſſenſ. 2. 3.* Super arenam itaq;
& abſquè fundamento ædificauit Octauia
informem producens ſcripturam. corruet
igitur ædificium.
Obſtat deindè Octauiæ, quod hoc ipſum,
quod petit intus habet. Ipſa quippè in iudi-
cio aduerſus Hiacyntum Chyurliam agens,
non ſemel faſſa eſt, quæ poſſidet bona, pro
dotibus, atq; maritalibus lucris poſſidere.
Habuit proindè dotem, eiquè illa ſoluta fuit;
Fruſtra igitur quin non magis, calumnioſè,
10 quam habet dotem, petit. vt in expenſis etiā
damnanda iurè, nequè ſanè iniuria ſit; quod
calumnioſè in iudicio agat. *l. eum, qui teme-
rè 79. ff. de iudic. cap. finem litibus. 5. cum
gloſ. magna de dolo, & contum. cap. calum-
11 niam 4. de pœnis.* Probatio verò nulla vali-
dior eſſe poteſt, nec reperiri, proprij confeſ-
ſione oris. *l. cum te 5. C. de tranſact. Surdus
conſ. 61. num. 1. Grat. forenſ. diſceptat. par. 5.
cap. 981. num. 34.* Rota apud Card. Caualer.
deciſ. 22. n. 3. plenè *Mancin. tract. de confeſ-
12 ſionib. cap. 1. num. 2. & ſeqq.* Præcipuè verò
in precibus, ſiuè libello in iudicio dato fa-
cta. *ad tex in l. cum. precum 9. C. de liberali
cauſa. vbi Gloſſ.* verbo *tuarum. Bald. & Sa-
licet. Felin. in cap. cum in iure peritus. col fin.
de offic. delegat. Caputaquen. dec. 190. nu. 3.
par. 1.* Rota apud *Cardinal. Caualer. dec. 31.
num. 5. & 6. & deciſ. 33. num. 1. & deciſ. 269.
ſub num. 3. & in Boianen. penſionis 27. Octo-
bris 1600. coram Penia apud Marcheſan.
deciſ. 20. num. 3. par. 1. fol. 617.* Vt ſententiæ,
13 reiq; iudicatæ vim obtineat, nilq; poſt ſe
aliud præſtoletur, quàm præceptum de exe-
quendo. *l. vnica. C. de confeſſis.* noſter *Ma-
ranta in ſpeculo 6. par. in 5. actu iudicij de
confeſſione. num. 21. Gratian. forenſ. part. 3.
cap. 595. num. 13. & 14. & par. 5. cap. 925.
num. 14. Mancin. cap. 1. nu. 1.* In alio quam-
14 uis iudicio facta fuiſſet, atq; inter alias per-
ſonas, *Abb. in capit. inquiſitionem col. 3. ſub
num. 12. verſ. ſed tu benè. de elect. Cardinal.
in cap. Ioannes. 7. num. 6. in fin. verſ. oppono
ad hoc. de Cleric. coniugat. Caputaq. dec. 210.*
quæ incipit *Matrimonium contractum
num. 6. par. 2. Guido Pap. deciſ. 254.* ſequuta
fuit *Rota in d. Boianen. penſionis coràm Pe-
nia d. deciſ. 20. ſub n. 3. apud Marcheſanum.*
15 Vt nedùm ſanè confitenti præiudicium in-
ferat, verùm & ab eo cauſam habentibus.
Aymon Crauetta conſ. 29. in princip. Surd.
conſ. 151. num. 29. lib. 1. & deciſ. 71. num. 9.

Digitized by Google

Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 105. *nu* 4.
16 atque etiam hæredibus. *Rolandus conſil.* 71.
numer. 45. *lib.* 2. ſequitur *Rota apud eundem*
17 *Card. Caualer. deciſ.* 651 *n.* 3. potiſſimùm
verò ſi confeſſio geminata fuerit; quia fir-
mius probat. *Iaſon. in* §. *in perſonam. n.* 50.
Inſtitut. de action. quem ſequitur *Rota*
18 *apud eund. Caualer. dict. deciſ.* 105. *nu.* 5. Vt
irreuocabilis perſeueret. Quia profectò de-
19 decet virum bonum, quod ſemel dixit, poſt-
modùm in irritum reuocare. *Dec. in l.* 2. *col.
penult. n.* 92. *& ſeq. C. de edend. Guido Papa
d. deciſ.* 254. *Caputaquen. d. deciſ.* 190. *nu.* 2.
par. 1. probat *Sanchez de matrim. tom.* 1. *lib.*
3. *diſput.* 15. *n.* 6. Neq; probationes in ad-
20 uerſum admittat. *Rota apud Duranum
deciſ.* 337. *nu.* 12. Rationemq; ſatis accomo-
dam excipimus ex verbis legis Conditoris
Iuſtini Imperatoris A. Theodoto Præfecto
Prætorio ſcribentis in *l. Generaliter* 13. *in
fin. C. de non numerat pecunia.* Nimis enim
indignum eſſe iudicamus, (*inquientis*) quod
ſua quiſq; voce dilucidè, proteſtatus eſt, id
in eundem caſum infirmare, teſtimonioquè
proprio reſiſtere. & ſequutus fuit Innocen-
tius Tertius *cap. per tuas* 10. *de probat. Me-
noch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 130. *n.* 50.
idemq; *Sanchez d. diſput.* 15. *n.* 6.

Quod ſanè facto huic noſtro per quam
optimè ſedet, in quo Octauia ipſa aduerſus
Hiacyntum agens, confitendo ſe, quæ poſſi-
debat bona, pro dotibus, lucriſq; maritali-
bus poſſidere: & nè ſola confeſſione ſua aſſer-
tum firmaret, (quod contra tertium ageret,
ſeq; anteriorem in credito aſtrueret) allega-
uit quoq; cautelas deſuper apparentes. Vn-
dè deterritus Hiacyntus; vel quia ſcripturas
perlegit; vel quia aliundè verum aſſertum
eſſe ſciebat, à iudicio receſſit. Quomodò er-
gò nunc horum omnium immemor, dotes
iterum repetit, & poſt quinquageſimum
quartum annum, in iudicium pro dotibus
tertios compellat? Vel enim tunc mentita
fuit, vel nunc. non ſanè tunc. nunc ergò &
mentita, & calumniam fecit. Ipſa quippè ve-
rè bona illa poſſidet, ſed non ob aliam cau-
ſam. Ergò ob dotes receptas, & lucra mari-
talia, calumnioſè igitur nunc petit, quod in-
21 tus habet. Calumniatores enim appellati
ſunt, qui per fraudem, & fruſtrationem alios
vexarent litibus. vt Caius loquitur in *l. ſi ca-
lumnietur* 233. *ff. de verbor. ſignificat.* Vexat
nunc lite tertios hos poſſeſſores, ſuper doti-
bus, ac maritalibus lucris, quæ & recepit, &
22 poſſidet. calumniatrix eſt igitur; quia,
non debitum, petit. ſecundum Vlpiani ſen-
ſum in *l. ſi per alium* 5. §. *in eum autem. in
fi. ff. ne quis eum, qui in ius vocabitur vi exi-
mat.* quem ſequitur *Briſſon.* & *Vocabula-
rium* Iuridicum nouum verbo *Calumnia-
tores.*

Obſtat præterea Octauiæ, quod Antonius
eius Genitor, quo tēpore eam Ouidio Vi-
ro coniunxit, inter cætera dotis nomine
vntias Viginti quinque in pecunia ſpopon-
dit intra annum ſoluendas. Verùm adijecit,
ne arctaretur ad numeratò ſoluendum;
facultatemq; ſibi ſupereſſe voluit ex eis ſta-
bilia emendi, quæ in fundum cederent do-
tis.

Pactùm igitur hoc ſui gratia poſuit, ne
arctaretur, non quod non potuerit, ſi vo-
luiſſet, numeratò dotem Ouidio Genero
23 ſoluere. ne alioquin quod eius gratia geſtū
fuerat, in eiuſdē retorqueretur odium, quod
nulla ſanè ratio, nullaq; æquitatis benigni-
tas patitur. vt Modeſtinus nos docet in *leg.
nulla iuris.* 24. *ff. de legib. l. quod fauore* 6. *C.
eod.* regula *quod ob gratiam* 61. *de regul. iur.
in* 6. *Barboſ. aſſiomat.* 96. *n.* 1.

Erat verò Antonius facultatibus conſtans.
Vel proindè poſſeſſiones emit ipſe, quas Octa-
uia pro dotibus poſſidere faſſa fuit, vel nume-
ratò Ouidio ſoluit. Quocunq; igitur modo,
debito fecit ſatis. ab obligatione itaq; ſe exe-
mit. ex generali regula; quod ſolutione eius,
24 quod debetur, omnis tollitur obligatio. §.
1. *Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio.
l. ſoluitur.* 5. *ff. quib. modis pignus, vel hypo-
teca ſoluatur, l. ſi creditor* 26. *& l. Stiebum,
aut Pamphilum* 95. §. *naturalis. vbi gloſſ.*
verbo *numeratione, & l. penult. ff. de ſolu-
tionib. l. nulla* 5. *in fi. C. de ſolut.* deduximus
reſponſ. noſtra 59. *n.* 2. *par.* 3.

Quod verò dotem ſoluerit Antonius,
eamq; receperit Ouidius Octauiæ vir, ad
25 quem matrimonio conſtante principaliter
dos ſpectabat, quæ pro oneribus datur ma-
trimonij ſupportandis. *l. ſi pater marito.* 5.
C. de dotis promiſſione. l. ſi maritus 47. *in fin.
ff. familiæ ereiſcundæ. cap. Salubriter.* 16. *de
vſur. Boer. dec.* 328. *num* 2. *Guido Papa dec.*
375. *Rota apud* Illuſtriſſimum *Duranum*
Epiſcopum Vrgellen. *dec.* 387. *n.* 7. *& deciſ.*
409. *n.* 10. *& dec.* 419. *n.* 5. *par.* 2.

26 Id ſanè ex eo deducitur, quod Ouidius
cum diues ipſe non eſſet, vt Octauia ipſa
probare conata fuit, (& ſi in hoc ipſa, minus
præcauens; in foueam dederit,) de dote ta-
men apud Socerum ne verbum quidem
vnquam habuit, neque vnquam indoluit,
neq; Antonio Socero viuente, neq; poſt eius
27 ſuprema funera apud heredes, & filios. quod
ſanè de viro induſtrio vti Ouidius erat,
quemadmodùm Antonia ipſa probauit,
præſumendum non eſt, cùm donatio non
præſumatur, vt probat *Gloſſ. in l. ſi præſidi.*
a. verbo *vxorem duceres. in fin.* C. *de dona-
tionibus ante nupt. & ibid. Bald.* ſequiturq;
Aymon conſ. 129. *n.* 8. *& ſeq.* argumento pe-
tito ex Paulo *lib.* 4. quæſtionum in *l. cum
de indebito* 25. §. 1. *ff. de probation.* dum ſe-
28 quentibus loquitur. *Qui enim ſoluit, nun-
quam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecu-
nias iactet, & indebitas effundat: & maxi-
mè ſi ipſe, qui indebitas dediſſe dicit, homo*
di-

Digitized by Google

diligens eſt,& ſtudioſus paterfamilias, cuius perſonam incredibile eſt in aliquo facilè errasse. ita Paulus. Erat verò Ouidius (vt probauit Octauia) homo diligẽs, ac ſtudioſus paterfamilias. non iactauit proindè quod ſuum erat. exegit propterea deſponſas dotes. Quod ſi exegit; calumnioſo Iudicio nunc ad dotium exactionem iterum agit Octauia poſt quinquageſimum quartum annum, Genitore, Viro,& fratribus in Orcum ſublatis,quo etiam argumẽto vſus videtur & Papinianus Magnus ille inter Iure Conſultos lib.10. quæſtionum
29 in *l.Procula 26.ff.eod.de prob.* ex illis verbis: *Ex diuerſo autem allegaretur, nunquam id à fratre, quandiù vixiſſet deſideratum.* Neq; planè minimi æſtimatum hoc argumentum fuit à Doctiſſimis Patribus Romanæ Rotæ in vna *Romana Pecuniaria Veneris 3. Martij 1599. coram Penia*, relata ad verbum à *Mancino dict. tract. de confeſſion. c.t.n.89.& 90.*

30 Quinimmò anno 1596.22.Menſe Maij. cùm inter ſe ſe Antonius cum Ouidio genero de negotijs geſtis rationes iniiſſent manu Notarij publici Hieronymi de Aſculo,ſe inuicem quietauerunt, ac liberauerunt, neque de dotibus verbum vllum. ſi enim dotes non recepiſſet Ouidius, non vtiq; effundiſſet illas, dixiſſet vtiq; in rationibus datis, ni remiſiſſe eas videretur. ad *text.in d.l.Procula 26. de probat.* atq; latè deductis in Neapolitano Conſilio per doctiſſimum Virum *Matthaum de Afflict. deciſ.13. num.12.& ſeq.* & ſequitur idem *Aymon d.conſ.129.num.8.& ſeqq. & conſil. 159.nu.4. Menochius de arbitrar. centur.2. caſu 88 n.16.17.& 18.* ſequuta fuit *Rota* collecta per Farinac. *part.4.diuerſ. dec.299. Riccius part.3.collectan.634.*

31 Obſtat demum Octauiæ, quòd in ſupremo vitæ ſtatu agens Antonius eius genitor in ſupremo ſuo elogio ne verbum quidem de dotibus Ouidio ſponſis cum eam eidem in vxorem tradidit,meminit; verù tantummodò Octauiæ,vti probæ filiæ, viginti legati nomine reliquit, quæ ipſamet Octauia recepiſſe fatetur. Duplex hinc proindè elicitur argumentum. Vnum planè, quòd
32 cum in extremis ageret Antonius,& ad iudicium properaret extremum, non ita diuini timoris obliuioſus fuiſſet, vt ſi dotem Octauiæ filiæ debuiſſet, non id dixiſſet. argumento petito ex *text.* in *l.fi.C. ad leg.Iuliam repetundar.* canonizato à Gratiano
33 *can. Sancimus 25.1.q.7.* Alterum verò, quòd cum legatum viginti eidem ab Antonio Patre relictum à fratribus hæredibus exegiſſet,nihil tamen de dotibus meminit: quòd ſolutæ nimirum iam ille Ouidio viro fuerant. Alioquin vt ſoluerentur inſtetiſ-
34 ſet,neq; pro legato ſolùm egiſſet. Vt quid igitur nunc defunctis omnibus ad iudicium tertios compellat,qui ignorant ſolutionẽ? argumento *text.in l.qui Romæ.122.§.Augerius filius.ff de verborum obligat.* quatenus probat ibi Sceuola:Sponſionem ſeruo Publij Meuij per Augerium factam;ſoluturum ſe quicquid patrem ſuum Publio Meuio debere conſtitiſſet : defuncto patre antequam conſtaret ; ſtipulationem non eſſe commiſſam, quaſi conditionalem. Pari planè modo,defunctis omnibus, qui dotium ſolutionem noſſe poterant, calumnioſè nunc agere Octauiam ſequetur. Quod ſuadetur aptiùs, ex quo ipſa in iudicio,etiam ſcripto,(quod permanet) nec ſemel, ſe pro dotibus, lucriſq; maritalibus bona po ſidere ſponte faſſa eſt. vnde & aduerſus Hiacyntum obtinuit,quià iudicio receſſit, vt inreuocabilis confeſſio perſeueret,vt in ſuperioribus diximus.

Neque fœliciter ei inuentum ſuccedet, bona, quæ poſſidet, fuiſſe in bonis Ouidij viri.

35 Cùm quod id probatione minimè præſtat,quod præſtandum fuerat; cum id aſſerat ipſa.*l.2.ff.de prob. l.actor.23. C. eodem. ean.ſciant cuncti.22.q.8.capit.fi.§.fin. de iur.iur.Rota apud Cardin. Manticam dec. 68.n.1.*

Tum quod hoc ipſum ſatis ei eſſe debet; ſolutam ſibi dotem fuiſſe, vt factum ei ſatis
36 videatur.ſolutum enim videtur,quomodocunq; creditori factum ſatis fuerit iuxta Vlpiani ſenſum in *l.ſi rem.9. §. omnis ff. de de pignorat.actione*,quem *tex.* allegat etiam *Gloſſ.* verbo *ſatisfeceri. in capit. præterea 40. vbi Abb.num.3.de appellat. Federic.de Senis conſil. 22. an Vſurario.numer. 1. & ſeqq.*

37 Tum demum, quod Viro dos ſoluta cum fuerit,vti adhuc vſq; probauimus, ipſe matrimonio diſſoluto ad reſtitutionem tenebatur.ad *text.in l.ſoluto matrimonio.2.ff ſoluto matrim.l vnica,§.cùm autem in exactione,C.de rei vxor.actione.* Satis itaq; fuit ſi ex bonis viri dos eidem reſtituta fuerit, vt
38 ceſſarit proindè omnis ad dotem obligatio. ad *textum* in §. 1. *Inſtitut. quibus modis tollitur obligat.* vt in ſuperioribus quoq; diximus. Non ergo agere in iudicio nunc potuit aduerſus tertios paternorum bono rum poſſeſſores.

Neq; altera Octauiæ prætenſio de ſupplemento legitimæ momenti quicquam habet.

Primò quidem quòd à Patre viro Ouidio
39 in coniugium tradita ſufficienter dotata, fuit,vt nihil nunc ei poſt quinquageſimum quartum annum quærelæ ſuperſit. Quia optimum ſemper pro filia patris videtur iudicium;cum nullus amor paternum ſuperet, & vincat, *l.fi.C.de decur. lib.10. leg.nec in ea.22.in fin.ff. ad leg.Iuliam de adulter.* optimè noſter *Maranta diſput. 10. numer.21. & 22.*

Digitized by Google

& 22.Crauetta conſ.236.num.4.Ioſeph Ludouic.dec.Peruſina 21.num.51.& ſeqq. Ro*ta apud Sanct.memoria Gregor.XV.dec.63. nu.10.& 11.& apud Card.Caualer. dec.297. ſub nu.4.& apud Coecinum Decanum deciſ. 499.nu.8.*

40 Deindè quod ipſa patris iudicio,qui ei vi-
ginti in extremis agens legauit,lubens ac-
quieuit . vndè etiam nedum triginta anno-
rum curricula à ſupremo patris funere labi
41 paſſa fuit, verùm & quadraginta duorum
præſcripta proindè actio fuit ad ſupplemen-
tum agendi legitimæ,vt poſt *Bald.in l.ſi quis
filium in fin.C.de inoffic.teſtament.* quæ ſen-
tentia verior , atque receptior eſt, ſequitur
*Michael Craſſus in §.legitima q.47.& Surd.
conſ 148.ſub num 13. lib.1.* & ſequuta fuit
Rota *in Romana Cenſus de Celſis* 17.Decem-
bris 1610.*coràm S.mem.Greg.XV.deciſ.*498.
num.1. & ſeq. ac per tot. Antonius verò
vitæ terminum dedit anno 1601.duo igitur
ſuprà quadraginta effluxere anni à morte
patris,neq; vnquam ad ſupplementum legi-
timæ prætenſum egit Octauia . præſcripta
eſt igitur actio ad illud agendi.

42 Demùm quod actio ad legitimã, vel eius
ſupplementum,vel eſt conditio ex lege.iuxtà
Gloſſ. in l.omnimodo 30. verbo *exigere* , *C.
de inoffic.teſtam.*quæ perſonalis eſt. Vel (vt
alij volunt)petitio eſt hæreditaris.*Rota apud
S.memor.Gregor.XV.d.dec.489.num 2.3.&*
4.quomodocunq; ergò ſit,malè iudicio egit
43 aſſiſtentiæ aduerſus tertios poſſeſſores, quæ
actio in rem,& hypothecaria eſt.

Ex vtroq; igitur capite perperam , ac temerè egit Octauia.in expẽſis proindè damnanda,vt in ſuperioribus diximus, & abſoluendi conuenti.

Vti ex his,iudicio ſubiectis ſaniori reſpõdendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Abſoluti conuenti ſententia Iudicantis fuere.Præterquam quod & ſolutionis dotis Ouidio factæ per Antonium Inſtrumentum repertum fuit, & illa eſſe bona,quæ pro dotibus accepiſſe aduerſus Hiacyntum iudicio faſſa fuit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus fundatam intentionem ſuam ex iure habet Beneficia omnia conferendi in ſua Diœceſi exiſtentia,ac vacantia.*
Vndè iuris obtinet aſſiſtentiam.
Qui autem contradicere voluerit,ipſe probare tenebitur,ſpeciali iure,vel priuilegio ad ſe ſpectare.n.2.
3 *Præbendæ Theologalis collatio ad quem ſpectet, poſt primæuam ſui creationem, Sacrum Trident. Concilium non decernit.*
Sub diſpoſitione igitur iuris communis remanet.
Vndè ſi collatio ad alium, quàm ad Ordinarium ſpectauerit,Electio tamen ad Ordinarium ſemper ſpectat.n.4.
Niſi aliàs ex Eccleſiæ conſuetudine per concurſum ſit conferenda. n.5.
6 *Pœnitentiaria in modo prouidendi Theologali æqualis habetur.*
7 *S.R.E. Cardinales Epiſcopi vigore indulti fundatam habẽt intentionem ſuam conferendi omnia beneficia , etiam in menſibus reſeruatis.*
8 *Prouiſus de beneficio ab habente poteſtatem conferendi,manutenendus eſt in poſſeſſione.*
9 *Status vltimus in beneficialibus attenditur ad firmam collationem adſtruendam.*
Et ad naturam diſcernendam beneficij.n.10.

ARGVMENTVM.

Præbendæ Theologalis collatio ad quem ſpectet? Et quid vigore decreti Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.5.cap.1. de reformat.* ?Et an idem in Pœnitentiaria procedat ?

RESPONSIO XI.

VAcante hiſce diebus Theologali præbenda in Cathedrali Eccleſia Archiepiſcopali Salernitana,cui præſidet Eminentiſſimus Dominus meus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sabellius, ob mortem vltimi illam obtinentis, putauere Capitulum , & Canonici ad eos ſpectare dictæ præbẽdæ collationem,vtputà in menſe vacante ad eos ex antiqua conſuetudine,vel priuilegio,etiam non ſimultaneè cum Ordinario,ſpectante.

Verùm cùm nuſquam aliàs anteà in alijs vacationibus Capitulum,& Canonici in cõferenda præbenda prædicta , veluti etiam Pœnitentiariæ, quamuis dicto in menſe vacante ſe ingeſſerint ; potuiſſe dictum Eminentiſſimum Cardinalem Archiepiſcopum illam ipſum conferre,vti contulit,reſpondẽdum cenſui.

1 Nimirùm quòd fundatam intentionem ſuam Ordinarius de iure habet communi, omnia conferendi beneficia in ſua vacantia Diœceſi, vndè iuris in hoc obtinet aſſiſtentiam.*can.omnes Baſilicæ 7.16.q.7.& canon.regenda 4.10.q.1.cap.conquærente.16.de offic. ordinar.extrà.cap.ex frequentibus 3.de Inſtitutionib. cap.cùm ex iniuncto.12.in fine.*

de

Digitized by Google

de hæreticis extrà. Abb. in cap. cùm Eccleſia Vulterrana. num. 8. in fin. de elect. Felin. in cap. cùm venerabilis. num. 32. de exceptionibus. Rota *part. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 238. num. 2. & tom. 2. eadem part. deciſ. 756. nu. 4. in fin. & apud Cardinalem Caualer. dec. 193. num. 1. cum ſeqq.* quæ eſt etiam in impreſſis in *recentior. par. 2. tom. 1. deciſ. 382. & apud eundem Cardinal. deciſ. 523. num. 2. Barboſa de officio Epiſcopi par. 3. allegat. 57. ſub num. 1. Rota apud Dominum Coccinum Decanum deciſ. 385. num 2. & apud Illuſtriſſimum Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ. 14. nu. 4. par. 1.*

2 Si quid igitur in aduerſum habēt Capitulum, & Canonici, ipſis onus manet probandi ad ſe ſpeciali iure collationem ſpectare, vt dixit Rota *apud eundem Coccinum dicta dec. 385. nu. 2. in Aquilana Beneficij 22. Ianuarij* 1608.

3 Deindè, quia Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat.* cùm nihil omninò diſponat, ad quem præbēdæ Theologalis collatio ſpectet poſt primæuam ſui erectionem, remanebit vtique illa ſub communis iuris diſpoſitione, vt ad illum ſpectet, ad quem iure, vel priuilegio, ſpectare noſcitur, modò tamen in menſe vacet Ordinarij, ſi enim in menſe vacauerit Apoſtolico, vel aliàs reſeruato, ad Sanctam Sedem ſpectabit, vel ſaltim ad Eminentiſſimum Cardinalem Archiepiſcopum vigore indulti. Vt Sacram declaraſſe Congregationem Sacri Tridenti Concilij Interpretum, referũt *Gonzaſalez ad regul. 8. cancellariæ Gloſſ. 9 §. 2. nu. 82. & 83 Garſias de Benefic. tom. 1. part. 5. cap. 4. num. 162. & ſeqq. Barboſa de poteſtat. Epiſc. d. par. 3. alleg. 56. num 3. & 4. & tract. de canonic. & dignitat. cap. 27. numer. 12. & ſeqq. & in collect. ad Bullas. verbo Præbenda num 18. incipiens præbendæ Theologalis collatio.*

4 Si verò ad alium, quàm ad Ordinarium collatio ſpectarit, ſemper tamen electio ad
5 Ordinarium ſpectabit, prçuio tamen examine; niſi aliàs ex Eccleſiæ conſuetudine per concurſum Theologalis ipſa conferenda fuerit; tunc enim ad Ordinariũ ſemper ſpectabit, vti ex ſacræ Congregationis declaratione paulò antè citati Doctores *Gonſalez, Garſias, & Barboſa* locis vbi ſupra referunt.

6 Quemadmodùm & Pœnitentiaria, quæ Theologali in hoc æqualis habetur. vt idem *Garſias d. cap. 4. num. 164.* refert, & dictum fuit ſemel, atq; iterum in vna *Oſcen. indulti* 10. *Decembris* 1599. & 5. *Decembris* 1601. *coràm Card. Mellino* apud eundem *Garſiam d. c. 4. n. 163.*

Præterea quia in facto hoc noſtro, (vt etiā pro firme ſupponitur,) ex ipſa primæua præbendæ huius Theologalis erectione nulla extat memoria in vacationibus fuiſſe quandoq; per Capitulum illam collatam, ſed ſemper per Sāctam Sedem Apoſtolicam, quem-
7 admodum & Pœnitentiariam. Habebit proindè vigore indulti fundatam intentionem ſuam Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Archiepiſcopus, iurè potuiſſe illam conferre;
8 atquè ab eo prouiſum in ſua poſſeſſione manutenendum eſſe, vti iure prouiſum. ad regulam *primam. Beneficium. de regulis iuris in 6.* Stareque pro ipſo iuris aſſiſtentiam, vt
9 initio aſſumebamus. Quod præſertim in beneficialibus vltimus ſtatus attendatur ad factam collationem firmam, ſtabilemquè habendam. *cap. querelam. 24. de elect. cap. cum olim 7. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. & cap. conſultationibus. 19. de iure patronat. Calderin. conſ. 23. de præbend. Rota apud S. memor. Gregor. XV. dec. 95. num. 3. & deciſ. 112. num. 2. & ibid. Beltramin. addens num. 6. apud Cardinal. Caualer. deciſ. 224. num. 1. & deciſ. 639. num* 10. *Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 55. nu. 12. Barboſ. de offic. Epiſcopi, par. 3. d. allegat. 57. num. 169. Rota apud eundem Gregor. XV. deciſ. 482. num. 7. & in Marianen. ſeu Alerien. Vnionis 22 Iunij* 1615. *coram D. Coccino Decano deciſ. 737. num. 3. &*
10 *ſequent. par. 3. tom. 2. in recent.* Et ad naturam diſcernendam beneficij. vltimus ſtatus ſemper prçfertur, vt poſt alios, ſequitur *Melchior Lotterius de re beneficiaria lib. 1. quæſtion. 34. num. 21.*

Atq; ità ex his, iudicio nō excuſſo ſaniori, reſpondendam cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Perſtitit firma collatio per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Archiepiſcopum facta, nec amplius Capitulum os ſuum aperuit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non ſimplicitèr data, ſed perſonarum ſupplicantium contemplatione conceſſa, morte expirat concedentis, re integra.*
2 *Res dicitur integra, quomodò?*
3 *Gratia perfecta, concedentis morte non expirat.*
Secùs ſi ſit perficienda per executores. & num. 18.
Ratio affertur. quia per mortem ceſſat voluntas, ac conſequentèr gratia num. 4.
Et in perfecta etiam, quia cùm ſit perfecta, perpetua efficitur. vndè morte non mutatur. n. 5.
6 *Gratia conditionalis efficitur per clauſulam* (Conſtito) *expirat proptereà concedentis morte. & n. 10.*

Nedùm

Digitized by Google

Nedùm ope exceptionis, ſed ipſo iure. num.11.

7 *Voluntas morte finitur.*

Et eſt accidens inſeparabile ab anima fluens.

Ablata proindè anima, finitur voluntas.

8 *Mandatum morte finitur mandantis.*

9 *Clauſula, ſiue Conditio,*(conſtito de paupertate)*cauſa cognitionem expoſcit.*

Atq; propterea partis citationem.

10 *Delegatus cum Clauſula*(Conſtito) *mixtus dicitur exequutor.*

12 *Gratia conditionalis iuſtificatione indiget.*

Quocirca non iuſtificata, operatur nihil.

Et expirat morte concedentis, ſi præſentata ante illam non fuerit.n.13.

Quia non ſupereſt iuriſdictio Delegato. num.14.

Ac ſi facta minimè gratia fuiſſet.n.15.

16 *Gratia ſimpliciter facta, concedentis morte non expirat.*

Etiam non præſentata ante eius obitum.

Secus ſi data fuerit, vt exequutor cum cauſa cognitione procederet.n.17.

18 *Tex.in cap.ſi ſuper gratia 9. de offic.delegat. lib.6.& cap.ſi cui.36.§.fin.de præbend. in 6. diſtinctione conciliantur.*

ARGVMENTVM.

Gratia an expiret morte concedentis, ſi ante ſupremum eius diem coràm executore præſentata non fuerit? Et quid in excutore mixto per Clauſulam (*Conſtito*) qui cum cauſæ cognitione, citata parte, procedere debet?

RESPONSIO XII.

EXpirarit nè Gratia per Sanctæ Memoriæ Paulum Papam Quintum Beatrici, Olimpiæ, & Portiæ Ricca Sueſſanen. Ciuitatis anno 1615. facta, poſtquam fatis dictus Summus Pontifex conceſſit, re adhuc integra, (non vtiq; executione demandata,) in dubium reuocabatur, anno 1632. decem, & ſeptem poſt annos conceſſæ gratiæ? Conſultus proindè ego: Expiraſſe gratiam reſpondi: nec ſanè
1 ſine fundamento. Fuit quippè gratia prædicta, (qua prædictis permittebatur mulieribus, vt legatum piũ pro pauperibus puellis matrimonio locandis ſingulos in annos, per quondam Marium Piſcitellum Ciuitatis eiuſdem Sueſſæ relictum, eiſdem mulieribus in augmentum dotis earum applicari deberet; quòd eſſent ipſæ teſtatoris pronepotes ex Dianota Piſcitella, & Alexandro Ricca coniugibus prognatæ, vt videlicet legatum prædictum pro duabus annatis vnicuiq; ex dictis puellis dotis in augmentum cederet: Cum clauſula tamen(*Conſtito de paupertatate earum.*) non ſimpliciter data, ſed perſonatum ipſarum ſupplicantium contemplatione conceſſa: Expirauit propterea morte concedentis Summi Pontifi-
2 cis, re adhuc exiſtente integra: Quia videlicet, nec executa, neq; cępta, viuente Pontifice fuit. ad *tex.in cap.fin.§.officium autem de officio iudic.delegat.lib.6. l. & quia 6. ff. de iuriſd.omnium iudicum. cap. quicunquè* 11. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *re integra.de ſent. excommunicat.in 6.Gloſſ.in can.eos Sacerdotes.*43. verbo *ordinatus.7. quæſtion.*1. Facit rem hanc apertiſſimam Bonifacius Octauus Summus Pontifex in *cap.ſi cui 36.§ ſecùs.de prębend. lib.6.* ſequentibus dicens: *Secus ſi ſuper prouiſione certa perſonæ facienda, ſit data poteſtas eidem, non ob ſuam, ſed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, & fauorem: illa quidem expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur.* ſic Summus Pontifex Bonifacius. Cui profectò diſpoſitioni minimè aduerſatur eiuſdem reſponſio Pōtificis legis latoris in *cap.ſi ſuper gratia 9. de offic.delegat.eod.lib.6.* Differentiam porrò inter vtramq; diſpoſitionem tradit *Gloſſ.* in *dict.cap. ſi cui. 36. in fin.* verbo *moriatur.*
3 Quia in *dict.cap. ſi ſuper gratia.* (Summus Pontifex) loquitur de gratia iam facta; hic verò de facienda per executores. vnde ibi dicit *tex.gratia facta*, hic dicit *prouiſione facienda.* ſic *Gloſ.* ſequitur *Rota dec.12. alias 349.incipiens ſi Papa.* vbi Papazonus *addens de offic.Iudicis delegat.in nouis.* & apud *Puteum dec.39.n.1.& 2.lib.3.* impreſſione Romana anni 1612. *Aegidius Bellemera deciſ.* 542. Riccius *part.2.collectan.394.Meus Maranta in ſpeculo.4.part.in 5. diſtinct.iudic. an iudicium ſit ordinarium, vel delegatum. num. 61. Sanchez de matrimon.tom.2.lib.8. diſputat.2.n.6. & diſputat.28.num 40. Ludouicus Peguera deciſ.Senatus Cathalonię 128.n.2.& ſeq.Barboſ.in collectan.ad d.cap. ſi cui 36.n.3.Mandoſ.ad regul.10.cancellaria.de reſeruat.q.2.nu.4.Cauallos commun. contra commun.q.424.in fin.* Rationem reddit Verallus *deciſ.35.ſeu 2.de gratia.n.6.& 7.lib.2.* Quia gratia Papæ ceſſat poſt eius
4 mortem, cùm voluntas eius non adhuc duret. Quod exaudiendum eſt in gratia perficienda per executores, non in iam perfecta. ſecundum *Gloſſ.* vbi ſupra, atquè diximus *reſp.86.p.3.*ex ratione inter alia, quam *n.6.*

at-

5 attulimus; Quia gratia vbi perfecta eſt, per-
petua eſt, nec mutatur morte concedentis.
ad text. in leg. falſo. 2. C. de diuerſis reſcript.
Guido Papa dec. 491. Mandoſ. d. reg. 10. de
reſeruat. q. 2. n. 4. Gigans de penſionibus q. 91.
per tot. in qua reſpondet contrarijs. præſer-
tim nu. 3. 4. & 5. Riccius par. 1. in praxi re-
ſolut. 94. num. 1. traditq; pluribus ad hanc
rem, caſus diſtinguens Ioannes Baptiſta
Coſta tom. 2. tract. de re integra. diſtinct. 8.
per tot.
6 Deindè quia gratia præfata conditionalis
fuit, non ſanè ſimplex; per clauſulam illam
executori dictam: (Conſtito tibi de pauper-
tate Beatricis, Olimpiæ, & Portiæ prædicta-
rum) quæ conditionem infert, ſuſpenſionẽq;
operatur effectus gratiæ, puriſicata donec il-
la fuerit. Marta de clauſulis par. 1. clauſul.
19. nu. 5. Barboſa eod tract. clauſul. 25. nu. 1.
Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 11. n.
2. quæ eſt etiam in impreſſis par. 1. in recent.
deciſ. 40 ſub nu. 1. Subſequuta propterea Sũ-
mi concedentis Pontificis morte, cùm eius
7 ceſſarit voluntas, quæ morte finitur. Pompo-
nius lib. 18. ad Sabinum in l. locatio 4. in fine
ff. locati. probans: locationem, quæ à volun-
tate pendet, morte finiri: quia morte finitur
velle. Conſtantinus Imperator in l. 1. C. de
ſacroſanctis Eccleſ. ibi: poſtquam, (mortem
ſcilicet) aliud iam velle nõ poſſunt. quia mor-
te finitur voluntas. Vlpianus in l. 4. ff. de adi-
mendis legatis. quatenus docet: voluntatem
morte ſiſtere, nec amplius ambulare. Eſt
enim voluntas accidens quodam inſepara-
bile ab anima fluens. ſecundum S. Th. 1. par.
q. 77. art. 1. ad 5. quem ſequitur Nauar. man.
in 3. præludio nu. 6. in fin. ablata igitur ani-
ma, & eius in homine finitur voluntas. Pau-
lus lib. 2. ad edictũ d. l. & quia 6. ff. de iuriſd.
omnium iudicum. quatenus, ad rem ipſam
8 noſtram, ſolui mandatum mandãtis morte,
dicit. quia profectò voluntas, qua mandatum
datur, ſupremo terminatur die. & eſt
Mors vltima linea rerum.
vt Horatius lib. 1. epiſ. 16. ad Quintium verſ.
vlt. loquitur, & tex. in l. mandatum 15. C. mã-
dati. d. cap. fin. §. officium autem de offic. iudic.
delegati lib. 6. cap. relatum. 19. & cap. gratiã.
20. & cap. licet. 30. in fin. de offic. delegati ex-
trà. Cenedus canonicarum quæſtionũ q. 38.
nu. 1. Petrus Gregor. Tholoſates commenta-
riorum ſyntaxeon artis mirabilis lib. 4. c. 19.
poſt initium. Et eius quoq; expirauit gratia.
Rota apud Verallum. d. deciſ. 35. num. 2. 3. 4.
9 & 5. par. 2. Equidem conditio illa per clau-
ſulam (conſtito de paupertate, &c.) cauſæ
cognitionem expoſcit, atq; propterea partis
citationem. Clement. præſenti. 3. vbi Gloſſ.
verbo conſtiterit. de cenſibus. & Clement.
vnica vbi Gloſſ. verbo repererint. de offic. Iu-
dic. delegat. cap. ex parte Conuentren. 2. & c.
olim 25. in fin. de reſcript. extra. Rota apud
Creſcent. deciſ. 6. num. 2. de reſcript. apud S.
memor. Gregor. XV. deciſ. 1. Gratian. diſcep-
tat. forenſ. par. 5. cap. 961. num. 9. Barboſa d.
clauſula 25. nu. 5. & 7. & Marta ead. clauſ.
19. num. 3. Rota in Celſonen. perceptoriæ 14.
Maij 1604. coram Domino Coccino Decano
apud Marcheſanum par. 1. fol. 433. deciſ. 42.
nu. 4. Idem Barboſa in hac eadem clauſula
(conſtito de paupertate.) clauſ. 30. nu. 4. Ro-
ta in Romana grani 11. Aprilis 1614. coram
Buratto deciſ. 41. nu. 1. & ibid. Ferentillius
10 addens num. 8. Eſt enim hic delegatus, non
ſanè merus, ſed mixtus executor. Ceſſauit
propterea iuriſdictio morte ſecuta Pontifi-
cis concedentis, re adhuc integra. Felin. in
c. relatum 19. col. fi. n. 13. verſ. limita iſtam li-
mitationem. de offic. delegat. Gabr. lib. 6. com-
mun. concluſ. tit. de præbend. concl. 1. n. 13.
in 2. limitat. Dominicus à S. Geminiano in c.
ſi ſuper gratia 9. col. fin. num. 7. verſ. ſed pone
quod Papa. de offic. Iudic. delegat. in 6. Gigans
de penſionib. d. q. 91. num. 5. Peguera d. deciſ.
128. num. 2. & ſeq. Mandoſ. ad dictam regu-
lam 10. de reſeruat. q. 2. n. 4. Riccius part. 4.
collectan. 1048. & d. reſolut. 94. n. 2. part. 1.
in praxi. Rota apud Cardin. Manticam in
Tiburtina Horti. 12. Decembris 1588. deciſ.
41. n. 5. quę eſt etiam in impreſſis part. 4. di-
uerſorum collecta per Farinac. deciſ. 203. n.
6. & 7.
11 Vt nedùm ope exceptionis (parte ſcilicet
opponente) tollatur, verùm & ipſo iure. dict.
cap. fin. §. officium autem. de offic. delegati in
6. ex apertiſſimis verbis Bonifacij Octaui
ibidèm: officium autem quorumcunq; con-
ſeruatorum (dicentis) ipſo iure quòad non
cępta negotia per obitum concedentis volu-
mus expirare. & d. cap. ſi cui nulla 36. in fin.
de prębend. eod. lib. ibi. Illa quidem expirat
omnino, ſi concedens re integra moriatur.
Maranta in ſpeculo dict. part. 4. in 5. diſtin-
ctione iudiciorum. n. 61. Cauallos commun.
contrà communes d. q. 424. in fin. Barboſ. d.
cap. ſi cui. 36. nu 6. Thomas Sanchez de ma-
trimon. d. lib. 8. & d. diſput. 28. n. 40.
12 Conditionalis itaquè cum fuerit gratia
prædicta, quia iuſtificatione indiget, nequè
poſſit operari quicquam, niſi iuſtificata fue-
rit. §. ex conditionali, Inſtitut. de verborum
obligat. l. cedere diem 213. §. vbi ſub condi-
tione. ff. de verborum ſignificat. cap. ſi pro te.
13. de reſcriptis in 6. Clement. 1. in princ. de
conceſſione præbend. Nauar. in relection. cap.
ſi quando. prælud. 5. num. 1. de reſcript. & ſe-
quuta fuit Rota in Ceneten. Parochialis. 4.
Decembris 1606. coram Lugdunen. part. 2.
tom. 1. in recent. deciſ. 190. num. 8. quam ite-
rum ſequuta fuit Rota in Oxomen. Archidia-
conatus 19. Nouembris 1614. coram Burat-
to dec. 78. n. 5. part. 1. Gratianus foren. diſ-
ceptat. part. 2. cap. 309. n. 2. & par. 4. c. 660.
num. 18. & 19. Rota apud S. Memor. Gregor.
13 XV. dec. 53. nu. 1. Et vltimus fati dies Sum-
mi Pontificis, qui illam dedit, ante quam iu-

14 ſtificaretur,atq; pręſentaretur,ſuperuenerit,
neq;ſuperſit iuriſdictio,delegato,vt iuſtificetur, expirato mandato,mandantis morte.
d.l.mandatum. 15.*C.mandati*,vt ſupra quoquè dixi,*Matthæus addens in notis ad Guidonem Papam dict.deciſ.*491.*verbo,poſſit ad*
15 *exequutionem*; Gratiâ vtiquè ipſa viribus
nón ſubſiſtet,atq; ſi facta minimè fuiſſet, vacua,& inanis habenda erit.*d.cap.licet.*30. *de offic. delegati. Rota apud Cardin.Manticam d.deciſ.*41.*n.*2.*&* 4.

16 Neq; obijcias, gratiam ſimpliciter à Papa
in dictarum puellarum commodum factam fuiſſe pro earum ſubſidio matrimonij. non extinctam propterea fuiſſe, etiam non præſentatam, ex *text.in d. cap. ſi ſuper gratia* 9. *de offic.delegati.lib.*6.*& d.cap ſi cui* 36 *in* 1.*reſponſ.de prabend. eod. lib. Guido Papa d.dec.*491. diximus *dict.reſponſ.*86.*part.*3.

17 Quia profectò gratia data fuit, vt exequu-
tor procederet cum cauſæ cognitione, parte ex aduerſo citata per clauſulam(*Conſtito de paupertate,&c.*) Quo circa non præſentata gratia, neq; cauſę cognitione adhibita ante quam fatis Pontifex concederet,eius morte expirauit.*Rota apud Manticam deciſ.*41. *n.* 5.*Gigans de penſionib.d.q.*91. *n.*5. *Mandoſ. d.reg.*10. *q.*2. *num.*4. *in fin.Peguera d.deciſ.* 128.*n* 2.*& Riccius reſolut.* 94 *n.*2.*par.*1.*in praxi.*

18 Textus verò *dict.cap.ſuper gratia.*9. *&*
dict cap.ſi cui 36.*in* 1.*reſponſo* exaudiuntur, in gratia iam ex ſe ab initio perfecta, non verò in perficienda per cauſę cognitionem per exequutorem. ſecundum *Gloſſ. d.cap.ſi cui.in fin.verbo moriatur*,& in initio quoq; retulimus.

Atq; ita ex his,iudicio meliori non abiecto,quin expetito, ſum voti,& conſulo.

Carolus Maranta V.I.D.
Aduocatus,&c.

Vt diximus, atquè voti fuimus, ita exequutum, vndè ab incepto ceſſauere puellæ præfatæ.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani homines id ſummoperè curare debent,vt per bona opera ad ęterna recipiantur tabernacula.*
2 *Homini nihil prodeſt ſi mundum vniuerſum lucretur,animæ verò ſuæ diſpendium faciat.*
3 *Multi fuere qui relictis omnibus, nudi, nudum Chriſtum ſequuti fuere.*
Quod ſummæ perfectionis eſt.
*Idq; fecit S.Franciſcus Aſſiſinates.n.*4.*alijq;*
5 *Prouerbium.Non omnibus datum eſt adire Corinthum.*
6 *Legata pia relinquuntur, vt proſint relinquentibus in pœnis purgatorijs.*
*Inter quę ſuper omnia proficit ſacrificium incruentum n.*7.*&* 9.
8 *Animæ defunctorum quatuor modis ſoluūtur.*
9 *Miſſæ ſacrificium ſupra modum animabus proficit in purgatorio purgantibus.*
10 *Defuncti,vt à peccatis ſoluantur, orationibus adiuuantur.*
11 *Iudas Machabeus duodecim mille dragmas argenti miſit Ieroſolymam offerri ibi pro piè defunctis.*
11 *Orare pro defunctis,indicium præſtat, fidei reſurrectionis.*
13 *Dies vitæ hominis breues ſunt.*
14 *Mors cõmunis omnibus,ſiue ſenibus, ſiue iuuenibus.*
Omnia Mors æquat.
Atq; ineuitabilis.
Surda auribus,oculiſq; capta.
15 *Hæres defuncti perſonam repręſentat,eiuſq; facto ſtare tenetur.*
*Eiuſq; voluntatem pręciſè ſeruare.n.*16.
Quamuis ſit hęres cum beneficio legis, & inuentarij.
*Quatènus quidē in hæreditate fuerit.n.*17.
18 *Hęres tenetur ſeruare defuncti iuramentum,reale præſertim.*
*Ratio affertur.n.*19.
Non tamen tenebitur periurij reatu.
19 *Iuramentum quamuis quòad iurantem perſonale ſit, eſt tamen quòad obſeruantiam reale.*
*Vndè poterit hæres præciſè cogi ad obſeruandum.n.*20.
*Ex quadam ſaltim fidelitate, ſecundum S. Thomam.n.*21.
22 *Voluntatem,niſi mutauerit moriens, in ea perdurare pręſumitur.*
23 *Voluntas in animi penetralibus latet.*
Nec niſi verbis,vel ſignis exprimitur.
24 *Verba ſunt eorum,quæ ſunt in anima paſſionum notæ.*
25 *Voluntatis mutatio in facto conſiſtit.*
26 *Facta non præſumuntur,niſi probentur.*
*Quia facta infinita ſunt.n.*27.
28 *Voluntatem mutatam,qui dixerit, probare tenetur.*
*Ratio affertur.n.*29.
29 *Quod nō mutatur,quare ſtare prohibeatur?*
30 *Voluntas morte non infirmatur, quin ſtabilis perſeuerat.*
31 *Teſtamentum hominis morte confirmatur.*
32 *Voluntas defuncti ambulatoria eſt ad ſupremum vitæ exitum.*
Morte verò ſiſtit, atq; immutabilis fit.nu. 33.*&* 34.
35 *Prior Clauſtralis, licet ad Abbatis arbitrium reuocabilis ſit,eius tamen morte nō reuocatur.*
36 *Voluntas morte confirmatur, & inuertibiliter.*
*Sicuti in demonibus.n.*38.

37 *Locus Eccleſiaſtes* 11.3. *ſi ceciderit lignum ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit.*
Illuſtratur ex Dionyſio Carthuſiano.
38 *Angelis quod fuit ruina, hoc hominibus eſt mors.*
39 *Cappellanus ſemel in perpetuum electus, mutari non poteſt.*
40 *Conditiones in fundatione adiectæ ſeruandæ ſunt, alioquin quod ſequitur inane.*
41 *Priuilegiorum tenor ſeruandus, & perpendendus.*
42 *Quod ab initio eſt voluntatis, fit ex poſt facto neceſſitatis.*
Declara. n. 44.
43 *Contractus agere cuilibet liberum, non tamen actos mutare.*
44 *Reprobare non poſſum ſemel approbatum.*
45 *Vouere cuilibet liberum, poſt verò emiſſum votum, præſtandum.*
46 *Voti fracti fides damnatur.*
47 *Fides etiam inimico ſeruanda.*
Amico multò magis.
48 *Fidem fallere, graue.*
Quin infamia notatur, qui fidem, non præſtat, quam promiſit.
49 *Cappellanus reſilire non poteſt ab obligatione, qua ſe adſtrinxit ſacris operandi.*
Ita neq; ei qui eum conſtituit, à pactis conuentis reſilire licebit.
Multoq; minus eius hæredibus. n. 54.
50 *Contractus vltrò, citròq; obligatorij ſunt.*
Ideſt ab omni parte, ſecundum Gloſſ.
51 *Hæredes reſilire non poſſunt ab electione ab eo facta Cappellani, cuius illi hæredes ſunt.*
52 *Electio eſt debentis.*
53 *Imputet ſibi, qui ſibi cauſa voluntariè fuit, vt aliquid ſequeretur.*
Iuſtumq; eſt, vt legem patiatur, quam ipſe dixit.
54 *Hæredis, & teſtatoris magna connexio eſt.*
Vnde vnius alterius factum æſtimatur.
Stare proindè pacto debebit teſtatoris. n. 55.
56 *Teſtatoris voluntas lex eſt omnibus, qui ex eius bonis commodum percipiunt.*
57 *Dictio (dictus) reſtrictionem ad nominatã perſonam operatur.*
58 *Mens diſponentis à perſona, in quam verba directa fuere perpenditur, atq; venatur.*
Sicuti ex ſcientia eiuſdem. n. 59.
Veluti etiam ex dignitate perſonæ, atq; affectu diſponentis. n. 60.

ARGVMENTVM.

Cappellanus amouibilis demandatus ad nutum hæredis, ſi hic illum in perpetuum eligat, donec vitali perfruatur aura, an hæredis hæredes mutare illũ valeant? Et num morte voluntas mutata dicatur, an magis illa firma perſeueret? & num hæres iuramento ligetur defuncti, & quomodo? pluraquè non iniucunda ad quæſtionem.

RESPONSIO XIII.

1 ID curare ſummoperè debent Chriſtiani homines in præſenti vita per bonorũ operum exercitium, vt poſtquam hinc demigrauerint, ac defecerint, in æterna recipiantur tabernacula. *Lucæ.* 16. 9.
2 Alioquin; *quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur?* vti Chriſtus Dominus, &
3 Magiſter noſter cõteſtatus nobis fuit. *Matth.* 16.26. Hoc vt aſſequerentur, qui verè pij fuere, non dubitauere, relictis omnibus (vt ad perfectam vitam pertingerẽt) nudi nudũ ſequi Chriſtum, qui *Matth.* 19. 21. dixit: *ſi vis perfectus eſſe, vade vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in*
4 *cælo, & veni ſequere me.* Quod perfectè Sanctus Franciſcus Aſſiſinates perfecit, alijq; multi. Verùm quia (vt vetus ſe fert adagiũ)
5 *Non omnibus datum eſt adire Corinthum.* & in multis offendimus omnes. vt *Iacobus*
6 loquitur Apoſtolus in ſua *canonica* 3.2. cõſueuere fideles in ſuis nouiſſimis elogijs multa piè relinquere, atq; potiſſimũ vt pro eis incruentum offeratur ſacrificium, poſt-
7 quàm carne ſoluti fuerint, vt proſit illis in purgatorijs pœnis agentibus, ad æterna recipi vt valeant tabernacula, ex iniquitatis Mammona amicos ſibi facientes. *Luca* 16.
9 Mammona iniquitatis dicitur, pecunia, ſiue diuitię per ſolicitudinem acquiſitæ. vt *Gloſſ.* explicat *cap ſic non ſunt* 10. *in fin. ver-*
8 *bo Mammona.* 32. q. 4. *Anima* enim *defunctorum quatuor modis ſoluuntur; aut oblationibus ſacerdotum; aut precibus ſanctorum, aut Charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum.* vt S. Gregorius Papa *can. animæ defunctorum.* 22. 13. q. 2. nos docet. & S.

 Au-

Auguſtinus *can. non aſtimemus.* 19. *& can.*
9 *tempus.*23.*ead.cauſa,& quæſt.*Supra omnia
autem proficit ſummè propitiatorium ſa-
crificium,in quo ipſe Chriſtus,qui ad dexte-
ram Patris ſedet,& qui pro nobis in ara cru-
cis pependit, ſanguinemq; ſudit, quo ſu-
mus pretio magno redempti,(1.*ad Corinth.*
6.20.) offertur.*d.can nõ aſtimemus,cum ſeq.*
Sacrum Tridentin. Concilium *ſeſſ.*25. *in*
*princ.*in decreto de purgatorio. Hanc ob
cauſam proindè vltimum cogitans finem
D.Liuia de Gueuara,animam actura iam,
ſupremas condens tabulas,quibus D.Ioan-
nem Baptiſtam Centurionem filium, hære-
dem dixit,inter alia,ſequens,vt ſacra bis in
ſingulas fierent hebdomadas,legatum reli-
10 quit. *Sancta enim, & ſalubris eſt cogitatio*
pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluan-
11 *tur.*vt fortiſſimus ille quondam Iudas Ma-
chabæus effecit; qui *duodecim millia drag-*
mas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro
peccatis mortuorum ſacrificium,benè,& re-
12 *ligioſè de reſurrectione cogitans.(niſi enim,*
eos,qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret,
ſuperfluum videretur; & vanum orare pro
mortuis.)& quia conſiderabat; quod hi, qui
cum pietate dormitionem acceperant, opti-
mam haberent repoſitam gratiam. Macha-
bæorum 2.12.43.

Item laſcio(dicens)*che detto D.Gio: Bat-*
tiſta mio herede mi debbia fare celebrare,
ogni ſettimana due meſſe di requiem: l'vna
ogni Lunedì per l'anima mia,e di miei ante-
paſſati,e ſoceeſſori defonti: e l'altra nel dì del
Saobato della Madonna,in perpetuo, con
quelle orationi,e collette,che ſarãno aſſigna-
te dal mio herede,e rimeſſe alla deuotione del
Sacerdote,che celebrarà. E pereiò detto mio
herede poſſa à ſuo guſto eligere vn Cappella-
no prete ſecolare, che anco à ſuo guſto ſia
amouibile adnutum, etiam ſenza cauſa. Il
quale Cappellano debba celebrare ditte due
meſſe ogni ſettimana, vt ſupra, in qualſiuo-
glia Chieſa, che ſarà di ſua deuotione. Per le
quale due meſſe detto mio herede debbia pa-
gare per elemoſina al detto Cappellano doca-
ti ventiuno ogni anno tertiatim. E non va-
lendo detto mio hærede hauere queſto peſo;
che li debbia fare aſſegnamento di terze d'vn
capitale di ducati 350. delli migliori cor-
pi eſſigibili, che ſono in detta ſua heredi-
tà,à guſto di detto ſuo herede. ita legati te-
nor.

Vitæ ceſſit D.Liuia,hæreditateq; adita,
D.Ioannes Baptiſta anno 1626. manu pu-
blici Notarij Laurentij de Biondo Neapoli,
Cappellanum perpetuum pro ſacris offeren-
dis prædictis elegit R. D. Ferdinandum Bal-
zanum.V.I.D.cui anno quolibet (perdurã-
te vita eiuſdem D.Ferdinandi) ſoluere ſpo-
pondit ducatos præfatos vnum ſupra vigin-
ti (vt ſupra) legatos, duabus ſolutionibus,
quolibet anno. Dictuſq; D.Ferdinandus,&
ipſe ſacra bis in ſingulas hebdomadas offer-
re ad defunctæ teſtatoris voluntatem,quan-
diù ipſe vitalem traxerit auram,ſacramento
promiſit,ſeq; obligauit,atq; firmauit.
13 Non poſt multa tempora; hæ heù quam
breues dies hominis ſunt.(vt *Iob.* 14 5. lo-
quitur) Mors atra Ioannem Baptiſtam Flo-
rentem rapuit Iuuenem. Vt enim Maximi-
lianus,ſiue Cornel.Gallus ait.

14 *Omnibus eſt eadem læthi via: tamen*
vnus.
Eſt vita cunctis exitij,atq; modus.
Hac pueri, atq; ſenes pariter, Iuueneſq;
feruntur.
Hac par diuitibus pauper egenus erit.

& Claudianus 2.rapt.Proſerpinæ.

Sub tua purpurei venient veſtigia
Reges.
Depoſito luxu,turba cum paupere mixti.
Omnia mors æquat.

Nam vt *Ouid.*ad Liuiam loquitur.

Sed rigidum ius eſt,& ineuitabile mortis.

Quia ab omnibus exigit,neminiq; parcit;
obſurda auribus,oculiſq; capta;vt nec eiula-
tus audiat,nec videat lachrymas.Illo ſubla-
to,eius heredes *in* D.Ferdinandũ Cappella-
num electum inſurgunt,mutare eum volen-
tes,aliumq; eligere. Obluctatur eis D.Fer-
dinandus,quod à Ioanne Baptiſta *in* perpe-
tuum,atq; vita durante electus fuerit. Con-
ſulit proindè me D.Ferdinandus.Haud poſ-
ſe mutari reſpondi, neq; *ius* eſſe D.Ioannis
Baptiſtę hæredibus voluptatem infringere
15 teſtatoris,cuius ex bonis commodum per-
cipiunt; quod ipſi defuncti perſonam repræſen-
tẽt; eiuſq; facto ſtare teneantur.*l.cũ à matre*
14.*C.de rei vendic.* Vlpianus *in l. ex qua*
parte 192.*vbi Decius.ff.de regul.iur.Aluar.*
*Valaſcus conſult.*52.*n.*44.*in fin.Vincen.An-*
*na allegat.*69.*n.*61.*part.*1. *Iacob. Thomin-*
16 *gius deciſ.Lipſien.*13.*num.*33.*&* 34. vt pre-
cisè etiam defuncti voluntatem ſeruare te-
neatur hæres.*can.Syluester* 10.11.*q.*1. & ex
Bart.& alijs in *d.leg.eum à matre,& Pinell.*
*in l.*1.3.*part.nu.*81. *C.de bonis maternis,*ſe-
quitur *Rota apud Illuſtriſſimum Duranum.*
Epiſcopum Vrgellen.*deciſ.*101. *num.*3.*p.*1.
& apud *Cardin.Caualer. deciſ.*276.*ſub n.*3.
*& deciſ.*430. *nu.*5. *Gratianus diſcept.forenſ.*
*par.*4.*cap.*725.*n.*19.*&* 20.*Vincent.Anna*
*allegat.*28.*numer.*13.*& ſeqq.part.*1.quam-
17 uis quidem hæres ſit cum beneficio legis,
& inuentarij; quia nimirum, quatenus vi-
res hæreditatis ſupperunt,defuncti factum
obſeruare,ratumq; habere tenetur. *Aymon.*
*conſ.*225.*num.*12.*Surd.conſil.*73.*numer.*34.
*volum.*1. *Peregrin. de fideicommiſſ.art.*33.
*num.*3.*Aluarus Valaſcus d conſultat.*52.*n.*
44.*Rota apud Caualer.d.dec.*430. *numer.*6.
*& deciſ.*536.*n.*4.*& dec.*604.*n.*1.*& ſeq.Vin-*
*cent.de Franchis deciſion.*83. *num.*3. plura
cumulat ſatis aptè *Cæſar Barzius deciſ Bo-*
*nonien.*64. *à numer.*1.*& per tot. Rota in*
Bo-

Digitized by Google

Bononien legati de Mareſcottis 30. *Aprilis* 1629.*coram Dunozetto deciſ.*272.*n.*25.*p.*5. *diuerſ.nouiſſ.*

At dixit publico inſtrumento Ioannes Baptiſta, vt eſſet Cappellanus D.Ferdinandus in perpetuum,donec vitali perfrueretur aura.Non impugnabunt itaq; hanc voluntatem ita firmam,electionemq; factam,ac Sa-
18 cramento firmatam,heredes,quin ſeruabũt illam.Neq; profectò ſoluitur hæres, quin firmum iuramentum ſeruare defuncti debeat,
19 reale præſertim.Quoniam & ſi iuramentum quoad iurantem ipſum perſonale ſit, eſt tamen quoad obſeruantiam reale; quam ob cauſam ad hæredes,ſucceſſoreſq; tranſit, vt illud ſeruent; (non verò vt rearu teneantur periurij:)vtrà Clemens Tertius in *cap.veritatis.*14.*de iur.iurand. Bart.in l.qui ſuperſtitis in fin.ff.de acquirend.hareditat.Abb.in cap. cum contingat.num.*8.*de iure iurand. Afflict. deciſ.*381.*num.*8. *Vincent.de Franch. d.dec.* 83.*num.*6.& ſequuta fuit Rota apud *Duranum dec.*2.*n.*24.*par.*1. *Seraphin.de priuileg. iuram priuileg.*74.*num.*141.*& ibid. Addent. num.*11.*Idem Seraphin. priuil.*67. *num.*22. *Vincent.Mancinus de iurament.part.*4. *effectu* 5.*num.*1.*& ſeqq.Gizarell.dec.*7.*nu.*34. *&* 35.*Monaldus conſ.*38. *n.*15.*&* 16. *lib.*1. *Ioſeph Ludouic.dec.Peruſin.*15.*num.*12.*& ſeqq.Caſſador.deciſ.*2.*num.*8.*& ſeq.ad fin.de*
20 *iure iurand.* vt præciſè ad obſeruantiam compelli poſſint.*Gutierrez in l.nemo poteſt. num.*394.*ff.de legat.*1.*Anna d.alleg.*28.*n.*13. 14.*&* 15.*par.*1.*Gratian.d.cap.*725.*num.*20. *par.*4.*forenſ.* Ex quadam ſaltim fidelitate,
21 ex qua obligatur hæres,vt ſicuti fit ſocius bonorum,fiat particeps onerum.vt *S.Thom.* 2.2.*q.*98 *artic.*2.*ad* 4.loquitur,& *ibid.Caiet.* ſequitur *Sanchez moralium tom.*1.*lib.*3.*cap.* 13.*num.*1.*cum ſeqq.& lib.*4.*capit.*15.*nu.*26. *Ioann.Azor. Inſtitut. moral. part.*1. *lib.*11. *cap.*15.*q.*15.*Camill. Borrell.in ſumm. deciſ. tom.*1.*tit.*60.*de iurament. num.*129.*& ſeqq. Barboſ.in d.cap.veritatis* 14.*num.*7.*de iur. iurand. Ferdinand. à Caſtro Palao moral. par.*3.*tract.*14. *de obligat. iurament. diſput.* 2.*punct.*9.§.1.*& punct.*11.*per tot.*

22 Perdurare quippè in eadem voluntate ad ſupremum vitę flatum,& poſt illum in euum præſumitur, qui dùm in humanis agebat adhuc,illam minimè mutauit. *cap.maiores.* 3.§.*fin.vbi Gloſſ.*verb. *perdurare.de baptiſmo.l.eum,qui* 22.*ff.de probat.l.cum hic ſtatus* 33.§. *ait oratio. ff.de donat. inter virum, & vxorem.* quo loco Vlpianus *lib.*33. ad Sabinum. *Pœnitētiam*(inquit)*accipere debemus, ſupremam, vt ſupremum eius ſpectemus iudicium.*Durum itaq; & auarum(idem Vlpianus exiſtimat) hæredem eripere aduerſus voluntatem ſupremam eius, qui donauit. optimè *Calderin.conſ.*3.*Rector prouinciæ.de reſcript.Mohedan.deciſ.*219.*alias* 31.*num.*3. *de renunc.Alciat.de præſumpt.regul.*2.*præſumpt.*16.*num.*1. *vol.*5.*tract. Menoch eod. tract. tom.*2. *lib.*6. *præſumpt.*37.*num.*2.*& ſeqq.Surd.deciſ.*111.*numer.*9.*& deciſ.*288. *num.*36.*Card.Tuſcus tom.vltim.lit.V.concl.* 286. *Hercules Mareſcottus variar. reſolut. lib.*2.*cap.*33.*num.*8.*Scipio Rouit. deciſ.*53. *nu.*12.*Rota apud Duranum deciſ.*74.*nu.*46. *part.*1.

23 Quia nimirùm,cùm in animi penetralibus voluntas lateat,neq; niſi per verba,vel ſigna
24 in palam proferatur; verba enim ſunt earum,quæ ſunt in anima, paſſionum notæ,ſecundum Philoſophorum Principem Ariſtotelem 1.*peribermen.* & Celſum ex Tuberonis ſententia in *l.labeo* 6.§.*id Tubero,ff.de ſuppellectil.legata.can. re vera* 69 & in finalibus verbis.& ibidem *Gloſſ.*verbo *ſermo de conſecrat. diſt.*2. *Card. Mantica de coniect. vltimar. volunt.lib.*3.*tit.*3.*numer.*1. *& ſeqq.*
25 *Surd.cõſ.*89 *n.*6.*lib.*1. Mutatio verò voluntatis in facto conſiſtat. argumento eorum, quæ Vlpianus in *l. qui bona fide* 23 *ff de acquirendo rerum domin.* docet,& Iulianus in *l.conſilio* 7.§.*fin.in fin. ff. de curator. furioſ.*
26 *dand.Mareſcott.d.cap.*33.*num.*8.*et* 9.Facta autem,ni probentur, non vtiq; præſumantur.*l.*1.*C.de probat.l.in bello.*12.§.*facta, ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſ.c.*1. *de conſtitut.in* 6.*Barboſ.axiomat* 93.*num.*27.quia
27 infinita ſunt facta, ius verò finitum eſt. vt Neratius docet in *l.in omni parte.*2. *ff de*
28 *iuris,& facti ignorantia.* Mutatam vtiquè, qui voluntatem dixerit, atq; pœnitudinem interueniſſe defuncti teſtatoris, ipſe probatione præſtabit, abſquè prouerbio hoc docet vllo Vlpianus *d. l. eum,qui* 22.*ff.de probat.Eum,qui voluntatem mutatam dicit*(inquiens)*probare hoc debere.* & Papinianus in *l.*3.*eod.Probatio mutatæ voluntatis ei debet incumbere,*(dicit)*qui conuenitur.* Idem Vlpianus in *d.l.cum hic ſtatus.*33. §.*ait oratio. in fin.ff.de donat.inter virum, & vxorem,* de reuocatione donationis verba faciens: *Sed vbi ſemel donatorem pœnituit; etiam hæredi reuocandi poteſtatem tribuimus; ſi appareat defunctum euidentèr reuocaſſe voluntatem.* Ipſe igitur pręſtabit,voluntatem mutatam defuncti,qui hoc aſſerit.vt euidentèr appareat reuocaſſe illam defunctum.

29 Rationem venamur ex illa,quam in pari Iuſtinianus Imperator Iuliano Præfecto Prætorio ſcribens in *l ſancimus* 27. *C. de teſtament* indicat,dicens: *Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur?* ſequitur *Afflict.deciſ.*307.*num.*11.*Surd.conſ.*364.*nu.* 50.*vol.*3.*Menoch.lib.*4.*præſumpt.*165. *nu.*2. *Pariſ.de reſignat.lib.*9.*q.*12. *n.*3.

30 Neq; porrò voluntas morte infirmatur, quin ſtabilis multò efficitur magis. argum. *text.in can. Spiritus Sanctus* 2.*in fin.de con-*
31 *ſecrat.diſt.*5. quemadmodùm nouiſſimum hominis teſtamentum morte immobile perſeuerat; *Quia teſtatoris obitu cõfirmatur:* *iuxta*

Digitized by Google

iuxtà quod Apoſtolus,teſtamentum in mor-
te aſſerit confirmatum , alioquin non valet
dum vixerit , qui teſtatur. vt Innocentius
Tertius Archiepiſcopo Lugdunen.ſcribit,in
cap. cum Marthæ 6.§. cæterum ſicut ſupe-
rius.de celebrat. miſſarum. & Modeſtinus
lib.2. pandectatum in *leg.1.ff de teſtament.*
quatenus,teſtamentum deſcribit,eſſe volũ-
tatis noſtræ iuſtam ſententiam,de eo,quod
quis poſt mortem ſuam fieri velit. tũc enim
cum quis diem obiuit extremum, & cum
nec velle amplius,nec nolle poteſt,voluntas
confirmatur,atq; immutabilis , ſtabiliſq; ef-
32 ficitur. Ambulatoria eſt enim voluntas de-
functi vſq; ad vitæ ſupremum exitum : dum
in humanis adhuc ipſe agit vti Vlpianus *lib.*
33.ad Sabinum in *l.quod ſi iterum.4. in fin.*
33 *ff.de adimend.legat.*loquitur. tunc vero ſi-
ſtit,vt mutari non poſſit, cùm mors ſubſe-
quitur.*d.l Sancimus,C.de teſtam.*

Qui igitur infirmam decedentis volunta-
tem aſſerere voluerit,id ipſe probatione ad-
ſtruet. Namq;ſi in ſola morte illam muta-
tam firmauerit,decipietur magis,quã quod
firmum,ac ſtabile aliquid in medium affe-
rat.ſubueniat (quæſo) tibi optima *Abbat.*
doctrina in *cap.fin num.6.de precar.*ſequen-
34 tibus docentis,atq; dicentis: *Ex quo nota-*
biliter collige,quòd vbi actus validitas pen-
det à voluntate alterius , non reuocatur per
ipſius mortem : nam præſumitur quis per-
durare in eadem voluntate , in qua decedit.
cap maiores.de baptiſ. Exemplo id illuſtrat ;
35 *Quod licet Prior Clauſtralis poſſit reuocari*
de Monaſterio ad libitum Abbatis , vt in
cap.cùm ad Monaſterium. de ſtatu regula-
rium.*non tamen reuocatur per mortẽ ipſius*
*Abbatis.*ita Abb. quem ſequitur *Gonzalez*
ad 8.regul.Cancellar.Gloſſ.5.§.6.n.39. Ra-
36 tionem adijcimus nos ex ſuperioribus :
Quia nimirum voluntas morte confirma-
tur, vt inuertibiliter in illa maneat, qui diẽ
obiuit ſuum. iuxta illud Eccleſiaſtes 11. 3.
37 *Si ceciderit lignum ad Auſtrũ.ſiue ad Aqui-*
lonem , in quocunquè loco ceciderit , ibi
erit . Id eſt ; *In qualicunquè affectio-*
ne , diſpoſitionequè cordis obierit: in
ea æternaliter; & inconuertibiliter perma-
*nebit.*vt S. *Dionyſius Carthuſianus* ibi lo-
quitur commentum agens:rationemq; red-
dit ſequentibus. *Si enim receſſerit anima*
à corpore in charitate, & conuerſione ad
Deum, inauertibiliter manebit ad ipſum in
æternum conuerſa. Si autem in auerſione ,
ſeù culpa mortali inconuertibiliter , & in-
*flectibiliter manebit auerſa à Deo.*Ideo *aſſe-*
rit Damaſcenus lib.2.orthodoxæ fidei cap.4.
38 *in fin.* Quod Angelis fuit ruina, hoc homi-
nibus eſt mors.*Quemadmodùm Angeli te-*
nebrarum immutabiliter manent in illa af-
fectione, & auerſione, in qua erant peccan-
do,& corruendo ex cælo; ita & anima iugi-
ter manet in diſpoſitione,et affectione,quare-
ceſſit à corpore hora mortis.Nã tota hæc vita,
& tota eius ratio, eſt via,& peregrinatio ad
futuram;Cuius viæ terminus mors eſt. ita S.
Dionyſius.Sãctus quoq;*Thomas* Angelicus
Doctor.1.*part.q.64. art.2.in corp.* plura
deducit *Petrus Gregorius Tholoſates Syn-*
taxeos artis mirabilis.in commentarijs lib.4.
cap.43. fol.mihi 685. & 686. Firma igitur
per mortem perſeuerat in hominibus vo-
luntas , vt qui illam mutatam dicere
voluerit,præſtare probatione teneatur.
39 Accedit his quoq; quòd Ioannes Bapti-
ſta,ipſe ſibi facultatem ademit mutãdi Cap-
pellanum. Eligendo quippè D. Ferdinan-
dum,voluit illum in perpetuum,ac eiuſdem
vita durante eſſe Cappellanum , fuit itaquè
ius quæſitum Cappellano inamouibiliter
ex parte Ioannis Baptiſtæ, qui conſultò , ac
voluntariè ſibi talem dixit legem,vt in ea
ſtare debeat,argumento *text.in §. diſponat*
in auth de nupt. collation.4. Clemen. quia
*contingit.2.§.vt autem.*ibi: niſi in illorum
fundatione ſecus fuerit conſtitutum. *de*
*religioſis domibus.*regula *ſcienti 27.de regul.*
*iur.in 6.*ſequitur *Aluarus Valaſcus conſult.*
105.*n.18.& 19. Perez de Lara de Cappell.*
lib.2.cap.6.n.19.in fin. Pater Alfonſus de
Leone de officio Cappellani. q.3. ſect.3. n.56.
optimus *text. in cap. vltim. ne prælati vi-*
*ces ſuas,*quatenus probat , mandatquè ibi
Alexander Tertius Exonen. Epiſcopo: ne
amoueat interim quendam ab Eccleſia de
Cephalai,cui ad ſeptemnium eam ſub an-
nuo cenſu conceſſerat.& textum præfatum
ad rem hanc perpendit *Rota coram D.Fabio*
deciſ.178.num.2.par.3.diuerſorum.Garſias
de benefic.tom.1. par.1.c.2.n.85.& 86. pro-
ſequiturquè pluribus ad rem hanc pro
vtraq; parte *Gutierrez practicarum quæ-*
ſtionum lib.1.q.11.per totam , quem tran-
ſcripſit *Riccius par.1.praxis.in praxi Cap-*
pellaniarum reſolution.336.Gonzalez dict.
Gloſſ.5.§.6.numer.39.& ſeqq & numer.49.
40 Sicuti enim ſeruandæ conditiones ſunt in
fundatione adiectæ iuris patronatus , & ali-
ter factum irritum redditur,& inane.*can.de-*
cernimus 29.16.q.7.capit. illud. 8. in fin. vbi
*Abb.alijq; de iure patron.*dixit Rota *in vna*
Cæſarauguſtana Cappellaniæ. 16. Martij
1587.coram Card.Seraphino deciſ.774. n.1.
quæ eſt etiam in collectis per *Farinac.par.*
4.diuerſor.dec.589. ſequiturq; *Riccius in d.*
praxi Cappellaniarum par. 1. reſolut.338.
n.2.Gonzalez ad d.regul.8.Gloſſ.56. nu.78.
*& 79.*facit *tex.in cap.porrò 7. & cap. rece-*
41 *pimus 8.de priuileg.*quatenus præcipit in il-
lis Alexander Tertius : priuilegiorum Ec-
cleſię tenorem inſpiciendum eſſe, atq; ſer-
uandum *Rota apud Put.deciſ.99.nu.2.lib.3.*
& in recentiorib.par.1.tom.2.deciſ.495.n.2.
apud Cardinal.Caualer.deciſ.639. n 6.& in
Monopolitana beneficij.ſeu Cappellæ 6.Iu-
nij1623.coram Merlino apud Viuianum

in

Digitized by Google

in praxi iuris patronatus deciſ.19.num.8.
Barboſ.in collectan.ad Sacrum Concil.Tri-
dentin.ſeſſ.25.cap.5.de reformat.nu.1. & 2.
dixi *reſponſ.47.num.13.14.& 15.part.2. &*
*reſponſ.74.n.3.par.3.*Ita,pariq; ratione ele-
ctionis Cappellani huius ad vitam factæ,
atq; ſacramento firmatæ tenor ſeruandus
42 erit. An, quod ab initio voluntatis
fuit,neceſſitatis ex poſt facto nõ euaſit? re-
gula *quod ſemel.21.de reg.iur.in 6.Gloſſ.in*
*Clement.Sæpe 2. in fin.*verbo *partibus.circa*
medium.verſ. videtur quod ſic. de verborum
ſignificat.l.ſi quis.35.§.ſi autem hoc minimè.
verſ.cum enim in arbitrio,C.de donationib.
43 *§.alia.Inſtitut.eod.tit.* Contractus enim
agere cuiuſq; in arbitrio ſedet; eos verò iã
actos reſcindere,parte ex aduerſo reluctan-
te; hoc opus, hic labor eſt. *l.ſicut.5. C.de*
action.& obligat. Rationem tibi facit Sce-
uola *lib.1.*quæſtionum in *l.Pomponius ſcri-*
bit.10.ff.de negotijs geſtis. dicens: *Nam*
quomodo,cum ſemel cęperit, nuda voluntate
tolletur? ſubdens & huius rationem dicti:
44 *Quod reprobare non poſſim ſemel probatum,*
ſequitur *Surdus deciſ.265.n.25.& dec.288.*
num.5.Cardin.Tuſcus tom.6 lit.Q.concluſ.
48.Barboſ.aſſiomat.194.nu.16.Iacob.Tho-
mingius.d.deciſ.13.num.35.Card.Mantica
de tacit. & ambig.tom.2. libr.13. titul.3.
numer.7.Rota coram Buratto deciſion.640.
num.13.

45 Veluti ecce tibi,vouere,ſeq;Deo per vo-
tum aſtringere liberũ eſt cuilibet;poſtquàm
verò voueris, liberaq; voluntate te aſtrin-
xeris,vota reddes,quæ diſtinxere labia tua.
alioquin ſalutis diſpendium facies.*cap.licet.*
6.de voto.cap.porrectum 13. in fin. de regu-
larib. quia quæ Domino voto ſponſa fue-
re,adimpleri debent. ex Clemente Papa in
can.dilectiſſimis.2.in fin.12.quæſtion.1. ſe-
quiturquè Magnus Gregorius in regeſtro.
*epiſtol.33.lib.1.*relatus *can. Ananias.3.17.*
46 *quæſtion.1.*Damnatur enim fracta voti fi-
des.vt Auguſtinus in *can.nuptiarum 41. §.*
*nam vt hoc. 27.quæſt.1.*loquitur: ſubdens
*in fin.*in *§ ſit autem.*rationem reddens: *Nã*
offenditur ipſe Deus cum illi ipſi non ſerua-
tur fides in eo, quod exigit oblatum, quod
non exegerat offerendum. Cùm enim quiſq;
non reddit,quod non imperio compulſus, ſed
conſilio cõmonitus vouit,tantò magis frau-
dati voti auget iniquitatem, quantò minus
*habuit vouendi neceſſitatem.*ſic Auguſtinus.
& ipſe idem rationẽ reddere,& huius quoq;
videtur,relatus *can.ſunt quædam.1.17.q.1.*
dicens: *ſunt quædam,quę etiam non vouen-*
tes debemus: quædam etiam, quæ niſi voue-
rimus, non debemus: ſed poſtquam ea Deo
promittimus, neceſſariò reddere conſtringi-
47 *mur.* Seruanda itaq; fides erit homini ſacer-
doti, quam præſtitit Ioannes Baptiſta libe-
ra voluntate,ne fractæ fidei reus habeatur.
quando inimico etiam data ſeruanda fides
48 ſit.nimirum quòd graue ſit fidem fallere.
Vlpian.vt loquitur in *l.1.in princ.ff.de con-*
ſtitut.pecun.cap.nouit.13.§.licet autem. de
iudic.cap.1.de tregua,& pace. l.1. §.meritò
in fin.ff.depoſit.Iacob.Thoming.dict dec.13.
n.36. Audi Auguſtinum *epiſt.1.* ad Bonifa-
cium relatum *can. noli æſtimare.3.23.q.1.*
dicentem: *Fides enim quando promittitur,*
etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quẽ bellum
geritur: quantò magis amico,pro quo pugna-
tur? ita ille Sãctus. Quinimmò infamia no-
tatur, qui fidem,quam aduerſarius ſecutus
eſt,non præſtat. vt Vlpianus loquitur in *l.*
furti 6.§ fin.ff.de his,qui notantur infamia.
49 Quemadmodum verò non licet D. Ferdi-
nando ab obligatione reſilire ſacris operã-
di bis in ſingulas hebdomadas: quòd id pa-
cto,ſacramentoq; firmauit.ad *text.in cap.ſi-*
gnificatum 11 de prębend.& *text.Sacri Tri-*
dentini Concilij ſeſſ.25. cap. 4. de reformat.
dixi *reſponſ.33.num.6.& 7.par.1.* ita neque
Ioanni Baptiſtæ, ſi in humanis adhuc age-
ret,à ſemel facta liberè electione, reſilire
50 liceret. Contractus porrò vltrò,citròq; obli-
gatorij ſunt.*l.Labeo 19.§. contractum autem*
*ff.de verborum ſignific.*quia hinc inde obli-
51 gant (vt *Gloſſ.*ibidem dicit) natura ſua. Vt
neq; eius nunc liceat hæredibus, iure iam
quæſito per electionem factam in perpetuu,
ac vita permanente D.Ferdinando.non poſ-
ſe proindè eam mutare. ex Labeonis ſenſu
ad Iabolenum in *l.apud Aufidium.20.ff. de*
optione,& electione legata. ac etiam Iuliani
in *leg.huiuſmodi 86.§.Stichum:* ibi: mutа-
re ſententiã non poterit.vbi *Gloſſ.*verbo *non*
52 *poterit.ff.de legat.1.*rationem reddit; *quia*
*eſt electio debentis.*dicens.& *ibid Bart. alijq;*
Abb.conſ.11.ad tertium dubium.col.2.nu.5.
par.2.Ancharanus cõſ.214.Franciſcus anti-
quus n.8.Card.Tuſcus vol.vlt.lit.V.Varia-
tio non admittitur.concl 21.n.3. & 4 Surd.
conſil.264.num.33.& 34.lib.2. Riccius in
praxi part.1. reſolut.165.n.4.Gaſpar Ant.
Theſaurus forenſ.part.1. cap.75.numer.7.
Valaſcus conſultat.102.numer.15.Riccius,
qui Gaſparem Antonium Theſaurum ſequi-
tur *collectan.301.in fin.part.2.Molina de*
Hiſpan.primogen.lib 2. cap.4.n.35.& 36.

Addebam demùm, vt ſententiam hanc
firmiorem facerem, quòd teſtatrix ipſa in
arbitrium remiſerat Ioannis Baptiſtæ filij, &
hæredis,vtrum Cappellanum amouibilem
eſſe vellet,dicens:*E perciò detto mio hærede.*
(Ioannes Baptiſta, videlicet, de quo loque-
batur)*poſſa à ſuo guſto eligere vn* Cappel-
lano Prete ſecolare, che anco à ſuo guſto ſia
*amouibile ad nutum,etiam ſenza cauſa.*Ele-
git verò ſemel Ioannes Baptiſta Cappella-
num in perpetuum,atq;eius permanente
vita.Abdicauit proindè à ſe facultatem mu-
tandi illum ad nutum ad cuius arbitrium,&
53 nutum teſtatrix remiſerat.Sibi imputet igi-
tur Ioannes Baptiſta, qui voluntariè talem
ſi-

Digitized by Google

ſibi legem dixit,à qua nune teſilire non poſ-
ſet, ſi vellet. ad text.in cap.inter monaſte-
rium.20.in fin.ibi:alioquin eam obijcienti-
bus imputetur.de re iudicat. regul.damnum
86.de reg.iur.in 6.Clement.vnic.in finalibus
verbis:ibi:impntet quidèm ſibi,ſi hoc caſu,
quo de ipſius eommodo agitur, id, quod
per ſe,vel per alium ſcire potuit, ignorauit.
de eoneeſſ.præbend.cap.vnico, §.quod etiam.
& §.ideò nos.vt Eccleſiaſtica benefi:ia.Rota
apud Cardin.Seraphin.dec.1258.in princip.
Menoch.conſil.146.num.30. & 31.lib.2. Ro-
ta apud.Cardinal. Caualer.dec.3. numer.5.
Iuſtum quippè,ſanctumq;æſtimatur, vt le-
gem ipſe patiatur, quam ſibimet dixit. ad
tex.in cap.cum omnes 6.§.cum igitur.de Cō-
ſtitution. argumento etiam text.in can.qui
54 non probauerit.3.2.q.2. Vt multò minùs id
poſſint eius hæredes, ad quos fortaſsè nec
tranſiuit in futurum facultas nominādi Ca-
pellanum amouibilem. Quippè teſtatrix id
reliquit arbitrio, & voluntati dicti Ioannis
Baptiſtæ filij,& hæredis,qui illum perpetuū,
atq;ad vitā nō ſanè amouibilē,nominauit.ſe-
quenda pindè erit diſpoſitio,ac nominatio.
Neq; porrò teſtatrix Cappellanū amouibilē
indixit, ſed in ſatisfactionē, beneplacitū,vo-
luntatem, atq; arbitrium reliquit Ioannis
Baptiſtæ,ſi id vellet ipſe, amouibilis vt eſſet.
At hic perpetuum eſſe voluit. Perpetuus
propterea Cappellanus perdurabit;ac ſi per-
petuum teſtatrix dixiſſet: magna ſiquidèm
hæredis,& teſtatoris eſt connexio,vt vnius,
alterius factum æſtimetur.Sit tibi teſtis Mar-
cellns lib.15. digeſtorum in l.poſtulante 44.
ff.ad Senatus Conſult.Trebelleian ſequenti-
bus affabrè ſatis rem hanc delineans:Cæte-
rum (dicens) exiſtimo idem in hærede eius
conſtituendum,quod in illo conſtitutum eſt.
Cur enim recuſet, quod recuſare non potuit
is,cuius hæreditatem ſuſcepit. Reſpondet
Gloſſ.ibid.verbo recuſare.dicens: Certè non
eſt ratio. Ità igitur perpetuus æſtimabitur
Cappellanus per hæredem nominatum,ac ſi
perpetuum illum teſtatrix nominaſſet. nec
eſt ratio, cur contrarium dicamus. Stabunt
itaq; huic perpetuitati Ioannis Baptiſtę hæ-
55 redes,cuius factum firmum habere,non im-
pugnare,poſſunt,atq; ſtare pacto paciſcen-
tis, cuius heredes ſunt.Rota apud Card. Se-
raphin deciſ.374. num.1. quæ eſt etiam in
impreſſis diuerſor. part.1. deciſ.449. num.1.
Vincent.Caroc.deciſ.71.nu.4.& 5.quemad-
modùm ſtare perpetuitati debuiſſet,ſi teſta-
56 trix adiecıſſet illam,cuius voluntas omni-
bus,qui ex bonis eius commodum accipiūt,
lex eſt. d.§. diſponat in auth. de nupt. collat.
4.l.1.C. de Sacroſ.Eccl.

Præterquam quod teſtatrix,quæ in bene-
placitum id reijecit ſui hæredis,& filij,ad il-
lum dumtaxat reſpectum habuit, illumquè
ſolitariè conſiderauit,dicens: E perciò detto
mio herede poſſa à ſuo guſto eligere vn Cap-
pellano prete ſecolare, che à ſuo guſto ſia
amouibile ad nutum, etiam ſenza cauſa. Ad
57 hæredes proindè hæredis facultas hæc mi-
nimè tranſiuit. Dictio nempè illa (detto mio
herede) reſtrictionem operatur ad nomina-
tam Ioannis Baptiſtæ perſonam, vt vltra il-
lam non protrahatur. ad text. in l.fin.C.de
hæredib.inſtituend. ibiq; Doct.Aymon conſ.
98.num.8.Menoch.conſ.177.num.21. vol.2.
Card.Tuſcus tom.2.lit.D.concluſ.226. n.14
Barboſ. dict.87.num.5.& 7.Rota in Roma-
na domus 13.Februar.1617.coram Piroua-
no dec.396.n.4.p.2.in poſthum.

Interpretatio autem hæc à teſtatricis mē-
te,ſenſuq; aliena haud videtur. Quia nimi-
58 tùm ex perſona,ad quam verba directa fue-
re diſponentis,mens,voluntas,atq; ſenſus nō
obſcurè eruitur, de rebus ſuis legem rogan-
tis.manifeſtiſſima ſunt Vlpiani verba lib.18.
ad Sabinum in l.plenum 12.§.Equitij,ff.de
vſu,& habitat. Rationem dicti affabrè red-
dentis,atq; dicentis: Sed ſi teſtator, Sciens
eum huius eſſe inſtituti, & vita,reliquit:vi-
debitur de hoc quoq; vſu ſenſiſſe. Ex perſona
igitur, ad quam verba, & diſpoſitio relata
fuere teſtatoris, interpretationem iurè ſanè
optimo ſumimus ad mentem eruendam
59 eius: quemadmodùm ex ſcientia eius idem
exequimur.vt Gloſſ.ibid.verbo ſenſiſſe infert
dicens: Ex ſcientia defuncti interpretor
eius voluntatem, l.ſi vno anno 17. in princ.
vbi notatur, ff.locati.cap.requiſiſti 15. de
teſtam.Gloſſ.in cap.ſolitæ 6.§ verum ſi per-
ſonam.de maiorit.& obed.& text.ipſe Inno-
centij Tertij,cuius verba rem hanc noſtram
mirificè illuſtrant.dicit enim. Verùm ſi per-
ſonam loquentis,& eorum,ad quos loqueba-
tur,ac vim locutionis diligentius attendiſſes,
ſcribentis non expreſſiſſes talitèr intellectum.
Ex perſona itaq; quæ loquebatur, quæ ma-
ter erat, & ad quem loquebatur, qui filius
erat,facultatem illam amouibilitatis reſtrin-
xiſſe teſtatricem, non obſcurè interpretabi-
mur.Multum enim intereſt,cui voluerit pro-
ſpectum,cuiuſq; contemplatione teſtator fe-
cerit.vti loquitur Vlpianus in l.fideicommiſ-
ſa 11.§.item ſi quis certam.in fin. ff.de legat.3.
quod ſequitur Natta conſ.379.num.6.vol.2.
Card.Mantica de coniectur.vltimar.volunt.
60 lib.6. tit.11.num.1.& ſeq.Neq; porrò leue
argumentum ad mentem eruendam diſpo-
nentis præſtant. legatarij dignitas, & chari-
tas, & neceſſitudo.vt Iulianus loquitur in
l.ſi ſeruus plurium 53. §.fin.in fin. ff. de le-
gat.1.nec abſimilitèr Sceuola lib.16. dige-
ſtorum in l. Aurelius Symphorum.29. §. Ti-
tius teſtamento.in fin.ff.de liberat. legata.di-
cens:Præſumptio enim propter naturalem
affectum,facit omnia patri videri conceſſa.
Ità igitur,& in matre erit erga filium ſuum
Aymon Crauetta conſ.62.n.8. Gaſpar An-
ton.Theſaur.forenſ.part.2.q.44. nu.5.Surd.
conſ.125.num.27.lib.1.Rota apud Cardinal.
Ca-

Digitized by Google

*Caualer.dec.*413.*nu.*2.dixi *reſponſ.*12.*num.* 83.*par.*1.

Firmum itaq; perſiſtet; D.Ferdinandum ab hæredibus Ioannis Baptiſtæ amoueri nequaquam poſſe, nè Capellanus ſit, donèc vita ei comes fuerit.

Vt ex his, iudicio ſubiectis ſaniori reſpõdendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Aduocatus, &c.

Ita exequuti fuere hæredes, illeq; ad vitæ vſq; ſupremum ſpiritum Cappellanus perdurauit. Verùm non poſt multa tempora vltimum clauſit diem. Sic omnia, quæ ſub Sole ſunt, momentò diſpereunt.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua vnam tantummodò partem exiſtere, ſat eſt in alternatiuis.*
2 *Fideicommiſſum ſub conditione rogatum ſi ſine liberis deceſſerit, grauato cum liberis decedente, deficit.*
Etiam ſi filij patri hæredes non fuerint. num. 3.
*Etiam ſi fœmina fuerit.n.*4.
Vel nepote ex filio, ſiuè filia.
*Vel pronepote ſuperſtite.n.*5.
6 *Deficere non poteſt, quod nondùm cœpit.*
Neq; interitum videre, quod originem non habuit.
*Nec deſijſſe videtur quod nec cœpit, n.*7.
8 *Linea, quę nedùm cępit, neq; deficere potuit.*
*Ceſſat fideicommiſſum in caſu defectus lineæ conſtitutum.n.*9.
10 *Linea fluxus eſt, ac protractio puncti.*
Nam à puncto linea fluere incipit.
Et per liberos protrahitur.
11 *Linea alteri non ſuccedit lineæ, niſi dictum fuerit, vt vna alteri ſuccedat.*
12 *Subſtitutio reciproca haud inducitur, niſi vel ex verbis apertis,*
Vel ex concludentibus coniecturis.
13 *Fratres plures diſtinctas lineas faciunt.*
14 *Pactis ſtandum.*
15 *Extenſio haud fieri debet de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam in fideicommiſſis.*
*Præſertim ſi hoc teſtator minimè ſenſit.n.*16.
17 *Fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam rogatum haud videtur ex ſola prohibitione alienationis.*
Ni aliter ex verbis diſponentis habeatur, quod bona voluit conſeruari in familia.
*Et qui exiſtere dicit, probare tenetur.n.*18.
18 *Fideicommiſſi conditionem extare dicens, ipſe probare tenetur.*
*Præcipuè verò ſi fideicommiſſum in contractu rogatum fuit.n.*19.
20 *Interpretatio latior fieri debet in vltimis voluntatibus, quàm in contractu inter viuos.*
*Ratio affertur.n.*21.*&* n.22.*&* 23.
22 *Mortis præſentia, in eo, qui hinc excedere debet, memoria deficit, animæq; potentiæ omnes conturbantur.*
24 *Contractus ex pactis in eo appoſitis intelligitur, atq; dirigitur.*
Non extendendus propterea vltrà expreſſa
25 *Contractus legem ex conuentione accipiũt.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum in caſu deficientis lineæ rogatum, vel ſi ſine liberis deceſſerit, vno eorum ſine liberis ſublato, vndè nec linea originem vidit, vel altero grauatorum cum liberis decedente, deficit, nec locum ſortitur ampliùs. Et quid ſi non dictum fuerit, vt vna linea alteri ſuccedat, admittetur ne vna, defecta altera? Et nùm extenſio fieri poſſit de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam? quid verò ſi in actu inter viuos rogatum fideicommiſſum fuerit?

RESPONSIO XIV.

A Mundo redempto anno 1596. Menſe Aprilis die 26. Fauguſtina Ciurcia donationis titulo irreuocabiliter inter viuos Marco Antonio Incoronato eius filio donauit Rus quodam, ſiue Maſſatiam, cum quadam parua ſylua, & domibus, in loco non longè à Ciuitate Neapolis, nuncupato, à (*Capo di.Chino*) ſitum.

Donauit autem eidem Marco Antonio, (verba ſunt hæc donationis) *& prædictis ſuis filijs natis, & naſcituris.* Et infra. *Et pręſens donatio intelligatur, & ſit facta, prout ipſa Fauguſtina il à fecit dicto Marco Antonio eius filio, & filijs legitimis, & naturalibus vtriuſq; ſexus ex eo natis, & naſcituris, & deſcendentibus ab eis in infinitum. Verùm filiæ fœmina ex dicta linea tunc ſuc-*

cedant, & Maſſaria prædicta eis accreſcat, cùm fuerit prædicta linea maſculina extincta.

Inhibuit autem, præſſiſſimamq; prohibitionē adijecit, ne ratione aliqua, etiam pro cauſis vrgentiſſimis, Maſſaria, ſiue Rus prædictum, neq; in totum, neq; in partem alienari poſſet, neq; diſtrahi, neq; pignori dari, ſiue hypothecari, ſub nullitate geſtorum. Et quod non intelligatur quouis modo trāslatum dominium in eum, in quem alienatio fier.

E' præſentis vitę vſura ſublato Marco Antonio, Fauguſtina matre adhuc vitalem trahenre auram, ſuperſtites ex eo fuere quatuor filij: Andreas, Doctor Petrus Agnellus, Honofrius, & Franciſcus Antonius. Hi verò fratres, poſt ſuprema genitoris funera, anno 1633. nona Menſis Aprilis, ad conuentionem deuenere inuicem, ſic diſponente, volente, ac ſuadente Fauguſtina Auia: Vt reliqui tres fratres portionem ad eorum vnumquenq; ſuper rure eodem, ſylua, & domibus ſpectantē, Andreæ eorum primogenito cederent, (permanentibus tamē pactis, & conditionibus in donatione Marco Antonio facta adiectis.) vnuſquiſq; verò ipſorum portionem à Fauguſtina Auia in alijs bonis acciperet. Acceperunt itaq; ſinguli portiones ſuas, cū eiſdem vinculis, & cōditionibus. Andreas natu grandior primus omnium, filijs nullis relictis, moritur. Hunc non ſuſceptis liberis ſequutus eſt Doctor Petrus Agnellus. Hanc ob cauſam ad Rus ſubintroiere Honofrius, & Franciſcus Antonius. Ex Franciſco Antonio lucem hanc ſolis aſpexere quinq; filij, qui parenti ſucceſſere mortuo. Ex Honufrio verò natus eſt vnus Iulianus, qui parenti vitæ terminum danti, non poſt multos annos adiunctus eſt. In ſupremis autem agens hæredem dixit Antoniā Giarrellam Matrem. Qui ex Franciſco Antonio reſidui ſunt liberi, ipſi ſubingredi ſucceſſionē portionis, quę Honofrio, & per eum Iuliano obtigit, pretendunt: Cū Iulianus nullis relictis liberis vitæ vſuram amiſerit. Factum proindè locum fideicommiſſo. Hoc vt firment, conuentionum anno 1633. initarum verba in medium proferunt.

Che detta maſſaria, caſe, e furno s'intenda, e ſia di detto Andrea, e ſuoi figli legitimi, e naturali del ſeſſo maſcolino tantùm, & deſcendenti da quelli ſimilmente maſcolini. Verùm le figlie femine non poſſano ſoccedere in detta maſſaria con caſe, ſelua, e furno, (vt ſupra.) mà ſolo, exiſtentibus maſculis habbiano d hauere le loro doti congrue. E tanto in caſo, che mancaſſe la linea maſcolina, quāto ſe il detto Andrea moreſſe ſenza figli legitimi, e naturali del ſuo corpo legitimi deſcendentino, che in tali caſu, in detta maſſaria, caſe furno, e ſelue ſoccedano, e debbiano ſoccedere li detti Dottor Pietro Aniello, Onofrio, e Franceſco Antonio, ogn'vno di eſſi pro æquali parte, e deſcendenti di quelli maſcoli, &c. Et in portionibus aliorum fratrum dictum quoq; fuit, quòd bona data, ſiue donata: *debbiano ſtare ſotto li medemi fideicōmiſſo, vincoli, e conditioni, eſpreſſi, & impoſti à detta maſſaria del predetto Andrea.*

Nos verò locum fideicommiſſo haud eſſe duplici ex capite tuemur, ex verbis pro ſe ab aduerſarijs allatis. Primum, quòd non euenit caſus in pactis, & conuentionibus Andrææ appoſitis, ac alijs conſequenter fratribus, ſi *abſq; liberis morerentur*. ſecundū quod neq; in pactis legitur, vt vna linea in alterius portionem lineę ſuccedat. Erunt ex vtroquè capite probationes non infirmæ. Quòad primum porrò, ex duplici capite dictum fuit in pactis, deficiente Andræa, alij ſuperſtites fratres vt admitterentur: Vel ſi deficeret linea Andreę maſculina; Vel ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus ex corpore moreretur. Repetamus (quęſo te) verba, quæ paulò antè retulimus; maiorem vt dictis lucem afferamus.

E tanto in caſo che mancaſſe la linea maſcolina; quanto ſe il detto Andrea moreſſe ſenza figli legitimi, e naturali del ſuo corpo, &c.

1 In alternatiuis autem vnam tantummodò alternatiuæ partem exiſtere ſat eſt, ne diſpoſitio ſub vtraq; alternatiua comprehenſa locum habeat. ad regulam *in alternatiuis. 70. de regul. iur. in 6. cap. inter cæteras. 4. de reſcript. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. 129. ff. de verborum obligat. Calderin. conſ. vlt. Quidam ædificauit. de iure patronat. Rota par. 1. diuerſorum dec. 122. num. 1. Caſſador dec. 2. n. 9. de iure patronat. Franciſcus Merlinus dec. Lucenſi 9 n. 2. Rota apud Card. Caualer. dec. 265. num. 3. & apud* Coccinum *Decanū deciſion. 263. numer. 2. & apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen *deciſion. 286. numer. 1. part. 2.*

2 Honofrius verò diem obiuit ſupremum Iuliano filio ſuperſtite: Defecit proindè conditio illa: *Moreſſe ſenza figli legitimi, e naturali.* Non itaq; præmeditati fideicommiſſi caſus obtigit. Firmum hoc reddent argumentum Martiani inter Iure Conſultos non infimi *lib.* 8. inſtitutionum verba in *l. filius familias. 117. §. cùm quis rogatus, ff. de legat. 1.* aures arrige vt audias: *Cùm quis rogatus erit, ſi ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum reſtituere:* Conditio *defeciſſe videbitur; niſi patri ſuperuixerint liberi: nec quæretur an hæredes extiterint.*

3 Superuixit Iulianus Honofrio parenti extincto. defecit proindè conditio. Nullum propterea obtinet locum prætenſus fideicommiſſi nexus.

Accedat his quoquè Magnus ille legum Coriphæus Vlpianus *lib. 2.* fideicommiſſorū

in

Digitized by Google

in *l. ex facto.17.§.ſi quis autem, ff. ad Sena-*
tus Conſult. Trebellelan. qui concilius rem
aperit. *Aut igitur filius ſuperuixit patri: &*
extinxit conditionem fideicommiſſi. Super-
uixit autem Iulianus Honofrio patri. Ex-
tinxit proindè conditionem fideicommiſſi.
Faciat tibi hanc fidem, preter ſupradictos,
Zenonis Cæſaris A. Dioſcoto Prefecto Præ-
torio in *l. Iubemus. 6. §. ſin autem is. C. ad*
Senat. Conſult. Trebelleianum. ſequentibus
ſcripta deciſio:
4 *Sin autem is, qui fideicommiſſaria condi-*
tione grauatus eſt, vno filio ſuperſtite, vel
nepote ex filio, ſiue filia nato, vel pronepote,
vel poſthumo relicto deceſſerit; non videtur
extitiſſe conditio, & ideo deficit fideicommiſ-
ſi petitio.

Deficit propterea ex Imperatoris lege
fideicommiſſi petitio his Franciſci Antonij
natis: Quia non extitit conditio, cùm orcū
petierit Honofrius Iuliano ſuperſtite. Inter
Doctores verò anteſignanus videtur, qui hāc
exploratam ſententiam habuere, *Oldradus*
conſ. 21. thema tale eſt, à Romanæ Rotæ
Auditoribus, Doctiſſimis illis Iure Conſul-
tis, ſupra quā dici poteſt, canonizatus, apud
Cardinal. Caualer. dec. 452. n. 1. & dec. 577.
n. 1. Rota eadem quoq; *part. 1. tom. 2. in re-*
cent. dec. 639. ſub n. 7. quæ eſt etiam in im-
preſſis apud *Burattum deciſ. 84. part. 1. Fu-*
ſarius quoq; qui quamplures alios refert.
conſ. 30. n. 1. & ſeqq. Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltimarum volunt. lib. 11. titul. 14.
n. 1. & ſeq. Regens Scipio Rauitus. conſ. 26.
vol. 1. Præſes Vincent. de Franchis dec. 586.
part. 4. Rota apud Cardin. Seraphinum deciſ.
687. num. 1. quæ eſt etiam in impreſſis *par.*
3. diuerſorum deciſ. 649. Marzarius conſ. 8.
per tot. ac nu. 17. & 18. Camillus Borrellus
conſ. 33. n. 23. & ſeqq. Bernardinus Græue.
ad Cameram Imperialem lib. 2. concluſ. 136.
nu. 1. & ſeq. Ioann. Baptiſta Coſta de iuris,
& facti ignorantia diſt. 64. centur. 1. in con-
ſilio ſuo ibi annexo. *nu. 27. & 28.* diximus
alios referentes *reſponſ.* noſtra 22. *num. 19.*
20. & 22. & ſequent. par. 3. Marta voto 71.
à n. 11. ad 21. omnes Doctores, qui pro hac
ſunt ſententia ad numerum 81. referens;
5 Etiam exiſtente pronepte ſuperſtite ad ſub-
ſtitutum ſubuertendum. *Molina de hiſpan.*
primogen. lib. 3. cap. 5. n. 52.

Quòad lineam verò Andreæ, defeciſſe
illam, quin nec extitiſſe; atq; excidiſſe hanc
ob cauſam fideicommiſſum, nulli in dubiū
6 reuocari poterit. Deficere nempè non po-
teſt, quod nec dùm cœpit, neq; interitum vi-
dere, quod initium, atq; originem adhuc de-
ſiderat. Paulum audi Iure Conſultum in
l. non poteſt videri. 209. ff. de regulis iuris. fi-
dem hanc facientem. *Non poteſt videri de-*
ſiiſſe habere, qui nunquam habuit. diluci-
dius Paulus idem *lib. 1.* ad Neratium in *l.*
Titio vſusfructus. 95. ff. de condit. & demon-
ſtrat. ex ratione (*Quia ſcilicet conditio nec*
initium accepit.) Quam in fine intulit, di-
7 cens: *Deſiiſſe enim non videtur, quod nec*
cœpit. & ibidem *Bart.* cæteriq; Doctores. &
hanc ſententiam ſequuntur *Pariſius conſil.*
74. pœnè per tot. lib. 3. Ruin. Riminald. alijq.
pœnes *Surd. cōſ. 336. n. 1. lib. 3.* quos ſequi-
tur *Gerius Spin.* acris ingenij vir, eruditusq;
conſ. 52. n. 2. 3. & 4. & ſeq. & conſ. 15. nu. 19.
& 20. & ſeq. & conſ. 80. num. 15. 16. 17. &
18. Alciatus lib. 9. reſponſ. conſ. 46. ſub n. 17.
ſequitur *Gargiareus. conſil. 6. n. 81. & ſeqq.*

Qui ergo in caſu vocati fuere deficientiæ
8 lineæ Andreæ, ſecluſi omnimodò vidētur:
Quia profectò, cùm nec initium linea vide-
rit, neq; deficere vllo pacto potuit, idcus
propterea neq; conſequenter eſſe poterit
ſubſtitutioni, vel fideicommiſſo in lineæ de-
ficientia ſubrogato: Cum illa nullis per An-
dream ſuſceptis liberis, initium nec accepe-
9 rit: vt defecerit idcircò fideicommiſſum.
d. l. filiusfamilias 117. §. cum quis rogatus. de
legat. 1. & d. l. ex facto 17. §. ſi quis autem
ad Senat. Conſult. Trebelleianum. Gabriel in
communib. concluſ. lib. 4. tit. de fideicommiſ-
ſis concluſ. 8. Ioann. Baptiſta Coſta de iuris,
& facti ignorant. centur. 1. diſt. 64. in conſul-
10 *tatione ibid. adiecta. n. 9. & 10.* Linea nem-
pè fluxus, ac protractio eſt puncti, ſecun-
dum Mathematicos. Andreas punctus erat;
à puncto linea fluere incipit, & per liberos
protrahitur adiunctū autē fuit: *Sotto li me-*
demi fideicommiſſo, vincoli, & conditioni
eſpreſſi, & impoſti alla predetta Maſſaria
11 *del predetto Andrea.* Non ergo dictum, vt
vna linea alteri ſuccederet deficienti: nequè
reciprocam ſubſtitutionem inter lineam, &
lineam, paciſcentes ipſi induxere. Non ergo
admittendum nunc, vt vna alteri ſubroge-
tur lineæ in ſucceſſione. probat id pluribus
Ioann. Cephalus conſ. 401. lib. 3. Peregrinus
de fideicommiſſ. art. 13. n. 72. 73. & 74. in 22.
caſu. & nu. 90. caſu 30. & ipſemet *conſ. 47.*
lib. 1. Cardin. Mantica de coniecturis vlti-
mar. voluntat. lib. 7. tit. 5. in fin. nu. 17. ſequi-
turq; *Fuſarius dict. conſ. 30. num. 8. & ſeqq.*
alijq; quos ipſe refert. & *tractat. de ſubſtit.*
12 *q. 471.* dicens: reciprocam ſubſtitutionem
non induci, niſi, vel ex verbis eruatur aper-
tis, vel coniecturæ concludentes fuerint. &
in *ſequentibus quæſtionib. Rota* quoq; apud
Cardinal. Seraphinum dec. 1023. n. 3. & ſeq.

Operam ergo perdidere Franciſci Anto-
nij nati, ſi putent, Honofrij portionem ex Iu-
13 liani deceſſu ad ipſos nunc pertinere. Di-
ſtinctas quippè ipſi lineas faciunt: nec di-
14 ctum, vt vna alteri ſuccedat. Pactis igitur
ſtandum. *cap. 1. de pactis. l. 1. ff. eod.*

Extinctionem autem lineæ perpenderūt,
cùm fœminas vocauerunt, dicentes: *Verùm*
ſi s'eſtingueſſe la linea maſcolina di tutti det-
ti fratelli, in tali caſu ſucceda la linea fe-
minina.

15 Haud ergo extenſio facienda erit de caſu
ad caſum, neq; de perſona ad perſonam:
Quia caſus hic minimè aduenit. ad *tex. in
l. ſi quis ita. 16. §. penult. ff. de teſtament. tu-*
16 *tela.* Neq; diſponentes, ac paciſcentes hoc
ſenſere. ſequitur *Cephalus. conſ. 430. nu. 12.
& ſeq. lib. 3. Surd. dec. 85. n. 2. & ſeq. Cardin.
Mantica d. lib. 7. tit. 5. nu. 10. 11. & 12. Gra-
tianus forenſ. part. 2. cap. 275. n. 31. & par. 5.
cap. 806. num. 16. Gregor. Cabedo dec. Luſita-
niæ 140. nu. 2. part. 1. Rota Maceraten. apud
Marcum Antonium Thomati dec. 23. nu. 43.
49. & 50. Trentacinq. conſ. 11. n. 24. & ſeqq.
part. 1.* plures retulimus alios *reſponſ.* noſtra
74. n. 9. part. 3.

Neq; difficultatem facient verba (*in infi-
nitum*) & expreſſa, ac ſtricta prohibitio alie-
nationis Ruris prædicti.

17 Quia profectò per prohibitionem hanc
alienationis reciprocum fideicommiſſum
de linea ad lineam minimè infertur: Cùm
paciſcentes, æqualiter vnuſquiſquè lineam
ſuã in ſibi data portione dilexiſſe, videantur,
quod adnotauit *Pereg. d. art. 13. n. 74. & ſeq.*
ſequiturq; *Fuſar.* qui alios quoq; refert. *d. cõſ.
30. n. 11.* Ni aliter ex verbis diſponẽtis habe-
retur; ꝗ bona in familia conſeruari voluit. ꝗ
perpẽdit optimè alijs relatis *Ioannes Bapti-
ſta Ciarlinius controuerſiarum forenſ. c. 11.
à n. 26.* Quocircà ius nullum Franciſci An-
tonij natis apertum fuiſſe ad bona, & portio-
nem Honofrij ob ſuprema Iuliani eius filij
functa nemo eſt ſanæ mentis, qui nõ videat.
Cùm quòd ex ipſo initio, quando ipſe diem
vidit extremum Iuliano relicto, cõditio nõ
extitit fideicommiſſi. Tùm quod in ipſis
eorum perſonis, eorumq; deſcendentium
ſubſtitutio ſtetit. Ad vlteriora non vtiquè
18 diffundetur. Qui ergo extitiſſe ſubſtitutio-
nis, vel fideicommiſſi conditionem dixerit,
ipſe hoc probatione preſtabit. ſecundum
Gloſſ. receptam in *l. qui duos. 10.* verbo *ſuper-
ſtites. circà medium. ff. de rebus dub. Cardin.
Mantica de coniectur. lib. 5. tit. 1. nu. 18. Ro-
ta apud S. Memoriæ Gregor. XV. deciſ. 433.
n. 1. apud Card. Seraphin. d. deciſ. 1023. nu. 1.
Fuſarius conſil. 42. numer. 30. & conſil. 72.
numer. 5. & 6.* diximus *reſponſ. 66. numer. 5.
part. 3.*

19 Præcipuè verò, quòd in contractu verta-
mur, atq; in pactis inter viuos, non in vlti-
20 ma voluntate. vt ſtrictior proindè interpre-
tatio aſſumenda ſit. vt decernit Paulus *lib. 3.*
ad Sabinum in *l. in teſtamentis. 12. ff. de re-
gul. iur.* Alexander Tertius *in cap. cùm dile-*
21 *cti 6. in fin. de donat.* Imputatur enim ei, qui
potuit, & non apertiùs in contractibus dixit.
ad *text.* in *l. quicquid aſtringendæ. 99. ff. de
verborum obligat.* Papinianus *lib. 5.* quæſtio-
num in *l. veteribus placet 40. ff. de pact. l. La-
beo. 21. ff. de contrahenda emption.* qui in
vltima verò voluntate diſponit cum morte
22 cõflictatur, vnde nec mirum, ſi & memoria
ei deſit, & animæ potentiæ in eo conturbẽ-
tur. ad *text.* in *l. hac conſultiſſima 8. §. & cum
humana fragilitas. C. qui teſtamenta facere*
23 *poſſunt.* Latior proindè in eius dictis inter-
pretatio erit facienda. optimè *Card. Manti-*
24 *ca de coniectur. lib. 3. tit. 18. nu. 2. & 4.* Con-
tractus verò ex pactis in illis appoſitis, & in-
telliguntur; & diriguntur. ſecundum *Vin-
cent. de Franchis dec. 105. n. 18.* Non exten-
dendi propterea vltra id, quod in illis ex-
25 preſſum fuit. Contractus enim legem ex
conuentione accipiunt. verba ſunt Vlpiani
lib. 30. ad edictum in *l. 1. § ſi conueniat. ff. de-
poſiti l. legem. 10. C. de pactis.* Liberi non fue-
re, protracta nequaquam linea proindè fuit.
Initium non ergo linea vidit; nequè finem
viſura, quia non ſunt liberi. abijt ergo in ni-
hilum Andreæ linea. *Petrus Gregorius Tho-
loſates,* Doctiſſimus ille vir. *Syntaxeos artis
mirabilis lib. 13. c. 3.* perpendimus *reſponſ.*
noſtra 28. *n. 27. & 28. & 29. part. 3.* & dedu-
ctum fuit in *Bononien fideicommiſſi de Deſi-
derijs 20. Martij 1626. coram Merlino dec.
6. num. 22 & 23. & in eadem coram eodem
26. Iunij 1626. dec. 21. n. 21. 22. & 23. & 24.
part. 5. diuerſorum nouiſſimarum. Polydorus
Ripa obſeruat. 306. nu. 8. & 9. Gratianus fo-
renſ. part. 5. cap. 901. n. 5. & 28. & 29. Gerius
Spin. in locis vbi ſupra.*

Defecit itaq; ex hac parte ſubſtitutio, vel
fideicommiſſum: Quia nimirum Andreæ
linea non exti.it, vt nequè interitum vi-
derit. Quemadmodùm, quòd nec liberos
ſuſcepit, (vt in initio perſpeximus,) factum
eſt, vt alij fratres in rure, domibus, ſylua, &
furno ſucceſſionem ſubiuerint.

Secũdo verò ex duobus propoſitis capi-
tibus, vt reſponſum demus aptum: perpen-
dendum planè eſt; ſucceſſionem, ſiue do-
nationem, ac ceſſionem per Doctorem Pe-
trum Agnellum, Honofrium, & Franciſcum
Antonium in pactis inter eos initis, factam
Andreæ, legi ſubiectam fuiſſe ſequenti.

*E con queſta conditione, che detta maſſa-
ria, caſe, ſelua, e forno s'intenda, e ſia di detto
Andrea, e ſuoi figli legitimi, e naturali, e del
ſeſſo maſcolino tantùm, e deſcendenti da quel-
li ſimilmente maſcolini.*

Alijs verò fratribus in bonis prædictis
Andreæ ceſſis, decretam ſucceſſionem fuiſ-
ſe, duobus illis in caſibus; & pro perſonis
determinatis, atquè diſtinctis, ſequentibus
verbis:

*E tanto in caſo, che mancaſſe la linea maſ-
colina; quanto ſe lo detto Andrea moriſſe
ſenza figli legitimi, e naturali del ſuo corpo
legitimè deſcendentino, in tal caſo in detta
maſſaria, caſe, forno, e ſelue, ſoccedano, e deb-
biano ſoccedere li detti Dottor Pietr'Aniello,
Onofrio, e Franceſco Antonio, ogn'vno d'eſſi
pro æquali parte, e deſcendentino da quelli
maſcoli.*

Decreta itaq; ſucceſſio fuit Petro Agnel-
lo,

lo, Honofrio, & Franciſco Antonio fratribus, eorumq; deſcendentibus pro æquali parte, & portione. Nulla ergo alia decreta, neq; facta expreſſio, vt vna alteri ſuccederet linea. Namq; in portionibus fratrum ipſorum, qui Andreæ rus ceſſerunt, per Fauguſtinam Auiam id tantum dictum, deman-
26 datumq; fuit. Cõtractus verò ex conuentione legem accipiunt. idem Vlpianus in *l. contractus. 24. ff. de regul. iur. Afflict. dec. 293. n. 3. Marcus Anton. de Amatis Rota Marcha deciſ. 1. n. 2.*

Firma itaq; iura erunt Antoniæ Giarrellæ à Iuliano filio hęredis nuncupatæ, reiectis illis Franciſci Antonij natorum.

Atq; ita ex his, iudicio non auulſo meliori, quin expetito, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mors vltimum malum.*
Per eam enim anima à corpore ſeparatur.
Quod ſi bonum eſſet, Dij morerentur. n. 2.
Quin ingens malum. n. 3.
Et ex maximis malis vnum. ſecundum Platonem. n. 4.
Quia mors homini pœna peccati eſt. n. 5.
5 *Peccatum cùm conſumatum fuerit generat mortem.*
Conſumatum verò fuit per primum noſtrum Parentem Adam.
6 *Mori cępimus ex illa hora, qua Adam peccauit.*
Et quotidiè morimur.
Quia quotidiè demitur aliqua pars vitæ.
Damnationis pœnam nobiſcum iugiter ferimus. n. 7.
Et qui moriuntur, in maximis verſantur anguſtijs. n. 8.
9 *Morientes cum Diabolo conflictantur.*
10 *Diabolus capitales ſimultates cum homine exercet.*
In fine potiſſimum vitę.
11 *Locus Geneſis. 3. 15. Inimicitias ponam inter te (ſerpentem ſcilicet) & mulierem. tropologicè illuſtratur.*
12 *Calcaneo inſidiatur ſerpens Diabolus, quia fini inſidias tendit hominis, & quare. n. 13. & 16.*
14 *Locus Pſalmi. 55. 7. Inhabitabunt, & abſcõdent; ipſi calcaneum meum obſeruabũt. perpenditur, & illuſtratur;*
Et Pſalmi 48. 6. Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circundabit me. num. 15.
16 *Mortis dies, dies mala dicitur. & quare?*
17 *Voluntates vltimæ defunctorum cur quàm maximis ſupponãtur ambiguitatibus?*
18 *Mens ex verbis carpenda.*
Et in diſpoſitionibus vltimis primum habet locum.
Omniaq; regit. totumq; facit. n. 20.
19 *Vlpianus vnus ex legum Choripheis à Modeſtino appellatur.*
21 *Mens, quàm verba, ſpectanda magis.*
22 *Legatum certo dato corpore, ex quo ſolui debeat, taxatiuè factum dicitur.*
Secus ſi quantitas relicta fuerit, ſiue pecunia, perſona verò demonſtrationis gratia adiecta. n. 23.
Quia purè ab initio data eſſe videtur. nu. 24.
Et ſi præſertim voluntas non aduerſetur defuncti. n. 25. & 27.
Quod oſtenditur n. 30.
Et eſt ſententia ſatis ab omnibus recepta. nu. 31.
In dubio potiſſimum, ac piæ cauſæ fauore. nu. 32.
Vel ſi quantitas in genere relicta fuerit. nu. 35.
Quia legati ſubſtantia ſemper perſeuerat. n. 36.
Eamq; legauit teſtator. ſecus verò ſi nomen debitoris. n. 39.
Vel ſi ſemper firmum eſſe debere legatum teſtator edixerit. n. 41.
Vel aliàs teſtatoris volũtas ridicula redderetur. n. 51.
Vel annua ſit præſtatio. n. 54.
Siue etiam de reinueſtienda pecunia prouidit in caſu reſtitutionis. n. 55.
Vel ex ratione, quam reddidit. n. 56.
Vel quia debebat. n. 59.
Vel quia ſepulturam in Eccleſia elegit. nu. 69.
Vel pro anima reliquit. n. 74.
26 *Quantitas certa ex certo fundo legata debetur, etiam ſi ſterilis annus fuerit, atq; fertilis cum infertili compenſatur.*
27 *Res legata à teſtatore ob neceſſitatem ſi alienetur, debetur nihilominùs legatum.*
Modò contrarium teſtatorem voluiſſe non appareat.
Et quid ſi ſubſtantia rei defecerit? n. 29.
28 *Voluntatem mutatam teſtatoris, hæres aſſerens, probatione præſtabit.*
33 *Capitali relicto, pecunia relicta videtur.*
Nam capitale ſors eſt. hæc verò pecunia.
34 *Papinianus Magnus inter Iureconſultos.*
37 *Legatum quantitatis, quæ non extat, inutile redditur.*
Vel ſi incerta quantitas legetur.
38 *Falſa demonſtratio legatum non perimit.*
40 *Legatum dotis, & piæ cauſæ à pari procedunt.*
42 *Voluntas coniecturata teſtatoris proficit legato, vt demonſtratiuè factum videatur.*

Mul-

Multòq; magis expreſſa.
43 *Legatum pro celebratione miſſarum in ſingulos annos perpetuum dicitur.*
Erit proindè & ſtipes Sacerdotibus debita perpetua.
44 *Sacerdoti ſacris operanti merces ex iuſtitia debetur.*
Vt ſtipendium ſubſtentationis.
45 *Altari qui ſeruit, de altari viuere debet.*
46 *Antecedens qui vult, & conſequens velle videtur.*
Præſertim in ijs, quæ ab abſoluta pendent diſponentis uoluntate. n. 48.
47 *Vnum qui vult, & aliud velle cenſetur, ſine quo illud vnum ſtare non poteſt.*
49 *Taciti, & expreſſi eadem eſt vis.*
In vltimis voluntatibus potiſſimum.
In quibus quid teſtator ſenſerit inſpicitur.
Præcipuè verò ſi ab vtroq; fonte, vtrumq; procedat. n. 50.
52 *Legati diminutionem qui prohibuit, multò magis illius annihilationem prohibuiſſe videtur.*
53 *Merces Sacerdotibus tandiù debebitur, quandiù onus perſeuerat, quod ſubituri fuerint.*
54 *Alimenta ad vitam relicta perpetuò debentur, donec vixerit.*
Præſertim ſi annua ſit relicta præſtatio.
57 *Ratio de per ſe ſtare non poteſt, & ante, & retro prouidere debet.*
58 *Contradictoria de eodem ſubiecto, idem manente, dici non poſſunt.*
60 *Confeſſarij teſtimonio ſatis defertur pro exoneratione conſcientiæ pœnitentis, deponentis.*
Piæ cauſæ fauore præſertim. n. 61.
62 *Reſtitutio abſolutè facienda.*
63 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*
64 *Solutio eſt, cùm liberatur debitor.*
65 *Actiones omnes, & obligationes in hæredem tranſeunt, & ab hærede debentur.*
66 *Indiuiduum quod eſt, in partes ſecari non poteſt.*
Cùm extra partes ſit.
Totum proindè debetur.
Et in ſolidum hæredes tenebuntur. n. 68.
67 *Diuiſio corruptionem generat.*
68 *Firmum, vt ſit aliquid, incorruptum eſſe debet.*
70 *Legatarius prædilectus hærede in legato à teſtatore videtur.*
Si ad pia præſertim relinquatur. n. 71.
Atq; pro anima.
Ne fruſtrà legatum factum appareat. nu. 70. in fin.
72 *Anima cunctis terrenis præferenda.*
Quia pretioſior illis eſt. n. 73.
Animam proindè curare ſuam quiſque debet.
75 *Interpretatio magis animæ fauorabilis ſequenda.*
76 *Legatum demonſtratiuè relictum videtur piæ cauſæ fauore.*
Ex cauſa potiſſimum celebrationis miſſarum. n. 77.
Ac præſertim in perpetuum.
Contrarium ſequitur Seipio Rouitus. n. 79.
Et Io: Baptiſta Thorus.
Verùm exaudiendi ſunt, ſi voluntas repugnet teſtatoris. n. 80.
78 *Interpretatio plenior facienda in teſtamentis.*
Piæ cauſæ fauore præſertim.
81 *Voluntas teſtatoris etiam piæ cauſa præfertur.*
Quia illa lex eſt.
Vt neq; etiam libertatis fauore, voluntas ſit teſtatoris violanda. n. 82.
Alioquin pietatis iura uiolantur. n. 83.
84 *Dubio in facto pro pia cauſa reſpondendum.*
Quia illa animam reſpicit.
85 *Cbaritatis ordo eſt, ut magis ſe quiſque diligat, quàm alterum.*
86 *Opinio illa in ambiguis ſequenda, quæ pro anima eſt, & pietati fauet.*
Deciſio Rotæ XI. de teſtamentis in antiquis expenditur.
88 *Argumentum à poſteriori non ſemper firmum.*
89 *Pietas eſt, uoluntatem defuncti firmam eſſe.*
90 *Lex ſupplet quod defunctus non dixit; dixiſſet verò ſi interrogatus fuiſſet.*
Fauore animæ potiſſimum.
91 *Teſtator id voluiſſe præſumitur, quod animæ fauet.*
Quia hæc eſt prora, & puppis intentionis teſtatorum. n. 93.
92 *Hæres qui teſtatorem, à captiuorum ſeruitute redimere neglexit, vti indignus habetur.*
Et bona eius in pauperes diſtribuuntur.
94 *Animæ de ſalute ubi agitur, abundantiùs eſt agendum.*

ARGVMENTVM.

Legatũ Eccleſię relictũ quatuorcentum ex capitali, quod tenet Titius, an taxatiuè vel verò demonſtratiuè conceptum dicatur? Et nùm hæredes tenean-

neantur, capitali amiſſo, an
verò liberentur, cedẽdo actio-
nes? Et quid ſi pro ſacris of-
ferendis Deo in ſingulos an-
nos, & legatum eſſe perpe-
tuum teſtator demandarit?
Et quid demùm piæ cauſæ fa-
uore, an demonſtratiuè fa-
ctum videatur? non inutilitèr
diſſeritur.

RESPONSIO XV.

1 VLtimum malorum mors. per eam
enim anima à corpore ſeparatur,
& corpus hac vita priuatur. *Siqui-
dem* (Ariſtotele teſte *lib.2. Retho-*
2 *ricor. cap.23.* ex Saphus ſententia) *ſi bonum
eſſet*, (mori vtiq;) *Dij morerẽtur.* Quin ingẽs
malum eſt mors, vt Achilles apud Euripi-
dem in Iphigenia, in Aulide *actu 5. verſic.
336. dixit.*
3 *Quòd, Mors ingens malum.*
& Electa apud eund. Euripidem in *Oreſte
actu 4. verſ. 16.* inquit.
*Moriemur: non poſſum non deplorare
mala:
Omnibus enim venit miſeranda mortali-
bus.*
Plato quoq; *lib.29. in Phœdro*, hoc eſt de
anima:
4 *Omnes mortem vnum ex maximis malis
exiſtimare;* (ait) *& mortem qui oppetunt
maiorum malorum metum ſubire.*
Vidiſti nunquam furcis ſuſpendendum,
vel ſecuri percutiendum à Iudice damna-
tum, gaudentem prodeuntem? Quin non
flectem, meſtum, capite demiſſo, ſe ipſum
5 præ confuſione abhorrentem. Mors homini
pœna peccati eſt. Peccatum verò cùm con-
ſumatum fuerit generat mortem. *Iacob. 1.*
15. conſumatum fuit peccatum per noſtrũ
primum Parentem Adam pomum vetitum
quando guſtauit, de quo præceperat ei Do-
minus Deus (*Geneſ.2.16.*) dicens: *Ex omni
ligno paradiſi comede. de ligno autem ſcien-
tia boni, & mali ne comedas, in quocunq;
enim die comederis ex eo morte morieris.*
comedit, legem trangreſſus diuinam, in pœ-
nam dedit comminatam, mortem contra-
6 xit. Ex illa quippè hora (nedùm die) mori
cœpimus, & quotidiè morimur. ſicuti de
hac re philoſophatus fuit *Lucillius* apud Se-
necam. *Non repentè in mortem incidimus,*
(inquiens) *ſed minutatim procedimus. Quo-
tidiè morimur, quotidiè enim demitur ali-
qua pars vitæ; & tunc quoq; cùm creſcimus
vita decreſcit. Infantiam amiſimus, deindè
pueritiam, deindè adoleſcentiam: vſq; ad
extremum quicquid tranſijt temporis perijt:
hunc ipſum, quem agimus diem, cum morte*
7 *diuidimus.* ſic ille. Quotidie proindè mo-
rimur. damnationis igitur noſtræ pœnã no-
biſcum iugiter ferimus. & vt *Statius* in-
quit,
*Mille modis lethi, miſeros mors vna fati-
gat.*
8 Vltimum eſt itaq; mors malorum. Qui
ergo moriuntur, in maximis verſantur an-
guſtijs, quia malorum omnium pœnam
ſubſtinent. Præter enim illas anguſtias, quas
cum carne conflictantes ſubſtinent: eſt cõ-
9 flictatio illa peſſima, quam cum Diabolo
tenent. obſeruat quippè ille calcaneum, il-
liq; inſidiatur: & poſtrema ſæuiſſima in
homines pios illius fit tela, & ſub finem
10 fortiùs inuadit, vt deuoret. Capitales ſiqui-
dèm cum homine ſimultates exercet, & tũc
enititur magis, cùm finem eſſe in ianuis ani-
11 maduertit. Audi quid Dominus Deus ſer-
penti maledicens *Geneſ.3.15.* dixit: *Inimici-
tias ponam inter te, & mulierem, & ſemen
tuum, & ſemen illius, ipſum conteret caput
tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* ipſum
12 conteret. vt ex hebræo legitur. Calcaneo
inſidiatur, quia fini inſidias tendit hominũ
Chriſtianorum, vt in barathrum eos trahat.
13 Eſt porrò calcaneus vltima pars hominis,
finẽq; deſignat eius. Vndè rogabat Deum
Dauid (Pſalm.55.) *Miſerere mei Deus*, (di-
cens) *quoniam conculcauit me homo.* dolens
14 præſertim de fine. *n.7. Inhabitabunt, & ab-
ſcondent; ipſi calcaneum meum obſeruabunt.*
Inhabitabunt, (iuxta *Genebrar.* viri doctiſſi-
mi, explicationem) ideſt in vnum habita-
bunt; congregabuntur, coibunt (vt eſt in hæ-
breo) aduerſum me. & abſcondent, conue-
nientq; ad inſidias, atq; aſſiduè inſidiabun-
tur. & calcaneum meum obſeruabunt; mea
ſcilicet itinera, veſtigia, profectiones. per quas
iturus ſum; ac finem ipſum. Quemadmodũ
ipſe Dauid *Pſalm.48. 6.* quærens, atq; à ſe
15 ipſo ſciſcitans: *Cur timebo in die mala?
Iniquitas* (Reſpondet) *calcanei mei circun-
dabit me.* Diem malam; ſiue mali diem
mortis intelligi docet *Genebrardus*. Ideo
16 igitur timebo in die mala, (ideſt mor-
tis) quia iniquitas calcanei mei circun-
dabit me. pœna ſcilicet iniquitatis,
in calce, ſiue ad extremũ à me luetur, meq;
affliget. Rationem reddit *Caſſiod.* ibid. di-
cẽs: *Ille n. finè vita timere debet, qui pecca-
torum recordatione mordetur.* & *Gloſſ. eod.
loco*, ſequiturq; Pater *Franciſcus à Puteo
Carthuſianus* in cathena in Pſalmos, dicẽs,
*Per calcaneum finis vita intelligitur cui
Diabolus, maximè inſidiatur.* ſequiturq; *Pe-
trus Gregorius Tholoſates Syntaxeon artis
mirabilis commentariorum lib.3. cap.16. de*
17 *fine. fol. mihi* 328. Inter tot itaq; mala cùm
ver-

verſetur homo moriens; quid mirum ſi vo-
luntas eius vltima teſtamento expreſſa, per
quam maximas, ſecuto ſunere, ambigui-
tates patiatur? Vt nulla ſit nouiſſima ho-
minis voluntas tabulis expreſſa, quæ non
in aliquam vertatur difficultatem: an ita
18 voluerit teſtator, vt verba ſonant? Mens igi-
tur ex verbis venāda erit. Ea nempè eſt, quæ
in diſpoſitionibus primū locū obtinet, eaq;
19 regit omnia, vti Vlpianus (vnus ex legum
Choriphæis à Modeſtino ità nuncupatus in
*l. ſcire etiam oportet. 15. §. aliud etiam inue-
nimus. ff. de excuſationibus tutor*) in *l. in con-*
20 *ditionibus 19. in pr ff. de cond. & demonſtr.*
loquitur. Et facit quidē totū volūtas defūcti;
vt idē Vlpianus ſequitur in *l. ex facto. 35. §.
rerum autem Italicarum. ff. de hæredibus
inſtituend.* rationem reddens, ac dicens:
21 *Nam quid ſenſerit ſpectandum eſt.* & Mens,
ſiue voluntas magis, quàm verba, attendi
debebit. argumento petito ex verbis Mode-
ſtini in *d. l. ſcire etiam oportet. 15. §. aliud
etiam inuenimus. ff. de excuſationib. tutor.*
dicentis: *Sed & ſi maximè verba legis hunc
habeant intellectum; tamen mens legislato-
ris aliud vult.* mens igitur magis, quàm ſo-
nus ipſe materialis verborū inſpici debebit.
Prudenti proindè conſilio verba penſanda
erunt teſtatoris, de quo factum proponitur,
& mens ex verbis cruenda eiuſdem.

Fuit itaquè anno 1622. cùm ſupremum
ageret diem Reuerendus D. Iacobus Tho-
mæus Sacerdos, & Canonicus Cathedralis
Eccleſię Iuuenacen. vt is ſupremas ſcriberet
tabulas, quibus hæredes vniuerſales, & par-
ticulares dixit Ioannem Paulum fratrem, &
Ioſephum, & Didacum nepotes ex altero
fratre, iā defuncto, Nicolao Antonio Tho-
mæo; quibus pro exoneratione conſcientiæ
bis centum antè partē legauit. Legauit quo-
què Reuer. Capitulo Cathedralis Iuuena-
cen. quatuorcētum pro celebratione Miſſa-
rum, ſequentibus diſponens, ac loquens:

*Item voluit, che li docati quattrocento di
capitale, che tiene à cenſo il R.D. Gio. Lo-
nardo Rizo; ſiano dopò ſua morte del Reuer.
Capitolo, e Clero di detta maggiore Chieſa;
& il cenſo di eſſi, ſeguendo la morte di eſſo
teſtatore della preſente infermità, s'intenda
decorrere à beneficio di detto Reu. Capitolo
dalli trè di Maggio paſſato auanti; per lo che
eſſo R. Capitolo ſia obligato celebrare, e fare
celebrare meſſe cento cinquanta l'anno: cioè
cento per l'anima di eſſo teſtatore nell'altare
priuilegiato di detta maggiore Chieſa: e
cinquanta nell'altare, e Cappella predetta
di S. Lorenzo, di eſſo teſtatore eretta dentro
detta Chieſa di S. Maria del Carmine di que-
ſta Città per l'anima delli quondam Fran-
ceſco Thomeo, e Roſa di Raputo coniugi, e
communi parenti di eſſo teſtatore, cioè vin-
ticinq; per ciaſcheduno; e che ſi debbiano ce-
lebrare particolarmente parte di eſſe in det-
ta Cappella nel giorno, e feſtiuità del detto
glorioſo Santo Lorenzo, ſeguendo però la
morte di eſſo teſtatore. E che detto peſo, &
obligo non ſi poſſa diminuire per qualſiuo-
glia cauſa. Dichiarādo, il detto capitale di det-
ti duc. quattrocento, ſtare alla raggione di
noue per cento; e cō la facoltà di affrancare,
conforme n'appareno cautele, vna per mano
del quondam Notare Fabritio Vallone, e
l'altra per mano di me Notare Domenico
Antonio Garofoli, alle quali, &c. E ſocceden-
do il caſo di fare l'affrancatione di detto ca-
pitale; ogni volta, che queſto ſoccederà, ſi deb-
bia sēpre lo detto capitale ritornare ad impie-
gare in ſimile cōpra di annuo cenſo, acciò ſtia
sēpre fermo à beneficio di detto Reu. Capitolo
per la celebratione di dette Meſſe, & adem-
plimento di detto ſuo pio legato, & volontà.*

Vita iam functo teſtatore; D. Ioan. Leo-
nardus Riccius, dùm vita ei comes fuit, ſol-
uit Capitulo annuos 36. pro cenſu dictorum
ducatorum quatuorcentum capitalis. Ve-
rùm eo defuncto, graue apparuit æs alienū,
quod totam eius aſſumpſit hæreditatem,
anterioribus agentibus creditoribus defecit
proindè & capitale præfatum ducatorum
quatuorcentum, & annuus cenſus pro eo de-
bitus. hanc ob cauſā propterea egit R. Capi-
tulū, & Clerus, aduerſus hæredes, legatū vt
22 ſoluant. Inſurgunt illi: taxatiuè legatū factū
fuiſſe (dicentes) certo dato corpore. Capitu-
lo petijſſe, non hæredibus. aſſerunt, vt hanc
tueantur ſententiam *Rotam* apertiſſimè *dec.
11. de teſtament. in antiquis Scipionem Ro-
uitum dec. 57. per tot. Ioannem Baptiſtam
Thorum in ſumma priuileg. piarum cauſa-
rum. priuileg. 267. Gratianum tom. 5. forenſ.
cap. 988.* Capitulum verò cōtrà, demonſtra-
tionis tantùm gratia, vndè abſq; rei familia-
ris graui incommodo, quatuorcentum ex-
trahi poſſent, D. Ioannem Leonardum hæ-
redibus demonſtraſſe teſtatorem, conten-
dunt. Fit ergo quęſtionis ſtatus; demonſtra-
tiuè ne, an taxatiuè perſona D. Ioannis Leo-
nardi Riccij legato adiecta prædicto fue-
rit?

Demonſtratiuè, ac demonſtrandi cauſa,
perſonam D. Ioannis Leonardi legato adie-
ctam fuiſſe, rationes ſatis apertè inferius per-
cenſendę, ſuadent. Caput autem omnibus
23 alijs facit: Teſtatorem quantitatem reliquiſ-
ſe quatuorcentum, ac conſequentèr pecu-
niam, atq; à quantitate cœpiſſe, non à cor-
pore. adiecisse verò perſonam, demonſtran-
di cauſa, vndè pecunia ſine rei familiaris in-
commodo deſumi potuiſſet, nō quòd limi-
tes legato dare voluiſſet. Certiſſimam aſſer-
tionem hanc faciunt Iuliani verba *lib. 29. di-
geſtorum.* in *l. quidam teſtamento 99. ff. de
legat 1.* ſequentibus:

*Quidam teſtamento, vel codicillis ità le-
gauit: aureos quadringentos Pamphilæ dari
volo, ità vt infra ſcriptum eſt; ab Iulio actore*

aureos

Digitized by Google

aureos tot: & in caſtris, quos habeo, tot: &
in numerato quos habeo, tot: poſt multos an-
nos eadem voluntate manente deceſſit: Cum
omnes ſummę in alios vſus tranſlatę eſſent.
Quæro an debeatur fideicõmiſſum: Reſpõdi:
veròſimilius eſſe, patrem familias demon-
ſtrare potiùs hęredibus voluiſſe, vnde aureos
quadringentos ſine incommodo rei familia-
ris contrahere poſſent, quam conditionem
24 *fideicommiſſo iniceiſſe. Quòd initio purè da-*
tum eſſet; & ideo quadrigenti Pamphila
debebuntur.

Ita Iulianus reſpondit. Cur non æquè in
quadrigentis Capitulo relictis: cum par ſit
ſumma, & æquus relinquendi modus, vt
purè ab initio data eſſe videatur? Id ipſum
diſſertiſſimis verbis & Paulus *lib.* 2. decreto-
rum in *l. Paula Callinico* 27. Iulius Seuerus
ff. de legatis tertio proſequitur dicens:

Iulius Seuerus decedens inſtitutis qui-
buſdam hæredibus, alumno ſuo quinquagin-
ta legauerat: eaq; à Iulio Mauro colono ſuo
ex penſionibus fundi, ab eo debitis, præſtari
voluit: eidemq; Mauro quædam legauerat.
Cùm de hæreditate Fiſcus quæſtionem mo-
uiſſet, iuſſu Prætoris Maurus pecuniam Fiſ-
co ſoluerat: poſtea hæres ſcriptus obtinuerat
Fiſcum. alumno autem mortuo hæres eius,
fideicommiſſum ab hærede Mauro petebat.
Placuit Imperatori, non videri eius fideicõ-
miſſum, ſed demonſtratũ vnde accipere poſſet,
& ideo hæredem Seueri hæc præſtare debere.

Ex penſionibus legatam pecuniam Mau-
rus præſtare debebat. Quia tamen pecuniã
Fiſco ſoluerat à Prætore iuſſus; & ideò non
extabat. cogitur hæres illam præſtare lega-
tario. Quia hæredi onus dictum videbatur
ſoluendi: acciperet verò ex Mauro debitore
pecunias, vt ſine rei familiaris incommodo
ſolueret. hoc ipſum Capitulum ab hæredi-
bus poſtulat D. Iacobi. ipſi igitur hoc præ-
ſtare debebunt, quod & idem Paulus *lib.* 14.
reſponſorum, in *l. Lucius Titius* 12. *ff. de ali-*
ment. & cibar. legat. ſequutus fuit. ex ratione
pręcipuè, quam in fine reddit, cur cibaria
minuta, vel aucta non videantur: minutis,
vel auctis fructibus ex prædijs, quæ pro ali-
mentis pignori dederat. *Neq;* (inquiens)
ex eo, quod poſteà prædia his (libertis ſcili-
cet) *pignoris iure teſtator obligare voluit, vt*
ex reditu eorum alimenta perciperent; mi-
nuiſſe eum, vel auxiſſe ea, quæ reliquerat vi-
deri. Concinit Vlpianus *lib.* 24. ad Sabinum
in l. ex eo. 13. ff. de tritico, vino, & oleo lega-
to. *Ex eo vino.* (dicens) *quod in illo fundo*
naſcetur, hæres meus amphoras 10. *quotan-*
nis in annos ſingulos dato. Quo anno natum
non fuiſſet, ex ſuperiore anno eius fundi eum
numerum amphorarum hæredem daturum
Sabinus exiſtimat. quæ ſententia, ſi voluntas
25 *non aduerſetur, mihi quoq; placet.* Volun-
tas hìc nõ aduerſatur defuncti, quin pecunia
ab hęrede pręſtetur (ꝙ infra clariùs oſtende-
mus) quæ conſumpta eſt. præſtari eã igitur
oportebit. *Gloſſ.* in *dict. l. ex eo*, verbo, *exiſti-*
mat. allegat *text.* in *d. l. Lucius Titius* 12. *de*
aliment. & cibar. legat. & in l. legatum 17. §.
1. *ff. de annuis lega.* quo *tex.* Labeo ſequen-
26 tibus ſuam edicit ſententiam. *Vini Falerni,*
quod domi naſcetur quotannis in annos ſin-
gulos binos culeos hæres meus Attio dato.
Etiam pro eo anno, quo nihil vini natum eſ-
ſet, deberi duos culeos reſpondit: ſi modò ex
vindemia cæterorum annorum dari poſſit. Fit
igitur ex anno fertili, in infertilem compen-
ſatio, vt legatum ſubſtineatur. Quid mirum
igitur ſi conſumpta pecunia iam legata (vt
ſubſtineatur legatum) ab hærede compen-
ſetur, quando id leges apertiſſimè fieri
decernant? Præſtat hoc acutiſſimè, & certè
quidem Vlpianus *lib.* 2. fideicommiſſorum
in *l. fideicommiſſa* 11. §. *ſi rem, ff. de legat.* 3.
27 dicens: *Si rem ſuã teſtator legauerit, eamq;*
neceſſitate vrgente alienauerit: Mæcianus
putat fideicommiſſum peti poſſe, niſi probetur
28 *adimere ei teſtatorem voluiſſe: probationem*
autem mutatę voluntatis ab hæredibus exi-
gendam. Ergo & ſi nomen quis debitoris
exegerit, quod per fideicommiſſum reliquit,
non tamen hoc animo quaſi vellet extingue-
re fideicommiſſum. poterit dici deberi: niſi
29 *fortè inter hæc intereſt: hic enim extingui-*
tur ipſa ſubſtantia debiti: ibi res durat, ta-
metſi alienata ſit. Cùm tamen quidam no-
men debitoris exegiſſet, & pro depoſito pecu-
niam habuiſſet: putaui fideicommiſſi peti-
tionem ſupereſſe, maximè quia non ipſe exe-
gerat, ſed debitor vltrò pecuniam obtulerat,
quam offerente ipſo, non potuit non accipe-
re. Paulatim igitur admittemus, & ſi ex hac
parte pecunię rem comparauerit, quam non
hoc animo exegit, vt fideicommiſſarium pri-
uaret fideicõmiſſo: poſſe adhùc fideicommiſ-
ſi petitionem ſupereſſe. Sic optimè ad hanc
noſtram rem Vlpianus, cuius perſingula
30 verba adnotanda ſunt. Neq; porrò teſtato-
ris voluntate quatuorcentum defecere, neq;
ita illa deſignauit, vt perempto corpore le-
gatum quoq; perimeretur. Supererit igitur
eo perempto fideicõmiſſi petitio. præſtabit
propterea hæres, quæ perijt, pecuniam, atq;
legatum implebit: ni alitèr teſtatorem vo-
luiſſe, probatione manifeſtum reddiderit.
31 hæc ſententia eſt penè ab omnibus rece-
pta Scribentibus. ita *Bart. in d. l. Lucius Ti-*
tius. 12. *num* 3 *ff. de aliment. & cibar. legat.*
Decius conſ. 324. *in* 1. 2. *&* 3. *argumẽto. Pau-*
lus Caſtrenſ. conſ. 338. *quia exceptiones. n.* 3.
verſ. quæritur igitur. part. 1. *Felinus in cap.*
ad audientiam 31. *num* 7. *in* 6. *concluſ de*
reſcript. Rota dict. dec. 11. *aliàs* 869. *lego pro*
anniuerſario annuali. nu. 8. *&* 9. *ac* 10. *de*
teſtam. in antiquis. Alciatus lib. 9. *reſponſ.*
conſil. 187. *ſic teſtamentum habet. num.* 6.
Ioannes Petrus Surdus de aliment. titul. 4.
quæſt. 26. *num.* 2. *& ſeq. Guido Papa deciſ.* 8.

Digitized by Google

quo loco ita deciſum refert.atq; ibid. plu-
tibus *Perrerius* addens,& *Ranchinus. Vin-
centius de Franchis deciſion.*483. *num.*6. *&
ſeq.& deciſ.*728.vbi ita deciſum refert.*Gra-
tianus diſceptation. forenſ.part.*2. *cap.*256.
vbi omnes diſtinguit caſus. potiſſimum ad
rem noſtram *num.*20.*& ſeqq.& part.*5.*cap.*
988.*num.*19.*& ſeq. Nicolaus Anton.*Giza-
*rellus deciſion.*81.*num.*1. *&* 2.*& num.*15. &
ibidem *de Angelis* addens.*num.*1.*& in dec.*
35.*num.*3.eadem repetens. *Ioannes Grinel-
lius deciſ.*Senatus Dolani 55.*nu.*21. *& ſeq.*
Eminentiſſimus *Cardinalis Mantica de cō-
iectur.vltim. volunt.lib.*9.*titul.*3. *num.*20.
cum ſeq.Ioannes Maria Bellectus Epiſcopus
Hieracen.*diſquiſition.Clericalium tit.de Cle-
rico debitore.§.*9. *num.* 10. *verſ.tertio verò
caſu.Horatius Viſcontus in concluſionib.iu-
ris. verbo legatum quando dicatur factum*,
*fol.*159.*Scipio Rouitus deciſ.*57.*num.*1.alios
retulimus *reſponſ.*noſtra 34. *num.* 1.*part.*1.
Polydor. Ripa ſingular.obſeruation.. *obſer-
uat.*238.*num.*10.*& ſeqq.Paulus Fuſcus ſin-
gul.* 8. *lit. L. legatum factum. Rota apud*
32 *Cardin.Manticam.deciſ.*273.*num.*3. præter-
tim in dubio,& fauore piæ cauſa.*Rota par.*1.
*diuerſorum deciſion.*442.*num.*3 *& dec.*662.
*num.*1.*& ſeq.& in Romana Computorum*
10.*Aprilis* 1630. *coram Domino Merlino
deciſ.*365.*num.*35.*& ſeq.part.*5.*diuerſorum
nouiſſimarum. & apud Cardin. Seraphin.
deciſ.*1078.*num.*2.*atq;apud Illuſtriſſimum
Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.*341.
*num.*4.*& deciſ.*409.*nu.*13.*part.*2.*Vincent.
Anna ſing.*688.*circà fin.Gratianus dict. cap.*
256.*n.*21.28.*&* 29.*par.*2.

Superest tamen, vt ipſam maiorem in ra-
tione aſſumptam,probatione firmemus; te-
ſtatorem quantitatem quatuorcentum, ac
conſequenter pecuniam, non certum cor-
pus reliquiſſe. Id autem ſic præſtamus. Se-
quentibus nempè teſtator legatum deſcrip-
ſit: *Item voluit, che li docati quattrocento di
capitale,che tiene à cenſo il Reu. D. Gio: Lo-
nardo Rizo,ſiano dopò la ſua morte, del Reu.
Capitolo,e Clero,&c.* Quatuorcentum itaq;
expreſſis verbis reliquit,*di capitale*, pecuniā
33 ergo legauit. Capitale enim pecuniam ſi-
gnat,quia capitale ſors eſt.ſors autem pecu-
nia eſt,qua annui emuntur cenſus. Capitali
itaq;legato,pecunia,ex qua capitale conſta-
tur,quatuorcentum, legata conſequenter
34 fuit. Docet id apertiſſimè Papinianus, Ma-
gnus ille inter Conſultos Iuris.*lib.*7 reſpon-
ſorum in *l.vxori.*24.*in princip.ff.de vſufru-
ctu legato*,ſic rem definiens: *Vxori*(dicens)
*vſufructu bonorum legato,fœnus quoq; ſor-
tium, quas defunctus collocauit, poſt imple-
tum ex Senatus Conſulto cautionem, præſta-
bitur.* Fœnus ſortium. ideſt pecuniarum.
*Gloſſ.*ibidem exprimit.*verbo ſortium.* Capi-
tale igitur relicto,ſors ipſa relicta cēſetur,atq;
conſequenter pecunia. concinit perpenſio-
ni huic Sceuola *lib.*21.digeſtorum in *l.Ma-
ritus* 94.aliàs *finali,§.filiæ quam, ff.ad l.fal-
cidiam.* quo loco Iuriſconſultus Cornelio
hæredi impuberis mulieris fideicommiſſo
grauatę,petenti; deducere ne debuiſſet ſor-
tes, ex quarum vſuris impubes defuncta ex
perſona teſtatricis ſuæ,pluribus debita præ-
ſtitit? Deducere, reſpondit. ſortes igitur
pecunias exaudit *Gloſſ.*ibidem in caſus figu-
ratione.eodem modo idē Papinianus *lib.*9.
*reſponſ.*in *leg. deducta.*58. *§.ante diem. ff.ad
Trebelleian.* Sortium,meminit,vſurarum,
quæ de pretijs earum redigi poterunt, &
an deduci potuerint in reſtitutione facien-
da? affirmat. idem igitur eſt ſors, atq; pre-
tium.ac conſequenter pecunia.quod dedu-
ximus nos *reſponſ.*noſtra 58.*num.*8.*& ſeqq.
part.*3.deduciturq; ex *tex.*in *can.ſi quis Cle-
ricus.*5.14.*q.*4.quo tex.ex Concilio Toleta-
no,quod ſolidi nomine vtitur *Gloſſ.*ibid.*ſo-
lidum*,ſcilicet pecuniam numeratam, inter-
pretatur,& ſolidum inibi, ſors data exaudi-
tur. vt idem ſit ſolidum,atq; numerata pe-
cunia, ac conſequenter capitale; quod eſt
ipſum,quod dedit:ſcilicèt pecuniam, quam
ſine vllo augmento recipere tenetur,*vt ver-
bis* ipſis exprimit Concilium. Quatuorcen-
tum igitur capitalis legatis,pecuniā ipſam,
ex qua capitale conſlatur, legatam fuiſſe
minimè in dubium reuocandum fuerit am-
pliùs. parum proindè refert, quod dictum
fuit,retineri pecuniam ipſam per D. Ioānem
Leonardum. expreſſio enim ipſa retinen-
tis demonſtrationis cauſa facta fuit, quàm
quod conditionem, ac limitationem, & ta-
xationem legato adijcere teſtator voluerit.
35 Quantitatem nempè reliquit teſtator, & in
genere; quam ob cauſam firma ſemper le-
gati ſubſtantia perſeuerat, quamuis perſona
deficiat demonſtrata. *Bart.in d.l quidam
teſtamento.in princ.ff.de legat.*1. *Bald.in l.ſi
ſic legatum* 78.*§.ſi mihi,vbi etiam Iaſon.n.*1.
*ff.eodem.Beretta conſ.*91.*num.*4.*Gabriel* ſa-
tis aptè ad rem noſtram *conſil.*105.*d num.*1.
*cum ſeqq.& num.*9.*&* 10.*& ſeqq. ac per tot,
lib.*2.& ſecuta fuit Rota in *d. Romana com-
putorum coram Merlino dict.dec.*365.*n.*36.
36 Neq; enim legati ſubſtantia defecerat,quā-
do legauit illam teſtator; perdurabat enim,
vti perdurauit dum vitali vſus aura fuit Ioā-
nes Leonardus,qui illam debebat, & cuius
perſona demonſtrata. hic verò caſus eſt,
quem Vlpianus *d.l.ſi ſic legatum* 78.*§.ſi mi-*
37 *bi,ff.de legat.*1. proponit. *Si,mihi*, (dicens)
*quod Titius debet,fuerit legatum,neq; Titius
debeat: ſciendum eſt,nullum eſſe legatum*.
Dicti rationem infert. *Et quidem* (ſubne-
ctens) *ſi quantitas non ſit adiecta; euidenti
ratione nihil debebitur: quia non apparet
quantum fuerit legatum. Nam & ſi, quod
ego Titio debeo, ei legauero. quantitate non
adiecta, conſtat nihil eſſe legatum: Cùm ſi
decē,qua Titio debeo legauero: nec quicquā*
Ti-

Digitized by Google

Titio debeam, falſa demonſtratio non peri-
38 mat legatum: vt in legato dotis Iulianus
reſpondit. Quod ſi addiderit: Decem, quæ
mihi Titius debet, lego: ſine dubio nihil erit
in legato. Nam inter falſam demonſtratio-
nem, & falſam conditionem, ſiue cauſam,
multum intereſt. Proindè & ſi Titio decem,
quæ mihi Seius debet, legauero, nullum erit
legatum. eſſe enim debitor debet. Nam & ſi
viuus exegiſſem, extingueretur legatum: &
ſi debitor maneret: actiones aduerſus eum
hæres meus dumtaxat præſtare cogeretur.
ita diſertis verbis Vlpianus. Hic verò, &
certam quantitatem (quatuorcentum vide-
licet, capitalis, ac conſequenter pecuniam)
Capitulo reliquit teſtator; & verè debitor
Ioan. Leonardus erat: non itaq; peremptũ
legatum fuit, cuius ſubſtãtiam ſaluam ſem-
39 per eſſe voluit. Quam ob cauſam nec libe-
rabitur hęres actiones cedendo, quia legati
ſubſtantiam teſtator reliquit, (quatuorcen-
tum videlicèt) non verò nomen debitoris,
vt in caſu Vlpiani, videre eſt. dicentis, quod
Titius debet. & notat Gloſſ. ibid. verb. non
40 perimat. Vt in legato dotis Iulianus re-
ſpõdit, quod priuilegio fultum conſpicitur,
ſicuti hoc noſtrum pro anima relictum, atq;
miſſarum oblatione. quod perpendit Rota
in dicta Romana computorum coram Mer-
lino d. deciſ. 365. num. 38. & inferius perpen-
demus: quæ ſanè ratio nec contemnenda
videtur, quin pondus adijcit non minimum
priori. Quemadmodum nec ſubſequens;
41 Quòd voluit teſtator legatum hoc firmum
ſemper eſſe. Rationem in fine reddens, ac
dicens: Acciò ſtia ſempre fermo à beneficio
di detto Reu. Capitolo per la celebratione
di dette meſſe, & ademplimento di detto ſuo
42 pio legato, e volontà. Cui vel coniecturata
teſtatoris voluntas (vt ſtabile eſſet) profice-
ret; vt multò magis expreſſa prodeſſe de-
beat, ad tex. in l. licèt Imperator 77. ff. de le-
gat. 1. & l. cùm proponebatur 66. ff. de legat.
2. Cardin. Mantica de coniectur. lib. 3. tit. 3.
numer. 2. & 10. Hondedeus conſil. 69. nu. 7.
lib. 1. Rota in dict. Romana computorum
coram Merlino dict. deciſion. 365. num. 39.
Minadous deciſion. 33. numer. 2. in fin. vbi
Flaminius Monachus addens. numer. 15.
& 16.

43 Attende & aliam, neq; inferiorem ratio-
nem: Teſtator legatum hoc Capitulo, Cle-
rovè onere reliquit adiecto, vt quinquagies
ſupra centum ſacrificium offerret incruen-
tum Deo; & pro ſui anima, ac Parentum
ſuorum. Voluit ergo teſtator, vt perpetuò
onus hoc ſubiret Capitulum, Clerusq; Per-
petua proindè vt eſſet Sacerdotibus pro ce-
lebratione debita ſtipes, ſeù eleemoſyna,
conſequenter voluit. Neq; enim (hoc be-
nè nouerat ipſe, qui Presbyter erat, & Ca-
nonicus) onus ſubiret perpetuò, & in ſingu-
los annos, ni congrua pro celebratione
44 eleemoſyna ſolueretur. Debetur quippè
celebranti, ex iuſtitia merces, & ſi non vt
pretium pro ſacrificio, at vt ſtipendium
45 ſubſtentationis; vt qui altari ſeruit, de al-
tari viuat. can. ſacerdos. 8. 1. q. 2. cap. cùm ſe-
cundum Apoſtolum 16. & cap. extirpan-
dæ 30. de præbend. Gratianus in ſumma
diſt. 44. circà fin. vbi Gloſſ. verbo viuere.
& ex Hieronymo can. clericus. 5. in fin. 12. q.
1. & ex Canonibus Apoſtolorum can. ex
his 22. 12. q. 1. ex S. Paulo 1. ad Cor. 9. dicen-
te: Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacra-
rio ſunt edunt. S. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 1.
& 2. ad ſecundum, vbi Caiet. & in ſumma.
verb. ſimonia in 4. regula. Aegid. de Conink
de Sacram. q. 83. art. 1. dub. 11. num. 197. di-
ximus reſponſ. 31. num. 2. & 9. part. 1. & re-
46 ſponſ. 33. n. 2. ead. part. Qui igitur antece-
dens voluit, & ſubſequens eidem annexum
voluiſſe conſequenter videtur. ad text. in
l. quamuis 15. vbi Bald. n. 1. 2. & 3. C. de
Fideicommiſſ. Rota apud Dominum Coc-
cinum Decanum deciſion. 375. n. 9. & par. 1.
in recent. deciſ. 44. num. 2. & deciſ. 105. n. 5.
ead. part. Cardin. Tuſcus tom. 2. lit. C. conſe-
quens. concluſ. 757. num. 1. rationem red-
47 dens, quia qui vult vnum, cenſetur etiam
velle & aliud, ſine quo id, quod vult, ſtare
non poteſt. Gloſſ. in can. quo iure 1. verbo
dicere. diſt. 8. & in can. non ſolum. 85. verbo.
non ait. 11. q. 3. Gloſſ. in can. ſicut Chriſtus.
75. verbo poteſt fieri. 1. q. 1. Barboſ. aſſiomat.
54. num. 1. diximus reſponſ. 20. n. 35. part. 3.
48 In ijs præſertim, quæ ab diſponentis abſo-
luta pendent voluntate. ſecundum Bald. d.
l. quamuis. n. 2. C. de fideicommiſſ. Aegid. Bel-
lemera conſ. 30. num. 4. Cardin. Tuſcus dict.
concluſ. 757. num. 77. Barboſ. dict. aſſiomat.
54. num. 2. nos dict. reſponſ. 20. numer. 36.
part. 3. In ſua quippè poteſtate erat dicere,
an taxatiuè, vel demonſtratiuè perſonam
adiecſſet debitoris. Verùm hoc expreſsè
non dixit, dixit verò conſequenter, cùm
voluit impleri omninò ſingulis annis miſ-
49 ſarum onus. eadem igitur vis taciti erit,
atq; expreſſi, l. cùm quid 3. vbi Gloſſ. & Scri-
bentes, ff. ſi certum petatur. Hippol. de Mar-
ſil. ſingul. 387. incipiente taciti. in hac præ-
ſertim vltimæ voluntatis materia, in qua,
quid ſenſerit teſtator, primum inſpicitur,
iuxtà Pomponij ſenſum in l. inter veſtem.
35. ff. de auro, & argento legato d. l. in con-
ditionibus primum locum 19. in princ. ff. de
condit. & demonſtrat. alios refert Barboſ.
50 aſſiom. 218. n. 1. & 3. præcipuè verò ſi & ta-
citum, & expreſſum ipſum ab eiuſdem cau-
ſæ potentia (vt voluntas eſt defuncti) proce-
dat, trahatq; originem. Barboſa d. aſſiomat.
218. num. 2. Non enim ſtetiſſet teſtatoris
51 voluntas, vt perpetuò Capitulum ſacris
operaretur, quinquagies ſupra centum in
ſingulos annos ſacrificium Deo offerendo,
ſi quatuorcentum eidē relicta, taxatiuè ad

perſonam D. Io. Leonardi Riccij debitoris,
deſtinata fuiſſent; & non magis demonſtra-
tiuè; quòd ſanè vt oſtēderet demōſtraſſe magis
debitoris perſonā, non taxaſſe, & miſſas per-
petuò celebrandas in ſingulos annos enixa
voluntate velle, ac demandaſſe; adijecit, nec
omninò futilitèr; vt onus miſſarū Capitulo
annexū nullo vnquā tēpore diminui poſſet,
dicēs: *E che detto peſo, & obligo non ſi poſſa*
51 *diminuire per qualſiuoglia cauſa*. Qui nem-
pè voluit, vt nullo pacto diminui onus poſ-
ſet miſſarum in ſingulos annos pro anima
ſui, & parētum ſuorum celebrandarū, mul-
tò magis vtiq; ne omnino celebratio ipſa
ceſſaret, voluit. Ceſſaret autem miſſarum
celebratio, ſi taxatiuè perſonam D. Ioannis
Leonardi debitoris quatuorcētum pro ca-
pitali, deſignaſſet. Ne itaq; hoc fiat, quod
ipſe abhorrere teſtator verbis oſtendit: de-
monſtratiuè dumtaxat debitorem qua-
tuorcentum deſignaſſe, aſſerendum certa
53 conſequutione erit. Tandiù enim merces,
ſiuè ſtipes, pro ſacris faciendis Sacerdotibus
debita, præſtabitur, donec teſtator voluit.
Voluit autem perpetuò miſſas celebrari:
per totum ergò tempus perpetuum, & ſti-
54 pendia debebuntur. Veluti de alimentis
puero, vel puellæ relictis, Vlpianus *lib*. 2. fi-
deicommiſſorum in *l. Mela* 14. *in princip.*
ff. de alimentis, & cibar. legat. loquitur, quod
illa donec vixerint debeantur. & ſequitur
Rota apud *Card. Manticam dict. dec*. 273.
num. 3. magiſq; in terminis hiſce noſtris ce-
lebrationis miſſarum pro animę ſalute, di-
xit *Rota in d. Romana* Computorum *coram*
Merlino dict. decis. 365. *numer*. 39. 40. 41. &
42. *part*. 5. *diuerſorum nouiſſimarum*. &
Rota d. deciſ. 662. *num*. 2. & 3. *part*. 1. *diuer-*
ſorum, & *deciſ*. 684. *num*. 4. *ead. part*. 1. *di-*
uerſorum. *Aymon conſil*. 301. *num*. 5. Idem
Mantica deciſ. 59. *nu*. 10. *Gratianus forenſ.*
part. 4. *cap*. 657. *num*. 31. & 32. *Ferrerius ad*
d. dec. 8 *Guido. Papæ*. Annua enim erat præ-
ſtatio, & in annos ſingulos facienda ſacra.
d. l. legatum. 17. §. 1. *vini Falerni. de annuis*
legat. & *dict. l. ex eo* 13. *ff. de tritico, vino, &*
oleo legato. Surd. d. tit. 4. *quaſt*. 26. *num*. 13.
Gratianus dict. cap. 256. *num*. 41. *in* 10. *caſu*.
Gizarellus d. deciſ. 81. *num*. 1. & 2. de legato
loquens, ſanguine iunctæ relicto, quòd ex
hoc demonſtratiuè datum videatur; quan-
to igitur magis pro anima?

Fitq; hoc perſpicacius manifeſtum ex his,
quę ſubſequenter teſtator adijecit, facto ca-
ſu reſtitutionis capitalis, vt in aliā emptio-
nem implicaretur, dicens; *E ſoccedendo il*
caſo di fare l'affrancatione di detto capitale,
ogni volta, che queſto ſoccederà, ſi debbia
ſempre lo detto capitale ritornare ad impie-
gare in ſimile compra d'annuo cenſo. Ratio-
nemq; reddit: *Acciò ſtia ſempre fermo di*
detto Reu. Capitolo, per la celebratione di
dette meſſe, & adempimento di detto ſuo pio
legato, e volontà. Notate (quæſo) verba, ſi-
gnate myſteria: capitalis ſemper expreſſio-
nem fecit, (pecuniæ videlicet) vt ſupra oſtē-
55 dimus. Deindè facto caſu redemptionis
annui cenſus per capitalis reſtitutionem,
aliam fieri ſimilem emptionem iuſſit; non
itaq; ad ſolam D. Ioannis Leonardi perſonā
ſe reſtrinxit, ſed vltrà proceſſit. Demon-
ſtrare igitur tantummodò voluit, (vti diximus)
vndè ſine rei familiaris incommodo
quatuorcentum haberentur. Præterea non
hoc Capitulo demandauit, vt faceret, ſed in
genere dixit; *Si debbia ſempre lo detto ca-*
pitale, ritornare ad impiegare in ſimile com-
pra d'annuo cenſo. ab alio venditore (ſcili-
cet) cenſus, & ab hærede ipſo. vt firmius ſem-
per cenſus pro Capitulo remaneret.
56 Deinceps voluit, per rationem, quam
horū omnium reddidit, perpetuò hoc fieri,
ſuamq; voluntatem ſemper firmam perſe-
uerare, atq; pium legatum, quod Capitulo
pro ſacris Deo offerendis relinquebat, ſtare
in perpetuum. Inepta igitur ratio ab eo da-
ta remaneret, ſi taxatiuè, non demonſtra-
tiuè ad perſonam Io. Leonardi Capitulo
legatū relictū fuiſſet. Quia non eſſet perpe-
57 tuum, & deficeret. Ratio quippè quæ de
per ſe ſtare non poteſt, cùm de illius natura
ſit, vt aliquid ante, vel poſt ſe dictum con-
firmet. ſecundum *Decium conſil*. 228. *n*. 11.
quem ſequitur *Rota in recentiorib. part*. 1.
tom. 1. *deciſ*. 300. *numer*. 20. nos *reſponſ*. 24.
num. 91. *part*. 1. Id vtiq; operabitur, vt quan-
titas quatuorcentum, ac conſequenter pe-
cunia, Capitulo relicta abſolutè, & abſq; ta-
xatione aliqua videatur. Alioquin ſtaret, &
58 non ſtaret legatum, quæ contradictoria
ſunt, & in eodem ſubiecto (orationis ſcili-
cet) ſe compati non poſſunt, cùm ſe mutuo
contrudant. in vltimis potiſſimùm volunta-
tibus. docet id, per quàm optimè Celſus
lib. 17. *digeſtorum*. in l. vbi pugnantia 149. ff.
de regul. iuris. *Vbi pugnantia* (dicens) *inter*
ſe in teſtamento inuenirentur, neutrum
ratum eſt. ita quoq; *text*. in *l. hæc verba, il-*
le, aut ille 124. *ff. de verbor. ſignificat. cap.*
inter dilectos 6. §. *cæterum memorati. de fi-*
de inſtrument. Papinianus ſatis concinnè
lib. 7. reſponſorum *in l. Titia ſi non nupſerit*
99. *ff. de conditionib. & demonſtrat.* Ridicu-
lum eſt enim (dicens) eandem vt viduam,
& vt nuptam admitti. Quia contraria ſunt.
& *non admittitur contraria petens*, vt *Gloſſ.*
fin. ibid. exprimit. admittitq; *Petrus Gregor.*
Tholoſates Syntaxeon artis mirabilis in
commentar. lib. 3. *cap*. 4 *f. mihi*. 270. *Rota*
apud Card. Manticam deciſ. 225. *numer*. 9.
diximus *reſponſ*. noſtra 88. *num*. 96. 97. 98.
part. 3.
59 Accedit his quoq; quòd teſtator, etiam
ex patris ſui diſpoſitione, (& ſiquidèm non
ſcripta.) ad quinquaginta miſſarū celebrā-
darū onus in Cappella Sancti Laurētij intus

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiam S.Mariæ de Carmelo per prius te-
nebatur. quod deponit D. Ioannes Leonar-
dus Donanno, eiuſdem teſtatoris Confeſſa-
rius, cum iuramento examinatus, ad conſciē-
tiam exonerandam dicti teſtatoris, quod ille
pluries eidem (vti confeſſario) declarauerat,
velle legatum prædictum pro celebratione
miſſarum in perpetuum relinquere, prout
reliquit, & quòd Capitale (pecunia videlicet)
dictorum quatuor centum, ſemper firmum
60 remaneret. Confeſſari jverò teſtimonio nō
minimi defertur, pro exoneratione conſciē-
tiæ ſui pœnitentis deponentis. vt optimè *Be-
rous q.12.per tot.* inter ſuas quæſtiones. *Pe-
trus PecKius de teſtament.coniugum lib.1.
cap.21.nu.3.Triuiſanus deciſ.3.num.2. & 4.
lib.1.Gloſſ.* reputata ſingularis in *cap.tua nos.
26.*verbo, *qualiter tibi conſtiterit.de ſponſa-
libus.* rationem reddens duplicem: & quia
nemini ex hoc præiudicium ingeneratur,
& nemo immemor præſumitur ſalutis æter-
næ. *Gloſſ.quoq; in cap.teſtimonium.* 54. ver-
bo *in hoc caſu.de teſtibus.* vbi *Innocēt. Cal-
derin. conſ.2.de teſtibus.Rota apud Cardin.
Seraphinum deciſ.*1128.*nu.*1. *& deciſ.*1166.
*ſub num.*1. *verſ. Fratrem Hilarium Suarez
confeſſarium,* ſubdens: Cui multorum Domini
deferunt. *& deciſ.*1177.*nu.*3. noſter *Maran-
61 ta conſ.53.nu.26.* piæ cauſæ fauore præſer-
tim. *Couarruuias cap.cùm tibi.nu.23. de te-
ſtament* eiuſq; præceptor *Martinus Nauar.
conſ.16.lib.3.de teſtament. Layman Theolo-
giæ moralis lib.3.tract.5.de pactis.cap 11.nu.
15.* quem ſequitur *Franciſcus de Petris cōſ.
64.nu.21.Barboſa de offic.Epiſcop. par.2. al-
legat.43.nu.22. & ſeq.* diximus *reſponſ.* no-
ſtra 17.*nu.*28.*& ſeq. & num.*37.*par.*1. alios
quamplures referentes.

Erat itaq; hæc, ſaltim quinquaginta miſſa-
rum celebratio in ſingulos annos, omnino
facienda, quia debitum paternum, atq; pro-
62 indè æs alienum in rebus teſtatoris. Abſolu-
tè propterea reſtitutio facienda fuerat, quæ
63 de neceſſitate ſalutis eſt: cùm *Peccatum non
dimittatur, niſi reſtituatur ablatum.* regula
peccatum 4. de regul. iuris in 6. non itaq; ta-
xatiuè relictum quatuor cētum ſtare potuit;
64 alioquin reſtitutio, ærisq; alieni ſolutio, nō
fuiſſet. Solutio enim eſt cùm liberatur debi-
tor. Papinianus in *l.ſi debitor.*26.& Aphrica-
nus in *l.cùm quis 38.§.ſi debitorem meum ff.
de ſolut.* Quia onus non remittitur, ſed auge-
tur, cùm improuidè ſoluitur, vt Innocentius
III. loquitur in *cap.eam te 22.in princ. de iu-
reiurando.* remanſit proindè ſemper obliga-
tus teſtator ad ſolutionem faciendam debi-
ti; ac eius conſequenter hæredes, quod ipſe
65 debebat teſtator. cùm actiones omnes, &
obligationes, in hæredem tranſeāt, & ab hæ-
rede debeantur. *l.1.in fin. C. vt actiones ab
hæredibus, & contrà heredes incipiāt. §.poſt
mortem.Inſtitutionib.de inutilibus ſtipula-
tionib.* Non itaq; ſolutus manſit teſtator ab
onere ſoluendi debitum hoc quinquaginta
miſſarum in annos ſingulos, quòd corpus
deperijt quatuor centum per D. Ioannem
Leonardum debitorum. Quia nimirum ſo-
lutio debiti non fuit. vnde nec liberatus.
tranſijt propterea ad hæredes; quia æs alienū
in hereditate. Idcirco demoſtratiuè legatum
præfatū quoad quinquaginta miſſas annuas,
ex quatuor centum per D. Ioannem Leonar-
dum debitis, deſignatum fuit. Ergo & demō-
ſtratiuè in totum pro reliquis centum miſſis;
quia vnicum legatum, nec diuiduum, & vni-
ca oratione relictum pro miſſis centū quin-
quaginta in annos ſingulos. Per hæredes
igitur ſoluendum, cùm corpus, ſiuè quanti-
tas defecerit, per dictum Ioannem Leonar-
66 dum debita. Neq; enim quod vnum, & in-
diuiduum eſt, diuidi, atq; in partes ſecari po-
teſt, cùm extra partes ſit, ſecundum *Ariſt.1.
Phyſicor.3.& 5.Metaphyſ.cap.6.* totum ergo
præſtabitur: iuxta Caij ſenſum in *l.ſi is, qui
quadringenta 79.§ quædam legata ff. ad leg.
Falcidiam.* & eodem ſenſu Paulus in *l.2.§.ex
his igitur ſtipulationib.ff.de verbor. obligat.*
atq; Vlpianus in *l.ſtipulationes non diuidū-
67 tur.72.ff.eod* Rationem reddens: Quia diui-
ſio corruptionem generat. *horum enim diui-
ſio* (dicens) *corrumpit ſtipulationem.* Cor-
rumperetur idcirco legatum, ſi diuiſio inter-
68 cederet. Firmum ergo vt ſit, & incorruptum,
integrum præſtabitur. & ſinguli hæredes in-
ſolidum tenebūtur. ex Caio *d.l.ſi is, qui qua-
dringenta 79.§.quædam legata ff. ad legem
Falcid.* dicente: *Quorum omnium legatorum
nomine* (quæ ſcilicet diuiſionem non reci-
piunt) *& ſi plures hæredes ſint, inſolidum te-
nentur.*

Firmioremq; perpenſionem hanc, nec in-
69 iuria reddit, quòd teſtator, cùm Canonicus
eſſet in Cathedrali Eccleſia, in illa ipſa ſepul-
turam elegit, voluitq; proindè in illa centies
in altari priuilegiato incruentum offerri Deo
ſacrificium pro anima ſua in ſingulos annos.
70 prædilexit propterea Eccleſiam hæredibus
in legato Capitulo relicto. ad *tex.* in *l. Pu-
blius Mæuius 36.§.Titia codicillis.ff.de con-
ditionib. & demonſtrationib.* & expreſſius
Paulus in *l.ſi quis eum 37.in fin.ff.eod.* ratio-
nem reddens, ac dicens: *Quoniam magis le-
gatarium aliquod commodum teſtator in hoc
ſeruo, quam hæredē habere voluiſſet.* & Mar-
cellus in *l.ſi quis Titio 17.ff.de legat.*2. plures
nos retulimus *reſponſ.* noſtra 31.*nu.*30.*par.*
1. Si igitur Eccleſiam prędilexit, vt ſacra in il-
la fierent, in qua ſepeliri elegit, voluitq; lega-
tum perpetuum eſſe; voluit conſequenter nō
taxatiuè quatuor centum habere Capitulū,
ſed demonſtratiuè illa, quę pro capitali tene-
bat D. Ioannes Leonardus. & hanc perpen-
ſionem ſequuta fuit *Rota in d.Romana com
putorum coram Merlino d.deciſ.*365. *nu.*40.
& 41.*par.*5. *diuerſorum nouiſſimarum.* ad
tradita per *Abbatem conſ.99.ſub nu.5 par.2.*

quem

quem ſequuta fuit quoq; Rota apud Cardin.
Caualcr. deciſ. 494. num. 3. & apud Card. Se-
raphin. deciſ. 1149. nu. 10. & 11. Namq; hac
interpretatione conſeruatur magis diſpoſi-
tio, vt neq; fruſtrà legatum factum appareat,
atq; inutile futurum. vti Aphricanus lib. 6.
queſtionum in l. ſi quando quis vxori 112. in
princ. ff. de legat. 1. reſpondit. & Vlpianus in
d. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem. ff. de legat. 3. ſe-
quitur Gratianus. d. cap. 256. nu. 21. par. 2. fo-
71 renſ. Ratio autem non contemnenda vide-
tur; Quòd qui ad pia relinquit, pro anima
vtiq; relinquit, ſicuti expreſſim teſtator hic
pro ſua, ſuorumq; parentum anima reliquit:
72 Anima verò, vna, poſt Deum ſummè dile-
ctum, affectu, dilectioneq; proſequenda eſt:
omnibuſq; alijs præferenda. l. ſancimus 18. in
fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cùm infirmi-
73 tas. 13. de pœnitent. & remiſſionib. Quia pre-
tioſior illis eſt. can. præcipimus. 24. 12. q. 1. S.
Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. diximus reſponſ. noſtra
30. nu. 25. & reſponſ. 9. nu. 37. 38. & ſequent.
par. 1. Card. Tuſcus tom. 1. littera A. animæ fa-
uore. concluſ. 333. nu. 1. & quam curare vnuſ-
quiſq; debet, vti Menander etiam Gentilis
dixit: Animam cura tui ipſius in quantum
potes.

Cùm nihil proſit homini ſi vniuerſum
mundum lucretur, animę verò ſuę detrimē-
tum patiatur. Quam enim dabit commuta-
tionem pro anima ſua? Matth. 16. 26. Luc. 9.
25. cap. cùm Matthæus. 23. de ſimon.

74 Animam igitur plus quàm hęredes dilexit
teſtator, cùm quatuor centum pro ſacris of-
ferendis Capitulo pro anima ſua, parentūq;
ſuorum reliquit. Demonſtratiuè ergo, non
taxatiuè, illa reliquit, ex his, quæ D. Ioannes
75 Leonardus debebat. Quæ interpretatio vti
magis animæ fauorabilis ſequenda eſt. ad
tex. in l. Titia teſtamento. 40. §. fin. vbi Bart.
ff. de auro, & argento legato. deduximuſq;
pluribus d. reſponſ. 9. nu. 36. par. 1. Gratian. d.
cap. 256. num. 2. par. 2. Gizarellus d. deciſ. 81.
num. 1. & 2. & ipſemet teſtator hoc expreſſit
(vt ſupra perpendimus) cùm voluerit, legatū
perpetuum eſſe, ac perdurare voluntatem
ſuam.

Quibus omnibus perpenſionibus, veluti
pro coronide, & hæc nouiſſima addēda erit,
76 quod fauore piæ cauſę, cum pro anima aga-
tur, demonſtratiuè legatum factum cenſe-
tur. Vt in perpetuum perduraret. iuxta Sce-
uolæ ſenſum in l. annua his verbis 20. §. At-
77 tia fideicommiſſum. ff. de annuis legatis. Ex
cauſa potiſſimùm celebrationis miſſarum,
quæ perpetua eſt, vt adnotat Gloſſ. ibidem
verbo in perpetuum. allegat tex. in l. legatum
ita 17. in princ. ff. eod. quo loco Labeo, lega-
tum Attiæ relictum donec nubat, in annos
ſingulos deberi, reſpondet. Rationemq; red-
dit Gloſſ. ibidem verbo ſingulos circa fin.
78 Quia in teſtamentis plenius facienda eſt in-
terpretatio. Piæ cauſæ fauore præcipuè, vti
Ferrerius ad dictam deciſ. 8. Guidonis Papæ
notanter aſſeuerat verſ. Idq; propter priuile-
gium. ſententiæ verò huius anteſignanus
videtur fuiſſe Romanus ſingul. 432. incipien-
te quæritur an teſtator; ſiue 435. qui ita ſe,
alioſq; iuris peritos, quibus negotium de-
mandatum fuerat, pro Eccleſia S. Pauli Vr-
bis, iudicaſſe refert. eumq; ſequitur Tiraquel.
de priuileg. piæ cauſæ. priuileg. 63. in fin. verſ.
& hoc expreſſè voluit Romanus. quem in his
terminis noſtris fauore piæ cauſæ, quòd le-
gatum demonſtratiuè factum videatur ſe-
quuta fuit Rota in Rauennaten. legatorum
10. Decembris 1580. coram Vicecomite d. de-
ciſ. 662. ſub nu. 2. verſ. His accedit & fauor
piæ cauſæ. par. 1. diuerſorum, & d. deciſ. 442.
nu. 3. ead. par. & apud Card. Seraphin. d. de-
ciſ. 1058. nu. 2. vt etiam ſupra diximus nu. 32.
atq; etiam Rota in dicta Romana computo-
rum 1630. coram Merlino d. deciſ. 365. à nu.
35. ac præſertim nu. 43. par. 5. diuerſorum
nouiſſimar. Guido Papa d. deciſ. 8. qui ita cō-
cluſum fuiſſe dicit, cùm ageretur in illo le-
gato pro ſubſtentatione monialium, atq; cō-
ſequenter pro cauſa pia. Cardin. Mantica de
coniectur. lib. 12. tit. 6. nu. 24. & 25. Gratian.
d. cap. 256. nu. 29. par. 2. forenſ. Scipio Roui-
79 tus d. deciſ. 57. nu. 12. & nu. 14. licet ipſe in
contrariam pedibus eat ſententiam, quam
ſequitur Ioannes Baptiſta Thoro in ſum. pri-
uilegiorum piarum cauſarum. priuileg. 267.
& miramur non modicum, quod vir planè
doctus, ſummam agens priuilegiorum pia-
rum cauſarum, priuilegium hoc deſtruat po-
tius, quàm firmet; quod facere debuiſſet: Ve-
rùm quæ contra hoc priuilegium affert Ro-
uitus, licet argumentosè ſecūdum ſuam ſen-
tentiam, tamen in cauſa illa concluſum mi-
nimè fuit, cùm Domini Conſiliarij diuiſi in
paritate votorum fuerint. & Thorus eaſdem
omnino numero rationes, quas Rouitus, re-
fert: pro noſtra verò, etiā Romanę Rotæ de-
80 ciſiones ſunt. Quam ob cauſam aduerſa ſen-
tentia contra hoc priuilegium locum ha-
bebit fortaſsè, quādo expreſsè voluntas re-
pugnauerit diſponentis teſtatoris; eo enim
81 caſu magis pium fuerit voluntatem ſequi
teſtatoris Defuncti, quàm etiam piæ cauſæ
adhærere: quod eius voluntas lex ſit. vt de-
ducit Eminentiſſimus Cardin. Mantica de
coniecturis vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 3.
quem ſequitur Gratian. forenſ. par. 5. d. cap.
988. nu. 27. Cardin. Tuſcus tom. 1. littera A.
animæ fauore. d. concluſ. 333. nu. 1. & ſeq. ex
Martiano lib. 9. Inſtitutionum in l. ſi cui pu-
rè libertas. 31. in fin. princip. ff. ad Senat. con-
ſult. Trebelleian. ea ratione, quam refert, di-
82 cens: nec rurſus contra voluntatem defuncti
83 libertatem præſtandam eſſe. Alioquin iura
pietatis violantur, quę voluntatem ſeruari
defuncti ſuadent, quin non expreſsè mandēt.
vt Imperator Gordianus A. Iuſtæ reſpon-
dit in l. contrà voluntatem 7. C. de teſtamen-
taria

Digitized by Google

taria manumiſſione. diximus *reſponſ.* noſtra
12. *numer*. 34. *&* 35. *&* *reſponſ*. 20. *num*. 45.
part. 1.
84 Et quatenùs eſſet dubium, pro pia cauſa
reſpondendum ſemper eſſet; ad *tex*. in *l. ſunt*
perſonæ 43. *ff. de religioſ. & ſumptib. funerum*. *cap. fi. de ſentent. & re iudic. Tiraquell.*
de pia cauſa priuileg. 148. *Marta de iuriſdictione*. *part*. 4. *caſu* 164. *n*. 8. rationemq; red-
85 dit *n*. 9. quia pia cauſa animam reſpicit, &
quiſq; ſe magis charitatis ordine diligere
debet, quàm alterum, ad *tex*. in *l. præſes* 6.
vbi Gloſſ. & Doctor. C. de ſeruitut. & aqua.
Gloſſ. in cap. 1. verb. *ſicut te ipſum. de ſacra*
vnctione. cap. niſi ſpecialis. 3. vbi *Gloſſ*. verb.
eligemus. de author. & vſu pall. diximus *reſponſ*. 3. *n*. 45. *par*. 1. *&* *reſponſ*. 26. *n*. 5. *& ſeq*.
part. 2. *Cardinalis Tuſcus tom*. 6. *lit. P. pia*
cauſa habet ſpecialia. concl. 333. *num*. 78. 79.
& ſeq. & tom. 1. *d. concl*. 333. *Animæ fauore*.
d. tom. 6. *concl*. 337. *num*. 1. *& ſeqq. piæ cauſæ*
86 *in dubio*. Hanc proindè ob cauſam eſt, vt eã
ſemper in ambiguis ſequamur ſententiam,
quę pro anima eſt, ac pietati fauet. diximus
alios referendo *reſponſ*. 4. *numer*. 66. *& ſeqq*.
par. 1. *& reſponſ*. 13. *num*. 56. *& ſeqq. eadem*
parte, & pluribus *reſponſ*. 19. *nu*. 33. *& ſeqq*.
part. 3. *Cardin. Tuſcus dict. tom*. 6. *concl*. 337.
piæ cauſæ in dubio. *n*. 5. *& ſeq*. *Riccius* Epiſcopus Vici in *addit. ad dictum priuileg*. 148.
Tiraquell.
Firmum itaq; priuilegium hoc piæ cauſæ
87 fauore perſiſtet. Neq; obſtaculum ei facient,
quæ ex *deciſione præfata* 11. *de teſtamentis*
in antiquis Rouit. dict. deciſ. 57. *num*. 7. perpendit: quòd vana fuiſſet diſtinctio, quam
dicta deciſione Dominus Ponens adhibuit
inter legatum taxatiuè factum, & demonſtratiuè, ſi priuilegio perfrueretur cauſa
pia, vt ſemper demonſtratiuè loci, ſeù fundi
deſignatio facta videatur; vt ſignum hoc ſit
priuilegium prædictum firmum haud eſſe.
88 Argumentatur enim ipſe à poſteriori, quod
argumentum non ita ſemper firmum eſt.
Et patet, quòd in illa deciſione primarium
fundamentum fuerit, quia legatum expreſsè taxatiuè conceptum fuerat, vndè conſtabat de voluntate defuncti diſponentis, vt ab
illo fundo legatum ſolui deberet, & non ab
alio, ſicuti ex tota illa deciſione apertiſſimè
patet legentibus; neq; ſit ita piæ cauſę deferendum, vt contra defuncti voluntatem illa
locũ habeat, vt in ſuperioribus diximus,
89 quòd pietas ſit, voluntatem ſequi defuncti,
& vt eius ſit firmum iudicium, cui nihil hoc
ampliùs præſtari poſſit, poſtquàm ex hiſce
noſtris demigrauit, vti ſanctè Cæſar Auguſtus Conſtantius perpendit in *leg*. 1. *C. de*
Sacroſanct. Eccleſ. ſecus verò eſſe debeat, ſi
in dubium hoc reuocetur, taxatiuè ne, an
demonſtrationis gratia locum deſignauerit:
90 hoc enim caſu ſupplet lex, quod defunctus
non dixit, & ſi viuens interrogatus fuiſſet, dixiſſet: cum hæc ipſa interpretatio in animæ
ſuæ commodum cedat. iuxta Pauli ſenſum
lib. 12. reſponſorum in *l. Titius teſtamento*
25. §. *Lucius Titius, ff. de liberis, & poſth*.
vbi *Bartol. & Iaſ*. ſequitur *Tuſcus. d. lib*. 6.
lit. P. piæ cauſæ in dubio fauendum d. concl.
337. *num*. 4. & plura deduximus *reſponſ*. no-
91 ſtra 20. *num*. 65. *part*. 1. Id enim voluiſſe teſtator præſumitur, animę ſuæ quod prodeſt,
vt ex hac cauſa pijſſima ſubleuaretur, per
miſſarum celebrationem. iuxta Imperatoris
verba in § *ſi vnum de prædictis*. *circà fin*. *in*
auth. vt cũ de appellat. cognoſcitur. *collat*. 8.
92 ibi enim Imperator bona eorum, qui
nullis relictis liberis, in captiuitate diem videre vltimum, quamuis antè captiuitatem
ſcriptis ſupremis tabulis alios dixiſſent hæredes, qui eos è captiuis redimere neglegiſſent: ab his vti indignis ablatis, Eccleſijs
Ciuitatis, ex quibus orti ſunt diſtribui, applicariq; iuſſit. Rationem reddens: *Vt vnde*
illi à ſuis non ſunt redempti, (dicens) *aliorũ*
redemptio procuraretur; & ipſorum quoq;
animæ ex hac cauſa pijſſima ſubleuentur.
93 Quia hęc eſt prora, & puppis intentionis
teſtatorum, vt animæ eorum adiumentum
ex pia cauſa recipiãtur, vt *Tiraquellus* loquitur *de pia cauſa priuileg*. 56. *in fin. verſic. aut*
cum teſtator. perpẽdimuſq; *reſponſ*. noſtra. 4.
94 *num*. 74. *&* 75. *part*. 1. De animæ ergo ſalute cum agatur, abundantiùs agendum erit.
ad *text. in cap. fin. de presbytero non baptizato*. *cap. Iuuenis* 3. *de ſponſalibus*. diximus *d*.
reſponſ. 4. *num*. 57. Atq; firmum etiam priuilegium hoc habendum piæ cauſæ fauore.
Heredum proindè erit: & quod demonſtrationis cauſa debentis perſona legato adiecta ſit; & quod perpetuũ eſſe legatũ teſtator
voluit, & quòd debitum erat, atq; demùm
quòd pro anima reliquit, vt ſacra in ſingulos annos fierent, Capitulo per ſolutionem
facere ſatis, vt & teſtatoris, ſuorumq; parentum animæ ex hac pijſſima cauſa ſubleuentur.

Vt ex his, iudicio nec abiecto prudentiori, reſpondẽdũ cẽſuimus, quin iudicauimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

2 *Heredes pro hereditarijs partibus hereditaria agnoſcunt onera, etiam ſi pro legato hypothecaria agat legatarius. n*. 2.
Limita in legato pio pro ſacris ſingulis annis offerendis. n. 3. *& n*. 18.
Quia opus indiuiduum dicitur.
Vel ſi hypotheca, vel pignus intercedat. *num*. 19.
4 *Heres in ſolidum conueniri poteſt pro opere indiuiduo*.

Vel

Vel pro ſeruitute, cæteriſq; quæ diuiſionem non admittunt. n. 5.

In his enim, neq; petitio, neq; operatio diuiditur. n. 6.

Idem in legato alimentorum. num. 17. & num. 20.

Et in annua cenſuaria præſtatione. n. 21.

Piæ cauſæ fauore præſertim. n. 24.

9 *Seruitutis ſpecies eſt, Sacerdotes ad ſacris operandum, ſiue in dies, ſiue certis ſtatutis temporibus, teneri.*

Dicitur proindè opus indiuiduum. n. 8.

Et onus dicitur. n. 9.

10 *Sacerdos ſuas operas locare videtur pro ſacris operandis.*

Debetur ergo ei ex iuſtitia merces. n. 11.

Non quaſi ſtipendium ſacrificij, ſed ſubſtentationis. n. 13.

12 *Operanti merces debetur.*

14 *Legatum pro celebrandis diuinis officijs, vel ſacrificijs offerendis ſacerdotibus relictum, lucrum non dicitur, neq; ex liberalitate pendet.*

Sed eſt merces ex iuſtitia debita.

Quia Sacerdos interim ſua priuatur libertate.

15 *Legatum, quod ſeruitutem continet, diuiſionem non admittit.*

Quæcunq; ſeruitus fuerit.

16 *Genus de omni ſpecie prædicatur.*

18 *Legata pia in ſolidum peti poterunt ab vno ex pluribus hæredibus.*

19 *Poſſeſſor conueniri debet in actione pignoris, vel hypothecæ.*

20 *Actione funeraria hæredes in ſolidum conueniri poſſunt.*

21 *Hypothecaria competit pro annua cenſuaria præſtatione.*

Ita quoq; legatario pro legato conſequendo. n. 22.

Præſertim pro pijs legatis.

Ratio affertur. n. 23.

23 *Dominium legatorum ipſo iure tranſit in Eccleſiam, abſq; traditione.*

25 *Hæres in ſolidum conuentus, quod ſoluit pro portione ab cohærede repetit.*

ARGVMENTVM.

Agere ne poterit in ſolidũ legatarius pro pio aſſequendo legato aduerſus vnum ex ſcriptis hæredibus; an verò omnes pro hæreditarijs portionibus tenebuntur? Et quid in legato pro miſſis, & anniuerſarijs conſequendis? an in eis hypothecaria competat?

RESPONSIO XVI.

IN hac eadem cauſa in aliam quoq; itum eſt difficultatem. Agebat Capitulum aduerſus Clericum coniugatum Franciſcum Thomæum filium, & hæredẽ Ioannis Pauli hæredis, poſſeſſorem bonorum hæreditatis dicti quondam D. Iacobi, vt ipſe totum legatum ſolueret; ageret ipſe aduerſus alios cohæredes, tractari de legato pio in ſolidum conueniri vnum ex ſcriptis hæredibus poſſe. Inſiſtebat tamen Franciſcus: negotium hoc ſuam certam habere ex Imperiali reſponſione determinationem. in *l. pro hæreditarijs. 2. C. de hæreditar. actionib.* dabat autem verba Decij Cæſaris A. Telemachę ſcripta.

1 *Pro hæreditarijs partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in Fiſci rationibus placuit.*

Prouerbium Imperatorem nullum dicere. pro hęreditarijs partibus proindè ipſum non in ſolidum teneri. quem textum: etiam
2 quod pro legato hypothecaria agat legatarius, diffluere putant aliqui. diuiditur enim in hoc actio hypothecaria, ſicuti & perſonalis. ad *text.* in *l. 1. §. fin. C. communia de legat.* ſequiturq; *Vincent. de Franch. dec. 203. nu. 1. Ioannes Baptiſta Coſta tom. 2. oper. tract. de ratione rata q. 31. num. 4.* quem admittit *Gaſpar Anton. Theſaur. forenſ. quæſt. lib. 2. q. 67. num. 10. & ſeqq. Riccius collectan. 528. part. 3. Surd de aliment. tit. 9. q. 14. num. 14. Gratianus Rotę Marchiæ deciſion. 146. n. 2. & ſeqq.*

Verùm aduerſæ Franciſco ſententiæ inhærendum nobis, ſecundum ea, quæ in antecedenti propoſita facto fuere, è re magis viſum
3 fuit. Porrò, quod agebamus in legato pro ſacris in ſingulos annos Deo Altiſſimo pro teſtatoris anima, ſuorumq; parentum faciendis; erat proindè opus indiuiduum
4 in ſolidum propterea agi poterat. Vti Vlpianus *lib. 2.* fideicommiſſorum in *l. fideicommiſſa 11. §. ſi in opere, ff. de legat. 3.* expreſſiſſimis verbis docuit: ita inferens:

5 *Ergo & in ſtatua, & in ſeruitute, cæteriſq; quæ diuiſionem non admittunt, idem Marcus reſcripſit.* Rationem verbo *non admittunt Gloſſ.* ibidem affert. *Nàm quę diuiſionem non admittunt* (dicens) *tunc inſolidum ab hæredibus, & hęredibus debentur.* Quemadmodùm ſi opus fieri teſtator iuſſerit, inſolidum hęredes tenentur. do verba Vlpiani eod. §. ſi in opere. *Si in opere Ciuitatis faciendo aliquid relictum ſit: Vnumquenq; hęredẽ inſolidũ teneri Diuus Marcus, & Lucius Verus Proculę reſcripſerunt.*

Con-

Digitized by Google

Cōcinit huic Vlpiani dicto Pauli ſenſus ver-
bis expreſſus *lib.74.* ad edictum in *l. in exe-
cutione* 85. §. *ſecunda ad opus. ff. de verb. obli-
gationib.* ſatis diſertè dicentis : *Secunda ad
opus, quod teſtator fieri iuſſerit. nam ſinguli
hæredes in ſolidum tenentur: Quia operis ef-
fectus in partes ſcindi non poteſt.* Operis pro-
indè affectus, quem teſtator hic habuit, vt
pro eius, ſuorumq; genitorum ſalute, ſacris
operarentur ſacerdotes, cùm in partes ſcindi
non poſſit, operabitur, in ſolidum relicti vt
teneantur hæredes. erit igitur in ſolidū actio;
6 *Quia neq; petitio, neq; operatio diuiditur.* vt
Gloſſ. ibidem verbo *ſecunda ſpecies*. infert.
addens quoq; ac dicēs: *idē in omni ſeruitute.*
7 At ſeruitutis ſpecies eſt, Sacerdotes ad ope-
randum ſacris, vel in dies, vel certis tempo-
ribus à teſtatore deſignatis, teneri. vt poſt
Meneſium in *l. prædia* 6. n. 11. *C. de fideicom.*
ſequitur *Perez de Lara de anniuerſ. lib. 1. c.
18. nu. 5. & eod. lib. cap. 8. num. 27.* ſequutus
8 *Guidon. Papam deciſ. 432. nu. 17. in fin.* Erit
9 ergo opus indiuiduum. In ſolidum proindè
hæredes tenebuntur. Onus quippè eſt, quod
ſacerdotibus iniunctum eſt, ſacris vt operari
10 teneantur. Suas proindè locant operas. ad
tex. in cap. ſignificatum 11. *de præbend* vbi
Gloſſ. recepta. verbo *ita quod. verſ. Vincen-
tius ita arguit.* rationem reddens: *Quia ſic
operas ſuas videtur potius locare :* ſacerdos
11 ſcilicet ſacris operando addictus. Debetur
ergo eis ex iuſtitia merces. *Voca operarios,
& redde illis mercedem ſuam:* Pater familias
domus procuratori ſuo mandauit. *Matth.*
20. 8. Dignus eſt enim operarius mercede
12 ſua. *Luca.* 10. 7. vel cibo ſuo. *Matth.* 10. 10.
vt Dominus dixit. Sequutuſq; fuit Lucius
III. *cap. 1. de ſepultur.* & Clemens V. in Con-
cilio Viennenſi in *Clement. dudum.* 2. §. *ve-
13 rùm ne paroehiales. de ſepultur.* Non quaſi
ſtipendium ſacrificij, ſed ſubſtentationis, ex
iuſtitia: ſecundum *S. Doctorem Angelicum.*
2. 2. q. 100. *art. 2. ad* 2. & ibid. *Caietan.* atq; etiā
in *ſumma. verbo ſimonia in* 4. *regula.* dixi-
muſq; *reſponſ.* noſtra 5. *nu.* 35. 36. 37. *& ſe-
quent.* & *reſponſ.* 33. *num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 1.
14 Non ex mera propterea teſtatoris liberali-
tate hoc dependet legatum, neq; abſolutè
lucrum eſt legatarijs, ſed mercedis exhibi-
tio; quia ſuam interim locat ſacerdos liber-
tatem, contra quam debet totres ſe occupa-
tum tenere, & impeditum ab operibus alijs.
vt *Caietanus* perpendit *d. q.* 100. *art. 2.* & in
ſum. d. verbo ſimonia in 5. *regula:* & poſt *Bal.
in l. ab eo. C. de fideicommiſ.* ſequutus fuit *Sci-
pio Rouitus deciſ. 90. n. 16.* perpendens: onus
ſacrificij, legatum relictum, vt pro teſtatoris ani-
15 ma preces ad Deum fundant Religioſi. Ser-
uitutis itaq; ſpeciem ſapit. pro omni verò ſer-
uitute diuiſionem legatum non admittit.
non eximentur proindè hæredes, ne in ſoli-
dum teneantur. vt ex *d. tex.* in *l. fideicōmiſſa*
11. *ſ. ſi in opere. de legat.* 3. in initio diximus.

abſolutè quippè ibi Vlpianus (*Et in ſeruitu-
te*) dixit; nullam diſtinguens ſeruitutum ſpe-
ciem. & *Gloſſ.* in *d. l. in executione* 85. §. *ſecū-
da ad opus* in eodem verbo *ſecunda ſpecies*.
Idem in omni ſeruitute, eſſe, profeſſa eſt. Non
ergo & hæc eximetur ſeruitutis ſpecies.
16 Quia nimirum de omni Genus ſpecie præ-
dicatur. ſecundum *Ariſtotelem* 1. *topicor.* 4.
& Noſtrates in *l. omnes.* 3. vbi *Angelus. C. de
præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum.* & ex Venulei.
ſenſu *lib. 6.* ſtipulationum in *l. ſi duo.* 52. *in fi.
ff. de adminiſtrat. & periculo tutor. can. 1. in
fin. 1. diſt.* diximus *reſponſ.* noſtra 29. *nu.* 10.
par. 1.
17 Præterquàm quod, idem, quod aſſerimus,
teneri hæredes in ſolidum, in legato alimen-
torum, ſubſtinent nonnulli, ad Vlpiani ſensū
lib. 2. de officio conſulis in *l. ſolent Iudices.* 3.
ff. de aliment. & cibar. legat. inter quos eſt
Gloſſ. in *d. l. pro hæreditarijs.* verbo *placuit. in
4. limitat.* in futuris præſertim alimentis, non
iam præteritis. vt ſubſtinet *Vincen. de Frāch.
d. deciſ.* 203. ſequitur *Gaſpar Antonius The-
ſaur. d. q. 67. nu. 1. & ſeq.* licet ſanè ipſe diſtin-
ctione vtatur, tota illa quæſtione. a *nu.* 5. ſe-
quiturq; *Riccius d. collectan.* 528. *par.* 2.
18 Vt idem eſſe iure quàm meritiſſimo, in
pijs legatis, cauſiſq; alijs pijs debeat, ac præ-
ſertim pro ſacris Deo Altiſſimo offerendis in
animarum in purgatorijs pœnis purgantium
expiationem. vt ex *Guidone Papa deciſ.* 576.
nu. 3. admittit *Riccius d. collectan.* 528. & ſi-
quidèm *Guido Papa ibid. num. 3. verſ. ſed an
cauſa.* non ita apertè loquatur. ſequiturq; *Io-
annes Baptiſta Thoro in ſumma priuileg.
piarum cauſar. priuileg. 202. circa fin. Marc.
Anton. Genuenſ.* Epiſcopus Iſernien. *in præ-
cticabilib. Eccleſiaſtic. q. 245. nu. 2. in fin. &
nu. 3.* Sempronius *Aſcia determinat.* 110. *nu.
3. & ſeq. Euerard. loco ab alimentis ad piam
cauſam.*

Obſtaculum verò haud faciebat Impera-
toris Decij in *d. l. pro hæreditarijs* determi-
natio. Ipſemet nempè Cæſar ibidem in ſe-
quentibus verbis generalem illam compri-
19 mit regulam: *Niſi* (dicens) *intercedat pignus,
vel hypotheca; tunc enim poſſeſſor obligatæ
rei conueniendus eſt.* Ita Decius Cæſar. eiq;
alijs modis reprimit *Gloſſ. ibid. d.* verbo *pla-
20 cuit.* in alimentis præſertim; & propriùs ad rē
noſtram in actione funeraria, ſequitur *Ioan-
nes Baptiſta Coſta de ratione rata q. 73. nu.
1. & ſeq.* & in annua cenſuaria præſtatione,
21 quod actio hypothecaria ſit ex magis verio-
ri ſententia ſequutus fuit Senatus Pedemon-
tanus apud *Gaſparem Antonium Theſaurū
forenſ. par. 2. q.* 85. quem refert etiam *Riccius*
22 *d. collect.* 528. *par.* 3. At legatario, vt relictum
conſequatur legatum, hypothecaria compe-
tit. præſertim verò ſi ral·a pijs actibus ſint de-
putata. vt Imperator Iuſtinianus decernit in
d. l. 1. §. ſi enim teſtator. C. comunia de legat.
dixit *Rota apud Card. Seraphin. deciſ.* 1394.

23 *nu.3.* ex ratione, quam *nu.6.* refert: *Cum fauore Eccleſiæ* (dicens) *tranſeat in eam ipſo iure actiuum alſq; traditione, vt per I. ſ. in l. vlt. de ſacroſan. Eccleſ. num.10. Peregrin. de fideicommiſſ. art.2. nu.61. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ. priuileg.39.* & ſequuta fuit Rota in *Melphitten. legati pij. 24 Ianuarij 1629. coram Dunozetto par.5 diuerſorum nouiſſimarum deciſ.238. nu.10. Ioan. Baptiſta Thoro in ſum. priuileg. piarum cauſarum priuileg.243.* & ſequutus fuit *Guido Papa d. deciſ.576. nu.3.* & eum admittit *Aluar. Valaſcus de iure emphyteot. q.32. nu.20.* Idem *Guido Papa deciſion.432. numer.17. in fin.* vbi *Ferrerius* addens *circa finem verſic. Hoc*
24 *etiam locum habet* (dicens) *in redditibus fauore piæ cauſæ relictis, vt ſunt annuæ penſiones pro anniuerſarijs, & ſimiles. de quibus Guido Papa infra q.576.* ſic ille. *Couar. in cap. Raynutius. §.10. nu.7. & 8. de teſtament.*

Inſolidũ proindè aget legatarius pro pio conſequendo legato. Iure ergo egit Capitulum aduerſus Franciſcum, vt inſolidum ipſe
25 legatum ſolueret, repetiturus pro portione ſoluta ab alio cohærede. iuxta *d. l. fideicõmiſſa 1. §. item ſi quis certam. & d. § ſi in opere. de legat.3.*

Atq; ita ex his, ſaniori iudicio non abiecto, reſpondimus, & iudicauimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Vtriq; hæredes cùm inter ſe ſe concordaſſent, Clericus Franciſcus Thomæus quatuor centum Reuerendo Capitulo in tot bonis ſtabilibus, (oliuarum ſcilicet vineis) ſoluit, atq; ita litium anfractibus præciſa via eſt, quam ſententiam probandam eſſe duximus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluitur ſanguinis, vel ſeminis effuſione.*
Veluti etiam homicidio, vel vulnere intus illam inflicto. nu.2.
Sanguis autem debet eſſe humanus.
Et cum iniuria effundatur.
Quia tunc iniuria irrogatur Eccleſiæ n.4.
5 *Dominus noſter eijcit vendentes, & ementes de Templo.*
Quia domus orationis eſt, nec debet fieri ſpelunca latronum.
Multò minus ſicariorum ſpelunca nu.6.
7 *In Eccleſia nec ridendum quidem ex S. Chryſoſtomo.*
8 *Eccleſia non polluitur, ſi ſanguis effundatur caſu, vel ſine voluntate, vel ioco. & n.9.*
Etiam ſi mors poſtmodum indè ſequatur. num.10.
Quia ipſa mors hoc caſu inuoluntaria eſt. num.13.
Ac proindè materialitèr tantùm.
11 *Mors ſubſequens cauſæ potiori aſcribenda eſt.*
12 *Eccleſiæ fauore reſpondendum in dubio eſt, illam non fuiſſe pollutam.*
14 *Eccleſia non polluitur, ſi ſanguinis, ſeminiſq; effuſio occulta fuerit.*
Quia Eccleſia de occultis non iudicat.
Sufficit tamen (vt illa polluta dicatur) ſi ex poſt facto publicetur, atq; publicum efficiatur. nu.15.
Etiam partium ipſarum confeſſione.

ARGVMENTVM.

Eccleſia ſanguinis humani effuſione polluitur, vel ſeminis. Quid verò ſi effuſio ioco acciderit, ac conſequentèr caſualitèr? & quid ſi indè poſtmodùm mors ſubſequuta fuerit? quiduè ſi factum fuerit occultum, poſtmodùm verò publicum effectum?

RESPONSIO XVII.

DIebus hiſce proximè elapſis menſe Maij, cùm eſſent in quadam Cappella, ſeu Eccleſia S. Apoſtolo Andreæ dicata, Terræ Iuliani Auerſanen. diœceſis, Iulianus Ciminus, & Scipio Cacciapotus, & vna ſecum luderent, iocarenturq; Iulianus cultrum (vulgo nuncupatum ſella pane) ad incidendum panem aptum, manu tenebat, quo (& ſiquidem ioco) minabatur Scipioni, ne ad eum propè accederet, cùmq; ille ad accedendum inſiſteret, cultro prædicto ſiniſtro in latere vulnus accepit, ex quo maxima ſanguinis effluxit copia; domum ſe recepit, Chyrurgus verò vulnus aperuit, indeq; ad nonnullos dies incrudeſcens vulnus Scipioni mortem peperit. Quam ob cauſam in dubium itum eſt, eſſet ne ob ſanguinis effuſionem, vel ob mortem indè ſecutam polluta Eccleſia prædicta, vt reconciliatione, vel noua benedictione opus eſſet? Conſulti proindè nos, neq; Eccleſiam pollutam eſſe, neq; reconciliatione conſequẽter indigere reſpõ-
1 dimus. Polluitur quippè Eccleſia humani ſãguinis, aut ſeminis effuſione. *cap. vnico. de*
2 *conſecrat. Eccleſ. lib.6.* veluti homicidio, vel vulnere intus Eccleſiam inflicto. *cap. propoſuiſti 4. eodem tit. extrà. vbi Gloſſ.* Iginius

Papa

Papa *can. ſi motum* 18. & ex Concilio Nicæ-
no *can. Eccleſijs. 19 de conſecrat. diſt.* 1. ibi:
niſi ſanguinis effuſione, aut cuiuſq; ſemine
pollutæ fuerint. qui canon eſt repertus *diſt.*
68. can. Eccleſiis. Sylueſt. ſum. verbo conſe-
cratio 2. n. 5. Pater Suarez in 3. par. Diui Th.
tom. 3. diſput. 81. ſect. 4. Nauar. man. cap. 27.
nu. 256. Ioan. Azor. Inſtitut. moralium par.
1. lib. 10. cap. 26. q. 13. Stephanus Fagundez
de quinq; præcept. Eccleſ. præcept. 1. lib. 3. c.
14. num. 8. ſeq. & 14. Ferdinandus à Caſtro
Palao moralium tom. 3. tract. 11. de reueren-
tia debita locis ſacris. diſp. 1. puncto 1. nu. 1
Tolet. inſtruct. ſacerdot. lib. 5. cap. 8. num. 7.
impreſſione Romana anno 1636. Homobonus
de Bonis in examine Eccleſiaſtico tract. 4. c.
14. q. 138. & par. 2. tract. 12 cap. 3. q. 6. in 2.
ſuppoſito. Barboſa de officio Epiſ. par. 2. alle-
gat. 28. n. 30. & ſequentibus. Lælius Zecchius
de caſibus reſeruat. caſu 11. Auila de cenſuris
par. 5. diſput. 7. Sayrus in Theſauro caſuum
conſcient. lib. 5. cap. 16. nu. 2. & ſeq.

3 Sanguinis quidèm effuſione, ſi humanus
fuerit, & cum iniuria effundatur. vt *Gloſſ.* lo-
quitur *d. cap. vnico. de conſecrat. Eccleſ. in 6.*
4 verbo *ſanguinis*. humani (dicens) & iniurio-
ſi. Quia nimirum tunc iniuria per irreueren-
tiam irrogatur Eccleſiæ, cùm in illa huma-
5 nus ſanguis iniurioſè effunditur. Si enim vē-
dentes, & ementes in templo, ab illo eijecit
Dominus, quòd domus orationis ſit, vt fieri
non debeat ſpelunca latronum. *Matth.* 21.
6 12. *Ioan.* 2. 16. Ferentur ne, qui iſtam ſycario-
rum ſpeluncam fecerint humanum ſangui-
7 nem fundentes? quando nec ridendum quidē
in Eccleſia ſit. quod ex S. Ioan. Chryſoſtomo
aduertit *Lælius Zecchius d. caſu 11. de caſi-*
8 *bus reſeruatis*. Cum iniuria verò non ſit ef-
fuſio, ſi caſu illa accidit, ac ſine voluntate, vel
ioco. *Gloſſ. d. cap. vnico. de conſecrat. Eccleſ.*
lib. 6. verbo *ſanguinis*. dicens: *vel humanus*
ſanguis caſu effundatur, quam ſequitur *Na-*
uar. man. d. cap. 27. nu. 256. verbo dixi iniu-
rioſè. Suarez d. diſput. 81. ſect. 4. §. 2. violatur.
Ioan. Azor. d. cap. 26. q. 13. Fagundez d. lib. 3.
cap. 14. nu. 14. & 15. Syluest. d. verbo conſe-
cratio 2. nu. 5. Tolet. d. lib. 5. cap. 8. nu. 7. verſ.
2. eſt iniurioſa. Sayrus d. lib. 5. cap. 16. nu. 3.
& 4.

9 Fuit igitur iocoſa hæc ſanguinis effuſio
per vulnus illatum in perſonam Scipionis, ac
conſequenter caſualis; quia inuoluntaria, &
fortaſſis culpa ipſius Scipionis, qui nimis ani-
moſè voluit ſe ſtringere cum Iuliano, non
itaq; iniurioſa. Non ergo polluta fuit Eccle-
ſia. nulla proindè reconciliatione indiget.
Suarez optimè *d. diſput. 81. ſect. 4. §. ſecundo*
violatur. Fagundez d. cap. 14. nu. 15. Azor.
d. cap. 26. q. 13. Tolet. d. cap. 8. nu. 7. aliiq; ſupra
paulò ante relati.

10 Neq; ad rem facit, vt iniurioſa ſanguinis
effuſio æſtimari debeat; quòd mors ex vulne-
re ſubſequuta fuit. Cùm, quòd dubium ad-
huc eſt, an ex vulnere, vel verò ab incuria
medici, vel ex ipſa Scipionis inobſeruantia,
11 mors accita fuerit, vt cauſæ potiori aſcriben-
da illa ſit potius. quod nos pluribus deduxi-
12 mus *reſponſ. 3. à nu. 27. par. 3.* In dubio verò
fauore Eccleſiæ reſpondendum ſit, vt Eccle-
ſia nō polluta æſtimetur. vt ſequitur *Fagun-*
dez d. cap. 14. nu. 13. in fi.

13 Tùm, quod mors inuoluntaria fuit, ſicuti
inuoluntarium vulnus, atq; ſanguinis effuſio,
atq; caſu, non iniurioſè, vnde materialiter
tantum perpenditur, non formaliter mors
ipſa ſubſequuta. quod poſt *Victoriā in ſum.*
nu. 99. perpendit *Suarez d. diſput. 81. ſect. 4.*
§. ſecundo violatur. in fin. & eum ſequitur
Fagundez d. cap. 14. nu. 15. & nu. 17.

14 Nihil verò operabatur, quòd vulnus oc-
cultum fuit, atq; proindè ſanguinis effuſio;
cùm Eccleſia de occultis nō iudicet. *Victor.*
in ſum. d. nu. 99. in fi. Nauar. man. d. cap. 27.
nu. 256. in fin. Suarez d. diſputat. 81. ſect. 4. §.
ſecundo dubitari ſolet. Fagundez d. cap. 14.
num. 31. & ſeq. Barboſa d. allegat. 28. num. 37.
Sayr. d. cap. 16. nu. 10.

15 Quia ſat fuit; factum, quod primò occul-
tum erat, quia nemo alius præſens adfuit,
partium ipſarum confeſſione publicum
poſtmodùm eueniſſe, quod probat *tex. in*
cap. ſignificaſti. 5. de adulter. quatenus ad
mulieris confeſſionem adulterium in Eccle-
ſia patratum fuiſſe dicentis, Eccleſia recon-
ciliatur. ſequitur *Nauar. dict. num. 256 in*
fin. Victoria d. n. 99. etiam in fin. Suarez dict.
ſect. 4. §. ſecundo dubitari ſolet. Fagundez
d. cap. 14. num. 31. 32. & 33. Barboſa d. alle-
gat. 28. nu. 37. & ſeqq. Homobonus de Bonis
dict. tract. 12. cap. 3. q. 6. in 2. ſuppoſito. in fin.
Sayr. d. cap. 16 n. 11.

Atquè ita ex his, cenſura non abiecta cō-
ſilij purioris, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum mutabile eſt eſſe, ac varium.*
2 *Mulieres à mollitie dictæ.*
Quin non à malitia ſecundum quoſdam.
Quia verò mutabiles à teſtimonio ferendo repulluntur. n. 3.
Nihilq; muliere leuius. n. 4.
Eiuſq; epitheta. n. 5.
Mulierum ſexus incautus, & mollis eſt. ex Chryſoſtomo. n. 6.
Sunt inconſtantes, pueriſq; ſimiles. n. 7.
Earumq; voluntas mobilis.
8 *Donatio libera voluntate perfecta, irreuocabilis eſt.*
Perfecta verò quomodò dicatur? n. 9.
10 *Temerè quid fieri, eſt ſine cauſa fieri.*
11 *Donationes ſemel libera voluntate factas re-*

noeare inciuile eſt, atq; in uſitatum.
12 Donare, vel non donare à libera voluntatis principio procedit.
Factas verò ſemel firmas, in poteſtate non eſt amplius donantis.
13 Cauſa, quæ Deo donatur, nuſquam deficit.
14 Donationes in pias factæ cauſas irreuocabiles ſunt.
Nec reuocari poſſunt, cauſa, quod conſanguinei non interuenerunt. n. 38.
Impiè igitur reuocantur, quia Deo ſunt factæ. n. 15. & n. 18.
Neq; abſq; ſacrilegij nota. n. 21.
Ratio affertur. n. 25.
16 Religioſi viri Caſtra Dei ſunt, & Chori Caſtrorum.
17 Locus Canticorum 7. 1. quid videbis in Sulamite, niſi Choros caſtrorum. allegoricè expenditur.
19 Dona à Deo diuinum quid efficiuntur, eiq; ſanctificantur.
20 Quæ religioſis adhærent, religioſa efficiuntur.
22 Deo ſemel dicatum, ſanctum ſanctorũ eſt.
Neq; ad humanos vſus transferendum.
23 Diſtinctio eſſe debet inter res humanas, & diuinas.
24 Diuini iuris quæ ſunt, humanis nexibus alligari, legibus vetitum.
26 Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, & irreuerentia.
27 Sacrilegus eſt, qui publica ſacra compilauit.
28 Capuccini ex regula bonorum incapaces ſunt.
Non tamen eorum puritati regula repugnat, ſi relinquatur in Monaſterium conſtruendum, vt ipſi illud incolant. n. 29.
Rerum verò omnium nudum tãtum facti vſum habent. n. 31.
30 Monaſteriorum, & bonorum pro Fratribus Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia pœnès Eccleſiam Romanam eſt dominium.
32 Incapacitas bona retinendi vel in particulari, vel in communi pœnès Fratres Minores eſt, non pœnès eorum Eccleſias, & Monaſteria.
33 Legata vini, olei, frumenti, aliarumq; rerum pro cultu diuino ſubſtinentur, etiam Fratribus Minoribus facta.
34 Eccleſiæ, vel Monaſterio conſtruendo iure dari, vel legari poteſt.
Quia Deo donatio acquiritur, iſq; à donãte contemplatur. n. 36.
Non ſolùm titulo vniuerſali, ſed etiam particulari. n. 37.
35 Poſthumo naſcituro donari, vel relinqui poteſt.
37 Deo donata, eius efficiuntur, non titulo ſolùm vniuerſali, quia Dominus eſt omnium.
Sed etiam particulari, quia deſinunt eſſe in dominio aliorum.
39 Solemnitates Iuris Ciuilis ceſſant in his, quæ Deo dantur.
Vel pia cauſa.
40 Firma perſeuerant, quæ mutari non poſſunt.

ARGVMENTVM.

Donatio inter viuos ſemel perfecta irreuocabilis perſeuerat. Et quid ſi in conſtruendum Monaſterium conferatur pro Patribus Capuccinis, an, eo ſolùm reſpectu reuocari potuit, quòd incapaces ſint? In quo verò hæc eorum incapacitas conſideretur, exponitur. Cuiq; rerum Fratribus Minoritis de Obſeruantia donatarum dominium acquiratur? Et eorum Eccleſiæ capaces ne ſint legatorum pro diuini cultus vſu? In extruendam Eccleſiam donari, vel relinqui num poſſit?

RESPONSIO XVIII.

1 Variũ, & mutabile ſemper fœmina. Latinus Poeta. 4. *Aeneidos*. nõ ab re mulierẽ nũcupauit, quod inſtabilis ſit, faciliſq; moueri. Vndè à
2 mollitie mulierẽ dictã voluere nõnulli, quãuis *Tuillius* ad *emblema* 196. *Alciati*. verbo. *molli quam pede*. à malitia dictam velit. Audi verba eius. *Alluſio tacita ad mulieris nomẽ, quod à mollitie dictum velint. Ego potius à malitia, etiam repugnante toto Grammaticulorum Senatu.*
3 Quia igitur mutabilis: *Iſidorus lib. Etymologicarum* relatus *cap. forus. 10. §. teſtes. de verborum ſignificat. extrà.* à teſtimonio ferendo mulierem repellit: rationem reddens: *Nam varium, & mutabile teſtimonium ſemper fœmina producit.* Quo loco *Gloſſ. verb. varium* diſticon refert.
4 *Quid leuius fumo? flamen. Quid flamine? ventus*
Quid vento mulier. Quid muliere? Nihil.

Pam-

5 Pamphilius quoq; Poeta de fœmina lo-
quens:

Fallax, improba, ſæua, triſtis, amens,
Infima inſtabilis, procax, petulca
Quæq; eſt fæmina.
Et idem alio loco;
Labilis, inconſtans, præceps, mutabilis, ar-
dens,
Inſulſa ferox.
Ouidius etiam dulciſono metro.
Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes,
Nec folia Hyberno tã tremefacta Noto.
Quam cito fœminea non conſtat fœdus in
ira:
Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis.
Propertius verò
Nulla diù fœmina pondus habet.

Sanctus quoq; *Ioannes Chryſoſtomus* aureũ
illud os *homilia* 44. *in cap.* 23. *Matthæi* in
opere imperfecto in initio, ſequentibus ad
rem mulierum ſexum deſcribit: *Sexus mu-*
6 *lierum incautus, & mollis eſt. Incautus qui-*
dem, quia non omnia, quæ videt, aut audit, cũ
ſapientia, & ratione conſiderat: mollis autem,
quia facile flectitur, vel de malo in bonum,
vel de bono ad malum. Sic Sanctus ille. quam
autem molles ſint, ac leues, & inſtabiles per-
ſpice ex facto, quod narramus.

Lucretia Piſtoia vidua, relicta quondam
V. I. D. Nicolai Paterni Terræ Faſani Pro-
uinciæ Baren. anno 1634. donationis titulo
irreuocabiliter inter viuos manu publici
Notarij Ioannis Franciſci Galatolæ, reuoca-
to teſtamento per eam non multò ante fa-
cto, confirmato tamen eo quòad dotẽ du-
catorum tercentum pro omni paragio Mar-
tiæ Paterno eius filiæ relictam, reſiduum bo-
norum donauit, vt de eo Eccleſia conſtrua-
tur, ſiue Conuentus pro Patribus Capucci-
nis in eadem Terra Faſani; datis etiam certis
exequutoribus, qui Conuentum cum Eccle-
ſia conſtruerent. adiectis clauſulis, vt nullo
pacto reuocari valeat donatio, quin confir-
mata multò magis ſemper videatur, vt vt eã
reuocare tentaſſet. omniaq; iuramento con-
firmat: reſeruato tamen ſibi, quoad vita co-
mes fuerit, vſufructu bonorum omnium; ſed
quod eius poſt ſuprema funera Conuentus
7 extruatur. Vt autem ſunt mulieres incon-
ſtantes, pueriſq; ſimiles (vti *Terentius* in
Phormione dixit.

Mulieres ſunt fermè vt pueri leui ſentẽtia.
& *Seneca* de remed. fortunarum: *Nihil tam*
mobile, (inquit) *quàm fœminarum voluntas.*
& Æſopus: *Leue fœminarum genus.*) anno
1640. alterius notarij manu, factam pro ex-
truendo Conuentu donationem, reuocat; fi-
liaſq; iam nuptui traditas, ac dotatas hære-
des inſtituit. Sed nouiſſimis diebus ſupremo
fati die extincta Lucretia; In Tribunali Fa-
bricæ litigium aduerſus prætenſos hæredes
agitatur, ſequeſtro adiecto bonis, quæ fuerũt
quond. Lucretiæ, vt erectioni Conuentus, &
Eccleſiæ pro Patribus Capuccinis & princi-
pium, initiũq; dari poſſit. De duobus igitur
diſceptatio orta fuit. Primum ſubſiſtat ne
donatio, vel in irritum abierit propter ſub-
ſequutam reuocationem? Secundum, firma
ne fuerit donatio, vel ex eo ſaltim nutarit,
quòd incapacibus, vt Patres Capuccini ſunt,
facta fuerit? Conſulti proindè nos, quoad
vtrumq; caput donationem firmitatem ha-
bere reſpondimus.

8 Firmamus primum. Libera voluntate Lu-
cretia pro animæ ſuæ ſalute in extruendum
Conuentum donauit: ſuamq; voluntatẽ ſcri-
pto manifeſtam reddidit. fuit ergo perfecta
donatio. Firma ergo illa fuit, nec reuocari
potuit. Firmatur ſillogiſmus Imperatoris
ſanctione in §. *alia autem donationes. Inſti-*
tut. de donation. Donationum nempè diſtin-
ctionem tradens ibidem Imperator, dona-
tionumq; inter viuos memoriam faciens, in-
fert: *Quæ* (donationes videlicet inter viuos)
ſi fuerint perfectæ, temerè reuocari non poſ-
9 *ſunt. Perficiuntur autem cùm donator ſuam*
voluntatem ſcriptis, aut ſine ſcriptis manife-
ſtauit. ita Imperator.

Manifeſtauit ſuam volũtatem ſcriptis Lu-
cretia, atq; libera voluntate in conſtruẽdum
Conuentum pro Patribus Capuccinis bona
ſua donauit. Perfecta proindè fuit donatio,
ni temerè propterea reuocari non potuit:
Reuocauit. temerè idcirco reuocauit eam.
10 Temerè *Gloſſ.* ibidem dicit: *id eſt ſine cau-*
ſa. & §. *ſciendum eſt tamen. Inſtitut. eod. tit.*
ſequiturq; *Gloſſ.* cauſas quoq; enumerans, ex
quibus donatio reuocari poſſit. in *cap. fin.*
verbo *propter. in fin.* in additionib. *de dona-*
tionib. tex. in l. perfecta 4. *C. de donat. quæ ſub*
modo l. 1. *& l. ſi donationem* 5. *& l ſeq. ac l.*
penult. & fin. C. de reuocand. donation. l. 1. *&*
l. Ariſto. 18. *ff de donat.* At ſine cauſa dona-
tionem reuocauit Lucretia. ergo temerè. er-
go inualidè. *Clarus* § *donatio q.* 1. *nu.* 2. *Vi-*
uius deciſ. 257. *num.* 1. *Iacobus Thomingius*
deciſ. Lipſien. 8. *nu.* 12. diximus *reſponſ.* noſtra
14. *nu* 13. *par.* 2. *Ioan. Baptiſta Coſta tom.* 1.
operum. tract. reintegra quid liceat, vel non.
diſt. 1. *nu.* 3. *Gregorius de Cabedo decis. Luſi-*
tan. 95. *nu.* 12. *&* 13. *par.* 2. *Surdus de aliment.*
tit. 9. *q.* 23. *nu.* 8. *&* 9 *Cardin. Mantica de ta-*
cit. & ambig. tom. 2. *lib.* 13. *tit.* 3. *nu.* 7. ſequu-
ta fuit Rota in *Romana pecuniaria* 20. *Iunij*
1622. *coram Buratto. deciſ.* 640. *num.* 13. Et
planè inualidè:
11 *Inciuile eſt enim, atq; inuſitatum habetur:*
(ita Imperatores Diocletianus, & Maximia-
nus in *l. inciuile* 12. *C. de reuocand. donatio-*
nib. loquuntur) *ſemel voluntate libera factas*
donationes, atq; translato dominio in dona-
tarium, temerè, ac ſine cauſa reuocare.

Neq; porrò ſufficiens cauſa æſtimatur, fri-
uolis prætextibus ſemel perfectè factas do-
nationes infringere. Suadeant hoc verba
Imperatorum eorundem in *l. velles.* 6. *C. de*
reuo-

reuocand.donat. ad Herenniam ſcribentes.
12 *Velles,nec ne filio tuo prædia,itemq; manci-*
pia donare,fuit initio tibi liberum. Deſine
itaq; poſtulare,vt donatio, quam perfeceras,
reuocetur ſub prætextu mariti,& liberorum
abſentiæ: Cùm huius firmitas ipſorum præ-
ſentia non indigeat. Fuit quidem liberum in
initio, vellet nec ne Lucretia donare: poſt-
quàm autem, vt conſtrueretur Conuentus,
donauit;deſijt ei libertas ſemel perfectā do-
nationem reuocādi.Non equidem cuiq; ho-
minum irreuocabiliter inter viuos, reſeruato
ſibi vſufructu,dum vitali adhuc frueretur
aura,illa donauit: ſed omnia potenti, ſum-
moq; omnium Parenti, ac plaſmatori Deo,
in Conuentus extructionem pro Patribus
Capuccinis,vt in illo diù,noctuq; eidem lau-
des perficerent,& in animæ ſuæ ſalutem,de-
dit.
13 Nunquam verò hæc deficit cauſa. Non
niſi temerè reuocatio proceſſit. Audias(quę-
ſo)legiſlatorem Cæſarem Iuſtinianum in *l.*
ſi quis argentum. 35. *§.fin.C.de donationib.*
rem hanc diſertiſſima, pijſſimaq; ſanctione
decidentem.
Cùm enim in arbitrio cuiuſq; ſit hoc face-
re,quod inſtituit:oportet eum vel minimè ad
hoc proſilire;vel cùm ad hoc venire propera-
uerit:non quibuſdam excogitatis artibus ſuũ
propoſitum defraudare,tanquam indeuotio-
nem quibuſdam quaſi legitimis velamentis
14 *protegere. Tantòq; magis hæc firma eſſe, ſi*
pijs actibus,vel religioſis perſonis donatio de-
putata ſit:monimentorum obſeruatione in
his modis, ſecundum quod ſpecialiter à nobis
in huiuſmodi caſibus prædictum eſt,obſeruã-
da:ne in præfatis cauſis ex quibuſdam machi-
nationibus,non ſolum indeuotus,ſed etiã im-
pius donator intelligatur:pœnaſq; non ſolum
legitimas;ſed etiam cœleſtes expectet. Reſq;
donatas in omnibus ſupradictis caſibus, non
ſolum eos,dùm ſuperſunt,ſed etiam eorũ ſuc-
ceſſores reddere compelli,non tantum ijs,in
quos donatio facta eſt,ſed etiam eorum hære-
dibus. ſic Iuſtinianus Cæſar.
15 Ne dum itaq; temerè,quin non impiè fa-
ctæ ſemel Deo donationis reuocatio pro-
ceſſit. Compellendi igitur ſucceſſores erunt
Lucretiæ,vt malè accepta reddãt. & diuitias,
quas deuorauere,euomant:& de ventre eo-
rum etrahat eas Dominus.vt *Iob.*patientiſſi-
mus. 20. 15. de viro impio loquitur. Dica-
turq; eis quod ſapientiſſimus Salomon *pro-*
uerbiorum 23. 8. quibuſdam conſilium præ-
bens dixit: Cibos,quos comediſtis, euomi-
16 re. Vt Conuentus extrui valeat,quod Patres
Capuccini incolere poſſint,Caſtra Dei viuẽ-
tis,Choriq; caſtrorum. Sic enim de Eccleſia
17 Dei,amans,quin eã deperiens ſponſus(*Can-*
*ticor.*7. 1.)loquitur.*Quid videbis in ſunami-*
te,(dicens)*niſi choros caſtrorum*? Sulamitis
Eccleſia eſt. Chori Caſtrorum. præcintos fi-
deles ſignificant,Deum diu, noctuq; laudan-
tes:exultationes Dei ſunt in gutture eorum,
& gladij ancipites in manibus, contra ſpiri-
tualia nequitiæ in cœleſtibus. vt Apoſtolus
Doctor Gentium loquitur ad *Epheſios* 6. 12.
& ex Patribus deducit *Martinus del Rio in*
Cantica.d.cap.7.ſect.1.verſ.ſignificat iam ip-
ſam. Hi vt Conuentum hunc extruendum
Chori Caſtrorum incolerent, bona ſua do-
18 nauit Lucretia.Donatio igitur Deo acquiſi-
ta fuit. non potuit proindè graui abſq; pia-
19 culo reuocari. Quæ enim Deo donantur,
attutum per donationem Deo ſanctificãtur,
atq; diuinum quid efficiuntur. ſecundum *S.*
Thomam 2.2.q.99 art.1.in reſponſ. & docet
Paulus Iure Conſultus in *l. quæ religioſis.*44.
20 *ff.de rei vendicat.*ex regula, quòd quæ reli-
gioſis adhærent,religioſa efficiuntur.*Gloſſ.in*
*can.ſi quis pulſatus.*13.*in Gloſſ.1.in fin. de*
*pœnit.diſt.*1. & in *cap.quanto.* 3. verbo *con-*
*nexa.*per eundem tex.*de Iudicijs.* probatq;
ex libro *Num.* 16. & ibidem ex S. Auguſtino
Gratianus in *can.& dixit Dominus.*26.*de*
conſecrat.diſt 2. ex ſola oblatione Deo facta
rem ſanctificari. ſic enim *d.c.16. Numerorũ*
ad Moyſen Dominus Deus loquitur, ratio-
nem reddens eorum,quæ præcipiebat:*Quo-*
niam oblata ſunt ante Dominum,& ſanctifi-
21 *cata ſunt.*Nõ itaq; poterit,quod ſemel Deo
ſanctificatum eſt,eiq; dicatum,abſq; ſacrile-
gij nota,ab eo auferri,atq;in humanos trans-
22 ferri vſus. Nam quicquid ſemel Deo fuerit
conſecratum,ſanctum Sanctorum erit Do-
mino. ipſemet Dominus hoc edixit *Leuit.*
*vlt.*28.eſt *tex.* in *can.nulli liceat.* 3. *in fin.*12.
*q.*2. regula *ſemel Deo.* 51. *de regul. iur. in* 6.
vbi *Gloſſ.*verbo *humanos. Gloſſ.in can.ligna.*
37. verbo *Laycorum.de conſecrat. diſt.* 1. &
can.aurum 70.*ead.* 12.*q.*2.*Gloſſ.in can.compe-*
23 *rimus.*2.*verbo ei.* 14.*q.*6. Iuſtum eſt nempè,
vt diſcrimen,nec leue ſit, inter res diuinas,
& humanas ad mentem,ſenſumq; Imperato-
ris in *l.ſancimus res.* 18. *§.cur enim C.de ſa-*
croſanct.Eccleſ. Atq; diſcretio ſit inter ſacrũ,
& non ſacrum, vt ex decretis Hormiſdæ Pa-
pæ Gratianus loquitur in *can. nullus pres-*
byter 25.*de conſecrat.diſt.*1. In humanis au-
tem, & ad humana ſactæ donationes, poſt
quàm perfectæ fuere,irreuocabiles ſunt, vt
in ſuperioribus oſtendimus. Irreuocabilis
multò magis hæc erit, quæ Deo facta fuit.
24 Cùm non patiantur leges,humanis nexibus
alligari, quę iuris diuini ſunt.*l.ſancimus ne-*
25 *mini* 18.*C.de ſacroſanct.Eccleſ.* Ob non le-
uem ſacrilegij notam,quę ex irreuerentia,
quę Deo ſacris fit ad prophana ea transferẽ-
26 do, inſurgit. Sacrilegium enim eſt ſacrę rei
violatio, ſiue irreuerentia. *S.Thomas 2.2.d.*
*q.99.art.1.& 3.Gloſſ.in can.ſacrilegium.*3.
17.*q.*4. Quiſquis igitur ex ſacris aliquid cõ-
27 pilauerit ſacrilegus eſt, ac ſacrilegij nota ſi-
gnatus. vt Paulus ipſe Iure Conſultus in *l.ſa-*
*crilegi.*9.*ff. ad legem Iuliam peculat.* docet:
Sacrilegi(inquiens)*ſunt, qui publica ſacra*

com-

Digitized by Google

compilauerunt. & adnotauerat *Alciat. lib. 5. parergon iuris c. 25. in fin.*

Compilauit autem quod ſemel Deo ſacratum fuerat, donationem eidem factam reuocando, Lucretia. ſacrilegij propterea ſe nota fœdauit. Haud proinde potuit ſemel Deo ſanctificatum reuocare. quam ſententiam ſequutus fuit *Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 6. c. 13. n. 9.*

Nec ſuffragium fert ei, vt ſecundo quoq;
28 facimus quæſito ſatis, quod ſint incapaces bonorum Capuccini, qui ex regula in altiſſima paupertate fundata incapaces bonorum in communi ſunt. *Clement. exiui 1. de verborum ſignific. cap. exijt. 3. eodem tit. in 6.* Sacrum Tridentin. Concil. *ſeſſ. 25. c. 3. de regular.* quo Sacroſancta Synodus ab poſſidendis in communi bonis excipit domos S. Franciſci, Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de Obſeruantia nuncupantur. *Rota apud Cardinal. Manticam dec. 225. num. 6.*
29 Satis quippe diuerſum eſt, donationes directò Capuccinis Patribus fieri; atq; Deo in extruendum Conuentum, quem Capuccini incolant, vndè ipſi acceſſoriè contemplentur, non primariò, vt veluti peregrini in extruendum Monaſterium accerſantur, illudq; incolant, quod eorum puritati regulæ nè repugnat quidèm, verùm ei omninò conſonat, concinitq;: ita enim verba regulę referens Clemens V. in *d. clement. 1. §. proindè cùm vir ſanctus. de verbor. ſignificat.* decernit *Fratres* (inquit regula) *nihil ſibi approprient, nec domum nec locum nec aliam rem, ſed tanquam Peregrini, & aduenę in hoc ſeculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro eleemoſyna confidentèr.*

Sunt quidem ipſi incapaces bonorum in communi, nō æquè tamen, vt extructum Monaſterium tanquam aduenæ, & Peregrini, incolere nō valeant. Cæteroquin nuſquã ipſi Monaſteria incolere poſſent. Ipſe autem Sanctus Franciſcus extructas Monaſteriorum domos, paupertatis apprimè amator,
30 incoluit. Et Capuccini incolunt. Monaſteriorum verò proprietas Sanctę Romanę Eccleſiæ addicta eſt. Nihil itaq; proprium habent, cùm extructas ab alijs Monaſteriorũ domos, ipſaſq; pauperes, vt incolant, accer-
31 ſuntur, incoluntq;. Quemadmodùm aliarũ rerum omnium, vſum tantùm facti obtinẽt, proprietate earum penès Romanam Eccleſiam remanente. Vti Clemens V. *dict. element. exiui. 1. §. proindè cùm vir Sanctus* declarauit, dicens: *Propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum, & donatarum Fratribus, (quas, & quarum vſum, facti ſcilicèt, ordini, vel ipſis Fratribus licet habere) proprietatem, & dominium in ſe, & Romanam Eccleſiam ceperunt, dimiſſo ipſis Fratribus in eis tantummodò vſu facti ſimplicis.* Atq; Nicolaus Tertius *d. cap. exijt. 3. §. ad hæc cùm Fratres, & §. ne talium rerum. eod. tit. in 6.* Ioannes quoq; XXII. in *extrauag. Ad conditorem canonum. 3. eodem tit.* & hanc per nos factam diſtinctionem ſequitur omninò *Abb. conſil. 63. vt veritas huius quęſtionis. col. 2. numer. 4. part. 2.* poſt *Bald. in auth. ingreſſi. col. 8. num. 19. verſic. ex quibus præmiſſis. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Federicus de Senis conſil. 12. num. 4. Portel. ad dubia regularia. verbo legatum in addit. num. 3. in fin.* & verbo *Monaſterium. nu. 6. Hieronymus Rodriquez in compend. reſolut. regular. reſolution. 88. numer. 10.* pleniſſimè *Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 7. dict. cap. 18. à num. 6. & num. 12. & ſeqq. & c. 26. num 40. & 41. & 42.* diximus *reſponſ.* noſtra *35. num. 29. & reſponſ. 41. nu. 28. 29. & 30. part. 1. Ioann. Azorius Inſtitutionum moralium part. 1. lib. 12. capit. 24. quęſt. 5. 6. 7. & 12. Nauar. conſil. 86. num. 1. lib. 3. de regularib. & in apologia ad librum de redditib. quæſt 1. monito 17. Rodriquez quæſtionum regularium tom. 3. quęſt. 19. art. 5.* Rota in *Romana computorum 10. Aprilis 1630 coram Merlino dec. 365. num. 27. 28. & ſequent. part. 5. diuerſorum nouiſſimarum.*

32 Incapacitas proindè ipſa penès Fratres eſt, vt ipſi proprium nihil, vel in particulari, vel in communi habere poſſint: non verò penès Eccleſias, vel Monaſteria, ſiuè extructa iam, ſiuè extruenda: cùm hæc non Fratribus, ſed Domino Deo, ac Sanctæ Matri Eccleſię Romanę acquirantur: incolunt verò ea Fratres ſicut aduenæ, & Peregrini, vt iã diximus. & ex ipſa S. Franciſci regula probatur, atq; ex declarationibus prædictis Nicolai III *dict. capit. exijt qui ſeminat.* & Clement. V. *d. clem exiui. Rodriquez d. part. 3. q. 29. art. 5. & q. 67. art. 8. & q. 68 articul. 5. Azor dict. lib. 12. cap. 24. q. 5. 6. 7. & 12. Sanchez dict. lib. 7. cap. 18. numer. 9. & ſeqq & dict. cap. 26. num. 40. & ſequent.* Rota apud *Card. Manticam d. deciſ. 225. num. 7. Card. Tuſcus tom. 4. lit. F. concluſ. 467. num. 6. & 69. 70. 71. & 83 & tom. 5. lit. M. concluſ. 190. num. 1.* Vndè legata vini, olei, frumenti,
33 & aliarũ rerum pro vſu, ſeruitioq; Eccleſiarum, vt diuina celebrari officia poſſint, illis facta, rectè ſubſtinentur: Quia non ipſis Fratribus, (omninò incapacibus, neq; eorum in vſum perpetuum) ſed Eccleſiarum relinquuntur, quæ in dominio ſunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. vt *Portel. d. verbo legatum. num. 3. Rodriquez dict. reſolut. 88. num. 10. Sanchez dict. cap. 26. numer. 40. 41. & 42.* & paulò antè citati Doctores. Rota in *dict. Romana computorum coràm Merlino dict. deciſion. 365. numer. 27. 28. 29. & 30.* diximus *dict. reſponſ. 41. numer. 32. & ſequent. ad 37.*

34 Neq; nouum planè eſt: Conſtruendæ Eccleſiæ, vel Monaſterio donari poſſe, quę-

ed-

35 admodùm naſcituro poſthumo relinqui,
donariuè poteſt. *l.commodiſſimè 16. ff. de li-*
36 *ber. & poſthum.* Deus nempe eſt, qui à do-
nante contemplatur, cum conſtruendæ do-
natur Eccleſiæ, vel Monaſterio, eiuſq; intui-
tu, & Monaſteria, & Eccleſiæ extruuntur, vt
in illis, & colatur, & laudetur Deus ipſe.
*§. ſi quis ædificationem. & §. ſi quis in nomi-
ne magni Dei. in auth. de Eccleſiaſticis titu-
lis collat. 9.* & *text.* in *cap. nos quidem 3. vbi
Abb. num. 2. & 3. & Couarruuias. num. 12.
de teſtament. Tiraquell. de priuileg. piarum
cauſar. priuil. 145. Card. Tuſcus tom. 5. lit. L.
concl. 46. nu. 2. & ſeqq. & tom. 6. lit. P. concl.
333. n. 13. 36. & 37. Grat. forenſ. p. 2. c. 358. n.
1. Gonzal. ad 8. reg. Cancellar. glo. 5. §. 7. n. 85.
& ſeqq.* plures retulimus *reſponſ.* noſtra *9. n.
69. & 70. & reſponſ. 13. n. 79. 80. & 81. p. 1.*
In conſtruendum autem Monaſterium, &
Eccleſiam, vt Patres Capuccini illud incole-
rent, ſua donatione *irreuocabili*, deſtinauit
Lucretia. Idq; voluntate, & donatione perfe-
cta, Quia non incapacibus (vt perperam ſua-
37 sũ ei fuit) ſed Deo altiſſimo, (nõ eo titulo tã-
tùm, quo vniuerſorum Dominus eſt. Domi-
ni eſt terra, & plenitudo eius, Orbis terrarũ,
& Vniuerſi qui habitant in eo. *Pſalm. 23. 1.
cap. tua nobis 26. §. cum enim Deus. de deci-
mis.* ſed peculiari; vt tunc deſinerent in do-
minio eſſe eius, ſuorumq; hæredum) dona-
uit. vt aduertit *Sanchez d. c. 18. nu. 9. in fin.*
Reuocari haud proindè potuit, eo præſer-
tim prætextu, quòd incapacibus donaſſet, &
quòd Mundualdus non interueniſſet. Fuerut
enim hæc anicularum næniæ. Audi (quæſo
38 te) legis Conditores Cæſares Diocletia-
num, & Maximianum in *d. l. velles. 6. C. de
reuocand. donat.* ad Herenniam, & ipſam
mulierem, ſimiliq; tentatam cogitatione,
ſcribentes, ac dicentes: *Deſine itaq; poſtula-
lare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur
prætextu mariti, ac liberorum abſentia. Cum
huius firmitas ipſorum præſentia non indi-
geat.* ità legiſlatores. Mundualdi igitur præ-
ſentia non indiguit donatio hæc à Lucre-
tia Deo, atq; Eccleſiæ facta. Neq; enim hiſce
39 Ciuilis Iuris ſolemnitatibus ſubijciuntur,
quæ Deo, piamq; in cauſam donantur. *cap.
cum eſſes 10. & cap relatum 11. de teſtam.
Corneus conſ. 307. lib. 3. Couar. d. cap. rela-
tum. n. 9 & cap. cum tibi. 13. num. 12. de te-
ſtament. Iacob. Thoming. dec. Lipſien. 4. n. 5.*
plures retulimus *reſponſ.* noſtra *17. n. 10. p. 1.*
40 Reuocari ergo haud potuit. Quamuis igitur
reuocata, firma adhuc permanet. Quare
enim firmitatem non habeat, quod mutari
haud potuit? iuxtà Iuſtiniani Cæſaris ſen-
ſum in *l. ſancimus 27. in fin. C. de teſtam.*
Atq; ità ex his, lima non abiecta ſapien-
tis, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Extruendum eſſe Monaſterium, vt Ca-
puccini illud incolerent, donationemq; vti
perfectam reuocari minimè potuiſſe, in Tri-
bunali Fabricæ iudicatum fuit, confirmatis
ſententijs per Illuſtriſſimum Dominum
Regentem Carolum de Tapia tertiarum
cauſarum Conſultorem.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debetur ei, qui à beneficij fundato-
re vocatus fuit.*
2 *Voluntatem teſtatoris ſanctam leges habent,
facinus proindè eam tranſgredi pu-
tant.*
Ideoq; ſeruanda. n. 3.
*Vna eſt enim legis intentio: quæ à teſta-
toribus diſpoſita ſunt, vt ſeruentur.
num. 4.*
*Neq; enim aliud magis hominibus debe-
tur, quàm quod firma eorum iudicia
ſint, poſtquam hinc demigrauere.
num. 5.*
6 *Vocatus à fundatore beneficij ius funda-
tum habere dicitur, etiam ad rem, vt in-
ſtitui debeat.*
7 *Ludouicus Gomes Romanæ Rotæ olim Au-
ditor, & Epiſcopus Sarnen. celebra-
tur.*
8 *Quintilianus Mandoſius extollitur vti vir
doctus.*
9 *Patroni legi à fundatore dictæ ſtare tenen-
tur, nec eam ſoluere.*
10 *Inſtitui debet qui à maiori patronorum
ſuffragio præſentatus fuit, ni præſen-
tatio contra formam à teſtatore datam
facta fuerit. n. 11.*
Quamuis id ignorauerint patroni. n. 12.
*Quia qualitates in fundatione appoſitas
noſſe debent, & ſeruare.*
13 *Nominatus à teſtatore pro præſentato ha-
betur, etiam abſque alia præſentatio-
ne.*
*Quia ipſa nominatio præſentationis vice
fungitur.*
*Accedente potiſſimùm oppoſitione nomi-
nati, & acceptatione.*
Atq; inſtantia inſtituti. n. 14.
15 *Deſcendentia probatur ex teſtamento.*
*Atq; etiam per teſtes, qui ſeriatim perſo-
nas nominent. n. 16.*
17 *Deſcendens ex fœminis incapax non æſti-
matur iuris patronatus, ſicut nec fœmi-
na ipſa.*
Quia capaces æſtimantur. n. 18.
*Secus verò ſi, qui de familiis fundatoris
fuit vocati fuerint. n. 19.*
20 *Deſcendens ex fœmina extra familiã nupta,
de familia non dicitur teſtatoris.*
21 *Fœmina finis eſt familiæ ſuæ, & principiũ
alterius.*
22 *Domus nuncupatio familiam importat, &
agnationem.*

23 Po-

Potiſſimùm ſecandum ſubiectam materiã à teſtatore deductam. n. 23.

Nam illi comprehenduntur, qui eadem arma, & inſignia deferunt.

Sicuti in dubio. n. 24.

Vel ſi domus appellatio abſolutè poſita ſit, nam de propria diſponentis familia exauditur.

Vel ſi ex mente teſtatoris appareat, qui ſi ad ſuam familiam reſtringere voluit, num. 25.

26 *Pronomen (ipſe, ipſius) reſtrictiuè ſtat, & perſonaliſſimum æſtimatur.*

Dilatationem proindè abnuit.

27 *Præferendus ex præſentatis is eſt, cæteris paribus exiſtentibus, qui magis qualificatus eſt.*

Vti ſi de familia fuerit fundatoris.

28 *Sacerdotium probatur ex litteris Epiſcopi ordinantis, qui atteſtetur ſe ordinaſſe præuijs litteris dimiſſoriali bus Ordinary promoti.*

ARGVMENTVM.

Nominatus à fundatore beneficij etiam per ſolam oppoſitionem, & acceptationem, atq; inſtantiam inſtituti, prò præſentato habetur, etiam abſquè alia patronorum præſentatione. Et nùm ſi vocetur Sacerdos de familia, poſſit admitti deſcendens à fœmina de familia? Et Domus appellatione quid comprehendatur? Et quomodò deſcendentia probetur?

RESPONSIO XIX.

Vita functo diebus proximè elapſis D. Vincentio Buſciano Presbytero, & Parocho maioris Eccleſiæ S. Petri Terræ Cayuani Auerſanen. diœceſis, qui de menſe Decembris proximè præteriti extra Romanam Curiam ſupremũ clauſit diem; vacauit inter alia per eius obitum ſimplex beneficium ſub inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis, ſiuè Spiritus Sancti intus Eccleſiam Sanctiſſimæ Annunciatæ in Burgo Lupariæ Terræ eiuſdem.

Quod ſanè beneficium cùm de iure ſit patronatus Laicorum familiæ de Roſana, conſtructum, fundatum, atq; dotatum anno 1542. per quondam D. Ioannem de Roſana, per compatronos ius præſentandi in illo habentes, præſentati in illo fuere D. Frãciſcus Andræas Galatſus ex vna, ex altera verò D. Scipio de Roſana Chiarella Presbyteri eiuſdem Terræ. Orta proindè inter eos lis eſt, quis eorum inſtituendus ſit? Conſultus propterea: dictum D. Scipionem de Roſana inſtituendum edixi, ſic ille neque vllam à compatronis præſentationem obtineret.

Ipſe quippè, vti Presbyter de familia de Roſana, à fundatore vocatus reperitur: qui in beneficij fundatione voluit, expreſſèq; ſequentibus mandauit: *Caſu quo, quod de domo ipſius teſtatoris, Minichelli, Matthæi, vel hæredum quondam Iuly prædicti, fecerint aliquem Presbyterũ, quòd ſtatim abſq; aliqua præſentatione poſſit recipere dictas terras ipſe Presbyter faciendus, vt ſupra, ſine aliqua præſentatione Summi Pontificis, vel*

1 *Epiſcopi, vel alicuius Prælati*. Ipſi igitur inſtitutio debetur, *cap quoniam* 3. *& cap. quod autem*. 5. *de iure patronat. & cap. illud*. 8. *in fin. vbi Abb. & alij. can. decernimus*. 29. 16. *q*. 7. *Rota part*. 4. *diuerſorum collect. per*

2 *Farinac. dec*. 582. *n*. 1. *& ſeq*. Seruanda ergo voluntas erit teſtatoris, ac fundatoris, quã in ita ſanctã habent leges, vt facinus putent, ei vel non parere, vel in aliquo contraire. Quin

3 magis ſanxere: Eſſe in omnibus voluntati parendum diſponentis de rebus ſuis in ſupremo vitæ halitu: *Diſponat* (inquientes) *vnuſquiſq; in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas*. §. *diſponat. in auth. de nupt.*

4 *collat*. 4. Vna eſt enim legis intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleantur. §. *exhæredatos autem liberos. cap*. 1. *in auth. de*

5 *hæredib. & falcid. collat*. 1. Quia nimirum nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium, vt Conſtantinus loquitur Imperator in *l*. 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. fin. in princip. C. de fideicommiſſ. can. vltima voluntas* 4. 13. *q*. 2. *Gloſſ. in verbo voluntatem. in cap. tua nobis*, 17. *de teſtament*.

Voluntas autem fundatoris fuit, caſu, quo eſſet aliquis Presbyter de domo ipſius teſtatoris, ille pro præſentato haberetur. Talis autem eſt D. Scipio Roſana, à quondam Minichello, hærede per dictum teſtatorem dicto, deſcendens. Erit propterea ipſe inſti-

6 tuendus, vt qui ius fundatum ex voluntate fundatoris habet, nedùm quidem ad rem, verùm & in re. vt in punctualibus terminis dictum fuit in vna *Burgen. Canonicatus* 20. *Maij* 1549. *apud Puteum deciſion*. 252. *lib*. 3. impreſſionis Romanæ nouiſſimè, & *deciſ*. 99. *eod. lib. apud eund*. & dictum quoq; anteà fuerat in *Oxomen. Cappellania de Seron. de-*

menſe Iunij 1539. *coram Raynaldo Pe-*
7 *trucio* , vt refert doctiſſimus ille olim
Rotæ Auditor, & Epiſcopus Sainen. *Ludo-*
uicus Gomes ad regulas Cancellariæ. regul.
*de non tollendo iure quæſito q.*1. *col.*4. *verſ.*
& quod dictum eſt. fol. mihi 29. & ſequutus
8 fuit, nec minoris doctrinæ vir *Quintilianus*
*Mandoſius conſ.*51. *numer.*9. *verſic. videmus*
eum, & dictum fuit in *Salamantina dimidiæ*
portionis 27. *Maij* 1609. *coram Lugdunen.*
*deciſ.*253. *num.*1. *& ſeq. part.*2. *tom.*1. *in re-*
cent. & in Gerunden. Beneficij 2. *Decembris*
1605. *coram Cardinali Sacrato dec.*57. *nu.*5.
& 6. *apud Viuian. in praxi iuris patronat.*
dixi *reſponſione* 28. *num.*7. *part.*3. Rota in
Segobien. Cappellaniæ 24. *Ianuarij* 1624.
*coram Buratto deciſion.*755. *numer.*2. *&* 3.
*part.*3.
9 Quia nimirum patronus fundatoris diſ-
poſitioni, ac legi per eum dictæ, contraire
nequaquam poteſt, quin ſeruare, firmamq;
illam habere tenetur. *l. ad probationem* 21.
C. de probat. cap. porrò 7. *& cap. recepimus* 8.
*de priuileg. Bald. conſil.*38. *numer.*2. *lib.*4.
*Rota apud Creſcen. dec.*7. *de iure patronatus.*
*Garſias de benefic. tom.*1. *par* 4. *cap.*3. *nu.*61.
62. 69. 70. *& ſeq. & tom.*2. *part.*7. *cap* 15. *n.*1.
& ſeq. Gonzal. ad 8. *regul. Cancellar. Gloſſ.*
9. §. 1. *num.*88. *& ſeq. & n.*92. *& ſeq. Ancha-*
ranus in Clement. quia contingit. in 9. *no-*
tabil. de religioſ. domib. Rota in recentiorib.
*part.*1. *tom.*2. *deciſion.*496. *numer.*2. *& part.*
2. *tom.*1. *deciſion.*254. *numer.*2. *& apud Du-*
ranum Epiſcopum Vrgellen. *dec.*8. *num.*4.
*part.*1. *& deciſ.*276. *num.*1. *part* 2. & dictum
fuit in *Monopolitana beneficij, ſiue Cappel-*
læ 6. *Iunij* 1622. *coram Merlino deciſion.*19.
num 8 *apud Viuianum in praxi iuris pa-*
tronat.

Hanc ob cauſam propterea ad rem contra
Scipionem facit minimè: Galaſſum aduer-
ſarium maiori patronorum ſuffragio mu-
10 niri: Deberi proindè inſtitutionem ei. ad
*text. in dict. cap. quoniam.*3. *de iure pa-*
tronat.

11 Fac porrò maiorem patronorum partem
pro Galaſſo eſſe, nihil tamen Scipioni offi-
cit, cùm præſentatio pro aduerſario nullo
ei pacto proficiat, contra fundationis legem
facta. *d. can decernimus.* 29 16. *q.*7 *et cap illud*
8. *in fin. vbi Abbas, alijq; de iure patronat.*
*Puteus d. dec.*99 *n.*2. *lib.*3. *Rot. in d. Gerund.*
*beneficij coram Sacrato d. deciſ.*57. *numer.*6.
apud Viuianum. & apud Cardin. Seraphin.
*dec.*1270. *num.*2. *Gutierrez conſ.*26. *num.*5.
*& conſ.*2 *num* 3. *Garſias de benefic. d. par.*7.
*cap.*15. *numer.*3. *& ſequent. Rota dict. par.*
4. *diuerſorum per Farinac. d. deciſ.*582. *per*
totam.
12 Quamuis id quidèm ignoraſſent compa-
troni: nimirum quia tenentur ipſi qualitates
notas habere, quas in fundatione fundator
iuſſit, vt ſeruare illas valeant, non præterire,
vt dictum fuit in *Mediolanen. Beneficij* 17.
Decembris. 1612. *coram Card. Caualer. dec.*
131. *nu.*3. dixi *d. reſponſ.*28. *num.*8. 9. *&* 10.
*par.*3.
13 Non oportebat itaquè D. Scipionem à
compatronis præſentari, (quamuis compa-
tronorum neq; ei deſit præſentatio) qui à
fundatore vocabatur. Ipſa enim nomina-
tio præſentationis vice fungitur, atq; electio-
nis, quod ſatis erat ei *Puteus d. deciſ.*99. *atq;*
*dec.*252. *n.*3. *lib.*3. *& Rota in d. Gerunden. be-*
*neficij coram Sacrato d. dec.*57. *n.*5. *& d. dec.*
253. *n.*3. *par.*2. *tom.*1. *in recentiorib. & apud*
*Burattum d. dec.*755. *nu.*1. *&* 2. *& dec.*137.
14 *num.*1. *&* 2. *apud eund.* Potiſſimùm verò,
cùm per oppoſitionem, à fundatore factam
nominationē acceptauerit, inſteteritq; ſua
proſequendo iura, inſtitui, quod apertiſſimè
perpendit *Rota in d. deciſ.*253. *coram Domi-*
*no Lugdunen. n.*3. *par.*2. *tom.*1. *in recentiori-*
*bus. Puteus d. deciſ.*252. *num.*1. *&* 2. *lib.*3.
*Caſſadorus dec.*18. *n.*5. *de præbend. & apud*
*Burattum d. dec.*755. *n.*2 *&* 4. *& d. dec.*137.
*n.*1. *&* 2.
15 Quod autem ipſe de familia ſit Roſana
Chiarella ſatis, ſuperq; probatur in facto, &
ex deſcendentia ab Minichello de Roſana
Chiarella à teſtatore fundatore beneficij
vocato, vti ex teſtamento legitur in actis
producto fol.9. quod ſufficit. vt dictum fuit
in *Tarraconen. beneficij* 9. *Decembris* 1580.
*coram Cardin. Seraphino deciſ.*489. *num.*1.
*& apud Cardin. Caualer. deciſ.*46. *n.*1. *&* 2.
16 Atq; probatum quoq; fuit per teſtes, per
quos ſingulæ perſonæ per ſucceſſiuam ſeriē
à Minichello ad uſq; Scipionem ipſum de-
ducuntur. *Ruinus conſ.*52. *num* 4. *lib.*5. *Me-*
*nochius de arbitrar. lib.*2. *centur.*1. *caſu* 89.
*numer.*19. *cap. licet ex quadam* 47. *vbi Abb.*
*n.*12. *verſ ex quo per teſtes. de teſtibus. Rota*
*apud Card. Caualer. d dec.*46. *n.*4. *et dec.*61 *n.*
2. *& ſeq et dec.*382. *n.*1. *et ſeq Riccius in praxi*
*noua iuris patronatus. reſolution.*201. *nu.*1.
Rota in Gerunden. Beneficij 15. *Aprilis.* 1630.
*coram Motmanno deciſion.*366. *numer.*1.
*& ſeqq part.*5. *diuerſorum nouiſſimarum.*
& in Barchinonen. Beneficij 4. *Nouembris*
1625. *coram Illuſtriſſimo Durano* Epiſco-
po Vrgellen. *deciſ.*8. *n.*4. *part.*1. dixi reſponſ.
46. *n.*51. *part.*3.
17 Nec refert, Galaſſum, eſſe quoq; de fami-
lia Deſcendit nempè à fœmina de familia
fundatoris. Incapax proindè æſtimari mi-
nimè iuris patronatus debebit, quinimò
capax. *cap fin. de conceſſione præbend. cap. ex*
litteris 7. *de iure patronatus. Maceraten. va-*
*riarum reſolution lib.*1. *reſolut.*60. *num.*1.
& 2. *Claudius Tutius q.*3. *num.*8. *de iure*
*patronat. Garſias de benefic. tom.*1. *part.*5.
*cap.*9. *nu.*144. *Rota in Florentina Cappella-*
niæ 16. *Martij* 1620. *coram Pirouano deciſ.*
69. *num.*2. *&* 8 *apud Viuian. in praxi iuris*
*patronatus. Caſſadorus deciſion.*1. *de iure*
pa-

patronatus. Rota deciſ. 482. *num.* 1. *par.* 1. *di-*
uerſorum. Tiraquel. ad leges connubiales p. 1.
gloſſ. 1. *n.* 38. dixi *reſponſ.* 83. *n.* 25. *p.* 3.
18 Alind eſt enim, natos ex fœminis com-
prehendi in deſcendentia à fundatore, atq;
capaces proindè iuris patronatus eſſe, qnod
nec diffitemur, & probant ſupra paulò ante
relatæ doctrinæ, ac Rotæ deciſiones, ſequi-
turq; *Fuſarius conſ.* 143. *n.* 23. 24. *&* 25. *Ro-*
ta par. 2. *tom.* 1. *in recent. deciſ.* 282. *numer.* 1.
Beltraminus addens ad deciſ. 293. *numer.* 23.
19 *ſanct. memor. Greg. XV.* Aliud verò, quòd
vocato Sacerdote de familia teſtatoris. (quę
in facto hoc noſtro eſt familia Roſana Chia-
rella) non admittatur niſi, qui de familia fue-
rit ipſa, à maſculis deſcendens, vti eſt Scipio
20 Roſana, & non talis eſt Galaſſus, quamuis à
fœmina deſcendens, potiſſimùm extrà fami-
21 liam nupta fœmina nempè finis eſt familiæ,
& alterius, non ſuæ, principium *l. pronuncia-*
tio. 195. *§. familiæ appellatio. in fin. & l. fa-*
miliæ appellatione 196. *ff. de verbor. ſignific.*
Gozad. conſ. 79. *n.* 16. *Ruin. conſ.* 24. *n.* 12. *lib.*
2. *Rota apud Cardin. Seraphin. deciſion.* 848.
num. 3.

Teſtator enim præſentari voluit Sacer-
dotem de domo ipſius teſtatoris: Domus
22 autem nuncupatio idem omninò impor-
tat, atq; familiam, & agnationem. *Fuſar. dict.*
conſ. 143. *num.* 23. *d. l. pronunciatio* 195. *§.*
familia. in fin. verſ. item appellatur. vbi Bart.
ff. de verbor. ſignific. l. 1. *C. de ſilentiar. lib.* 12.
Grat. diſcept. forenſ. p. 2. *cap.* 218. *num.* 16. 17.
& ſeqq. & part. 4. *cap.* 645. *num.* 1. potiſſi-
23 mùm verò iuxtà ſubiectam materiam à te-
ſtatore deductam.

Illi enim comprehendentur, qui eadem
arma, & inſignia deferunt. *Gratianus d. cap.*
645. *nu.* 14. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præ-*
ſumpt. 88. *num.* 12. *Peregr. de fideicomm. art.*
22. *num.* 26. 27. *& num.* 68. *Barboſ. de appel-*
latiua. verb. iuris ſignificat. appellat. 94. *n.* 6.
& num. 34. *Rota in recentiorib. par.* 1. *tom.* 2.
deciſ. 697. *num.* 5. 6. *&* 8. plures retuli *reſponſ.*
46. *num.* 20. *&* 21. *par.* 2. atq; etiam in dubio,
24 vel ſi domus appellatio abſolutè poſita ſit,
namquè de propria diſponentis teſtatoris
exauditur. *Surd. conſ.* 247. *num.* 12. *volum.* 2.
25 Accedente potiſſimùm aperta teſtatoris
mente, qui domum vocauit ipſius teſtato-
ris. reſtringere nempè voluit vocatos ad ip-
ſius teſtatoris domum, & familiam de Roſa-
26 na. Quoniam pronomen illud (*ipſius*) per-
ſonaliſſimum eſt, vt reprimat nuncupatam
familiam, & domum ad illã teſtatoris dum-
taxar; neq; vltra eam diuagari permittat. ſe-
cundùm *Ripam in l. filiusfamilias. §. diui.*
num. 3. *de legat.* 1. *l. reſtituta* 37. *§. pupillus*
autem. ff. ad Senatus Conſultum Trebellia-
num. Menochius conſ. 115. *num.* 15. *Rota*
apud Cardinalem Caualerium deciſion. 340.
num. 2. *Gratian. diſceptationum forenſ. part.*
2. *cap.* 104. *num.* 14. *& cap.* 145. *num.* 5. *Bar-*
boſ. dict. 187. *numer.* 5. 6. *&* 7.
27 Et demùm quando cætera inter Galaſſũ,
& Scipionem paria forent, (quod planè non
admittimus) præferendus eſſet Scipio vti
magis qualificatus, vtputà, qui de familia eſt
fundatoris Roſana; quod adnotauit Rota in
Ferrarien. Cappellania 3. *Decembris* 1621.
coram Pirouano dec. 68. *in fin. apud eundem*
Viuian. in prax. iuris patronat.
28 Nouiſſimè verò quod Scipio ſit Sacer-
dos, probatur ex litteris Epiſcopi Caluen.
qui eum ad Sacrum Præsbyteratus ordi-
nem promouit præuijs literis dimiſſoriali-
bus Ordinarij Auerſanen. *cap.* 2. *vbi Abb. in*
1. *notab. de cleric. peregrin. Rota in Gerun-*
den. Hebdomadariæ 3. *Iunij* 1613. *coram*
Card. Pamphilio. par. 2. *tom.* 1. *in recentiorib.*
dec. 455. *num.* 7. *& apud Cardin. Caualer.*
dec. 517. *num.* 2. *& deciſ.* 533. *num.* 2. *& deciſ.*
559. *n.* 4.

Iurè ergò omni meritiſſimo Scipioni in-
ſtitutio debetur.

Atq; ita ex his, quæ iudicio lubentèr ſub-
ijcimus ſaniori, prudentioriq; reſpondendũ
cenſui.

Carolus Maranta V.I.D.
Aduocatus, &c.

Per Curiam Epiſcopalem Auerſanã pro-
uiſum fuit, Domnum Scipionem vti voca-
tum à fundatore inſtituendum eſſe. ab hoc
decreto appellauit Galaſſus. In difficulta-
tem proindè vocatum fuit, eſſet nè quoad
vtrumq; effectum admittenda appellatio?
Quam ob cauſam ſequentem inſtitui reſpõ-
ſionem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à decreto, eſſe inſtituen-*
dum à fundatore vocatum, quoad effe-
ctum ſuſpenſiuum.
Modò tamen per viam diffinitiuæ ſenten-
tia non proferatur.
Quia poſſeſſio illa eſt quid facti, & conſe-
cutiua inſtitutionis. ſecundum Lam-
bertinum. n. 2.
Et agitur iudicio ſummariſſimo pro exe-
quutione voluntatis teſtatoris. n. 3.
Atq; potiſſimùm nè diutiùs Eccleſias va-
care contingat, cum maximo animarum
fidelium in purgatorio purgantium
damno. n. 4.
Neq; interim beneficiorũ bona dilapiden-
tur. n. 5.
Præſertim ſi de iniuſta appellatione ap-
pareat. n. 6.
Vel ſi non formitèr appelletur. n. 7.
7 *Appellatio interponi debet coràm Iudice*
à quo.
Et exponi cauſa, propter quas appellatur.

Digitized by Google

*ſi decretũ interlocutorium fuerit.nu.*8.

*Neq; ſufficit appellationis cedulam coram Notario dimittere, niſi coram Iudice appelletur. n.*9.

10 *Nominatus à teſtatore ad beneficium, vt poſſit ex ſeipſo illius tenutam bonorum ingredi; poterit id exequi.*

*Quia beneficium ſibi debitum dicitur. num.*12.

Multoq; magis id poterit Iudicis authoritate.

11 *Diſpoſitio teſtatoris legem facit, atq; proindè ſeruanda.*

13 *Factum Iudicis, partis factum videtur.*

14 *Diſponentium de rebus ſuis voluntates deſpici nequaquàm debent.*

Ne aliòqui retrahantur fideles à fundandis, conſtruendis, vel dotandis Eccleſijs.

*Et poteſt quilibet de rebus ſuis diſponens, quas voluerit conditiones apponere. num.*15.

Modò bonis moribus non reluctentur.

16 *Appellatio non datur à Iudice exequente voluntatem legis, vel ſtatuti, vel teſtatoris.*

*Modò tamen non excedat.nu.*18.

*Quia merus dicitur exequutor.num.*18.

Neq; ipſe grauat, ſed lex exequitur.

17 *Voluntates defunctorum, vt poſt eorum ſuprema funera exitum habeant,*

Sacræ leges amant, & curant.

*Ac ſeruari debent ad inſtar præcepti, neq; inobſeruatæ dimitti. n.*19.

20 *Attentata non dantur, appellatione prohibita.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur à ſimplici decreto, quem eſſe inſtituendum, vigore nominationis à fundatore factę? vel ſi appellatio non formitèr facta fuerit, vel non coram Iudice à quo? & An ab exequutore diſpoſitionis, vel ſtatuti, vel legis, vel teſtatoris? & num attentata cauſentur?

RESPONSIO. XX.

ADmittendam haud eſſe appellationem quòad vtrumq; effectum in caſu propoſito reſpondi.

1 Quia profectò decretum: D. Scipionem vti vocatum à fundatore inſtituendum fore, non ſanè per viam diffinitiuæ ſententiæ, ſed interlocutorium fuit. quam ob cauſam ſubſtinetur, vt ab eo quòad effectũ ſuſpenſiuum appellatio non detur. *Lambertin. de iure patronat. part.2. lib.2. q.11. princip. art.5. num.2.*

2 rationemq; reddit: *Quia poſſeſſio illa eſt quid facti, & conſecutiua inſtitutionis præcedentis.* probatur id apertiſſimè ex *text. in auth. collat.5. de ijs, qui ingrediuntur ad apppelland.* canonizato per Gratianum in *can fin. §. de poſſeſſione etiam.2.q.6.* qui *text.* ſequentibus loquitur: *De poſſeſſione etiam, & eius momento ſi cauſa dicatur, quę ſententia interloquutoria appellatur, quamuis prouocatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectũ.* ita textus. ſequitur hanc canonis huius interpretationem de momentanea poſſeſſione loquens *Petrus de Benintendis deciſ. Bo-*

3 *nonien.79.num 6. & 7.* agitur enim hic iudicio ſummariſſimo, & poſſeſſorio pro exequutione voluntatis fundatoris, qui conſultò talem beneficio legem dixit, vt illud obtineret Presbyter de Domo ipſius teſtatoris, vt in præcedenti reſponſione oſtẽdimus; nõ debet propterea ſub prætextu prouocationis retardari exequutio voluntatis defuncti, vt ſat, ſuperq; ſit appellationi, quòad effectum deuolutiuum deferre. vt adnotat optimè *Contardus de momentan. poſſeſſione limit.3. n.2. & ſeq. & n.28. & ſeqq. Menoch. de remed. poſſeſſor. remed. vlt. n.*50. & ſequuta fuit Rota in decreto loquens de inſtituendo in *Barchinonen. Prioratus* 23. *Ianuar.*1609. *coram Domino* Coccino Decano *deciſion.*441. & dictum fuit in vna *Bergomen. Præeminentiarum 16. Iunij* 1606. *coram Manzanedo part.2. in recentior. tom.1. deciſ.*183. *num.*4. *Lancellottus de attentat par.2. cap.12. limit. 49. num.1. & ſeq. Gayllus practicar. obſeruat. lib.1. obſeruation.7. num.4. & ſequent. Rota apud Cardinal. Seraphin. dec.*1295. *per tot.*

4 Idq; multò magis, ne diutius Eccleſias vacare contingat maximo cum animarum fidelium in Purgatorio purgantium detrimento, quæ Eccleſiæ præſtolantur ſuffragia, vt eorum vi, & efficacia ab atrociſſimis illis pęnis quãtocitiùs ſoluantur, atq; ad luciſſimum Dei vultum Sole ſplendidiorem contemplandum euolent. quam ſanè rationem non inefficacem exiſtimat Reuerendiſſimus Epiſcopus Minoten. *Thomas Zerola in praxi ſua Epiſcopali part.1. verbo Parochia in 9 dubio. verſ. ſed an hoc habeat locũ in*

5 *collationib.* tùm etiã ne interim beneficiorũ bona dilapidentur. argumento *text. in cap.*

ne

nepro defectu.41. de electione extra.& cap.
quàm ſit Eccleſijs.6.in princip.eodem titulo
6 in 6. potiſſimum verò ſi de iniuſta appella-
tione appareat.iuxta Gemin.in cap.auaritiæ
ſub num.7.verſ.quid ſi confirmatio.& verſ.
quid ſi appellatum. & melius in cap. fin. ſub
num.18. verſ. ſed dicit Lapus. de electione
lib.6.
7 Deindè quia appellatio per dictum de
Galaſſo formitèr minimè facta fuit coram
8 Iudice à quo,ſed extraiudicialitèr,neq;expo-
ſitis cauſis, propter quas ad appellandum
mouebatur. ad text. in cap. vt debitus. 59.§.
cùm autem.de appellat.extrà.cap. appellatio.
9.de appellation.in 6. Maranta in ſpeculo.6.
part.de ſententia.nu.153.capit.cordi.1. de ap-
pellat.in 6. clement. appellanti 5. eodem tit.
Geminian.d.cap.auaritiæ. nu.7. verſ. quid ſi
appellatum.de elect. in 6.Lancellottus de at-
tentat.part.2. cap.12. de attentatis appellat.
pendente.limitat.49. num.4.& 5. Scaccia de
appellationib.quæſt.4. art.5. num.38.Rota
in recentioribus part.1. tom.1. deciſ.293. nu.
13.dixi reſponſ.11. num.2. & 4.part.1.Cùm
alioqui paria ſint non appellare, vel minùs
ſolemnitèr appellaſſe. Rota in recent.par.2.
9 tom.1.deciſ.396.n.3. Vt neq; ſufficiat appel-
lationis cedulam penès Notarium actua-
rium dimittere,ni coràm Iudice appellatio
interponatur.d.cap.vt debitus 59.de appellat.
& clement. 1. eodem. Rota apud Cardinal.
Caualer.dec.495.n.2.3 & 4.

Accedit prætereà, quod Beneficij funda-
tor,vt in ſuperiori reſponſione perpendi-
mus, apertiſſimis mandauit verbis: Caſu
quo de domo ipſius teſtatoris, Minichelli,
Matthæi,vel hæredum quōdam Iulij adfue-
rit aliquis Presbyter, quod ſtatim abſq; alia
præſentatione poſſit recipere ipſas terras ipſe
Presbyter faciendus,ſine aliqua præſentatio-
ne Summi Pontificis,vel Epiſcopi, vel alicu-
ius Prælati.
10 Poterat itaq; ex ſe ipſo D.Scipio ex teſta-
toris diſpoſitione, quæ legem facit,& ſeruā-
11 da eſt.§.diſponat. in auth. de nupt.collat.4.
can.vltima voluntas.4.13.q.2.Spino de teſta-
ment.Gloſſ 3. princip.de Cappellanis.nu.54.
12 & 55.poſſeſſionem ingredi ex ſe ipſo terra-
rum dicti Beneficij, quod ex nominatione
per eundem teſtatorem facta debitum ſibi
13 fuit.Potuit proindè multoq; magis id Iudi-
cis facere authoritate, cuius factum à parte
factum æſtimabitur.ad tex.in l. ſi ob cauſam
13.C.de euictionib.vbi Bartol.alijquè,Tira-
quell de retract.conſang.Gloſſ.14.§.1.nu.13.
Surdus dec.266.nu.13.Rota apud Cardinal.
Caualer.deciſ.309.num.3. & in Romana
cenſus 19.Decembris 1593.coram Cardinal.
Pamphilio deciſ.96.n.4.in fin.poſt prim.vol.
conſiliorum Farinac.
14 Ne alioquin ſi alitèr fieret,atq; piæ diſpo-
nentium deſpicerentur voluntates, retrahe-
rentur fideles ab Eccleſijs ædificandis, con-
ſtruendis,atq; dotandis maximo cum Eccle-
ſiarum,atq; pauperum diſpendio.quod per-
pendit optimè Gloſſ.recepta in verbo. præ-
ſentare.in fin.in cap.cùm dilectus.28.de iure
patronat. Rota in Vrbeuetana Cappellaniæ
10.Iunij 1557.coram Paleotto part.3.lib.3.
diuerſorum.deciſ.442 per totam. Rota etiam
par.4.diuerſorum collecta per Farinac. dec.
583.& dictum fuit in Romana iuris patrona-
tus.31.Maij 1613. coram Cardinal. Sacrato.
quæ eſt impreſſa apud Molfeſium ad Con-
ſuetudines Neapolitanas part.2. conſ.31.nu.
21.& quam ad verbum quoq; refert Viuia-
nus in praxi iuris patronatus lib.4.c.9.n.56.
& meminit quoq; Riccius deciſ.29. num.4.
& per totam.part.2.& in praxi variarum
reſolut.part.2. reſolut.302. Gonzalez ad 8.
regulam Cancell.Gloſſ. 29. num.2. & 3. Pe-
rez de Lara de Cappellanijs.lib.2.cap.1.n.13.
14.& 15.Gratianus forenſ. diſceptat.part.3.
cap.481. num.23. & ſeqq. Aluarus Valaſcus
conſult.105.penè per totam. Antonius Gam-
ma deciſ.Luſitaniæ 107.n.1. vbi etiam Flores
de Mena addens.dixi reſponſ.20.n.15. & 16.
part.1.
15 Liberum quippè cuilibet manet arbitriū
de rebus ſuis diſponendi,quas voluerit con-
ditiones adijcere, & legem, quam maluerit
pro illis rogare, modò tamen bonis mori-
bus non obluctētur. § exhæredatos autem
liberos.c.1.in auth.de hæredibus,& falcidia.
collation.1. dict. §. diſponat. in auth. de
nuptijs collat.4. l.1.C.de Sacroſanctis Eccleſ.
l.fin.in princip.C.de fideicommiſſ.can. vltima
voluntas.4.13.q.2.can. Eleutherius 30.18.q.
2.cap.tua nobis.17.vbi etiam Gloſſ.verb.vo-
luntate.de teſtament.Perez de Lara d.cap.1.
lib.2.à nu.10.11.& ſeq.& num.13. & ſeqq.
Gratian d.cap.481.à n.23.Anton.Gamma
dict.deciſ.107.num.1.& ibid.Flores de Me-
na addens.
16 Neq; demùm appellatio admittitur à Iu-
dice exequente diſpoſitionem, vel legis, vel
ſtatuti, ſiuè etiam teſtatoris, cuius ſola vo-
17 luntas lex eſt, vt diximus, & quibus nihil
magis ſacræ debent leges, quàm quòd poſt
eorum ſuprema funera, eorum iudicia exi-
tum habeant.dict.l.1. C.de Sacroſanctis Ec-
18 cleſ.Eſt enim hoc caſu Iudex merus exequu-
tor,modò non excedat. l.ab exequutore. 5.
C. quorum appellat. non recipiuntur. leg.ab
exequutore.4.ff.de appellat.neq; Iudex, qui
exequitur grauat, (quatenùs grauamen ali-
quod perpendi valeat)ſed ipſa lex per teſta-
torem rebus ſuis dicta, quæ ſeruari debet.
19 ad inſtar enim præcepti volūtas hæc eſt, nec
inobſeruata dimitti.ad Papiniani ſenſum in
l.cùm proponebatur 66. in fin. ff. de legat.2.
Surdus dict.deciſion.232.numer.5.Melchior
Phœbus deciſ.Luſitaniæ.100. nu. 6.& 7.dixi
d.reſponſ.20.n.6.Gabriel.qui de magis cō-
muni teſtatur lib.2.communium concluſ. tit.
de appellat.concl.4.verſ. contrariam autem
opi-

*opinionem. ſub num.*1.Meus *Maranta in ſpeculo 6.par.de appellat.num.*259. ſequitur *Surd.conſ.*358.*num.*4.5.& 12.& *conſ.*334.*numer.*4. & 5. *lib.*3. ſequiturq; *Franciſcus Merlinus deciſ.Lucenſ.*4.*num.*2.3.& 4.*Magonius deciſ.etiam Lucenſ.*45. *n.*6.& *dec.*48.*n.*5.& 6.

20 Prohibita verò appellatione de attentatis vereri non oportet.*Benintend.dec.*17.*nu.*5. quem ſequitur *Rota d.deciſ.*183.*ſub.n.*3.*p.*2.*tom.*1.*in recent.*

Atq; ita ex his,iudicio ſaniori prelato reſpondendum cenſuimus.

Carolus Marantà V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Iuris aſſiſtentia.quid?*
2 *Aſſiſtere,quid: eiuſq; acceptiones.*
3 *Aſſiſtere homicidio patrando , qui dicantur?*
4 *Epiſcopus iuris habet aſſiſtentiam in iuriſdictionis exercitio in omnes, qui intrà fines ſuę ſunt diœceſis.*
Et quare?
Ratio affertur.n.5.
6 *Parochus iuris habet aſſiſtentiam in ſuæ iuriſdictionis exercitio in omnes,qui intra fines ſuæ ſunt Pareciæ.& Sacramentis miniſtrandis.n.18.*
7 *Fomentum quid?*
8 *Parochus neceſſitatem habet , vt Sacramenta ſuis miniſtret Parochianis,ijq; ab eo illa recipiant.*
9 *Ius funerandi cadauera ſuorum Parochianorum defunctorum ad Parochum ſpectat.& n.20.*
10 *Sepulturam eligere, vel propriam, vel alienam cuiq; liberum eſt.*
Quia pars eſt voluntatis vltimæ.n.13.
11 *Patriarchæ proprium habuere ſepulchrum.*
Dominus verò noſter alienum.n.12.
14 *Voluntas libera eſt cuiq; ,nullaq; lege retinetur.*
15 *Sepulturam eligentes in aliena Eccleſia à Pachiali, tenentur tamen illi iura ſoluere Parochialia.*
16 *Manutentio datur Parocho ex ſola iuris aſſiſtentia, quoad ius funerandi.*
17 *Parochus ius habet vniuerſale intra ſua Paciæ limites.*
Mediuſquè eſt inter Deum , & Populum.
Vt neq; peſtis tempore ſuum populum deſerere poſſit.n.19.
21 *Ius funerandi ad Sacramentorum adminiſtrationem acceſſorium eſt,& n.44.*
22 *Sacramenta dicuntur res omnes ſacræ,ſaltim reductiuè.*
23 *Sacramenta miniſtrare parochianis, ad Parochum ſolum ſpectat.*
Ità & funus curandi eorundem numer.24.
Et hoc ratione Eccleſiarum, quibus præſunt.n.25.
26 *Ius orandi ſuper defunctorum cadaueribus ad Parochum ſpectat.*
Etiam extra propriam Parochiam, intra tamen fines illius.
27 *Laici incapaces ſunt ſpiritualium iurium.*
Vt neq; cum Clericis ingerere ſe poſſint in Eccleſiaſticis functionibus.n.28.
29 *Qui per ſe aliquid non poteſt,neq; alijs demādare illud poterit.*
30 *Nemo dat,quod non habet .*
31 *Funus cùm defertur ad alias Eccleſias extra Parochialem,intra tamen fines Parochiæ,ius nullū eſt Cappellanis amouibilibus Eccleſiarū prędictarum. referuntur Sacræ Congregationis declationes.n.36.*
32 *Parochus fundatam intentionem habet Sacramenta miniſtrandi quoad omnes , qui intra Parochiæ fines ſunt.*
Ac conſequentèr quoad omnia,quæ à Sacramentis dependent.
Quia acceſſoria ſunt ad Sacramenta.
33 *Acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis.*
34 *Ius funerādi hoc ipſum importat,quod orare,ac pſalmos de more Eccleſiæ deſuper funere dicere.*
35 *Mors ſancta cuiuſdam mulieris in ſolitudine,eiuſq; funus.*
37 *Officium ſuper cadaueribus facere Regularium ad Eccleſias cùm deferuntur,ad Regulares ipſos ſpectat, non ad Parochum,intra ipſas Eccleſias .*
Etiam in Eccleſia vnita Monaſterio. nu.38.
Quia Regulares exempti ſunt,vndè & eorum Eccleſię. n.39.
Et ex iure ſpeciali id procedit.n.54.
40 *Argumentum negatiuum ab authoritate Doctoris non ſtringit .*
Neq. etiam ſubſiſtit.n.41.
42 *Abbatis doctrina à Domino Coccino allata expenditur.*
43 *Ius Parochiale in quo conſiſtat?*
45 *Argumentum vitio notatur à præmiſſa negatiua ad conſequentiam affirmatiuam.*
46 *Ius funerādi omnia comprehendit, quę eius includuntur nomine.*
47 *Ex Falſo non niſi falſum.*
48 *Funus cum ad Eccleſias defertur Regularīū,ad vſq; fores Parochus pſalmos concrepando orare poteſt.*
Non tamen intra eorum Eccleſias.
Poterit tamen in Eccleſijs permanere, ſi voluerit,non tamen ſe ingerere in officio decantando.num.49.
50 *Parochorum eſt ſuorum parochianorum fu-*

funus curare, ſicuti eorundem eſt, vt Sacramenta ſuſcipiant.

51 *Sepulturam eligere facultatis eſt libera.*

52 *Quibus communicamus viuis, communicamus & mortuis.*

53 *Orare ſuper cadaueribus defunctorum Parochianorum, Parochis neceſſitatis eſt.*

Vt vltimum eis vale in Domino defunctis dicant.

55 *Priuilegium priuata lex eſt, atq; de iure detrahit Ordinario.*

56 *Regulę ſtandum eſt, vbi caſus exceptus nõ reperitur.*

Fundatam proindè intentionem ſuam habet, pro quo eſt regula. n. 57.

Et in aduerſarium onus trãsfert exceptionem probandi. n. 58.

59 *Eccleſiæ intra fines, exiſtentes Parochialiũ, ſubiectionem eis minimè debent.*

Reſtringe in iuribus Parochialibus. num. 60.

Inter quæ ius eſt funerandi, orandivè ſuper funere, n. 61.

62 *Parochus quòad Sacramentorum adminiſtrationem, territorium habere dicitur.*

Iudex enim eſt animarum.

Atq; Epiſcopi vices gerit. n. 64.

Parochi enim in locum ſubrogati fuere ſeptuaginta duorum Diſcipulorũ. n. 65.

Vt in locum Apoſtolorum Epiſcopi.

63 *Omne, qui dicit nihil excludit.*

66 *Parochialis officij vniuerſalitas ad omnes extenditur actus, qui tale concernunt officium.*

67 *Exempta Eccleſia, non propterea Parochiani exempti ſunt.*

68 *Synodi Auerſanæ verba quòad ius funerãdi expenduntur.*

69 *Parochus iure proprio Sacramenta miniſtrat omnibus in Eccleſijs, quæ intra fines ſuæ ſunt Parœcia.*

Iuraq; exercet Parochialia.

70 *Author in Epiſcopatu Auerſano Epiſcopi vices geſſit.*

71 *Lex, vt liget, recepta eſſe debet.*

72 *Funus quando in Eccleſiam delatum dicatur.*

73 *Obſeruantia ſubſequuta conſtitutionem ipſam declarat, atq; mentem indicat ſtatuentis.*

ARGVMENTVM.

Funerandi ius, ſiuè ſuper cadauere extincti Parochiani orandi, ſi ad aliã contumulandum Eccleſiam deferatur; quam viuens elegit, intrà tamen Parochiæ fines, ad Parochum proprium, an ad Eccleſiæ Presbyteros ſpectet, ad quam defertur; & an pro Parochis iuris ſit aſſiſtentia? Quidvè iuris ipſa aſſiſtentia ſit? Et quid funus curare importet? ſatis latè, nec inutilitèr diſſeritur,

RESPONSIO XXI.

LIs adhùc agitur inter Parochos Parochialium Eccleſiarum, & Oeconomos, ſiuè Presbyteros Eccleſiarum Sanctiſſimæ Annunciatæ, & Sanctæ Sophiæ in terra Iuliani Auerſanen. Diœceſis ſuper iure funeraliũ, ſiuè orandi ſuper defunctorum cadaueribus cùm ad Eccleſias vel Annunciatæ, vel Sanctæ Sophiæ tumulanda efferuntur, quòd in illis viuentes ſepulturam elegerint: Ad Parochos ne hoc ius ſpectare debeat, vel ad Presbyteros Eccleſiarum, ad quas efferuntur, intra limites tamen Parochialium? Et licet quidem per Sacram Rituũ Congregationem anno 1633. 2. Aprilis pro Parochis in poſſeſſorio deciſũ fuerit; reſeruato iure Oeconomis, ſeù Sacerdotibus dictarum Eccleſiarum in petitorio. vt in ſummario n. 1. Atq; ſub die 23. Iunij 1633. dictum quoq; fuerit: Parochos fouere bonum ius etiam in petitorio.

Die tamen Veneris 23. Iunij 1634. Deciſio exijt à Domino Coccino Decano: iuris videlicet aſſiſtentiam pro Presbyteris dictarum Eccleſiarum Sanctiſſimæ Annunciatæ, & Sanctæ Sophiæ contra Parochos eſſe. Cui planè deciſioni cùm Parochi minimè acquieuerint. in dubium reuocarũt iterum: An iuris aſſiſtentia pro Parochis verè ſit, vel pro dictis Presbyteris, ſeù Oeconomis dictarum Eccleſiarum in iure funerandi, ſiue orandi ſuper defunctorum Parochianorum cadaueribus cùm ad dictas Eccleſias, intrà tamen limites Parochiarum, tumulanda efferuntur?

Et quidem pro Parochis aſſiſtentiam eſſe è veritate magis reſpõdendum videtur. Verùm nè in æquiuoco laboremus, explanan-
1 dum omninò erit, quid, iuris ſit aſſiſtentia.

Ea quippè quantum ex Bonifacij VIII. diſpoſitione in *capit. 1. de præſumptionib. in 6.* venari libuit: iuris eſſe fomentum videtur, quo fauet, aſſiſtitq; ei, qui intra limites ſuæ eſt

Digitized by Google

2 eſt iuriſdictionis. Aſſiſtere enim protegere,
atq; fouere ſignificat, ſiue defendere; vt pro-
bat non in tenebris *text. in capit. ſi quem* 8.
ibi: nó vt ipſi procuratori aſſiſtas, ſed vt cau-
ſam tractes eandem. *de procuratorib. lib. 6.*
& ſequitur *Albericus de Raſate in dictiona-
rio* verbo. *aſſiſtas.* Vnde Tribunali aſſiſtere
dixit *Aulus Gellius lib. 1. cap. 22. paulò poſt
princip.* Et aſſiſtere Præfecto Prætorio to-
gatos, dixit Iuſtinianus Imperator in *l. vlt.
C. de aduocat. diuerſor. iudic.* & *Gloſſ. ibid.*
verbo *aſſiſtere*, id eſt *eſſe cum eis*, explicat.
Atq; defenſioni cauſarum pupillarium aſſi-
ſtere, dixit quoquè Philippus Imperator A.
Dextero ſcribens in *l. vnic. C. vt cauſæ poſt
pubertatem adſit tutor.* & adnotanit *Briſſo-
nius*, & Author *Lexicon noui iuridici verbo
adſiſtere*, id eſt defendere, tueri, patrocinari;
quemadmodùm ita exaudiri dicunt Vlpiani
verba in *l. inter officium* 55. *ff. de rei vendic.*
Non amiſiſſe rei dominium, eum (dicentis)
qui ignorans rem ſuam eſſe, eam vindicanti
tunc aſſiſtebat; Vt Aduocatus ſcilicet, ac
3 protegebat. & Cicero 3. *in Verrem* 46. Aſſi-
ſtere ad fores dixit. Atq; homicidio aſſiſte-
re dicitur, qui cũ armis occiſoribus adſtat,
vt animoſiores ad nocendum, necandumq;
fiant. ex notatis per Innocent. in *cap. conti-
nentia litterarum* 4. *de Clerico percuſſore.
Iulius Clarus* § *fin quæſtion.* 90. *verſic. quæ-
ro nunquid. numer.* 8. *Pariſ. conſil.* 164. *nu.*
10. *volum.* 4. *Marius Anton. variarum
reſolution. lib.* 3. *reſolution.* 5. *numer.* 14. 15.
& 17.
4 Hinc porrò eſt, quod Epiſcopus iuris habet
aſſiſtentiam in omnes, qui intra fines ſuæ
ſunt diœceſis quoad exercitium iuriſdictio-
nis, quia ius commune eum fouet, & pro eo
eſt, eiq; aſſiſtit, eumq; tuetur, vt in ſuæ manu-
teneatur iuriſdictionis exercitio, eiq; fo-
mentum præſtat. ad *text. in can. omnes Ba-
ſilicæ* 10. 16. *q.* 7. quo loco Concilium Auti-
lianenſe decreuit: Omnes Eccleſias ſub
eius Epiſcopi iuriſdictione eſſe, in cuius ter-
5 ritorio poſitæ ſunt: *Vt in eius Epiſcopi po-
teſtate conſiſtant*, (dicens) *in cuius territo-
rio poſitę ſunt.* & eſt *text. in cap. conquæren-
te* 16. *de offic. ord. extrà*, quo loco ad rem no-
ſtram perpendenda verba ſunt Honorij III.
ad Epiſcopum Aſſiſinatem: *Decernimus.* (in-
quientis) *vt in Eccleſijs, ſeù Cappellis tuę
diœceſis ad Monaſterium ipſum ſpectanti-
bus, habeas canonicam obedientiam, ſubie-
ctionem, & reuerentiam.* Indè quippè quò
ad iura Epiſcopalia Epiſcopo ius aſſiſtere
docet Honorius Papa: Quia in Epiſcopi diœ-
ceſi erant Eccleſiæ. *cap. cùm Epiſcopus* 7. *eod.
tit. lib.* 6. *& cap. cùm perſonæ* 7. *de priuileg.
in* 6. *Rota part.* 1. *diuerſorum deciſ.* 186. *n.* 1.
& deciſ. 376. *num.* 3. *ead. part. in Baren iu-
riſdictionis* 16. *Februarij* 1609. *apud Cocci-
num Decanum deciſ.* 448. *num.* 2. *& ſeqq. &
apud Card. Caualer. deciſ.* 306. *numer.* 1. *&
deciſ.* 506. *num.* 4. *& apud Verallum deciſ.*
300 *nu.* 7. *par.* 1. *& dec.* 201. *par.* 2. diximuſq;
reſponſ. noſtra 8. *numer.* 1. *part.* 2. *& reſponſ.*
81. *n.* 42. *p.* 3.
6 Parochus quoq; eodem ex principio, iuris
7 habet aſſiſtentiam, fomentum (hoc eſt nu-
trimentum. vt *Gloſſ.* explicat in *Clement.
dudum* 2. *in princip.* verbo *fomentum. de
ſepultur.*) atq; protectionem, ſiue defenſio-
nem quoad iura parochialia, Sacramento-
rum adminiſtrationem, & quartam decima-
rum, ac funeralium quoad omnes, qui intra
fines ſuæ ſunt Parecciæ, ad *text. in cap. cùm
contingat.* 29. *& capit. cùm in tua* 30. *de deci-
mis extrà. cap. dilectus filius* 18. *de offic. or-
din. cap. Paſtoralis* 9. vbi notant Doctores *de
his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capit.
Caputaquen. deciſ.* 306. *num.* 4. *par.* 3. *Rota
apud Sanct. Memoria Gregor. XV. dec.* 449.
num. 1. *& deciſ.* 519. *numer.* 3. *& in Leodien.
decimarum* 1. *Iulij* 1626. *coram Illuſtriſſi-
mo Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſion* 46.
num. 5. *part* 1. *& deciſ.* 261. *num.* 1. *part.* 2. *&
in Alexandrina funeralium* 1. *Iulij* 1630.
coram Merlino dec. 402. *n.* 6. *& ſeqq. part.* 5.
diuerſ. nouiſſ.
Hoc ità præmiſſo, ſtabiliq; iacto funda-
mento: Argumentor ad rem. Ius commune
fomentum præſtat, eiq; aſſiſtit, qui ius ha-
bet ex ſuo officio intra limites ſuæ diœceſis,
vel Pareciæ, vt in ſuperioribus oſtendi-
mus.
At Parochus ius habet in exercitio ſuæ
iuriſdictionis, in omnibus, quæ ad ſuum
ſpectant officium, ſuæ intra limites Pa-
recciæ.
8 Neceſſitatem enim habet Parochus, vt Sa-
craměta miniſtret, & Parochiani vt illa à pro-
prio recipiant Parocho. *Gloſſ. in d. clement.
dudum.* 2. §. *ac deindè.* verbo *impendant in
fin. de ſepultur. & ibid. Imola num.* 32. & ſe-
quuta fuit Rota apud eundem Dominum
Coccinum Decanum deciſion. 454. *numer.* 7.
Gonzal. ad regul. 8. *Cancell. Gloſſ.* 6. *numer.*
36. *Vincent. Grilenzon. conſ.* 171. *n.* 1. *& ſeq.*
Iuris ergò habet aſſiſtentiam in omnibus,
quæ ſui ſunt exercitij. Sed inter multa, quæ
9 ad ſuum ſpectant officium, vnum eſt: ius fu-
nerandi cadauera ſuorum Parochianorum.
Quoad illud ergò iuris habet aſſiſtentiam:
Quia ius commune fomentum ei præſtat in
ipſo exercitio, eiq; aſſiſtit.
Adſtruitur minor, quod ius funerandi
ſuorum Parochianorum cadauera ad Paro-
chum ſpectet.
10 Quia, & ſiquidèm liberum ſit cuilibet, vel
proprium habere ſepulchrum, vt Patriarchę
11 fecerunt Abraham, Iſaac, & Iacob, alijque.
can. Ebron. 2. *& can. placuit* 7. 13. *q.* 2. *cap.* 1.
12 *de ſepultur. extrà*, vel alienum, vti Dominus
noſter, qui in alieno ſepulchro cõditus fuit,
vt omnes teſtantur Euangeliſtæ. & *d. cap.* 1. *de
ſepultur.*

13 Quia

13 Quia nimitum ſepulturæ electio pars eſt
voluntatis vltimæ, quæ libera ſemper eſt
14 cuiq;, neq; lege vlla retineri poteſt, quin, ipſa
lex eſt, §. *diſponat. in auth. de nuptijs collat. 4.*
l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. can. vlt. volun-
tas. 4. 13. q. 2. Sebaſtianus Medices tom. 1.
tract. 5. de ſepultur. part. 1. quaeſt. 8. num. 1.
15 Diffugere haud tamen poterit, quiſquis
extra propriam Parochiam ſepulchrum ele-
gerit, quin; quæ iuris funerandi gratia ad eã
ſpectant, relinquat eidem. *d. cap. 1. & cap. re-*
latum 2. cap. cùm liberum 6. cap. cùm ſuper 8.
& cap. certificari. 9. vbi Hoſtien. de ſepultur.
extrà. & *ibid. Panormit. à n. 4.* quem ſequitur
Syluest. verbo canonica. n. 2. Rota in Bergo-
men. funeralium 7 Nouembris 1594. coram
Cardin. Mantica deciſ. 294. numer. 1. Iulius
Lauorius elucubrationum variar. tit. 2. cap.
11. numer. 1. Molina de iuſt. & iure tom. 1.
tract. 2. diſput. 115. verſ. præterea quartam.
Iuris ergo aſſiſtentiã habet Parochus quòad
ius funerandi, quòad omnia, quæ ad ius il-
16 lud ſpectant. Iure igitur manutentio debe-
tur ei ex ſola iuris ipſius aſſiſtentia, ſiuè fo-
mento, & defenſione. ad *tex. in cap. cùm per-*
ſona. 7. in fin. de priuileg. in 6. ex verbis Bo-
nifacij VIII. ibidèm: *Cùm de iure communi*
(dicentis) *Ordinariorum intentio ſit fun-*
data, ſua iuriſdictione vti poſſe liberè in
eoſdem. & dictum fuit in *Toletana decima-*
rum 5. Decembris 1631. coram Illuſtriſſimo
Durano Epiſcopo Vrgellen. *dec. 320. num. 3.*
part. 2. & in Romana electionis Prothome-
dici. 28. Iunij 1630. coram eodem deciſ. 274.
17 *num. 1. eadem part. 2.* Quia nimitum Paro-
chus ius habet vniuerſale intra limites ſuæ
Parochiæ; Mediuſq; eſt inter Deum, & Po-
pulum, vt dictum fuit in vna *Lunen. Sarza-*
nen. oblationum. 8. Februarij 1627. coram
Merlino deciſ. 37. num. 6. part. 5. diuerſorum
nouiſſimarum.
18 Quemadmodùm quòad Sacramentorum
adminiſtrationem in omnes, qui ſuæ intra
fines Parochiæ ſunt, iuris habet aſſiſtentiam
Parochus. De iuribus enim Parochialibus
eſt, ſacramenta ſuis Parochianis miniſtrare.
Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 23. c. 1.*
in princip. de reformat. ibi: Sacramentorum
adminiſtratione. *Gauantus in Enchyrid. Epi-*
ſcop. verbo Parochorum munera. numer. 12.
Gratian. forenſ. part. 2. cap. 298. num. 24. in
19 *conſilio Domini Theodoſij de Rubeis.* Vt neq;
peſtis tempore Populum deſerere valeat. *S.*
Thom. 2. 2. q. 185. art. 5. Barboſa de offic. Paro-
chi cap. 17. num. 12. Quod nec diffitetur ipſe
Dominus Coccinus *d. deciſione Auerſana*
funeralium in 1. præmiſſo. ex *Abb. in rub. de*
Paroch. numer. 2. argumento *textus in can.*
Epiſcopus in diœceſim 28. 7. q. 1. & cap. nul-
lus 3. de Parochijs, cap. omnis vtriuſq; ſexus.
12. de pœnitent. & remiſſion. d. clem. dudum
2. §. verum. de ſepultur.
20 Ita pariq; modo funus curare Parochia-
norum eorundem, pòſtquàm hinc demigra-
uere. *cap. ex parte. 5. & cap in noſtra 10. de*
ſepultur. Abb. d. c. certificari. n. 8. de ſepultur.
& Innocent. ibid. Molin. de iuſtit. & iur.
diſput. 214. verſ. ius ſepeliẽdi. Ricc. dec. 225. n.
5. par. 1. Eſt quippè acceſſorium quid ius fu-
21 nerandi ad ſacramentorum adminiſtratio-
nem; vt in neceſſariam quandam veniat
conſequentiam: Illum ius habere funeran-
di, apud quem ius eſt Sacramenta miniſtran-
22 di. Reductiuè enim res omnes Sacræ Sacra-
menta dici poſſunt. vt poſt *Federic.* ſequitur
Geminian. in cap. alma mater. §. in feſtiuita-
tibus. n. 8. ad fin. verſ. & iſta videtur verior
opinio. de ſentent. excomunication. in 6. Syl-
ueſt. in ſum. verbo ſepultura. num. 8. in 8. q.
verſ. ſecundùm Peregrini aduenæ. & dixerat
antea *Archidiacon. in cap. 1. num. 3. de ſepul-*
tur. in 6. & Antonius de Butrio in cap. 1. eod.
tit. extrà. n. 9. & Abb. ibid. num. 4. Sanchez
de matrim. tom. 1. lib. 3. diſputat. 2?. num. 17.
verſ. non obſtat etiam. Molina d. diſput. 214.
verſ. ius ſepeliendi. Gratian. forenſ. part. 2. d.
cap. 298. num. 15. & part. 3. cap. 492. n 30. &
31. & ſequuta fuit Rota in *Hiſpalen. iuris ſe-*
peliendi 15. Martij 1596. coram Card. *Man-*
tica dec. 366. nu. 2. & 6. Riccius part. 1. prax.
reſolut. 560. n. 3.
23 At nemini alij ius eſt Sacramẽta Parochia-
nis adminiſtrandi, niſi vno Parocho: nemini
24 igitur alij, niſi ſolo Parocho ius erit & funus
curandi ſuorum Parochianorum, poſtquam
hinc demigrauere. *d. cap. ex parte 5. & d. cap.*
in noſtra 10. de ſepultur. & d. clement. dudum
2. §. verum. eod. tit. quo loco non extra rem
25 Bonifacius de Vitalinis rationẽ infert: Quia
ius hoc, funus defuncti Parochiani curandi,
ad Parochos ſpectat propter Eccleſias, quibus
præſunt. & ſequuta fuit Rota in hiſce noſtris
terminis iuris funerandi in *dicta Bergomen.*
iuris funerandi coram Card. Mantica *dict.*
dec. 294. n. 1.
Pro Parochis ergo iuris eſt aſſiſtentia in
iure funerandi ſuorum Parochianorũ intra
26 Parochiæ ſuæ fines, ac pro illis conſequen-
ter orandi ſuper funere; nõ ſanè ad Presby-
teros Cappellanos amouibiles dictarum
Eccleſiarum Sanctiſſimæ Annunciatæ, & Sã-
ctæ Sophiæ, vt in terminis dixit *Lapus alleg.*
5. num. 6. & Bellemera conſil. 58. nu. 1. & ſe-
quuta fuit Rota *in d. Bergomen. funeralium*
coram Mantica d. dec. 294. in fin. Gauant. in
Enchyridion. d. verbo Parochorum munera.
n. 21. infrà etiam referendus ob Sacræ Con-
gregationis Rituum deciſiones, & *Barboſ. de*
offic. Parochi cap. 26. n. 80.
Hanc ob cauſam proindè de duobus al-
terum admittendum omninò erit: Vel hoc
ius orandi ſuper funus ad Eccleſiarum præ-
fatarum Oeconomos ſpectare; vel ad præfa-
tos Presbyteros earum Cappellanos. Ad
27 Oeconomos non equidèm, quia Laici cùm
ſint, ipſi incapaces vtiq; ſpiritualium ſunt iu-

Digitized by Google

rium.ad *text.in cap.Sacroſancta.51. & cap.*
Meſſana 56.de elect.Abb.in cap. decernimus.
2.in 1.notab.de iudic. Rota apud Creſcentiũ
28 *deciſ.5.de iure patronat.nu.1.*Vt neq; facul-
tas ſit illis in Eccleſiaſticis functionibus Cle-
ricis ſe immiſcere.*c.1. de vita, & honeſtat.*
Clericor.can. Sacerdotum.30. de conſecrat.
diſt.2. & dictum fuit in *Seguntina Portighe-*
rij 4.Maij 1604. *coram S. Memor. Gregorio*
29 *XV.deciſ.310.n.1.* Quod igitur per ſe ipſos
non poſſunt,neq; alijs demandare valebunt;
30 Quia dare haud poterunt, quod ipſorum
non eſt.Quid enim dare poteſt,qui nihil ipſe
habet? *can.Daibertum 24. inſi.1.q.7. cap.*
nuper 6.de donat.inter virum,& vxor. Re-
gula *nemo plus iuris.79. de regul. iur. in 6.*
Cardin.Zabarella conſ 17. num.21. Rota in
Romana prętenſæ venditionis 23. Ianuarij
1589.*coram Penia apud Marcheſanum par.*
*1.f.633.deciſ.39.num.1.*Non ad Sacerdotes
31 Cappellanos amouibiles:Quia ipſis ius nul-
lum quòad hoc eſt,neq; eſſe poteſt.vt Sacra
declarauit Congregatio pluries,& infra refe-
remus. & dictum fuit *d.dec.294. apud Card.*
Manticam. Neceſſariò igitur ad Parochos
ius hoc ſpectabit, ne in ſuſpenſo officium
32 hoc maneat. Porrò Parochi fundatam in-
tentionem ſuam habent Sacramenta mini-
ſtrandi quòad omnes,qui intra ſuarum fines
Parochiarum ſunt, ac conſequenter quòad
omnia, quæ à Sacramentorum adminiſtra-
tione pẽdent.ad *tex.d.Sacroſanctæ Triden-*
tinæ Synodus cap.1.ſeſſ.23.de reformat.in
princip. ibi: Et in cætera paſtoralia munia
incumbere. Acceſſoria profectò illa ſunt ad
33 Sacramenta,vt naturam ſequi debeant ſuo-
rum principalium. ad *regulam acceſſorium.*
52.de regul.iur.in 6.cap.ſuper gratia.9. de
offic.delegat.in 6. l.cùm principalis 139. vbi
*Dec.ff de regul.iur.*diximus *reſponſ.39.n.15.*
part.2. & dictum fuit in hiſce noſtris termi-
nis iuris funerandi in *d.Hiſpalen.iuris ſepe-*
liendi coram Card.Mantica d.deciſ 366. nu.
*2.& 6.*Pro Parochis itaq; iuris eſt aſſiſten-
tia in curandis ſuorum Parochianorum fu-
neribus intra ſuarum Parochiarum fines,
quòad omnia, quæ ad ius ipſum funerandi
ſpectant,ac conſequenter orandi ſuper de-
functorũ cadaueribus,ſiuè in eorũ Parochia-
libus, ſiue in alijs Eccleſijs,quæ intrà fines
34 ſuarum ſunt Parochiarum,condantur. Hoc
porrò ius funerandi,& ſepulturæ inſert; ora-
re ſcilicèt,& ipſum diuinum officium facerẽ,
dum terræ corpus traditur.vt *Cardin.*docet
in d.clement.dudùm.1. §.huiuſmodi.num.2.
verſ.quæro quid eſt ſepultura. de ſepultur.
facit optimè ex Concilio Bracharen.*text.in*
can.placuit 11.23.q.5. dum loquens de ijs,
qui ſibi ipſis voluntariè mortem intulerunt,
decernit. *Nulla prorſus pro illis in oblatio-*
ne commemoratio fiat, neq; cùm pſalmis ad
ſepulturam eorum cadauera deducantur.
æquiperat porrò orare,& ſepelire,quam ſen-
tentiam ſequitur *Menochius de arbitrar.*
lib.2.centur.3.caſu.284.num.36.Farinac.q.
128.num.16.in 4. ampliat. & ſequitur *Mi-*
chael Ferro Manrique.par.1.quæſtionum
moralium q.56.n.3. Gratianus d.cap.492.n.
29. part.3.forenſium diſceptat. & dictum
fuit in dicta *Bergomen.funeralium coram*
*Card.*Mantica *d.deciſ.294.* Manifeſtumquè
hoc fit ex Sophronio in *prato ſpirituali cap.*
*170.in fin.*Referens quippè Sanctę cuiuſdam
35 mulieris finem,in ſolitudine,quam iam iam
animã egiſſe duo Patres repererant. ſequen-
tibus loquitur: *Sumentes autem eum de*
loco,in quo iacebat,cùm ipſum ex more cura-
remus, inuenimus eſſe mulierem; & glorifi-
cauimus Deum.Completoq; ſuper illud offi-
*cio,ſepeliuimus.*ſic ille.verum in notis ad illũ
Magnus ille Epiſcopus Veronen. *Aloyſius*
Lippomanus, ſequentibus elucidat: *Com-*
pleto officio,hoc eſt recitatis hymnis, & pſal-
mis de more Eccleſiæ. ſic Lippomanus Funus
igitur curare, & officium facere eſt ſuper il-
lud Pſalmos, & Hymnos de more Eccleſiæ
recitare: quod orare dicitur. Adſtruiturquè
euidentiùs ex Concilio Tolerano Tertio in
*can.qui diuina 28.13.q.2.*ſequentibus enim
loquitur: *Qui diuina vocatione ab hac vita*
recedunt,cum Pſalmis tantummodò,& Pſal-
lentium vocibus debent ad ſepulchrum de-
ferri. Hoc autem ad Parochum ſpectat. Pro
Parocho ergo iuris eſt aſſiſtentia in funere
curando, atquè propterea ſuper funus ora-
36 re,quod Sacra quoquè Congregatio Sacro-
rum Rituum non ſemel declarauit.& in vna
Mediolanen. Sancti Celſi 29. Nouembris
1632.*Officium*(dixit)*facere ſuper cadaueri-*
bus pertinet ad Parochum, intra fines cuius
Parochiæ adeſt Eccleſia, in qua cadauer tu-
mulatur,non autem ad Sacerdotes talis Ec-
cleſiæ. refert eam *Barboſa de officio Parochi*
*d.c.16.n.80.verſ.officium facere.*Et in Nea-
politan.18. Maij 1602. atquè in Cęſaraugu-
ſtana 14.Ianuarij 1612. ſequentibus decre-
uit: *Parochus debet Sacerdotalia munera,*
& Presbyterales functiones,quę Populi, &
animarum curam concernunt,exercere, etiã
in Eccleſijs, quæ ſunt ſub Laicorum Magi-
ſtrorum gubernio, non autem ſpectat ad
*Cappellanos à dictis Magiſtris deputatos.*re-
fert *Barboſa in collectan. Bullarum. verbo*
Parochus.& Gauantus in Enchyridion Epi-
ſcoporum verbo Parochorum munera.n.21.
Habet ergo iuris aſſiſtentiam Parochus in
his omnibus.

37 Neq; dicas,officium ſuper cadaueribus fa-
cere, cùm Regularium ad Eccleſias deferũ-
tur,ad quas deferri,dum in humanis agerẽt,
elegere fideles,ad Regulares ipſos ſpectare,
non ad Parochum: vti pluries Sacra decla-
rauit Congregatio. refert *Barboſa dict.cap.*
26.numer.82.de offic.Parochi.& in *collectan.*
Bullarum.verbo officium defunctorum in
initio,& in fin.& Iulius Lauorius d.titul.2.

cap.

*cap.9.num.*120. & ſequuta fuit Rota in vna
Veronen. iurium Parochialium 23. *Martij*
1629.*coram Eminentiſſimo Cardinali Virli*
*li deciſ.*260.*num.*2.per *Ludouic.Poſtium ad*
eaſdem tractatus mandati de manutenendo.
38 vbi ampliat etiam in Eccleſia vnita Mona-
ſterio.*num.*3.Vt idem eſſe debeat in Eccle-
ſijs ſeculariũ,intra fines quamuis Parochia-
lium,exiſtant.
39 Non enim par eſt ratio in vtroq; Regula-
res quippè exempti ſunt, ac eorum conſe-
quentet Eccleſiæ. quod ſanè nec diffitetur
Dñs Coccinus dicta deciſione Auerſana fu-
neraliũ *verſ.hinc meritò* pluriesq; Sacrã de-
claraſſe Congregationem Sacrorum Rituũ
refert idem *Barboſa* locis vbi ſupra,& in no-
uis additionibus ad *tractat.de offic.Parochi*
*cap.*26.*ad num.*80.*fol.mihi* 52.*& Iulius La-*
*uorius d c.*9.*n.*120.
Obſtaculum propterea haud facient, quæ
dicta deciſione pro Eccleſiarum præfata-
rum Presbyteris contra Parochos Dominus
Coccinus affert. Quia profectò argumen-
40 tum eius non ſtringit. Argumentatur enim
negatiuè ab authoritate Abbatis in *rubrica*
*de Parochian.numer.*2. Quòd inter iura
Parochialia non enũmeretur ius ſuneran-
di. Eſt ergò iuris aſſiſtentia pro Presbyte-
ris dictarum Eccleſiarum, vt ipſe conſequẽ-
tiam infert.
41 Præterquàm quod enim argumentum à
ſola authoritate negata minimè ſubſiſtat,
nequè firmitatem obtineat, vt docet *Aegi-*
*dius de ConinK de cenſuris diſput.*13. *dub.*9.
*num.*78.& ſequuta fuit Rota in *Bononien.fi-*
deicommiſſi de Deſiderijs 14.*Martij* 1629 *co-*
*ram Merlino dec.*258.*n.*18.*par.*5. *diuerſorũ*
nouiſſimarum. Argumentum (dicens) à nega-
tiuis non valere.
42 Neq; tamen verum eſt; non enumerari ab
Abbate *dict.numer.*2. ius funerandi inter
43 iura Parochialia. Quærens namq; ipſe, in
quo conſiſtat ius Parochiale? Reſpondet:
Dic, quod in pluribus. Primò, vt Parochia-
ni diebus feſtis audiant miſſam in Parochia.
Secundò, vt Sacramenta percipiantur in hac
Eccleſia Parochiali, ſeù à Presbytero Paro-
chiæ; & vt Parochianus ibi ſepeliatur. Item
in praſtatione decimarum perſonalium. Itẽ
in oblationibus fiendis ſic Abbas. Inter iura
itaq; Parochialia, Sacramẽtorum enumerat
adminiſtrationem, atq; vt in Parochia ſepe-
liantur defunctorum Parochianorum cada-
44 uera. Includitur ergò ius funerandi, & in
Sacramentorum adminiſtratione, cùm ac-
ceſſoriũ ſit ad illa, & in ſepultura, quã propria
in Parochia habere debẽt. Sepultura verò, of
ficium facere ſuper cadauere, importat; vt
ex *Cardin.* & alijs in ſuperioribus diximus,
atq; ita Abbatem interpretata fuit Rota in
dict.Bergomen.funeralium coram Cardinali
Mantica d deciſ. 294.*nu.*1. Quinimmò ipſe-
met *Abbas d.cap.*1.*num.*4. *de ſepultur.* Ius
funerandi Parochialia inter iura enumerat,
dicens: *Et ſic erit idem dicendum in iure*
funerandi, cùm omnia iſta ſint de iure Pa-
rochiali. ſequuntur *Marius Antonin.varia-*
rum reſolut.lib 1.*reſolut.vltim.caſu* 59.*verſ.*
4.*quandoquidem. Aloyſius Riccius. dict. de-*
*ciſ.*225.*n.*5.*&* 6.*part.*1.*Card.Tuſcus tom.*6.
*verbo Parochus.concluſ.*97.
Non rectè igitur conſequentia proceſſit:
non enumeratur ab Abbate ius funerandi
inter iura parochialia: eſt proindè iuris aſſi-
ſtentia pro Eccleſiarum præfatarum Presby-
teris. cùm (vti perſpeximus) enumeretur.
45 Prȩterquàm quod argumentum vitio no-
tetur, quod a præmiſſa negatiua, conſequen-
tiam inferat affirmatiuam. Et regula ſit Ari-
ſtotelica, vt ſi vna ex præmiſſis negatiua ſit,
conſequentia quoquȩ negatiua eſſe debeat.
Conſequentia enim debiliorẽ ſemper par-
tem ſequitur, *Cardinalis Toletus in introdu-*
*ctione in Ariſtotelis dialecticam lib.*4.*cap.*4.
in 4.*regula.*
Iurè proindè, rectiùſq; pro Parochis con-
ſequentia hoc modo procedet: Enumera-
tur inter iura Parochialia ius funerandi. Ad
Parochum igitur ſpectat ſuper cadaueribus
46 orare defunctorum Parochianorum. Quia
nimirùm ius illud funerandi omnia com-
prehendit, quæ eius ſub nomine includun-
tur, ex ratione, quam *Abbas* ipſe *dict.cap.*1.
affert: *Cùm omnia iſta ſint de iure Paro-*
chiali. dicens.& *Buteius ibid.nu.*9. inferens:
ſepulturam ſequi ad Sacramentorum admi-
niſtrationem. *Sanchez d.diſputat.*23. *nu.*17.
verſ.nec obſtat etiam, & in ſuperioribus di-
ximus. ex *Card.dict.clement.dudùm.*2. *§.hu-*
*iuſmodi.n.*2.*de ſepulturis.*
Eſt ergo iuris aſſiſtẽtia pro Parochis. De-
cidit proinde quicquid pro Presbyteris prȩ-
fatis dictum fuit, vti ex falſo principio.
47 Ex falſo verò non niſi falſum ſequitur, Ari-
ſtotele prȩceptore. & dixit Iurecõſultus Pau-
lus in *l.& ex diuerſo.*36.*§.*1.*ff.de rei vendic.*
Cœteroquin ſi ſuper defunctorum cada-
ueribus orare, funuſq; facere ſuorum Paro-
chianorum ad Parochum non ſpectaret, etiã
intra fines Parochialium ſuarum, quòd ex
Abbate inter Parochialia munera minimè
enumeretur; neq; ad ipſum ſpectaret Pa-
rochum illa aſſociare, dùm ad Eccleſias in-
tra ſuarum Parochialium fines. ad quas de-
ferri elegerunt, efferuntur: quod ipſiſmet
Aduerſarijs in probatur, pariterq; Domino
Coccino ipſi.
48 Quoniam, & ſi ad Regularium deferan-
tur Eccleſias, Parochorum tamẽ erit advſq;
fores Eccleſiarum Regularium ipſorum,
Pſalmos canentes deferre. vt optimè docet
*Oldrad.conſ.*81.*ac præſertim n.*2.*verſ.nam*
& portare.& Barboſ.de officio Parochi dict.
*cap.*26.*n.*71.& ſacra declarauit Congrega-
tio, nec ſemel apud *Lauorium d.tit.*2 *cap.* 9.
49 *num.*120. Quinimmò in ipſis regulariũ Ec-

O 2 cle-

cleſijs permanere poterunt, modò tamen
in officio decantando nullatenùs ſe ingerãt.
Vt Sacram Congregationem negotijs Epi-
ſcoporum,& Regularium prepoſitam, in Ne-
coteren. 5. Iulij 1615. declaraſſe, refert *Bar-
boſa de offic. Parochi d. cap. 26. nu. 80.* & alias
ſępè per eunde *Barboſ. in collectan. ad Bul-
las* verbo *officium defunctorum. verſic. offi-
cium facere defunctorum. & Lauorius dict.
c. 9. n. 120.*
50 At abſurdum hoc eſt dicere; Cùm Paro-
chorum ſit curare ſuorum Parochianorum,
qui ex hac luce diſceſſerunt, funus: Sicuti
eorundem curare eſt, vt Sacramenta reci-
piant. ad *text. in d. cap. omnis vtriuſq; ſexus.
12. de penitent. & remiſſion. & dict. clement.
dudùm. 2. §. verum. de ſepultur. & dict. cap.
1. ſeſſ. 23. de reformat. Sacri Tridentini Con-
cilij.*
Abſurdum proindè erit dicere, ad Paro-
chos minimè ſpectare ſuper defunctorum
Parochianorum cadaueribus orare in Ec-
cleſijs etiam intrà ſuarum Parochiarum fi-
nes, ad quas deferri contumulanda elege-
51 runt: Cùm ſepulturam eligere facultatis ſit
liberæ. *dict. cap. 1. de ſepultur. Marius Anto-
ninus d. reſol. vltim. caſu 59. in princ. verſic.
1. nàm licet.* & nos pluribus *reſponſ. 14. nu. 1.
52 & ſeq. part. 2.* Vt quibus comunicauerunt
viuis, comunicent & mortuis. ad regulam
*text. in cap. ex parte. 11. in fin. de ſepultur.
extra.* & *cap. à nobis 28. § nec obſtat. de ſen-
tent. excomunic.* & *can. illi, qui. 3. in fin. 6. q. 1.
Gloſſ. in can. placuit. 12.* verbo *commemora-
tio. 13. q. 5.* & *can. ſanè 3. 24. q. 2.* diximuſquè
53 *reſponſ. 60. num. 25 par. 3.* Super cadaueri-
bus verò orare defunctorum Parochianorũ
ſuorum neceſſitatis eſt Parochis, vt vltimum
eis vale dicant in Domino defunctis, in
magno nouiſſimi diei tempore ſuſcitan-
da. vt Sacram declaraſſe Congregationem
in Neſipina 11. Decembris 1615. refert *Bar-
boſa de offic. Parochi d. cap. 26. nu. 70.* Et hoc
ſepulturam curare ſit; ſuper defuncto diui-
num habere officium, vt ex *Card. d. clem. du-
dùm. § huiuſmodi.* in ſuperioribus diximus.
54 Quòd autem intra Regularium Eccleſias,
ad quas defuncti ſepulturam elegere, officiũ
præſtare haud poſſunt Parochi, id ex iure
procedit peculiari propter eorũ exemptio-
nem; vt ſecus eſſe debeat in alijs ſecularibus
Eccleſijs, intrà Parochialiũ fines, q̃ nullo
ſpeciali iure fulciũtur, neq; priuilegio alio,
55 q̃ priuata lex eſt, atq; de iure detrahit Ordi-
natio. *cap. priuilegia 3. vbi Gloſſ. diſtinct. 3.
Decius in l. in omnibus cauſis. 68. numer. 5. ff.
de regul. iur.* diximus *reſponſ. noſtra 78.
n. 4 par. 3.*
56 Regulæ proindè ſtandum erit vbi caſus
exceptus non reperitur. ad regulam *text. in
cap. ad decimas. 2. de reſtitut. ſpoliator. in 6.
cap. 2. de coniugio leproſorum extrà. Gloſſ. in
l. omnis definitio. 202. ff. de regul. iur. & in
l. 1. vbi Decius. ff. eod. Caſſador. deciſ. 7. nu.
17. in fin. de cauſa poſſeſſion. & propriet. Sur-
dus deciſ. 255. numer. 2. Afflict. deciſ. 13. n. 9.*
noſter *Maranta in ſpeculo part. 2. princip.
n. 88. Nauar. conſil. 40. peto primo. nu. 11. lib.
5. de pœnitent. & remiſſion. Viuius dec. 135.
n. 1. & ſequent. Morotius reſponſ. 1. nu. 23. &
24.* quem ſequitur *Antonius Monachus dec.
Florentin. 24 n. 17. 18. & 19.*
57 Pro quo igitur ſtat regula, fundatam is
profectò pro ſe intentionem habere dicitur,
iuriſq; præſumptionem. *l. ab ea parte. 5. ff. de
probationib. Gloſſ. in d. l. omnis definitio. de
regulis iur. & in rub. de regulis iuris. in 6.
verſ. & dicitur regula. Venius d. deciſ. 135.
num. 3. Nauar. d. conſil. 40. num. 11. Ambro-
ſinus de Immunitat. Eccleſiaſt. cap. 11. num.
4. verſ. 1. etenim. Monald. conſ. 58 numer. 4.
58 part. 2.* Vt in aduerſarium onus transfera-
tur, probandi contrariũ, vt dixit Rota apud
*S. Memor. Gregor. XV. dec. 182. nu. 1. Monald.
d. conſ. 58. n. 4.*
Ad Parochos ergò ius orandi ſuper de-
functorum Parochianorum cadaueribus
dum ad humandum ad dictas transferuntur
Eccleſias, ſpectat: Quoniam ius eſt hoc Pa-
rochiale, & inter iura enumeratur, agnoſci-
turq; Parochialia. Habent proinde quòad
hoc Parochi iuris aſſiſtentiam; quia regu-
lam pro ſe habent.
Neq; obſtabit, q̃ dicta deciſione Aperſa-
na funeraliũ, in 2. *præmiſſo* aſſumit Dominus
59 Coccinus: Prælatas Eccleſias Sanctiſſimæ
Annunciatæ, & Sanctæ Sophiæ, intra limites
quantumuis Parochialium exiſtant, illas ta-
men Parochialibus ſubiectionem haud de-
bere. ad *text. in cap. fin. de officio Archidiac.
extrà. Calderin. conſ. 6. n. 1. verſ. item ſicut. de
religioſ. domib.*
Non enim hìc nos agimus, an abſolutè
60 ſubiectæ ſint, nec ne? ſed de iuribus con-
trouertimus Parochialibus, in quibus ſu-
biectas eſſe, nequè inficias it ipſe Dominus
Coccinus, quin adſtruit ex doctrinis per eũ
allegatis.
61 At iura inter Parochialia, funerandi ius
agnoſcitur, ac conſequenter ſuper cadaue-
ribus orandi demortuorum Parochianorũ,
quod ius ſit Parochiale, vt in ſuperioribus
probauimus.
Erunt ergo in hoc ſubiectę Parochialibus
præfatæ Eccleſiæ. *capit. per exemptionem.
9. vbi Gloſſ. final. de priuileg. in 6. Rota
part. 1. tom. 1. in recentiorib. deciſion. 156.
num 6. & apud Burattum par. 3. deciſ. 877.
n. 2. Eraſmus à CoKier de iuriſd. in exemptos
par. 1. q. 13. num. 4. & 5. & part. 4 q. 37. in
fin. Barboſa in collectan. ad d. cap. per exem-
62 ptionem, numer. 4. & 5.* Quia nimirũ quòad
Sacramentorum adminiſtrationẽ, (inter quę
quaſi acceſſorium ius funerandi, orandi què
agnoſcitur, vt diximus) territorium habere
Parochus dicitur, qui Iudex eſt animarum,
eo-

Digitized by Google

eorum omnium, qui in ſua Parochia de-
gunt. *dict. cap. omnis vtriuſq; ſexus. 12. de pœ-
nitent. & remiſſion. Abb. in cap. cùm contin-
gat. 13. num. 18. de foro compet.* quem ſequi-
tur *Marcus Anton. Cucchus inſtitut. maior.
lib. 2. tit. 15. de Presbytero Parocho. n. 11. &
12. Cardin. Tuſcus tom 6. lit. P. verbo Paro-
chus. concluſ. 95. num. 7. ex Calcan. conſil. 34.*
63 *num. 10. & ſeq.* Qui autem omne dicit, ni-
hil omninò excludit. *cap. ſolitæ 6. de maiorit.
& obed. extrauag. vnam Sanctam 1. §. igi-
tur Eccleſiæ. eod. tit. inter communes.*
64 Parochus verò in regimine Parochialis
Eccleſiæ, cui præeſt, quoàd Sacramentorum
adminiſtrationem, Epiſcopi vices ſubſtinet.
65 In locum quippe ſeptuaginta diſcipulorum
Parochi, vti Apoſtolorum in locum Epiſco-
pi, ſubrogati fuere. *can. Corepiſcopi 5. 68.
diſt. & can. in nouo. 2. 21. diſt. S. Thomas. 2.
2. q. 184. artic. 6. ad 1.* ſequuta fuit Rota in
*Vliſbonen. iuris nominandi, ſiuè eligendi
Concionatorem 16. Nouembris 1633. coram
Merlino decif. 234. num. 42. part. 6. diuerſo-
rum nouiſſimarum per Rubeum, Barboſ. de
officio Parochi cap. 9. n. 1.*
Iuris proindè aſſiſtentia pro Parochis in
hac parte eſt, orandi etiam ſuper defuncto-
rum Parochianorum cadaueribus, cùm ad
Sacramentorum adminiſtrationem conſe-
quens ſit, atq; ius proptereà Parochiale;
quemadmodùm & in Sacramentorum ad-
miniſtratione aſſiſtentiam habere in dubiũ,
neq; apud Aduerſarios reuocatur; neceſſita-
tis cùm ſit, Parochi vt Sacramenta mini-
ſtrent, illaquè Parochiani à ſuis recipiant
Parochis, (in ſuperioribus vt oſtendi-
66 mus.) Et vniuerſalitas Parochialis offi-
cij id omninò operatur, vt ad omnes
actus ad officium præfatum ſpectantes ex-
tendatur, atq; proindè manutenentio exer-
centi detur. ex doctrina *Bartol. in leg. 1. § ſi
quis hoc interdicto ff. de itinere, actuq; pri-
uato. & Bald. in l. 1. num. 24. verſic. tu dic. C.
de emancipat. liber. Abb. in cap. 1. per illum
text. de religioſ. domibus.* ſequuta fuit Rota
*apud Sanctæ Memor. Gregor. XV. dec. 557.
numer. 2. & ibidèm Beltramin. addent num.
6. & apud Illuſtriſſimum Duranum* Epi-
ſcopum Vrgellen. *deciſion. 274. n. 1. part. 2.*
Inanitèr ergò aſſumptũ fuit, pro Presby-
teris Eccleſiarum præfatarum iuris eſſe aſſi-
ſtentiam in eorum Eccleſijs ſuper defuncto-
rum cadaueribus orandi, officiumq; haben-
di: Et quòd in falſo aſſumpto fundamentum
iactum fuit, ſupponendo vtiquè non
eſſe hoc de iuribus Parochialibus; & quòd
ſubiectionem nullam Parochiali Eccleſiæ
deberent.
Cùm contrà, debeant illam quoàd Sacra-
mentorum adminiſtrationem, quæ de ma-
nu Parochi, vel eius licentia accipere debēt
quotquot intrà fines ſunt eius Parochiæ,
67 quàmuis exempta Eccleſia eſſet: non enim
proptereà exempti erunt eius Parochiani.
d. cap. per exemptionem 9. de priuileg. in 6. &
diximus ſupra.
68 Nec facit obſtaculum quod pariter aſſu-
mebatur pro Presbyteris dictarum Eccleſia-
rum: Eſſe hoc ſtatutum in Synodo diœce-
ſana Auerſana per Illuſtriſſimum Epiſcopũ
D. Petrum Vrſinum, *titul. de funeribus, &
ſepulturis. fol. 167. §. Stolam, & Pluuiale.*
Cùm quidem, quòd Synodi verba in te
ſatis à noſtra diſſita loquuntur; quando ſci-
licèt defunctus extra propriam Parochiam,
& eius fines, in aliena Parochia ſepulturam
eligit; quod fieri vtiq; poteſt, cùm liberam
quiſq; ſepulturam eligendi facultatem ha-
beat. *dict. cap. 1. de ſepultur. extrà*, atq; in ſu-
perioribus oſtendimus. Synodi namq; verba
ſequentia ſunt.
*Stolam, & Pluuiale in via dùm funus
procedit, ne quis præter proprium defuncti
Parochum habere funebreq; officium incboa-
re, & dirigere vllo modo poſſit: quàmuis
etiam in alterius Parochiam, & Eccleſiam
corpus ſepeliendum exportetur. Vbi tamen
in alienam Aedem Sacram illatum iam fue-
rit, nihil ampliùs iuris in ea Parochus de-
functi habeat; ſed illius Eccleſiæ præfe-
cto omne officium explendum relinquat.* Sic
Synodus.
Loquitur proindè de Aede Sacra intra
limites alienæ Parochiæ. Quæ nempè intra
limites Parochiæ conſtitutæ ſunt Eccleſiæ;
eæ alienæ dici haud poſſunt, ſed propriæ. Iu-
re quippè proprio in illis Sacramenta mini-
ſtrat Parochus, iuraq; exercet Parochialia.
*dict. clement. dudùm. de ſepultur. & capit. 1.
et per tot. de Paroch. extrà. Gratian. d. c. 298.
nu. 24. Gonzalez d. Gl. ſſ. 6. nu. 36.* & vidimus
ſupra.
Tum quòd lex ipſa Synodalis, quatenùs
(vt Aduerſarij volunt) exaudienda fuerit, re-
70 cepta minimè in hac parte fuit: Vt nos
ipſi ab experto nouimus, dùm à viginti duo-
bus annis in Auerſana diœceſi Illuſtriſſimi
Domini D. Caroli Carafæ Epiſcopi, & apud
Cæſaream Maeſtatem Sanctiſſimi D. N. Pa-
71 pæ Nuntij vices geſſimus. Inter cætera
verò, quæ lex habere debet, vt liget, obli-
getq; hæc eſt, vt recepta lex ſit. *can. in iſtis.
3. §. leges inſtituuntur. diſt. 4 cap. cùm dile-
ctus 9. verbo approbata. de fide inſtrument.
Rota apud Card. Caualer. dec. 77. n. 2.* dixi-
muſq; *reſponſ.* noſtra 40. *n. 17. & reſponſ. 41.
n. 16. part. 2.*
Tum prætereà quòd verba illa Synodi
(*vbi tamen in alienam Aedem Sacram illa-
tum iam fuerit, nihil ampliùs iuris in ea Pa-
rochus defuncti habeat*) exaudiri ſanè de-
beant, poſt expletum officium, (quod orare
vocatur) vt nihil ampliùs iuris in ea (videli-
cèt Aede Sacra) Parochus defuncti habeat.
72 Tunc nempè illatum in Eccleſiam funus
dicitur, cùm videlicèt iuris funerandi opus

ex-

expletum fuetit. Neq; porrò Synodus de defuncti cadauete verba facit, ſed de Eccleſia, Sacravè Aede, vt nihil ampliùs iuris in ipſa Eccleſia, poſt expletum orare, Parochus habeat; ſed omne ſubſequens officium, Eccleſiæ illius Præfecto relinquat. Minimè igitur improbat Synodus, quin Parochus ſuper defuncto oret, atq; hoc in aliena Aede Sacra extra Parochiæ fines.

Quia tunc defunctus in Eccleſiam per funus illatum dicitur, cùm officium diuinum ſuper illud perfectum fuerit. vt in ſuperioribus ex *Card. in d. clement. dudùm.* diximus, ſi quid verò reſiduum fuerit, vtputa, quòd miſſæ celebrentur, vel diuinum aliud perficiatur officium. hoc ad Aedis illius Sa-
73 cræ Præfectum ſpectet. Vt ipſa ſubſequuta obſeruantia à celebrate Synodus tempore demonſtratione maniſeſtiſſima oſtendit, & qualis Condentis legis mens fuerit, demonſtrat *Aymon. conſ. 201. num. 8. & 10. Rota apud Sancta Memor Gregor. XV. deciſ. 502. n. 10. & dec. 280. n. 5. & apud Dominum Coccinum dec. 436. n. 1.*

Funerandi itaq; ius (etiam ex Synodo) cùm ad Parochum ſpectet, quòd de iuribus Parochialibus ſit: pro eo vtiq; iuris erit aſſiſtentia.

Ceſſat proindè quicquid pro dictarum Eccleſiarum Sanctiſſimæ Annunciatæ, & Sanctæ Sophiæ aſſumptum fuit. In deciſis propterea à Sacra Rituum Congregatione, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio pro Parochis, ſtandum erit.

Atquè ex his ita, purgatioris naris haud excuſſo iudicio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ præſumuntur erectæ authoritate Ordinarij.*
2 *Ius Parochiale in quo conſiſtat?*
3 *Sepulturam poteſt quis eligere etiam extrà Parochiam.*
Quia eſt actus propriæ voluntatis.
4 *Parochus fundatam habet intentionem in quarta funeralium.*
Etiam ſi extrà Parochiam eligat ſepulturam.
5 *Decimæ ſolui debent Parochiali, & in hoc eſt ius Parochiale.*
6 *Oblationes debentur Parocho.*
7 *Eccleſiæ licèt fundata ſint intra limites Parochialium, illis tamen ſubiecta non ſunt.*
Niſi Cathedrali.
Et quòad iura Parochialia. & n. 9.
Vltra quæ, ſi quid prætenderet Parochus, deberet id probare ex iure ſpeciali id ſibi competere. n. 8.
10 *Chriſtiano licitum eſt eligere ſepulturam in qualibet Eccleſia.*
Etiam quòd non ſit Parochialis.
Et liberè Eccleſiæ in hoc caſu poſſunt concedere ſepulturam.
11 *Officium facere poſtquàm cadauera in Eccleſiam ſunt illata non eſt de iuribus Parochialibus.*
12 *Teſtibus, & pluribus, & veriſimiliora deponentibus, magis ſtandum eſt.*
13 *Cadauera cùm deducuntur ad Eccleſias Regularium humanda, Parochus non poteſt officium facere ſuper illa intra eorum Eccleſiam.*
Et idem eſt in alijs Eccleſijs, Parochialibus non ſubiectis. n. 14.
Quando verò ſepeliuntur Confratres in eorum Oratorio, Officium ſpectat ad Parochum, intra cuius limites ſitum eſt Oratorium. num. 15.
16 *Iulius Lauorius carpitur. quòd ex ſuo marte loquutus fuerit.*

Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ coràm R. P. D. Coccino Decano in cauſa Auerſana Funeralium.

Veneris 23. Iunij 1634.

INtra limites Parochiæ S. Ioannis Terræ Iuliani Auerſanę Diœceſis ſita eſt Eccleſia Sanctiſs. Annunciationis, quæ habet in redditibus ſc. 3000. & xx. Presbyteros ſibi inſeruientes. Fontem baptiſmalem pro pueris expoſitis, Hoſpitale pro infirmis, quibus per Presbyteros eiuſdem Eccleſiæ approbatos ab Ordinario, adminiſtrantur ſanctiſſima Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis Sacramenta, quod Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramētū, & Oleū ſanctū quotidiè aſſeruantur in dicta Eccleſiâ, in qua etiam licitum cuique eſt ſepulchrum ſibi eligere.

In Parochia verò S. Annæ adeſt Eccleſia S. Sophiæ, vbi non ſolùm ſeruatur ſanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum, ſed etiam diuerſæ Sanctorum Reliquiæ, & in hac Eccleſia ſolet ab Epiſcopis tempore viſitationis, celebrari, & qualibet die Quadrageſimæ à Concionatoribus verbum Dei prædicari, & in iſta pari modo poteſt quiſq; ſibi ſepulturam decernere, habetq; etiam in redditibus ſc. 2000. & in ſui ſeruitio xx. Presbyteros, prout de his omnibus conſtat ex atteſtatione Reue-
1 rendiſſ. D. Epiſcopi: Quarè dd. Eccleſiæ præſumuntur erectæ auctoritate Ordinarij, vt

per

Digitized by Google

per *Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 19.*
Farinac. de immun. Eccleſ. n. 267. ità vt reti-
neant nomen Eccleſiarum, non autem ſim-
plicium Oratoriorũ, *Dec. conſ. 148. in princ.*
Hieron. Caratt. in opuſc. de iurib. Paroch. tit.
2. cap. 14.

Orta eſt quæſtio inter Parochos prædi-
ctarum Parochialium ex vna, ac Magiſtros,
& Oeconomos dd. Eccleſiarum ex altera;
Ad quos ſpectet facere officium ſuper cada-
ueribus ſepeliendis in dictis Eccleſijs San-
ctiſs. Annunciatæ, & S. Sophię, poſtquam cor-
pora mortuorum fuerint illuc illata, & Do-
mini cenſuerunt, ſpectare ad Presbyteros
dd. Eccleſiarum, non autem ad Prælatos Pa-
rochos.

2 Et pro reſolutione præſentis dubij, tria
ſunt premittenda: Primò, quòd, vt dicit
Abb. in rubr. de Paroch. nu. 2. Ius Parochiale
conſiſtit in eo, quòd Parochiani diebus fe-
ſtiuis audiant Miſſam in Parochia, vt in *c. 2.*
eod. tit. licèt hodiè de conſuetudine non ſer-
uetur. Secundò conſiſtit in eo, quòd dd. Pa-
rochiani percipiant Sacramenta in Eccleſia
Parochiali, ſeu à Presbyteris d. Parochialis,
cap. Epiſcopi in Diœceſi 7. q. 1. cap. nullus, de
Parochijs. Tertiò, quod Parochiani ibi ſepe-
liantur, *cap. omnis, de pœnitent. & remiſſ. cle-*
ment. dudùm, §. verùm, de ſepult. niſi eligant
3 ſibi ſepulturam in alio loco, cùm ſit actus
propriæ voluntatis, *cap. cùm liberum, de ſe-*
pultur. Natt. conſ. 432. num. 6. & ſeq. Cęſar
de Graſſ. dec. 1. num. 1. de ſepultur. & niſi adſit
ſepulchrum maiorum, *cap. Ebron. cap. pla-*
cuit. 13 q. 2. cap. fraternitatis, de ſepult. cap. 2.
4 *cùm quis, eodem tit. in 6.* Et in iſto caſu Pa-
rochus habet fundatam intentionem in
quarta funeralium, vt in *d. clem. dudùm, §.*
huiuſmodi, Vgolin. de off. Epiſc. cap. 17. nu. 2.
& reſoluit Sac. Congr. Rituum in cauſa *Ca-*
puana 31. Martij 1619. proponente Emi-
5 nentiſs. D. meo Cardinali Pio. Quartò, Ius
Parochiale conſiſtit in eo, quòd decimæ
ſoluantur ipſi Parochiali. *cap. cùm contingat,*
6 *de decimis.* Quintò, quòd ei ſint debitæ
oblationes, *cap. omnis Chriſtianus, de con-*
ſecr. diſt. 1. & eſt elegans decisio benè diſtin-
guens materiam *in cauſa Lunen. Sarzanen.*
oblationum. 8. Februarij 1627. corã R. P. D.
meo Merlino.

7 Secundò eſt præmittendum, quòd licèt
dd. Eccleſiæ ſint fundatæ intra limites dd.
Parochialium, nihilominùs illis non ſunt
ſubiectæ, *ex tex. in cap. fin. de offic. Archid.*
quia nulla Eccleſia, citra Cathedralem, fun-
dat intentionem ſuam de iure ſuper ſubie-
ctione alterius Eccleſiæ, etiam fundatæ intra
limites ſuæ Parochiæ, præterquam tamen
quòad iura Parochialia; & vltra eã ſi vellet
8 vendicare aliquod ius in aliena Eccleſia,
deberet probare ex iure ſpeciali hoc ſibi cõ-
petere, vt in *c. dilectus, de Cappell. Monach.*
in quo communem eſſe theoricã dicit *Abb.*
in cap. ad audientiam il primo. num. 8. verſ.
etiam nulla, de Eccleſ. ædific. idem Abb. in d.
cap. dilectus, nu. 11. verſ. vnde concludit. de
Cappell. Monach. vbi dicit, quòd Innocent.
& communiter DD. tenent, quòd Eccleſia
inferior, citra Cathedralem, non poſſit de
iure communi petere aliquam ſubiectionẽ
in alijs Eccleſijs inferioribus, licet ſint ſitæ
intra ſuam Parochiam, & *Calder. in conſil. 6.*
numer. 1. verſic. item ſicut, de relig. dom. dicit,
quòd non reperitur iure cautum, in quo te-
neatur Cappella cõſtructa in alterius Paro-
chia, vt notant *DD. in dict. cap. ad audien-*
tiam, il primo, de Eccleſ. ædif. Innoc. in dict.
cap. dilectus. num 4. poſt princip. verſ. neceſ-
ſe dignum; vbi, quod non inuenit aliquid de
9 iure pertinere Parochis ſuper minores Ec-
cleſias, & quod exceptis iuribus Parochiali-
bus, alia iura non competant Parochiali in
Eccleſia intra limites ſuæ Parochiæ fundata.
dicit *Io. Andr. in d. cap. dilectus. nu. 9. Card.*
num. 2 in 2. oppoſitione. Abb. antiquus nu. 3.
verſ. vnde dicit: vbi hoc verum, præterquam
quòad iura Parochialia. *Butr. num 3. verſ.*
tertio nota, & n. 11. verſ nota quod Eccleſia,
& num. 13. verſ. ſequeretur: vbi quòd Pa-
rochia non fundat intentionem ſuam, niſi
quòad iura Parochialia. *Io. de Anan. n. 12.*
verſ. ſecundo oppono: & cùm hæc ſit com-
munis opinio, non eſt curandum quicquid
dicat *Hoſtien. ibidèm. n. 4. verſ. veruntamen,*
qui nec figit pedes.

10 Tertiò præmittendum eſt, licitum eſſe
Chriſtiano eligere ſepulturam in qualibet
Eccleſia, etiam quòd non ſit Parochialis, &
illud ius acquirit Eccleſia non Parochialis
ex conſuetudine, vel authoritate Epiſcopi.
Hoſtien. in cap. quià nonnulli, nu. 7. ad fin.
verſ. quod ſi aliquis. & ibi Io. And. numer. 8.
Butr. n. 10. Card. q. 11. de cler. non reſid. Fe-
der. de Sen. conſ. 136. num. 19. Rota dec. 228.
numer. 7. part. 2. in recent. & fuit reſolutum
in *Mediolanen. quarta funeralis,* 14. Maij
1622. coram R. P. D. meo Merlino, & hoc ca-
ſu liberè dd. Eccleſiæ poſſunt concedere
ſepulturam. *Nauarr. conſil. 1. nu. 1. de ſepult*
in nou.

His tribus poſitis, cùm dd. Eccleſiæ non
ſint ſubiectæ Parochis, vt in 2. præmiſſo di-
ctum fuit, & illi habeant ſolùm intentionem
fundatam de iure communi ſuper iuribus
Parochialibus, *Abb. in cap. dilectus, numer. 4.*
verſic. ſed dubitatur. de offic. ordin. Rota
11 *deciſion. 76. numer. 1. part. 1. recentior.* Cum
facere d. officium poſtquam cadauera ſunt
illata, non ſit de iuribus Parochialibus, vt ex
notatis in 1. premiſſo colligi poteſt, ſequi-
tur per neceſsè, quòd ſi fideles eligant ſibi
ſepulcrum in dictis Eccleſijs, proùt facere
poſſunt, vt in 3. premiſſo dictum fuit, quòd
officium debeat celebrari per Presbyteros
dictarum Eccleſiarum, non per Parochos.
cùm Parochi nihil agere habeãt in dictis Ec-

Digitized by Google

cleſijs. *ad text. in cap. placuit. 7. q. 2. cap. Epiſcopus in Diœceſi, 7. q. 1. cap. nullus, de Parochis.* & cùm prædictis concordat Conſtitutio Synodalis Auerſana, & itá fuit obſeruatum à 40. annis, & citra, vt deponit tertius teſtis ętatis 72. annorum, octauus 59. nonus ætatis 70. vndecimus ætatis 64. decimus tertius ætatis 70. decimus quintus ętatis 80. & decimus ſextus ætatis 87. & aliqui teſtes deponũt, quòd cũ quidam Curatus eſſet etiam Sacriſta Eccleſiæ S. Sophię, quando ad illam cadauera deferebantur ex ſua Parochia, ipſe abſtinebat ab officio faciendo, ſecùs autem quando cadauera erant ex alterius Parochia. quàmuis adſint alij teſtes pro alia parte deducti, qui deponunt, quòd Parochi faciebant officium; nihilominùs duodecim teſtes declarant, hoc fuiſſe factum de licentia Presbyterorum dictarum Eccleſiarum.

12 Et in concurſu magis eſt ſtandum teſtibus dd. Eccleſiarum, & non Parochorum, tum quia ſunt plures, tum quia deponunt veroſimiliora, quia deponũt fuiſſe ſeruatum id, quod eſt de iure: tum etiam, quia eorum dicta declarantur ab alijs teſtibus, vt ſupra relatum fuit, & ita ſeruatur in Vrbe in ſimilibus terminis, vt patet ex atteſtationibus iuratis diuerſorum Parochorum.

Hinc meritò hoc idem reſpondit Sacr. Congreg. Rituum in hac cauſa 20. Nouembris 1628. & rursùs 17. Maij 1629. & 2. & 23. Martij 1630. antequàm prædicti teſtes examinarentur, quorum depoſitiones non officiunt ex ſupra deductis, & hæc omnia comprobantur, quia prædictus modus debet
13 ſeruari, quando cadauera deducũtur ad Eccleſias Regularium, proùt pluries declarauit Sacr. Congregatio Rituum, & nouiſſimè proponente Eminentiſs. D. meo Petro Maria Card. Burgheſio, in cauſa *Adrien. 5. Iulij* 1631. & quàmuis iſtę reſolutiones loquantur de Eccleſia exempta; tamen idem eſt
14 in iſtis Eccleſijs reſpectu Parochorum, quia illis non sũt ſubiectæ, & Sacra Congregatio Rituũ habuit hunc ſenſum in cauſa *Capuana 31. Maij 1629.* proponente Eminentiſs. D. meo Card. Pio, vbi dixit in iſtis terminis, quòd quando ſepelitur cadauer in alia Eccleſia ſæculari, Parochus non habet intentionem fundatam, niſi ſuper quarta funerali.

15 Non obſtat, quòd quando Confratres ſepeliuntur in Oratorio Confraternitatis, facere officium ſpectet ad Parochum, intra cuius limites ſitum eſt Oratorium, non ad Cappellanum Confraternitatis, vt refert *Iulius Lauorius lucubrat. variar. tit. 2. cap.* 11. quia fides ſit penès dictum Auctorem, qui etiam loquitur in Oratorio Confraternitatis, Nos autem verſamur in Eccleſijs ſitis in aliena Parochia, in quibus terminis Sacr. Congregatio reſoluit, quòd Presbyteri dictarum Eccleſiarum debeant facere officiũ, licèt poſteà examinatis teſtibus, voluerit, quòd illorum probationes diſcuterentur in
16 Rota, & quamuis idem *Lauorius eodem tit. 2. cap. 9. num.* 119. diſtinguat inter Eccleſiam exemptam, & non exemptam, tamen loquitur ex capite ſuo, *& num.* 120. exemplificat quando eligitur ſepultura in Oratorio Confraternitatis, ac dicit, quòd ex ſententia Cõgregationis, Parochus, in cuius Parochia ſitum eſt Oratorium, debet facere officium; vndè non loquitur in Eccleſia, quicquid dicendum eſſet in Oratorio, quod declarare ſpectat ad Sacram Rituum Congregationẽ, & vt ſupra oſtenſum fuit, non agitur hìc de Oratorio, ſed de Eccleſijs.

Et itá concluſum fuit vtraquè parte informante.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur, quotieſcunq; adeſt prę- ſumptio calumniæ.*
Præſertim ſi calumnia eſt vehemens. num. 2.
3 *Articulos eſſe calumnioſos iudicare ab arbitrio pendet Iudicis.*
Et ex quibus calumnioſos eſſe iudicari poſſit.
4 *Remiſſoria non denegatur, quando articuli ſunt releuantes ex ſola præſumptione calumniæ.*
Præſertim ſi datur aliquis fumus vltra releuantiam articulorum. n. 5.
6 *Articulorum releuantia eliditur ex probationibus teſtium in contrarium.*
Concurrente etiam aſſiſtentia iuris communis.
Vel Conſtitutionum Synodalium.
Vel ſi poſt didicita teſtificata offerantur. n. 7.
8 *Remiſſoria non datur poſt didicita teſtificata, ſuper eiſdem, vel directò contrarijs.*
Propter timorem ſubornationis.
Limita, quando articuli magis dantur ſpecificati, & diſtincti. n. 9.
Et quando dantur ad coadiuuandas probationes iam factas.
10 *Fruſtrà dilatio datur ad probandum id quod probatum non releuat.*

Lunæ 30. Aprilis 1635.

PRætendebant aliqui Parochi, poſſe facere officium ſuper cadaueribus, poſtquã illa fuerint delata ad Eccleſias Sanctiſs. Annunciatæ, & S. Sophiæ, ſitas intra limites ipſarum Parochialium, & Rota cenſuit contrarium, tam attenta diſpoſitione iuris communis, quam Conſtitutionum Synodalium ſub die 23. Iunij ſuperioris anni. Verũ

quia dicti Parochi per teſtes probauerant,
aliquando feciſſe dicta officia, & duodecim
teſtes Oeconomorũ probabant, huiuſmodi
officia fuiſſe facta de licentia dictorũ Oeco-
nomorum. Parochi hodiè petebant remiſ-
ſoriam ad probandum, quòd iure proprio
fecerunt dicta officia; Vndè dubitaui, an
eſſet danda remiſſoria, & Domini negatiuè
1 reſoluerunt, quia quotieſcunquè adeſt præ-
ſumptio calumniæ, non datur remiſſoria,
*Caſſador.dec.3.num.1.de dilat. Rot.diuerſ.
deciſion.620.num.4.par.4. & in recent.deciſ.
472.num.2.*& fuit dictum in cauſa *Raguſina
Matrimonij* 10.*Martij* 1578.*coram Bubalo.
S.Mem.Greg.XV.deciſ.*48.*n.7.Caualer.dec.*
87.*num.7. & deciſ.*208. *in fin.* Et hæc con-
2 cluſio eo magis habet locum, quando ca-
lumnia eſt vehemens, vt fuit dictum in cau-
ſa *Caurien. Iuriſdictionis 26. Februarij*
1587.*coram bo.me. Oriolen.S.Mem.Gregor.
XV.deciſ.*414.*nu.*8. *Rot.deciſion.*726.*nu.*7.
*par.4. diuerſ.Mantic.deciſion.*50. *num.*5. &
*deciſ.*312.*n.*9.& in poſthum. *dec.*277.*num.*3.
*part.*1.

3 In hoc autem caſu, quòd articuli, nedùm
ſint calumnioſi, ſed vehementer calumnioſi,
ſatis paret, quia cùm hoc iudicare pendeat
ab arbitrio Iudicis, qui ex varijs cauſis, &
perſonis ſolet calumniam concipere, & non
concipere, *l.Iudices, & auth.apud eloquen-
tiſſimum.C.de fid. inſtrum.* & fuit dictum in
cauſa *Regien.S.Thomæ* 10.*Decembris* 1576.
*in verſ.dicebant, diuerſas eſſe rationes, coram
Oriolen.Mantic.d.deciſ.*312.*num.*10. In hoc
autem caſu prædictis conſideratis non po-
reſt inficiari, quin calumnia ſit vehemens.
Primò enim fuit conſideratũ, quòd Presby-
teri dictarum Eccleſiarum aduersùs Paro-
chiales habent intentionem fundatam, ne-
dùm de iure communi, ſed etiam ex Con-
ſtitutione Synodali. Secundò fuit conſide-
ratum, quòd per quadraginta annos, & citra
ità fuit obſeruatum; & hoc probatur ex te-
ſtibus ætatis 70.80. & 86.annorum. Tertiò,
quia etiam ità declarauit Sacr. Congregatio
Rituum. Quartò, quia cùm plures Parochi
eſſent in cauſa, alij receſſerunt à lite, & vnus
ſolus cauſam ſuſtinet.

4 Non obſtat, quòd quando articuli ſunt
releuantes ex ſola præſumptione calumniæ,
non denegatur remiſſoria, quia ex ipſa rele-
uantia articulorum ceſſat calumnia, *Aegid.
deciſ.*624.*Rot. deciſ.*306.*num.* 1. poſt ſecun-
dum volumen *conſ.Farinac.* & *dec.*348.*n.*6.
*part.*1.*recent.* quia huic fundamento fuit re-
5 ſponſum; primò, quòd hæc poſſent conſide-
rari ſi daretur aliquis fumus vltra releuan-
tiam articulorum, vt in cauſa *Hiſpalen.præ-
beminentiarum* 15. *Decembris* 1617.*coram
bo. me.* Martino *Andrea,* quæ eſt *deciſ.*593.
*num.*5.*par.*2.in poſthum *Adden.ad deciſ.*81.
*n.6.S. Memor.Gregor.XV.Caſſador.d.dec.*3.
*num.*2.*de dilat.Verall.deciſ.*56.*nu.*3.*part.*3.
& fuit dictum in cauſa *Burgen. Sepulturæ*
21.*Aprilis* 1606. *coram bo.me. Epiſcopo At-
trebaten.*In hoc autem caſu nullus datur fu-
mus, quòd inuitis dictis Oeconomis Pa-
rochi officium fecerint. Secundò fuit re-
ſponſum, quòd ceſſat releuantia, quia proba-
to etiam, quòd inuitis Oeconomis dictarũ
6 Eccleſiarum Parochi fecerint officium; ni-
hilominùs iſta probatio non releuaret, cùm
adſit probatio per teſtes in cõtrarium, quo-
rum depoſitiones cùm habeant pro ſe aſſi-
ſtentiam iuris communis, & Conſtitutionis
Synodalis, in concurſu deberent præferri te-
ſtibus deponentibus contrarium, *Federic.de
Senis conſ.*185.*in princ.per cap. ſuggeſtum.
de iure patronat.* etiam quòd eſſent paucio-
res numero, *Alex.conſ.*27.*num.*4. *verſ.deni-
què ad depoſitionem lib.*2. *conſ.* 192. *num.*4.
*lib.*2. *Bald.conſ.*38.*num.*2. & 3.*verſ.venia-
7 mus igitur lib.*5. & eo magis eſſent attendē-
di teſtes Oeconomorum contra teſtes Pa-
rochorum, quia iſti pro Parochis examina-
rentur poſt didicita teſtificata, *Caſtr. dict.
conſ.*192.*num.*4.*lib.*3. Tertiò fuit reſponſum,
quòd hoc caſu non agitur de ſimplici ca-
lumnia, ſed de calumnia vehementi, vt ſupra
probatum fuit, & ſic ceſſat obiectum.

8 Et prædicta eò magis placuerunt Domi-
nis, quia petitur hæc remiſſoria poſt didicita
teſtificata, quo caſu ſuper ijſdem, vel directò
contrarijs non datur remiſſoria, *cap.cùm ve-
niſſent.de teſtibus,* & hoc propter timorem
ſubornationis, *cap.fraternitatis vbi Doct. de
teſtib.Clement.fin.eod.titul.leg.per hanc; vbi
Bart.num.*5. *C.de temporib.appellat.* *S.Me-
mor.Gregor.XV.* *dec.*497. *n.*1. & *deciſ.*583.
*num.*1.& fuit reſolutum in cauſa *Nepeſina
Tutelæ* 7. *Iunij* 1627. *coram R.P.D. meo
9 Merlino.* Et quamuis hæc concluſio inter
alia ſoleat limitari, quando articuli magis
dantur ſpecificati, & diſtincti, *S.Memor. Gre-
gor.XV.dec.*191.*nu.*3. & quando dantur ad
coadiuuandas probationes iam factas, *Gabr.
de teſtib. concl.*21.*num.*38. maximè quòd
petitur ad excludendum nouam probatio-
nem Oeconomorum, *Rot.in recent dec.*677.
*num.*5.*part.*1. Nihilominùs fuit reſponſum,
dictas limitationes non applicari ad caſum,
de quo agitur, quia cùm Presbyteri habeãt
intentionem fundatam de iure, & ex Conſti-
tutione Synodali contra Parochos, eorum
teſtes eſſent præferendi, etiam quòd eſſent
pauciores, cùm pro eis concurrant ſupradi-
cta, & in ſpecie quòd teſtes Parochorum eſ-
ſent examinati poſt didicita teſtificata, vt
pulchrè per *Caſtrenſ. conſil.*192. *numer.* 4.
*lib.*2.

Ex quibus cùm appareat, articulos nedũ
eſſe calumnioſos, ſed vehementer tales, &
10 etiam irreleuantes, ex omni parte eſt de-
neganda remiſſoria, vt patet ex prædictis; &
præſertim ex irreleuantia, cùm fruſtra dila-
tio detur ad probandum id, quod proba-

Digitized by Google

tum non releuat, *l.ad probationem, & ibi Caſtrenſ.num.5. C. de probat. Caſſad. dec.2. de dilat. Caputaq. dec.66. num.1. par.3. Rot. deciſ.772. part.1.* in poſthum. *Oldrad. conſil. 316. num.1. Roman. conſ.226. num.3. Caſar de Graſſ. deciſ.1. num 5. & dec. ſeqq. de dilat. Rot in poſthum. deciſ.593. n.1. & 651. nu.1. part.2.*

Et ita concluſum vtraquè parte informante.

SVMMARIVM.

1 *Cæcus, captuſq; oculis ineptus eſt, vt ordinetur.*
Ordinatus verò ab executione ordinum ſuſpenſus.
Ratio affertur. n.1.
2 *Corporis omnis defectus, qui vel congruum ordinis exercitium impedit, vel notabilem deformitatem, aut horrorem affert, irregularitatem inducit.*
3 *Corporis defectu notabili notati in lege Moyſi prohibebantur, ne in Sacerdotio panes Deo offerrent.*
4 *Maculam notabilem in oculo habens irregularis eſt.*
5 *Cæcus vtroq; oculo, aut ita debilis viſu, vt litteras non diſcernat, etiam conſpicillis adhibitis irregularis eſt ad officium altaris.*
6 *Pirrus Corradus Cathedralis Eccleſiæ Neapolitana in ſua praxi diſpenſationum celebratur.*
7 *Scandalum vt auerterent Sacri Canones intendere in corpore vitiatis, atq; ſecuritatem in officio exercendo. n.8.*
Præſertim ſi ſcandalum magnum ſit. nu.9.
8 *Sacerdos, cui à prædone duo digiti cum medietate palmæ abſciſſi fuere, inhabilis ad celebrandum ab Eugenio Papa iudicatus fuit.*
10 *Scandalo ceſſante poteſt permitti Sacerdos, aliàs corpore vitiatus, vt ſacris operetur.*
11 *Arbitrio remittitur Ordinarij iudicium, an defectus corporalis ſit talis, quo debeat quis à ſacris operando remoueri.*
Quod fieri debet perpenſis omnibus circumſtantijs. n.12. & 13.
14 *Diſpenſare cum corpore vitiatis ad Papam ſolùm ſpectat.*

ARGVMENTVM.

Oculis captus Sacerdos, qui & ſi deambulare valeat, & alia omnia videat, tamen legere non diſcernit; ſi memoria optimè calleat, retineatquè omnia, quæ in Miſſa dicenda ſunt, atquè de Beata Maria, & pro defunctis Miſſas; permitti valeat, vt ſacris operetur? & an ſit irregularis, & cuius iudicio id committatur, vt arbitretur?

RESPONSIO XXII.

SAcerdos quidam tantam ex infirmitate oculorum debilitatem contraxit, vt licèt quidèm ad deambulandum videat, homines diſcernat, viſos ſalutet, aliaquè perſpiciat, litterarum tamen apices, vt legere valeat, minimè diſcernit, nullã verò in oculis maculam habet, neq; deformitatem, vt neſcientibus, lumine captus oculorum nequaquàm appareat. Ipſe autem mente firma totum retinet canonem, omniaq; alia, ac totam Miſſæ ſeriem, & de Beata Maria, atq; pro defunctis ità memoria reciret, atq; ſi legeret, quod examine tentatus præſtitit. Quærit proindè: permitti nè poſſit ei, vt ſacris operari valeat, dictaſq; duas miſſas tantùm celebret, cùm calicem, hoſtiam, & omnia alia optimè diſcernat, prçter quàm litterarum apices, vt legere nequeat?

1 Et planè certum eſt: Cçcum, oculiſquè captum ne ordinetur repelli, ordinatum verò ab exercitio ordinum ſuſpenſum eſſe.
2 Quia nimirum omnis defectus corporis, qui vel congruum exercitium ordinis impedit, vel notabilem deformitatem, aut horrorem affert, irregularitatem inducit. Hos enim omnes, qui defectu notantur viſibili
3 corporis; ne panes Deo offerrent, Dominus Moyſi loquens (Leuit.21) prohibuerat: *Si cçcus fuerit* (dicens) *ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi lippus, ſi giboſus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus.* & S. Gregor. Papa in paſtorali (*part.1. cap.11.*) morali expoſitione exornat, & retulit Gratianus in decreto *can. hinc etenim 2. 49. diſt.* & *tot. tit. de corpore vitiat.* præſertim *cap.2.* quo loco
4 Alexander Tertius de eo loquitur, qui maculam in oculo habebat. & *tit. de clerico ægrotante, vel debilitato. S. Thom. 3. part. q. 82. artic. fin. ad 3. Maiolus de irregularitat. lib.1. cap.10. num.1. Layman. moralium tom. 1. tract.5. part.5 cap.7 num.1. Iacob. Gordonus Theolog. moralis part.2. lib.7. q 18. c.2. aſſert.1. & 4. num.19. & 22. Anton. Fernandes*

des in medulla caſuum part.2. capit.10.§.7.
num.1.& ſeq.Didacus Couarr.in clement.ſi
furioſus.part.1.relect.in princip.num.5.de
homicid.Cardin. Toletus Inſtruct.Sacerdo-
talis lib.1.cap.63.num.2.in fin. ſequentibus
5 ſtrictiùs ad rem hanc loquens : *Eadem*
cauſa(dicens)*cæcus vtroq; oculo , aut ita*
debilis viſu,vt litteras non diſcernat, etiam
cum ocularibus ; irregularis eſt , quia in-
habilis ad officium altaris , vbi legenda ſunt
multa. ſic Cardin. *Menochius de arbitrar.*
lib.2.centur.3.caſu 226.numer.3.& 4.Bar-
boſa de offic.Epiſc.part.2. allegat.42.nu.27.
Ioan. Maria Bellect. Epiſcopus Hieracen.
diſquiſitionis Clericalis part.1. tit. de diſci-
plina clericorum §.7. num.22. Bonacina
tom.1.de cenſuris. diſputat.7. de irregulari-
tat.q.2.punct.2.propoſit.1.nu.1.& ſequent.
6 *Pirrus Corradus* Cathedralis Neapolitanæ
Canonicus tractatu ſuo nouiſſimo perquã
vtili *praxis diſpenſationum lib.3.cap 6. n.3.*
& ſeq.Rota apud Cardin.Seraphin. dec.625.
nu.1.& ſeq. Riccius Epiſcopus Vici Equen.
in *praxi part.2.reſolut.271.num.1. & ſeqq.*
Campanilis in diuerſor.rub.11.cap.17.n.51.
& ſeqq.
Verùm in præſenti facto, an ex prænarra-
tis cauſis,(cùm nullum ſit ſcandalum , neq;
de eo timeri poſſit, cùm cœtera optimè vi-
deat)permitti valeat ,vt dictas duas miſſas,
quas memoria callet,celebrare poſſit , atq;
7 ſacris operari ? Cùm præſertim ſacri cano-
nes in ſcandalo auertendo fundamentum
habeant.Eugenius nempè Papa *cap.Presby-*
8 *terum.2.de clerico ægrotan.* ſequentibus de
Presbytero,cui duos digitos cum medieta-
te palmæ prædo abſciderat,loquitur: *Miſ-*
ſam non permittimus celebrare : quia nec
ſecurè propter debilitatem ; nec ſine ſcanda-
lo propter deformitatem membri hoc fieri poſ-
ſe confidimus. Lutius quoq; Tertius. *cap.de*
Rectoribus.3. eodem tit. de magno ſcandalo
meminit, dicens : *nec ſine magno ſcandalo*
eorum, qui ſani ſunt , Eccleſias ingredi.&
Clemens Tertius *cap. tua nos duxit.4. eod.*
9 *tit.*ſcandali quoq; meminit.*Dicimus*(inqui-
ens)*quod pro ſcandalo, & abominatione po-*
puli. de lepra percuſſo Sacerdote , decer-
nens. Pater *Gordonus* quoq; *d.aſſert.4.nu.*
22.ſequentibus loquens, de duobus memi-
nit.*Poſtremò* (aiens) *omnis corporalis defe-*
ctus,quantumuis paruus,vel occultus, ſi fa-
cit ſacramenti adminiſtrationem minus tu-
*tam,inducit irregularitatem.*Et idem ſi gin-
gat ſcandalum , aut periculum ſcandali.
10 Vt ſecùs eſſe debeat,ſi ſacramenti admini-
ſtrationem periculoſam nõ reddat,vel ſcan-
dalum non generet. quod ipſemet *Gordo-*
nus ibidem ſubnectit , dicens : *Occulta*
autem deformitates, quæ nec ſcandalum ha-
bent,non trahunt ſecum hanc irregularita-
11 *tem.*Id arbitrio committitur Epiſcopi, qui
perpenſis omnibus,*poteſt ex ipſo facto hoc*
melius perpendere , quàm aliquo ſtatuto ex-
*primi.*vt *Gloſſ.*loquitur *d.cap.Presbyterum.*
2. verbo deformitatem. de clerico ægrotan.
iuxtà Innocentij Tertij verba in *cap.apoſto-*
licæ ſedis.9.§. nam & ſi.de donationib. di-
centis : quod nam valdè damnoſum Eccle-
12 ſiæ ſit decernens : *Ex varijs circumſtan-*
tijs decerni poteſt, interdum eſſe valdè dam-
noſum: quod quidem magis poteſt ex oſten-
ſione facti,quàm expreſſione alicuius ſtatu-
ti cognoſci,& ſequitur *Riccius dict. reſolut.*
*271.part.2.praxis num.2.*dicens: *Eſt enim*
ex authoritate Ion.Andreæ in arbitrio Iu-
dicis cognoſcere, an macula oculi, defectus
digitorum, manuum, linguæ, & ſimilia pa-
riant irregularitatem,vt refert, & ſequitur
Ioan. de Anania in cap.2. de corpore vitiat.
& conſectatur *Bellectus d.§.7. de diſciplina*
*Clericorum.n.26.*eſt *text.* in*cap. cùm de tua*
2.in fin.& cap.ſignificauit 4.in fin.de corpor.
vitiat. Nauarr.conſ.1. num.3. lib.1.eodem
tit. Rota apud Card. Seraphin. d. deciſ.625.
num.4. Layman.d.part.5.cap.7. in fin. num.
6.Gordonus dict.aſſertion.4.num.22. in fin.
ex communi id aſſerens Doctorum ſenten-
tia.*Campanilis dict.cap.17. rubr.11. numer.*
203.Barboſa d.allegation.42.numer.6.& in
collectan.ad d.cap.cùm de tua 2. de corpore
vit.num.5.Anton.Fernandes par.2.dict.cap.
10.§.7.numer.2. Bonacina d. diſputation.7.
quæſtion.2 punct.2.in 3. propoſit.numer.36.
in fin.verſ.ad Epiſcopum verò pertinet.Me-
noch.de arbitrar.dict.caſu 226.n.7. & 8. di-
ximus *reſponſ.9.n.4.par.3.*
13 Ipſius itaq; Ordinarij arbitrio remittitur,
vt oculati videat perſpectione, probetq; an
permitti valeat *Sacerdoti* huic ſacris , vt
operetur,cùm ex facto pendeat,vt ex *Gloſſ.*
dict. verbo deformitatem. dict.cap 2. de cle-
*ric.ægrotante.*non longè anteà diximus.
14 Diſpenſare autem cùm prædictis qui no-
tabili detinentur impedimento ad ſolum
ſpectat Summum Pontificem.ex *d.cap.ſigni-*
ficauit.4.de corpore vitiat. can. non confidat
53. qui eſt Gelaſij Papæ omnibus Epiſco-
pis ſcribentis.*50.diſt.Couarruuias d.clem.*
ſi furioſus part.1.in princ.nu.7. Pirrus Cor-
rad.dict.lib.3.in praxi diſpenſation. d.cap.6.
nu.9. Bonacin.d. diſputat.7. quæſt.2. punct.
2.propoſit.3. num.36. alijq; paulò antè per
nos relati Doctores , & quos idem refert
Bonacina.

Atq; ita ex his, iudicio nõn abiecto me-
liori,reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Linea altera effectiua, contentiua altera.*
Cùm igitur de effectiua exaudiri diſpoſitio non poteſt, de contentiua intelligenda erit.
2 *Linea ſimpliciter nuncupata, cùm nomen ſit collectiuum; & maſculos, & fœminas, atq; ab eis deſcendentes comprehendit. & n.4.*
3 *Linea quid?*
5 *Vocatum à fundatore beneficij (vti de linea proximiorem), præſentare omninò eum debent compatroni.*
6 *Fundationis tenor ſeruari omnimodis debet.*
7 *Renunciatio mulieris, cùm viro traditur, propter dotem, nullo officit modo filijs, quin de linea dicantur. numer. 9. & num. 12.*
Et renunciatio exauditur ab inteſtato, nõ ex teſtamento. n. 10.
Hi verò per fundationem vocantur. n. 11.
8 *Ius patronatus hæreditarium nõ niſi ad hæredes tranſit.*
Et omninò qualitas exquiritur hæreditaria.
13 *Naturalia immutabilia perſeuerant.*
14 *Patronus admittens alium ad præſentandum, ſibi præiudicat, atq; illum in quaſi poſſeſſione conſtituit.*
Etiam per vnicum actum. n. 15.
Etiam non ſequuta effectuatione. nu. 16.
Vt mutare ampliùs conſilium nequaquã poſſit. n. 17.

ARGVMENTVM.

Ad Beneficium vocati de linea, ſi ſimplicitèr illa appoſita fuerit, etiam ex fœminis prognati admittuntur. Et quid ſi fœmina dotata ſucceſſionibus nuncium miſerit, an ex illa geniti admitti nihilominùs debeant? Fundationis tenor attendendus, atq; ſeruandus. Patronus ad præſentandum alium admittens, ſibi præiudicat. etiam per vnicam præſentationem. etiam effectum non ſortitam.

RESPONSIO XXIII.

TErmino facto vitæ nouiſſimi Cappellani ſimplicis Beneficij ſub inuocatione Sanctæ Sophię in terra Aquauiuæ Baren. diœceſis, quod per quondam Ioannem de Ferna anno 1537. erectum fuit; in qua erectione, ac fundatione mandauit: *eligi Cappellanum de linea, propinquiorem, & ſi non extiterit, poſſint eligere* (hęredes) *quem eis placuerit.* Vacanit propreteà Beneficiũ, ſiue Cappellania prædicta, fit proindè diſceptatio inter præſentatos, quis eorum præferri debeat? Vterq; enim eorum ex linea eſt deſcendens à Paulo della Roſſa. vnus ex Stephano, alter à Margharita della Roſſa filijs dicti Pauli; ſed qui à Margharita venit, in tertio gradu eſt, nomine D. Nicolaus Antonius Spinellus: qui verò ex Stephano in quarto reperitur gradu. Quocirca in proximiori gradu eſt D. Nicolaus. ipſi vtiq; inſtitutio debetur. Verũ duplex fit ei oppoſitio. Prima, quòd à Margharita deſcẽdat, atq; propterea ex linea fœminina. Altera, quòd Margharita prædicta, cùm matrimonio viro iuncta fuit, ob dotem receptam omni futuræ ſucceſſioni in bonis patris dotantis nuncium miſit. Neutra verò obſtat
1 oppoſitio. Non prima: Quia Ioannes Beneficij fundator, qui effectiua caruit linea, 1
quam ob cauſam de contentiua loquutum fuiſſe exaudiendus erit. ad *text. in l. quoties. 13. ff. de rebus dub. Rota in Romana iuris patronatus* 15. *Martij* 1630. *coram Merlino deciſ.* 362. *num.* 6. *part.* 5. *diuerſorum nouiſſimarum*, diximus *reſponſ.* noſtra 7. *num.* 13.
2 *part.* 2. *& reſponſ.* 28. *numer.* 17. *part.* 3. Simpliciter; & abſq; addito aliquo lineam vocanit: dicens: *Quòd hæredes valeant, & poſſint eligere alium Cappellanum de linea, & ſi de linea non extiterit propinquiori, poſſint eligere quem eis placuerit.* Linea verò cùm
3 nomen ſit collectiuum: eſt enim collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentiũ, gradus continens, & numeros diſtinguens, iuxtà *Gloſſæ* finitionem (ad *calcem tituli decretalium de conſanguinitat. & affinitat.*)
4 maſculos, atq; fœminas comprehendit. Exaudietur proindè lineæ nomen, tàm de maſculis, quàm de fœminis, & deſcendentibus ab eis. *Peregrin. de fideicommiſſis artic.* 22. *numer.* 24. *Tiraquellus de retractu lignager Gloſſ.* 9. §. 1. *in princip. & nu.* 244. *Cardinal. Tuſcus tom.* 5. *lit. L. concluſ.* 357. *num.* 3. *Rota in Pampilonen. ſepultura* 10. *Nouembris* 1608. *coram Sanctæ Memor. Gregor. XV. deciſion.* 383. *num.* 3. vbi etiam *Beltraminus* addens, quæ eſt etiam in impreſſis in *recentiorib. part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 226. *num.* 3. eadem Rota in *Bononien. fideicommiſſi de Deſiderijs* 20. *Martij* 1626. *coram Merlino deciſ.* 6. *num.* 15. *&* 16. *dict. part.* 5. *diuerſorum nouiſſimarum. Molina de Hiſpania*

pania primogenijs.lib. 1. *cap.6.num.*35.*Bar-
boſa de appellatiua verborum iuris ſignifi-
catione. appellatione* 135. *numer.*13. dixi-
mus *d.reſponſ.7.n.12.par.2.& d.reſponſ.*28.
*n.*13.*part.*3.

Hanc ob cauſam propterea in linea com-
prehendetur D. Nicolaus, atq; vti proxi-
mior, (in tertio vtiq; gradu) ipſe inſtituen-
5 dus erit; quòd à fundatore (vti proximior)
vocatus videatur, vt præſentare omninò
eum debeant compatroni, nè à fundationis
6 diſcedant tenore, qui omninò ſeruari debet.
ad *text.in l.ad probationem* 21.*C.de probat.
cap.porrò* 7. *& cap.recepimus* 8. *de priuileg.
Rota apud Creſcentium deciſ.*7. *de iure pa-
tronat.Ancharanus in Clement.quia contin-
git in* 9. *notabili. de religioſ.domib. Garſias
de beneficijs tom.*1. *part.*4.*cap.*3.*num.*61.62.
69.*&* 70.*& ſeq.& tom.*2 *part* 7.*cap.*15.*n.*1.
*& ſeqq.*Gonzalez *ad* 8. *regulam Cancellar.
Gloſſ.*9.§.1.*num.*88.*& ſeqq.& num.*92. *&
ſeqq.* Rota *in recent.part.*1.*tom.*2. *deciſ.*496.
*num.*2.*& part.*2.*tom.*1. *deciſ.*254. *numer.*2.
& apud Illuſtriſſimum *Duranum* Epiſcopũ
Vrgellen.*deciſion.*8.*numer.*4.*part.*1. *& de-
ciſion.*276.*num.*1.*part* 2. & dictum fuit in
Monopolitana beneficij, ſiuè Cappella 6.*Iu-
nij* 1622. *coram Merlino deciſion.*19 *num.*
8. *apud Viuianum in praxi iuris patro-
natus.*

7 Non ſecunda obſtat oppoſitio, ex prætē-
ſa Margharitę renunciatione, cùm matrimo-
nio viro iugata fuit. Neq; enim hìc agitur,
vt Margharitæ deſcendentes ad ius præſen-
tandi ex ipſius perſona admittantur, quod
8 obtinere vtiq; non valerent ad ius patrona-
tus hæreditarium, ſine hæredis qualitate,
ſecundùm *Abb.in cap. cùm ſeculum* 13.*nu.*
4.*&* 5.*de iure patronat.Couarr.variarum
reſolut.lib.*2.*cap.*18.*numer.*6.*Peregrin de
fideicommiſſ.art.*6.*num.*37. *Rota apud Car-
dinal.Seraphin.deciſ.*446.*num.*1 *& in re-
cent.part.*1 *tom.*2.*deciſion.*756 *num.*1. *in
fin. & in Auerſana iuris patronatus* 15.
Martij 1610. *coram Pirouano deciſion.*765.
*numer.*3.*tom.*1. *in poſthumis per Farinac.
collectis.* quæ eſt etiam repetita *vol.*2.*ea-
rundem deciſ.*77.*num.*2.diximus *reſponſ.*16.
9 *num.*17.*pars* 2. Sed hoc agitur, vt ipſi tanquã
ex linea (vti à fundatore vocati) præſentari
valeant. Quam ob cauſam non officit ipſis
Margharitæ renunciatio, futuris ſucceſſio-
10 nibus facta, quæ ab inteſtato exauditur, nõ
ex teſtamento.*Bald.in l. fin.ſub numer.*15.
*verſ.tu dic hoc verum.& ibid. Dec.num.*25.
*C.de pact.*Rota *apud Sanct. Memor.Grego-
rium XV.deciſ.*85.*num.*13.vbi *Beltramin.
num.*32.*& dec.*358 *num* 1.*& ſeq.*vbi etiam
*Beltramin.num.*6. *Surdus deciſion.*14.*num.*
4.diximus *reſponſ.* noſtra 76.*nu.*34. *part.*3.
11 cùm ipſi (vti de linea ex vocatione veniant
fundatoris, neq; ex perſona Margharitæ.) vti
eius hæredes, ſed ex propria perſona, vti de
12 linea. vt ſupra diximus. Qua de cauſa Mar-
gharitæ renunciatio futuris ſucceſſionibus
ab inteſtato facta, neq; efficere potuit, vt
eius deſcendentes de linea non ſint Pauli;
13 ſunt enim hæc naturalia, quæ immutabilia
perſeuerant: *diſt.*5.*in princ.*§. *ſed cùm na-
turale ius.cap.fin.vbi Gloſſ.verba naturali.
de conſuetud.*

Permanent itaq; de linea, quàmuis futu-
ris ab inteſtato ſucceſſionibus nuncium
miſerit Margharita.

14 Quibus omnibus ſuccedit, quòd Nota-
rius Stephanus Spinellus Margharitæ filius,
& Pater D.Nicolai Antonij, & ipſe aliàs ad
præſentandum admiſſus fuit, vndè in quaſi
poſſeſſione præſentandi conſtitutus fuit ad-
uerſùs alios compatronos. iuxtà *Ripæ* do-
ctrinã in *cap.cùm Eccleſia Sutrina.*3.*ſub n.*
93.*de cauſa poſſeſſionis, & proprietat.Rota
apud Sanctæ Memor.Gregor.XV.deciſ.*417.
*num.*5. vbi *Beltramin.num.*13.*& dec* 452.
15 *num.*15.etiam per vnicum actum. ad *text.
in cap.conſultationibus* 19.*de iure patronat.
vbi Doctor.cap. quarelam.*24. §. *nos igitur.
de electione.Calderinus conſil.final.de iure
patronat.Perez de Lara de Cappellan. lib.*2.
*cap.*1.*num.*55.*&* 56.*Claudius Tutius de
iure patronat.q.*3.*num.*13.*Rota apud Car-
dinal.Caualer.deciſ.*55.*num.*4.*& deciſ.*197.
*numer.*3. *& apud Coccinum Decanum
16 deciſ.*245.*n.*2.etiam non ſequuta effectua-
tione præſentationis. Rota *in recentiorib.
17 part.*2.*tom.*1.*deciſ.*174.*num* 3.*&* 4. Non
itaq; mutare conſilium alij poterunt com-
patroni, nè dictus Notarius Stephanus,
eiuſq; deſcendentes, præſentent, ſemel iam
admiſſi. *Claudius Tutius quæſtion.*2. *de
iure patronat num.*2.*&* 3.*Rota apud Coc-
cinum Decanum deciſion.*497.*numer.*3. *&
ſequent.*cuius meminit etiam *Beltramin.ad
d.deciſion.*417.*Gregor.XV.numer.*13.dixi-
mus *dict. reſponſ.*28.*numer.*43. 44. *&* 45.
part 3.

Solutæ ergo remanent oppoſitiones ad-
uersùs D. Nicolaum Antonium factæ,
ipſi igitùr vti de linea inſtitutio debetur.

Vt ex his, iudicio non abiecto ſaniori
reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Imputet ſibi, qui edicto, vt pœnę ſubijceretur, cauſam dedit.*

2 *Indignus quis efficitur, vt ad dignitatem eligatur, qui defectibus notatur publicis.*

Sicuti qui in peccato eſt. n. 9.

3 *Dignitatum portę vilibus, & indignis patere non debent.*

4 *Poena ſine peccato non datur.*

Cùm illa præcedens ſemper peccatum ſequatur, ac proſequatur.

5 *Legem voluntariè peruertens, ac ſoluens, peccat.*

In re præſertim graui.

6 *Peccare eſt recedere à rectitudine actus, quā debet habere.*

7 *Peccatum eſt receſſus à regula diuina voluntarius.*

8 *Diffinitores, qui ſine cauſa, capitularibus actibus nolunt, interuenire, peccant.*

Quia ſuo muneri deſunt.

10 *Lex quod non dicit, neq; nos dicere debemus. expenditur.*

11 *Genus omnes ſub ſe comprehendit ſpecies.*

12 *Diffinitores in Minorum de Obſeruantia Religione priùs in Capitulis ſuffragiū non dabant.*

Dant autem nunc ab anno 1633.

13 *Lex generatim loquens, omnes comprehendit, & generalitèr axaudiri debet. de omnibus, de quibus loquitur.*

Et legis eſt futuris proſpicere incidentibus. num. 14.

15 Ratio legis vbi par eſt, par quoq; eſſe determinatio debet.

Neq. curandum de caſuum diuerſitate, dummodò in omnibus eadem ſit ratio. nu. 16.

Quia ratio attendi debet, quę communis eſt lex. n. 17.

Ratio qua vna eſt, de omnibus ſub ea comprehenſis exaudiri debet. n. 18.

Vnde licet de aliquibus exprimatur, de omnibus tamen exauditur. n. 20.

19 *Legem expreſſam quærere vbi ratio eſt vna imbecillitas intellectus eſt.*

21 *Declaratoria incurſus exquiritur, quàmuis ipſo facto pœna ſit inflicta.*

22 *Citatio non requiritur in notorijs.*

23 *Facto aliquid declarare multò pluris eſt, quàm verbo.*

Facta enim potentiora ſunt, quàm verba.

Quia verbis poteſt quis fingere, non autem factis. n. 25.

24 *Verborum eſt internum animi ſenſum in palàm deducere.*

26 *Operibus animus comprobatur operantis.*

Illaq; manifeſtant quid operans intendat.

Operibus cōprobat, qui ſe pro ſpoliato habet. n. 27.

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem Statuti Religionis Minorum de Obſeruantia. de Capitularibus, qui legitimo ceſſante impedimento, Capitularibus ipſis actibus intereſſe renuerint, qua pœna feriantur, & nùm peccent? Et an Diffinitores quoq; eo ſtatuto comprehendantur?

RESPONSIO XXIV.

INter alia, quę in Religione Fratrum Minorum de Obſeruātia ſunt ſtatuta, vnum illud eſt, quòd in ſtatutis Generalibus Vagliadolid celebratis fol. 214. legitur, ſequentibus diſponens:

Patres Prouinciarum, Diſcreti primo, Guardiani omnes, & Capitulares Diſcreti ad Prouincialia Capitula accedere debent. Quòd ſi legitimo ceſſante impedimento, in eo ipſo Prouinciali Capitulo diffinitorij Patribus probando, non acceſſerint, omni ſuffragiorū iure triennio priuentur. Neq; propterea Capitulum, aut ſuſpendatur, aut differatur; ſed ſtata die, Præſidis arbitrio, celebretur. ſic ſtatutum.

Euenit propterea, quòd vnus ex Diffinitoribus, euocato iàm Prouinciali Capitulo in Prouincia Neapolitana, cùm eſſet præſens, neq; impedimēto detineretur legitimo, nullo pacto Capitulo intercedere voluit, quāuis rogatus; in ſua perſtitit pertinacia; quin Diffinitoratus officio palam renunciauit. Diffinitorij Patres, & Pręſes, ipſo ampliùs nō vocato, vtputà, quem in pœnas priuationis omnis ſuffragiorum iuris dediſſe norant, vti talem habentes, ſtata die ad actus Capitulares proceſſere, nèq; in poſterū in Diffinitorum numerum habuere, nec vocauere. His nō longè diebus ex alijs Diffinitoribus vnus vitæ terminum dedit. Cùmq; inſtaret nouū Capitulum Prouinciale, in defuncti locum ad Conſtitutionum, atquè Statutorum præſcriptum alium creauere Diffinitorem, ex dignioribus Patribus; actuſq; Capitulares cōpleuere. Inſurgit nunc Diffinitor ille, qui duobus ab hinc annis Capitulo intereſſe noluit, renuitq; quin Diffinitoratus officio nuncium miſit: ſe digniorem acclamans, atq; Priorem in Religione; ipſum in Diffinitorem eligi debuiſſe. Reſpondent Patres: eſſe eum intra triennij latitudinem adhuc. pœnę

proindè

Digitized by Google

proind è ſuppoſitum . Ineligibilem proptе-
1 reà. Sibi imputare debere , qui edicto , vt
pœnę ·ubijceretur,cauſam dedit.a 1 *text. in
cap vnic §.quod etiam & §.& ideo nos.Vt
Eccleſiaſtica benefic.* ex Innocentij Tertij
verbis: *Tu cauſam præſtitiſti mandato:*(di-
centis)& *Te maximè cauſam, & occaſionem
præſtante.can.vxor fœlicis.33.* ibi: ipſe ſibi-
met imputaret. & *Gloſſ.* ibidem verbo *im-
putaret.17.q.4.* eſt *text.* in *Clement. vn.in
finalibus verbis.de conceſſione prębend.cap.
inter Monaſterium 20. in fin.de ſent. & re
iudic.*diximus *reſpon.noſtra.17.n.49.part.3.*
Fit itaq; diſceptationi locus: fuerit ne iuſtè
prætermiſſus hic Pater, neq; ad Diffinitoris
prædefuncti locum electus , cum alioquin
ex Regula ipſi ; vti digniori, & primo in
ordine profeſſionis,electio deferenda fuiſſet?

Et planè iuſtè illum prætermiſſum fuiſſe
2 conſulti, reſpondendum cenſuimus.Quippè
quòd,indignus quis eſt, ad dignitatem , vt
eligatur, qui defectibus notatur publicis,
3 atq; pœnæ ſubiectus eſt. Dignitatum namq;
portæ vilibus , & indignis , defectibuſq; no-
tatis patere haud debent. Innocentij Tertij
verba, id omnibus manifeſtum faciunt, in
*cap.inter dilectos 11. de exceſſibus prę lato-
rum.text. in cap.querelam* 10.vbi *Gloſſ.*ver-
bo *crimine periurij.de iur.iurand.Gloſſ.in
cap.per inquiſitionem.26.verbo ſe indignum
de election. leg.vnic. C.de infamib.lib.10. &
leg.nequè famoſit.2. C.de dignitatib.lib.12.*
diximus *reſponſ.*noſtra 2.*n 66.part.3.*

Erat autem hic Frater adhùc pœnæ ſup-
poſitus priuationis omniũ ſuffragiorũ iuris,
ob pertinaciæ crimen , quòd, cum nulla le-
gitima adeſſet cauſa , & præſens eſſet ; Ca-
pitulo intercedere noluit Prouinciali, quin
recuſauit, quin renunciauit Diffinitoriatus
4 officio. Peccauit proindè. Ni enim peccaſ-
ſet,pœna per Statutum haud feriretur. pœna
quippè præcedens ſibi proſequitur peccatũ.
*leg.ſi qua pœna.244 ff. de verborum ſignifi-
cat. Gloß. in clement.vnic. verbo eos.de con-
ſanguinitat.& affinitat. can. non afferamus
21.in fin.24.quæſtion.1. Sanct.Thomas* An-
gelicus Magiſter 2.2.*quæſt.*108.*artic.4.in
ſolut.* plura deduximus *reſponſ.* noſtra 58.
numer.2.& 3.& ſequent.part.3. Peccauit
5 deindè (& à priori) quia datam ſtatuto legẽ
ſoluit,& voluntariè peruertit in re præſer-
tim graui.*capit.1. de conſtitut. & cap final.*
ibi : Cuius tranſgreſſio periculum ſalutis
inducit.*de conſuetud.S.Thom.1.2.quæſt.96.
art.4.Nauarr.man.cap.23.num.*48.diximus
reſponſ.7.num.3 & reſponſ.32.nu.6 .par.1.
6 Peccare enim eſt,à rectitudine declinare
actus,quem debet habere , ſiuè accipiatur
peccatum in naturalibus, ſiuè in artificiali-
bus, ſiuè in moralibus vt *Sanct.Thomas* lo-
quitur 1.*part. quæſt.63. art.1. in corpor.*
7 Peccauit quia receſſit à regula Religionis
voluntariè,iuxtà peccati finitionem , quam
*Cardinal. Toletus lib.3. inſtruct. Sacerdot.
cap.1.*diximus *reſponſ.*85.*numer.25. & 26.
part.3.*
8 Peccauit deniq; quia ordinem non ſer-
uauit ex officio,ſibi conueniens. inde enim
ad munus aſcitus Diffinitoris fuit,vt ſuo cõ-
ſilio in Capitularibus aſſiſteret actibus,defe-
cit proinde ab eo, ad quod ex ſuo munere
tenebatur , vt in terminis definit *P.Rodri-
quez quæſtionum regularium tom.2. q.45.
articul.9. Miranda in manuali prælator.
part.2.q.17.art.4.in 1. concluſ.Hieronymus
Rodriquez in compend.reſolut.regularium
reſolut.51.n.8.*
9 Indignus proptereà euaſit,qui eligeretur.
ſecundum *Gloſſ.* primam *in fin.* in *cap.officij
tui 38.de elect.* diximus *dict. reſponſ.* noſtra.
2.*num.53.& ſeq.dict.part.3.* Iurè proindè,
nec planè iniuria prætermiſſus fuit , nè ad
defuncti gradum ſufficeretur.

Non itaq; obſtaculum faciet,quod ex ad-
uerſo inijcitur, quod ſanè in allato textu,in
ſuperioribus,Statutorũ , nulla Diffinitorum
memoria fiat: non comprehendi proindè il-
la pœnali conſtitutione Diffinitores,ad tritã
illam regulam: quod lex non dicit, nequè
10 nos dicere debemus, *can. conſuluiſti. 2.
quæſtion.2.l.diſſidentis.5.C. de repud. capit.
illa 2. ne ſede vacant. Nauarr. conſil.6.N.
Frater Ordinis.numer.11.lib.3.de donation.
Sanchez de matrimon.lib.6. diſputat.36.ſub
num.2.*

Cùm , quòd ſatis aptè dè Diffinitoribus
quoq; loquutum fuiſſe ſtatutum videtur, cũ
de Capitularibus Patribus verba fecit : di-
cens :

*Patres Prouinciarum , Diſcreti primo ,
Guardiani omnes , & Capitulares Diſcreti.*
Omnes itaq; vocauit cùm Capitulares voca-
uit ; ſiuè Diſcreti illi ſint, ſiuè Diffinitores ,
ſiuè alio quocunquè nomine nuncupentur.
11 Genus quippè omnes ſub ſe comprehen-
dit ſpecies.*leg.omnes 3. vbi Angelus.C.de
præſcript.30.vel 40.annorum.l.ſi duo 52. in
fin.ff.de adminiſtrat.tutorum.Barboſ.axio-
mat.107.num.29.Gratian.forenſ.par.5.cap.
862.n.36.*
12 Neq; enim ſine ratione factum eſt,q. De-
finitorum memoriam non fecit Statutum ,
cùm tunc temporis Diffinitores , vocem ,
ſuffragiumquè in Capitulis minimè ferrent.
At poſtquam anno 1633. in Capitulo Gene-
rali decretum fuit , vt vocem Diffinitores
in Capitulis obtinerent , ipſi quoq; in Statu-
to antiquo comprehendentur, quod de Ca-
pitularibus loquitur; erunt proindè & ipſi
pœnæ ſuppoſiti,ſicut alij Capitulares, ſi Ca-
pitulis legitima ſinè cauſa , intercedere re-
nuerint,& reluctauerint.Quia de ipſis quoq;
lex loquitur , ſicuti de alijs Capitularibus.
13 Cùm enim generatim de Capitularibus
loquatur: Ipſiquè Diffinitores Capitulares
ſint: De ipſis quoq; & lex , ſiuè ſtatutum in-
tel-

Digitized by Google

telligetur.can.ſi Romanorum 1. 19. diſt.leg.
non diſtinguemus.37. ff. de recept. arbitris.
Nauarr.conſil.20.numer.6.in fin.de ſentent.
excomunic.lib.5. Puteus deciſion.266. lib.2.
Rota apud Duranum Epiſcopum Vrgellen.
dec.281.n.9.par.2.
14 Tùm quod legis eſt ſnturis proſpicere
incidentibus.l. leges, & conſtitutiones.7.C.
de legib.cap.fin. de conſtitutionib. Rota in
Romana Saluiani.18. Februarij 1630. corā
Queipo deciſ.347.nu.2.part.5.diuerſorum
nouiſſimar.
Sat igitur fuit per Statutum legem datam
fuiſſe pro Capitularibus, vt futuros quoquè
Diffinitores Capitulares comprehenderet.
15 Quia par eſt in vtriſq; ratio, vt vna quoquè
earum ſit determinatio. l.illud 32.ff. ad leg.
Aquil.leg.à Titio 108. in fin. princip.ff.de
verborum obligat.cap. ſuper eo 4. vbi Gloſſ.
fin.de Paroch. Caſſador. deciſion.4. de iure
patronat.num.5.& deciſion.6.eod.tit.Rota
apud Cardinal.Manticam deciſ.225. num.3.
in fin. optimè ad rem Crauetta conſil.190.
16 nu.2.dicens:non curandum eſſe de caſnum
diuerſitate, dummodò in omnibus eadem
ſit ratio. Gloſſ. in leg.ſed & ſi lege.28. §.item
ſi rem diſtraxerit.ff.de petitione hæred. neq;
leui ſanè ratione.
17 Quia nimirùm ratio ipſa attendi debet,
quæ communis lex ad caſus omnes dicitur
incidētes.can.conſuetudo.5.diſt.1.Calderin.
conſ.1.vt lite pendent.
18 Ratio igitur cùm vnica ſit de omnibus
Capitularibus, ea ipſa expreſſa dicetur de
Diffinitoribus. Cùm Capitulares illi nunc
ſint, quòd tunc non erant. ſecundùm Rotam
apud Cardinal. Caualer. deciſ.c.1.num.3.
& in poſthumis per Farinac.dec.168. nu.6.
in fi.tom.1.Cardinalis Mantica de coniectur.
vltimarum volunt.lib.6.tit.14.n.20.
19 Imbecillitas itaq; intellectus erit, ibi ex-
preſſam legem perquirere, vbi ratio eſt vna,
& par. vt loquitur Surd.conſ.222.num.17.
lib.2. & Cardinal.Tuſcus communium con-
cluſionum lit.P.concluſ.298. numer.7.& 8.
20 Quinimmò vbi ratio in lege, vel Statuto
data plures comprehendit caſus, licèt de
aliquibus tantùm, ſiuè vno meminit, vide-
tur id exemplaritèr factum, non reſtrictiuè;
quam ob cauſam pariformitèr de omnibus
diſponere caſibus ſub lege illa comprehen-
ſis æſtimatur. optimè adnotat Pariſ.de reſi-
gnat.benefic.lib.11.quæſt.3.num.57.& 58.
Comprehendentur itaquè Diffinitores, cùm
ex poſt facto Capitulares facti fuerint.
Neq; obſtabit prætereà, declarationem
incurſus pœnæ factam ſcripto haud fuiſ-
21 ſe, neq; ipſo citato, prærequiri verò declara-
toriam, quauis ipſo facto pœna impoſita
fuerit. ad text. in cap. cùm ſecundùm leges
19.§.confiſcationis.de hæretic. in 6. Felin. in
cap.cùm non ab homine col.4. de re iudicat.
Tiraquell.in l.ſi vnquam.num.400. C.de
reuocandis donat.Gratianus forenſ. diſcept.
par.5.cap.809.n.13.Barboſ.de offic.Epiſcop.
par.3.allegat.57.n.38.
Duplici nempè reſpōſione diſijcitur obie-
ctum.
Primò, quòd factum notorium Patribus
omnibus Capitularibus fuit, cùm Frater hic
præſens eſſet in loco, & vocatus pluries: no-
luit tamen, quin renuit, quin interuenire cō-
tempſit: quin non etiam & Diffinitoriatus
officio publicè nuncium miſit, ſuam magis,
22 ac magis palàm, vt faceret proteruiam. In
notorijs verò nulla perquiritur citatio.Gloſſ.
in clement. præſenti.3. in verbo conſtiterit
in fin. & ibid. Speculator.n.6.& Abb.num.7.
& 8.de cenſib.& in clem.2. verbo conſtiterit
de pœnis, ſequitur Nauarr.conſ.9.habens di-
gnitatem.n.4. lib.5. de ſent.excomunicat.&
conſ.2.n.7.lib.3.de ſolut.
Deindè quòd declaratio ipſa iā fuit facta
per Patres ipſos in Capitulo coactos, qui ex
facto notorio dictum Patrem, vti incurſum
in pœnam priuationis, habuerunt, & vti ta-
lem etiam facto declarauere, cùm ad actus
Capitulares proceſſerint ipſo poſthabito,
neq; ampliùs in poſterùm vocato, quod ex
actis ipſis Capitularibus maniſeſtè patet.
23 Multò magis verò pluris eſt, facto aliquid
declarare, quàm verbis: potentiora quippè
facta ſunt, quàm ipſa verba, quotum munus
24 eſt, internum animi motum, ac ſenſum in
medium afferre, iuxtà Ariſtotelis doctrinā
1.Perihermenias. & Celſi dictum in l.Labeo
7.§.id Tubero, ff.de ſupellect.legata.l.Nepos
Proculo 125.vbi Gloſſ.ff.de verborum ſigni-
25 ficat. at poteſt quis expreſſum verbis animi
ſenſum fingere, ac machinatione tegere,
aliudq; loqui, & aliud mēte machinari. iuxtà
Iſaiæ illud 29.13.Populus iſte ore ſuo, & la-
bijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè
26 eſt à me. qui verò operatur, operibus ipſis
quid animo volnat oſtendit. faciūt maniſeſtū
hoc ipſum, Chriſti Domini noſtri, & Serua-
toris. Ioannis 10.37.verba. Si non facio ope-
ra Patris mei (dicentis) nolite credere mihi.
Si autem facio; & ſi mihi non vultis credere,
operibus credite. Et Summi illius Pontificis
Romani Innocentij Tertij in cap.cùm inter
13.§. fin.in fin. de ſent. & re iudic. in verbis
illis: veritate geſtorum ſermonibus præua-
lente. eſt text. in cap.dilecti filij.52. vbi Gloſſ.
verbo facto.de appellat.l.1. ac toto titulo, C.
plus valere, quod agitur. ſequutaquè fuit Ro-
ta apud S.Memor.Gregor.XV.dec.247.n.18.
& apud Cardinal. Manticam deciſion.146.
num.4.& apud Card.Caualer.deciſ.100.n.7.
diximus reſponſ. noſtra 53.n.10.11.& ſeqq.
par.3.
Accedit prætereà his quoquè, quòd Pa-
ter hic ſemper in poſterùm ſe pro priuato
habuit, nequè vnquàm ampliùs pro Diffini-
tore ſe geſſit, nequè verbum aliquod, vel
magnum, vel paruum loquutus fuit ampliùs,
quod

27 quòd ad Capitulares actus non uocaretur : comprobauit proinde operibus, quod geſtum fuerat, ſe pro ſpoliato habendo. ad *text.in l.3.§.in amittenda,ff.de acqui.poſſeſſion. Rota apud Caualer. deciſion.655.num.12.& apud Coccinum dec.366.n.5.*

Neq; hic Pater ſe redintegrari poſtulat ad gradum Diffinitoriatus, quòd amiſit, neque ſe ſpoliatum conclamat. Conquæritur vero ſe vti digniorem ad defuncti locum non fuiſſe ſuffectum, ex noua hac cauſa vacationis loci. Verùm cùm intra tempus triennij ſit, ac conſequenter pœnę explendę; indignus vtiq; erat, quòd eligeretur, vt in ſuperioribus diximus.

Iurè proindè fecerunt Patres Capitulares qui illum pœnæ adhùc ſuppoſitum, prætermiſerunt, ne indignum, non ſanè digniorem eligerent.

Atq; ità ex his, calamo ſcribæ velocitèr ſcribentis, iudicio ſemper meliori præhabito, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Negotio ad Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Barberinum totius Ordinis Minorum Protectorem delato, benè proui. diſſe Patres reſponſum per eum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatÿs tranſeunt vniuerſa ſub Cœlo.*
2 *Alienatio eſt omnis actus, per quem transfertur dominium.*
3 *Alienatio verbum eſt æquiuocum, ſiuè analogum multa ſignificans.*
In propria verò ſignificatione tranſlationem dominÿ importat.
Præſertim in materia odioſa, & ſtatutaria.n.4.
Sicuti in terminis extrauagantis ambitioſæ Pauli.II.n.5.
Siuè dominium transferatur vtile, ſiuè directum.n.6.
7 *Locatio rerum Eccleſię ad longum tempus probibita.*
Quia ſaltim dominium vtile transfert.
Vnde alienationis eſt ſpecies.
8 *Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt, neq; diſpoſitio ipſa conueniet.*
9 *Alienatum nō dicitur quod in noſtro adhùc manet dominio.*
Et quod in dominio adhùc Eccleſiæ detinetur.n.11.
10 *Commutatio bonorum inter vnam, & aliã Eccleſiam alienatio non dicitur, modò Epiſcopi accedat conſenſus.*
12 *Alienatio tunc dicitur cùm res à dominio, poteſtate, & nomine exit habētis illã.*
Et patrimonij diminutio eſt, atq. diſtractio.n.13.
14 *Aedificÿs exornari Ciuitates Reipublicę intereſt.*
Quorum extructio ex iure gentium introducta.
15 *Alienationis naturam ſapit, cùm ius in re conſtituitur alteri.*
16 *Voluntas hominum, & dictis pateſit, & factis.*
17 *Ius, quod non mutatur, ſtare cuiquè debet.*
18 *Quod non mutatur, cur ſtare probibeatur?*
19 *Sacto Carolo Borromeo Prælati omnes maximopere debitores ſunt.*
Ob ſanctos eius mores, & doctrinam.
Et ob exactiſſimi Eccleſiarum regiminis exempla.
20 *Locus Pſalmi 18.5. In omnem terram exiuit ſonus eorum.*
De Apoſtolis expenditur.
Ac conſequentèr Epiſcopis.
21 *Epiſcopi in locum ſuffecti fuere Apoſtolorum.*
22 *Compenſatio ſolutionis eſt ſpecies.*
23 *Solutio alienationem ſupponit.*
Quia facta cenſetur ex cauſa præambula.
24 *Epiſcopus tenetur reparare Eccleſiam ſuã.*

ARGVMENTVM.

Alienaſſe an dici debuerit Prælatus, qui columnas Eccleſiæ prætioſę materiæ, de vno loco intra eandem Eccleſiam in Cappellam à ſe conſtructam tráſtulit, ſuffectis alijs columnis, nō ità pretioſis, in tranſlatarum locum? & an in prohibitionem dederit Pauli II. in *extrauaganti ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis*? Multiſquè modis quid alienare ſit, oſtenditur. Et an compenſatio fieri potuit per ſuffectas columnas in tranſlatarum locum? & an compenſatio ſolutionis ſit ſpecies?

RESPONSIO XXV.

EPiſcopus N. anno 1612. ſui præſulatus
initio in Cathedrali Cappellam cre-
xit ſub inuocatione Sācti Caroli. Vo-
lens verò, & in illa ſepulchrum fode-
re, quo eius cadauer poſt ſuprema funera
inferretur, atq; Cappellam ipſam decentius
exornare, ad illam trāſtulit duas columnas
lapideas ex eadem Cathedrali, etiam ſui
Capituli accedente conſenſu, emptis alijs
columnis ex proprijs pecunijs, quas in
translatarum locum ſuffecit, quàmuis illæ
pretioſiores eſſent, quàm emptæ. Exorna-
uit igitur Cappellam alijs additis pretioſis
lapidibus proprio ære, illamq; datis annuis
redditibus dotauit, atq; ius funerandi in
extructo ſepulchro etiam conſanguineis re-
ſeruauit. Demùm (vt ſunt res humanæ:
1 *Omnia enim tempus habent, & ſuis ſpatijs
tranſeunt vniuerſa ſub Cœlo. Tempus na-
ſcendi, & tempus moriendi:* Vt *Eccleſiaſtes.*
3. 1. Salomon loquitur.) vitæ diei longæuus
annorum terminum fecit, atquè in effoſſo
ſepulchro cadauer elatū fuit. Succeſſor Epi-
ſcopus translationem factam columnarum
alienationem eſſe putat: nec licuiſſe præ-
deceſſori Epiſcopo, ſine Apoſtolico aſſenſu
transferre. Quam ob cauſam prædeceſſoris
hæredes iudicio petit, vt pretium ſoluant
columnarum. Reluctant illi. In dubium
proindè reuocatur: Fuerit nec ne alienatio,
dictarum columnarum translatio? Et an fa-
cta compenſatio videatur, quòd præde-
ceſſor Epiſcopus dictarum columnarum
loco quatuor aliàs, & ſi inferioris materiæ, in
eadem Eccleſia ſuffecit?

Quærenti vt faciamus ſatis: Alienationem
haud dici; factam dictarum columnarum
ad Cappellam præfatam translationem, reſ-
2 pondendum omninò videtur. Alienatio
quippè eſt omnis actus, per quem dominiū
transfertur. vt Imperatores Seuerus, & An-
toninus edixere in *l. 1. in fin.* vbi *Gloſſ. C. de
fundo dotali. Gloſſ. in l. ſtatuliberi* 29. §. 1.
verbo *emptionis. in fin. ff. de ſtatuliberis.*
notat *Cardinal. Zabarella conſ.* 15. *numer.* 1.
Paulus *lib.* 21. ad edictum. in *leg. alienatio-
nis verbum* 28. *ff. de verborum ſignificat. leg.
Sancimus.* 7. *alias fin.* C. *de rebus alien. non
alienand. Cardinal. Tuſcus tom. 1. lit. A. con-
cluſ.* 257. *num.* 1. *& ſeqq. Barboſa de appella-
tiua verborum. iuris ſignificat. appellat.* 14.
num. 1. *& ſequen. & de iure Eccleſiaſt. lib.* 3.
cap. 30. *nu.* 2. At in nullum harum columna-
rum dominium translatum fuit. non igitur
alienatio. In terminis itàq; haud verſamur
extrauag. Pauli II. *ambitioſæ. vnic. de rebus
Eccleſiæ non alienan. inter communes.*

3 Probatur minor. quia, & ſi planè verbum
hoc alienatio, verbum ſit æquiuocum, ſiuè
analogum, & multa ſignificare valeat: in
proprio tamen ſignificatu, dominij transla-
tionem importat, vt *Gloſſ.* in dicto verbo
emptionis in fin. in d. leg. ſtatuliberi. docet.
Gloſſ. in cap. nulli liceat 5. verbo *alienationis.
de rebus Eccleſ. non alienand. dict. l. fin. C. de
rebus alien. non alienand. & d. l. alienationis
verbum* 28. *de verborum ſignificat.* ſequi-
turq; *Cardinal. Zabarella dict. conſil.* 15. *n.* 1.
& *Alexand. Raudenſ. tractat. de analogis c.* 6.
num. 34 quem ſequitur *Peres de Lara de
anniuerſ. & cappellan. lib. 1. cap. 20. num.* 25.
*Gulielm. Redoan. de rebus Eccleſ. non alie-
nand. q. 1. num. 3. & ſeq. Brunorus à Sole
propoſitionum iuris. verbo alienatio ſumi-
tur dupliciter. Barboſ. d. appellat.* 14. *num.* 1.
& per tot.

4 In materia tamen, vel odioſa, vel ſtatuta-
ria in proprio ſtabit ſignificatu: vt dominij
translationem inferat; cùm in ſtrictiori ſi-
gnificatu exaudiri debeat. ad *text.* in *cap. in
noſtra* 8. *de iniurijs, & damno dato. l. ſi verò*
65. §. *de viro, ff. ſoluto matrimon. Card. Za-
barella d. conſil.* 15. *n.* 1. *Raudenſ. dict. tract. de
analogis. cap.* 10. *num.* 1. *de Lara dict. cap.* 20.
num. 26.

5 Accipietur igitur hic, (cùm materia ſit
odioſa, quòd de incurſu agatur pœnarum
d. extrauagantis ambitioſæ) ſtrictè, præſsè,
ac propriè, vt dominij translationem infe-
rat. probatur id apertiſſimè ex verbis extra-
uagantis ipſius, quibus Paulus II. illius Cō-
ditor, ſequētibus loquitur: *Omnium rerum,
& bonorum Eccleſiaſticorum alienationem,
omneq; pactum, per quod ipſorum dominium
trāſfertur, conceſſionem, hypothecam, locatio-
nem, vel conductionem vltrà triennium;
nec non infeudationem, vel contractum
emphyteuticum, &c. hac perpetuò valitura
Conſtitutione præſenti fieri prohibemus.* ſic
Summus Pontifex Paulus. Illam nempè
prohibet alienationem, illudquè pactum,
per quod dominij ſit in alterum translatio;
6 ſiuè dominium transferatur directum, ſiuè
etiam vtile. ad *text.* in *dict. cap. nulli liceat.*
5. vbi etiam *Glo.* & *cap. ad audientiam.* 9. *de
rebus Eccleſ. non alienand. Bald. in cap.* 1.
§. *noni verò. numer.* 2. *in fin. verſ. item nota
in Gloſſ. per quos fiat inueſtitura. in vſib.
feudor.* ſequitur *Barboſa de offic. Epiſc. par.* 2.
allegat. 19. *n.* 48 *Rota in Romana Saluiani in-
terdicti* 2. *Decembris* 1601. *coram Domino
Coccino Decano. deciſ* 17. *num.* 5. apud *Stati-
lium Pacificum de Saluiano interd. & dec.
76. numer.* 9. quæ eſt votum *Card. Seraphin.*
apud eundem, & ſequuta fuit Rota in
Romana cenſus de Odeſcalchis 3. *Martij*
1614. *coram Cardin. Caualer. deciſion.* 290.
num. 5.

7 Vndè propterea etiam ad longum tem-
pus rerum Eccleſiæ locatio inhibetur, quod
alienationis ſapiat ſpeciem, cùm per eam
vtile ſaltim dominium transferatur. *d. cap.
nulli.* 5. *& d. cap. ad audientiam.* 9. *de rebus
Eccleſ. non alienand. Gloſſ. fin. in leg. 1. cum
duab.*

duab.legib.ſequentibus ff.ſi ager vectigalis.
Couarr.variar.reſolut.lib.2.cap.16.num.2.
Afflict.deciſion.365.num.4.Cardinal.Man-
tica de tacit. & ambig.lib.3.tit.45.num.11.
Barboſa dict.appellation.14.num.11. Bru-
*norus à Sole dict.*verbo *alienatio ſumitur in*
fin. Cardinal. *Tuſcus d.concluſ.257.nu.19.*
At in proprio ſiſtendo verbi alienationis
ſignificato, vt fieri oportet; in nullum hic,
neq; directum, neque vtile dominium co-
lumnarum prædictarum translatum fuit:
non vtiq; Epiſcopi, quia non pro ſe colum-
nas præfatas accepit, vt illas in dominium
haberet, neq; vtile, neq; directum; non ſuo-
rum conſanguineorũ, quia nihil in illos tran-
ſtulit, niſi ſepulchri dumtaxat vſum permi-
ſit. Non igitur alienatio fuit, translatio co-
lumnarum prædictarum, de loco ad locum
intra eandem Eccleſiam, ad prędictam ex-
tructam ornandam Cappellam. Haud ergò
locum ſibi vendicabit dictæ *extrauagantis*
8 *ambitioſæ* diſpoſitio. Quia nimirum verba
diſpoſitionis, quæ de alienatione, ac pacto,
per quod dominium transfertur rerum Ec-
cleſiæ loquitur, translationi huic columna-
rum prædictarum non adaptantur, cùm per
illam (vt diximus) in nullum earum transla-
tum dominium fuerit, neq; directum, neque
vtile; vt neq; diſpoſitio ipſa aptari debeat.
l.4.§.toties, ff.de damno infecto.cap.indemni-
tatibus 43.§.penult.de elect.lib.6. d.l.ſi verò
65.§.de viro, ff.ſolut.matrimon.l.ita tamen
5.ff.de adminiſtrat. & periculo tutor.Surd.
conſ.417.num.1.vol.3.Gonzalez ad regul.8.
Gloſſ.5.in princip.num.24. Nauarr.conſ.12.
in fin.lib.1.de maioritat. & obed.& de In-
dulgent notab.28.num.22.Rota par.2.tom.1.
in recent.deciſion.502.ſub n.3.& apud Coc-
cinum Decanum dec.460.n.5.
9 Fit autem id, quod aſſerimus perſpica-
cius magis, quod alienatum haud dicitur,
quod in noſtro adhuc dominio manet. *leg.*
alienatum 67.ff.de verbor.ſignificat.Redoan.
10 *dict.quæſt.1.num.2.* Vt neq; alienatio dica-
tur, vnius Eccleſiæ in aliam bonorum com-
mutatio, quę ſolo Epiſcopi conſenſu per-
mittitur, ex Concilio Lugdunen.4. *in cap.1.*
de rebus Eccleſ non alienandis. & perpendit
alijs relatis *Ioannes Baptiſta Ciarlinus*
controuerſ.forenſ.cap.18.n.28. At columna-
rum prædictarum dominium in dominio
adhùc permanſit, & permanet Eccleſiæ præ-
dictæ Cathedralis, quàmuis in Cappellam
præfatam, ad illam ornandã, translatæ. Alie-
natio haud ergò facta fuit per Epiſcopum
columnarum prædictarum. Ceſſat igitur
omnis, quæ nunc eius excitatur quęſtio hæ-
redibus de alienatione præſumpta: quia
11 nimirum alienatio nõ eſt, eius, quod in do-
minio, adhùc Eccleſiæ detinetur. vt *Gloſſ.*
loquitur in *clement. ſi vna Eccleſia 2. in*
fin. verbo. *Eccleſiam.de rebus Eccleſ. non*
alienand. ad *text.in leg.vnum ex familia 69.*
ff.de legat.2.& ſequitur *Redoanus.d.tractat.*
de rebus Eccleſ.q.51.cap.10.num.2. tunc nē-
12 pè alienatio facta exauditur, cum à poteſta-
te, & dominio, ac nomine, res exit, qui illam
tenebat, iuxta Valentis ſenſum *lib.2.* fidei-
commiſſorum. in *l.is, qui complures. 92.ff.*
de legat.3. ſequiturq; *Iacobus Thoming. dec.*
Lypſien.43.num.1.& 13. At in dominio de-
tinentur Eccleſiæ, columnę prædictæ: Ni-
13 hil ergò, quod eius eſt, alienatum fuit. Alie-
natio quippè patrimonij diminutionem,
eiuſq; diſtractionem importat. ad *text. in*
l.ſi ſponſus.5.§.ſi maritus. ff. de donationib.
inter virum, & vxorem, notat *Bald.in l.bo-*
norum.C.qui admitti. ſequitur *Redoanus d.*
q.1.num.1. Nihil autem hic diſtractum, ni-
hilq; ex Eccleſiæ patrimonio diminutum:
Quin non magis auctum, & quòd quatuor
alię columnæ harum in locum, ne Eccleſiæ
damnum ſuccederet, ſuffectæ fuere: & quòd
ex extructione huius nouę Cappellæ, magis,
magiſq; decorata Eccleſia fuit. vt intersit ei,
14 quòd ita exornata fuerit; ſicuti intereſt Rei-
publicæ ędificijs decorari Ciuitatem, quo-
rum iure gentium extructio introducta cõ-
ſpicitur. vt Hermogenianus nos docet Iure-
conſultus in *l.ex hoc iure 5.ff.de iuſtit. &*
iure. dùm inter eas, quæ gentium iure nobis
acceſſere cõmoditates, (*quòd ædificia colla-*
ta ſint) enumerat. ſequiturq; *Gloſſ.ibid.* cùm
perpendit; ex ædificiorum collatione, ſiuè
coniunctione Ciuitates extructas fuiſſe. di-
ximus *reſponſ.* noſtra.22.*numer.15. & 16.*
part.2. Nihil igitur alienatum. In nullam
ergò in Paulina Conſtitutione inflictam pę-
nam datum.
15 Accedit his quoq;, quòd alienationis na-
turam ſapit, cùm ius alicui in re conſtituitur;
(vt alienatione vetita; Ius in re conſtituere
interdictum quoq; videatur.) *d.l.Sancimus*
7.ſiue fin.C.de rebus alienis non alienandis,
vbi *Bald.in ſummario. Redoanus d.q.1.n.5.*
Ioannes Azor.inſtitu.moralium par.2.lib.9.
cap.1.q.2. At nulli ius aliquod in his colum-
nis ex hac translatione in extructã Cappel-
lam conſtitutum fuit. non Epiſcopo: Quia
illud in ſe retinere velle, neq; verbis, neq; fa-
16 ctis oſtendit: voluntas verò hominis ver-
bis, & factis demonſtratur. *can.1.41.diſtin.*
*Gloſſ.in cap.final.*verbo *ſubornauit.in fin. de*
deſponſat. impub. Barboſa aſſiomate 93.nu.
6.9.& 10.& aſſiom.222.num.2. non conſan-
guineis; quia nudum ius ſepeliendi illis re-
ſeruauit dumtaxat. Nulla igitur fuit, ex hac
columnarum in Cappellam hanc translatio-
ne, earum facta alienatio, cùm & ius, & do-
minium in ipſamet Eccleſia perſeueret.
Nihil ergò eſt, quòd Epiſcopi hæredibus
moleſtia inſeratur aliqua, cùm ipſi nihil ſi-
bi iuris in columnis prędictis vendicent. vt
17 ſtare omninò ius ſuum in Eccleſia debeat
in columnis præfatis, quod à nemine muta-
tur. Vt Iuſtinianus Imperator Iuliano Præfe-

ƈo reſcribit in *l. Sancimus. 27. C. de teſtam.*
18 dicens: *Quod enim non mutatur, cur ſtare*
prohibeatur? Quin, non modicam gratiam
prædeceſſori ſuo debet modernus Epiſco-
pus, quòd ita extructam, exornatamq; Cap-
pellam in honorem Pontificum omnium
gloriæ Sanctiſſimi Caroli Borromei, inuenit.
19 Maximoperè enim omnes vbiquè gentium
Eccleſiarum Prælati huic Sancto Epiſcopo
obſtricti ſunt, quòd ſuo exemplo, ſanctiſquè
moribus, ſuaq; doctrina, ac ſcriptis totam
Dei Eccleſiam colluſtrarit, omnibuſquè ex-
actiſſimi Eccleſiarum regiminis exempla
reliquerit; vt in omnem vbiq; terram eius
iurè exierit ſonus; & in fines orbis terræ ver-
20 ba eius. (*Pſ. 18. 5.*) Quæ Regij Citharedi ver-
ba de Sãctis Apoſtolis dicta refert Apoſtolus
Paulus ad *Rom.* 10. 16. ſequiturq; *Genebrar.*
21 in *d. Pſ. 18. in 5. verſ.* Quorum in locum Epi-
ſcopi ſuffecti ſunt. *can. in nouo. 2. §. ipſis quo-*
què decedentibus. 21. diſt. & can. quorum
vices. 6. 68. diſt. & diximus plura in noſtro
apologetico. n. 347. & 348. part. 3. & *Corne-*
lius à Lapide in eundem locum Pauli.

Quòd verò quærebatur: an compenſa-
tio facta fuerit quatuor columnarum cum
duabus, quas Epiſcopus in hanc tranſtulit
Cappellam? ex iàm dictis, cùm alienatio
haud fuerit translatio præfata columnarum.
22 compenſatione etiq; nec opus erat. Com-
penſatio nempe ſolutionis eſt ſpecies. *leg. ſi*
debitor. 4. ff. qui potiores in pignore habean-
tur. l. ampliùs 15. vbi Bart. ff. rem ratam ha-
beri, dixit *Rota in Romana penſionis 13. Iu-*
nij 1597. coram Cardin. Pamphilio deciſ. 12.
ſub n. 2. circa fin. apud Marcheſanum par. 1.
fol. 614. & in *Romana ducatorum mille* 18.
Maij 1626. coram Illuſtriſſimo Durano Epi-
ſcopo Vrgellen. *deciſ. 32. num. 4. & in Præ-*
neſtina cenſus 25. Iunij 1632. coram Cocci-
no Decano deciſ. 148. n. 6. & 7. part. 6. diuer-
ſorum nouiſſimarum per Rubeum. Solutio
23 verò alienationem ſupponit. Quia facta
cenſetur in cauſam præambulam. ad *text. in*
l. quædam mulier. 76. vbi notatur, *ff. de rei*
vendicatione. dixit Rota apud *Cardin. Ca-*
ualer. dec. 149. n. 3. & deciſ. 466. n. 2. At nulla
hic columnarum alienatio fuit, vt in ſupe-
rioribus fũdauimus. nõ igitur ſolutione opus
24 fuit, nec conſequenter cõpenſatione. Fecit
verò Epiſcopus quod ſuum erat, Eccleſiam
ſibi deſpõſã per quatuor colũnas reparãdo.
ad *tex. in c. 1. & cap. de his. 3. de Eccleſ. ædific.*

Non eſt ergò, quòd propter translatas in
Cappellam præfatã columnas duas per præ-
deceſſorem Epiſcopum, eius hæredibus, ſi-
ue cõſanguineis, quòd ius nudum ſepulchri
in illa habeant, moleſtia per ſucceſſorem in-
feratur.

Vt ex his, meliori prelato iudicio, nec ab
re quidem, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Imputet ſibi damnum, cui ipſe cauſam dedit, vt eueniret.*
2 *Mortuus alterius efficitur fori.*
3 *Fideiuſſoris obligatio de ſiſtendo aliquem, ceſſat, ſi ille Clericus efficiatur.*
Quia propter ſtatus mutationem alterius fori effectus eſt.
Ita quoq; ſi moriatur.
4 *Fideiuſſor, & correus debendi differunt inter ſe. & n. 46.*
5 *Obligati in ſolidum per partes ſoluere non poſſunt, ſed in ſolidum tenentur.*
6 *Duo rei debendi, quiſq; eorum in ſolidum tenetur.*
7 *Clauſula* (*omni meliori modo*) *operatur, vt obligatus vti principalis interceſſiſſe videatur, ac vt reus debendi.*
Et extenditur in omnem caſum. n. 17.
Etiam duriorem. n. 18.
8 *Obligatus (omni meliori modo) tenetur, quamuis principalis obligatio nulla foret.*
9 *Obligari quem vti fideiuſſorem, vel vti correum differunt.*
Ratio affertur ex diſtinctione titulorum. num. 10.
11 *Obligationis principalis natura alia eſt ab acceſſoria, ſiue fideiuſſoria.*
Nam obligatus vti principalis, tenetur etiam deficiente primo, & principali debitore. n. 12.
Ac etiam principali obligatione nulla. num. 13.
14 *Soluere obligatus intra certum tempus, non ideo à ſoluendo liber euadit, quod tempus effluxit.*
15 *Fideiuſſor non liberatur, niſi debitum ſoluatur, pro quo interceſſit.*
Potiſſimùm ſi proprium factum, (conſtituendo ſe principalem debitorem) non alienum promiſit. n. 16. & n. 49.
19 *Fideiuſſor, qui in omnem cauſam teneri voluit, etiam ad vſuras tenetur.*
Ac etiam in caſu mortis principalis debitoris. n. 20.
Et qui pro alio ſoluere intra certum tempus ſpopondit, non ideo liberatur, quòd tempus effluxit. n. 21.
Poteſt interim tamen agere, vt liberetur. num. 22.
23 *Debitor, qui intra certum tempus ſoluere promiſit, lapſu temporis non ideo liberatur.*
24 *Fideiuſſor, qui vti reus debendi interceſſit, nihil à principali debitore differt.*
25 *Obligatio penès acta ob calorem iudicij, præcisè obligatum ſtringit.*
Et habet exequutionem paratam, & nu. 31. & 43.
Atquè ſpontanea condemnatio nuncupatur.

Nul-

Nullamquè admittit exceptionem. num.26.

Neq; citatio requiritur.n.31.

27 *Exceptio interpellationis non proficit aduerſus obligationem pœnès acta.*

Ob iuramentum præſertim,quod interceſſit.n. 28.

29 *Herodes propter ius iurandum caput amputari præcepit Ioannis Baptiſtæ.*

30 *Exceptio excuſſionis ceſſat propter ius iurandum, obligationi pœnès acta adiunctum.*

32 *Interpellatio non requiritur ſtante die certa obligationis.*

Quia dies interpellat pro homine.

Etiam in caſu fideiuſſoris de repræſentando.

33 *Fideiuſſor de repræſentando non tenetur niſi interpellatus fuerit.*

Ad pœnam committendam.

Limita,ſi ipſius fideiuſſoris commodo de repraſentare,actum ſit.n.34.

Hoc enim curare debet ipſemet fideiuſſor. num.37.

Praſertim ſi correus ſe conſtituerit debendi.n.39.

Ipſeq; carceratum ſoluerit.

Suaq; culpa,ne eum interim ſiſteret, euenit.n 41.

Neq; ſi pœnès acta ſe obligauerit.n.42.

35 *Obligationis tenor attendi debet, atq; indagandus.*

36 *Fideiuſſoris ratio ad correos debendi trabi non debet.*

38 *In alternatiuis electio eſt eius,cuius fauore adiecta,ac praſertim debitoris.*

40 *Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur, reo iam defuncto.*

Quia alterius fori effectus eſt.

Declaraturq; ſententia de Marſilijs.

Neq; procedit in correo debendi,nu.42.

44 *Obligatus penès acta de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum,non appellat.*

Ne ſtipulatio eluſoria reddatur.

45 *Deciſio D.Franciſci del Caſtillo 150. declaratur.*

47 *Dilatio ad ſoluendum etiam tacitè reo facta, fideiuſſores non liberat.*

Ratio redditur.n.48.

Multoq; magis locum babet in reis debendi.n.50.

51 *Soluens partem,pro parte liberatur.*

Et pro parte fideiuſſoribus quoq; profieit. num.52.

53 *Nouatio non inducitur, ni expreſsè agatur.*

Atq; per neceſſe,non leuiter de ea inferatur.n.54.

55 *Nouationem prorogatio ad ſoluendum non facit.*

In Camerali obligatione præſertim.

56 *Prorogatio ſolutionis fideiuſſorem non liberat.*

Et aliud eſt ſolutionis prorogatio. aliud obligationis.

Operatur tamen,ne fideiuſſores ad damna teneantur.n.57.

58 *Solutione eius,quod debetur omnis tollitur obligatio.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor, qui in ſolidum ſe obſtrinxit , vel de ſoluendo debitum intra certum ſtatutum tempus , vel de repræſentando debitorem intus carceres, ſi effluxo tempore, creditore non interpellante, moriatur, an ad ſoluendum compelli poſſit, vel obſtet ei exceptio , quòd interpellatus non fuerit; & quid ſi in forma Cameræ Apoſtolicæ, ac penès acta Curiæ , atquè in omnem caſum, & pro maiore creditoris ſecuritate , vt creditorem à carcere ſolueret, ſe obligauit? Latè diſſeritur.

RESPONSIO XXVI.

CArceribus cùm detineretur incluſus Nuntiaturæ Apoſtolicæ, D. Saluator de Andrea vigore mandati exequtiui per A.C. relaxati pro ducatis 770. pro Domina Eliſabetha Suardo principali creditrice,neq; carcer ſolutionē præſtā faceret, annuit petitioni Saluatoris Eliſabetha, eumq;ab eis ſolui permiſit,eius tamē pœnès acta obligatione præuia de ſoluendo debitū intra quatuor menſes, vel de redeūndo ad carceres; vti die 30. Maij 1640.pœnès acta Nuntiaturæ prædictæ ſe obligauit: atq; in fideiuſſores , & principales promiſſores dedit D. Nicolaū, ſiuè Colā Marchittum Ciuitatis Vigiliarū,& Clericū Carolū Cerullū filiū quondam Doctoris Damiani Terræ Carbonariæ,qui *ſpontè omni meliori modo promiſerunt,& ſe in ſolidum obligauerunt cum dicto D. Saluatore de ſoluendo dictam ſummam ducatorum 770.ad fauorem dictæ Do-*

-mina

mina Eliſabetha infra quatuor mēſes ab ho-
die proximos: vel repræſentare dictum R. D.
Saluatorem in carceribus Nuntiaturæ Apo-
ſtolicæ, in quibus ad præſens reperitur, ſub
pœna debiti. Seque obligauerunt in forma
Cameræ Apoſtolicæ. Hoc modo ſolutus di-
ctus Saluator, nec ſoluit debitum, patienter
agente Domina Eliſabetha creditrice. ſoluit
tamen interim carnis debitum, quia menſe
Iulio præterito currentis anni 1642. ab ini-
micis gladio petitus vitæ terminum fecit.
Egit proinde Eliſabetha aduerſus principa-
les debitores, qui pro Saluatore in ſolidum
ſe obligatos dixerant, promiſſis, vt ſtare ve-
lint. obluctantur illi: eorum obligationem
conditionalem fuiſſe, de ſoluendo (ſcilicet)
intra quatuor menſes, vel de reū repræſentā-
do. Culpa eueniſſe creditricis, quòd fideiuſ-
ſores tempore non interpellauit opportuno,
vt vel ſaltim Saluatorem in humanis tunc
agentem ſiſtere, ac repreſentare in carceri-
1 bus potuiſſent. Sibi propterea imputare
debere, quòd ipſa ſibi cauſa fuit, vt damnum
ſequeretur morte principalis. ad *text.* in *cap.*
vnic. §. quod etiam. & §. ideo nos. vt Eccleſia-
ſtica benefic. cap. inter Monaſterium. 20. in
fin. de ſentent. & re iudic. Clement. vnic. in
finalib. verb. ibi: Imputet quidèm ſibi. *de*
conceſſione præbend. regula *damnum. 86. de*
regul. iur. in 6. Rot. apud Card. Seraphin. dec.
1258. *in princip.*

Nos verò his floccipēſis: ſupereſſe adhùc
Eliſabethæ ius integrum aduersùs præſatos
obligatos, vt promiſſis ſtent, ſibiq; debitum
770. ſoluant iurè, nec ſanè illiberaliter re-
ſpondendum cenſemus.

Duo quippè illi promiſerunt: & de ſol-
uendo debitum vti principales, & in ſoli-
dum obligati; vel de repræſentando debi-
torem intus carceres Nuntiaturæ intra qua-
tuor menſes, à quibus illum intercedendo
eduxere, quin non extraxere. Et ſi profectò
quòad hanc alternatiuam, iacta iam alea eſt,
vt repræſentare Saluatorem haud ampliùs
poſſint, illo ex humanis abrepto, alteriuſq;
2 effecto fori. Veluti de eo, qui per Clericatum
Eccleſiaſtici fori effectus fuit, ceſſaſſe obliga-
3 tionem fideiuſſoris de eum repræſentando,
docuit *Cardin. Zabarella clement. 1. de cen-*
ſib. n. 5. rationem ipſe reddens: Quia per
alterationem ſtatus mutauit forum. quibus
in terminis exaudiri poteſt *deciſio Afflicti.*
130. ab Aduerſarijs allata. Haud tamen
4 obligatio ceſſauit de ſoluendo. Perpenden-
dum porrò eſt, ne probatione careat, quod
aſſerimus: præſatos obligatos, & ſi planè
ad perſonā D. Saluatoris fideiuſſores acceſ-
ſere; fuiſſe tamen ipſos principales de ſol-
uēdo promiſſores ad Eliſabethæ perſonam,
atq; duos reos promittendi in ſolidum. vti
diſertiſſimis verbis Papinianus docet in
leg. reos promittendi 11. §. *cùm in tabulis. ff.*
de duobus reis. illis in verbis in fine. inde in
viriles poſſe diuidi promiſſionem dicens:
5 *Quia non fuerat adiectum, ſingulos in ſoli-*
dum ſpopondiſſe, ità vt duo rei promittendi
fierent. fuerunt ergò isti, duo rei promit-
tendi, quia in ſolidum ſoluere ſpopondere,
vt ab vnoquoq; eorum in ſolidum peti poſ-
ſet. Vlpianus *lib. 47.* ad Sabinum in *l. 3. §. 1.*
ff. eod. vt loquitur: *Vbi duo rei facti ſunt* (in-
quiens) *poteſt, vel ab vno eorum ſolidum pe-*
ti. Hoc enim eſt duorum reorum, vt vnuſ-
quiſq; eorum in ſolidum ſit obligatus, poſ-
ſitq; ab alterutro peti. Reorum igitur eſt, vt
6 ab vnoquoq; eorum peti poſſit. Sunt duo
rei debendi hi noſtri conuenti, ab vnoquo-
què eorum nunc peti poteſt, ſicuti & ab ipſo
principali D. Saluatore peti poſſet, ſi in hu-
manis ageret. Quemadmodum *& à reo,*
& à fideiuſſore petere poſſumus. vt idem Vl-
pianus *dict. §. 1.* vbi ſupra loquitur. & hanc
ſententiam, atquè diſtinctionē, præter *Bart.*
in d. l. reos. & Angelum num. 1. ſequitur in
terminis *Natta conſ. 52. num. 1. & ſeqq. &*
num. 6. lib. 1. quem ſequuta fuit Rota apud
S. Memoriæ *Gregorium XV. in Bononien. pe-*
cuniaria 6. Iunij 1607. deciſ. 321. numer. 7. &
ibid. Beltraminus Addens. *num. 13.* & *deciſ.*
560. *num. 2. & ſeqq.* coram eodem Gregor.
XV. Idem *Natta conſ. 262. numer. 14. lib. 2.*
Rota part. 1. diuerſorum coram Robuſterio
dec. 112. num. 2. & 6. Mareſcottus variarum
reſolut. lib. 2. cap. 65. numer. 7. Gratianus fo-
renſ. part. 1. cap. 122. n. 21. Riccius Epiſcopus
deciſ. 93. num. 6. part. 3. Tiberius Decianus
conſ. 72. num. 5. lib. 2. Rota apud Card. Caua-
ler. deciſ. 190. nu. 1. & ſeqq. Rota Genuæ per
Marcum Antonium Bellonum deciſ. 65. n. 1.
Ioannes Dominicus Gaitus de credito cap. 2.
tit. 7. q. 5. num. 1971. & 1972. Antonius Mo-
7 *nachus deciſ. Florent. 34. nu.* 8. Si præſertim
clauſulam illam perpenderimus in obliga-
tione adiectam (*omni* (ſcilicet) *meliori modo*)
quæ operatur, vt obligati videantur vti prin-
cipales, ac duo rei debendi, non vti fideiuſ-
ſores. Quam obligationem maiorem red-
dit ipſa Cameralis obligatio, cui acceſſerunt.
eamq; validiorem fecere iuramento. vt ſiſtat
8 ex his hæc eorum obligatio, quàmuis illa
principalis D. Saluatoris nulla fortaſsè fuiſ-
ſet. vt dictum fuit in dicta *Bononien. pecu-*
niaria coram Gregor. XV. d. dec. 321. num. 6.
& 7. & ibid. Beltraminus num. 13. & in d.
deciſion. 560. num. 2. & ſeqq. coram eod. Mo-
bedan. deciſ. 2. de fideiuſſoribus. Mareſcott. d.
capit. 65. numer. 8. Gratian. dict. capit. 122.
num. 10. Rota apud *Card. Seraphinum. deciſ.*
1324. *n. 5.* Rota Genuæ *apud Bellon. d. deciſ.*
65. n. 4. & 5.

9 Sat autem diuerſa æſtimantur, obligari
quem vti fideiuſſorem, vel vti correum de-
bendi. in illo enim caſu debet fieri excuſ-
ſio, in iſto verò non æquè: cùm ſimplicitèr,
ac principali nomine, ſe ſoluturum obſtrin-
10 xerit. vt diſtincti propter hanc vnam cauſā
ſint

Digitized by Google

ſint tituli: de *fideiuſſoribus*, vnus; de *duobus reis ſtipulandi, ac promittendi* alter. quod perpendit, non inſulsè, ſed nauiter, vt ſueuit *Natta d.conſ.52.num.4.*& *Rota d.deciſ.112.*
11 *ſub n.7.part.1.diuerſorum.* Alia nimirum natura eſt principalis obligationis, alia verò acceſſoriæ, ſiuè fideiuſſoriæ, iuxta *Gloſſ. fin.* in *l.vir vxori.17.§.fi.ff.ad Senatus Conſultum Velleianum*, quã ſequitur poſt alios *Decianus dict.conſ.72.num.5.lib.2.*ad *tex.* in *d.l.3.§.1.ff.de duobus reis. Marcus Anton. Bellon.d.dec.65.n.1.*

12 Quàmuis igitur perſona defecerit D.Saluatoris, ſupremi diei aduentu de medio ſublati, & tempus effluxerit quatuor menſium, intra quod ſe omnes in ſolidum 770. Eliſabethæ ſoluturos obſtrinxere, vti principales, non vti fideiuſſores: obligatio tamen ſoluendi haud ceſſauit, neq; morte Saluato-
13 ris perempta fuit. Quemadmodùm prima obligatione ceſſante, vel ex actus nullitate, vel alia cauſa peculiari, nõ ex iure communi; non ideo tamen obligatio deficit, vel retinetur eorum, qui pro illo in ſolidum ſe teneri voluerunt, atq; vti reos debendi ſe aſtrinxere. ad *text.* in *leg. Marcellus.26. vbi Bart. in princip.& ibid. Alexand. in additionib.ff. de fideiuſſoribus. Pariſ.conſ.16.n.113. lib.2. Natta d.conſ.262.num.14.* dictum fuit in *Amerina fideiuſſionis* 21. Maij 1612. *coram S.Memor.Gregor.XV.d.dec.560.nu.2. Gaitus d.cap.2. tit.7.q.5.n.1971.& n.1972.*
14 Duo nempè vna illa obligatione dicti duo correi debendi D.Eliſabethæ promiſere; & ſoluere; & intra quatuor menſes ſoluere: licet itaq; quatuor iam menſes effluxerint, nec ſoluere: non eorum propterea è medio ſublata obligatio fuit; ſed vna ſemper permanſit, vt permanet. Audias (quæſo te) rem hanc diſertiſſimis verbis decernentem Vlpianum, Magnum illum inter Iure Conſultos *lib.13.*ad edictum. in *l.Celſus ait. 28.§.1.ff.de recept.arbitris.* Quærens enim ipſe, ſi iuſſit quiſpiam Kalendis fortaſsè Septembris, centum mihi dare, neq; eo tempore dederis, an pœna committatur? ſequentibus reſpondet: *Licet igitur* (inquiens) *in pœnam non committas, quod in Kalendas non dederis, quoniam per te non ſteterit: tamen committis in eam partem quod non das.* ſic Vlpianus. Licèt igitur (dicamus nos) hi duo rei debendi quatuor intra menſiũ ſpatium, eoq; effluxo, non ſoluerunt, non ideò tamen eorum defecit obligatio, quin dare, ac ſoluere debeant. ſequuta fuit Rota in *Pampilonen. celebrationis Miſſæ 7. Februarij 1594. apud Card.Mantic.deciſ.262.nu.2.*
15 Quemadmodùm neq; liber fideiuſſor aliter efficitur, ni, pro qua interceſſit, ſoluta ſumma fuerit, vel alio modo creditori ſactũ ſatis; Quia in omnem cauſam interceſſiſſe videtur, vt Paulus reſpondit in *l.quaro. 56.ff. locati*, & ſequutus fuit *Matthias Colerus deciſ.Germaniæ.30.num.1.& num.21.* & Rota apud *Coccinum Decanum dec.359.*
16 *numer.4.* Non enim alienum illi, (Saluatoris videlicet factum promi erunt, ni intra quatuor menſes ſolueret, vel rediret) ſed proprium; conſtituendo ſe principales debitores, & correos ſoluendi pro illo. poſt *Crauettam conſ.272.num.3.5.& 13.* ſequitur *Rota* Genuę apud *Bellonum d.deciſ.65.*
17 *n.2.* Quod firmatunt adiectione clauſulæ illius (*omni meliori modo*) qua ne ad ſpecificata dumtaxat, ſe adſtrinxiſſe videntur; verum in omnem caſum principales debitores Eliſabethæ ſe conſtituere: viueret, vel ſatis cederet Saluator. vt perpendit *Bald. in l.vinum ff.ſi certum petatur.* quem ſequitur *Carolus Ruinus conſ.54.num.8.lib.4. Bello-*
18 *nus d.dec.65.num.4.* Quinimmò in omnem etiam duriorem cauſam teneri. *Pariſ.d.conſ. 16.num.119.vol.2. Gratian.d.cap.122.n.10. & 11. Ioann.Dominic. Gaitus de credito d. c.2.tit.7.q.5.n.1967.& n.1968.* Facitq; pero-
19 ptimè *tex.* in *d.l.quaro 56.ff.loca.* Quatenùs probat ibi Paulus, teneri fideiuſſorem ad vſuras quoquè non ſolutarum penſionum: Quia in omnem cauſam conductionis ſe obligauit: *Tamen, cùm fideiuſſor* (inquiens) *in omnem cauſam ſe obligauit, æquum videtur ipſum quoq; onus vſurarum, ac ſi ita fideiuſſiſſet, ſubiturum.* ſic Paulus. Obſtrinxerunt proindè ſe hi duo correi in omnẽ cauſam Eliſabethæ, quia omni meliori modo,
20 ac ſimplicitèr ſpopondere. Æquum propterea videtur ipſos quoq; nunc, in hunc mortis caſum Saluatoris teneri, pro qua ſe implicitè obnoxios reddidere. vt in ſimili idem Paulus *lib.15.* quæſtionum in *l.ſi quis pro eo 57.§.ſi nummos alienos.in fi.ff. de fideiuſſorib.* rationẽ reddens dixit: *In omnem enim cauſam* (inquiens) *acceptus videtur* (fideiuſſor ſcilicèt) *quæ ex ea numeratione naſci videtur.* ſequitur *Coler.d.dec.30. n.21.* & *Rot.*apud *Coccinum d.dec.359. n.4. Card. Mantic. de tacit. & ambiguis tom.2. lib.16. tit.14.n.23.24.& 25.*

21 Neque porrò fideiuſſor ipſe, qui pro alio ſoluere intra certum tempus ſpopõdit, atq; interceſſit, ex ſtatuti temporis lapſu à fideiuſſionis periculo liber euadit; ſed poſt
22 illud tenetur etiam. quàmuis, vt liberetur, interim agere valeat, & ſi diù in fideiuſſione ſtetit. *cap.fin.de fideiuſſoribus*, vbi *Panormit.l.ſi pro ea 10.*vbi *Gloſſ verbo feceris, C.mandati.* expreſſior *text.* in *l.Lutius Titius.38.§.eſt enim.vbi Gloſſ.etiam.fi.ff.mandati.* deduxit pluribus, alios quoq; referens *Io.Kopp. deciſ.*Germaniæ.40.*n.*12.*& ſeqq. part.1. Afflict.dec.241.numer.4.* ſequuta fuit Rota in *Romana cenſus* 10.*Iunij 1613.corã Damaſceno dec.456.n.3.part.4. collecta per Farinacium.*

Liberati multò minus hi cẽſebuntur duo correi debendi, qui, non vti fideiuſſores, ſed

vt

vt principales correi, *omni meliori modo*,
(hoc eſt in omnem caſum) ſoluere promi-
23 ſerunt. Quemadmodum, neque principalis
ipſe debitor D. Saluator, ob lapſum tempo-
ris ad ſoluendum præſtituti, à ſoluendo liber
euaſit. Nihil autem intereſt inter principa-
24 lem debitorem, & eum, qui fideiuſſor qui-
dèm acceſſit, ſed vti correus debendi ſe
obligauit. *d. l. 3. §. 1.* & *dict. l. reos. 11. §. cum
in tabulis. ff. de duob. reis Mobedanus d. dec.
2. de fideiuſſoribus, Natta conſil. 345. num. 3.
in fin.* ex *Hippolyto de Marſil. in repetit. ru-
bricæ de fideiuſſorib. quæſt. 1. Chriſtophorus
Martius Medices deciſ.* Senatus Senenſis 31.
*num. 5. Gratian. dict. cap. 122. num. 10. & 11.
Gaitus de credito d. cap. 2. tit. 7. quæſtion. 5.
n. 1968.*

Validioribuſq; hoc firmatur clauis, quòd
penès acta iudicij in Tribunali Nuntiaturæ
Apoſtolicæ ſe de ſoluendo obligauere, & in
forma Cameræ; omniq; meliori modo, &
via, qua potuere, & vt cautiorem, ſecurio-
remq; Dominam Eliſabetham redderent.
25 Ipſa porrò vna obligatio penès acta, iudi-
cij, ob calorem, (ni ardorem dixeris magis,
ignemq; conſumantem. vndè orat quotidiè
Sancta Mater Eccleſia:

Extingue flammas litium.)

præcisè promittentem obligat, ligatquè, vt
ſubitam, paratamvè habeat executionem,
quòd ſpontanea nuncupetur condemnatio.
per D. *Anton. Theſaur. deciſ 26. numer. 13.
Gloſſ in auth generaliter.* verbo *conſcribat.
C. de Epiſcop. & Cler. Afflictus deciſ. 30. n. 2.
& deciſ. 387. num. 1.* quem ſequitur *Vincent.
de Franc. dec. 118. n. 7. & deciſ. 200. num. 22.
D. Franciſcus del Caſtillo deciſ.* Siciliæ 108.
*numer. 8. lib. 2. Gaitus dict. tract. de credito
capite 3. titul. 2. numer. 4. 5. 6. 7. & ſequent.
Rota* apud Illuſtriſſimum *Duranum* Epi-
ſcopum Vrgellen. *deciſion. 383. num. 2. & 3.
part. 2.*

26 Quin firma adeò quidèm hæc eſt penès
acta obligatio, vt exceptionem nullam ad-
mittat, ſubitam ſecum, expeditamq; execu-
tionem trahens. *Afflict. d. deciſ. 30. numer. 2.
27 & d. deciſ. 387. n. 1. & 3.*

Nullo igitur pacto exceptio officiet Domi-
næ Eliſabethæ, quam ſatis bellam putãt ad-
uerſarij, quòd interpellati tempore non fue-
re ſuo, Saluatorem vt præſentarent. iuxta
Hippolyti opinionem in *dict. rubric. de fi-
deiuſſorib. quæſtion. 18. nu. 114.*

Primò, quòd exceptio huiuſmodi, talis nõ
eſt, vt condemnationem, atquè iam inſtan-
tem, paratamq; executionem ob penès acta
obligationem factam, retinere, atq; compri-
mere valeat, eamq; præpedire. vt ſequitur
Gaitus d. c. 3. tit. 2. n. 53. & 54.

28 Deindè quòd obligatio hæc horum duo-
rum reorum debendi continet, (vt diximus)
clauſulam (*omni meliori modo*) obligationẽ
29 Cameralem, atq; ius iurãdum; quod vnum
(ſicuti Herodem, & ſi perperã, obſtrinxerat;
(*propter ius iurandum*) vt Præcurſoris caput,
quo non ſanctior alter, ſaltatrici daret puel-
30 læ. *Marci. 6.*) 26. principalis excuſſionis ex-
ceptionem retinet, atq; intercidit. vt relatis
alijs ſequitur *Portius Imola in concluſ. &
regul. iur. lib. 1. regula 45. in 1. limit. Gabriel
lib. 3. tit. de fideiuſſorib. concluſ. 1. num. 46. in
1. limitat.* & ſupra meminimus. *Mareſcot-
tus d. c. 65. num. 7. & 8. lib. 2.*

31 Prætereà quòd obligatio ipſa penès acta,
ita obligatum premit, ac ſtringit, vt neq; ci-
tationem exquirat ad dicendum; quòd ipſa
per ſe condemnatio fit, inſtantemq; atquè
promptam, & expeditam exequutionem
habeat. *Vincent. de Franch. d. deciſion. 118.
numer. 8. & deciſ. 656. num. 1. Oſaſcus dec.*
Senatus Pedemontani. 48. *num. 6.* & in ter-
minis *Ioannes Baptiſta Thoro voto 62. nu.
4. & 5.*

32 Cæterùm neq; interpellatione opus fuit
ſtante die certa, atq; tempore præfinito, in-
tra quod ſoluere eos oportebat. quàmuis
in caſu eſſemus fideiuſſoris de repræſentan-
do. Dies enim ipſa, & tempus præſcriptum,
pro homine interpellat. ad *tex.* in *l ſancimus.
26. C. de fideiuſſorib. Marta voto 135. num.
4. & ſequent. Oſaſcus d. deciſion. 48. num. 6.
Thorus dict. voto 62. numer. 5. 6. 7. & num.
26.* vt contraria ſentẽtia in die incerta locũ
habere poſſit. idem *Thorus dict. voto 62.
numer. 24. 25. & 26. & voto 63. numer. 8.
9. & 24.*

33 Poſtremò, quòd ſi, vt par eſt, nec caligan-
tibus oculis, lippiſq; ſed gnauiter obligatio-
nis ſeriem perſpexerimus, inuenerimus cer-
tè, non fideiuſſiſſe hos noſtros obligatos pro
D. Saluatore, quòd eum intra quatuor men-
ſes intra Nuntiaturæ carceres, in quibus
iam tunc conſtrictus reperiebatur, repræ-
ſentarent; vt ad pœnam committendam in-
terpellatione opus fuiſſet. iuxta *Afflicti deci-
ſio. 30.* de qua in ſuperioribus meminimus,
quòd quaſi in cauſa fuerit Eliſabetha, quæ
tempus præterflui paſſa fuit, per duos etiam
annos, vt ille interim orcum petierit, inter-
cepta vitalis auræ reſpiratione, gladio per i-
tus inimicorum: ſed ſe ipſos principales
reos ſoluendi conſtituiſſe (*omni meliori mo-
do.*) quam ob cauſam in omnem caſum ſol-
uere promiſere, etiam duriſſimum, &, vt ac-
cidit, mortis, vt in ſuperioribus diximus. ve-
34 rùm hoc adiecerunt ipſorummet obliga-
torum fauore, & commodo, vt quando illum
intus carceres præſtituto tempore quatuor
menſium ſtatuiſſent, liberi ab omni euade-
rent præcedenti obligatione, etiam ſoluen-
di. Fauor igitur erat eorum, ſi præſentaſſent
Saluatorem, vt liberi fierent. Hoc igitur
ipſorum fuit curare, atq; ſe diligentiores ex-
hibere, Saluatoremquè carceribus ſiſtere,
ipſi vt ſaluarentur. Satis ergò diuerſi
ſunt termini: fideiubere de ſiſtendo, & ſe

prin-

Digitized by Google

principalem debitorem,atq; correum facere
de ſoluendo: verum temperamento adie-
cto,ſi ſiſterent,vt liberarentur. Attendendus
35 erit propterea obligationis tenor,iuxta diſ-
poſita in *d.l.ſancimus* 26. *in fin*.C.*de fideiuſ-*
36 *ſorib*. nec fideiuſſoris ratio ad correos de-
bendi trahitur,cùm diuerſa in his ratio ſit.vt
Rota dixit *d.dec*. 112.*ſub n*.7.*part*. 1.*diuerſo-*
37 *rum*. Suum ipſorum erat itaq;curare, vt in
carceribus ſtatuto tempore Saluatorem ſi-
ſterent. ſecundum *Baldum in l*.1. *col.penult*.
nu.16. C.*de conueniend. debitoribus fiſcalib.*
lib.10. quem ſequitur *Portius Imola d.re-*
gula 41.*limitat*.28 *Gabriel d.concluſ*.1.*de fi-*
deiuſſorib.limit.28.*n*.99.*Mareſcottus d.c.ap*.
65.*num*.7.& 8.*lib*.2. In alternatiuis quippè
38 eius eſt electio, cuius in fauorem, & com-
modum adiecta eſt; debitoris præſertim. vt
proſequitur optimè ad rem *Affli.deciſ*.397.
nu.5.& 6.& in his noſtris terminis *Viuius*
dec.485.*nu*.3. *ad fin.part*.3.& ſequitur *Tho-*
rus d.voto 62.*num*.14.& *voto* 63.*nu*.31.&
39 *ſeq*. Potiſſimùm verò quòd in hanc cauſam
ipſi principales debitores, atq; ſoluendi in-
terceſſerant correi,vt illum è carceribus,in
quibus pro debito vi mandati exequutiui
ab A.C. relaxati tenebatur,liberarent.vt poſt
Io.Andreã ad Speculatorem in tit.de renun-
ciat.& concluſ. in apoſtill. verbo ſponſori-
bus.& Bertachin.in repertor.verb.diſcuſſio,
ſequitur *Portius Imola d.regul*.41. *in* 29. *li-*
mitat. Gabriel tit.de fideiuſſorib.d.concluſ.1.
in 29.*limit.n*.101.

40 Neq; officiunt nobis,quæ ex *d.Hippol.de*
Marſil.dicta rubr. de fideiuſſorib. in repetit.
q.19.*nu*.171.*cum ſeq*.& *q*.20.*n*.180.& 185.
afferunt, de fideiuſſore loquente de repræ-
ſentando,an ille liber euaſerit principali in-
terim ex humanis ſuſcepto? Et liberum
euaſiſſe reſpondet; Quia per ſtatus muta-
tionem,quę per mortem euenit,impoſſibile
factum eſt, vt repręſentare eum poſſit am-
pliùs.

41 Præterquàm quod, non idcircò à ſoluen-
do liber euaſit, ſi potiſſimùm fideiuſſoris
negligentia euenerit, ne eum dũ vitali frue-
batur aura, repręſentaret. ad *text*. in *dict.l.*
ſancimus.26.C.*de fideiuſſoribus*. proſequi-
turq; *Viuius d.dec*.485.*per tot*.qui in termi-
nis caſum hunc refert: Quòd ſtante alter-
natiua,ſequutaq; die vltima eius,qui in car-
ceribus ſiſtendus fuerat, neq; fideiuſſor,qui
de ſoluendo, vel repræſentando ſe obnoxiũ
fecerat,liber euaſerit.

42 Nihilominùs in ſatis diſſito ab *Hippolyto*
caſu nos vertimur. Neq; porrò hi duo cor-
rei debendi,fideiuſſores interceſſerant, de
Saluatore in repræſentando intus carceres,
(vt iam diximus) fauore fortaſsè Fiſci, vel
etiam partis; ſed principales ſe conſtitue-
runt debitores de ſoluendo 770. Dominæ
Eliſabethæ,vel de repræſentando intus car-
ceres,è quibus (ſe obligando) extraxerant.

Sunt ergò ſatis diſſiti termini, neq; ad factũ
applicabiles; ſicuti neq; *deciſ. Afflicti* 130.
neq; ea, quæ *Vrſillus* ibidem in additioni-
bus refert: Quia extra caſum,de quo nunc
controuerſiam agitamus,ſunt.

43 Et nihilominùs,neq; locu habet exceptio,
etiam in ſimplici fideiuſſore,quando pœnès
acta ſe obligationi obſtrinxit. Cùm illa
iudicij calore, & notorium inducat, & exe-
quutionem promptam, expeditamq; obti-
neat,vt nihil ſuperſit aliud, niſi in exercitium
per exequutionem deducatur, & actum ſe-
cundum,vt per *Duranum d dec*.283.*num*.2.
44 & 3. & diſcutit optimè ad rem, de eo lo-
quens,qui pœnes acta ſe obſtrinxerat de ſol-
uendo quicquid fuerit iudicatum, quòd cõ-
demnatus in primo iudicio,neq; appellatio-
ne ſubleuari potuerit. *D.Franciſcus del Ca-*
ſtillo Siculus *d dec*.108. Ea præcipue ratio-
ne; ne ſtipulatio,aut promiſſio eluſoria eua-
dat.*n*.2.& 3.*par*.2.

45 Quemadmodum neq; applicantur termi-
ni eiuſdem D. *Caſtilli ead.part*.2.*deciſ*.150.
in illa quippè actum fuit de fideiuſſore de
repręſentando reum toties,quoties,ad ter-
minos *l.Græcè* 9.§.& *poſt litem ff.de fideiuſ-*
46 *ſorib*. in quibus planè terminis nos haud ſu-
mus; ſed de duobus reis ſtipulandi, pro-
mittendiq; qui ſatis diuerſi ſunt; vt diſtincti
tituli ſunt de *fideiuſſoribus*,& de *duobus reis*,
vt initio ex *Natta dict.conſ*.52. *num*.4. di-
cebamus.

Neque præterea obſtaculum inferet ex-
ceptio de dilatione termini ad ſoluendum
ſaltim tacitè per Dominam Eliſabetham
Saluatori facta. Præterquam quòd Domi-
næ Eliſabethæ ex permiſſione voluntaria
dilatio non euenit; ſed quia D.Saluator, cũ
Subcollector eſſet Nuntiaturæ,abſens ſem-
per fuit; vel quòd ne ſolueret diffugiebat.
quemadmodum & abſentes fuere duo ipſi
rei debendi.

47 Nihilominùs tamen (fac.dilationem, ſal-
tim tacitam Dominam Eliſabetham feciſſe)
neq; propterea fideiuſſores, nedùm duo rei
debendi, liberati fuiſſent.vt de veriori, co-
munioriq; ſententia latè diſcutit,ſequiturq;
omnibus ex vtraq; parte expenſis, ſatiſq; ac
curatè *Ioan. Koppen deciſ* Germaniæ 40. *à*
n.3.*cum ſeq. ad fin.part*.1. Ea præſertim ra-
48 tione ſatis appoſita ad rem hanc: *Quia pro-*
fectò (inquiens) *quando fideiuſſor purè, &*
perpetuò pro debito,quod certo die ſoluendum
venit, obligatur: certè in omnem euentum
non factæ ſolutionis obligatur; ſiuè ſolutio
in aliud tempus differatur,ſiuè non. Sic ille.
allegat inter alios *Ioachinum Minſinger*.di-
ſertiſſimum Doctorem *obſeruat*.53. *nu*.5.
cent.6.& ſequitur *Colerus d.deciſ*.Germaniæ
30.*n*.20.in qua in his terminis, ſequentibus
loquitur.*Porrò in propoſito incidit aliud: An*
videlicet fideiuſſor liberetur per prorogatio-
nem termini factam ipſi debitori inſcio fi-

Ne ſuperuacaneè nominatus videatur. num.25.

9 *Familia collectiuè ad præſentandum vocata, gradatim ad pręſentandum admittentur.*

Vt qui primò vocatus, primò admittatur. & n.31.

10 *Tex.in l.peto huic 71.§.fratre.ff.de legatis.2. expenditur.*

11 *Fideicommiſſum familiæ relictum, ordine ſucceſſiuo, qui proximiores fuerint, debebitur.*

Eodem modo & ius patronatus.n.12.

Et feudum.n.13.

14 *Argumentum à feudo ad ius patronatus quòad ordinem ſuccedendi, firmum.*

15 *Modus loquendi teſtatoris, coniectandi non leue indicium præſtat.*

Eiuſq; affectio, & charitas. & n.20.

16 *Hæredes, & ſucceſſores, poſt ſuprema hominis funera dicuntur.*

17 *Hæreditas ſucceſſio eſt in vniuerſum ius defuncti.*

18 *Teſtamentum in mortuis confirmatur.*

19 *Dictio (&) in diſiunctiuam quandoq; reſoluitur.*

Atq; in ſenſu diuiſo, non compoſito exauditur.n.14.

21 *Textus in l.qui ſoluendo 60. ff. de hæredib. inſtituend. expenditur, vt primo loco ſcriptus, primò admittatur.*

22 *Teſtator quod non dixit, cùm id poſſet, neq; diſpoſuiſſe videtur.*

Neq; ſuperuacaneè, atq; inaniter loquutus videatur.n.23.

26 *Verbum nec minimum eſſe debet in teſtamentaria diſpoſitione, quod non ſuum operetur effectum.*

Neq; ſuperfluitas inducatur.n.27.

Erunt proindè verba omnia trutinanda. nu.28.

Quia multum ponderis habent ad mentē diſcernendam teſtatoris.

Cùm illa ſint, quæ animi paſſiones aperiãt. num.29.

30 *Teſtamenta ex verbis quàm diligentiſſimè perſcrutanda.*

32 *Deciſiones 3. & 4. Creſcentij de iure patronatus expenduntur.*

33 *Familia collectiuè vocata ad ius patronatus pro vna voce admittitur.*

34 *Ius patronatus relictum Pręposito Eccleſiæ, & quatuor ex ſenioribus Antianorum, Laicale æſtimatur.*

Vnde non habebit in eo locum regula reſeruatoria.

35 *Prouerbium. Dare herbam vincenti.*

In ſignum partæ victoriæ.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus certo nominato, ſanguine iuncto, & familiæ relictum, an ità ordinis prærogatiua nominato debeatur, vt poſt eius ſuprema funera, familia vocata cenſeatur? Et ſi admiſſa familia fuerit, an tota pro vna voce, & pro alia nominatus præſentabit? non inutilitèr diſceptatur.

RESPONSIO XXVII.

ANtonia Lupis Ciuitatis Melphiēti ſupremum trahens ſpiritum anno 1627. ſupremum de rebus ſuis dat elogium. Atq; hærede ſibi dicta Portia Lupis ſorore, poſt eius ſuprema funera, ex bonis omnibus eidem relictis, beneficium erigi iuris patronatus Laicorum mandauit, onere miſſarum adiecto in ſingulos annos, in Ara flagellationis nũcupata intus Eccleſiam Sancti Petri Monialium ſoluendo. Ius verò præſentandi ſequentibus reſeruauit, atq; diſtribuit.

Reſeruando il ius patronatus, & preſentandi in ſingulis vacationibus, al Dottore Tonto di Praſſio, e ſuoi heredi, e ſoceeſſori per vno terzo di voce: à Donato Muſcato, e tutti gli altri della Famiglia Muſcato per l'altro terzo: E per l'altro terzo alla Fameglia de Lupis deſcendentino ex linea legitima, e naturale de Lupis maſcoli tantùm, e non femine di detta fameglia Lupis, & Muſcato: Nominando, & eligendo eſſa teſtatrice in primo Beneficiato, e Rettore il R.D.Gio. Battiſta Muſcato fratello di eſſo Donato. *E dopò la morte di detto D.Gio: Battiſta à chi preſentaranno li detti prenominati ius habentino, vt ſupra, quia ſic voluit obſeruari.*

Vacat nunc beneficium prædictum. In vltimum diem dicti D.Ioannis Baptiſtæ. ob præſentando itaq; altero beneficiato, Tontus de Praſſio, & Donatus Muſcatus vni voces ſuas dedere: Illi verò de familia Lupis, atq; Muſcato alteri, & diuiſi ſunt. Fit igitur dubitationi non leuis locus, ſit ne factus caſus vocationis familiæ de Muſcato, in humanis adhùc Donato agente à teſtatrice vocato? Si nempè pro Donato erit integra tertia pars vocis; ab eo præſentatus, atquè à Doctore Tonto de Praſſio, duas tertias obti-
1 nebit: Erit propterea à maiori patronorum ſuffragio pręſentatus: Ipſe proindò inſtituendus

dus erit.*cap.quoniam.3.§. præſenti. & cap.*
conſultationibus.19.de iure patronatus.can.
Monaſterium 30. cum Gloſſ.fin. & can.ſi
plures.33.cum Glo.1.17.q.7.c.Eccleſiæ veſtra.
*48.vbi Gloſſ.*verbo *dirigebant.d. elect.*extrà
cap.ſi cui.23. de elect.in 6. diximus *reſponſ.*
noſtra *6.num.8.& reſponſ.43.nu.10.part.3.*
Sin verò de familia Muſcato alij admittē-
2 tur, erit Donatus ſolus,abſorbebiturq; eius
3 vox à maiori parte huius tertii, vocis: Quia
pars in toto eſt. vti Vlpianus loquitur in
l.ſi quis cum totum 7. in princip. vbi Gloſſ.
verbo *in toto , ff. de exceptionib. rei iudicat.*
Cains in *l.in toto.114.ff.de regul.iur. Clem.*
plures 2.vbi Imol.num.7.de iure patronat.d.
cap.ſi cui.23. de elect.lib.6. Sceuola in *l.quod*
maior.19.ff.ad municipales. dicens: *Quod*
4 *maior pars Curiæ effecit, perinde habetur,*
ac ſi omnes egerint. plura deduximus *d.re-*
ſponſ.43.n.16.& 17.par.3.
Conſulti propterea nos; Integram ter-
tiam partem pro Donato eſſe, eo vitalem
trahente auram; ipſo verò deficiente fami-
liam Muſcato vocatam fuiſſe, Iuris magis eſ-
ſe reſpondimus. Adſtruimus autem propo-
ſita.
5 Donatus nomine proprio vocatus fuit;
familia verò collectiuo. Dabitur proindè
ſucceſſionis ordo: vt primò vocatus admit-
tatur: deindè qui collectiuè admiſſi fuere.
Suadet cogitationem hanc nobis non ine-
ruditis verbis Modeſtinus inter Iureconſul-
6 tos non ſecundus *lib.9.* regularum in *l cùm*
*ita 33.§.in fideicommiſſo.*qui eſt final. *ff.de*
*legat.2.*ſequentibus quippè ille, vt neq; pro-
uerbium vllum dicere videatur, rem hanc
manifeſtam facit.
In fideicommiſſo, (dicens) *quod familiæ*
relinquitur: ij ad petitionem eius admitti po-
terunt, qui nominati ſunt: aut poſt eos om-
nes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint
eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui
ex his primo gradu procreati ſunt. niſi ſpe-
cialitèr defunctus ad vlteriores voluntatem
ſuam extenderit. ità Modeſtinus.
Eſt autem vnus Donatus nomine proprio
nuncupatus. Ipſe vnus igitur primò admit-
tetur.
Firmiorem hunc reddimus ſillogiſmum
ex ijs, quæ Iuſtinianus Cæſar Ioanni Præ-
7 fecto Prætorio in *l. fin.§.& ſi quis. C. de*
verborum ſignificatione ſcribens decèr-
nit.
Et ſi quis per ſuum elogium fideicommiſ-
ſum familiæ ſuæ reliquerit, nulla ſpeciali
adiectione ſuper quibuſdam certis perſonis
facta: non ſolùm propinquos. ſed etiam his de-
ficientibus Generum, & Nurum. Eos enim
nobis humanum eſſe videtur ad fideicom-
miſſa vocari, ità videlicèt ſi matrimonium
morte filij, vel filiæ fuerit diſſolutum. Nullo
etenim modo poſſint gener, vel nurus filijs
viuentibus ad tale fideicommiſſum vocari:
cùm hi proculdubio eos antecedant. Et hæc
videlicèt gradatim fieri, vt poſt eos liberi
veniant. ſic Iuſtinianus Cæſar.
8 Perpende proinde (quæſo te) verba illa
in initio prolata. *Nulla ſpeciali adiectione*
ſuper quibuſdam certis perſonis facta. Vt in-
nuat Cæſar, ſi ſpecialis perſonę adiectio facta
fuerit, illam primitus admittendam. ſicut &
Gloſſ. animaduertit *d* verb. *niſi ſpeciali.* ad-
dens: *Nam tunc ſecùs eſſet.* allegat eiuſdem
Modeſtini *text.*in *l.omnia 32.§.fin. ff. de le-*
gat.2. quatenus habet, ex ſpeciali relicto ha-
bere aliquem, ampliùs, quam alij habuerint.
Speciali autem adiectione Donatus a teſta-
trice vocatus fuit. Ipſe ergò ſolus ad præ-
ſentandum pro tertio vocis admittendus
Quia hic proculdubio omnes alios de fami-
lia Muſcato, vti ſolus nominatus, antecedit.
Poſtquàm ergo ipſe ſatis cōceſſerit, oreumq;
petierit, qui reſidui ſunt de familia, admit-
9 tentur. Vt videlicèt gradatim fieri debeat
præſentatio. quod ipſe Cæſar in *fine* docet, &
edicit. & perpendit *Gloſſ ibid.* verbo *poſt eos.*
ſuccedendi ordinem enumerans. ſicuti & fa-
cit Imperator in *l 1. in fin. C. de ſecund. nu-*
ptijs. Nec alienus ab hoc eodem ſenſu Ma-
10 gnus ille inter Iureconſultos Papinianus in
l.peto Luci 71 §.fratre herede inſtituto, ff.
legat.2.lib.9. quæſtionum, eſſe videtur. Alie-
natione profectò domus per teſtatorem
prohibita: ſi illa alienetur, omnes de familia
ad alienationis auocationem admitti reſpō-
det, ordine tamen ſucceſſiuo, ſecūdùm *Bart.*
ſummarium ibidem Audiamus (amabo te)
Virum illum eloquentiſſimum.
Fratre herede inſtituto, petijt, ne domus
alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur.
Si non paruerit heres voluntati. ſed domum
alienauerit, vel extero herede inſtituto de-
ceſſerit: omnes fideicommiſſum petent, qui in
familia fuerint. Quid ergò ſi non ſunt eiuſ-
dem gradus? Ità res temperari debet, vt
proximus quiſq; primo loco videatur inui-
tatus; nec tamen ideò ſequentium cauſa pro-
ter ſuperiores in poſterum læditur: ſed ita
proximus quiſq; admittendus eſt, ſi paratus
ſit cauere, ſe familiæ domum reſtituturum.
ſic Papinianus. Non igitur omnes ad do-
mum, qui de familia ſunt, ſi non pari gradu
teſtatori iuncti fuerint, admittentur; ſed
ita res temperatur, vt proximus quiſq; primo
loco inuitatus videatur. Non à recto itaq;
ſenſu alienum videbitur, Papinianum ſequu-
ti, ſi primo loco Donatus ad præſentandum
inuitatus videatur, qui à teſtatrice primo
loco, nomineq; proprio vocatus fuit; poſt-
modùm verò, illo ex humanis excedente,
qui de familia ſunt Muſcato. Huius ſentētiæ
ſunt plures nobiſcum non vulgari nominis
Doctores. latè omnium diſcutiens dictum
text. in *§.in fideicommiſſo* eſt doctiſſimus ille
Præſul Archiepiſcopus *Didacus à Couarru-*
uias practicar. quæſtionum cap.38. præſer-
tim

tim *num.4.verſ.ex quibus infertur,& in fin.*
etiam in materia iuris patronatus loquens
num.13.verſ.ſed in iure patronatus. ſtrictius
in hiſce noſtris terminis *Calderin.conſ.19.in-*
cipiente.conceſſum eſt ius patronatus. verſic.
item poſſunt in præiudicium ſucceſſorum.
Franciſcus Marcus deciſ.1133. num.4.& 5.
Senatus Delphinalis *part.1. Aloyſius Rie-*
rius Vici Epiſcopus in *praxi part.1. de iure*
patronatus.reſolut.181.nu.2 & 3. qui etiam
ita tentum fuiſſe per Rotã in vna *Regien.iu-*
ris patronatus de Zacebis 26. Nouembris
1602. coram Penia, refert.*Gabriel.conſ.196.*
num.3.lib.2. Rota in *Pientina iuris patrona-*
tus 10.Iunij 1602. coram Litta.verſ.ſed non
omnes, quam preſſit *Marius Antonin.varia-*
11 *rum lib.1. reſol.82.in fi.* Quemadmodum in
fideicommiſſo familiæ relicto, quòd ordine
ſucceſſiuo, qui proximiores ſunt admittãtur,
ſequitur alios referens Doctiſſimus *Marcus*
Antonius Peregrin. de fideicommiſſ.artic.17.
num.35.36.& 39.Bart.in l.Gallus.§ quidam
rectè,ff. de liberis, & poſthumis.Rota apud
Card.Caualer.deciſ.343.num.4.Card.Man-
tica de coniectur. vltimarum voluntat.lib.8.
12 *tit.12.n.3.* quem ſequitur in terminis hiſce
noſtris *Viuianus in praxi iuris patronat.*
13 *lib.4.cap.9.num.14.& num.37.* Et in feudo
ſequitur *Iſern.in cap.1.nu.23.circa med.de*
his,qui feud. dare poſſunt. Capycius in inue-
ſtitura feudorum,verbo feudorũ ſucceſſio,§.
fœmina.ampliat.13.& limitat.8. Riccius d.
14 *reſolut.181.num.4* Firmum verò eſt argu-
mentum de feudo ad ius patronatus, quòad
ſuccedendi ordinem. *Card.in element.plu-*
res.col.vlt.n.8.in fin de iure patronatus.De-
cianus conſ.31.n.12. lib.1. Gratianus forenſ.
diſceptat.part.2.cap.521.n.32. quem ſequi-
tur Dominus *Matthæus Morettus* in infor-
matione iuris in Piſtorien.Parochialis.apud
Viuianum in praxi iuris patronatus lib.4.
poſt cap.2 num.30.& 31.Rota in Lucana
iuris patronatus 27.Aprilis 1605. coram
Domino Coccino Decano deciſ.132.num.4.
& in d. Pientina iuris patronatus coram
Litta. verſ ſed non ad omnes.in fin. Barboſa
in locis argumentandi.loco 47.à feudo.nu.5.
idem *Viuianus dict.lib.4. cap.9.numer.37.*
& 38.

Lucidioremq; perſpẽſionem hanc facit di-
uerſus loquendi modus, quo teſtatrix vſa
fuit, cùm familiam Lupis vocauit; & cũ Ton-
tum de Praſſio, atquè hunc noſtrum Dona-
15 tum. Neq; porrò leue nobis coniectandi
indicium præſtat modus ipſe, & vſus loquẽ-
di teſtatoris, atq; eius affectio, & charitas,
iuxta Iuliani ſenſum *lib.24.* ad Sabinum in
l.ſi ſeruus plurium.53. §. fin. ff. de legat.1.
atquè Valentis *lib.1.* fideicommiſſorum in
l.cùm ita 22.ff.de aliment.& cibar.legat. ſe-
quitur *Rota apud S. Memoria Gregor XV.*
deciſ.244.n.12.& 30.& apud Card. Caua-
ler.deciſ.418.num.6. Surdus dec.241.nu.16.
17.& ſeqq.Card. Mantica de coniectur.vlti-
marum volunt.lib.6.tit.9.n.1.& ſeq. ac præ-
ſertim *n.6. Gratianus forenſ. par.5.cap.947.*
num.31.

Cùm enim familiã vocauit de Lupis, ex
qua ipſa teſtatrix erat, dixit, *E per l'altro*
terzo alla famiglia de Lupis deſcendentino
ex linea legitima, e naturale. Quando verò
Donatum vocauit, dixit: *A Donato Muſca-*
to,e tutti gli altri della fameglia Muſcato per
l'altro terzo. Quemadmodum cùm Tõtum
de Praſſio vocauit, dixit: *Al detto Dottore*
Tonto di Praſſio,e ſuoi heredi,e ſoceeſſori per
vn terzo di voce.

At pluſquam certiſſimum eſt; (vt nemo
inficias ire valeat; ni det operam, vt cum ra-
tione inſaniat, iuxta Comici Terentiani di-
16 ctum:) Hæredes, & ſucceſſores poſt hominis
ſuprema functa exaudiri. vti Vlpianus do-
cet in *leg. hæredem 60. ff. de regulis iuris.*
17 Quia profectò hæreditas in vniuerſum ius
defuncti ſucceſſio eſt. iuxtà Iuliani finitio-
nem in *l.hæreditas 63. ff.de regul.iur.* De-
18 functi dixit, non ſanè viuentis. Quia teſta-
mentum in mortuis confirmatur. vt Paulus
loquitur Apoſtolus *ad Hebræos.9. 17.cap.*
cùm Marthæ.6. §.cæterum ſicut ſuperius.de
19 *celebr.miſſarum.* Hanc ob cauſam proindè,
copulatiua illa (*&*) *E ſuoi heredi,e ſucceſſori*)
in diſiunctiuam reſoluetur; vt tunc voca-
ti ad ius patronatus, & præſentandi hære-
des, & ſucceſſores videantur, cùm fati tem-
pus impleuerit Tontus, non antea. adnotat
Peregr.d.art.17.n.36. & *Rota apud Cardin.*
Caualer.d.deciſ.343.num.3.& 4.Cardinal.
Tuſcus tom.2. lit.D.concluſ.274.nu.29.32.
& ſeq. Barboſ. de dictionib.dict.110.nu.20.
& 21. Cenedus ſingul.60.num.16.

Ità planè, nec minori certitudine firmum
20 erit: Donatum Muſcatum proprio, ſuoquè
nuncupatum, mediatumvè nomine teſtatri-
cis charitate, familiæ præpoſitum, atq; præ-
habitum fuiſſe. ad *text.* in *d.l.ſi ſeruus plu-*
rium 53.§.fin. ibi: & legatarij dignitas, &
charitas, & neceſſitudo.*ff.de legat.1.* & *d.leg.*
*cùm ita 22.*ibi: Ex charitate eius, cui fidei-
commiſſum datum erit. *ff de aliment.& ci-*
bar.legat. Primùm proindè ad præſentan-
dum pro integra tertia parte admittendam
eſſe, poſtquàm autem ipſe huiuſce vitæ vſu-
21 ram amiſerit, familiam admittendam. Sub-
ueniant (amabo te) elegantiſſima Celſi ver-
ba *lib.29.*digeſtorum in *l.qui ſoluendo.60.ff.*
de hæredibus inſtituend. Sequentibus
namquè rem totam, ac certiſſimè aperit
ille:

Qui ſoluendo non erat ſeruum primo lo-
co,& altero loco ſecundum ſeruum hæredes
ſcripſit. Solùm qui primo loco ſcriptus eſt
hæreditatem capit. Nam lege Aelia Sentia
ita cauetur: Vt ſi duo,pluresuè ex eadem
cauſa hæredes ſcripti ſint,vti quiſquè primò
ſcriptus eſt, hæres ſit. Ità Celſus. Rationem
ve-

verò,nec vulgarē affert *Gloſſ.* verbo.*qui pri-*
mo.ſubnectēs : *Quaſi maiorem ad eum affe-*
ctum habeat. Ad præſentandum ergò primò
Donatus , ac ſolus admittetur: Quia ipſe
ptimùm ad præſentandum,& ſcriptus,& no-
minatus fuit : Quaſi maiorem ad eum affe-
ctionem teſtatrix habuerit , quòd ei proxi-
mior ſanguine iunctus eſſet . Proptèr hanc
quippè cauſam primò ipſa Ioannem Bapti-
ſtā Donati germanū,(cuius ob mortē nunc
22 beneficiū vacat,)præſentauit,ac nominauit.
Cętetoquin ſi nō ità ſēſiſſet teſtatrix: dixiſſet
vtiq; explicatiùs ; cùm in ſua id poteſtate
eſſet,vt diceret.ad *text.*in *l.vnic.§.ſin autem*
23 *ad deficientis.C.de caducis tollend.* Ne ſuper-
uacaneè itaq;atq;inanitèr loquuta videatur;
neq; quid ſuperfluū in eius ſit verbis, quod
eſſe hand debere Africanus docet in *l ſi quā-*
*do.*112. *ff.de leg.* 1. & admittit ibidèm *Gloſſ.*
verbo *fruſtra.*& *Gloſſ.in cap.ſolitæ.6.§.quod*
autem ſequitur. verbo. *tanquam.in fin. de*
maioritat. & obed. Noſter *Maranta conſil.*
49.n.6.Card.Mantica de coniectur.lib.5.tit.
*8.n.5.Cęſar Barzius dec.Bononien.*12.*n.*29.
& 30.diximus *reſponſ.*noſtra.12.*n.*52.*et* 89.
24 & *reſponſ.27.n.15.part.1.* In diſiunctiuam
(&) illa copula accipietur, atq; omnimodò
reſoluetur.vt in ſenſu diuiſo, non ſanè com-
poſito accipiatur. iuxtà *Alciati* doctrinam
*lib.9.reſponſorum conſ.39.n.19.*quem ſequi-
tur *Barboſ.d.dict.*110. *n.*1.Hūc enim omni-
nò ſenſum operari debebit ob teſtatricis
erga Donatū charitatem,atq; ſanguinis cō-
iunctionem.vt poſt *Gloſſ.*in *d.l.Gallus Aqui-*
*lius 29.§.quidam rectè.*verbo.*non exprimat.*
*circà med.ff.de liber.& poſthum.*Quia ſcili-
cèt gradatim vocati cenſentur.allegādo *tex.*
in *d.l.peto Luci 71.§.fratre harede, ff.de le-*
*gat.*2. cùm alijs concordan.ſequitur *Bart.d.*
§.quidam rectè.n.3. verſ.Inſtitutio facta,&
eum poſt alios *Card.Tuſcus d. concluſ.*274.
*n.*33. *Cened.d.ſingular.*50.*nu.*16.*Peregr.d.*
*art.*17.*n.*36.*Barboſ.d.dict.*110.*n.*19. & *ſeq.*
& dixit Rota in *d. Pientina iuris patronatus*
*coram Litta.ver.quia reſpondetur.in fi.*apud
dictnm *Maceraten.d.reſolut.*82.*lib.*1. Alio-
25 quin,ſi de tota familia Muſcato ſenſum ha-
buiſſet reſtatrix,ſuperuacaneè,ac ſine effectu
nomine ſuo Donatum vocaſſet,qui in ſami-
lia continebatur. Vocauit autem eum ſuo
nomine, vt ipſe pcederet, ſubſeqneretur fa-
milia. operabitur ppterea effectum ſuū hæc
nominatio, vt in diſiunctiuā dictio, atq; co-
niunctio illa(&)reſoluatur,quę operari mi-
26 nimè poſſet,ſi coniūctiuè exaudiretur.Quā-
do nec minimū eſſe verbū debeat , (in teſta-
mentaria præcipuè diſpoſitione) quin ſuum
operetur effectum. ſecundùm *Bald.in rubr.*
C.de contrahend.empt.q.9.num.9. Caſtrenſ.
27 *conſ.*175.*n.*4.*lib.*1.docens,nullum dandum
eſſe verbis intellectum,per quē ſuperfluitas
inducatur.admittit hoc,pluresquè more ſuo
referens *Surd.conſ.*127.*nu.*9. & *ſeqq. lib.*1.

Gratianus forenſ.part.5. c.995. n.9. Barboſ.
*aſſiomat.*222.*n.*11.

28 Erunt proindè teſtamentornm verba quā
diligentiſſimè rationis trutinanda lance.Ipſa
quippè ponderis nō modicū habent ad mē-
tem diſcernendum,atq;ab humanis iam ab-
ſtracti teſtatoris internum, ac impenetrabilē
29 animi ſenſum diiudicandum. cùm notæ ſint
earum,quæ in animo ſunt,paſſionum. vt poſt
Ariſtotelem Philoſophorum Principem 1.
*peribermenias.*ſequitur Celſus in *l.Labeo 7.§.*
*id Tubero, ff.de ſuppellect.legat.*1. & perpēdit
optimè *Bald.cōſ.*112.*verba teſtamēti.in fine.*
*lib.*1. docetq; nec ſub modio , *text.* in *auth.*
*de reſtitut.fideicommiſſ.§.nos igitur.collat.*9.
30 quo loco Imperator ſtatuit: Teſtamenta ex
verbis quàm diligentiſſimè perſcrutanda
eſſe,& nos perpendimus *reſponſ.* noſtra 24.
*n.*82.83.& 84.*par.*1.& *reſponſ.*74.*nu.*19.&
20.*part.*3.

Ex verbis itaq; quibus primò Donatū ad
ius patronatus,& præſentandi admiſit , atq;
Ioannem Baptiſtam Donati germanum ipſa
præſentauit,mentem non grandi ſanè nego-
tio capiemus teſtatricis ; indè nomine ſuo
Donatum vocaſſe, eumq; familiæ prętuliſſe,
vt ſolns ipſe ius obtineret patronatus,& prę-
ſentandi,vitali dùm frueretur aura.

31 Quemadmodū familia ad ius patronatus
vocata,& præſentādi , nō omnes admitten-
di,ſed qui ex ea proximior teſtatori in gra-
du fuerit.vt poſt alios,& per nos ſupra perpē-
ſa,ſequitur *Viuian.d.lib.4.c.9.n.37.in praxi*
iuris patronat.Bald.conſ.1.n.8.lib.3.Gabriel
*d.conſ.*196.*n.*3.& 4.*lib.*2.

32 Non facient proindè obſtaculnm, quæ ex
*dec.*3. & 4.*Creſcent.de iure patronatus* in
aduerſum contra nos aduerſarij obijciunt.

Præterquàm quòd enim *deciſio* præfata
3.*num.*2.pro nobis eſt, (quatenùs vna cum
33 familia Donatus nunc admittendus eſſet,)
illa quippè cùm nomine collectiuo vocata
fuerit , pro vna dùmtaxat voce veniet. ad
*tex.*in *l.fin. in fin.* & ibi notatis per Scriben-
tes.*C. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus.*
Rota.in d. Pientina iuris patronatus coram
*Litta in fin. verſ.Cùm tamen.& dict.deciſ.*4.
apud eund.Creſcent.de iur.patronat.Gabriel.
d.conſ.196.n.3.lib.2.Viuianus.d.lib.4.cap.9.
*n.*18.& *ſeqq.* Hoc autem non ſatis noſtris
arridet aduerſarijs,qui ex pluralitate vocū
Donatum abſorbere putant, vt in initio di-
cebamus,

Nihilominùs neq; contra nos deciſiones
prædictæ ſunt,ſi rectè illarum ſenſum legen-
do aſſequi voluerimus. Fuit enim in dicta
*deciſ.*3.actum : an relicto iure patronatus,
34 & præſentandi Præpoſito cuiuſdam Eccle-
ſię,& quatuor ex ſenioribus antianorū de-
beat ius patronatus prædictum dici Eccle-
ſiaſticum, ità vt locum ſibi faciat reſerua-
tio menſium , vel Laicale, vt illa excludatur.
Laicale æſtimandum Rota decreuit: vt at-
ten-

ter datur illa qualitas, quæ magis fauet Eccleſiæ. ſic Rota. Nihil igitur contra nos ex illa aduerſarij, repercuſſis acie ſagittis pugnantes. Dent proindè vincenti herbam (vt prouerbio fertur) parte in ſignum victoriæ. Atq; patiantur Donatum ſuo nomine vnum vocatum, vnum præſentare; ipſi verò ſupremum eius præſtolentur diem.

Vti ex his, iudicio non excuſſo ſaniori, prudentioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio mares mulieribus non tàm corporibus, quàm animo coniunguntur.*
Matrimonium quidèm non facit coitus, ſed voluntas. n.2. & n.18.
Separatio ergò voluntatis ſoluit illud.
Sine voluntate, liberoq; conſenſu matrimonium non efficitur. n 4.
Inæquales proindè animo veluti bruta, ligantur magis, quàm coniuguntur.
Matrimonio malè iugati veluti viui mortuis colligati corporibus videntur. num.7.
Quod Mezentij crudelitatem vincit.
Alciati emblemate illuſtratur. n.8.
Iniquumq; facinus æſtimatur, atq; inſectandum. n.9.
3 *S. Ioannes Chryſoſtomus Græcæ eloquentiæ flumen, extollitur.*
5 *Conſenſus ſolus matrimonium efficit.*
6 *Generum qui nactus eſt commodum, inuenit filium, qui verò incōmodum, filiam perdidit. Democriti dictum.*
7 *Prouerbium. Malè coniugati. elucidatur.*
10 *Matrimonium inter inæquales, coemptio veteribus dicebatur.*
Hinc proindè inter eos iurgia, diſſentiones, lites, ſeparationes. n.11.
11 *Diuerſa, quæ inæqualia.*
12 *Decretum, mulierem eſſe ſequeſtrandam in Monaſterio, licet interlocutorium, appellabile ſit.*
Quia parit grauamen à diffinitiua irreparabile. & n.23.
Etiam contra mulieris voluntatem. num.40.
Vel ſi locus non tutus aſſignetur. n.41.
13 *Vir, & vxor per coniugium ſunt duo in carne vna.*
Non ſeparandi per hominem, propterea nec ad impaia iudicandi. n.16.
14 *Locus Pauli ad Ephesios 5.31. de coniugio: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. elucidatur.*
15 *Carnem ſuam nemo vmquam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.*
17 *Mulier cùm matrimonio iugatur, viro ſe iungit, non inimico.*
16 *Virginitatis defloratio nō facit coniugium, ſed coniugalis pactio.*
20 *Nemo ex ſua peruerſitate commodum ferre debet.*
Quod ſanctum leges exiſtimauere.
Vt vnuſquiſq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubijciatur. n.21.
Nec debet aliquis alieno odio prægrauari. num.22.
22 *Nocentis prætextu innocens prægrauari haud debet.*
24 *Factum quod eſt, vt non ſit factum fieri non poteſt.*
Neq; per diuinam potentiam.
Quod elucidatur. n.25. & ſeq.
25 *S. Hieronymus, ſacrum nomen, dicitur.*
Eius locus elucidatur pluribus.
26 *Dei potentia contradictoria efficere non poteſt in eodem ſubiecto.*
Quia implicat in obiecto:
Neq; falſum efficere, vt quod factum eſt, non ſit factum.
Quia repugnat rationi entis. n.28.
27 *Deus ſumma veritas eſt.*
Et mendacium in eo cadere non poteſt.
28 *Potentia Dei ſe extendit ad totum ens.*
Id proindè à Dei potētia excluditur, quod repugnat rationi entis.
Omne enim, quod efficit Deus, ens eſt.
29 *Appellationem non remouet Sacrum Concilium Tridentinum à diffinitiua, ſeù à vim diffinitiuæ habente.*
Vel, ſi quoq; grauamen ſit à diffinitiua irreparabile. n.30.
Quod eſt etiam conforme antiquis canonibus. n.36.
Et Sacra declarauit Congregatio. n.37.
Etiam ſi dubitetur, vel timeatur, ſi reparari à diffinitiua grauamen poſſit. num.38.
Vel cum difficultate ei occurri.
Vel vbicunquè eſt notorium grauamen. num.39.
31 *Adagia. Poſt iactam aleam.*
Teſſeram iacere. elucidantur.
Ne cadat alea fati. n.33.
32 *Hominis vitam alearum ludo ſimilem dixit Plato.*
33 *Inimico nemo ſe fidere debet.*
Capitali præſertim. n.44.
Imprudentiſſimum hoc facere. n.50.
34 *Adagiū. Sub omni lapide ſcorpius excubat. elucidatur.*
35 *Mors eiulantium voces non exaudit. ex Horatio.*
41 *Mulier iurè appellat, ſi ad diuortium agens, locus ei non tutus aſſignetur.*
Præſertim in parentum domo. n.42.
Et hoc ad officium Iudicis pertinet. n.43.

Quia

Quia mulier ſua libertati reponēda eſt in tuto loco.n.46.
Præſertim ſi viri vrgeat ſæuities.n.47.
Et datur locus interdicto de libero homine exibendo.n.48.
45 *Citatus ad locum non tutum. Iurè appellat.*
48 *Interdictum de libero homine exhibēdo datur mulieri, quæ ad diuortium iuſtè agens,in tuto non ponatur.*
49 *Vitę iacturam velle facere.*
Eamq; ſortis aleæ ſubijcere, imprudentiſſimum.
51 *Inimicorum vt effugies fraudes loco tuto opus eſt.*
52 *Locus tutus æſtimatur,quòd ipſi principali tutus eſt.*
Quia eius ſecuritati intendendum.nu.53.& n.73.
Iudex debet in hoc parere tutum locum petenti. nu.58.
Genitorū domus tutus locus mulieri æſtimatur.n.64.& n.67.& n.73.
Et Iudicis remittitur arbitrio.n.68.
54 *Adagium.Ouis cultrum.*
Siuè Capra gladium. elucidatur.
Et, Ouium mores.n.55.
55 *Ouis ſtupiditatis ſymbolum.*
Quadrupedum enim omnium,ingenium ſimplex,& ſtolidum,ex Ariſtotele.
Vnde oues, inſipientes, appellantur. num.56.
Quod morti exponantur.
57 *Locus Pſalm.43.22. Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.expenditur.*
59 *Mulier ſi ſuſpectam parentum domum ad ſecuritatem habeat, apud alias debet honeſtas mulieres deputari.*
Quia mulier interim in tuto reponi debet. num.60.
Quod Iudicis erit curare.
Poterit tamē in Monaſterium ſequeſtrari.nu.70.
61 *Vir ſi ad diuortium ab vxore prouocetur. citari ante omnia debet.*
Non tamen vt mulier in tuto reponatur interim. n.62.
Ratio affertur.n.63.
63 *Iudex poteſt iuriſdictione compeſcere, ne partes ad arma, rixaſquè procedant.*
65 *Separationis Thori materia arbitraria eſt Iudici.*
Tàm ſeparationis ratione,
Quàm iuſti metus ob viri ſæuitiem.
66 *Quod in gratiam inductum eſt, nō debet in odium retorqueri.*
68 *Iudicis remittitur arbitrio,quis locus magis tutus.*
Qu ſuè metus iuſtus æſtimetur.
Arbitrio ſcilicèt boni viri.n.69.
70 *Rotæ deciſio 32.poſt ſecundum vol.conſil. Farinacij.expenditur.& n 71.*
72 *Monaſterium montalium,honeſtarum mulierum nomine,multò magis comprehenditur.*
Cùm in illo Ieſu Chriſto deſponſæ virgines degant.
74 *Dominus Alphonſus Cappellectus Neapoli Nuntiaturæ Auditor celebratur.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium animi magis,corporum quàm connexio facit. Inæqualitas ergo animorum ad diuiſionem argumentum præſtat. Quid ſi ad diuortium proclamarit mulier, ſequè in parentum domum retineat: Viro in Monaſterio ſequeſtrari inſtante, ſi de ſæuitia timeatur, & in Monaſterio ſequeſtrari mandetur, illaquè appellet; appellatio teneat: ſitquè in parentum domo remittenda? Ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 10. in princip.* An ab interlocutoria Iudicis, grauamen à diffinitiua irreparabile inferente appellare liceat? An verò grauamen inferre dicatur Iudex, qui in Monaſterio ſequeſtrari mulierem dixit,illa in parentum domo morari interim petente? non inutilitèr diſſeritur.

RESPONSIO XXVIII.

1 Coniūguntur Mares mulieribus matrimonio, non tàm corporibus, quàm animo, nihil enim tàm dominatur in coniugijs, quàm conſenſus, & concors animi voluntas. Neq; tā concubitus, & corporum mixtio nuptias facit,quàm conſenſus animorum, & volunta-
2 tum. *Matrimonium quidèm non facit coitus, ſed voluntas,& ideò non ſoluit illud ſe-*

pa-

Digitized by Google

paratio corporis , ſed ſeparatio voluntatis.
3 Ioannes ait ille Chryſoſtomus Græcæ eloquentiæ flumen in opere imperfecto in Matthæum *homilia* 32. à Graniano relatus *can.matrimonium* 1.27.q.2.

4 Voluntas igitur , & liber conſenſus ſi in matrimonio deſit ; matrimonium haud dicitur,ſed corporum peſſima colligatio. Inæquales animo , veluti reſti , non voluntate ſimul coniunguntur , quin colligantur magis, vt irrationabilia animalia. occurrat tibi Ouidianum illud.

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci.

Dicebat proindè Nicolaus Papa à Gratiano relatus *can. ſufficiat.* 2. *d.*27. *quæſt.* 2. ad conſulta Bulgarorum *cap.* 3. reſpondens :

5 *Sufficiat* (inquiens) *ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus,de quorum coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptijs ſolus fortè defuerit:cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.*

6 Nec illiberale planè ex Plutarcho Democriti eſt aureum illud ad Parentes dictum : *Qui generum nactus erit commodum, inueniſſe filium ; qui verò incommodum , perdidiſſe filiam.*

Quid enim tam dirum inueniri poteſt ,
7 quàm quod Prouerbio fertur ; *Malè coniugati ?* vt mortua viuis colligari corpora videantur,Mezentij crudelitatem ſuperantes,ex Marone 8. Aeneid.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componenſq; manibus manus , atq; oribus ora,
Tormenti genus , & ſanie , taboquè fluentes.
Complexu in miſero , longa ſic morte necabat.

8 Luſitq; nec illepidè ad rem ſatis Alciatus *emblemate* 198.cui titulus :

Nupta contagioſo.

Dÿ meliora pÿs , Mezenti. Cur age ſic me .
Compellas? Emptus quod tibi dote gener ,
Gallica quem ſcabies,dira & mentagra perurit :
Hoc eſt quid nã aliud,dic mihi ſæue pater ,
Corpora corporibus quàm iungere corpora viuis,
Efferaq; Etruſci facta nouare ducis?

9 Facinus ſanè iniquum, neq; excogitandũ maius , inſectandumquè ; quòd exoſo iuncta,non viro , ſed mortuo puella videatur , dicatquè cum Ouidio 2. Amorum eleg. 10.

Hoſtibus eueniat vita ſeuera meis.
Hoſtibus eueniat vacuo dormire cubili.
& 3.eiuſd.
Eueniat noſtris hoſtibus ille pudor.

10 non ab re proindè huiuſmodi matrimonij ſpecies veteribus: coemptio dicebatur.

Emptus quod tibi dote gener.

de qua *Cicero* in Topicis;& *Seruius Quintilianus* declamat.257. *Securus ſis pater: petiti ſumus,empti ſumus.*

11 Hinc quotidiè ex animorum inæqualitate , quin diuerſitate magis dixeris, nàm diuerſa, quæ inæqualia; inter matrimonio iugatos diſſidia, iurgia, contentiones, lites, ſeparationis quòad Thorum iudicia;dixitq; *Terentius* in Eunucho.

In amore hæc omnia inſunt vitia,iniuriæ,
Suſpiciones,inimicitiæ, inuidiæ,
Bellum.

Simile eſt quod ſubijcimus factum, Me cauſæ patrono ad Thori ſeparationem ob Principis viri ſæuitiem in Archiepiſcopali Neapolitanâ Curia Principiſſa mulier egit. Dùm agitur negotium , guſtata ſummariè ſæuitie, inſtante Principe Decreuit Curia : Sequeſtrari Principiſſam in Templo delle Scortiate,cùm illa, vt ſecuriùs vitam ageret, in parentum domo moraretur, & in illa interim permitti, inſtetiſſet. A decreto appellatione ad Sanctiſſimum prouocatum,quòd grauata, nec leuitèr , fuiſſet. Per Breue ſub Piſcatoris annulo à ſignatura Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico cauſa remiſſa. coram eo grauamen in promptu eſſe arguebam.

12 Nam , & ſi quidèm ſit decretum præfatum interlocutorium ; parit nihilominùs grauamen à diffinitiua irreparabile : Quia interim ſua libertate Principiſſa priuatur. A parẽtum quippè domo,in qua ſecuriùs agebat,nec inſidijs patebat Principis viri , ab-
13 ducebatur. Viro ſe iugaſſe, vt eſſent duo in carne vna. *Quam ob rem* , (Dixit Adam Geneſ.2.24.) *relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ : & erunt duo in carne vna.* Itaq; (ſubiungit Chriſtus Dominus noſter *Matthæi* 19.5.) iàm non ſunt duo,ſed vna Caro. quod ergò Deus coniũxit homo non ſeparet. conſequentiam ipſe
14 infert. nec abſimili modo Diſcipulus , & Apoſtolus eius Paulus (*ad Epheſios*.5.31.) Doctor gentiũ,exponens illud ipſum, quod dixerat Protoplaſtus : Hoc nàm os , ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Geneſ.2. *Propter hoc* (inquit & ipſe) *relinquet homo patrem,& matrem ſuam,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna.* inſerens : *Sacramentum hoc magnum eſt ; ego autem dico in Chriſto , & in Eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſq; vxorem ſuam,ſicut ſe ipſum diligat : vxor autem timeat virum ſuum.* Quæ ſanè verba explicauit etiam Magnus ille, ac doctiſſimus Põtifex Innocentius Tertius in *capit. debitum.* 5.*de bigamis non ordinand.* Idemquè in *cap. gaudemus* 8.§.*quia verò.de diuortijs.*& Gregorius ille Magnus in *can. fraternitatis.* 1.

35.*q*.10. ſi vna caro. *nemo enim vnquàm*
15 *carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fo-*
uet eam; ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Apo-
ſtolus idem ſtatut ad *Epheſ.d.cap.5.num.29.*
16 Neq; ad imparia vir; & vxor iudicandi ſunt.
d.cap.gaudemus.8. §. *nec vlli. de diuor*. Vi-
17 ro ſe vtique, non inimico, mulier iugauit, cū
virum duxit. nec vt ſolum carnis operam
explerent; ſed animo vno, vnaq; eſſent vo-
18 luntate coniuncti. Matrimonium quippè
non facit coitus, ſed voluntas: & ideò non
ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio
voluntatis. Ioannes ille Chryſoſtomus *can.*
19 *omnis res* 4.27.*q*.2.dixit: Non enim deflo-
ratio virginitatis facit coniugium, ſed pa-
ctio coniugalis. *Ambroſius* & ipſe docet.
can.cùm initiatur.5.*d*.27.*q*.2.

Ipſe ergò ſua ſæuitie ad diuortium cau-
20 ſam dedit Princeps. non itaq; ex ſua debet
peruerſitate commodum ferre, vt innocen-
ti noceat innoxiæ vxori. quin magis ſanctū
leges exiſtimant ſacræ; vt qui alij nocen-
dum eſſe æſtimauit, ipſe ſuam ſentiat iactu-
ram, Iuſtiniani Cæſaris animaduerſione in
l.ſi legatarius.25. C.de legat. Calliſtratus
quoq; *lib.1.de cognitionib. in l.crimen pa-*
21 *ternum*26.*ff.de pœnis*. & ipſe rationem red-
dens. *Namq; vnuſquiſq;* (inquit) *ex ſuo*
admiſſo ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis
ſucceſſor conſtituitur. quæ lex à Gratiano
refertur in *can. crimen. 6.1.q.4.* quo loco
22 *Gloſſ.*1. & ipſa rationem reddit. *Non enim*
debet aliquis alieno odio prægrauari. Quin
cauendum eſt, ne prætextu nocentis inno-
cens puniatur. vt *Gloſſ.* loquitur in *can. de-*
niq; 10.verbo. *neutrum*.14.*q*.5.ex Honorio,
& Theodoſio Imperatoribus in *leg.ſi qui la-*
trones.2.§ *fin.in fin.C. de his, qui latrones,*
vel alijs criminib. reos occultauerunt. decre-
uerunt quippè illi: Exemplo graue eſſe, ſic
latrones perquirere, vt innocentibus peri-
culum fiat. Hoc cum ipſa admitteretur Prin-
cipiſſa, ſi inſidijs exponeretur viri extra pa-
rentum domum. Grauauit proindè Curia
Archiepiſcopalis, cùm Dominam Principiſ-
ſam in Templo Scortiatarum ſequeſtrādam
decreuit:

23 Idcircò licuit à decreto, & grauamine
appellare, quòd per appellationem à diffini-
24 ua reparabile non erat. Neq; porrò fieri po-
terat ampliùs, vt quod factum fuerat, non
25 fuiſſet factum, quod neq; per diuinam datur
potentiam. Excipe teſtem *Hieronymum*,
ſacrum illud nomen, ad Euſtochium de
cuſtodia virginitatis, à Gratiano in *can.ſi*
Paulus Apoſtolus.11. §. *caue quæſo.32.q.5.*
relatum, loquentem, atquè proteſtantem:
Audacter loquar; cùm omnia poſſit Deus, ſu-
ſcitare virginem, non poteſt poſt ruinam.
valet quidèm liberare de pœna: ſed non
vult coronare corruptam. Explicat hoc
Gloſſ. ibidèm verbo *ſuſcitare*. dicens: *Qui-*
dam ſic intelligunt, id eſt, quòd Deus non
poteſt facere, quin fuerit corrupta: quia
factum non poteſt, non eſſe factum. ex Tri-
phonino lib.4.diſputat.in *l.in bello* 12.§.*fa-*
cta, ff.de captiuis, & poſt liminio reuerſis, di-
cente: *facta autem cauſa, infectæ nulla*
conſtitutione fieri poſſunt. Quia impoſſibi-
le hoc æſtimatur, per Vlpianum lib.41. ad
Sabinum in *l.verum eſt* 32. & *Gloſſ.* ibidèm
in fin. & *Decium*, *ff de regulis iuris.* Ratio-
nem à priori reddit Sanctus Angelicus Do-
ctor Thomas Aquinas in 1.*part.q.*25. *art.*4.
in corp.

26 Quia ſub omnipotentia Dei non cadit
aliquid, quod contradictionē implicat. præ-
terita autem non fuiſſe, contradictionem
implicant. ſubnectens ex Auguſtino; quia,
vt verum eſt dicere, quæ facta ſunt, facta
fuere: ità falſum erit aſſerere, quæ facta fue-
re, non fuiſſe facta: hoc autem contradictio-
27 nē implicat. Deus verò ſumma veritas eſt.
Gregorius *dict.can.fraternitatis*.1.35.*q*.10.
Mendacium proindè in Deo cadere non
poteſt. Potentia verò Dei ſe extendit ad
28 totum ens. vnde ſolum id à Dei potentia
excluditur, quod repugnat rationi entis. vt
quod factum eſt, factum non ſit. quod men-
dacium eſt, ex eodem *S.Thom.part.3. quod-*
libet.5.q.2.artic.3. Card.Caietan.dict.art.4.
*q.*25. Cardinalis à Turrecremata *dict.can.ſi*
Paulus.11. *num.4. verſ. oppoſitum. & Ar-*
chidiacon.ibid. num.2. Cagnolus in d.l.ve-
rum 32. *numer.2. & 3. de regul.iur.Duenn.*
in ipſis noſtris terminis loquens. *regula* 52.
in 1.*limitat. & limitat.*12. *Vincentius An-*
na allegat.82.nu.8. part.2. Rota apud Card.
Seraphin.deciſ.365.num.7.part.1.Farinac.
*q.20.in 4 ampliat.num.*22. *praxis crimina-*
lis, Decianus tractat. criminal.part.2. cap.2.
num.6. & cap.5. nu.2. Leonard. Leſſius de
*iuſtit. & iure lib.4 cap.2. dub.16. num.*116.
& 117. *Poſtnanien. deciſionum Theologiæ*
ſpeculatiuæ, & moralis lib.1. cap.3. q.7.in 3.
concluſ. Menochius de arbitrar. caſu 475.
nu.6.7 & 8. Tiraquellus de iure conſtitut.
3. *limit.7.à num.6. ad* 11. diximus *reſponſ.*
noſtra 21. *num.*36. *&* 37. *part.*1. quo loco
attulimus illud Horatij ode 29. de Ioue.

Non tamen irritum.
Quodcunq; retro eſt, efficiet, neq;
Diffinget, infectumq; reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.

29 Neq; huic aduerſatur principio: graua-
tam Dominam fuiſſe Principiſſam, licuiſſe
vtiquè eidem ab illato prouocare grauami-
ne: ex Sacri Tridentini Concilij diſpoſitio-
ne, à diffinitiua appellationem admittente,
vel à vim diffinitiuæ habente. *cap.*20. *in*
princip.ſeſſ.24. de reformat. quod præfatum
decretum: (Dominam Principiſſam ſeque-
ſtrandam eſſe in Templo Scortiatarum) in-
terlocutorium fuerit, non diffinitiuum. *Ma-*
ceraten. variarum reſolut.lib.1. reſolut.42.
*num.*1.

Non

Non enim Sacrum Concilium in illo tantummodò ſubſiſtit: appellationis commiſſionem, vel inhibitionem non fieri, niſi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente:
30 ſed vlteriùs procedit, dicens: *Et cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat.* huiuſmodi autem hoc eſt grauamen Dominæ Principiſſæ illatum, quod per appellationem à diffinitiua reparari nequibit. Quid porrò ſi interim quod in tuto extrà parentum domum, ipſa non ſit, inſidijs pateat viri, vt veneno ſaltim petatur, num-
31 quid ne, poſt iactam aleam, appellare licebit? Et quis ſane eſt, qui *hanc audebit teſ-*
32 *ſeram iacere?* vt in Prouerbijs Euripides habet. Hominis quippè vitam alearum ludo ſimilem dixit Plato apud Plutarchum. An vitam ipſam fortunæ in manu dabimus, vt illa veluti ludat aleis; & non omnem nos adhibebimus diligentiam, vt malum à nobis auertamus imminens? Hoc ipſum in Adelphis Terentius dicebat: cùm vitam hominum perindè dixit eſſe, quaſi cùm ludas teſſeris, vt quod iactu non cecidit, id arte vt corrigas. Hæc eſt ars, quam malum, aleam, caſum, fortunam dixeris;
33 corrigere valeas me te inimico exoſo fidas. ne vt Lucanus cecinit.

Cadat alea fati.
Alterutrum merſura caput.

vel vt Petronius Arbiter.

Iudice fortuna cadat alea.

34 quin in hoc adhærendum conſilio, quod ex Græcis Prouerbio ſimile dixit quidam:

Etenim ſub omni lapide Scorpius excubat.

& alter.

Eſt ſub lapide Scorpius omni.

quia nihil eſt tutum, & omnia cauenda. ſub ſaxis enim Scorpios cubitare conſtat: incautiùs itaquè ſi lapidem tollas, vulnus à Scorpio accipies, vt moriaris iacta alea, cùm animam efflaueris appellationem inſtitues.
35 At nullus eiulantis audiet voces. Horatius in Odis lib. 4. ode 1. hoc perbellè cecinit.

Cùm ſemel occideris, & de te ſplendida Minos.
Fecerit arbitria,
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec lethæa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Irreparabile propterea grauamen intulit decretum præfatum per appellationē à diffinitiua. licuit ergò ab eo per appellationem prouocare, etiam ex Sacri Tridentini
36 Concilij decreto præfato. quod conforme quoq; fuit his, quæ in Concilio Generali Innocentius Tertius diſpoſuerat in *cap. cùm ceſſante 60. de appell. extrà.* & ibidèm *Gloſſ.* verbo *comminando*. ſequiturquè *Nauarr.*
37 *conſ. 2. n. 2. lib. 2 de appellat.* atq; ita pariter Sacram declaraſſe Congregationem; declarationem Sanctiſſimo Papa approbante, refert *Quaranta in Summa Bullarum* verbo *Archiepiſcopi authoritas. in 18. authorit. n. 20. verſ. à carceratione datur appellatio, fol. mihi 64.* vbi etiam *Proſper de Auguſtino lit. H. fol. 71. Auguſtin. Barboſa in remiſſionib. ad dictum cap. 20. Sacri Concilij num. 10. Riccius* Vici Epiſcopus *in collectaneis part. 3. collectan. 642. Vincentius Anna*
38 *d. allegat. 82. n. 10. & 11.* quo loco extendit doctrinam, vt ne dum ſanè ab irreparabili appellari valeat ad dicti Sacri Concilij mentem, verùm etiam ſi dubitetur, vel timeatur, ſi reparari grauamen poſſit; vel ſi cum difficultate occurri eidem valeat. vti dixit, perpenditq; *Menochius de adipiſcenda poſſeſſ. remed. 4. nu. 866.* & adnotauit *Fabius Anna* in annotationib. ad Genitorem ſuum *dict. allegat. 82. lit. B. num. 11.* & antè eos etiam *Duenn. d. regul. 52. in 13. fallent. Maceraten. d. reſolut. 42. ſub n. 11. verſ. fuit replicatum. Gratianus diſceptat. forenſ. part. 5.*
39 *cap. 850. n. 17* loquens genericè, vbicunq; eſt notorium grauamen. *Rota Maceraten. apud Marcum Antonium Thomati.* nunc Epiſcopum Bitetten. *deciſ. 12. num 27. & 28. & deciſ. 54. numer. 1. & 12 & deciſ. 21. n. 12. 13. & 14.* idemquè *Gratianus diſceptationum forenſ. part. 1. c. 74. nu. 14. & 15. & cap. 76. n. 13.*
40 Strictiuſq; ad rem noſtram, in decreto de ſequeſtranda muliere in loco aliquo contra eius voluntatem; cùm grauamen à diffinitiua pariat irreparabile, deturq; propterea appellatio; ſatis perbellè *Anna d. allegat.* 82. deducit, & ità in Romana Curia deciſum aſſerit; nec diſſitetur *Barboſa ad dictum cap. 20. Sacri Tridentini n. 6.* apertèq; docet *Archidiacon. in can. ſiuè de coniugij fœdere. 4. n. 2. 33. q. 2.* ex Innocentio dicens: *Quòd*
41 *iuſta eſt appellatio eo ipſo, quòd locus non tutus aſſignatur;* ſubiungitquè: *Quòd quando appellatur, quia locus non eſt tutus, ſufficit dicere: appello; Quia locus, quem mihi aſſignaſtis, non eſt mihi tutus.* hæc Archidiaconus, deduciturq; ex verbis ipſis Nicolai Papæ dicto *can. ſi de coniugij fœdere. 4.* ad Regem Carolum ſcribentis, atq; de Thieberga muliere loquentis: non poſſe eam cum Lothario viro ſuper matrimonij fœdere inire certamen: *Niſi prius ad tēpus fuerit reddita ſuæ poteſtati, & conſanguineis proprijs liberè ſociata. Itaq; etiam locus prouidendus eſt, in quo nulla ſit vis multitudi-*
42 *nis formidanda.* Multò magis igitur apud Genitores ſuos Domina Principiſſa reponenda erit, vt in tuto ſit, neq; de Principis viri inſidijs formidandum concinit *tex. in*

cap. cùm locum 14. *de ſponſalib.* quo loco
Gloſſ. verbo. *nihil eam timere.* ſic infert ad
43 rem. *Eſt ergo hic argumentum, quòd ad of-
ficium Iudicis pertinet, locum ſecurum aſſi-
gnare partibus & honeſtum.* ſubdens: *alio-
quin poteſt appellari, ſi requiſitus Iudex hoc
non fecerit.* Legat ipſa *tex. in cap. accedens.* 4.
vt lite non conteſtata. & *text. in cap. ex parte*
47 *de appellationib.* In illo quidèm, quatenus
apparet Innocentium Tertium, appellatio-
nem iurè admiſiſſe eius nobilis viri, qui in
cauſa matrimoniali in terra inimicorum
ſuorum litigare cogebatur. Quia nimirum
Gloſſ. ſubnectit ibidem verbo *inimicorum,*
44 dicens: *hæc fuit ſufficiens cauſa appellandi:
Cum nemo debeat ſe credere ſuis capitalibus
inimicis.* ex verbis Innocentij ibidèm. In
45 hoc verò, quatenùs Idem Innocentius
Tertius ſtatuit, locum eſſe euidentem ap-
pellationi, vbi in iudicium quis vocatur ad
locum, ad quem periculoſum eſt ire vocato,
quàmuis in litteris commiſſionis cauſæ, ap-
pellationis remedium interclufum fuiſſet.
quem *tex.* infert quoq; ad rem *Gloſſ.* dicto
can. ſiuè de coniugij fœdere 4. verbo *etiam
locus.* 33. *q.* 2. dum docens: Iudicem teneri
etiam de loco tuto partibus prouidere, ſub-
nectit: *Quod ſi non fecerit, licitè appellatur.
extra de appellationib. ex parte.* Non ergo
temerè, quin iure à decreto præfato Curiæ
Archiepiſcopalis appellatione prouocatum
fuit, cum grauamen intulerit irreparabile,
46 non tutum aſſignando locum. Porrò ſuæ li-
bertati mulier reddenda eſt, & in tuto apud
ſuos aſſignanda conſanguineos, cùm de ma-
trimonij fœdere agitur, vt ex Nicolao Pa-
pa ex *d. can ſiuè de coniugij fœdere* 4. in ſu-
47 perioribus diximus; & viri ſæuities vrgeat,
vt in tuto mulier locetur: quod *Gloſſ.* ibidèm
verbo *reddita.* aduertit, perbelleq; *Archi-
diaconus* ibidem quærit, nec ineptè: an
48 detur hic locus interdicto de libero homi-
ne exhibendo, ad *text. in l.* 1. *ff de libero ho-
mine exibendo*? Et affirmat ipſe, in verbo
ſociata. tam parentibus pro vxore contra
maritum; quàm ipſi vxori; potiſſimùm quã-
do vir vxorẽ apud ſe recipere renuit, eamq;
à ſe repellit; quod exaſperati animi in-
dicium eſt non vulgare. vt in facto hoc
noſtro.

Non iniuria ergò licuit Dominæ Princi-
piſſæ à decreto prouocare eodem, quo Viri
49 Principis inſidijs exponebatur, vitæ iactu-
ram vt faceret. Et digna quidèm illo fuiſſet
præmio ſi paruiſſet, quo Euripides eum mu-
nerauit, qui vitam iacturæ, ſortiſquè aleæ
ſubiecit. non vulgare imprudentiæ ſignum.

Par eſt labore digna ferre præmia,
Quicunq; vitam ſortis obijcit aleæ.

50 Quis enim prudentiæ eum aſcribet iudi-
cio, qui ſuis ſe credidit capitalibus inimicis?
quod non permittendum perpendit Inno-
centius Tertius *d. cap. accedens.* 4. *vt lite
non conteſtata.* & Alexander etiam Tertius
in cap. ex transmiſſis 8. *de reſtitut. ſpoliator.*
& *cap. litteras* 13. *in fin. eod.* Ne itaq; nocere
cupiant, vel læſi ſe vlciſci velint. Anacle-
tus Papa loquitur *canon. accuſatores.* 2. 3.
51 *quæſt.* 5. loco itaquè tuto opus eſt, fraudes
vt effugias inimici, audi Plauti Comici con-
ſilium.

Cum inimico nemo in gratiam citò redit.
Opus eſt nunc tuto loco.

52 Locus autẽ tutus dicitur, quod ipſi prin-
cipali, ac Domino litis tutus eſt. ex *dict. cap.
accedens.* 4. *vt lite non conteſtata.* & *d. cap.
ex parte.* 47. *de appellationib.* euidẽtèr appa-
ret, & adnotauit ibidem *Præpoſitus. n.* 4.

Minus igitur curandum fuit, quòd ſuſpe-
cta Principi Parentũ domus Dominæ Prin-
cipiſſæ eſſet. Sat enim fuerit, ſi Dominæ ipſi
53 Principiſſæ tuta ſit. Eius quippè ſecuritati,
tutamini, & vitæ ab inſidijs viri conſulen-
dũ eſt, ne clypeo nullo ſecuritatis obiecto,
vt libet noceret, interimeretq; vt ſedeat ei
Ouidianum illud:

Imbelles damæ quid niſi præda ſumus?

An prudentiæ aſcribetur ei, quod ſicut
ouis occidendam ſe tradiderit? quin dice-
54 tur in eam, quod Adagio fertur. *Ouis cul-
trum.* ſiue *Capra gladium.* quod in eos dici-
tur: qui ipſi reperiunt, quo pereant. Ouis
55 perindè ſtupiditatis ſymbolum eſt. vnde
etiam Adagio factus eſt locus: *Ouium mo-
res.* dixit Ariſtophanes in Pluto.

Mihi immò vitam prædicas ouicula.

Rationem reddit *Ariſtoteles* de natura
animaliũ. ſiquidèm eſt omniũ quadrupedũ
inertiſſimum, & ouium ingenium ſimplex
56 eſt, & ſtolidum. Quam ob cauſam notum
eſt, vulgo, ouium cognomento, inſipientes
appellari: quod quaſi oues morti exponã-
tur. quemadmodùm eſt illud Dauid *Pſ.* 43.
22. *Quoniam propter te mortificamur tota
die; æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.*
Vt nullus dies à cędibus noſtris vacet, ac fe-
riatus ſit, & ſic æſtimemur quaſi oues, non
quæ paſcuntur; ſed quę ad occiſionem, ac
victimam parantur, Agellius in eundẽ lo-
cum commentum agit.

Hanc proindè ob cauſam, ne pararetur
58 neci hæc Domina ab viri inſidijs, Iudicis
ipſius erat, illam auſcultare; dari ſibi tutum
locum petentem in parentum domo, & ta-
lium quidèm parentum. quod adnotauit
Alciatus de præſumptionib. reg. 1. *præſumpt.*
22 *n.* 3. quem ſequutus fuit *Scipio Rouitus*
Regens *ad pragmaticam* 9. *de Baronib. n.* 1.
59 *verſ. eſt aduertendum.* Quando, contrà, ſi
ſuſpectam mulier parentum domum accla-
maret, eſſet nihilominùs apud honeſtas alias
mulieres, præter ipſam parentum domum
ſequeſtranda. *Abb. d. cap. cùm locum* 14. *n.* 5.
de ſponſal. ſequiturquè *Gayllus practicar.
obſeruat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 7. dictus *Roui-
tus d. pragmat.* 9. *de Baronibus.* vbi ità ſe

cau-

60 cauſæ patrono deciſum refert. Porrò quia
id vnum curandum interim eſt Iudici viri
obodorata ſæuitie, vt in tuto mulier repo-
61 natur. Hinc ſanè fit, quòd ad diuortium iu
dicio intentato, & ſi omninò viri euocatio
per citationem perquiratur. *cap.1.* in illis
verbis expreſſis: poſtquam iuuenis fuerit
cum omni diligentia requiſitus. *qui matri-
mon. accuſare poſſunt. cap. quoniam frequē-
ter. 5. §. ſi autem de carnali. vt lite non conte-
ſtata. cap. 1. in fin. de cauſa poſſeſſ. & pro-*
62 *prietatis.* & ibidèm *Gloſſ.* illa tamen neceſ-
ſaria haud eſt, vt in tuto mulier interim ſe-
queſtretur; ne inſidijs pateat, & vita ſerue-
tur: ex ratione in promptu, quam in ſimili
affert Iulianus lib. 38. digeſtorum. in *l. æquiſ-
ſimū. 17. in princip. ff. de vſufructu*, ſequenti-
63 bus namq; ille: *Cur enim (inquit Iulianus)
ad arma, & rixam procedere patiatur Præ-
tor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere?*
& idem adnotat *Nauarr. conſ. 5. exiſten-
te diſcordiarum lite. num. 1. lib. 4. de diuort.
Gutierrez Canonicarum quæſtion. lib. 1.
cap. 24. n. 6.* ſequiturq; doctiſſimus *Sanchez
de matrimon. lib. 10. diſputat. 18. num. 30.
in fin.*
64 Tuta verò, atq; honeſta propriorum Ge-
nitorum, & talium præſertim, domus æſti-
matur mulieri, in qua nata, & educata, & ex
qua ad virum egreſſa eſt, vt non oporteat
eam in Monaſterium aliud ſequeſtrari. vt
dictum quoq; fuit in *Romana ſeparationis
Thori. 18. Iunij 1574. apud Cæſarem de
Graſſis deciſ. 182. aliàs vnic. de diuortijs.* ſe-
quutaq; fuit aliàs ipſamet Archiepiſcopalis
Curia, vt in his terminis *Genuenſis* refert in
*praxi Curiæ Archiepiſcopalis cap. 15. de
muliere ſequeſtranda. num. 3. in additionib.*
in impreſſis Romæ anno 1609. & ad rem ſe-
det, quod Rota ipſa *apud Cardin. Seraphin.
deciſ. 226. numer. 1. in Romana ſeparationis*
65 *matrimonij.* aliàs decreuit: materiam hanc
ſeparationis Thori arbitrariam eſſe, ex *Abb.
in cap. litteras. numer. 7. de reſtitut. ſpolia-
tor.* tàm ratione ſeparationis, quàm iuſti
metus. ob ſæuitiam, & alias cauſas ad illam
facientes:
Quibus accedebat quod in Breue Com-
miſſionis à Signatura Sanctiſſimi obtentum
fuerat, quòd reponi quidèm in Monaſterio
Domina Principiſſa, ipſa tamen petente
poſſet, non ſanè ipſa reluctante: atq; inuita.
66 Nè quod in gratiam inductum fuit, in odiū
retorqueretur eiuſdem. regula *quod ob gra-
tiam 61. de regul. iur. in 6.*
Neq; obſtaculum faciebat: Templum
Scortiatarum non eſſe Monaſterium.
In hoc ipſum enim recidebat, ac ſi Mona-
67 ſterium fuiſſet; eodem quippè modo liber-
tas impediebatur Dominæ Principiſſę; quin
multò magis in hoc ipſo grauabatur, quòd
inſidijs faciliùs paruiſſet inſenſiſſimi Princi-
pis viri, ad necem eam, neq; per ſomnium,
petentis. Conſulendum verò ſecuritati fue-
rat Dominæ Principiſſæ, non Principis viri
voluntati obſequendum, vt faciliùs, nulloq;
obſtaculo, quod moliebatur, damnum para-
68 ret. Huius verò rei diſquiſitio Iudicis erat,
eiuſq; demandata arbitrio. An non iuſto
mortis timore conterrita Domina hæc, pa-
rentum egredi domum diffugiebat? verbis,
& Vlpiani ſenſui lib. 12. ad edictum in *l. me-
tus autem cauſa. 3. ff. ex quibus cauſis maio-
res.* hæc diximus inhærentes; multoquè ma-
gis *Gloſſ.* ibidèm. in *Glo. fi. in fin.* conſilio, di-
centis: *Quod facit in cauſis commiſſis à Do-
mino Papa; & quia talia fiunt, ideo venitur*
69 *ad locum tutum*, quod Iudicis erit arbitra-
ri. vti bono viro. ex *Gloſſ.* notabili in *l. inter-
poſitas. 13.* verbo *Cruciatum, C. de tranſa-
ction.* pluribuſq; exornat *Menochius de ar-
bitrar. Iudic. lib. 2. caſu. 135.* & ſequuta fuit
*Rota in d. Romana ſeparationis Thori apud
Cardin. Seraphin. d. dec. 226. ſub nu. 1. San-
chez lib. 10. d. diſputat. 18. n. 32.*
70 Nec inſiſtant. Rotam aliàs in *Terdonen.
ſeparationis Thori coram Penia apud Fari-
nacium poſt 2. volum. conſiliorum dec. 131.*
arbitratam fuiſſe, mulierem interim, vt in
tuto eſſe valeret, in Monaſterio fuiſſe ſeque-
ſtrandam. Idem hic debere nunc eſſe iudi-
cium.
71 Quòd namq; Rota illo in facto ita arbi-
trata fuerit, quaſi materia hæc arbitraria ex
circunſtantijs videatur, id planè fuit, quia
illi mulieri parentes non erant, apud quos
ſecuriùs ſequeſtrari potuiſſet; arbitrata
proindè fuit, in Monaſterium ſecurius, hone-
72 ſtiuſq; reponi. Honeſtarum quippè mulierū
nomine, non vtiq; monialiū ſecluditur Mo-
naſterium, in quo deſpōſæ Ieſu Chriſto de-
gunt Virgines. ad ſenſum *text. in d. cap. ex
tranſmiſſa, 8. in fin.* ibidemq; *Gloſſ. fin.* & *cap.
litteras. 15 in fin.* & *Gloſſ. fin. ibidem. de reſti-
tut. ſpoliator. d. cap. cùm locum 14. de ſpon-
ſalib.*
Et nihilominùs temperantiùs illo in fa-
cto Rota ſe habuit: cùm prouidit, docto
de aliqua infirmitate, Claudiam in Monaſte-
73 rium haud reponendam fuiſſe. hic autem in
promptu nos cauſam deducimus, quia ſe-
curiùs in parentum domo, inſidijs ne pateat
viri ſe Domina Principiſſa habebit, quod ſa-
nè primariò perpendit Alexander Tertius
in *d. cap. ex tranſmiſſa 8. de reſtitut. ſpolia-
tor.* & idem in *d. cap. cū locū 14. de ſponſalib.*
Non iniuria propterea, ſed vt ſuæ conſu-
leret indemnitati, Domina egit Principiſſa à
decreto appellando Curię Archiepiſcopa-
lis, cauſamq; alteri Iudici committi fecit.
Atq; ità ex his, Ariſtarchi non amota vir-
ga, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Per

Per Illuſtriſſimum Nuntium, Cauſæ po-
94 nente Domino Alphonſo Cappelletto Auditore, viro ſanè integerrimo, moribuſquè dulciſſimis, nec inferiori doctrina, iuribus perquàm maturè diſcuſſis Dominæ Principiſſæ in aduerſum agente Domino Principe, eam in parentum domo permanere permiſerunt, reuocato Curiæ Archiepiſcopalis decreto.

SVMMARIVM.

1 *Renunciata ſemel repetere nemo poteſt. & num. 36.*

2 *Renunciatio à profiteri in Religione volente, ni à Sacro Tridentino Concilio forma præſcripta ſeruetur, nulla eſt.*
Non tamen procedit in ingreſſuro, ingreſſurauè. n. 3.
Quamuis ingreſſus ipſius intuitu renunciatio fiat. n. 4.
Eſt abſoluta Doctorum ſententia. n. 5.
Et à Sacra Congregatione declarata.
Quicquid Molfeſius dixerit. n. 8.

6 *Ingreſſus in Monaſterium propriè poſt emiſſam profeſſionem dicitur.*

7 *Profeſſio legitimè, validèq; in Religione emitti minimè poteſt, ni per annum in probatione nouitius ſteterit.*
Alioquin nulla eſt profeſſio, nullumq; producit effectum.

8 *Molfeſij ſententia reprehenditur.*
Qui ſibi ipſi contrarius fuit.

9 *Qui ſibi nequam, cui alij bonus erit?*

10 *Legis diſpoſitio, maximèq; iuris communis correctoria, extendi non debet ad caſum (ſublata verborum forma) non comprehenſum.*

11 *Argumentum à nomine licitè, iurèq; ducitur, & ab eo argumentari licet.*

12 *Nomina ſignificandorum hominum gratia data ſunt.*
Et ad illos recognoſcendos.

13 *Contractus à nomine iudicantur.*

12 *Firmum, ac ſtabile eſſe debet, quod non mutatur.*

15 *Renunciatio, quæ realis eſt, perpetua æſtimatur.*
Et perpetuò ſic renuncians à renunciatis ſe abdicaſſe videtur n. 16.
Veluti mortuus. & qui ex numero non ſit viuentium.
Quod potiſſimùm in muliere procedit religionem ingrediente. n. 17.

18 *Renunciare eſt ſe priuare, ſiuè ab ſe abdicare renunciata.*

19 *Clauſulæ (quomodocunq; & qualitercunq;) ampliſſimæ ſunt.*
Et omnem comprehendere caſum aptæ.
Etiam vltrà expreſſa.

20 *Renunciatio generalis eſt totius iuris excluſiua.*

21 *Dictio (Et cætera) extendit dicta, etiam ad alios caſus.*
Ampliatq; ad terminos præſertim conſuetos, & ſecundùm naturam actus, qui geritur. n. 22.
Operaturq; vt renunciatio realis æſtimetur, omniq; tempore renunciantem excludat. n. 23.
Et perſonæ adiecta Patris; etiam filios comprehendit. n. 24.

25 *Verba in contractibus ludibrio adiecta videri non debent.*
Quin non ſine miſterio operandi aſcripta eſſe æſtimari. n. 26.
Quamuis modica illa ſint.
Quia eum miniſterio poſita videntur, nè ſuperflua ſint. n. 27.

28 *Renunciationes à ſororibus factæ, fratrum ſemper fauore factæ cenſentur.*

29 *Clauſula (quoniam nullum ius, &c.) perpetuitatem abdicationis, & bonorum renunciationis importat.*
Sicuti pactum de non petendo.

30 *Repugnantia loqui diſponentem in vna diſpoſitionis ſerie, non æſtimandum.*
Ratio affertur. n. 31.

32 *Corrigere ſe loquentem in continenti veriſimile non eſt.*

32 *Renunciationes acceptare videntur patres à filiabus pro omnibus filijs.*
Præſertim attentis clauſulis, &c. in perpetuum, ad habendum. n. 33.

34 *Clauſula (conſtituens eùm procuratorem veluti in rem propriam) facit, vt ita cōſtitutus in iuribus ſuccedat conſtituenti.*
Atquè dominij translationem operatur. num. 35.
Omnemq; ſuccedenti potentiam à conſtituente amouet. n. 36.

36 *Renunciatio filiæ, ſtrictis vallata clauſulis, atq; ampliſſimis, omnem ad renunciata reuertendi cauſam amouent.*
Potiſſimùm verò ſi alij filij patri non præmoriantur. n. 37.
Vel etiam ſi moriens pater, inſtitutis filijs, renunciantem filiam excluſit. n. 38.

39 *Monaſterium loco Monachi ſuccedit, non Monachus ipſe, ſecundùm Canoniſtarum ſententiam.*
Limita, ſi Monaſterium renunciationi factæ per Monachum aſſenſum præſtiterit. n. 40.

41 *Monaſterium ex perſona Monachi ſuccedere præſumens, in remotiori gradu, à Monacho æſtimatur.*
Et tenetur ſtare facto Monachi renunciantis, cùm ex eius perſona ius ſortiatur. n. 42.

43 *Monaſterium poteſt venire ob enormem læſionem, quòd monialis de paragio dotata non fuerit, contra renunciationem factam.*
Limita, ſi à patre dotata fuerit ſecundùm con-

*conſuetudinem loci, & Monaſterij. num.*44.

45 *Marcus Antonius Thomati Epiſcopus Bitetten. celebratur;*

ARGVMENTVM.

Renunciatio ab ingreſſuro, ingreſſuravè facta antè habitus regularis ſusceptionem, an ſub diſpoſitione Sacri Tridentini Concilj *ſeſſ.25. c.16. nulla quoq; renunciatio. de regularibus.* comprehendatur? Reiecta Molfeſij ſententia, qui perperàm palinodiam cecinit. Et nùm ampliſſima renunciatio Patris ad fauorem, nulla fratrum memoria, facta, fratrum quoq; commodo cedat? pluribus nec contemnendis rationibus firmatur. Et an Monaſterio officiat, quòd conſenſum renuncianti præſtitit, & ſe curaturum, vt renunciationem profeſſura firmaret, ſpopondit? Et an Monaſterio, vel Monacho ſucceſſio deferatur? Et congrua ne, ac de paragio dos dicatur Monialis, quæ ad Monaſterij conſuetudinem, & loci, dotata fuit?

RESPONSIO XXIX.

CVm vitæ terminum feciſſet diebus iſtis iàm proximè decurſis D. Franciſcus Calò Canonicus Regalis, atq; Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Nicolai Baren. nullis ſuſceptis liberis, non lenis orta diſceptatio fuit inter Dominos de Vulpis nobiles Ciuitatis Bitetten. & Venerabile Monaſterium Sanctæ Claræ Ciuitatis Barij ex perſona ſororis Agnetis (olim Caſſandræ Calò) ſororis dicti D. Franciſci prædefuncti, in dicto Monaſterio Monialis. Vterq; enim corũ ad ſucceſſionem prædefuncti ab inteſtato anelat. Iſta quidem, quòd vti ſoror proximior ſit ei, qui ſupremum vidit diem: illi verò, quòd obſtet huic ampliſſima renunciatio, quam in fauorem emiſit Liberij Calò communis Parentis, cum in Monaſterium ingreſſa fuit; quam etiam renunciationem Monaſterium curare promiſit, eiq; ſtare.

1 Non poſſe proinde ad ſemel renunciata iterum quaſi poſtliminio reuerti. *can. quam periculoſum 8. vbi gloſſ. 7. q. 1. cap. ex tranſmiſſa 3. vbi Scribentes. de renunciat.* Vulpianus in *l. quæritur. 13. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict. l. fin. in fin. C. de remiſſion. pignor. §. ſi itaq; Inſtit. de bonor. poſſeſſion.* diximus *reſponſ.* noſtra 27. *num.2. p.1. Io. Baptiſt. Ciarlin. controu. forenſ. c.35 n.23.*

Quam ob cauſam de duobus hac in re dubitati contigit. Primum, ſit nè ita firma renunciatio per Caſſandram, nunc ſororem Agnetem, ad fauorem Liberij parentis facta, vt nullo pacto Sacri Tridentini Concilij diſpoſitio in illa locum habeat?

Secundum, an ius ſit adhuc Monaſterio ex perſona Monialis ad bona Franciſci prædefuncti ab inteſtato veniendi, cùm in renunciatione, quamuis ampliſſima, fraterna bona comprehenſa minimè fuerint?

Et plane ad primum. Renunciationem per Caſſandram factam, quam firmiſſimam eſſe, neq; illam in diſpoſitione Sacri Concilij *ſeſſ 25. cap.16. nulla quoq; renunciatio. de*

2 *regular.* comprehenſam cenſemus. Sacrum quippè Concilium apertiſſimè decernit; Vt nulla renunciatio, ſiuè obligatio firma ſit, etiam ſi iuramento firmetur, à Nouitio facta: *Niſi cum licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij fiat intrà duos menſes proximos antè*

3 *profeſſionem.* Nihil tamen diſponit, ſi ab ingreſſuro, ingreſſurauè, ante quàm Religionis habitum induerit, vt in nouitiorum, nouitiarumq; numerum referatur, renunciatio procedat. Non comprehenditur proindè renunciatio huiuſmodi, ſiuè obligatio, & diſpoſitio ſub Sacroſanctæ Synodi decreto præfato; vt nulla precedente Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij licentia opus fuerit, quàmuis

4 ingreſſus ipſius cauſa, renunciatio emiſſa.

5 Abſoluta Doctorum hæc eſt ſententia, vt ità quoq; à Sacra S. R. E. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum Congregatione declaratum, nec ſemel fuiſſe referant. potiſſimùm verò *Gratianus* Rotæ Marchiæ *deciſ.37. n.1. & 3.* referens ità à Sacra Congregatione prędicta anno 1596. 29. Nouembris declaratum fuiſſe. *Addentes ad Nauar.* quicquid aliàs ipſe dixiſſet. *conſ. 82. lib. 3. de regularib. in fin. Quaranta in ſumm. Bullarum.* verbo *Monaſteria, & Conuentus. §. dubium illud. fol. mihi* 330. *Riccius* Epiſcopus Vici Equen. *collectan.* 454. *part.2. Molfeſius ad Conſuetudines Neapolitanas tom.1. par.4. q.16. n.15. & ſeq. Menochius de arbitrar.*

trar.Iudic.caſu 436.nu.8.Ceuallos commun. contrà commun.quaſt.63.num.7. tom.1. & q.806.n.13. tom.3.Marta in ſum.ſucceſſion. legalium tom.1. part.3.q.13.art.1.nu.23.& ſeq. ſequitur Marius Cutelli de donat. inter patrem,& filium in 1.par.diſcur.2.in 3.par. n.153.fol.mihi 135 Barboſ.in collect.Bullar. verbo renunciatio nouitij in fin. Pater Ferdinand.à Caſtro Palao è Societate Ieſu operum moralium part.3. tract.16. diſputat.1. punct.17.nu.3 & 4.Sanchez moralium par. 2.lib.7.cap.5.num.4.& ſeq. idem Barboſ.de offic.Epiſc.part.3. allegat.99.nu.17.Garſias de benefic.par.11.cap.9.num.15.optimè omnium Cenedus quæſtionum canonicarum q.6. præſertim à num.8. reſpondens omnibus aduerſæ partis rationibus. Diana moralium reſolutionum part.3. tractat.2. de dubijs regularium.reſolut.55.Portel. ad dubia regularia.verbo nouitius.nu.41. Aluarus Valaſcus in praxi partitionum. cap.16. numer.22. & 23. Idem Epiſcopus Riccius part.2.dec.295.nu.10.Iacob.Cancer.variarum reſolut.par.2.cap.8.de iuramento.n.83. Pater Fagundez de iuſtit.& contract.lib. 5.cap.6.num.5. & 6. Alexander Sperellus deciſ.fori Eccleſiaſtici 16.n.12.& 18.& nos alibi.

Renunciationem autem hanc Caſſandra iniit antequàm Religionis habitum indueret,ac Monaſterium ſubſequenter ingrederetur,vt monialis eſſet.Quàmuis nempè ipſa anno 1609.ad Monaſterium prædictũ Sanctæ Claræ,vt educanda acceſſerit, atq; in eo admiſſa fuerit, vt ex inſtrumento receptionis manifeſtum ſit,vt materialiter magis, quàm formaliter Monaſterium ingreſſa tũc dici potuerit; renunciationem tamen pro Tiberio eius Genitore die 12. Aprilis 1613. emiſit: aſſertione facta per Notarium dicentem: (*Perſonaliter conſtituta Caſſandra Calò de Baro filia legitima, & naturalis ſupradicti Tiberij Calò, exiſtens ante portam Clauſuræ Venerabilis Monaſterij Sanctæ Claræ de Baro,in quo ad præſens permanet pro velanda, & monachanda in eo, ſtans,eius mera, &c.*) erat propterea adhùc Laica Caſſandra, neq; velata adhùc, neq; Monachata, ſed velanda, & Monachanda. Non itaq; nouitiarum in numerum per habitus Monaſtici ſuſceptionem relata fuerat. antè ingreſſum igitur in Monaſteriũ per habitus ſuſceptionem renunciationem fe-
6 cit. Certè ingreſſus Religionis propriè intelligitur poſt datum Chriſto nomen per profeſſionem. tunc quippe effectiuè ingreſſus dicitur.Bonifacius VIII.in c.Religioſo.22. §.quàmuis. de ſentent. excommunicat.lib.6. auth.ingreſſi, C.de Sacroſanct.Eccleſ.Iulius Clarus receptar. ſentent. §.teſtamentum q.28.nu.6.verſ.dixi ſecundùm.Vincent.de Franch.dec.422.n.2 Gratianus Rotæ Marchiç dec.35.& in additioni b.ad n.17. num.1. Paſtalis de viribus patriæ poteſtat.part.1. cap.3.n.82.& 83. idem Gratianus diſceptationum forenſ.par.3.cap.481.num.7. cum ſeq. Tiraquell. de retract.conſanguinit.§.1. Gloſſ.8.n.19.20. & ſeqq. Ioannes Stephanus Durantes Senatus Tholoſani q.5.per tot. Io. Baptiſta Coſta de retrotractionib. capit.9. caſu 3.tom.2.oper. latè rem hanc diſputans. Et in caſu Sacri Tridentini Concilij d.cap.16. ſeſſ.25. poſt ſuſceptum habitum nouitiorum; *Intra duos menſes proximos antè profeſſionem*,renunciatio vt valida ſit, fieri de-
7 bet. At profeſſio emitti minimè poteſt, niſi per annum in probatione nouitius ſteterit poſt ſuſceptum habitum, vt eadem Sacroſancta Synodus cap.15. in quacunq; Religione.cad.ſeſſ.25. de regularib.decernit, dicens: *Nec qui minore tempore,quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem anteà facta ſit nulla, nullamq; inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem, vel alios quoſcunq; effectus.* Sic Sancta Synodus.

Sub diſpoſitione ergò Concilij d.cap.16. per Caſſandram facta renunciatio, minimè comprehendetur. Nihil proindè officit illi,quòd ſinè licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij,nec intrà duos menſes proximos antè profeſſionem, facta fuerit. Quia nimirũ (vti diximus) ab ingreſſura, vel ingreſſuro, (quàmuis Religionis intuitu) facta renunciatio lege præfata Sacri Concilij non com-
8 prehenditur.quicquid aliàs idem Molfeſius, (parum ſibi conſtans, palynodiamq; malè canens)tom.2. ad dictas conſuetud. tit.de renunciat. in addition.ad d.q.16. num.6.& ſeq.Doctiſſimi Nauarri conſilio præfato 82. lib.3.de regular.quem anteà d.q.16. nu.15. impugnauerat, authoritate deterritus,dixerit. Cùm apertiſſimis verbis Sacrum Concilium de ingreſſo,atq; nouitio,iàm ad profeſſionem per duos menſes proximos, admittendo, loquatur. Quo circà ſtandum magis erit Sacræ Congregationis declarationibus, quæ non comprehendi ab ingreſſuro factam renũciationē declarauit, eamq; ſupra per nos allati omnes Doctores,& ipſemet Molfeſius ſequuntur; quàm vnius non ſatis firmis rationibus, & qui ſibi ipſi contrarius inuenitur. vt ſi ſibi minus conſtans eſt,eur alijs firmus eſſe debeat? iuxtà illud
9 Eccleſiaſtici 14.5. *Qui ſibi nequam, cui alij bonus erit? & non iudicabitur in bonis ſuis.* relatum à Ioanne XXII. in extrauag. diuinis exemplis. vnic.§.Tertio quantum ad ſe. de pœnis. inter communes. Ea potiſſimùm ratione,inter cæteras,ſatiſq; firma; quòd le-
10 gis diſpoſitio,maximèq; iuris cõmunis correctoria, extendi haud debeat ad caſum, (ſublata verborum forma) non comprehenſum.Concilium verò de regularibus ſatur,

qui

Digitized by Google

qui poſt ſuſceptum habitum regularem, per
duos menſes, à profeſſione emittenda di-
ſtant. & hanc ſententiam amplectitur Pa-
ter *Ferdinandus à Caſtro operis moralis*
*par.3.tractat.16.dicta diſputat.1.punct.*17.
*n.*4.eamq; contra *Nauarr.*tuetur *Franci-*
ſcus Molinus de ritu nuptiarum lib.3.q.99.
*n.*29.*& ſeq.*

Verùm lucem perpenſioni huic noſtræ
afferamus ampliorem. Profectò Caſſandra
renunciationem hanc inſtituit, velanda, &
Monachanda,non velata adhùc. idcircò,nec
Monachata. Si nempè Monachata per Re-
ligionis habitum fuiſſet, nõ vtiq; Caſſandra,
quod nomen à ſacro baptiſmalis fontis la-
uacro ſuſcepit, nuncupata, ſed Agnes, quod
in habitus ſuſceptione recepit, appellata
11 fuiſſet. Vt liceat,nec quidẽ ab re ab eius no-
mine argumentari, quæ renunciationem
12 fecit. Significandorum porrò hominum
nomina data ſunt. §. *ſi quis in nomine. In-*
ſtitutionib. de legat. Et ad illos recogno-
ſcendos. *l.ad recognoſcendos.*10.*C.de inge-*
13 *nuis manumiſſis.* Vt neq; iniuria,à nomine,
contractus iudicentur. *Aymon conſ.*20. *n.*1.
& ſeq. Rota *apud Card. Caualer.deciſ.*371.
*numer.*1. A ſeculari ergò puella contractus
hic renunciationis factus fuit; & ſi velanda,
& ſi monachanda; & vti ab ea factus, no-
minatus etiam. Accedente præſertim,quòd
Monaſterium curaturum ſe promiſit,vt Caſ-
ſandra,quo tempore monialis fieret, cùm
effectu renunciaret.

Non itaquè monialis tunc erat, quando
renunciauit, neq; in nouitiarum nume-
rum recepta fuerat. Antequàm ergo per
habitus ſuſceptionem Religioni nomen
Caſſandra daret, patri ob dotem receptam,
bonorum omnium renunciationem fecit.
In Sacri ergò decreto Concilij, eius haud
comprehendetur renunciatio. Firma prop-
tereà illa perſiſtit, ac ſtabilis. Nulla ergò Ad-
uerſariorum concuſſione dimouebitur.
14 Quid enim non ſtet, quod firmum eſt,
nec dimouetur? *l. ſancimus* 27. C.*de teſta-*
ment.

Ad ſecundùm verò ex quæſitis, vt reſpon-
15 ſione faciamus ſatis. perpendendum ſanè
erit; Renunciationem hanc à Caſſandra
factam in vim promiſſionis per Monaſteriũ
anno 1609. cum Tiberio initæ; (quod vtiq;
curaret, vt ipſa renunciaret:) realem,non
perſonalem fuiſſe; & idcircò perpetuam,
non vtiq; temporalem; vt perpetuò à iure
16 ſuccedendi in bonis tàm paternis, quàm
auernis, & thiernis, cæteriſq; ſe abdicaret, eo
planè modo, ac ſi mortua omninò fuiſſet, ſi-
cuti per monachationem, profeſſione emiſ-
ſa, omninò Mundo moriebatur, & vt priùs,
ex numero non fuiſſet viuentium. iuxtà Vl-
piani verba in *l.*1.§.*quibus ex edict.ff.de ſuc-*
ceſſor.edicto. Ac ſi prior ex numero nõ fuerit.
dicẽtis. ſimilis *text.*in *l.ſi ex pluribus* 9.*ff.de*
ſuis, & legitimis. ad *text.in c.*1.*de eo, qui finẽ*
fecit agnat. in vſibus feudorum. vbi *Afflict.*
*nu.*9. 10.*& ſeq.Franciſcus de Ponte conſ.*40.
*num.*11.*vol.*1. *Maſtrillus dec.*65. *num.* 11.
*part.*1. *& nu.*15. *Marta de ſucceſſione legali*
*tom.*1.*part.*3. *q.*6. *artic.*7.*num.*4. *Molfeſius*
*ad Conſuetud.Neapolitan.tom.*1, *de renun-*
*ciat.q.*2.*num.*13.*&* 14.*& q.*6.*n.*11. Optimè
omnium in hac re noſtra Regens *Scipio Ro-*
17 *uitus*, in terminis renunciationis factæ per
mulierem Religioni nomen dare volentem,
quòd realis ſit, atq; proptereà perpetuò ex-
cluſa videatur *conſ.*44.*numer.*7.*&* 13.*lib.*1.
quem ſequitur *Cutelli dict. tract. de donat.*
inter patrem, & filium in diſcurſu 3.*part.*6.
*num.*127. præſertim *fol.*580.*verſ.ex quo Do-*
minus Rouitus. Lælius Caputus ad Conſue-
*tud.Neapolitan.part.*3.§.8. *numer.*12. planè
etiam idem *Rouitus conſ.*42.*à nu.*10.*ad fin.*
*vſq; par.*1. *Io. Baptiſta Thoro in compendio*
deciſion. verbo renunciatio facta per filiam
monialem *part.*2.
18 Renunciare enim eſt ſe priuare, atq; à ſe-
ius abdicare renunciatum. ad *text. in can.*
quia periculoſum 8. 7. *quæſt.*1. *& in Cle-*
*mentin.*1. *de renunciat. Molfeſius dict.q.*6.
*num.*11.

Perpetuò itaq; excluſam cùm ſe voluerit
ob dotes receptas, & quòd Chriſtum ſequi
intendebat, Domina Caſſandra, ſeq; ab
19 omni ſucceſſione (*Quomodocunq; & qua-*
litercunq; ſpectante, &c.ſuper bonis, &c.)
abdicauerit: Verbaq; ipſa ampliſſima ſint,
omnem comprehendere caſum apta, etiam
vltrà expreſſa: *Molfeſius d. verbo renuncia-*
*tio part.*4.*q.*14 *num.*15. *Maſtrillus deciſ.Si-*
*ciliæ.*238.*n.*98.*par.*3.*Marius Muta* etiam Si-
culus *deciſ.*3.*n.*12. *Antoninus de Amato va-*
*riarum reſolut.lib.*1.*reſolut.*46.*n.*21. *ad tex.*
in *l.qui qualitercunq;* 5.*ff.qui petant tutor.*
*Idem Maſtrillus dec.*257.*nu.*65.*ead. part.*3.
*Rota apud Card. Seraphin.deciſ.*317. *num.*3.
*Barboſa.de clauſulis. clauſul.*300.*n.*3. & ſe-
quuta fuit Rota in *Narnien. iuris patrona-*
tus. 13. *Maij* 1633. *coram Dunozetto deciſ.*
207.*n.*12. *&* 13.*part.*6. *diuerſorum nouiſſi-*
marum per Rubeum. & perpendit *Rouit.d.*
20 *conſ.*44.*n.*7.*& ſeq.* Ea præſertim ratione,
quòd renunciatio generalis eſt, totius ſui iu-
ris, vt excluſa omninò videatur. ex *Gloſſ.* ſin-
gulari reputata in *l.*1. §. *ſed videndum.* in
verbo *ſuccedat.in fin. ff. de ſucceſſor. edicto.*
& ipſe *Rouit.d.conſ.*42. qui videtur Domini
Caroli Brancaccij *n.*12.*in* 5.*clauſula.* & per-
pendit quoq; nec ineptè ad rem *Maſtrillus*
*d.dec.*65.*n.*11.*&* 15.

A bonis proindè fraternis quoq; ſe exclu-
ſam voluit, quæ omnibus, nihil ſibi retento,
renunciauit. Ridiculum nempè videretur,
eam, quæ omnibus renunciauerat, ſolis fra-
ternis inhiare voluiſſe. Suadet hoc clauſula
illa perſonæ Tiberij Genitoris adiecta, cuius
ad fauorem renunciauit, (*& cætera*) ob do-

Digitized by Google

tes receptas,& annuum cenſum ducatorum
quindecim vita durante.(*Renunciauit, &c.*
(dicens) *ſupradicto Tiberio Caldè eius patri*
21 *præſenti, &c.*) quæ ſane clauſula (*Et cęte-*
ra) ita conceptia, ad ſucceſſores, ac potiſſimũ
filios, ac conſequenter renunciantis fratres,
extendetur. vt dixit *Rota* in his terminis no-
ſtris renunciationis mię, coram Aldobran-
dino, poſtmodum Clemente VIII. *part. 1. di-*
22 *uerſorum dec. 393. n...* Ampliat nempè di-
ctio præfata, (*Et cętera*) dicta, eaq; dilatat,
ad terminos præſertim conſuetos, & ſecun-
dum naturam actus, qui geritur. vt dixit
Abb. in cap. 2. in 3. notabili n. 2. de regul. iur.
extr. Felin. in cap. cum P. Tabellio. nu. 11. de
fide inſtrument. ſequitur *Cephal. conſil. 88.*
num. 1. & 5. vol. 1. Rota part. 1. tom. 1. recen-
tior. dec. 393. nu. 12. Cardinal. Tuſcus tom. 1.
lit. C. concluſ. 302. nu. 17. Barboſa de clauſulis
clauſ. cætera 14. num. 6. Card. Mantica de
tacit. & ambig. tom. 1. lib. 2. tit. 10. num. 23.
Gonzalez ad regulam 8 cancellar. Gloſſ. 67.
23 *& vltima num. 3. & 4.* Equidem operatur
clauſula præfata, vt renunciatio, realis, æſti-
metur; atq; omni tempore renuncians ex-
cluſa videatur, vt perpendit idem *Rouitus d.*
conſ. 42. n. 19 in 9. clauſula. Maſtrillus d. dec.
65. n. 15. quo loco firmam exiſtimat renun-
ciationem per monialem factã, ex amplitu-
dine clauſularum.

24 Inde quippè verba præfata (*& cætera*)
perſonæ adiecit Tiberij patris, quia & il-
lius filios, fratres ſuos, comprehendere Caſ-
ſandra voluit, vt eorum quoquè commodo
facta renunciatio exaudiretur, ſicuti com-
munis parentis fauore expreſſis renuncia-
25 bat verbis. Quòd ſi aliter intellexerimus,
ludibrio verba præfata adiecta fuiſſe fateri
cogemur.

26 Hoc autem admitti haud debet. ad *text.*
in *l. cùm in adoptiuis 10. §. cùm enim tanta*
fragilitas. C. de adoptionib. Profectò, quòd
non ſinè miniſterio operandi verba in in-
ſtrumentis, contractibuſq; appoſita videan-
tur, quàmuis & modica illa ſint. ad *text. in*
l. hac lege. 22. ff. de contrahend. empt. operari
proindè debebunt, ſuumq; effectum produ-
cere. ad *text. in l. ſi quando 112. ff. de legat. 1.*
l. 3. in princip. ff. de iure iurand. l. fin. ff. ne
quid in loco publico. cap. ſi Papa. 10. de pri
uileg. in 6. Clement. exiui 1. §. ſi enim per il-
lud verbum. de verbor. ſignificat. vbi *Gloſſ.*
verbo. *cùm autem.* non imperpensè adno-
27 tat: *Verba debere poni cum miniſterio, ne*
ſuperflua ſint. Rota apud *Cardin. Manticam*
dec. 4. n. 7. & dec. 225 num. 5. & apud Sanct.
Memor. Gregor. XV. dec. 434. nu. 6. & apud
Card. Caualer. dec. 494. n. 2. Iacob. Thomin-
gius deciſ. Lipſien. 47. n. 10. Barboſ. aſſiomat.
222. n. 11. & ſeq. diximus *reſponſ.* noſtra 47.
n. 8 par. 2.

Hinc porrò eſt, quòd in perſonarum men-
tione, quarum bonis, iuribuſq; ac ſucceſſio-
nibus Caſſandra cędebat, fratrum memo-
riam minimè fecit; non planè, vt in eorum
bonis iuris aliquid ſibi reſeruaret; ſed quia
eorum commodo ceſſionem, renunciatio-
nem, atq; bonorum abdicationem omnium
28 faciebat, vt facere conſueuere ſemper ſoro-
res, quę fratrum contemplatione renun-
ciationes emittunt. vt perpendit, nec ab re
Minadous. conſ. 22. n. 2. 3. & 4. Facitq; per-
penſionem hanc lucidiorem, ratio, quam,
præter alias clauſulas, quare ita amplam, ex-
panſamq; renunciationem faciebat, reddidit,
29 dicens: (*Quoniam nullum ius, &c.*) Indi-
care profectò volebat, quòd nullum omni-
nò ius ſuper bonis, quibus iàm nuncium
mittebat, reſeruabat ſibi, vt in perpetuum
eſſet ab illis excluſa, quæ nuda nudum Chri-
ſtum ſequebatur. vt adnotauit, nec inargu-
mentosè Regens *Franciſcus de Ponte dict.*
conſ. c. n. 12. lib. 1. ſequiturq; *Regens Rouitus*
d. conſ. 42. nu. 13. in 7. clauſula. perpendens
clauſulam, ſiue pactum de non petendo.

Cęteroquin ſi fratrum quoq; bonis non
renunciaſſet, neq; eorum commodo, & ſi
non ità ipſa ſenſiſſet, vt renunciaret omni-
bus, reſeruaſſet vtiq; ſibi ad fratrum bona
regreſſum; nec verba, & ratio præfata (*Quo-*
niam nullum ius, &c.) vim operarêtur ſuã,
atq; ludibrio, & ipſa adiecta viderentur, pu-
30 gnantiaq; loquutam fuiſſe ipſam Caſſan-
dram in tam ampla, atq; renunciatione ex-
panſa conceſſerimus. Admitti autem hoc
minimè debet. ad *text.* in *l. non ad ea. 88. ff.*
31 *de condit. & demonſtrat.* vbi *Gloſſ.* verbo.
præſens. rationem reddit: *Quia non eſt ve-*
riſimile (inquiens) *vt corrigat, quòd in con-*
tinenti fecerat. allegat *text.* in *l. pacta. 72. ff.*
de contrahend. empt. & l. ſi quam. 2. ff. de
reſcind. vendit. Rota part. 1. diuerſ. dec. 640.
num. 20. diximus *reſponſ.* noſtra 21. *nu. 9.*
32 *part 2.* Firmum hoc reddit: quòd Patres
pro omnibus filijs huiuſcemodi filiarum
renũciationes acceptare ſemper videntur.
vt perpendit benè audiens *Surdus conſil.*
244. num. 15. vol 2. quem ſequitur *Molfeſius*
tom. 2. ad Conſuetudin verbo *renunciatio. in*
additionib. ad q. 2. 3. & 4. n. 1. & Franciſcus
de Ponte d. conſ. 40. num. 4. Rota d. dec. 393.
num. 1. part. 1. diuerſorum, & in *Viterbien.*
bonorum 2. Maij 1614. coram Manzanedo
deciſ. 587. num. 2. part. 1. tom. 2. in recent. At-
33 tentis pręſertim clauſulis præfatis, (*& cęte-*
ra) *in perpetuum, & ad habendum.* Alioqnin
in perpetuum bonis nuncium haud qua-
quam Caſſandra miſiſſet. vt perpendit ad-
amuſſim ad hanc rem noſtram *Rota d. deciſ.*
587 num. 3. Barboſa dict. clauſul. 14. num. 9.
34 Accedente præſertim clauſula illa (*con-*
ſtituens eum procuratorem veluti in rem
propriam) qua patrem, fratreſq; procurato-
res ſuum in locum conſtituit. In omnibus
proindè cedentis iuribus ſucceſſores. ad *text.*
in *cap. 1. §. licet autem:* ibi: Niſi in rem ſuã
ſit

Digitized by Google

ſit datus. (procurator videlicet, de quo *text.*
loquitur.) *de procurat.lib.6.*vbi *Gloſſ.* verbo.
in rem ſuam. allegat *text.*in *l.illam ſubtilem*
32. C.de donat. Franciſcus de Ponte dicto
conſ.6.n.11.12.& 19.lib.1. ſequiturq; pluri-
bus *Marius* Muta *deciſ.14.n.9. Barboſa de*
clauſulis.clauſ.in rem 71.num.1.& ſequent.
35 Quia nimirum clauſula prędicta transla-
tionem operatur dominij, et loco domini
ità conſtitutus procurator, habeatur. *Gloſſ.*
in *l. tranſactionis placitum 7.* verbo *deroga-*
uit.vbi etiam Scribentes. C de tranſactionib.
Gratian.forenſ.part.2. cap.342 nu.11. Bar-
36 *boſ.d.clauſ.71.num.5.& 6.*Omnem idcircò
ſuccedendi potentiam,omneq; ius per ceſ-
ſionem,renunciationemq; prædictā,ità ſtri-
ctiſſimis vallatā clauſulis,à ſe abdicauit Caſ
ſandra, vt nullo modo, nullaq; via adſemel
abdicata reuerti nunc valeat. q poſt *Surd.*
conſ.22.nu.34.& 35. vol.1. perpendit quàm
optimè ad rem hanc noſtram *Muta d. deciſ.*
*14.num.9.circà fin.*nec imperpenſum dimiſit
Maſtrillus d.dec.65.num.9.& 10.& Mina-
37 *dous dict.conſ 22.num.5.*Potiſſimùm verò ,
quòd filij parenti prẹmortui non fuere, ſed
fati munere parente functo , omnes poſt
eum , diem viderunt extremum, ac nouiſſi-
mè D.Franciſcus, vt nullo pacto ius eſſe va-
leat Monaſterio. vt poſt noſtrum *Maran-*
*tam diſputat.10. num.15. & ſequentib.*ſe-
quitur *Rouitus* alios referens *d.conſ.42. n.8.*
Minadous d.conſ.22 nu.2. Maſtrillus dict.
38 *deciſ.65.numer.17.*Præterquàm quòd Ti-
berius in conflictu conſtitutus moriendi,
teſtamento hæredes filios dixit, ſecluſa ipſa
Domina Agnete moniali,quæ Mundo , re-
buſq; omnibus iam diù antea vale dixerat,
nunciumq; miſerat; excluſa proindè per-
manebit, vti adnotat Dominus *Franciſcus*
de Ponte conſ.39.nu.2.& d.conſ.40.num.6.
verſ.aut loquitur.vol.1.Minadous dict.conſ.
22. n.2.& 4. Maſtrillus d. deciſ.65.nu.16.

39 Faceſſant verò dicentes : non monialem,
ſed Monaſterium , cui ex monialis perſona
ius acceſſit, ad ſucceſſionem venire, ſecun-
dùm Canoniſtarum ſententiam in *cap.in*
pręſentia 8. de probat. vbi commentantes
omnes *Ioan.Andrea.Anton.de Butrio,Abb.*
*Innocent.*alijquè. & *Barboſ.in collect.nu.2.*
quam ad hanc rem noſtram admittit *Fran-*
ciſcus de Ponte d. conſ.40.num.2. lib.1. Fa-
bius Anna conſ.45.nu.96.lib.1.Rouitus dict.
conſ.42.num.6.& 17.in fin. & dict.conſ.44.
num.21.22.& 23.Maſtrillus d.dec.65. nu.2.
Gratian.part.2. forenſ. diſceptat.cap.305. à
n.2.Marta de ſucceſſione legali tom.1.part.3.
q.13.art.1.num.24.& 25.& communiorem,
probabilioremq; , communiq; calculo Do-
ctorum ſequutam appellat *Sanchez mora-*
*lium tom.2.lib.7.cap. 12.num.36.*ſequiturq;
Ferdinandus à Caſtro Palao operis moralis
par.3.tract.16.de obligat.religioſi ſtatus.diſ-
put.3.punct.5.n.3.

Cùm quòd Monaſterium ipſum ſtrictim
40 anno 1609. omni ſucceſſioni ex perſona
Caſſandræ,quæ in illo nomen Deo datura
erat,vale dixit,nunciauitq;, quin ſe obſtrin-
xit curaturum,vt Caſſandra, quo tempore
monialis fieri debebat cũ effectu renuncia-
ret, vti verè poſtmodùm renunciauit. Ad
ſemel renunciatum itaquè reuerti nequa-
quam poterit amplius; vt ſupra diximus, &
in terminis perpendit dict. *Fabius Anna*
d.conſ.45.n 94. & Rouitus d.conſ.42.nu.4.
7.& 10.& d.conſ.44.n.23.in fin. verſ.vltrà
quod.& n.24.

41 Præterquam quòd, ex ſententia, quam
Aduerſarij admittunt,cùm propria ex per-
ſona Monaſteriũ ad iura D.Franciſci (quã-
uis ex illa monialis) ſuccedere petat : erit
ipſum in gradu remotior,atq; propterea in-
ferius, quod proximiori in gradu ex aduer-
ſo conſeratur. Vincent idcircò illud ex gra-
dus prerogatiua. quod argumentosè ſatis,
vt ſueuit aduertit dictus Dominus *Franciſ-*
cus de Ponte d.conſ.40.nu.3.verſ. attenden-
do igitur.

42 Tùm quòd(ſac Monaſterium non ſibi re-
nunciatione præiudicium intuliſſet) nihi-
lominùs cùm in ipſum ex monialis perſona
ius ſit,tenebitur vtiq; ſtare facto per mo-
nialem, cuius perſonam induit; ſecundùm
Cagnol.in l.fin.n.207. C.de pactis. quem ſe-
quitur idem *Fabius Anna dict.conſil.45.*
n.97.& eodem modo admittit *Rouitus dict.*
conſ.42.nu.16. & 17.in fin.

43 Neq; firmitatem habebit,ſi obijciant: ve-
niret ſaltim Monaſterium, enormem ob læ-
ſionem,quòd nõ fuerit Monialis de paragio
dotata. ex latè traditis per *Couarr.in cap.*
quàmuis pactum. de pactis in 6. in 3.part.
relectIon.§.2.n.5.verſ.cæterùm ſi verum eſt.
& *Molinum de ritu nuptiarum dict.lib.3.q.*
96.& duabus ſequentibus.

44 Sat nempè fuit,Monialem nactam dotem
fuiſſe ad Monaſterij exigentiam , conſuetu-
dinemq; , atq; ad dotium quantitatem,qua
moniales alię in Monaſterio admittũtur, ne
læſa cenſeatur : cùm potiſſimùm, vita per-
durante,aſſignati fuere eidem annuatim du-
cati quindecim. *Vincent.de Franchis dec.*
44. ſequiturq; idem *Rouit. d.conſ.42.nu.3.*
& 4. idemq; *Couarr.vbi ſupra.Cutelli dict.*
diſcurſu 3.particula 6.nu.127.verſ.nec pote-
rit Monaſterium fol. mihi 579. Maſtrillus
d.dec.65.n.12. noſter *Maranta d. diſput.10.*
n.22.& 23.Gratianus Rotæ Marchiæ *deciſ.*
27.n.6.& 7.& ſeq.

Reſiduis autem obiectionibus , quæ per
Aduerſarios obiiciuntur, reſpondere operę-
pretium nobis viſum haud fuit; quòd illis
45 ſatis argumentosè reſponderit Illuſtriſſi-
mus Dominus Marcus Antonius Thomati
olim Maceratenſis Rotæ Auditor , nunc
Epiſcopus Bitetten. cuius viri laudes ipſæ-
met deciſiones doctiſſimæ prælis preſſæ cõ-

celebrant. Non igitur vltrà crepidam, vt veteri fertur Adagio, nobis obſtrepere licuit.

Quoad vtrumq; ergò caput ſatis apertum dictis Dominis de Vulpis, vti ſanguine proximioribus D. Franciſco Calò ab inteſtato defuncto, ius eſſe, nemo, qui ſanæ mentis fuerit, non videbit.

Iurè fecerunt proindè ipſi, qui ab inteſtato ordinarij Iudicis decreto ſucceſſionē ſubiere.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto, quin expetito meliori, ſaniorìq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, obligatio omnis euaneſcit.*
Vndè ſoluens liberatur. n. 2.
Eiuſq; fideiuſſores. n. 3.
Omniſq; hypotheca extinguitur. n. 4.
5 *Ceſſio, extinctis actionibus, inutilitèr fit.*
Quia qui nihil habet, transferre actiones non poteſt. n. 6.
7 *Cedi non poteſt quod non eſt.*
8 *Cedere contra ſe ipſum actiones nemo exiſtimatur.*
9 *Dotem inæſtimatam vir diſtrahere prohibetur.*
Vxore etiam conſentiente.
Ratio affertur. n. 10.
Vt neq; ſeruitutes dotali fundo debitas amittere, neq; nouas imponere maritus poſſit. n 11.
12 *Mulierum conditio per viros ne deterior fieret ſummoperè curauerunt Veteres.*
13 *Mulier poſt viri obitum, Præſidis permiſſu bonorum dotalium poſſeſſionem ingredi poteſt.*
14 *Dos viro data, eo fatali ſorte conſumpto, ad mulierem reuertitur.*
Et in rebus immobilibus ſtatim. n. 15.
16 *Tempore qui prior, in iure eſt potior.*
17 *Dotis prioritas, non à ſolutione, ſed à promiſſionis currit die.*
18 *Mulier in dote (à patre præſertim profecta) cauſam habet oneroſam.*
In donatione verò propter nuptias lucratiuam.
19 *Donatio propter nuptias acceſſoria eſt ad dotem.*
20 *Dotis cauſa ſemper, & vbiquè præcipua.*
21 *Dotes mulieribus conſeruari, Reipublicæ intereſt.*
22 *Dos in bonis mariti quàmuis ſit; mulieris tamen eſt.*
Vndè alienatum dotalem fundum poteſt mulier ex ſtipulatu redibere. n. 23.
Etiam è manu Fiſci. n. 25.
Etiam viuente viro n. 27.
24 *Dos marito datur, vt ex fructibus matrimonij onera ſubleuet. & n. 28.*
26 *Dictio, mox, pro confeſtim exponitur.*
29 *Mulier, etiam viro viuente, in dominio dotis naturalitèr permanet.*
Et alijs præfertur creditoribus. n. 30.
Quin omnem in ea habet prærogatiuam.
31 *Dos proprium eſt mulieris patrimonium.*
32 *Mulier in donatione proptèr nuptias tacitā habet hypothecam.*
33 *Donatio proptèr nuptias acceſſoria eſt ad dotem.*

ARGVMENTVM.

Dote genero per Patrem ſoluta, obligationes omnes, omneſq; hypothecæ extinguuntur, ac fideiuſſores liberantur. Quòd ſi vir fundum diſtrahat dotalem; matrimonio diſſoluto, iurè ad illum vindicandum vxor aget. quaſi ſuper bonis ſuis, non viri. Contra hæredes verò viri pro donatione experietur proptèr nuptias. Dotis verò hypotheca à die promiſſionis initium ducit, quàmuis ſolutio poſt biennium facta. præcedet proindè donationis proptèr nuptias promiſſionem.

RESPONSIO XXX.

Matrimonium iniuere inſimul Ferdinandus Faſanus, & Liuia Bettamanzo Minerbinen. anno 1604. 15. Auguſti. quām ob cauſam Matthæus Liuiæ genitor dotem pro ea Ferdinando conſtituit ducatorum mille, quos intra biennium ſoluere promiſit, & vterq; bona ſua omnia obnoxia dixit; ille de ſoluenda dote, hic de illa reſtituenda facto caſu reſtitutionis, nec non conſtituit Liuiç Ferdinandus donationem proptèr nuptias,

nuptias,ſiuè antefatum,vel Meſſium, vt vocant. Interim Ferdinandus rus, quod habebat,vẽdidit Matthæo Socero anno 1605. Matthæus rus ipſum, à Ferdinando emptum ſoluto pretio,eidem pro mille,dotis nomine pro Liuia ſponſis, dat anno 1606. menſe Iulio,die octaua. Ferdinandus rus ipſum in tertios diſtrahit,vendit, alienat.Qui anno 1640. vltimum dat vitę terminum. Liuia diſſoluto morte viri matrimonio, agere intendit ſuper rus in dotem a Matthæo datum,pro lucrata donatione propter nuptias, ſiuè antefato, vel Meſſio. Nam pro mille, dotis nomine viro ſolutis, ceſſionem refert ab hæredibus viri, expeririq; intendit aduerſus bonorum poſſeſſores Matthæi patris, qui & ipſe fatis conceſſit. Fit itaq; Quæſtionis ſtatus: agat ne rectè Liuia ad rus vendicandum pro donatione propter nuptias? & num iure, nec iniuria aduerſus poſſeſſores bonorum Matthæi genitoris ad dotem iudicio experiri valeat?

Nullam iurè eſſe actionem Liuiæ aduerſus poſſeſſores bonorum Matthæi genitoris, neq; ceſſionem hæredum Ferdinandi quicquam ei prodeſſe, reſpondendum cenſuimus.

1 Nimirum, quòd Matthæus verè dotem Ferdinãdo genero pro Liuia filia anno 1606. ſoluit. Diſſoluta proindè omnis eius fuit obligatio, ipſeq; liberatus. §.1. *inſtitutionibus,quibus modis tollitur obligatio*,Pomponius *lib*.35. ad Sabinum in *l. ſi creditor* 26. *ff.de ſolutionibus*. & *l.ſolutionem* 13.*ff eod.* rationem venamur ex eiuſdem Pomponij verbis *d.l.ſi creditor*. Quia, *quantum ei debebatur recepit. et l*.1. *ff. de ſolutionib. Vincent.de Franchis dec*.200.*n* 11. *&* 12.*Rota apud Coccinum Decanum deciſ*.211.*num*. 3. *& apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen.*deciſ*.259.*num*.17. *& deciſ*.323.*n*.1.*part*.2. & *apud Cardin.Caualer.dec*.99.*nu*.2. *& deciſ.* 619. la prima *num*.1. quæ ſanè deciſio in punctualibus noſtris terminis loquitur de
2 dote ſoluta:nam ſoluens liberatus eſt.quem-
3 admodùm & ipſius fideiuſſores. *l.non eſt ambigui iuris*. 2. *C.de fideiuſſoribus tutor. d* §.1. *in fin. Inſt.quibus modis tollitur obligatio*.Rota in *Romana fideiuſſionis* 21.*Maÿ* 1604.*coram Cardinal. Lancellotto deciſ*.43. *num* 1.*apud Marcheſanum part*.1. *fol*.770. *l.Stichum,aut Pamphilum* 95. §. *naturalis obligatio.& l.verborum obligatio*. 107.*ff.de ſolutionib*. Rota *apud* Card. *Manticam*
4 *deciſ*.146.*nu*.1. quin, & pignoris omne ius, omniſq; hypotheca extinguitur,ac pœnitùs abolet ur.*l*.1.§.*cùm venditor*. *& l*.2.*ff.quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur. l*.2.C.*ſi pignus pignori datum ſit*. Vlpianus in *l.ſi rem*.9.§ *omnis pecunia. & duabus ſequentib. ff. de pignorat.actione*. Martianus in *l.ſoluitur hypotheca*. 5.&§.1. & Vlpianus in *l.item liberatur* 6.*ff.quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur*.*l.ſi reddita* 3.*aliàs ſi. C.de luitione pignoris. Cephalus conſ*.590. *num*.5. Rota apud *Cardin. Manticam dict. deciſion*.146.*num*.3. *Rota Maceraten. apud Marcum Antonium Thomatis*, nunc Epiſcopum Bitetten.*dec*.51.*n*.24. *&* 25. *& dec*.53. *numer*.4. *Surdus deciſion*.308. *num*.9. *Gratianus forenſ. diſceptation. capite*.286. *num*.6.*&* 7.

5 Inanis proindè, extinctis actionibus viri ad dotem per ſolutionem,ceſſio fuit per hæredes viri Liuiæ facta.

6 Quid enim cedere ipſi potuere,quod minime habebant; aut quomodò actiones transferre, quæ ſolutione euanuerant? ad *text.*in *l.Papinianus* 28.*ff mandati,vel contrà. d*.§.1. *Inſtitut. quibus modis tollitur obligat.l.nemo plus iuris*.55.*ff. de regul.iur.*

7 Neq; cedi poteſt, quod non eſt.iuxtà Africani ſenſum in *l.eius, qui in prouincia*.41.*§. quarè.ff de rebus credit,et ſi certum petatur*. & *l.Modeſtinus reſpondit*.76.*ff. de ſolut*.ſequitur optimè in rem hanc *Surdus d. deciſ.* 308.*num*.8.9. *&* 10. *Gratianus d.cap*.286. *num*.6.*&* 7. poſt *Bart. in d. l. Modeſtinus, num*.4.*& Caſtrenſ.num.etiam* 4. *verſ. licet principalitèr. ff.de ſolutionib*. Rota *Maceraten.apud Thomatis d.dec*.51. *num*.24.*&* 25. *Menochius de præſumptionib. lib*.3. *præſumpt*.143.*num*.1.*& ſeq.Rota part*.2. *tom*.1. *in recentiorib.deciſ*.426.*nu*.4. *& deciſ*.450. *num*.3.

8 Alioquin contra ſeipſos pro dote conſequenda,nam ſoluta,iura Liuiæ ceſſiſſent Ferdinãdi hæredes,quod æſtimandum non eſt. ad *tex*.in *l. ſi peculium* 6 §.1.*ff.de peculio legato.Bald.in l*.2. *C.an ſeruus ex facto ſuo. Rot.d.dec*.450.*num*.3.*part*.2. *in recentiorib. tom*.1.

Sunt itaq; integræ actiones Liuiæ ad rus vindicandum à viro diſtractum, in dotem à
9 Matthæo genitore datum, atq;ſolutum; malè enim, quin peſſimè per virum diſtractum fuit in dotis fundum deſtinatum: cùm obſtaret ei lex(in fundo non æſtimato præſertim) ne alienare, neq; hypothecare valeret; Vxore etiam conſentiente.*l.vnic*.§.*& cùm lex Iulia,C.de rei vxoriæ actione*.

10 Ea ſanè ratione, quam Imperator §.1. *in fin. Inſtitutionib. quibus alienare licet,vel non*.reddit: *Ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur*. Idemq; ſtatuit Iuſtinianus Cæſar Auguſtus in *authentica. vt immobilia antè nuptialis donationis.in fin.§. Et multò potius hæc in dote.collat*.1.& Imperatores Seuerus, & Antoninus in *l* 1 *C.de fundo dotali*. Caius in *l. lex Iulia* 4. *ff. de fundo dotali*.plura in hanc rem deducit *Iacobus Thomingius dec. Lypſiens*. 31. *numer*.22.*& ſeqq. Gratianus diſceptation.forenſ.part*.5.*cap*.985.*num*.4. *& ſequent. Marcus Antonius de Amatis Rota Marchia deciſ*.62.*num*.26. *&* 27. Vt nequè

ſer-

11 ſeruitutes fundo dotali debitas amittere, neq; ei alias imponere Maritus poſſit. vti Vlpianus ex Iuliano lib.16. digeſtorum in l.Iulianus 7. ff. de fundo dotali,ea ratione, quam ipſe in §ſed nec libertas 6.ff. eodem, reddit: Ne per hoc deterior conditio pradij fiat.& hoc ſummopere Veteres curauere:
12 ne mulieris deterior conditio fiat. vti Paulus lib.30. ad edictum in l.de die 14.in fin. ff. de pactis dotalib.dixit.quin exiſtimauit Proculus lib.16. epiſtolarum in leg. Attilicinus 17.ff eod. Pacto meliorem conditionem mulieris fieri poſſe, deteriorem non poſſe. & ſequuta fuit Rota apud ſanctæ Memoriæ Gregor.XV.dec.317.n.6.in fin.
13 Reſidua eſt ergò mulieri actio poſt viri diem vltimum, auctoritate competentis Iudicis, rerum dotalium poſſeſſionem ingrediendi,vti Valerianus, & Gallienus Cæſares in l.dotis actione 9. C. ſoluto matrimo-
14 nio.edixere. Dos enim, quæ data vxori fuit, viro larali ſorte conſumpto, ad eandem reuerti debet, quàm ad eam recurrere fecit obitus maritalis. vt Imperatores Honorius, & Theodoſius Mariano Præfecto Prætorio in l.fin.C.ſoluto matrim.reſcripſere. Et
15 hoc quidem ſtatim in rebus, quæ ſolo continentur. d.l.vnic.§.exactio autem dotis.C.de rei vxor.actione.Farinacius in repertor.de contractibus q.34.num.17.poſt Ioſephum Ludouic.in communib.opinionib.concluſ.56. verſ quando verò dos. Cotta in memorabilib. verbo dos ſoluta matri.

Quam ob cauſam nihil eſt, quòd ad ius illa conuolet, vt donationem antè nuptias, ſiuè antefatum redibeat, exiſtimans ad bona patris regreſſum habituram, vt ſemel ſolutam dotem,conſequatur iterùm; eo ducta principio, quòd fundus dotalis euictione retentus fuerit proptèr donationem antè nuptias,quæ dotis ſolutione præceſſit,
16 vt ſicuti tempore,ita iure ſit potior,ad regulam.qui prior.54.de regul.iur.in 6.
17 Præterquam quòd enim dotis anteceſſio à die incipiat promiſſionis,vt ad eam retrotrahatur; facta quàmuis ſolutio fuerit conſequentèr(poſt biennium videlicèt) à contracto matrimonio. vti Papinianus lib.2. quæſtionum in l.1.ff qui potior. in pignore habeantur.reſpondit: Non vtiq; (dicens) ſolutionum obſeruanda ſunt tempora: ſed dies contractæ obligationis, & ſequitur Afflictus dec.402.num.9. Couarruuias lib.1. variarum reſolut.cap.7.nu.6. verſ. cæterum egregia.Gratianus forenſ.par.1.cap.53.n.3. & ſeq.Negusſant. de pignorib. in 4. membr. 2.part.num.78.& 79.ſequitur Ioannes Griuellus Senatus Dolani deciſ.133.nu.1. & 3. cum ſeq. per tot. Iacob. Thomingius deciſ.Lipſien.36.n.1.& n.6. Rota apud Card.Caualer.dec.436.n.6.

Nihilominùs tamen, nec donationis
18 proptèr nuptias cauſa,ſiuè poſt nuptias,vel antefati(quocunq; modo dixeris) mulier ſe abdicare fundum poterit dotalem; dotiue,(à patre præſertim,in qua onerofam cauſam habet filia) donationem antè nuptias
19 præferre,quæ acceſſoria ad dotem, vti pediſſequa accedit, ac lucri titulo acquiritur.
20 cum ſit aliàs dotis cauſa ſemper, & vbiquè præcipua. Pomponius vt loquitur lib.15. ad Sabinum in l.1.ff ſolut.matrim. Rationemq;
21 ſubnectit ipſe: Nam & Reipublicæ intereſt (inquiens) dotes mulieribus conſeruari: cùm dotatas eſſe fœminas ad ſobolē procreandam,replendamq; liberis Ciuitatem, maximè ſit neceſſarium. ſequiturq; perpenſionem hanc d.Griuellus d.deciſ.133.num.3. & ſeq. & poſt Bald.in l.aſſiduis num.3.verſ.nouercas,C.qui potior. in pignor. habeantur, Gratianus forenſ.part.1.d.cap.53.num.11.& 12.
22 Quàmuis enim in bonis mariti dos ſit,mulieris tamen eſt. vt Triphonius lib.6. diſputationum. in l. quàmuis 78. ff. de iure dotium. dixit. rationem reddens: quare ſi
23 (æſtimatus præſertim) fundus in dotem datus,marito euincatur,poſſit mulier ex ſtipulatu agere,vt fundum redibeat:Pro eo(inquiens)quòd eius intereſt, non eſſe euictum, quod in dotem fuit: quodq; ipſa euictione pati creditur,ob id,quod eum in dotem ha-
24 bere deſijt.Eo quippè animo fundus marito datus fuit, vt fructus lucraretur, ex quibus matrimonij ſubſtinere onera poſſet. iuxtà Pauli ſenſum lib.7.ad Sabinum in l ſi fundus 9. in princip. ff. ſoluto matrim. quem ſequitur Igneus in l.1.§ ſi vir, aut vxor. num. 163.ff.ad Syllanian.& eum Gratian.forenſ.
25 part.5.d.cap.985. num.7.Vt è manu quoq; Fiſci, ob viri crimen conſtante matrimonio admiſſum, manu iniecta mox vindicare valeat. vti Imperatores Archadius, & Honorius Cæſario Præfecto Prætorio edixere.in leg.ſi quis poſt hac 9.C.de bonis proſcriptorum.& ibid.Angelus de Peruſio,ſequiturquè Gregorius de Cabedo Luſitanus deciſ.183.
26 num.9.& 10.perpendens aduerbium illud mox,quaſi confeſtim vxori reddenda ſit dos, vt neq; momento in manu Fiſci eſſe debeat,
27 nec etiam viro viuente,cui ad onera ſuble-
28 uanda matrimonij dos data fuit. l.pro one-
29 ribus. 20. C. de iure dotium. Vindicabit proptereà fundum in dotem datum mulier, qui ab initio eius fuit, & naturalitèr in eius
30 permanſit dominio, omnibus alijs poſthabitis creditoribus,quia omnem in eo mulier habet prærogatiuam. Vt Iuſtinianus Imperator Demoſthens Præfecto Prætorio reſcripſit in l. in rebus dotalibus 30.C.de iure dotium.

Non itaq; in illum pro donatione, proptèr nuptias, ſiuè antefato aget. Ille enim,
31 vtpute dos, proprium eſt eius patrimoniū, ad text.in l. Pomponius Philadelphus.36. ff. familiæ erciſcundæ. Vlpianus in l. in eum 16.ff. de Religioſis, & ſumpt. funerum.

idem

Digitized by Google

idem Vlpianus in *l.3.* §.*nec eo mouemur. in fin.ff.de minorib. Quoniam* (inquiens) *dos ipſius filiæ patrimonium eſt.*ſequitur *Gratian.forenſ.part.3.c.556.n.1.*

32 Pro donatione verò antè nuptias aduerſus viri hæredes experietur, cuius bona ſunt ei etiam tacitè hypothecata, proptèr dotem enim, & proptèr nuptias huiuſmodi
33 fiunt donationes, vt acceſſoriæ ſint ad dotem, non eam præcedant. vt Iuſtinianus Cæſar in *l. cùm multa* 10. aliàs *fin.* C.*de donationib. ante nuptias.*decernit. *Neguſant. de pignorib part.2.memb.4.num.71. Gratianus forenſ. part.1.d. capit.53. num. 8. 9. & 10. Gaſpar Anton. Theſaur.quaſt. forenſ.lib.2. q.9.nu. 12.*

Exempta igitur bona erunt Matthæi genitoris Liuiæ, qui ei dato rure dotem ſoluit.

Atquè ità ex his, ſeuerioris Ariſtarchi iudicio non ſubmoto, reſpondendum cenſuimns.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Ignem ne gladio fodito. ex ſymbolis Pythagoricis illuſtratur.*
2 *Naturæ hominum maleficijs non exagitanda.*
3 *Defenſio à natura ipſa deſcendit. & n.24.*
Et vt iniuriam vi repellamus.
4 *Vim vi repellere omnia iura, omneſq; leges permittunt. & n.7.*
Hominem homini inſidiari nefas.
5 *Adagium: Et Muſca ſplenem habet, & formica bilem.*
Braſidæ Lacedæmoniorum Ducis fortiſſimi dictum, cùm eum ſorex momordiſſet.
6 *Leo terroris ſymbolum.*
7 *Occidens iniuſtum agreſſorem pœnam nullam meretur. & n.15.*
Quod enim ille fecit, paſſus eſt.
8 *Pœnam non meretur, quod fit ad defenſam.*
Quia vim vi ferire conceditur.
Et culpa pœnès eum, qui primò percuſſit, reſidet.n.9.
Etiamſi in defendendo modum exceſſerit. num.10.
11 *Naturalis ratio aduersùs periculum ſe defendere permittit.*
12 *Lege quod fit permittente, pœnam non meretur.*
13 *Damnum non facit, qui facere ius habet.*
Quod exaudi formalitèr, licet materialitèr damnum faciat.n.14.
15 *Agreſſorem in dubia vita occidens calumniam non meretur.*
Etiam in foro interiori.n.16. & 17.
Quia actus huiuſmodi licitus eſt. n.23.
17 *Accurſij Gloſſ. in l. vt vim 3. verbo. nam iure. de iuſtit. & iure. reprehenditur.*
Acerbum æſtimari non debet, ſi idem fiat in eo, quod in alio facere tentauit.
18 *Defenſionis modum excedens, ſi homicidium ſequatur, irregularis efficitur.*
19 *Irregularitas, etiam ſine peccato, contrahitur. & n.45.*
20 *Defendens ſe, & vitam propriam, etiam ſi occidat, irregularis non efficitur.*
Etiam ſi præueniat, neq; expectare debet, vt feriatur.n.21. & n.36.
Secus ſi poſt percuſſionem id faciat.n.22.
25 *Melioris conditionis non eſſe debent deprauati homines, quàm boni.*
26 *Clerici poſſunt aduersùs malefactores apud Iudices querelam habere.*
Ratio affertur.n.27.
28 *Agreſſorem occidens, ſi mortem alitèr vitare non poſſit, irregularis minimè efficitur. & n.35.*
Ratio affertur.n.29.
30 *Animus & verbis fit palàm, & factis.*
Factis autem meliùs.n.32.
31 *Verba ſunt eorum, quæ ſunt in anima paſſionum, n· tʒ.*
33 *Iteratio actus animi machinationem oſtendit.*
34 *Mulier iteratò pro alio intercedendo, Velleiano non iuuatur.*
37 *Inc. lpata tutela modum ſeruans irregularis non efficitur ſe defendens. ſecus ſi modum excedat num.51.*
38 *Agreſſo fas eſt ſe tueri, quocunquè modo id fiat.*
Quod prudentis Iudicis arbitrio reijcitur num.39.
39 *Iudex in dubio, ſe defendentem, irregularem iudicare minimè debet. & n.54.*
41 *Exceſſus in moderamine inculpatæ tutelæ irregularitatem cauſat.*
Secus ſi nullus fuit exceſſus.n.42.
Quia ſtateram in manu habere non debet.num.43.
Exceſſus autem debet eſſe notabilis, & peccaminoſus.n.46.
Exceſſum probare debet, qui ſe fundat in illo.n.47.
44 *Mortis imminens periculi ſenſus perturbat.*
Cain toto vitæ ſuæ tempore tremuit timore mortis.
48 *Sacri Concilij Tridentini tex. ſeſſ.14. cap.7. de reformat. perpenditur.*
Neq; infirmauit diſpoſitionem Clement. v ni: de homicid.n.50.
49 *Diſpenſatio irregularitatem ſupponit.*
53 *Irregularem quis in dubio ſe exſtimare debet.*

AR-

Google

ARGVMENTVM.

Irregularitatem an contraxerit Sacerdos, qui alitèr mortem effugere non valens, neq; etiã fuga, agreſſorem vulnerauit, vndè & mors conſequuta fuit? Et quid ſi modum exceſſerit? Quando verò moderamen inculpatæ tutelæ ſeruaſſe dicatur. Vndè Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 14. *c.* 7. *de reformat.* perpenditur.

RESPONSIO XXXI.

1 IGnem ne gladio fodito. in Pythagoricis ſymbolis erat ſcriptum. eſt enim, vt Porphyrius voluit, ignis naturæ
2 ſymbolum; quòd voluerint, non eſſe hominum naturam maleficijs exagitandam.
3 Naturale quippè principium eſt, inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua inuectum: Violentiæ per vim repulſio. *can. ius naturale* 7. *diſt.* 1. Alexander Tertius in *cap. ſi verò alicuius*, 3. *de ſentent. excommunicat.*
4 *extrà.* Cùm vim vi repellere omnes leges, omniaq; iura permittant. & ijſdem verbis Innocentius Tertius in *cap. ſignificaſti nobis*. 18. *in fin. de homicid.* Florentinus *lib.* 1. Inſtitutionum in *l. vt vim* 3. *ff. de iuſtit. & iur.* rationem reddens: *Nam iurè hoc euenit,* (dicens) *vt quod quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit, iurè feciſse æſtimetur.* Et nefas ſit hominem homini inſidiari. Paulus quoq; *lib.* 10. ad Sabinum in *l. ſcientiam* 46. §. *qui cùm alitèr*, *ff. ad legem Aquiliam.* Vlpianus etiam *lib.* 2. ad edictum in *l. ſed & partus.* 12. §. 1. *ff. de eo, quod vi, metuſq; cauſa geſtum eſt.* rationem ſatis concinnam ad rem reddens ex Pomponio *lib.* 28. quæſito reſpondente, quatè ei, qui vim fecerat, paſſo vim, non ſuccurrat Prætor? *Nam cùm liceat* (inquit) *vim vi repellere; Quod fecit, paſſus eſt.*

Non itaq; ignis gladio fodicandus; ne in fodicantem inſurgat.

Nec abre, quin rectiſſimè veteri dicatur Adagio:

5 *Et muſca ſplenem babet, & formica bilem.*

Vndè apud Plutarchũ illud Braſidæ fortiſſimi Ducis Lacedęmoniorum memoratur, quem cùm ficus legentem ſorex momordiſſet: O bone Iuppitèr, inquit, nullum eſt tam minimum animal, quem ſui defendendi, aut periculum vitandi, cũ ſit opus, occaſiones non perquirat. Dixitq; P. Mimus in ſuis ſententijs: Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam. Nihil enim tam minutum, quod non poſſit aliquid. apud *Tuillium* in emblemate Alciati 169. *in fin.*

Hoc ipſum fecit, de quo factum proponitur. Quidam Canonicus Melphicten. cum apud Iudicem debitorem ſuum interpellaſſet, quamuis ſibi ſanguine iunctum: Ira percitus ille, poſt nonnullos dies hunc pluries, vt necaret, petijt. præcauebat ſibi itaq; Canonicus, & quòd grandeuus ætate eſſet, & quod malè affectus, & quòd etiam oculorum affectione prægrauaretur, & deniq; quòd eius non eſſet, armis pugnare. Vt ſe tamen tueri poſſet, licentia à ſuo Superiore ſibi facta, medio enſe, ſub talaribus vtebatur veſtibus. Timebat porrò ſibi ab homine hoc ſæuo, qui necare ipſum iuramento etiã firmauerat. Quadam igitur die obuium hũc habuit, qui ſtricto gladio Sacerdoti mortem minabatur: tuetur ille ſe medio illo enſe educto, atque bis ex eius manibus egreſſus, in apothecam quandam ſe recepit, clauſoq; oſtio diſceſſum præſtolatur ſacrilegi hominis. qui ſeceſſum ſimulans, in abditum parietem ſe occulit. Qui aderant, abijſſe illum putantes, Sacerdoti, vt ſecurus egrediatur, inſinuant, ſeq; domum recipiat. Egreditur itaq; Sacerdos, ſed inſurgit aduerſus eum denuò ferus hic homo è latebris egreſſus, ſtrictoq; gladio mortem acritèr comminatur, (*Mò la finimo*) dicens: tuetur ſe Sacerdos, quantum ſibi permittitur. Adeſt tamen Dei iudicium: nam ſacrilegus ille, cùm iuuẽta polleret, & fortis, ac ſtrenuus ad pugnandum eſſet, nulloq; teneretur impedimento, inter pugnandum caſu in terrã vadit. Sacerdos ſe tuendo: vel quòd ſibi, etiam
6 à mortuo leone, timeret. (Quoniam hoc fortiſſimum animal omnibus aſpicientibus timorem incutit. vnde terrorem ſignificantes Leonis caput pingunt. vti *Tuillius in emblemate* 57. Alciati doctiſſimi, eruditiſſimiq; viri adnotat.) Vulnus tibiæ infigit. atq; in pedes ſe dat, domũq; repetit. Homo ille fetus ex vulnere in diem quartum vitæ terminum facit.

Hoc è medio ſublato, Vxor, atq; Germanus eius aduerſus Sacerdotẽ de occiſo homine apud Epiſcopum iudicium habent. Et
7 quidèm, quòd nullam mereatur pœnam, cũ aggreſſus ſe defendendo fecerit. nõ vlciſcendi animo: Quod enim ille fecit, paſſus eſt. ex Pomponio Vlpianus *dict. leg. ſed & partus* 12. §. 1. *ff. de eo, quod metus cauſa.* reſpondit. & Paulus d. l. ſcientiam 46. §. qui cùm aliter, ff. ad leg. Aquil. *Qui cùm aliter* (dicens) *ſe tueri non poſſent, damni culpam dederunt: innoxij ſunt. Vim enim vi defendere,*

Digitized by Google

dere, omnes leges, omniaquè iura permittunt.
8 quem *text. Bart.* ità ſummat: *Quod ſit ad*
defenſum, pœnam non meretur. Rationem
reddit idem Paulus ibidèm in fine: *Illum*
enim,(inquiens) *qui vim infert, ferire con-*
9 *ceditur.* Culpam autem penès eum, qui
prior percuſſit, reſidere. Vt Alphænus *lib* 2.
digeſtorum in *l. ſi ex plagis* 53. §. *Taberna-*
rius. in fin. ff. ad legem Aquiliam. docet. &
ſequitur apertiſſimè, & ad rem noſtram ſa-
10 tis concinnè; etiamſi in defendendo mo-
dum exceſſiſſet. *Gloſſ. in d. cap. ſignificaſti.*
18. verbo *tutelæ. de homic.* quæ allegat *tex.*
it. leg. itaq; ſi ſeruum 4. *ff. ad leg. Aquiliam.*
quo loco Caius *lib.* 7. ad edictum Prouin-
ciale, ita diſertiſſimis verbis loquitur. *Itaq;*
ſi ſeruum tuum latronem, inſidiantem mihi
11 *occidero: ſecurus ero: Nam aduerſus pe-*
riculum naturalis ratio permittit ſe de-
fendere. Non igitur pœna feriri eum
oportet, qui permittente lege, quin
natura inſtructice, ad ſui fecit de-
12 fenſionem. *quod enim legitimè factum eſt,*
nullam pœnam meretur. vt decernit Alexan-
der Cæſar in *l. Gracchus* 4. *C. ad l. Iuliam de*
13 *adulter.* Nec damnum fecit, qui facere ius
habuit. ex Paulo *lib.* 64. ad edictum in *l. ne-*
mo damnum 194. *ff. de regul. iur.* & loquitur
Gloſſ. ibidem in re ipſa noſtra exemplum in-
ferens: *Pone*(dicens) *ſi quis dedit damnum,*
cùm aliter ſe tueri non poſſet? non videtur
14 *dare damnum.* formaliter quidèm, quamuis
materialitèr damnum inferat. quod aduer-
tit *Glo. ibidem in fin.* & apertiſſimis id diſpo-
nit verbis Gordianus Cæſar in *leg. is, qui*
agreſſorem. 2. *C. ad legem Cornel. de ſicarijs,*
15 dicens: *Is, qui agreſſorem, vel quemcunquè*
alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus
occiderit, nullam ob id factum calumniam
metuere debet. & idem in *leg.* 3. & Gallienus
Cæſar *in l.* 4. *C. eod.* Stephanus V. Papa Si-
chiberto Corſicæ Epiſcopo in *can. quia te*
35. 50. *diſt.* pluribus rem hanc elucidat *Ber-*
nardinus Graue. ad Cameram Imperialem
lib. 2. *concluſ.* 110. *conſiderat.* 1. *n.* 1. *& ſeqq.*
latè pertractat materiam *Farinac. q.* 125.
conſtituendo regulam à *numer.* 1. *cum ſeqq.*
16 & hanc ſententiam in foro quoq; conſcien-
tiæ locum habere, ſequitur *Iulius Clarus lib.*
5. *§. homicidium. n.* 24. *verſ. excuſatur autem.*
17 Quam ob cauſam iure carpitur Accur-
ſius in *d. l. vt vim* 3. *ff. de iuſtit. & iure,* in
Gloſſ. verbo *nam iure.* ſcilicet fori, non cœli,
quam ſequitur *Iaſon n.* 22. quaſi velit; de-
fendentem ſe, atq; ad ſui defenſionem occi-
dentem, quamuis iure fori, in externo ſcili-
cèt iudicio, excuſetur, non excuſari verò iu-
re poli, & interiori in conſcientia, ac iure
cœli. Verum conſtans eſt omnium Theolo-
gorum ſententia, nulla conquinari ſanimis
macula, qui ad iuſtam ſui defenſionem in-
uadentem morti addicit: quia ab ipſo na-
turæ principio talis eſt licita defenſio, & ex
accidēti euenit mors hominis, cùm occi-
dens, non mortem, ſed ſui defenſionē, pro-
priæq; vitę conſeruationem intendat, vndè
nulla hic illiciti immiſcetur ratio. quod ad-
uertit *S. Thomas* 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. ſequiturquè
Couarruu. in clement. ſi furioſus. 3. *part re-*
lect. in §. ſequenti. num. 1. ità quoq; *Petrus*
Binsfeldius de iniurijs, & damno dato cap. 1.
q. 5. *in* 1. *concluſ. & ſeqq. Antonius Fernan-*
des in examine Theologiæ moralis part. 2.
cap. 10. *de irregularit. & homic.* §. 14. *nu.* 9.
Diana reſolut. moralium part. 5. *tract.* 4. *de*
homicid. reſolut. 1. *&* 2. *Petrus Cenedus ca-*
nonicarum quaeſtion. q. 24. *numer.* 16. Nec
acerbum id æſtimari debet: ſi idem fiat in
eo, quod ipſe in alio facere tentauit. vt ex
Sexto Cœlio refert *Aulus Gellius* noctium
acticarum *lib.* 20. *cap.* 1. *fol. mihi* 538. *in fi.*

Verùm quod difficultatem in hac re facit
eſt: an quidem in irregularitatem hic dede-
18 rit Sacerdos? quòd videatur modum in de-
fenſione exceſſiſſe iuxtà *text. d. cap. ſignifica-*
19 *ſti* 18. *de homic.* Irregularitas vero conſe-
quitur actum homicidij; *Etiam ſi ſit abſq;*
peccato. vt patet in Iudice, qui iuſtè aliquem
condemnat ad mortem. Et propter hoc Cleri-
cus, etiam ſi ſe defendendo interficiat aliquē,
irregularis eſt, quamuis non intendat inter-
ficere; ſed ſe ipſum defendere. vt loquitur S.
Thomas d. q. 64. *art.* 7. *ad tertium.* & facere
videtur textus Sacroſanctæ Tridentinæ Sy-
nodi *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reformat.*

In nullam autem hanc dediſſè irregulari-
20 tatem affirmandum cenſemus. Quicquid
nempè hic fecit Sacerdos, ad meram ſui de-
fenſionem fecit, propriæque vitæ conſerua-
tionem: in nullam proindè incidit irregula-
ritatem.

Probatur maior, quia ex his, quæ in facto
hoc accidere, atq; ex teſtibus, tū Fiſci, tū ad
defēſiones habetur; Agreſſor hic animo adeò
obfirmato, & infrunito erat hunc interimē-
di Sacerdotem, vt nullo modo diuelli poſ-
ſet, quin irrueret in eum, cùm iàm tertiò rei-
teraſſet, vt eum necaret.

21 Non itaq; expectare debebat, vt eum in-
terimeret, neq; vulneraret, & poſt factum la-
pidem remedium quæreret. Firmam aſſer-
tionem hanc reddit *Gloſſ. verbo tutelæ.* in
d. cap. ſignificaſti. 18. *de homic.* de irregulari-
tate in terminis haſce noſtris loquens: *Ala.*
& Ioan. diſtinguunt(dicens) *an fiat vis per-*
ſonæ, an rebus. ſi perſonæ, tunc
antequàm ſit vis illata, repellenda eſt. &
ſi aliquis vim factam repellat, potiùs
præſumi debeat. quòd defendendi, non vlciſ-
cendi cauſa hoc fiat, dummodò in ipſo nego-
tio hoc fiat. ff. ad legem Aquiliam. ſi ex pla-
gis. §. tabernarius. *& hoc ſi primus percuſſor*
22 *denuò volebat percutere: alioquin ſi nolebat*
ipſum repercutere, & alter percuſſit, potiùs
dicitur eſſe vindicta, quàm repulſio iniuriæ,
& hoc æquum videtur. Seruatur enim mo-

deramen, ſi illud tantum fiat, quo om iſto vio-
lentia repelli non poſſet. Si ergò violentum
interficis, ſic quòd periculum mortis ab eo
vitare non poteris, eum ſine pœna interficis.
ff. ad l. Aquiliam l. 4. & C. ad legem Corne-
liam de ſicar. l. 2 & 3. ſic adamuſſim ad rem
hanc Gloſſ. expendit.

At nullo pacto mortis periculũ ab agreſ-
ſore vitare poterat hic ſacerdos, vt iurè di-
cere potuiſſet, quod Dauid Ionatę. 1. *Regum*
20. 3. dixit: *Viuit Dominus, & viuat ani-*
anima tua, quia vno tantum (vt ita dicam)
gradu ego, morſque diuidimur. Interemiſſet
omnino illum, quem tertiò irreuerenti ani-
mo, & infrunito, (iuxtà illud Eccleſiaſtici 23.
6. *Et anima irreuerenti, & infrunita ne*
tradas me.) vt occideret appetierat, ſi è terra
23 ſurrexiſſet. Licuit ergò ei ab imminenti
ſe periculo, agreſſorem etiam occidendo li-
berare: quia actus huiuſmodi (cum propriè
vitæ conſeruatio intendatur. & ex accidenti
mors alterius) eſt omnino licitus, neq; illiciti
rationẽ vlla habet. ſecundũ *S. Th. d. art. 7.* &
ibid. *Caietan. verſ. ad hoc dicitur. in fin.* Et
facit ratio, quam Cicero 1. *officiorum lib.* tra-
24 dit: *Quia omni generi animantium à natura*
tributum eſt, vt ſe, vitam, corpuſq; tueantur.
& in oratione pro Milone. *Silent enim leges*
(inquiens) *inter arma: nec expectari iubent,*
cùm ei, qui expectare velit, ante iniuſta pœ-
na luenda ſit quàm iuſta repetenda. quem
ſequitur *Couarr. d. §. ſequenti. num. 1. & Pe-*
trus Binsfeldius. d. q. 5. concluſ. 1. Diana dict.
reſolut. 1. Antonius Fernandes dict. cap. 10.
§. 14. num. 9. Nauarrus conſil. 6. numer. 3. &
ſeq. lib. 5. de homicid. & conſ. 36. nu. 2. eod. tit.
Petrus Cenedus canonicar. quæſtionum
q. 24. num. 11. & 12. Sayrus in Theſauro de
cenſuris lib. 6. cap. 17. num. 1. & ſeqq. Petrus
Nauarr. de reſtitut. lib. 2. cap. 3. à num. 328.
25 ac proprius *num. 3. 2.* rationem reddens:
alioquin melioris conditionis deprauati, ac
profligatæ vitæ homines, quam boni eſſent,
ſi impunè quem vellent occidere poſſent;
eluſoriumq; naturæ principium redderetur,
quo vim vi propulſare docemur, ex ratio-
ne, quam ſimili modo reddit Bonifacius
VIII. in *cap. prælatis 2. in fin. de homic lib. 6.*
26 quarè liceat Clericis de ſuis malefactori-
bus apud ſecularem Iudicem querelam ha-
bere, quamuis ad ſanguinis proindè pœnam
ſit aduerſus illos Iudex proceſſurus, ob me-
tum fortaſsè quòd in irregularitatem darēt?
27 *Alioquin* (inquiens) *ſi Prælati, aut Clerici*
propter metũ huiuſmodi (quia Iudex ad pœ-
nam ſanguinis poſſet procedere de ſuis male-
factoribus) taliter conquari nõ auderent; da-
retur pleriſq; materia trucidandi eoſdem,
& ipſorum bona liberè deprædandi. & con-
28 cinit diſpoſitio Clementis V. in Concilio
Viennenſi in *Clementina ſi furioſus. vnica*
de homicid. Dicentis, ac decernentis: *Et idē*
de illo cenſemus, qui mortem alitèr vitare
non valens, ſuum occidit, vel mutilat inua-
ſorem. dilucidat diſpoſitionem *Gloſſ.* in verb.
non valens. ſtrictè ad rem hanc, qui dicatur
non valens aliter mortem effugere explicãs.
Vt quia inangulatus erat, vel ſic arctatus,
quòd fugere non poterat, nec ſe iuuare cla-
more, nec aliter. ſequitur quoq; hanc ſenten-
tiam *Bonacina tom. 1. de cenſur. diſput. 7. de*
irregularitate q. 4. punct. 6. per tot. Barboſa
de officio Epiſcopi part. 2. alleg. 39. num. 56.
Petrus Cenedus d. q. 24. num. 11. 12. Bernar-
dinus Graue. dicta concluſ. 110. conſider. 1.
numer. 9. & 10. & num. 28. Auila de cenſur.
par. 7. de irregularit. diſp. 5. ſect. 3. dub. 1. Ae-
gidius de ConinK de cenſur. diſput. 18. dub. 9.
num. 73. & 88. Nauarr. manual. cap. 27. ſub
numer. 213. Molina de iuſtit. & iur. tom. 4.
tract. 3. diſput. 11. per tot. rem hanc optimè
elucidans *Cardinalis Toletus Inſtructionis*
ſacerdotalis lib. 1. cap. 80. numer. 3. & ſeq. &
num. 8. rationem reddens: quia defenſio ſui
29 fundamentum habet in iure naturali, quod
comune eſt, etiam *Brutis*, nedùm Eccleſia-
ſticis.

30 Quo verò animo hic eſſet aggreſſor ad-
uerſus hunc Sacerdotem affectus, vt eum
morti traderet, & verbis palàm fecit, & fa-
ctis, ad *text. in can. quiſquis rebus 1. 41. diſt.*
& *canon. ſi rector. 1. per tot. 42. diſtinct. gloſ.*
in cap. fin. verb. *ſubarrauit. in fin. de deſponſ.*
impuber. Barboſ. aſſiom. 93. num. 3. verbis
quidem, quando tertiò eum aggrediens,
dixit (*mò la finimo*) deliberatum oſtendens
animum complendi Sacerdotis huius dies.
31 Verba enim eorum, quę in anima, ſunt paſ-
ſionum notæ. ſecundum *Ariſtotelem 1. pe-*
ribermenias. & Celſum in *leg. Labeo 7. §. id*
Tubero, ff. de ſuppellect. legata. Barboſa aſſio-
32 *mate. 221. num. 2.* factis, (quæ potentius ani-
mum indicant) *Barboſa d. aſſiomate 93. nu. 9.*
& 10. quia non ſemel, ſed tertiò eodem
mane hunc agreſſus fuit; & ſecundò, cum
ille ſe in apothecam recepiſſet, huius iniquã
iram, vt effugeret; ſe retrò parietem occu-
lens, diſceſſum ſimulans, latebraſquè obſer-
uans, vt egredientem poſtmodùm maiore
impetu aggrediẽs fine proſterneret vltimo.
33 Iteratio porrò ipſa, quam gerebat in corde
machinationem, apertam facit. argumento
text. in can. ſi quis iratus 4. 2. q. 3. cum no-
tatis ibi per *Gloſſ.* verbo. *iterare.* ſequenti-
bus loquentem. *Hoc ideò dicit, quia ſi ite-*
rauerit conuitium, non videtur ex iracun-
dia, ſed ex deliberatione. allegat *tex.* in *l. ſi*
mulier. 22. C. ad Senatus Conſultum Velle-
34 *ianum.* quatenùs probat: Mulierem etiam
poſt annum iteratò pro alio intercedendo,
Velleiano minimè iuuari. iteratio quippè
actus, pro ſe, ſuaq; cauſa ſe obligaſſe, oſten-
dit. argumento etiam *text. in l. Balliſta 22.*
vbi Bald. & Doctor. ff. ad Senatus Conſult.
Trebelleanum can. hi, qui altario 2. in fin.
vbi etiam *Gloſſ.* verbo. *iterato. 15. q. 8. can.*
quòd

quòd ſi pœnitentiam.5. vbi Gloſſ. verb. reuer-
ſæ. 27 q.1. Felinus in cap. ſi cautio. 14. col. 10.
n.39. verſ & proptereà dicit. de fide inſtru-
ment. diximus reſponſ. noſtra 84. n.12.13. &
14. part. 3.
35 Iuſtè igitur timere ſibi potuit Sacerdos
hic, ſi ſurrexiſſet hic homo fetus, maiori im-
petu in eum irruiturũ, ac deniq; interempturum.
arctarum ſe proptereà vidit, vt ſe de-
fenderet, etiam iacentem occidendo. In
nullam proindè irregularitatem dedit. quia
ſe defendendo fecit, mortem alitèr vitare
nõ valens. d. Clement. vnic. de homic. Nauar.
d. cap. 27. ſub n. 211. verſ. dixi extrà neceſſita-
tem, & d. conſ. 6. num. 5. de homicid. Auila
ſatis apte d. diſput. 5. ſect. 3. dub. 2. præſertim
36 in 2. concluſ. dicens: Licitum eſt vti præ-
uentione: non enim requiritur expectare
primum ictum, ſed eo ipſo, quòd eſt in pro-
babili diſcrimine mortis, poteſt occidere. &
Sayrus lib. 6. dict. cap. 17. num. 1. Cardinal.
Tolet. d. lib. 1. cap. 80. num. 6. & num. 8. Pe-
trus Cenedus canonicarum quæſtionum d.
q. 24. num. 3. circà fin. Bonacina d. punct. 6.
num. 1. & in 1. propoſit. num. 3. Molina dict.
diſput. 11. tom. 4. nu. 2. 3. & 4. Petrus Nauar-
rus d. lib. 2. de reſtitut. c. 3. d. nu. 332. cum ſeq.
& 344. et ſeq. Binsfeld. d. c. 1. de iniur. et dam-
no dato q. 5. concluſ. 2. Barboſ. d. alleg. 39. n. 56.
Nulla itaquè alia ſibi ſupeterat via pro-
priam conſeruandi vitam, quàm vulnerã-
do, vel occidendo proſtratum. Vulnerauit.
37 modum idcircò ſeruauit inculpatæ tutelæ:
quia eodem inſtanti, ac ſe defendendo, nec
inæqualibus armis, neq; modum excedendo
id fecit; cùm nulla alia ſibi ſupereſſet via
mortem euadendi, neq; poterat ſibi fuga
conſulere; & quòd ipſe ætate provectus, &
quòd infirmitate detentus, oculiſq; non fir-
mus, talari quoq; detinebatur tunica, ne ex-
peditiùs fugeret. Præſentaneum ergò re-
medium fuit, vulnerando, vel occidendo, ſi-
bi, cui ius erat propriam tuendi vitam, con-
ſulere. quod tradit optimè Molina d. diſput.
10. num. 5. verſ. dubium deindè eſt. ſubne-
ctens ex Antonio Gomes. variarium reſo-
lut. tom. 3. cap. 3. num. 22. & 23. Fas eſſe ag-
38 greſſo quacunq; via, & ratione, & quibuſ-
cunq; armis, id totum efficere, quod ad tu-
tam defenſionem fuerit neceſſarium. Card.
Tolet. d. cap. 80. num. 4. & num. 8. Nauarr.
d. conſ. 6. num. 5. de homicid. Petrus Cene-
dus d. q. 24. num. 3. circà fin. Bernard. Gra-
39 ue. d. concluſ. 110. conſid. 1. num. 23. Et id
prudentis Iudicis arbitrio remitti, vt ſpe-
ctatis circumſtantijs omnibus concurren-
tibus, iudicet: an moderamen ſeruatum ſit
tutelæ inculpatę. Sayrus d. cap. 17. lib. 6. n. 7.
40 Binsfeld. d. q. 5. in 2. concluſ. atquè in dubio
pro reo dependeat, illum non eſſe irregula-
rem. ſecundùm Nauarr. dict. conſ. 6. num. 2.
& infrà quoq; perpendemus.
41 Neq; dicant: Exceſſum in moderamine
tutelæ inculpatę irregularitatem parere. ex
d. tex. in cap. ſignificaſti. 18. de homic. Barboſ.
qui alios refert d. allegat. 39. num. 55. Tolet.
d. cap. 80. num. 7. & ſeqq. alijq; ſupra per nos
allati Doctores. Petrus Cenedus d. q. 24. nu.
14. Modum exceſſit hic Sacerdos. in irregu-
laritatem proindè dedit.
42 Cùm quia nullus hic fuit exceſſus, non in
tẽpore, non in cauſa, non deniq; in armis, ſi-
uè in modo, Barboſa ead. allegat. 39. nu. 57.
Bernardin. Graue. ad pract. Cameral. dict.
concluſ. 110. conſiderat. 1. à num 9.
43 Neq; enim, vt ſe defendat, ſtateram ma-
nu habere debet, actus omnes vt libret; eũ
præſertim, qui in discrimine vitæ conſtitu-
44 tus eſt; vt à mente alienus æſtimetur per-
turbatis potẽtijs omnibus imminentis for-
midine mortis. ad text. in l. hac conſultiſſima
8. §. & cùm humana fragilitas, C. qui teſta-
ment. facere poſſunt. Nauarr. can. ſi quis. 2.
de pœnitent. diſt. 7. num. 26. perpendit què
optimè Binsfeldius d. q. 5. concluſione 3. alios
referens. quemadmodum, & Cain, ex ipſo
mortis timore, & horrore, ſemper ſuo vitæ
tempore cõtremuit, pauens, ac dicẽs, & con-
ſequentiam inferens: Omnis igitur qui in-
uenerit me occidet me. Geneſ. 4. 14. quod
perpendit ad rem hãc noſtram Petrus Ce-
nedus d. q. 24. n. 20.
45 Tùm quòd, licèt quidèm abſq; peccato
irregularitas ſequi poſſit, vt ex S. Thom. 2. 2.
q. 64. d. art. 7. ad tertium. ſupra perpendimus.
Nauarr. d. conſ. 6. num. 4. de homicid. ad tex.
Alexandri Tertij ad Archiepiſcopum Cuſen-
tinen. in cap. contenebatur 8. de homic. quem
ad hanc rem perpendit Megala variarum
reſolut. tom. 2. reſolut. 159. num. 4. Petrus
Cened. d. quæſt. 24. ſub num. 12. verſ. nec ali-
46 quid pugnat. Cùm de exceſſu tamen agitur,
ac conſequentèr de culpa, oportet vt ille
mortalitèr peccaminoſus ſit, alioquin irre-
gularitas indè non ſequitur. vt ex veriori
Doctorum ſententia ſequitur Sayr. d. The-
ſauro lib. 7. cap. 5. nu. 5. Bonacina d. punct. 6.
propoſit. 1. ſub n. 3. verſ. dixi, non excedendo
notabilitèr moderamen. Auila d. p. 7. diſput. 5.
ſect. 3. dub. 1. verſ. loquendo de iure nouo. Pe-
trus Nauarrus de reſtitut. lib. 2. cap. 1. n. 69.
verſ. colligo 2. Aegid. de ConinK d. diſput. 18.
dub. 9. num. 33. & n. 80. & 88.
47 Exceſſum autem probare debet, qui ſe
fundat in illo. vt poſt Graue. d. concl. 110.
conſider. 1. num. 44. & ſeqq. deducit Barboſ.
d. alleg. 39. n. 58. in fin.
48 Quam ob cauſam vis nulla committenda
erit in his, quæ à Sacroſancta Tridentina Sy-
nodo d. ſeſſ. 14. cap. 7. diſponuntur. ſequenti-
tibus nempè illa: Si verò homicidium non
ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo,
vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſ-
ſum narretur, quam ob cauſam etiam ad
Sacrorum Ordinum, & Altaris miniſterium,
& beneficia quæcunq; ac dignitates, iure

V 2 quodam-

quodammodò diſpenſatio debeatur, committatur loci, Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeù viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit. Ità illa.

49 Supponit porrò Sancta Synodus etiam
eum, qui vim vi repellendo, & vt ſe à morte
defenderet, occidit, diſpẽſatione indigere.
Si diſpenſatione indiget; in irregularitatem
vtiq; dedit, ex homicidio caſuali prouenien-
te. *Toletus.* & alij mox mox infra referendi.
indigebit, & hic Sacerdos diſpenſatione ex
irregularitate contracta ex homicidio etiam
ad ſui defenſionem patrato.

Primò, quia ſuppoſito, (vt ſuppoſuimus,)
Sacerdotem hunc quod fecit, ad ſui meram
defenſionem feciſſe, cùm alitèr. mortem ef-
fugere non valeret, quam ob rem in nullam
dedit irregularitatem. iuxtà diſpoſitionem.
Clementis V. in Concilio Viennenſi in *d.
Clementin. ſi furioſus vnic. de homicid.* quam
50 nullo modo infirmauit Sacrum Concilium
Tridentinum: Exaudietur vtiq; dictum Cõ-
cilium de defenſione neceſſitatis euitabilis,
non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ,
51 ex qua ſic defendens in irregularitatem in-
cidit, ex delicto, vtputà ex homicidio caſua-
li, ad diſtinctionem irregularitatis ex delicto
ex homicidio voluntario. Indè enim ſup-
ponit Sacrum Concilium peti diſpenſatio-
nem, quia, qui illam petit, ſcrupulo angitur
irregularitatis contractæ ob non ſeruatum
modum in moderamine, ac conſequentèr
ob exceſſum. ità *Tolet. d. cap. 80. num. 9. Pe-
trus Nauarr. de reſtitut. d. lib. 2. cap. 3. num.
366. & 367. Bonacina d. punct. 6. in 1. propo-
ſit. n. 3. in fin. Barboſa de offic. Epiſcopi d. alle-
gat. 39 n. 54. Riccius par. 4. collect. 930. in fin.
Petr. Cened. canonicarum. quaſt. q. 24. n. 13.
& 14. Nauarr. d. conſ. 36. num. 1. & 2. lib. 5.
de homicid. Sayr. de cenſur. lib. 7. capit. 7.
num. 22.*

52 Secundò, quòd exaudiatur Sacrum Con-
cilium in foro exteriori, de eo ſcilicèt, qui
addubitat, an modum ſeruarit, nec ne. vndè
53 ſuo iudicio ſe magis irregularem æſtimare
debet, quàm non; in dubio ſcilicèt. *cap. ad
audientiam 12. de homicid.* & argumento
*cap. Iuuenis 3. de ſponſalib. Nauarr. conſil. 6.
n. 2. verſ. 2. præſuppono lib. 5. de homicid. San-
chez in opere morali lib. 1. cap. 10. num. 40.
& 41. Megala variarum reſolut. tom. 2.*
54 *reſolut. 132 nu. 8.* Et ſi Iudex in dubio pro
reo reſpondere debeat, atq; conſequentèr
non irregularem illum habere, ſecundum
Innocent. receptum in *d. cap. audientiam de
homicid.* quem ſequitur *Nauarr. d. conſ. 6.
num. 2.* patet autem hoc, quod Sacrum Con-
cilium, non ſanè ſimplicitèr deberi diſpenſa-
tionem dixit, ſed ſub dubio (*quodammodo
debeatur.*) ſupponens, ex exceſſu in modo;
dubitare petentem, an in irregularitatem
dederit. vt perpendit *d. Petrus Nauarr. d.
cap. 3. num. 367. in fin. Bonacina d. punct. 6.
num. 3. in fin. Barboſ. d. allegat. 39. num. 54.
idem Petrus Cenedus d. q. 24. num. 14. Sayr.
dict. lib. 7. cap. 7. num. 22. in fin.*

Neq; Sancti Doctoris doctrina ſuperiùs allata quicquam officit: quia nimitùm præceſſit ille determinationem factam in Concilio Viennen. tempore Clementis V. in d. *Clement. ſi furioſus vnic. de homicid.* quod & ipſi paulò antè citati Doctores obſeruauere.

In nullam ergò dedit irregularitatem Sacerdos hic, qui non valens alitèr mortem effugere, ſe, propriamq; vitam tuendo aggreſſorem vulnerauit, vndè & mors ſubſequuta fuit.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto meliori, reſpondendum cenſuimus, atq; conſilium dedimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Legata omnia incerta, ac pro malè ablatis incertis ad Fabricam ſpectant Sancti Petri.*
2 *Incerta non ſunt, quæ certis relinquuntur Eccleſijs, vel perſonis.*
Etiam ſi ex poſt facto certa fieri poſſunt.
Excluſa etiam Fabrica. n. 3.
4 *Idem non ſunt; pro exoneratione conſcientiæ relinquere.*
Atq; pro malè ablatis incertis.
5 *Conſcientia malè acceptorum pondere grauata, eorum exoneratur reſtitutione.*
6 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*
Alioquin pœnitentia non præſtatur. n. 7.
8 *Conſcientia non vno furti peccato grauatur, ſed alijs quoq; criminibus.*
9 *Præcepta Decalogi decem ſunt.*
10 *Locus Iacobi 2. 10. quicunq; totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. expenditur.*
11 *Conſcientia contritione peccatorum exoneratur, atq; confeſſione.*
12 *Locus Iacobi 4. 8. Emũdate manus veſtras peccatores, & purificate corda duplices animo. de contritione expenditur.*
13 *Locus Pauli 2. ad Corinth. 7. 8. de triſtitia. per contritionem exponitur.*
14 *Eleemoſynis exoneratur conſciẽtia, peccatorum pondere prægrauata.*
Scripturiſq; illuſtratur.
Ratioq; affertur. nu. 15.
16 *Terminus (pro exoneratione conſcientiæ) latius patet, quàm (pro malè ablatis.)*

17 *Re-*

17 *Reſtitutio malè acceptorum, neceſſaria omninò eſt, vt fiat.*
18 *Eleemoſynis peccata redimuntur.*
19 *Peccata pretio redimuntur miſerationis, ſecundùm Ambroſium.*
20 *Nouarij ſententia refellitur.*
21 *Relictum pro anima, vel exoneratione conſcientiæ, ex ſe ſimplicitèr reſtitutionem pro malè ablatis non infert.*
Niſi ex coniecturis probetur.
22 *Famæ ratio habenda eſt, quæ res altioris ordinis eſt.*
Vitæq; æquiperatur.
Et melior eſt, quàm diuitię. num. 23.
Quiq; famam negligit, crudelis appellatur. n. 24.
25 *Fama defuncti laceranda haud eſt.*
Saltim in dubio. n. 26.
27 *Dubia meliorem in partem interpretanda.*
28 *Tutior via fauore animę eligenda. expenditur.*
29 *Animæ pro fauore iudicium ſemper eſſe debet.*
Nec animæ fauor eſt, ſi fama denigretur defuncti teſtatoris. n. 30.
31 *Legatum pium dicitur, ſi Eccleſijs relinquatur, vel pauperibus, Dei cauſa.*
Non quòd pro malè ablatis, incertis præſertim, legatum æſtimetur. n. 32.
33 *Fabrica Sancti Petri intentionis ſuę fundamentum probare tenetur.*
Alioquin malè agit. n. 34. & nu. 72.
Vndè extenſio fieri haud debet de caſu ad caſum. n. 35.
35 *Voluntas teſtatoris peruertenda non eſt.*
Sed modis omnibus impleri. n. 36.
37 *Legatum pro exoneratione conſcientiæ contra Fabricam Auctor tuitus fuit.*
38 *Scipio Rouitus Cauſarum Fabricæ Conſultor. celebratur.*
39 *Argumentum de ſpecie ad genus optimum.*
Non æquè è contra. n. 40.
Affirmatiuè præſertim.
41 *Legatũ pro exoneratione conſcientiæ latiùs patet, quàm pro malè ablatis, incertis præſertim.*
42 *Eleemoſyna remedium eſt præcipuum contra peccata.*
43 *Argumenti fallacia, quæ dicitur conſequentis, eſt argumentari à terminis non conuertibilibus.*
44 *Ingratitudinis næuo fœdatur, qui beneficijs vicem non reddit.*
Sine quibus vita hominum non ſubſiſtit. num. 47.
45 *Beneficijs obſtingitur quiſquis illa recipit, ad antidora ſaltim.*
Et locupletior gratijs fieri dicitur.
46 *Ingratos aduerſus actio dabatur apud Athenas.*
Et canum catulos imitantur. n. 48.
Iſq; ingratorum Symbolum ſunt.
48 *Canum Catuli quo vbertius lac ſuxerint, tardiùs lumen recipiunt.*
49 *Iulius Cæſar Capaceius celebratur.*
50 *Ingratitudinis crimine nõ præſtantius alterum.*
51 *Meritum æqualitatem quandam iuſtitiæ importat.*
52 *Iuſtitia ſeruatur præſtando cuiquè quod ſuum eſt.*
53 *Gratitudinis debitum, eſt quodam debitum honeſtatis, quam virtus requiris.*
54 *Generoſus haberi non debet, qui ingratus eſt.*
Et ſemper parum exiſtimat, quod reddit. num. 55.
Ac debitum exiſtimat. n. 56.
57 *Nemo ſcit quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in homine.*
58 *Malè ablata in dubio ex circunſtantijs dignoſcuntur.*
59 *Interpretatio aliena à teſtatoris voluntate fieri non debet.*
60 *Diſpoſitiones pij teſtatoris infringere licet nemini.*
61 *Voluntates morientium implere, non deturbare debet Fabrica.*
Cùm illæ in forma ſpecifica ſint adimplendæ.
Neq; æquum eſt eas violari. n. 62.
63 *Mentem noſtram verbis patefacimus.*
64 *Auia tenetur relinquere nepotibus ex filia, quæ naturæ, legiſquè cenſura eis conſtituta ſunt.*
65 *Reſtitutioni quod obnoxium eſt, id alienum æs in bonis defuncti æſtimatur.*
Quod ſi incertum ſit, Eccleſijs, vel pauperibus debetur.
Vt neq; ex illis legitima filijs debeatur. num. 66.
Neq; poſſit teſtator de illis diſponere ſine animæ præiudicio. n. 68.
67 *Nemo immemor ſalutis æternæ præſumitur.*
In ſupremo potiſſimùm vitæ alitu.
Salutiq; propriæ vllum anteuertat temporale commodum.
69 *Reſtitutio malè acceptorum de neceſſitate eſt ſalutis æternæ.*
Quemadmodùm conſeruare Iuſtitiam.
70 *Dominus qui eſt, de rebus ſuis, vt libet diſponit.*
Quia Dominus eſt. & iuſtum ſit ſua cuiq; committere.
In quoſcunq; diſponat. n. 71.
72 *Male ablata incerta, in quibus ſe fundat Fabrica, probare tenetur.*
73 *Tutior pars ſequenda.*
Pro ſalute animæ pręſertim.
Quod exauditur in dubio. n. 74.
Vel vbi de animæ ſalute agitur, vt illa à peccato egrediatur. n. 77.
Vel res dubia eſt. num. 78. vel æquiuoca. num. 87.
Non autem in opinionibus deligendis. num. 79.

Quia

Quia qui vni adhæret ſentētiæ, dubius non eſt. nec temerè operatur.
Neq; ex præcepto tutiori inhærere ſententiæ debeamus. ſed ex conſilio. n. 80.
Fauore poſſidentis præcipuè. n. 81.
Vel quando res neq; Euangelicis præceptis, neq; Sanctorum Patrum decretis obluctatur, neq; contra bonos mores: quin magis pacem conſeruat. n. 92.

75 *Prouerbium. Faces quærere lucente Sole. vel Lucernas in meridie accendere.*

76 *Verborum abſtruſos ſenſus in aperta teſtatoris voluntate inueſtigare, indignum.*

81 *Poſſidentis conditio in pari cauſa melior, ac potior.*

82 *Ingratitudo peccatum eſt.*
Et inter ſceleſtos (Paulus) ingratos agnoſcit.
Quia improbus eſt homo ingratus.

83 *Confeſſario proprio qui relinquit; neceſſariò relinquere videtur.*
Quia periclitanti animæ opem tulit.
Et merces æſtimatur, non donatio. n. 84.

85 *Legatum Præceptori factum neceſſarium videtur, ac merces, non donatio.*

86 *Ingrato nil peius inueniri poteſt.*
Neq; terra eo peius creat.
Omnium maximum portentum.

87 *Probatio dubia, vel æquiuoca nil releuat.*
Etiamſi materia ſit fauorabilis. n. 88.

89 *Voluntas teſtatoris non eſt cautllis inuoluenda.*
Quin ſeruiendum verbis, vt eius exeat voluntas. n. 91.

90 *Prouerbium. In ſcirpo nodum quærere.*

ARGVMENTVM.

Legatum, vel hæredis inſtitutio, Eccleſijs facta, pro exoneratione conſcientiæ; an pro malè acceptorum reſtitutione, (incertis præſertim) facta videatur: Vt poſſit proindè Fabrica Sancti Petri ea omnia, quæ relicta fuere, vi ſuorum priuilegiorum, & facultatum, vindicare? Et nùm omne pro conſcientiæ exoneratione relictum, prò malè ablatis relictum cenſeatur; an alia poſſit eſſe cauſa, proptèr quam onerata conſcientia, ex pijs relictis exonerari dicatur? & quid de antidorali obligatione? multa nec inutilitèr diſcutiuntur, præſertim an in dubio tutiori parti adhærere teneamur?

RESPONSIO XXXII.

Domina Catharina Scaſardo vidua quondam Annibalis Paſchalis, Baroniſſa Caſtri Valuarum, ſupremum agens diem de ſuis diſponens, ſupremum ſcripſit elogium; quo hæredes ſibi particulares dixit nepotes ex quondam Andriana filia. In feudalibus autem hęredem vniuerſalem nuncupauit Rinaldum Miraballum ex eadem Andriana primogenitum, quem grauauit; quinque millia aureorum numeratò ſolueret Venerabilibus Monaſterijs Sancti Caroli, & Sanctæ Mariæ de Stella extrà mœnia Ciuitatis Neapolis. (hoc quidem incolunt Venerabiles Fratres Sancti Franciſci de Paula; illud verò Sancti Bernardi.) Suamq; voluntatem declaratione manifeſtauit expreſſa; Nepotibus ex burgenſaticis illam dumtaxat relinquere partē: *Della quale* (dicens) *non poſſo diſponere à beneficio d'eſtranei. Atteſo che in tutto quello, che io poſſo diſponere, n'hò inſtituito heredi vniuerſali detti duo Venerabili Monaſterij, come di ſopra, e per diſgrauio di mia conſcienza.* Et inſuper adiecit:

Item per diſgrauio di mia conſcienza, grauo il ſudetto Signor Rinaldo mio herede in feudalibus per via d'aggrauio, e per ogni altra miglior via, à pagare, e ſodisfare à detti duo Venerabili Monaſterij miei heredi in burgenſaticis docati cinquemila di carlini d'argento: cioè al Monaſtero di Santa Maria della Stella duc. 2500. & al Monaſtero di S. Carlo li reſtanti duc. 2500. cō che li detti RR. PP. di detti duo Monaſteri ſe ricordino nelle loro Orationi, e Sacrificij pregare Dio per l'anima mia: acciò me rimetta li miei peccati, e mi collochi nel ſuo Regno per ſua infinita miſericordia.

Poſt ſuprema Catharinæ funera, cùm diſpoſitio aures penetraſſet Miniſtrorum Fabricæ Sancti Petri Neapoli, illi (vt acres ſunt ingenij) ad Fabricam præfata omnia, quę ſuis ſupremis tabulis Monaſterijs contulit Catharina, ſpectare contendunt. Reliquit porrò illa (*per diſgrauio di ſua conſcienza.*) Pro malè ablatis igitur. Ad Fabricam

cam

eam proindè ſpectant, vi ſuorum priuilegiorum, & facultatum.

Conſulunt propterea nos Patres Monaſterij Sancti Caroli: Sint ne firma iura Fabricæ?

Infirma illa eſſe, nos reſpondimus. Præſtamus id quidem non leuibus fundamentis.

Sit verò primum, ex ijs ipſis Sacræ Congregationis declarationibus, quæ pro ſe aduerſarij con‛erunt, petitum. Ità nempè illæ apud *Quarantam in ſumm. Bullar. ver. Fabrica Sancti Petri. § ſimilitèr annua. in fin. fol. mihi* 334. in noua impreſſione Venetijs anno 1622.

1 *Prout etiam eidem Fabricæ competunt*
omnia alia pia legata incerta, & maximè pro
malè ablatis relicta: ità vt etiam ab Ordinarijs locorum (ſi fortè ad eos peruenerint)
vindicari valeat, iuxtà priuilegia prædicta.
Sic declarationes.

Incerta igitur, quæ ſunt; atq; pro malè ablatis incertis, ad Fabricam pertinent Sancti Petri, quod nos pluribus proſecuti fuimus iura ruẽtes Fabricę à *reſponſ.* 22. ad vſq; 28. per ſex reſponſiones. *part.* 1. noſtrarum reſponſionum.

Hæc autem, quæ Catharina Monaſterijs; & in vim inſtitutionis, atq; iure reliquit legati: (quo quidèm ad quinq; millia ex feudalibus per Rinaldum ſoluenda.) neq; incerta, neq; ſunt etiam pro malè ablatis. Ad Fabricam proindè haud ſpectant.

2 Non ſanè incerta, quia, cùm primùm cer-
tis Monaſterijs relicta fuerunt, incerta eſſe
deſierunt. Et ſat planè eſſet, ne incerta dicerentur, ſi vel ex poſt facto certa fieri poſſent. vt notant Doctores in *l.* 3. *§. incertam. ff. de acquiren. poſſeſſ. Tiraquell. de iure conſtitut. limit.* 19 *part.* 3. *Carocius dec.* 7. *n.* 11. *in* 7. *priuileg. Molfeſius in ſum. tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 103. *& ſeq.* Etiam ad Fabri-
3 cam excludendam. quod proſequitur *Gra-*
tianus forenſ. part. 2. *capit.* 288. *num.* 34. 35. *&* 36. diximus *reſponſ.* 36. *numer.* 16. *ead. part.* 1.

Non etiam pro malè ablatis: Quia pro ijs relicta minimè fuere. Neq; porrò teſtatrix, ſe pro malè ablatis incertis relinquere proteſtata fuit: protulit verò pro exoneratione conſcientiæ, (*per ſgrauio di ſua con-*
4 *ſcienza*) ſe relinquere. Non idem verò omni-
nò eſt, pro exoneratione conſcientiæ Eccleſijs relinquere, atq; pro malè ablatis incertis. Et ſi porrò, quod pro malè ablatis relinquitur omne, pro exoneratione quoquè
5 conſcientiæ relinqui videatur: Quia nimi-
rum conſcientia malè acceptorum pondere grauata, eorum exoneretur reſtitutione; nec alia ſuperſit via, qua exonerari valeat; ni
6 malè acceptorum reſtitutione facta. Quòd
non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. regula *peccatum* 4. *de regul. iur. in* 6. Sanctus Auguſtinus relatus *can.* 1. 14. *q* 6. dicens:

7 *Si res aliena, proptèr quam peccatum eſt,*
reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur: Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. nec ſaluatur niſi reſtituat. ex Hieron. *can. nemo qui rapuit* 4. 14. *q.* 5. & *can. Diaconi ſunt.* 23. *§. certè, vt ipſe vaſti. diſt.* 93. Angelicus quoq; Doctor S. *Thomas* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. diximus *reſponſ.* 5. *num.* 64. & *reſponſ.* 25. *n.* 23. & latius *reſponſ.* 22. *n.* 1. *part.* 1.

Non omne tamen, quod pro exoneratione conſcientiæ relinquitur, id pro malè ablatis, (incertis præcipuè) relictum cenſetur.

8 Conſcientia quippè non vno furti pecca-
to grauatur tantum; ſed alijs quoq; quàm
9 multis criminibus. Decem ſunt enim De-
calogi legis præcepta.

Quiſquis ergò contra aliquod preceptorũ eius fecerit, legem ſoluit digito conſcriptam Dei. (*Exodi* 20. & 31. 18. & 34.) is vtiq; conſcientiam grauat peccati pondere, redargutus à lege, quaſi trãſgreſſor eius. Iacobi. 2. 10.
10 *Quicunq; autem totam legem ſeruauerit,*
offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Quia à diuina gratia excidit, atq; æternæ pęnæ obnoxius fit. ſecundùm vnam ex expoſitionibus à *Dionyſio Carthuſiano* hoc loco allatis. *Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides, quòd ſi non mœchaberis, occidas autem, factus es tranſgreſſor legis.* vt idẽ loquitur *Iacobus* Apoſtolus.
11 *eod. cap.* 2. 10. & 11. Exonerat verò con-
ſcientiam ſuam peccatorum contritione, atq; confeſſione. iuxtà eiuſdem Apoſtoli conſilium, quin non præceptum cap. 4. 8.
11 *Emundate manus* (dicentis) *peccatores, &*
purificate corda duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctũ conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.

Quod totum per mœrorem, & luctum pœnitentiæ fit; vt quàm peroptimè *Dionyſius Carthuſianus* explicat. ad illud Apoſto-
13 li Gentium Doctoris 2. *ad Corinth.* 7 8. di-
centis: *Quoniam ſi contriſtaui vos in Epiſtola, non me pœnitet: & ſi pœniteret, videns quòd Epiſtola illa, (& ſi ad horam) vos contriſtauit; nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis; ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum.*

Quia nimirùm triſtitia, quæ de peccato eſt, quatènus offenſa Dei, illa ſalutem ſtabilem operatur. vti *Cornelius à Lapide* ibidèm commentum agit, referens locum *Chryſoſtomi homil.* 5. *ad* Populum Anthiochenum. *Peccauit quis,* (dicentis) *triſtatus eſt; peccata deleuit. Nam quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabi-*

lem

Digitized by Google

lem operatur:ergo triſtitia tantùm facta eſt
propter peccatum, à quo nata eſt, ideò vt ti-
nea ipſum corrodit,& abſumit.
14 Super omnia autem eleemoſynis con-
ſcientia, peccatorum grauata pondere,exo-
neratur. iuxtà illud Domini, & Seruatoris
noſtri.Lucæ 11.41. *Date eleemoſynam, &*
ecce omnia munda ſunt vobis. Et Danielis
4.24. ſalubre conſilium Nabucodonoſor
Regi datum: *Peccata tua eleemoſynis redi-*
me. & rationem, quam filium inſtruens ad
eleemoſinas elargiendas S.Tobias 4.11. in-
tulit: *Quoniam eleemoſyna ab omni peccato,*
& à morte liberat,& non patitur animam
ire in tenebras. Illudq; S.Angeli Raphaelis
ad vtrumq; Tobiam. 12.8. *Bona eſt oratio*
cum ieiunio,& eleemoſyna magis,quàm the-
ſauros auri recondere. Quia eleemoſyna à
morte liberat;& ipſa eſt,quæ purgat pecca-
ta,& facit inuenire miſericordiam,& vitam
15 *æternam.* Propter charitatem,quam proxi-
mis exhibemus. Quia nimirùm condecens
eſt,vt Deus ſic faciat nobis, ſicut nos faci-
mus proximis noſtris, vt in *d.cap.11.Lucæ*
ſupra citatum commentum agit *Carthuſia-*
nus.& eſt *tex.* in *can.animæ defunctorum.*
22.13.q.2.& can.quam ob rem.69.de pœnit.
diſtinct.1. cap.iniuſtum 5.de rer.permutat.
diximus plures referendo *reſponſ.*noſtra
35.nu.21.par.1.
16 Latiùs igitur diuagatur terminus relicti
pro exoneratione conſcientiæ, quàm pro
malè ablatis. Licet porrò qui pro malè ab-
latis reliquit,conſcientiam ſuam malè acce-
ptorum retentione grauatam, eorum reſti-
17 tutione exoneret; quæ neceſſaria omninò
eſt,vt fiat. *S.Thom,d.q.62.art.2.* altoquin
peccatum non dimittitur,vt diximus. Non
tamen omnis,qui pro conſcientiæ exonera-
tione aliquid Eccleſijs,vel pauperibus relin-
quit:pro malè ablatorum reſtitutione relin-
18 quere æſtimabitur. Cùm poſſit pro ſuæ re-
medio animæ,eleemoſynas elargiendo re-
linqnere, atq; conſcientiam peccatorum
grauatam pondere,eleemoſynis exonerare,
redimereq;. ad *tex.in cap.requiſiſti.* 15. §.
nec eſt contrarium.de teſtament. extrà. ex
ratione, quam Innocentius Tertius ibidem
reddit, dicens: *Quia hoc ille,qui donat,pro*
redemptione animæ ſuæ, non pro commodo
Sacerdotis,probatur offerre.
Vt pro animæ redemptione ſuæ donaſſe
videatur,non quòd pro malè acceptorum
19 reſtitutione daret.*Sed vt pretio miſeratio-*
*nis,peccata ſua redimere,*vt *S.Ambroſius lib.*
de officijs conteſtatur, relatus *can.eſt pro-*
banda 16.36.diſtinct. ſequiturq; ad rem
hanc optimè *Calderin.conſ.33.an ſi legatur*
pro anima.de teſtam. & proſequitur *Card.*
Mantic.de conject.vltim.volunt.lib.6 tit.3.
num.31. Epiſcopus *Genuenſ.in practicabil.*
20 *Eccleſiaſt.q.438.*quem refert etiam *Noua-*
rius tract.de priuileg.incertorum, & malè
*ablatorum.priuileg.52.num.1.& 2.*quam-
uis ipſe contrariæ hæreat ſententiæ,verùm
21 non ſatis firmis rationibus. Cùm quod ex
ipſo termino, (pro anima relictum,vel pro
exoneratione conſcientiæ) non ex ſe ſim-
pliciter reſtitutio infertur pro malè ablatis
incertis: niſi præcipuè hoc ex coniecturis
patere valeat, vel quòd teſtator iniuſtis fuit
lucris deditus, dùm in humanis agebat,vel
notorius vſurarius; vel alia ſaltim via, illum
ad reſtitutionem teneri malè acceptorum
erui poſſit.quod perpendit quoq; *Genuenſ.*
d.q.438.circa fin,
22 Tum quòd ratio habenda potiùs erit te-
ſtatoris famæ. Eſt enim illa altioris ordinis,
quàm bona externa,& quæ vitæ æqualis ha-
betur. argumento *tex.in l.in ſeruorum 10.*
in fin. ff. de pœnis. & perpendit Papinianus
*lib.36.*quæſtionum in *l.ſi adulterium.* 38. §.
liberto,ff.ad leg.Iul. de adulter. in illis ver-
bis:*Nàm cuius famę,multò magis vitæ par-*
*cendum eſt.*Cum vita igitur fama concurrit.
facitq; nec ab re Salomonis illud: prouerb.
22.1. *Melius eſt bonum nomen,quàm diui-*
23 *tiæ multæ.* ſequiturq; *Nauar.man.cap.16.*
num.44. & cap.17.num.89. & capit.inter
verba concluſ.2.num 8.& de finibus huma-
norum actuum. num 74. Monaldus conſ.96.
*num.1.& ſeqq.lib.2.*idem *Genuenſ. d.q.438.*
Rota deciſion. 1. num.4.de accuſat. in nouis,
24 Vt crudelis habeatur,qui famam negligit;
ſitq; ſupra conſcientiam fama curanda. do-
cet id nos *S.Auguſtinus,* ſermone de com-
muni vita Clericorum relatus *can.nolo vt*
*aliquis.*10.12.*q.2.*ſequentibus dicens: *Duæ*
res ſunt conſcientia,& fama: Conſcientia
neceſſaria eſt tibi,fama proximo tuo. Qui
confidens conſcientia,negligit famam,crude-
lis eſt. ſic Auguſtinus. quem ſequitur *Na-*
uar.d.comment.c.inter verba concluſ.2.n.8.
25 Non itaq; laceranda fama eius erit,qui pro
exoneratione reliquit conſcientiæ,quaſi pro
malè acceptorum,& incertorum ablatorum
reſtitutione reliquerit; cùm ex alia cauſa re-
26 liquiſſe potuerit. Et ſaltim in dubio in me-
liorem partem iudicium inclinare debe-
mus.iuxtà illud *Gloſſ.*ad *Roman.*14.ad verba
Pauli: *Qui non manducat manducantem,*
27 *non iudicet.* dicentis:*Dubia in meliorem*
partem ſunt interpretanda. à S. Auguſtino
excerptum aſſioma *lib.2.* de ſermone Do-
mini in monte. *cap.* 18. Quia æqualibus
vtrinq;exiſtentibus indicijs,in benigniorem
partem iudicium inclinandum. vti docet
S.Thom.2.2.q.60.art.4. in corpor.in fin. ra-
tionem reddens: *Et ideò*(dicens) *vbi non*
apparet manifeſta iudicia de malitia alicuius
debemus eum,vt bonum habere,in meliorem
partem interpretando quod dubium eſt.
& explicat optimè Pater *Layman Theologia*
moralis tom.1.lib.3. ſect.5.tract.3. part.2.
*cap.2.num.7.*facitq; per quàm optimè *regu-*
la 11. Cùm ſunt partium iura obſcura, reo
fauen-

Digitized by Google

fauendum eſt potiùs quàm actori. *de regul. iur.in 6.*

Demùm quòd ipſa fundamentalis ratio,
quam pro ſuæ firmitate ſententię *Nouarius*
refert; non ità præmit, vt in tranſuerſum
agentem intellectum retinere valeat:Quòd
28 videlicet:Tutior via fauore animę eligenda
ſit;Et quòd,vbi agitur pro ſalute animæ,iu-
ris apices ſequendi minimè ſint.In vniuer-
ſum enim ita fauorabile relictum pro exo-
neratione conſcientiæ æſtimatur in animæ
ſalutem relinquentis,ſi pro malè ablatorum
reſtitutione factum fuerit,rogatumuè;ſicuti
pro alia,quæ animam grauabat,cauſa:quam
pondere præſſam peccatorum eleemoſyna-
29 rum largitione exonerare curauit. Vt pro
anima ſemper iudicium eſſe debeat, nequè
ad iuris apices ſcrupuloſiùs intendendum.
*Tiraquell.de pia cauſa priuileg.*164.*&* 165.
vbi *Riccius* addens,atq; *Thorus.Maſcardus,*
Menochius,Surdus,Cęuallos,alijq; per ipſum
Nouarium relati. *Barboſa* quoq; *aſſiomat.*
*26.num.2.& ſeq.*Idem *Thoro in ſumm.pri-
uilegiorum piarum cauſar. priuil.*112.*col.*4.
verſ.vlterius quando.

30 Neq; fauor animæ eſt, ſi fama denigretur
teſtatoris, (proptèr hæredes ſaltim) quaſi
bona malè ſurripuerit: Cùm ita quoq; eius
conſultum animę ſit,quòd Eccleſijs reliquerit
pro ſuæ exoneratione conſcientiæ,aliam
proptèr cauſam, quàm pro malè acceptorũ,
incertorumq; reſtitutione.

31 Sat autem fuerit, Deo, vel Eccleſijs reli-
quiſſe, vel pauperibus Dei ergò, pium vt le-
gatum dicatur, fauoribuſq; perfruatur pia-
rum cauſarum. *Abb.in cap.ſicut dignum.*
§.los.n 7.*&* 8.*de homic. & cap. cùm ſit.n.*4.
*& ſeq. de Iudæis Ruinus conſ.*21.*nu.*9.*vol.*2.
*Cancer.variar. reſolut.lib.*3.*cap.*20. *nu.*103.
*Gratianus forenſ.part.*2. *cap.*329. *num.*13.
*Vaſquez in opuſcul. tit. de teſtament.cap.*8.
*§.*5.*dub.*1.*num.*97. *verſ.quintò quando re-
linquitur. Bonacina tom.*2. *de contractibus
diſputat.*3.*q.*17.*punct.*8.*§.*2.*num.*1.*& ſeqq.*
plures retulimus *reſponſ.*28. *num.*1. *part.* 1.

Quòd verò Fabricæ Miniſtri, pro malè
ablatorum incertorum reſtitutione, relictũ
(pro exoneratione conſcientiæ) exiſtimari
velint,id eò tendit,vt ipſa Fabrica bona reli-
cta accipiat,vi ſuorum priuilegiorum, & ſa-
32 cultatum: non quòd maior in hoc animæ
fauor vertatur; vt in dubio pro malè abla-
torum reſtitutione,(pro exoneratione con-
ſcientiæ)relictum interpretari, ſecundùm
Nouarÿ ſententiam, debeamus.

33 At Fabrica,cùm malè ablata incerta per-
ſequatur, ipſa intẽtionis ſuæ fundamentum,
qualitatemq; ſuam fundantem iuriſdictionẽ.
probare tenebitur.vti diximus *reſponſ.* no-
ſtra 44.*num.*2. *part.*2. *& reſponſ.*31.*nu.*23.
*& ſequent.& reſponſ.*73.*numer.*51. *part.*3.
34 Alioquin incaſſum agit: Quia priuilegia,
& declarationes ad illa,de relictis pro malè
ablatis incertis, apertiſſimè loquuntur.
35 Non extendẽda proindè de caſu ad caſum:
neq; defuncti voluntas, (quæ pro lege ſer-
uanda eſt. *§.diſponat.in auth. de nuptijs col-
lat.*4.)peruertenda erit.*can.vltima voluntas.*
4.13.*q.*2.*l.fin.in princip.C.de fideicommiſſis.*
§.ſemper nobis in proœmio,in auth.de hære-
36 *dib.& ſalcid.collat.*1.vbi Imperator: *Modis
omnibus* (imperat) *quod pręceptum eſt per
teſtantem,adimpleri.*Sacr.Tridentin.Concil.
*ſeſſ.*22.*cap.*8.*&* 9. *de reformat. Clementina.
quia contingit.*2. *de Religioſ. domibus.* dixi-
mus *reſponſ.*32. *nu.*32.*& ſeq.part.* 1.

37 Et nos ipſi in Tribunali Fabricæ, partes,
iuraquè tuentes Eccleſiæ Sanctæ Marię de
Cruce Terræ Campi Baſſi Boianen. Diœce-
ſis pro legato illi relicto per Petrum Maria-
num,qui illud rogauerat (*per alcuno ſcarico
di ſua conſcienza , e per promeſſa fatta à
N.S.e Maria Vergine ſua diuota*) pro Ec-
cleſia obtinuimus; neq; Fabrica pro ſe le-
gatum accepit,quaſi fuiſſet pro malè ablatis
38 incertis relictum: iudicante doctiſſimo illo
Viro Scipione Rouito, ſecundarum cauſa-
rum Fabricæ tunc Conſultore,deduximuſq;
*reſponſ.*noſtra 1.*à n.*11 *cum ſeq.par.*1.& per
totam illam reſponſionem.

39 Quàmuis enim à ſpecie ad genus, vti ab
inferiore ad ſuperius, iure currat argumen-
tum; (eſt homo. ergò animal.) Quia genus
ſub ſe ſpecies omnes complectitur. *Sylue-
ſter Aldobrandinus. §. libertini ſunt num.*
17. *Inſtitutionib. de libertin. & §. oſten-
dimus.n.*9.*verſ.prætereà quemadmodùm,In-
ſtitution.de ſuſpect.tutor.Ludouic. Rodulfi-
nus quæſtionum lib.*2.*q.*51 *num.*2. *Euerar-
dus in locis argument.loco à genere ad ſpe-
ciem.*diximus *reſponſ.*1. *n.*1 *& n.*86. *part.* 3.
40 Haud tamen ità à genere ad ſpeciem pro-
cedet, (affirmatiuè præſertim.) Eſt animal,
ergò eſt homo: quia poteſt eſſe animal,
equus, Leo, vel quodlibet aliud animal, &
non homo.*Euerard. d.loco à genere ad ſpe-
ciem.& loco ſeq.de ſpecie ad genus.Cagnolus
in l.in toto,& pars num.*7. *&* 8.*ff.de regul.
iur.Rodulfinus d.q.*51. *num.*22. *Barboſa in
locis argument.loco* 53. *Natta conſ.*473.*nu.*
31. poſt etiam regulam Ariſtotelicam. Ità
41 planè; currat quàmuis argumentum: Eſt
relictum pro malè ablatis incertis, ergò pro
exoneratione conſcientiæ; quia conſcien-
tia malè acceptorum retentione grauata,
eorum reſtitutione à pondere exoneratur
peccatorum. Non æquè, quòd pro exone-
ratione relinquitur conſcientiæ, (quod ge-
nus quodam eſſe dignoſcitur)ſpeciem illam
pro malè ablatis,(incertis potiſſimùm) ſta-
tim infert. Quia potuit alia peccati ſpecie
conſcientia prægrauari, atq; pro exoneran-
do illam,teſtatorem relinquere,vt per elee-
moſynarum largitionem munderur,exone-
rerurvè. vt in ſuperioribus perpendimus ex
Domini verbis(Lucæ 11.41.)*Date eleemoſy-*

Digitized by Google

nam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Quia
42 inter remedia contra peccata, eleemoſyna
eſt quoddam præcipuum; & per appropria-
tionem quandam veniam ſemper meretur.
Propter quod ait Chriſtus. (Matth. 5.) *Bea-
ti miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam
conſequentur.* vt *Dionyſius Carthuſ.* ibidem
loquitur.

43 Eſt igitur fallacia conſequentis, cùm ter-
mini conuertibiles non ſint. non enim con-
uertuntur termini. Nam & ſi, (vt diximus,)
pro malè ablatis relictum pro exoneratione
conſcientiæ relictum videatur: nō æquè ta-
men, quod pro exoneratione relinquitur
conſcientiæ, id pro malè ablatis relictum,
cenſetur, cùm ex alia cauſa, conſcien-
tiam onerante, relinqui potuerit, vt di-
ximus. videas (quæſo) *Cardin. Toletum
in Introduct. in vniuerſ. dialecticam Ari-
ſtotelis. lib. 5. in fin.* in fallacia conſequen-
tis.

Sit præterea alterum, neq; infirmius fun-
damentum; quin, ex magis connexis teſta-
tricis voluntatis lapidibus confectum. ipſa
namq; teſtatrix voluntatem ſuam dilucidè
ſatis declarauit, ad nullam ſe reſtitutionem
teneri, neq; pro malè ablatorum (incer-
torum præſertim) reſtitutione reliquiſ-
ſe.

Poſtquàm enim illa legato grauauit Ri-
naldum nepotem, ex feudalibus, vt Eccleſiis
quinque millia ſolueret, ſequentibus animi
ſui ſenſum aperuit.

*Item voglio, & eſpreſſamente comando,
che detti duo Monaſterij debbiano pagare do-
cati mille per vna vice tantùm, cioè doc. 500.
per ciaſcheduno al R P. D. Michele di S. Gio-
ſeffo Monacho Confeſſore del Monaſterio
di S. Carlo, per farne quello, che dà me l'è ſta-
to detto à bocca, caricandone la ſua conſcien-
za, e ſe li dirà anco per vno biglietto firmato
di mia propria mano diretto à detto Patre,
nel quale ſe gli ratifica la mia intentione
circa queſto legato, & altri legati, che ſe
gli dirãno in detto biglietto, quali voglio, che
li miei heredi predetti indubitatamẽte oſſer-
uino, e ſiano tenuti adempire: con auertimen-
to però, che detto Patre non debbia aprirlo ſe
non ſubito ſecuta la mia morte, con
vigore, e poteſtà à detto biglietto di ſcrit-
tura publica dopò, che ſarà aperto, e diſſigil-
lato.*

Cedulę verò prædictæ, ſiue biglietti verba,
quæ ad dictum Patrem D. Michaelem data
fuit, ſunt ſequentia.

De foris quidem. *Almolto R. P. in Chriſto
D. Michele di S. Gioſeffo confeſſore in S.
Carlo maggiore, aperiendo ſeguita la mia
morte.*

Intus verò. *Molto R. P. D. Michele.*

*Dichiaro à V P. che li duc. mille laſcio nel
mio teſtamento da pigliarſi dalli duc. 5000.
quali hò laſciato per lo legato al ſuo Mona-
ſtero, e quello di Santa Maria della Stel-
la, voglio ſi ſpendano per la Fabrica di
voſtra Chieſa, come più volte l'hò detto, per
mia diuottione, e per l'affetto, che m hanno
moſtrato li voſtri Padri, & in tale l'impie-
garà, caricandone V. P. Confeſſo anco eſſere
poco quello hò laſciato al ſuo Monaſtero; sì
per la conſolatione dell'anima mia, sì anco
per gratitudine. Che però hò detto, e dichia-
rato in detto teſtamento laſciare hæredi li
Monaſteri per diſcarico di mia conſcienza.
Ne pigliano l'affetto, e ſe ricordino pregare
Dio per me. Dico anco, che nello legato di D.
Franceſco Pragliola vi vada incluſo tutto
quello li deuo a noſtri conti. Di più dichiaro
eſſere ſodisfatta da Maria mia piggionante,
etiam della vſcita di Maggio dello baſſo tie-
ne. Mi farà gratia V P. fare ſodisfare da
detti miei heredi, in primis le figliuole, &
altre, che mi hanno ſeruito, acciò non habbia-
no occaſione di biaſtemmiarmi. Di tutto
V. P. tanto eſpreſſo in queſto biglietto,
quanto nel teſtamento tenga penſiero. e
li bacio le mani. Di Caſa li 29. Gennare
1642.*

Io Catarina Scafarda affirmo, vt ſupra.

Vidiſtin igitur, ac perſpexiſti, quin audiui-
ſti declarationem voluntatis teſtatricis ab
ipſamet factam, ſe ad nullam pro malè
ablatis incertis reſtitutionem teneri? Exo-
neraſſe verò ſuam conſcientiam, indeq; ſe
verba addidiſſe, (*per ſgrauio di mia conſcien-
za*) quia beneficiorum grauabatur ponde-
re, quibus, dùm in humanis egit, a Patribus
benè commerita fuit. Tenebatur idcircò ad
44 antidora ſaltem, ne ingratitudinis næuo
fœdaretur, vt Theodoricus Rex Anaſtaſio
Conſulari apud *Caſſiodorum*, ſcribens dixit.
Epiſt. 19. lib. 5. variarum, & animaduertit
45 *Notator* ibidem. obſtrinxerant quippè il-
lam Patres beneficijs ad remunerandum,
atquè ad *ἀντίδωρα* (antidora) teneri; quæ
locupletior gratijs facta fuerat, quas accepe-
rat. vt argumentoſe Magnus ille inter Iure
Conſultos Vlpianus *lib* 15. ad edictum ad-
uertit in *l. ſed & ſi lege 28. §. conſuluit Se-
46 natus. ff. de petitione hæreditatis.* Iure proin-
dè, nec inciuiliter apud Athęnas actio ad-
uerſùs ingratos conſtituta erat.

47 *Quia dandi, & accipiendi beneficij com-
mercium, ſinè quo vix vita hominum extat,
perdit, & tollit quiſquis benemerito parem
referre gratiam negligit.* Vt Valerius Maxi-
mus *lib. 5. cap. 3.* de ingratis loquitur; &
ſequitur, refertq; *Gloſella* marginalis ad *d. §.
conſuluit Senatus.* verbo. *obligauerunt.* &
expendimus nos *reſponſ.* noſtra 51. *nu. 46.*
48 *& 47. part. 3.* Neue canum catulos imita-
retur, qui quò vberiùs lac ſuxerint, tardiùs
lumen recipiunt. lumine porrò oculorum
capti naſcuntur. ingratorum proindè Sym-
bolum exprimunt, qui quò vberiùs benefi-
cijs afficiuntur, abundantius tenebris obdu-
cun-

cuntur, ne lumen recipiant, videantvè,
benefactoribus vicem reddere. vt optimè
eruditiſſimus ille *Iulius Cæſar Capaccius*
Neapolitanæ vrbis nō vulgare lumen. *tract.*
de ſymbolis. ſiue *dell'Impreſe lib.2. capitul.*
18. *folio mihi* 47. adnotauit. Effugere
50 propterea prudens voluit ſic tetrum cri-
men, quo non præſtantius alterum, alia
omnia ſua immanitate vincēs. *Omne* quip-
pè *malum dixeris., cùm ingratum dixeris.*
vti quidam, à veritate non aberrans, di-
xit:

Relinquendo propterea illis, quę reli-
quit, verè ſuam exonerauit cunſcientiam,
quam beneficiorum onere prægrauerant, &
ad remunerandum naturaliter obligauerāt,
vt ſunt Vlpiani verba *d.§.conſuluit.* Agnoſce-
bat idcircò teneri ſe, vel antidorali ſaltim
obligatione, patribus gratificari, ex benefi-
cijs, quibus viuens cōmerita fuerat. merebā-
51 tur proindè illi. Importabat itaq; eorum
meritum æqualitatem quandam iuſtitiæ. ſe-
cundùm *S.Thomam 3.part.q.49. artic.6.in*
corpor. diximuſq; *d.reſponſ.* 51.*nu.*44.

Non iniuria ergò ſuam exonerauit con-
ſcientiam ab hoc ſaltim antidorali onere;
52 Iuſtitiamq; ſeruauit, ſuum cuiq; reddendo.
*l.Iuſtitia.*10.*ff.de iuſtit.& iure.*§.1. *Inſti-*
*tut.eodem. can. ius naturale. diſt.*1. *cap.ex*
ore 17.*in princip.de priuileg.*

Prudētèr proindè, quin nō prudentiſſimè
fortis hæc mulier operata eſt conſilio ma-
nuum ſuarum. *Prouerbiorum* 31.13. verba-
què illa ſcripſit, dicens: *Confeſſo anco eſſere*
poco quello hò laſciato al ſuo Monaſtero, sè
per conſolatione dell'anima mia, sì per grati-
tudine; che però hò detto, e dichiarato in det-
to teſtamento, laſciare heredi li Monaſteri
53 *per diſcarico di mia conſcienza.* Quia nimi-
rum, debitum gratitudinis eſt quodam de-
bitum honeſtatis, quam virtus requirit. vt
S.Thomas 2.2.*q.*107.*art.*1.*in reſponſ.* loqui-
54 tur. Nec inter generoſos animo ſit is habē-
dus, qui beneficiorum obliuiſcitur. vti *So-*
phocles in Aiace canit:

Quē autē obliuiſcitur beneficij affectus.
Nunquam vtiq; eſſet hic generoſus Vir.

55 Generosè ergò mulier hæc ſe geſſit, bene-
ficiorum memor, quibus ſuam onerari con-
ſcientiam perſentiens, gratitudinis vice
exonerauit, Patreſq; hæredes dixit, conte-
ſtans parum beneficijs eorum eſſe, quod de-
dit. iuxtà S.Tobiæ ſenſum ad patrem ſuum.
56 *Tobiæ* 12.2. Debitum ergò erat, quod de-
dit. Nullum itaq; ius ſupereſt Fabricæ aſſe-
rendi, in dubio ſaltim, verba illa (*per ſgrauio*
di mia coſcienza) reſtitutionem malè abla-
torum importare. Cùm dubium omne con-
quieuerit; claraq; lux reddita ſit per decla-
rationem voluntatis ab ipſamet teſtatrice,
57 ſcripto etiam factam. *Quis enim hominum*
ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis,
qui in ipſo eſt? Vt Paulus loquitur 1.*ad*
*Corinth.*2.11. Adiuuatq; regula, quam ſtabi-
lit Pater *Molina de iuſtit. & iure tom.*1.
*tract.*2. *diſpus.*249.§. *dubium eſt ſi teſtator,*
58 *in fin.* Quòd vbi dubium aliquod eſt, quòad
reſtituenda pro malè ablatis; ex circunſtan-
tijs illud definiendum eſt: ſi verò non ſit du-
bium, ſed certum, quod certum eſt tenen-
dum, atq; ſequendum. Certum hic autem
eſt ex teſtatricis declaratione, nihil illam
pro male ablatis reliquiſſe; neq; ad illa ob-
59 noxiam fuiſſe. Non alienam ergò à volun-
tate teſtatricis, verbis ab ipſamet expreſſa,
interpretationem Fabrica capere poterit:
Nullo valente citra illius voluntatem, nec ſi
ſacram impetret formam, nec ſi quiſpiam
aliud omnium aliquid aliter diſponere malit.
vt verbis loquamur Iuſtiniani Cæſaris in
§.*diſponat.in auth.de nuptijs.in præfat.colla-*
60 *tion.*4. nulliq; liceat diſpoſitiones pij teſta-
toris infringere. vt Leo, & ipſe Cæſar diſpo-
nit in *l.nulli licere.*28. *in princip.C.de Epi-*
ſcopis, & Clericis & deduximus *reſponſ.* no-
ſtra 12.*n.*13.*part.*1.

61 Neq; equidem deturbare pias morien-
tium voluntates poteſt Fabrica, ſed illas
exequi debet, quin immò ſint illæ in forma
ſpecifica exequendæ: *Cunctaq; ſecundùm*
voluntatem defuncti ſinè altercatione pro-
ſequenda. vti Gregorius Tertius decernit in
*cap.nos quidem.*3.*de teſtament.extrà.* & Cle-
mens V. in Concilio Viennēſi in *d.Clement.*
*quia contingit.*2.*de Religioſis domibus,* & Sa-
croſancta Tridentina Synodus *ſeſſ.*25.*cap.*9.
62 *de reformat.* & ipſa agnoſcit. *Pias fidelium*
voluntates in eorum conſtitutione violare,
æquum non eſſe. & proſequuti nos fuimus
*reſponſ.*32.*n.*18.19.*&* 3?.*ead par.*1.

Lucemq; nec minorem his omnibus ad-
dit, (quando verba ipſa non ſufficerent te-
ſtatricis, quibus quam ob cauſam verba illa
intulit, (*per diſcarico di mia conſcienza.*)
apertiſſima manifeſtauit demonſtratione)
& illa perpenſio ex verbis etiam petita
eiuſdem, quibus mentem aperuit ſuam.
63 (verbis nempè mentem pateſacimus no-
ſtram. ad *tex. in l.Labeo* 7.§.*Id Tubero. ff.de*
*ſuppellect.legata. can. re vera.*69. *in finalib.*
verbis. & ibidèm *Gloſſ.* verbo *ſermo.de con-*
*ſecrat.diſt.*2. animum fuiſſe ſuum omnia
Eccleſijs dare, nihilq; ex ſilua nepotibus de-
64 relinquere; reliquiſſe verò ea dumtaxat, eis,
quæ ex legis, naturæq; cenſura dare teneba-
tur. ad *text.* in §. *primum itaq; in auth. de*
*hæredib. & falcid. collat.*1. vbi *Gloſſ.* verbo
quale eſt filijs, & nepotibus. Sic enim illa.

Dichiarando, che la mia intentione è di la-
ſciarli aſſolutamēte quella parte di beni bur-
genſatici, della quale io non poſſo diſponere
à beneficio d'eſtranei: atteſo in tutto quello,
che io poſſo diſponere, ne hò inſtituiti miei he-
redi vniuerſali detti duo Venerabili Mona-
ſterij, come di ſopra, etiam per ſgrauio di mia
conſcienza.

65 Si nempè omne totum, quod in bonis te-
ſtatrix habebat, reſtitutioni pro malè abla-
tis incertis obnoxium fuiſſet: (vti Miniſtri
Fabricæ per verba illa: (*per diſgrauio di mia
conſcienza*) perſuaſum ſibi habent: potuiſſet
vtiquè abſq; vllo conſcientię ſcripulo, quin-
debuiſſet, totum, vel Eccleſijs, vel pauperi-
bus derelinquere diſpertiendum: Quia id
totum æs alienum fuiſſet. *Gloſſ. in cap. quan-
quam* 2. verbo *poſſint acquirere. de vſur. in*
6. quam ſequitur *Tiraquell. in l. ſi vnquàm.*
verbo *libertis. num.* 88. C. *de reuocand. donat.*
Caroc. d. dec. 7. *num.* 5. 11. *&* 12. *cum ſeqq. &*
66 *deciſ.* 86. *num.* 25. Vt neque legitimæ iure-
quidquam ex filia nepotibus relinquere po-
tuiſſet, quia nihil ſibi in ſuo patrimonio bo-
norum ſuperfuiſſet, cùm totum æs alienum
eſſet, ac reſtitutioni obnoxium. *Tiraquell.*
d. verbo *libertis. d. num.* 88. *Caroc. d. deciſ.* 7.
num. 5. diximuſq; alios referendo *d. reſponſ.*
1. *num.* 21. *&* 22. *& reſponſ.* 22. *numer.* 21.
par. 1.

Teſtatrix verò hæc noſtra ſatis prudens
ex ſua diſpoſitione dignoſcitur: non ità re-
67 ſupina igitur in animæ ſuæ ſalute curanda-
fuiſſet; cuius nemo immemor in ſupremo vi-
tę alitu pręſumitur, vt diuini timoris obliui-
ſcatur, ſalutiq; propriæ vllum anteuertat cō-
modum. vt Imperatores Theodoſius, & Va-
lerius in *l. fin. C. ad legem Iuliam repetund.*
perpendere. refertq; Gratianus. *can. ſanci-
mus* 25. 1. *quæſt.* 7. Quocirca dixiſſet, omnia
ſua pro exoneratione conſcientiæ, atq; pro
malè ablatis relinquere, nihilq; ſibi in bonis,
præter ablata, ſupereſſe. Præcipuè verò, quòd
profeſſa iàm ipſa fuerat; ſe non nimiam de-
nepotibus curam gerere. eiſq; illa tantùmo-
dò relinquere, q̄ miſſa facere minimè pote-
68 rat. In eorum verò commodum, neq; hæc
ipſa deſtinare valuiſſet, ſi reſtitutioni illa ob-
noxia fuiſſent, ni in gehēnā ædificare voluiſ-
69 ſet. Cùm de neceſſitate ſalutis malè acce-
ptorum ſit reſtitutio: quemadmodùm con-
ſeruare iuſtitiam de neceſſitate ſalutis eſt.
S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *Pater Moli-
na de iuſtit. & iur. tom.* 3. *tract.* 2. *de reſtit.
diſput.* 716. *num.* 2. diximus alios referentes.
d. reſponſ. 23. *nu.* 27. 28. *&* 29. *& reſponſ.* 25.
num. 20. 21. 22. *& ſeqq. par.* 1. Vt non dimit-
tatur peccatum, niſi ablatum reſtituatur. re-
gula *peccatum* 4. *de reg. iur. in* 6. & in ſupe-
riobus perpendimus *n.* 6. *&* 7.

Indè igitur in nepotum commodum, ea-
dumtaxat, quæ in exteros à ſanguine confer-
re non poterat, reliquit; quia ſua illa erant,
70 nulliq; reſtitutioni obnoxia. Diſpoſuit ergo
vt voluit, quia Domina, libertareq; donata,
moderari ea ex voluntate *l. in re mandata-*
21. C. *mandati.* iuſtumq; ſit ſua cuiq; com-
mittere *l. nemo exterus* 8. C. *de Iudęis. Gloſſ.
in cap. abolendæ* 13. *in gloſſ.* 1. *in princip. de-*
71 *ſepultur.* in quoſcunq; diſponendo: *cap. de-
ijs.* 4. *in fin. de ſepultur. Gloſſ. in cap. conſtitu-
tionem.* 2. §. *cæterum.* verbo *ſtatuta. de verb.
ſignificat. in* 6. *Afflict. deciſ.* 282. *num.* 10. *Ro-
ta apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 29.
num. 1. *apud Coccinum Decanum deciſ.* 267.
nu. 10. *Harthaman. Piſtor. obſer.* 101. *nu.* 4.
5. *& ſeq.*

72 Miniſtrorum Fabricæ idcircò erit, con-
tendentium pro malè ablatis, atq; incertis
illam diſpoſuiſſe, ipſa probare malè ablata-
nimirum quia intentionis ſuę fundamētum;
& illud ſtatuere firmū debet, vt alijs cū in hoc
nullo fulciatur priuilegio. *Tiraq. d. l. ſi vn-
quam.* verbo *libertinis. n.* 88. C. *de reuocand.
donat. Caroc. d. dec.* 7. *num.* 13. & deduxi-
mus *dict. reſponſ.* noſtra 1. *numer.* 24.
par. 1.

73 Neq. dicant, *Nouar.* ſententiam tutiorem
in partem declinare, (pro animæ ſalute vi-
delicet) eſſe illam ſequendam, in dubio
præſertim. *Barboſ. aſſiomat.* 78. *n.* 2.

74 Primò, quòd hic in dubio minimè noſtra
vertitur diſceptatio, quin ſatis apertè volun-
tatem ſuam expreſſiſſimis verbis manifeſtā
75 fecit teſtatrix, vt oſtendimus. Superuacaneū
ergò erit faces quærere lucente Sole. iuxtā
Anacleti Papæ dictum *can. ſi omnia* 7. 6. *q.* 1.
vel vt in Adagijs alij dixere: *Lucernas in me-
ridie accendere,* vel *Soli lumen inferre*. atq;
76 obſtruſos verborum ſenſus in aperta dicē-
tis voluntate inueſtigare. ad *tex. in l.* 3. C. *de
liberis præterit. can. relatum* 14. *diſtinct.* 37.
gloſſ. in can. noli frater. 9. verbo *calumnias.
dict.* 19.

77 Deindè, quòd tutior tenenda pars ſit, in-
animæ vtiq; commodum, vbi de eius ſalute
agitur, vt à peccato liberetur, quia abſolu-
tionis beneficio conſulere ſibi facilè poteſt.
ſecundùm *text. in cap. conſilium noſtrum-*
2. *circà fin. de obſeru. ieiunior. cap. iuuenis.* 3.
78 vbi *Gloſſ.* verbo *dubia. de ſponſalibus.* Et res
verè dubia eſt. *cap. ad audientiam noſtram.*
12. *& cap. ſignificaſti.* 18. §. *quod ſi diſcerni.
de homicid. extrà, cum ibi notat. Gloſſ. in can.
aliter.* 1. verbo *contubernia* 30. *quæſtion.* 5.
79 ſecùs verò in opinionibus deligendis. Quia
nimirum, qui vni inhæret ſententiæ, dubius
non eſt, ac ſine temeritate operatur. *Ioann.
Azor. Inſtitut. moralium. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 16.
quæſt. 2. *verſ. duo poſſunt obiici. & lib.* 7. *c.* 7.
quæſt. 12. *in fin.* optimè *Nauarr. can. ſi quis
autem* 4. *de pœnit. diſt.* 7. *nu.* 42. Potiſſimùm
80 quòd non ex præcepto, ſed ex conſilio, in-
dubijs tutiori adhærere parti teneamur, ſiuè
in interiori, ſiuè exteriori foro verſemur.
vt pluribus aduerſus *Panorm. d. cap. ad au-
dientiam noſtram.* 12. *de homicd. extrà,* tue-
tur *Nauarr. d. can. ſi quis autem, à num.* 34.
cum ſeqq. ſequitur *Flores de Mena practic.
quæſtion. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 18 *Barboſa-
d. cap. iuuenis. num.* 5. *de ſponſalib. & aſſiom.*
78. *num.* 2. *Sanchez. de matrimon. lib.* 2. *di-
ſput.* 41. *num.* 9. *Layman Theoligia moralis
lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 8. *& ſeqq.* Hic

ſec

verò nos in hac haud minimè paleſtra ſumus:Neq; enim in tutiorem partem declinabit ſententia;quòd pro malè ablatis incertis exaudiamus, quod pro conſcientiæ exoneratione Eccleſijs teſtatrix reliquit; Et hoc ipſum tutiorem in partem arbitrium declinare erit,ſi pro Eccleſijs firmi fuerimus.

Præterea, & propriùs ad rem noſtram, (fac rem hinc dubiam eſſe, nec teſtatricem volũtatem ſuam verbis ità apertè declaraſ-
81 ſe,vt præſtitit), adhùc tamen in dubio pro poſſidente iudicium eſſe deberet,cuius ſemper conditio in pari cauſa præfertur, ac melior habetur,& potior.regula *in pari.65.de regul.iur.in 6.l.in pari.170. ff. de regul.iur. Sanchez de matrimon.d.diſput.41.num.12. Vincent.de Franchis dec.167.n.13.Menoch. de præſumpt.lib.6.præſumpt.69.n.7.Barboſa aſſiomate 182.nu.5. Ferdinand.à Caſtro Palao in opere morali tom.1. de conſcientia dubia diſput.3.puncto.2.num.4.*nos *reſponſ.* noſtra 24.*n.99.par.*1.

Vt quid enim Fabrica voluntatem deturbare tentat teſtatricis, ne ſuum videat finẽ, eiuſq; eludere iudicium parat,ex eo dumtaxat, quòd pro exoneratione conſcientiæ Eccleſijs relinquere dixit; cùm mentẽ ſuam aperuerit,conſcientiæ grauamen fuiſſe,quòd in multis viuens benè à Patribus commerita fuerat? A Patribus præcipuè Eccleſiæ Sancti Caroli, in qua eius degebat Confeſ-
82 ſarius: nolletq; ſe vitio notari ingratitudinis,quod peccatum eſt. iuxta illud Pauli 2. ad Timotheum.3.2.*Parentibus non obediẽtes ingrati,ſcelesti.*inter ſceleſtos nempè ingratos agnoſcit. notatquè *S.Thomas* 2. 2. *q.107.art.1. in reſponſ.* & dixit non ab re *Plautus* in Perſa,

Nam improbus eſt homo,
Qui beneficiũ ſcit ſumere,& reddere neſcit.

83 An non quàm maximè à dicto Confeſſario benè commerita fuit, qui toties periclitanti animę opem tulit? Vt neceſſariò reliquiſſe videatur, ſuamq; iurè oneratam con-
84 ſcientiam,exonerasse, *Nam merces laboris eximij appellanda eſt; quod contemplatione ſalutis,certo modo æſtimari non placuit.* verbis,ac ſenſu,vt vtamur Pauli *lib.5.*ſententiarum.in *l.ſi pater.35. §.ſi quis aliquem ff. de donationib.* Rationem dum ipſe reddit; quarè donatum ei, qui ab hoſtium inſidijs quendã eripuerat, irreuocabile fuerat? Quia nimirùm laboris merces fuit, non donatio. Pariq; modo Papinianus *lib.29.*quæſtionum
85 in *l.Attilius Regulus.27.ff de donat.*legatum Nicoſtrato habitationis,per Attilium Regulum,quòd eius præceptor fuiſſet neceſſariũ magis, quàm voluntarium æſtimatum reſpondit; ea ratione dicens: *Dixi poſſe defendi,non meram donationem eſſe; verùm officium Magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum.*Indè ergò pro exoneratione conſcientiæ reliquit Catharina, quia tenebatur officiũ Cõfeſſarij remuneratione aliqua cõpenſare.quod & perpendit Doctiſſimus *Antonius Faber lib.1.tit.2.C.de Sacroſanctis Eccleſ.definit.* 38. & ante eum *Nauarr.conſ.16.num.2.lib.3.de teſtament.* Ipſaq; hoc idem ita æſtimauit, ne ingrata tantis Patribus eſſet, quod effugere amabat, parum etiam,quod reliquerat, agnoſcendo.

86 Nouerat enim.Ingrato nihil peius inueniri poſſe. iuxta *Menandri* dictum ab *Auſonio* ex græco redditum:

Ingrato homine terra peius nihil creat.

& Petrus Crinitus *lib. 2.poemat.* de fugiendis ingratis,cecinit:

Ingratus hoc vnum bene facit,cùm perit.
Nam,tellus ipſa fœdius nihil creat.
Portentum id omnium eſt habendum maximum.

87 Ac demum,quia hæc Fabricæ perſuaſio, cùm ſaltim dubia,atq; æquiuoca ſatis ſit; nil releuabit ad *text.*in *cap.in præſentia* 8. *de probat.l. neq; natales.*10. *C. de probationib. Natt.conſ.*170.*n.9.*Rota apud *Card.*Mantic. *dec.251.n.5.apud Card.Seraphin. dec.1103. n.2.apud S.Mem Greg.XV.dec.290.nu.4.& dec.405.n.2.apud* Coccinum *Decanum deciſ. 389.n.9.& dec.289.num.2.&* 5.Fauorabilis
88 quàmuis eſſet materia. *Rota apud Cardin. Mantic.dec.111.n.5.& 8.& apud Card.Caualer dec.97.n.8.& dec.125.n* 7.Nõ ſunt pro-
89 pterea cauilli in voluntate perquirendi teſtatricis huius.ad *text.in d.l.3. C. de liberis præteritis.*diximus *reſponſ.* noſtra 87. *n.65. par.3.*notat *Glo.in d.can.noli frater.9.* verb. *calumnias.diſt.9.*quòd pro malè ablatis incertis,quæ ſola vendicat Fabrica, reliquerit; cùm pro exoneratione reliquit conſcientiæ, atq; quo onere prægrauata illa eſſet expoſuit, vt gratam ſe Eccleſijs pro acceptis be-
90 neficijs redderet.neq; *in ſcirpo nodum quæ-*
91 *rant;* vt Adagio fertur. Quando verbis ſeruiendum eſt in extremis diſponentis,vt eius voluntas,iudiciumq; exeat.ad *tex.*in *l.1.§.ſi qui nauem.ad fin. ff. de exercitor. action.l. non aliter.67.ff.de legat.3. can.* Marcion.64. cum notatis ibidèm per *Gloſſ.*verbo.*in verbis.1.q.1.*

92 Neq; hoc Euangelicis præceptis,neq; decretis Sanctorum Patrum inueniatur aduerſum,vt Leo Papa eddicit in *can.ſicut quadam 2.diſt.14.*neq; contra fidem,neq; contra bonos mores pugnat,quin ſocietatẽ,inter quos viuitur homines, ſeruat. vt Auguſtinus docet. *can. illa autem* 11.*circà fin.diſt.12.*

Sint ergò firma,quæ teſtatrix diſpoſuit. vt Eccleſijs tribuantur,quibus reliquit.

Et ità ex his, iudicio non abiecto meliori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

Pro Eccleſijs dictum iudicium fuiſſe percepimus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Facti, ſiuè Cauſa ex varietate, varia quoq; iuris ſuccedit reſponſio.*

2 *Spolÿ iure haud veniunt bona, quæ Epiſcopus, antequàm ad Epiſcopatum aſſumeretur, habebat.*

Quia hæc ad ſucceſſorem non ſpectant.

Ergò neq; ad Cameram.

3 *Camera in locum ſuccedit ſucceſſorum in beneficijs.*

Siuè Epiſcopatibus.

Et ità erit Camera, atq; ex ſucceſſoribus vnus. n. 5.

Ad eam ſpectat probare, bona remanſa acquiſita eſſe ex fructibus beneficiorum. num. 13.

Potiſſimùm ſtante poſſeſſione bonorum per hæredes.

Vel ſi beneficiarius opulentum obtinebat patrimonium. n. 14.

4 *Subrogatum naturam imbibit ſubrogati.*

6 *Epiſcopus, vel quilibet beneficiarius diſponere poterit in ſupremo vitæ halitu, de his bonis, quæ antè Epiſcopatum obtinebat.*

Etiam teſtamentum rogando.

Ratio redditur. n. 7.

Sacriſq; Canonibus comprobatur. n. 10.

Debet tamen Epiſcopus inuentarium conficere, vt ſecernantur bona. num. 11.

8 *Re ſua ne quis vtatur liberè, prohibere nemo poteſt.*

Quin cuilibet liberum manet arbitrium ſua moderandi, vt libet.

Siuè inter viuos, ſiuè in ſuprema voluntate. nu. 9.

Etiam ad pia diſponendo.

12 *Inuentarium bona ſecernit defuncti, à bonis hæredis.*

Nè vltrà vires teneatur.

Ratio redditur.

15 *Cameræ agenti ad ſpolium, obſtat exceptio notorÿ non ſui iuris.*

Vndè probare tenetur, quod aſſerit.

Ratio affertur duplex. n. 16. & 17.

17 *Bona Epiſcopi, qui è vita exceſſit, importunitatem pati non debent pro rebus Eccleſiæ.*

Ratio redditur. n. 19.

18 *Eccleſia cultrix eſt iuſtitiæ, neminiq; iniuriam facit.*

19 Nuntiaturæ in munere adhuc perdurare dicitur, qui ab officÿ munere ſola potentia expulſus fuit, non voluntariè exiuit.

Et per eum non ſtetit, quin ſuo fungeretur officio.

Neq; perſona in culpa ſit. n. 28.

Et in redeundo eſſe dicitur, qui in Vrbe adhuc mandato Sanctiſſimi detinetur. num. 41.

21 *Mors inuoluntariè alteri illata, impedimento haud erit, quin Sacerdos ſuo fungatur munere.*

Nàm quæ per coactionem abſolutam fiũt, minimè imputatur. n. 22.

Et quæ inuoluntariè quiſ patitur, non imputantur. n. 24.

23 *Peccatum propria voluntate patratur.*

Neq; peccatum ſine libera datur voluntate.

Non *niſi voluntate peccatur. n. 24.*

24 *Inuoluntariè quæ quis patitur, minimè imputantur.*

Nec imputantur, quæ contra voluntatem fiunt. n. 25.

26 *Nemo ex alterius improbitate damnum ferre debet.*

Neq; ex ſua quis commodum haurire. num. 27.

Neq; alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Nihil *laturus, niſi vt officiat.*

29 *Nuntiatura, ſiuè legationis munus quadruplici modo expletur.*

30 Cau*ſa ceſſante effectus retinetur, nec prodit.*

31 *Explere dicitur, qui nihil habet aliud, quod perficiat.*

32 *Perfectum dicitur, quod omnibus ſuis partibus conſtat.*

33 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, quod inductio nuncupatur, vili habendum non eſt.*

34 *Impugnari non poteſt, quod firmum eſt, patetq; ad hominem.*

35 *Nuntiorum munus quod nam; quiduè per eos agendum?*

36 *Marius Filonardus Archiepiſcopus Aueniones.* Nuncius *ad Regem Poloniæ à Sanctiſſimo Vrbano Papa Octauo mittitur.*

Indè eÿcitur. & n. 20. & n. 26.

In Vrbe moritur.

Eiq; facultas teſtandi de 11. millibus facta fuit. n. 32. in fin. & n. 40.

37 *Errat qui credit, quod non credendum.*

38 *Probandi onere is tenetur, qui aſſerit.*

Nec ſufficit præſumptiuè probaſſe. nu. 39.

Sed vera perquiritur probatio.

42 *Impedito nullum currit tempus.*

43 Con*ſultores Sancti Officÿ in* Vrbe *in Sanctæ Sedis ſeruitio eſſe dicuntur.*

Sunt nobiliora Tribunalis membra. num. 44.

Atq; pars quædam corporis eius.

Quià Conſilÿ ſunt Tribunalis. *n. 47.*

Nec ad imparia iudicari debent. n. 49.

Eorum vota deciſiua non ſunt, ſed conſultiua. n. 50.

Et in ſeruitio commorantur Papæ.

Et

Digitized by Google

Et inter eius familiares agnoſcuntur. num.51.

Et in ſeruitio S. Sedis mori dicitur, qui Conſultor diem obit extremum. n.63.

45 *Magiſtratus, Regiſq; Conſiliary pars corporis eius eſſe dicuntur.*

46 *Notarij, Curſores, ipſiquemet Tortores in Tribunali Sancti Officij pars eſſe dicuntur corporis eius.*

48 *Presbyteri, qui benè praſunt, duplici honore digni ſunt. ex Paulo Apoſtolo.*

Maximè qui laborant verbo, & doctrina.

52 *Papæ in ſeruitio qui ſunt, praſentes eſſe dicuntur.*

53 *Verbum nullum in Principis reſcripto, à miniſterio vacare debet.*

Verbis ſtandum eſt in ſtipulationibus. num.54.

Ne fruſtrà appoſita videantur.

Neq; Princeps inanitèr loqui æſtimãdus. nu.70.

55 *Pronomen (alius) inter ſimilia ponitur.*

Et ſimilia infert.

Sed quandoq; etiam inter diuerſa, atquè omninò diſſita ponitur. n.56. & 59.

Et ex ſequentibus, & præcedentibus declaratur. n.60.

57 *Locus Ioannis 19.15. perpenditur de duobus latronibus, qui cũ Chriſto Cruci affixi fuere.*

58 *Chriſtus Dominus non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit.*

61 *Seruitij, nomen, latiùs patet, quàm munus.*

Et de quocunquè ſeruitio intelligitur. nu.65.

62 *Indefinita vniuerſali æquipollent.*

64 *Generalis loquutio, & facultas, generalitèr debet intelligi.*

65 *Genus ſpecies omnes comprehendit.*

66 *Loquutio diuerſimoda, diuerſimodè quoquè exaudiri debebit.*

67 *Nominum diuerſitas, & negotiorum diuerſitatem arguit.*

Et differentiam declarat rerum. nu.68.

Et cõmodius eſt res ſingulas ſingulis nũcupare nominibus. n.69.

70 *Princeps inanitèr loqui, non æſtimandus.*

Quin hoc abſurdum æſtimandum. nu.71.

Abijciendum propterea.

71 *Abſurda quæ ſunt, abijcienda, quàm admittenda.*

72 *Nouum nihil ſub Sole eſt, iam enim præceſſit in ſeculis antiquis.*

ARGVMENTVM.

In ſpolio, quod Camera defunctis facit Epiſcopis, ea haud comprehenduntur bona, quæ Epiſcopus antequàm ad Epiſcopatum aſſumeretur, habebat. & quid ſi Epiſcopus, qui amplum poſſidebat patrimonium, annuos emerit cenſus, an ad Cameram ſpectent? Vt ex fructibus Epiſcopatus eos emiſſe videatur? ad Cameram ſpectabit probare ex fructibus illos emptos Epiſcopatus. Quid ſi Epiſcopus facultatem habebat teſtandi etiam ex fructibus Epiſcopatus? Quando Nuntiaturæ munus expleuiſſe Nuntius videatur? Et quid ſi ſine culpa eiectus fuit? Conſultores Sancti Officij an in ſeruitio eſſe dicantur Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ?

RESPONSIO XXXIII.

1 DVo ſunt, quæ in hac facti ſpecie, ex qua ius habetur. (quia nimirum ex facti, ſiuè cauſæ diuerſitate, varia quoq; iuris ſuccedit reſpõſio. vt magnus ille Paulus, inter Iuris Conſultos non ſecundus, reſpondit in *l. ſi ſeruus 49. in fin. ff. ad legem Aquiliam*) peculiarem difficultatem faciunt, atq; controuerſiæ ſtatum tribuunt.

Vnum quidèm, nùm aurea vaſa, atq; argentea, aliaq; pretioſa ſuppellex in domo reperta Illuſtriſſimi olim Marij Filonardi Auenionen. Archiepiſcopi. Annuiquè redditus, etiam poſtquam ad Archiepiſcopatum aſſumptus fuerat, empti, ſub ſpolio cadant?

Alterũ verò, ſubſiſtat ne, firmaq; ſit teſtãdi facultas per Sanctæ Memoriæ Vrbanum Papam Octauum eidem facta: quod in Curia

ria extrà reſidentiam diem viderit vltimum?
2 Et ſanè ad Primum, ſub ſpolio haud comprehendi bona illa, & ſuppellectilem, quamuis pretioſã, atq; auri, argentiq; vaſa, indubitanter affirmamus; Quia nimirum habebat illa Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, quàm ante ad Archiepiſcopatũ aſſumptus eſſet, nõ itaq; ad ſucceſſorem in Archiepiſcopatu ſpectabant. Ergo neq; ad Cameram, quæ in his, quæ ad ſucceſſorem ſpectare nõ poſſunt,
3 nec ipſa ſuccedit. In locum nempè ipſa ſuffecta eſt ſucceſſorum. *Rota apud Illuſtriſſimum Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *dec* 314.*num.*5.*par* 2.*Redoan. de ſpol. q.*5.*verſ. præmitto* 2 *& q.*17.*nu.*2.
4 Subrogatum vero eius omnem naturam imbibit, cuius in locum ſufficitur. *Litem ſi fundi.*50.§.*ſeminarij autem. ff. de vſufruct. l. ſi cum* 10. §.*iniuriarum ff. ſi quis caution. Iaſon in* § *fuerat. nu.*4.*cum ſeq Inſtitut. de action. Afflict. deciſ.*395.*in fin Vincent. de Franch. deciſ.*544.*num.*12.*par.*4. Rota apud Card. *Caualer. deciſ.* 128.*num.*4. *& apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.*445.*num.*3.*& ſeq. & deciſ.* 544 *nu.*16.
5 Ita igitur erit Camera, atq; ſucceſſor eſſet in Archiepiſcopatu, ſi ad illum bona peruenirent ex fructibus percepta Archiepiſcopatus. Hæc autem bona ex Archiepiſcopatus fructibus ad Illuſtriſſimum Marium Filonardum minimè obuenerunt, cùm ante illa haberet. Non igitur ad Camerã, nec conſe-
6 quenter ſub ſpolio comprehendentur. Nihil enim prohibet, quin teſtamento in vitæ ſupremo halitu Beneficiarius, vel quiuis alius Epiſcopus, vel alio quouis modo, per donationem quoq; diſponere de his valeat, quæ ante habebat, quàm ad Epiſcopatum aſſumeretur: & hoc ſanè ex ratione, quam ex Concilio Martini Papæ cap. 15. Gratianus refert in *can. manifeſta autem* 20.12. *q.* 1. dicens: *Vt ne Eccleſia incurrat damnum, nec Epiſcopus in ſuis rebus pro rebus Eccleſiæ proſcribatur.* & in canonibus Apoſtolorum ex ipſis naſcentis Eccleſiæ incunabulis, in
7 *can ſint manifeſta res.*21. *ead.*12. *q.* 1. ratio ſatis euidens redditur: *Et iuſtum eſt* (dicẽtium) *hoc apud Deum, & homines, vt nec Eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis: nec Epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, morſq; eius iniurijs malæ famæ ſubijciatur.* ſic S. Apoſtoli. *In cauſas incidant.* hoc eſt, ne litigare cogantur defuncti propinqui, & hæredes, *Gloſſ.* ibidem verbo *cauſas* exprimit, & probat *text.* Gregorij IX. *in cap.*1. *& ibid.*
8 *Gloſſ. & Scribentes. de teſtament.* Quid enim prohibere poteſt, ne quis re ſua vtatur, atq; de ſuis, vt ſibi libet diſponat, eaq; ad libitum moderetur, arbitreturq; cum eorum dominus ſit, neminiq; in hoc ſuppoſitus? *l. in re mandata.*21. *C. mandati. l. nemo exterus* 8. *C. de Iudæis. Gloſſ. in cap. abolendæ* 13. in *Gloſſ.* 1. *de ſepultur. extrà.* Siuè inter viuos de his
9 diſponat, ſiuè in ſuprema voluntate, vel priuatis conferendo perſonis, vel etiam ad pia diſponendo. *can. nulli dubium.* 1.12.*q.*5.*cap. de ijs.*4.*in fi. de ſepultur. Authentica ingreſſi, & auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* canonizata *can. ſi qua mulier.*9.19.*q.*3.*cap. in præſentia* 8. *de probat. Euerard. conſ.*216.*nu.*15.*Afflict. deciſ.*282.*nu.*10.*Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.*29. *nu.* 1. *& apud Coccinum deciſ.*267. *nu.* 10. *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin.*93.*n.*3. *& ſeq. par.*2.
10 Quia profectò poteſt Epiſcopus de his diſponere, quæ ſua ſunt, & non Eccleſiæ, vt in Agathenſi Concilio cap. 48. diſpoſitum inuenitur in *can. Epiſcopi.*19.12.*q.*1. ſequentibus nempè Sacrum loquitur Concilium. 1 *Epiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quicquid verò de prouiſione ſua Eccleſiæ fuerit, ſiuè de agris, ſiuè de fructibus, ſiuè de oblationibus, omnia in iure Eccleſiæ reſeruare cenſuimus.* ita Cõcilium. Acquiſitis, *de proprio* exprimit *Gloſſ. ibidem.* vel dic acquiſitis, *non occaſione Eccleſiæ. vt extra de teſtament. quia nos.*

Et in Concilio Carthaginenſi 3. cap. 49. in *can. placuit* 1. & ex Concilio Toletano 9. cap. 4. *in can. Quicunq;* 2.12.*q.*3. Diſpoſuitq; Magnus ille Gregorius Summus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ad Deuſdedit Epiſcopum ſcribens *in can. nulli dubium.* 1.12.*q.*5.
11 Secerta verò fuere bona, quæ propria erãt Archiepiſcopi Filonardi, ab his, quæ Eccleſiæ; per Inuentarium, antequàm ad Archiepiſcopatum aſſumeretur, confectum. iuxta *Gloſſ. in d. can. manifeſta* 20. dicto verbo *ma-*
12 *nifeſta.*12.*q.*1. dicens: *Facit ergo inuentarium*, hoc nempè bona fecerunt hæredis à bonis, quæ defuncti fuere, ne vltrà vires teneatur hæreditarias: *ne dum lucrum facere ſperat, in damnum incidat.* Iuſtinianus vt loquitur Cæſar in *l. fin.* §. *& ſi præfatam. C. de iure deliberand.* quod adnotauit Summus ille Pontifex *Innocentius IV. in cap. cùm in officijs. nu.*4.*verſ. item qui lucratur. de teſtament. Couar. in cap.* 1. *nu* 7.8. *& nu.* 9. *de teſtament. Gamma deciſ. Luſitan.* 313. *ſub n.*2. *verſ. oportuit enim. Rota apud Cardinal. Caualer. deciſ.*606. *in princ. & num.*11. *Barboſa de offic. Epiſcopi par.*3. *allegat.*114. *nu.*15. *Alzedus in praxi Epiſcopali cap.*14. *nu.*14.
13 Ad Cameram propterea probario ſpectabit, bona præfata ex bonis proceſſiſſe Eccleſiæ, nec anteà fuiſſe illa Archiepiſcopi Filonardi. vt *Gloſſ.* punctim aduertit *d. can. manifeſta.*20. verbo *probantur. in fi.*12.*q.*1. Cùm præſertim in poſſeſſione hæredes bonorum ſint, tam diſtantibus interuallis ab Eccleſia, diſſitorum. vt *Gloſſ. d.* verbo *probatur* non inaccuratè animaduertit ex *tex. in d. can. nulli* 1.12.*q.*2. *Puteus deciſ.*228. *par.*2. *Meno-*

nochius de arbitrar.Iudicum caſu 195.*nu*.9.
& 10.ſequiturq; *Gratian.forenſ.par*.2. *cap*.
381.*nu*. 1. 2.*ac ſeq.*
14 Neq; hoc ſolu probatione oportebit præ-
ſtare Cameram,ſed & annuos redditus,quos
emit viuens Illuſtriſſimus Marius Filonardi
Auenionen.Archiepiſcopus, ex redditibus
emptos fuiſſe Epiſcopatus; Cùm ſatis opu-
lentum ipſe in Vrbe patrimonium poſſide-
ret,vel ex ſuis acquiſitum induſtrijs, vel ex
opulento patrimonio Eminentiſſimi Car-
dinalis Filonardi, vt hæc vna præſumptio ,
præſumptionem diruat Cameræ acquiſiſſe
illos,atq; emiſſe ex Archiepiſcopatus fructi-
bus;ni hoc illa probationibus firmum faciat.
vt ipſamet *Gloſſ.d.can.manifeſta* verbo *pro-
batur* apertiſſimè deducit, & *Bald. in l.cùm
oportet.nu*. 11. *verſ. ſed ſtatim quaritur*.C.
*de bonis, qua liber.Innocent. in cap.Epiſco-
pus.de prabend. Menochius de preſumptio-
nib.lib.3.praſumpt.*50.*nu*.3. *&* *d.caſu* 195.
nu.5.*de arbitrar.Surdus de aliment. tit*.9.*q*.
12.*nu*.10.*Gratian.d.cap*.381. *num*.2.3. *&* 4.
15 Neq; ab re ſpolij iure bona præoccupans
Camera,exceptionem notorij non ſui iuris
patiatur,vt probare quod aſſerit, debeat.*Ro-
ta deciſ*.16.*de reſtitut.ſpoliator. in nouis* ; &
dictum fuit *in Fulginaten.ſpolij* 29.*Februa-
rij* 1580. *coram Seraphino Eminentiſſimo
Cardin.deciſ*.448.*nu*.3. *Riceius* Vici Epiſco-
16 pus *collectan*.2030.*par*.5. Manifeſta nempè
eſſe debent,quæ ad Eccleſiam pertinent, his,
qui circa ipſum ſunt,vt pura hæredibus,Cō-
cilium Martini Papæ exponit dicto *can. ma-
17 nifeſta* 20.12.*q*.1.Rationemq; reddit; *ne res
Epiſcopi*(qui è vita exceſſit)*importunitatem
patiantur pro rebus Eccleſię* . Neq; enim
18 hoc pati debet Eccleſia,quæ cultrix iuſtitiæ
eſt, neminiq; iniuriam facit.*cap. nuper*.6.§.
*quod autem.de donat.inter virum,& vxorē,
Bald.in cap.Clerici.nu*.3.*de iudic.* vt aliena
19 pro ſuis præripiat.*Nam ſicut Eccleſia pro-
prias res amittere non debet; ita eam rapaci-
tatis ardore inuadere alienas,non oportet* .
Vti Gregorius ille Magnus ad Bonifacium
Epiſcopum in *can.ſicut Eccleſia* 49 12. *q*.2.
ſcribens edicit. Alioquin ſi illas rapuerit,re-
ſtituere tenebitur , vt *Gloſſ*. ibidem verbo
alienas commentum agit.

Ad ſecundum autem dicimus, perſtitiſſe
adhuc firmam Papæ facultatem teſtandi in
conditionibus in illa comprehenſis, quando
in Vrbe ſuum clauſit extremum diem Illu-
20 ſtriſſimus Archiepiſcopus. Erat quippè tūc
in munere adhuc Nūtiaturæ,quamuis ab illa
diſtans:Quia non ſua,ſed aliena diſceſſit vo-
luntate.Diſceſſit nempè quia expulſus. per-
durabat itaq; adhuc in munere ſuo.Imputa-
ri haud ergo debebat ei alienus impetus ,
per quem non ſtabat, quin ſuo fungeretur
munere. probatam facit aſſertionem hanc
ſummus ille Doctiſſimus Pontifex Innocen-
tius III.in *c.Petrus Diaconus* 17.*de homicid.*
21 *extrà*. dùm decernit ab extrinſeco, prætèr
voluntatem,alteri illatam mortem, impedi-
mento haud extitiſſe Petro,quin in ſuo mi-
niſtraret ordine , atq; ad ſuperiora aſcende-
ret; quia poſitiuū nihil ipſe tribuit, vt occi-
deretur ille,quin prohibuit , atq; diſſenſit.ne
ex aliena malitia puniatur,qui nihil deliquit.
& *can.ità nè*.3.*in fin.cum Gloſſ*.verbo *puta-
22 uerit*.33.*q*.5. non imputari, (dicente) quæ
23 per coactionem abſolutam fiunt . Propria
enim voluntate peccatum patratur ; vt vo-
luntate libera non data , peccatum minimè
inueniatur.ex Auguſtino libro 3. de libero
arbitrio cap. 17. & libro de vera religione
cap. 14.quem ſequitur *S.Thomas*.2.2.*q*.108.
art.4.*ſed contra,&* 1.2.*q*.6. *artic*.4. Gratian.
15.*q*. 1.*in ſumma*.§.*cui ſententiæ.& can.me-
ritò* 1.*& can.aliquos ſcimus*.5.*ead.cauſa* , *&*
q.& ex Ambroſio *can.non eſt*. 10.*ibidem*. di-
cente : *Nemo tenetur ad culpam niſi propria
voluntate deflexerit. Non habet crimen,quæ
inferuntur reluctantibus. Voluntaria tan-
tum commiſſa ſequitur dilectorum inuidia ,
quam in alios deriuamus*. & ex Auguſtino *d.
24 can. ita ne* 3. 32. *q*. 5. Inuoluntariè quod
quis patitur,non imputatur ſibi. Quia vt idē
can.non fidelibus.5.*in fin.ead*.32.*q*.5.dicit :
25 *non niſi voluntate peccatur*.Non itaq; im-
putabitur quod citrà , quin non contrà, vo-
luntatem accidit,& per quem quin fiat, ſtat
minimè.*can.Ephefiis*.4.& ibidem *Gloſſ*.ver-
bo *annunciarem.diſt*.43. *Gloſſ.in can. quod
ad nos*.10.aliàs *fin.diſt*.47.verb. *inculpatos*.
rationem ibi reddens in fin.dicens : *ſufficit
enim vtiliter incboari, licet non babeat effe-
ctum*.regula *imputari* 41.*de regul. iur. in* 6.
26 Ferret itaq; pœnam ex alterius facto,& cul-
pa, Illuſtriſſimus Filonardus,ſi quod eiectus,
(non ſua culpa) ſibi imputaretur.quod per-
mitti minimè debet.vt Pomponius regulam
ſtatuit in *l.non debet alteri* 75.*ff. de regulis
27 iuris*.ne ex improbitate ſua quiſquam com-
modum hauriat. ex Vlpiano in *l. itaq; fullo.*
12.*in fin. princ. ff.de furt.Gloſſ. in can.ſi ad
peccatum* 20.verbo *conquaritur*.22.*q*.4.*Na-
uar.conſ*.1.*num*.2.*lib*.3.*de ſolutionibus*. neq;
alter alteri iniquam inferat conditionem
Gloſſ.in can.Sacramenta.34.verbo *iniuriam*
1.*q*.1.*& can.deniq*; 10.verbo *neutrum in fi.*
14.*q*.5.conſtituitq; Paulus lib.3. ad edictum
in *l.ſi vnus* 28.*in princ.&* §.*ante omnia ff. de
pactis*.Nihil lætum,niſi vt officiat.Caius lo-
quitur in *l.in fundo*.39. §.1.*ff. de rei vendic.*
28 Neq; enim perſonæ culpa eiectus fuit, ſed
muneris intuitu . Non igitur ſuum expleuit
29 munus , qui eiectus exiuit . Quadruplici
quippè modo legationis, ſiue nuntiaturæ
munus expletur,vt optimè docet nos *Gloſſ*.
recepta *in cap. in præſenti*.3.verbo *finitur
legatio.de officio legati.in* 6.vel quia ad tem-
pus datus,completo tempore reuerti cogi-
tur: vel quia reuocatus à conſtituente Prin-
cipe:vel quia voluntariè,non ampliùs reuer-

 tendi,

tēdi animo, legationem egreſſus dereliquit,
vel quia demum ſupremi aduentu diei, vitæ
clauſit vſuram. hanc eandem enumerationē
ſequitur *Ioan. Azor. inſtitution. moralium*
par. 2. lib. 5. cap. 32. q. 10 Nullo autem horum
modorum legationem dimiſit Illuſtriſſimus
hic Nuncius Filonardus. Haud igitur lega-
tionem ipſe expleuerat, ad quam redire po-
terat compoſitis diſſidijs, quæ cauſam eie-
30 ctioni dedere. Retinetur nēpè effectus cauſa
ceſſante, ex qua ille procedit. *cap. cum ceſſan-*
te 60. *de appellationib. extrà. can. ſtatuimus* 8.
§. ſed ſciendum eſt. diſt. 61. *can. quod pro re-*
meato 7. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *ceſſante* 1. *q.*
7. *cap. magnę* 7. *in fin. de voto, cap. ſi Chriſtus,*
26. *cum Gloſſ. de iureiuran. l. generaliter* 41.
C. *de epiſcop. & Cleric. l. ſi pater.* 3. *C. de hæ-*
redib. inſtituend. S. Thom. in 1. *par. q.* 2. *art.* 3.
in corpor. in ſecunda via.
31 Explere nempè, atq; complere, ſiuè perfi-
cere is dicitur, qui nihil aliud habet, quod
addat, munere impleto, quod cęperat. iuxta
Pauli ſenſum in *l. in omnibus* 5. *ff. de obligat.*
& actionib. & *Gloſſ.* ibidem verbo *obligatio*
circa fin. §. ſi verò moriatur. 2. *in authent. de*
Inſtrumentor. cautela & fide collat. 6. Caro-
32 *lus Paſchalius de legato. cap* 79. *in princip.* ſi-
cut perfectum dicitur, quod ſuis omnibus
partibus conſtat. Ex Caio Iure Conſulto in
l. 1. *in princ. ff. de origine iuris. can. ſi omnia* 7.
in fin. 6. *q.* 1. *Lucas de Penna in l.* 1. *nu.* 8. *C. de*
agentib. in reb. lib. 12. At nihil expleuerat Il-
luſtriſſimus hic Nūtius. neq; tempus; cū abſq;
tēporis præfinitione datus fuiſſet; neq; quod
agere debebat negotium Nuntiaturæ; cum
in dies noua ſibi ſuccederēt negotia à ſancta
ſede demandata; neq; Summi Pontificis mēs
erat, vt reuerteretur, quod id Summus ille
Pontifex non declarauerat; neq; ipſius Nūtij
voluntate, qui lubens in munere ſibi deman-
dato perſeuerabat, vt voluntatem expleret
Summi Pontificis præcipientis, qui illum ad
munus obeundum deſtinauerat.

Non igitur Nuntiaturæ munus expleue-
rat Illuſtriſſimus hic Nuntius, omnibus par-
tibus enumeratis, ex quibus expleri munus
illud dici poteſt, non apparentibus. Perdura-
bat adhuc propterea, quando diei vltimo
terminum dedit, vitæq; vſuram interclusit,
ab eo vocatus, qui vitæ, & mortis habet po-
teſtatem. *Sapient.* 16. 13. & cuius in manibus
hominum ſunt tempora, quæ pater in ſua
poſuit poteſtate *actuum* 1, 7. Iurè ergo fa-
cultate vſus fuit, quam ſibi ſanctæ memoriæ
Vrbanus VIII peculiari Breui de decem mil-
libus, atq; de alijs mille aureis, vti vni ex Epi-
ſcopis aſſiſtentibus diſponend. fecerat. Fa-
ceſſāt ergo oppoſitiones omnes, quas ſuis fa-
ciunt hæredibus Cameræ Miniſtri.
33 Neq; porrò vili hoc argumenti genus ha-
bendum eſt, quod inductio dicitur; ſiuè à
ſufficienti partium enumeratione, quo vſus
conſpicitur magnus ille Gregorius Romanæ
Eccleſiæ vniuerſalis Epiſcopus ad Ioannem
Rauennatenſis Eccleſiæ Epiſcopum in *can.*
contra morem 8. *§. quod ſi hoc non oſtenditur*
diſt. 100. & Alexander III. *in can. ad Sedem*
Apoſtolicam 2. *§. quid igitur dicent.* 35. *q.* 5.
34 Quid enim impugnant ipſi, quod lucente
ſole patet, atq; ad hominem deducitur. iuxta
Pauli ſenſum in *l. minimè* 23. *ff. de legibus*,
atq; etiam Iuſtiniani Cæſaris in *l. ſancimus*
27. *in princ. C. de teſtament.* quatenus prin-
cipium illud deducit; ſtare non prohibendū,
quod non mutatur. docetq; apertiſſimè Pau-
lus in *l. ille, aut ille* 25. *§. cùm in verbis. ff. de*
legat. 3. his loquens verbis: *Cùm in verbis*
nulla eſt ambiguitas, non debet admitti vo-
luntatis quæſtio: nec alienus eſt Marcelli ſē-
ſus *in l. nō aliter.* 67 *ff. eodem.* ſequiturq; *Sur-*
dus deciſ. 210. *nu.* 1. *& ſeq. Marius Antonin.*
35 *variar. lib.* 1. *reſolut.* 18. *nu.* 9. Nuntij paſſim
ex vrbe Roma per Sanctiſſimum Romanum
Pontificem deſtinantur, vt ab illo mandata
accipiant agendorum. Abeunt ad deſtinata
ſibi loca; expleto munere Romanam repetūt
Curiam, vt bonæ adminiſtrationis rationem
reddant, atq; ab eodem Summo Pontifice
36 ad eorum remittantur Eccleſias. Hoc totum
impleuit Illuſtriſſimus Marius Filonardus.
Poloniam primò nuntius deſignatus petijt.
Polonia eiectus, Romā eum petere opor-
tuit, vt geſtorum Summum Romanum Pon-
tificem certiorem redderet, atq; ab illo, quid
ſibi faciendum eſſet exciperet. Sanctiſſimus
eum interim, vt Sancti officij Conſultoris ſer-
uitium ſubeat, imperat. mandatis paret. Vita
interim excedit Vrbanus Papa, & poſt pau-
culos dies ipſe quoquè Nuntius Filonardus.
Intermiſit ne quicquam ne in munere dice-
retur eſſe Nuntiaturæ, qui ipſum adhuc ne-
gotium agebat, eo non adhuc à Summo Pō-
tifice dirempto, cuius ex nutu pendebat: nec
in poteſtate Illuſtriſſimi Filonardi erat, vel
recedere, vel permanere, ſed ex imperatis
37 Summi Pontificis? Si ità creditur, mihi cre-
dite, erratur, vt verbis vtar Innocentij Papæ
38 *in can. deinde* 3. *in fin. diſt.* 26. Qui igitur ex-
pletum Nuntiaturæ munus contendere ten-
tabit, ipſe probatione præſtet, opus eſt. *l.* 2. *ff.*
de probation. l. actor. 23. *C. eodem. can. ſciant*
cuncti 2. 2. *q.* 8. *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin.*
15. *num.* 1. *&* 2. *Rota apud Card. Manticam*
deciſ. 251. *nu.* 3. noſter *Maranta conſ.* 73. *nu.*
5. *in fin. Gratianus deciſ.* 19. *nu.* 9. *& deciſ.* 81.
nu. 33. *Rota apud Coccinum deciſ.* 448. *nu.* 2.
39 Vt non ſufficiat præſumptiuè probaſſe, ni
vera id probatione præſtiterit. *Rota deciſ.*
102. *nu.* 6. *par.* 1 *diuerſorum*, *& apud Card.*
Seraphin. deciſ. 1171. *nu.* 2. *& deciſ.* 249. *nu.* 3.
& apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 53. *vbi*
Beltraminus addens num. 5. *& deciſ.* 64 *nu.* 7.

Verùm dà, munus hoc Nuntiaturæ exple-
tum fuiſſe; haud tamen obtinebit Aduerſa-
40 rius. Porrò Sanctiſſimus in Breui dicto Illu-
ſtriſſimo facultatis teſtandi factæ, facultate
præ-

Digitized by Google

præfata frui valeat permittit: *Durante offi-
cij huiuſmodi munere, vel alio noſtro, &
huius Sanctæ Sedis ſeruitio, etiam eundo, &
41 redeundo.* Adhùc propterea in redeũdo erat
ad Eccleſiã, qui ab Vrbe nõ diſceſſerat, neq;
diſcedere poterat, eiuſdem Papæ mandato
42 retentus. vt nullum idcircò eo impedito tẽ-
pus curreret. ad *tex. in l. 1. §. fin. in fin. C. de
annali exceptione, Creſcent. dec. 225. alias 5.
num. 2. de renunciat. Caſſador. dec. 9. num. 6.
de appellat. Afflict. deciſ. 50. num. 4. Rota
apud Card. Manticam deciſ. 30. numer. 2. &
apud Sanctæ Memor. Gregor. XV. deciſ. 450.
& apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen.
dec. 365. n. 25. & 26. par. 2.

43 Præterquam, quod in alio detinebatur, &
eiuſdem Sanctiſſimi, & Sanctæ Sedis ſerui-
tio, quod explebat, Sancti Officij Conſulto-
44 rem agendo. Sunt quippè Sancti Officij
Conſultores Sanctæ Inquiſitionis Tribuna-
lis nobiliora membra, atq; pars quędã cor-
poris eius: eodem pęnè modo, quo Magi-
45 ſtratus, Principiſq; à Conſilijs, pars corporis
eius eſſe dicuntur. ad *text. in l. quiſquis. 5.
C. ad leg. Iul. Maieſtat. cap. cùm dilectus fi-
lius 14.* vbi *Gloſſ.* verbo *familiares de Cleric.
non reſident. extrà. can. ſi quis cum militibus
22. 6. q. 1.* canonizans dictam legem *quiſquis*
Imperatorum Arcadij, & Honorij. plenè de-
duximus de Conſultoribus Sancti Officij,
Sanctiſſimæ Generalis, & vniuerſalis huius
Inquiſitionis in Regno Neapolitano loquẽ-
tes *reſponſ. 69. per tot.* potiſſimùm *num. 12.
46 & 13. part. 3.* Namq; ſi pars Tribunalis hu-
ius, (ſine quibus, ſubſiſtere illud non poteſt)
ſunt Notarij, Curſores, atq; ipſimet Tortο-
res, qui damnatos reos torquent, & in ipſos
datam exequuntur ſententiam; Cur (quæſo
47 te) non multò magis Conſultores, qui à
Conſilijs ſunt Tribunalis, illudq; fulciũt, atq;
iuuant, & reos ipſos iudicant, atq; damnãt?
48 iuxta illud Apoſtoli *1. ad Timoth. 5. 17. Qui*
benè pręſunt Presbyteri, duplici honore
digni habeantur, maximè qui laborant ver-
bo, & doctrina. argumento *text. in capit. 1.
de priuileg. extrà.* deduximus dicta *reſponſ.
69. num. 49. & ſequent. dict. part. 3.* Ne ad
49 imparia hi iudicentur; eodem autem iure
cenſeantur, ſecundùm *Gloſſ. in can. illud. 3.*
verbo *negantur. diſt. 95. & in can. ſi quiu
vxorem 4. in fin. 32. q. 1.*

50 Et quàmuis Conſultorum vota con-
ſultiua, non ſint deciſiua; nihil ta-
men hoc illis officit, quin à Conſilijs ſint,
atq; iudicent, damnentq;: Cùm id illi pro-
ferant, quod fieri iure perpenſo debet. ad
*text. in cap. vt commiſſi vobis 12. §. Aduo-
candi quoq; de hæretic. lib. 6. vbi Cenedus
collectan. 27. & Barboſ. ibid. numer. 7. & 8.
Royas de hæretic. part. 2. in 11. aſſertion.
num. 166.*

51 Et quin in ſeruitio commorari dicantur
Papæ, atq; inter eius annumerentur familia-
res. ad *text. in d. cap. cũ dilectus filius 14. de
52 Cleric. non reſident.* Vndè præſentes dicun-
tur. quia in ſeruitio ſunt Papæ. vt *Gloſſ* fina-
lis adnotat *in d. cap. cùm dilectus in fi.* argu-
mento *text. in cap. de cætero 7. eod. tit.*

Hanc proindè ob cauſam, quàmuis à
Nuntiaturæ munere ſe expediſſet dictus Il-
luſtriſſimus Filonardus, erat tamen adhùc
in alio, & Sanctiſſimi Papæ, & Sanctę Sedis
ſeruitio. Proficiebat igitur ei facultas te ſtan-
di facta. Neq; porrò fruſtra factum eſt, vt
Summus ille Pontifex Vrbanus, vt mentem
ſuã aperiret. diuerſimodè loqueretur, dicẽ-
do: *Durante officij huiuſmodi munere:
vel alio noſtro, & huius Sanctę Sedis ſerui-
tio.* Non proptèr cauſam aliam id fecit, niſi
vt diſtingueret, Officij Nuntiaturæ munus,
ab omni alio, vel Sanctitatis ſuæ, vel Sanctæ
Sedis ſeruitio: atq; cum miniſterio loqu-
53 tum ſe pateſaceret, ſicuti iuſtum eſt, vt ver-
bum nullum in oratione (Principis præſer-
tim, ac Summi) à miniſterio vacet. ad *tex. in
can. ſic enim. 9. §. his de cauſis.* vbi *Gloſſa*
verbo *nunquid. 28. q. 1.* faciuntq; in argu-
mentum, quæ Papinianus lib. 26. quæſtionũ
in *l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſuris.* & ipſe in
54 hanc rem perpendit. verba tenenda eſſe
ſtipulãtium, ne fruſtrà in ſtipulationibus ap-
poſita videantur. quem *tex.* affert *Glo.* dicto
verbo *nunquid.*

55 Vt parum, quin magis omninò nihil cu-
randum ſit; quòd pronomen illud (*alius*)
(*vel alio noſtro, & huius Sanctæ Sedis ſer-
uitio*) inter ſimilia ponatur; atq; ſimilia in-
ferat. vt ſequuta fuit *Rota in recentior. part.
2. tom. 2. dec. 719. num. 4. Surdus conſil. 151.
num. 29. & conſ. 364. num. 38. vol. 3.* vt im-
portare videatur: (*vel noſtro, & huius San-
ctæ Sedis ſeruitio*) eiuſdem vtiq; Sanctæ Se-
dis ſeruitium in Nuntiaturæ munere; non
in alio.

56 Tũ quòd pronomen, vel dictio illa (*alius*)
inter diuerſa etiam quandoq; ponitur, quin
inter ſe diſſita: vt apertiſſimum id tibi facit
57 Sanctus Euangeliſta *Ioannes. 19. 17.* de Ieſu
enim in Crucem, vt moreretur appenſo, lo-
quens: *Et baiulans ſibi crucẽ* (dixit) *exiuit in
eum, qui dicitur Caluarię locum, hebraicè
autem Golgotha: vbi Crucifixerunt eum. Et
cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autẽ
Ieſum.* Hos alios, qui cum Ieſu crucifixi fue-
runt, *Matth. 27. 38.* latrones appellat, dicens;
*Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones,
vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.* Nõ itaq;
ſequitur pronomen (*alius*) omnimodam
importat ſimilitudinem: inferre quippè ſimi-
litudinem inter Chriſtum, & latrones duos,
qui cum eo crucifixi fuere: quaſi ipſe
latro fuerit. *Qui non rapinam ar-
58 bitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed
ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci-
piens, in ſimilitudinem hominum factus, &
habitu inuentus, vt homo.* vt Paulus loqui-

tut ad Philippenſes ſcribens. 2.6.
59 Non tamquam ita omnimoda ſimilitudo
ſequitur, ex pronomine, (alio) quin quandoq;
inter omnino diuerſa ponatur; ad ſolum ve-
rò numerum referatur, vt adnotauit Gloſſ in
can. deinde ponitur. 3. verbo cum cęteris.
diſt. 7. Pariſius de reſignat. lib. 2. q. 15 n. 21.
Gratianus forenſ. part. 4. cap. 766. numer. 5.
60 Nec inepte ex ſequentibus, & præceden-
tibus declarationem admittet, vt dilatetur,
vel reſtringatur, vt perpendit Rota in Bono-
nien. ſupplementi legitimæ. 2. Martij 1637.
coram Cardin. Veroſpio Iuniore deciſ. 199.
num. 14. 15. & 16. par. 7. recentior. per Ru-
beum.
61 Tùm quòd nomen illud ſeruitium latius
omnino patet, quam munus, ſiue officium;
vt quodcunq; comprehendat ſeruitium ſi-
uè Nuntiaturæ, ſiue quodcunq; aliud, quā-
uis Nuntiaturæ inferius, vt deduci videtur
ex d. cap. cùm dilectus 14. ibi: in noſtro ſerui-
tio commoranti. de clericis non reſidenti-
bus extrà. & dicto cap. de cætero 7. eod. qui
62 ſanè textus indefinitè, ac conſequẽter vni-
uerſalitèr loquũtur, nomineq; ſeruitij vtun-
tur, iuxtà Pomponij ſenſum in l. ſi pluribus
45. in princip. ff. de legat. 2. can. Saluator. 8.
§. & ne quis inſanus. & ibidèm Gloſſ. verbo
indefinitè. 1. q. 1. Cagnol. in l. 1. num. 10. ff. de
reg. iur. & in hoc ſenſu exauditur tex. in §. in
hoc quantocunq; hic finitur lex. in vſibus
feudorum. illis præſertim verbis: Et ille cùm
petierit diù ſteterit quod ſeruitium nullum
ei fecerit latè enim patet ibi nomen ſerui-
tium, & meminit tex. in cap. relatum 12. §. li-
cèt autem: ibi; iuxta ſeruitij meritum. de te-
ſtam. extrà.
63 In ſeruitio itaquè Sanctæ Sedis Apoſtoli-
cæ vitæ terminum fecit Illuſtriſſimus Filo-
nardus, qui Sanctæ Inquiſitionis Conſulto-
rem agens, diem clauſit vltimum. Suffraga-
tur non iniuria eius hæredibus, qui ex ſu-
premo ſuo elogio ſucceſſionem ſubiere, fa-
cultas eidem Illuſtriſſimo per Papam teſtan-
di facta, per verba etiam illa: Durante offi-
cij huiuſmodi munere; vel alio noſtro, &
huius Sanctæ Sedis ſeruitio, etiam eundo, &
redeundo.
64 Quia generatim Summus Pontifex lo-
quutus fuit, nedùm de Nuntiaturæ Officij
munere, ſed de omni alio, & eius, & Sanctæ
Sedis ſeruitio, vt generalitèr quoq; exandiē-
da eidẽ ſit facta facultas. can. conſuluiſti 20.
2. q. 4. cap. illa 2. ne Sede vancante. cap. 2 de
translat. Epiſ. l. diffidentis. 5. C de repud. Na-
uarr conſ. 6. num. 11. lib. 3. de donat. Sanchez
de matrimon. lib. 6. diſput. 36. ſub numer. 2.
65 Ac de quacunq; ſeruitij ſpecie, quę ſub ge-
nerico ſeruitij nomine, ac nuncupatione
comprehenditur. Puteus dec. 266. lib. 2. Na-
uar. conſ. 20. n. 6. in fi. lib. 5. de ſenten. excom-
munic. & conſ. 6. n. 1. lib. 3. de ſtatu regula-
rium.
66 Cùm enim diuerſimodè Summus expre-
xerit Pontifex mẽtem ſuam per diuerſa no-
mina, (& Nuntiaturæ munus, & aliud San-
ctæ Sedis ſeruitium,) diuerſimodè vtiq; in-
telligi voluit, nedùm de Nuntiaturæ mune-
re, ſed & de omni quoq; alio, & ſuo, & Sāctæ
Sedis ſeruitio, quamuis Nuntiaturę munus
non eſſet. ad Auguſtini ſenſum in can. quid
ſi dormierit 13. vbi etiam Gloſſ. verbo, nec
nobis definiendum. 31. q. 1. & can. liquidò
apparet 54. & ibidèm Gloſſ. verbo ſeruaret.
de conſecrat. diſt. 2. ad text. in l. non diſtin-
guemus 37. ff. de receptis arbitris. can. ſi Ro-
manorum 1. diſt. 19. Rota apud Duranum
67 dec. 281. n. 9. part 2. Quia nimirum nominũ
diuerſitas, & rerum diuerſitatem indicat, &
negotiorum, ad tex. in l. procuratoris. 5. §. ſi
plures, ff. de tributor. act. Rota in Mediola-
nen. ſimulationis contractus. 1599. coram
Corduba dec. 128. num 6. poſt 1. volum. con-
ſiliorum Farinac. & apud Coccinum deciſ.
289. nu. 1. Nominumq; diuerſitas differen-
68 tiam rerum declarat. ad text. in l. ſi idem co-
dicilli 7. C. de codicillis. Abbas conſ. 47. nu. 2.
part. 2. Ioann. Baptiſta Coſta conſ. 15. nu. 4.
& conſ. 44. numer. 19. Rota apud S. Memor.
69 Gregor. XV. dec. 555. n. 8. Cùm cōmodius
quoq; ſit, res ſingulas, ſingulis nũcupari no-
minibus. iuxtà Gloſſ. in can. olim idem erat.
5. in fi. verbo tollerentur. etiam in fi. diſt. 95.
70 Alioquin, (quod eſſe minimè debet, in
ſummo præſertim Principe,) inanitèr verba
protuliſſe, ac difformitèr loquutum fuiſſe
Summum Romanum Pontificem, gratiam
ſuo indulgẽtem Miniſtro, aſſeuerauerimus.
ad tex. in cap. ſi Papa 10. de priuileg. in 6. &
l. poſtliminij 5. ff. de captiu. & poſtlimin. re-
uerſ. l. ſtipulatus. 4. ff. de vſur. l. 3. in princ. ff.
de iur. iur. Rot. apud Card. Mantic. dec. 225.
nu. 5. in fin. & apud Card. Caualer dec. 494.
n. 2. & apud S. Mem Greg. XV. dec. 434. nu.
6. diximus reſponſ. 79. n. 72. & 80. part. 3.
71 Hoc autem abſurdum eſt dicere. Abijciē-
dum propterea. cap. quemadmodùm 25. de
iure iurand. Glo. in cap. dudùm 14. verb ab-
ſurdum. de præbend. in 6. cap. gaudemus. 8. §.
quia verò. de diuort. extrà. l. nam abſurdū. 7.
ff. de bon. libertor. Euerard in loco ab abſurd.
n. 1. & ſeq. Nauar. conſ. 4 n. 1. verſ. 3. facit. &
conſ. 8. num. 4. verſ. 7. quod è contrario. lib. 3.
de voto.

Annuamus proindè oportet de omni alio
ſeruitij genere, ſibi, & Sanctæ Sedis exhibē-
do, Summum Romanum Pontificem Vrba-
num, non de ſolo Nuntiaturæ munere, lo-
quutum fuiſſe, cùm teſtandi gratiam Illu-
ſtriſſimo Archiepiſcopo Filonardo, elargi-
tus fuit.

Atq; ita ex his, Ariſtarchi iudicio non
abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

In hac ipſa facti ſpecie plures alij, & legũ, Sacrorũmq; Canonum Doctores, ac Sacræ Theologiæ Magiſtri reſcripſerunt. Propterea eorum ſcripta doctiſſima; quę ad noſtras deuenere manus hic ſubnectere operæ me pretium facturum æſtimaui, è te, nempè tua erunt Amice Lector, ſi ſimilis euenerit
72 caſus; cùm *Nihil ſub Sole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt: iam enim praeceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.* Vt Salomon Sapientiſſimus ille Rex *Eccleſiaſtes. 1. 10.* nos docuit.

SVMMARIVM.

1 *Inuẽtarium diſtinguit bona patrimonialia, ab illis defuncti.*
Facitq; euitare confuſionem.
2 *Spolium excluditur probando bona fuiſſe in patrimonio antequàm quis ad Epiſcopatum promoueretur. & n. 17.*
Et in dubio pro poſſeſſore reſpondendum.
Onuſq; probandi contrarium ad Camerã ſpectat. & n. 21.
Nec interim bona amouenda ſunt à poſſeſſoribus. n. 4.
Neq; fit in pœnam non reſidentium, ſed quia bona ſunt Eccleſiæ. n. 10.
Præſertim ſi Epiſcopus facultatẽ habeat teſtandi. n. 23.
5 *Nemo præſumitur immemor ſalutis ęternæ.*
Præſertim in articulo mortis.
Et ſi fuerit vir doctus, & timoratus.
Et vt propinquos ditet, cùm ipſe moriatur. num. 18.
6 *Beneficiarius ex beneficij fructibus vixiſſe præſumitur.*
Bonaquè patrimonialia conſeruaſſe. & num. 21.
Nec eſt veriſimile, patrimonialia diſſipare, & beneficij fructus conſeruare. n. 7.
Quod ſi faceret, reprehẽſione eſſet dignus. num. 8.
8 *Nemo præſumitur ſuum prodigere.*
9 *Dubio in facto, interpretatio illa ſumenda, quòd faciens actum, ita illum facere videatur, vt nullam mereatur reprehẽſionem.*
11 *Legationis munus quibus modis finitur.*
Non expirat morte Papę. n. 12.
Neq; cenſetur reuocatus per creationem ſecundi. n. 13.
14 *Legatus extra Prouinciam poteſt exercere actus voluntariæ iuriſdictionis.*
15 *Impedito non currit tempus.*
Et impedimentum excuſat à pœna.
16 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
19 *Epiſcopus quæ lucratur alia occaſione, quã ex bonis Eccleſiæ, vt ex induſtria, proprium efficiuntur patrimonium.*
Etiam ſi lucra habeant dependentiam à dignitate. n. 20.
Et contrarium debet probare Cameram. num. 21.
24 *Facultas teſtandi Epiſcopis facta, non prodeſt eis, ſi extra reſidentiam obierint, ex Pij IV. Conſtitutione.*
25 *Officialis abſens de licentia, percipit ſolita emolumenta.*
26 *Verbum ſeruitium. ſiuè (impiego) latiùs patet.*
27 *Conſultores Sancti Officij officium gerere dicuntur.*
Et Miniſtri Sanctæ Sedis appellantur à Pio V.
28 *Pronomen (alius) eſt dictio repetitiua ſimilium.*
Ex ſubiecta tamen materia inter diſſimilia ponitur.

Romana prætenſi Spolij.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine.

NOn intrat Spolium, nequè quòad bona mobilia, & argenta reperta in Palatio Illuſtriſſimorum DD. de Filonardis de tempore obitus Bon. Memor. Archiepiſcopi Auenionen. nequè quòad loca Montium ſub illius nomine cãtantia, quoniam reſpectu bonorum, & argẽtorum ex pluribus conſtat, illa extitiſſe in dicto eorum Palatio antèquã dictus Archiepiſcopus eſſet promotus ad dictum Archiepiſcopatum. Primò, ex inuentario facto per Reuerendam Cameram Apoſtolicam de anno 1624. occaſione Spolij Archiepiſcopi Amalfiten. in quo deſcripta ſunt eadem mobilia, & argenta deſcripta in inuentario bonorum, & argentorum, de quibus hodiè agitur, vt patet ex vtriuſquè combinatione.

1 Secundò, ex alio inuentario facto de eodẽ anno 1624. à dicto Archiepiſcopo Auenionen. per acta Veſpignani Notarij Capitolini, ad affectum diſtinguendi bona patrimonialia ab alijs in poſterum acquirendis, & euitandi confuſionem, iux. theoricam *Baldi in authent. licentiam numer. 4. verſ. quia debet quaſi inuentarium facere, & ſegregare res ſuas à rebus Eccleſiæ, C. de Epiſcop. & Cleric.* quem ſequutus eſt *Redoan. de Spol. quæſtion 9. num. 43.* & prius dixerat *Innoc. in cap. cùm in officijs n. 4. de teſtam.*

Tertiò, ex teſtibus deponẽtibus bona, de quibus hodiè agitur, partim eſſe de illis, quæ ab antiquo tempore fuerunt dd. DD. de Filonardis, inſeruierunt claræ mem. Cardinali Filonardo, & alijs de Filonardis in eodem Palatio; & partim acquiſita per Archiepiſcopum

pum Amalfitanum antequàm bon.memor.
Marius fuiſſet prouiſus de Archiepiſcopatu
Auenionen.vt in *Summ.dd.teſtium num.*

Vndè prætédi non poteſt,huiuſmodi bo-
na cadere ſub ſpolio,cum ex teſtibus, & in-
uentarijs prędictis clarè conſtet,extitiſſe in
rerũ natura antè promotionem ad Archie-
piſcopatum Auenion.& per conſequens dici
non poteſt,acquiſita fuiſſe de redditibus di-
cti Archiepiſcopatus,cùm hic ſit verus mo-
2 dus excludendi ſpolium,probando,DD.Fi-
lonardos habuiſſe hæc bona tempore pro-
motionis, vt tradit *Redoan. de Spolijs dicta
quæſt.9.num.*31. & quando eſſemus in du-
bio,reſpondendum paritèr eſſet pro DD.Fi-
lonardis poſſeſſoribus, vt in ſpecie probat
Surd.de aliment.tit.9.quæſt.12.num.6. vbi
3 quòd ſtante poſſeſſione DD. de Filonardis,
ad Reuerend. Cam.ſpectat onus probandi,
bona fuiſſe quæſita poſt promotionem,ſe-
quutus eſt *Gratian.diſcept.*381.*num.1.cum
ſeqq.*

4 Et hinc *Redoan.de ſpol. d. quæſt.9. num.
33.& 34.*firmauit,bona non eſſe amouen-
da à poſſeſſoribus, donec pendet probatio
ſuper eo,an fuerint quæſita antè, vel poſt
promotionem,per *text.in can.1. 12.quæſt.5.*
& ſi ſunt amot, debent reſtitui,vt in termi-
nis probat *Cardinal conſ.79.numer.2. verſ.
vndè in caſu noſtro*,cùm hæres D.Franciſci
fuerit in poſſeſſione, & fuerit ſpoliatus, antè
omnia foret reſtituendus,& *num.3. per tot.
Corn.conſ.314.nu.4.lib.3.Redoan.d.quæſt.9.
n.34.& 35.*

Quò verò ad loca Montium cantantia ſub
nomine dicti Archiepiſcopi Auenionien.Iſta
quoquè dicuntur exempta à prętenſo Spo-
lio,quia licèt fuerint empta poſt promotio-
nem ad prædictum Archiepiſcopatum,non
tamen cẽſentur empta de redditibus illius,
ſed de bonis Patrimonialibus,& alijs acqui-
ſitis per dictum Archiepiſcopum, dùm fuit
Vicelegatus,& Gubernator Armorum Aue-
nionen. Nam emptio facta eſt nomine pro-
prio,non autem Eccleſiæ, & in teſtamento
condito in articulo mortis,declarauit,emiſ-
ſe de pecunijs Patrimonialibus, & hanc de-
clarationem feciſſe pro exoneratione ſuæ
conſcientiæ,vndè cùm verſemur in Archie-
5 piſcopo viro doctiſſimo,nobiliſſimo, & Re-
ligioſæ vitæ, ac timoratæ conſcientiæ,non
eſt præſumẽdũ,in mortis articulo fuiſſe im-
memorem ſalutis æternæ, & voluiſſe ædifi-
care ad gehennam,vt in puncto de Epiſco-
po tradit *Corn.d.conſ.314.n.5.lib.3.* mori-
bundus enim non præſumitur velle dece-
dere cum peccato,maximè quando in ipſo
mortis articulo declarationẽ fecit pro exo-
neratione ſuæ conſcientię.*Rot.dec.vlt. n.13.
& 14.par.1.diuerſ.Honded.conſ.91.num.88.
lib.1.Vrſell concluſ.135.n.60.in fin.*

Et hoc idem ceſſante hac declaratione de
iure cenſendum eſſet,quia dictus D.Archie-
piſcopus fuit Nuncius in Polonia, in qua
Nunciatura maximas expenſas fecit, reti-
nuit ſemper numeroſam familiam,ædifica-
uit Eccleſiã in Ciuitate Auenionen. & Ca-
pellam in Vrbe, & magnas fecit Eleemoſy-
nas, & alias impendit pecunias in operibus
pijs,pro quibus omnibus, & quotidiano vi-
ctu ſatis non fuerunt redditus Epiſcopatus,
6 & vbi cõtingit dubitari,an vixiſſe præſuma-
tur ex fructibus beneficij, vel patrimonij,
fatendum eſt,præſumi fructus beneficij cõ-
ſumpſiſſe in alimenta, & alias expenſas ſibi
neceſſarias, & fructus Patrimonij ſibi,& Po-
ſteris reſeruaſſe. *Innocent.in cap. Epiſcopus.
de præb.Socc.*qui de communi *conſ.91.nu.3.
verſ. ſecundum quod præſupponitur lib.3.
Menoch.de arbitrar.c.195.num.5.Alexand.
conſil.116.num.3.lib.7. Philipp.Port.conſil.*
136.*num.*15. & de veriori opinione teſta-
tur multa adducta *Surd.de alim.dict. tit.9.
quæſt.12.à nu.11.ad 29.Grat.d.diſcept.381.
num.3.*

7 Et ideò cùm Archiepiſcopus Auenionen.
haberet opulentiſſimum Patrimoniũ, præ-
ſumitur ex redditibus patrimonialibus
emiſſe loca Montium, & redditus Eccleſia-
ſticos conuertiſſe in alimenta, & alias expẽ-
ſas ab eo factas, quæ proculdubio ſuperant
redditus Epiſcopatus, vt tradunt *Card.Za-
barell.d.conſ.79.nu.2.& ſeq. Corn.conſ.88.
num.8.cum ſeq.lib.2.& d.conſ.314.per tot.
lib.3.*Non enim eſt veriſimile,velle Prælatum
ſeruare fructus Eccleſię,& redditus Patrimo-
niales diſſipare,vel in vſus neceſſarios cõuer-
tere:cũ ſciat,vel ſcire debeat,de Eccleſiaſti-
cis redditibus minimè poſſe diſponere poſt
mortẽ,ſicuti poſſet de patrimonialibus,hoc
8 enim eſſet ſuum prodigere, quod non eſt
credendum,vt dicit *Surd. d.quæſt.12. n.23.
& ſub n.27.*ait,quòd ſi Prælatus fructus Ec-
cleſiæ ſeruaret,& Patrimoniales erogaret in
vſus neceſſarios, iuſtè poſſet reprehendi à
prudentibus,tãquam incautè,& impruden-
tèr egiſſet.In dubio verò ſumi debet inter-
9 pretatio,per quam faciens actum non me-
reatur à prudentibus reprehẽdi,*Becc. conſ
.51.num.13.*

Et ceſſat difficultas ex facto,quia proba-
tur per partitas Bancorum,pecunias eroga-
tas in emptione dd. locorum proueniſſe ex
bonis patrimonialibus,non autem ex red-
ditibus Epiſcopatus Auenionen.& probabi-
tur etiam per teſtes,ſi opus fuerit.

10 Et hinc non obſtat,quòd D.Archiepiſco-
pus obierit extra reſidentiam: quia Spoliũ
non fit in pęnam reſidentiæ,ſed ex eo,quòd
bona ſunt acquiſita ex fructibus Eccleſiæ,
vel illius intuitu, vt aliàs dicebat Illuſtriſſi-
mus D.meus Chinus ſcribens pro Canoni-
co Hiſpano in Curia defuncto contra Came-
ram, & obtinens,dùm inter eiuſdem Rom.
Curiæ Primarios Aduocatos primum locũ
meritò obtinebat;& ideò excluſo, quòd
bo-

Digitized by Google

bona ſint acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, excluſum quoq; remanet ſpolium, ſiuè Prælatus decedat intra, ſiue extra debitam reſidentiam, cum ſpolium non pẽdeat a reſidentia, ſed à ſola qualitate bonorum, vt dictum eſt.

Et quatenùs dici poſſet, aliquam partem dd. locorum Montium emptam fuiſſe ex redditibus Eccleſiaſticis, quod abſolute negatur, euitatur nihilominus ſpolium, quia Archiepiſcopus habebat licentiam teſtandi de ſcutis 10. mill. in oneræ in vna, & de ſcutis mille auri in alia, cum expreſſa prohibitione, ne Camera pro illis ſummis ſpolium aliquod facere poſſit, vt ex Breuibus, quæ licèt non ſuffragentur extra reſidentiam, ſuffragãtur tamen in caſu noſtro, quia Papa deſtinando eundem Archiepiſcopum Nuncium apud Regẽ Poloniæ, conceſſit illi aliud Breue, vt poſſet de prædictis ſummis teſtari, etiã ſi extra reſidentiam durãte dicti officij munere, vel alic ipſius Papę, & Sanctæ Sedis ſeruitio eundo, & redeundo decedere cõtingerit. Breuia cùm ſint clara, & conceſſa motu proprio, tollunt pro ſummis in eis contentis omnem amaritudinem.

Nec dicatur, munus officij Nunciaturæ fuiſſe expletum, quia hoc non probatur, & ſolus aduentus Archiepiſcopi ad Curiam non conuincit muneris ceſſationem, quan-
11 doquidèm certum eſt, legationem non finiri, niſi ex vno ex quatuor modis enumeratis à *gloſ. in cap. præſenti. verb. finitur, de offic. legat. in 6.* Primò, finito tempore conſtituto, ſi ad certum tempus fuerat deſtinata. Secundò, morte ipſius Legati. Tertiò, quãdo Papa Legatum reuocat. Quartò, quando Legatus Prouinciam ſibi demandatam egreditur, animo, & voluntate nunquam redeundi ad legationem, quando ſcilicèt facultatem habet à Papa legationem ſuo arbitrio finiendi, comprobat *Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 5. c. 32 q. 10. Barboſ. de vniuerſo iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 5. n. 88. f. 86.*

In caſu autem iſto legatio non fuit reſtricta ad certum tempus, & ſic ceſſat primus modus. Nec Papa legationem dicti Archiepiſcopi reuocauit, neq; finitam declarauit, & ſic ceſſat etiã tertius modus. Minuſq; Legatus Prouinciam ſibi demandatam egreſſus fuit ſpontè, ſeù animo, & voluntate nũquam ad legationẽ redeundi, cũ ſatis notũ ſit, fuiſſe ab illo Rege eiectum, & animũ redeundi retinuiſſe, maximè cùm non haberet à Papa facultatem finiendi legationem ad libitum ſuum, & conſequentèr ceſſat etiam quartus modus, per mortem autem verum quidèm eſt, expiraſſe legationem, ſed cum ſucceſſerit, ea durante intrat Breue facultatis teſtandi ſupra relatum, quod excludit omne prætenſum ſpolium.

12 Nec dicatur, expiraſſe ſaltim per mortem Papę, quia per mortem ipſius Papæ non expirat munus, & iuriſdictio Legatorum, niſi aliqua ex prædictis cauſis interuenerit per text. expreſſum in *cap. legatos, de offic. leg. in 6. Azor. dicto cap. 32. quæſt. 14. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſputat. 28. numer. 9. Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſo, dict. lib. 1. cap. 5. num. 90.*

13 Neq; cenſetur, Papam reuocare primum Legatum per creationem ſecundi. *Gambar. de offic. & poteſt. Legati à Latere lib. 9. nu. 3. Boer. dec. 347. num. 5. Azor. d. c. 32. quæſt. 11.* vbi *quæſt. 13.* reſoluit: Legationem non finiri legato furioſo facto, quamuis reuocetur ob furoris euentum, & ſic tanto minus in caſu iſto, in quo Papa nullum alium creauit Nuncium, ſaltim ordinarium in locum dicti Archiepiſcopi Auenionen. nec interceſſit vllius reuocatio, ſed ſola coacta eiectio ex parte Regis, per quam ſinè difficultate munus Officij Nunciaturę non fuit expletum, & habemus exemplum in Illuſtriſs. DD. Archiepiſcopis Vitellio Nuncio apud Venetos, & Meltio Nuncio apud Magnum Etruriæ Ducem, qui eiecti retinuerunt Officium Nun-
14 ciaturæ, atq; etiam exercitium in his, quæ concernunt volũtariam iuriſdictionem, quæ fieri poſſunt à Legato, etiam extra Prouinciam. *Add. ad Gregor. XV. deciſion. 287. n. 11.* nec conſequentèr expirauit facultas teſtandi contemplatione eiuſdem Officij conceſſa.

Maximè cùm huiuſmodi facultas latiùs pateat, comprehẽdendo etiam redditum ad Eccleſiam Auenionen. à qua diſceſſerat, qui redditus non erat adhùc ſequutus, non culpa Archiepiſcopi, ſed facto Papæ, qui noluit illum ab Vrbe dimittere, vt eſt notorium, & poteſt per teſtes concludentèr probari. Quinimmò deputauit in Conſultorem Sancti Officij, & ideò ſtantè legitimo impedimento dicendum eſt, adhuc Archiepiſcopum fuiſſe in redditu ad ſuam Eccleſiam, & per conſequens gaudere beneficio facul-
15 tatis teſtandi, per regulam indubitatã, quod impedito non currit tempus, *l. perfectius, C. de annali exception. Rimin. conſ. vt. num. 29. lib. 1.* & ideò propter impedimentum receditur à forma, *Pariſ. conſ. 32. num. 11. 14. & 16. & conſ. 33. n. 23. cum ſeqq. lib. 2.* nam impeditus nõ dicitur negligẽs, *cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend.* nec videtur formæ, aut legi contrauenire, *Iaſ. in l. ſi quis n. 7. ff. de iuriſd. omnium iudic.* hinc eſt, quòd impedimentum excuſat à pœna, cũ æquiparetur impoſſibili, cuius nulla eſt obligatio,
16 *l. impoſſibilium, ff. de reg. iur.* qua ratione impedito conficere inuentarium non currit tempus ſtatutum à iure, nec impedito currit præſcriptio. hinc impedimentum excuſat à contumacia, ſi citatus non fuerit, & excuſat etiam à deſertione, atquè ab obligatione accedendi ad Concilium Generale, *can. Epiſcopus. & can. ſi Epiſcopus, & can. placuit*

18. *diſtinct.* & paritèr excuſat ab obligatio-
ne accedendi ad Concilium Prouinciale, &
Synodale, *can. peruenit. dicta diſtinct.* 18.

Et ceſſare videtur difficultas, quia facul-
tas teſtandi non ſolùm durabat durante
Officio Nunciaturæ; ſed etiam alio eiuſdem
Papæ, & S. Sedis ſeruitio, & ideò cùm nega-
ri non poſſit, quin Officium Conſultoris S.
Officij Inquiſitionis Vrbis ſit ſeruitiũ Papæ,
& S. Sedis Apoſtolicæ comprehenſum in
Breue facultatis teſtandi, vt optimè com-
probarũt Doctiſſimi Viri, qui ſuper hoc ar-
ticulo ſcripſerunt, ad quos me remitto, vtiq;
ceſſare debet ſpolium per Cameram præ-
tenſum, & bona relinqui debent libera pœ-
nès Ill. DD. de Filonardis.

Quarè, &c.

Hortentius Paſcuccius.

Romana Prætenſi Spolij.

Illuſtriſſime Domine.

ADuerſùs Reuerendam Cameram præ-
tendentem Spolium per obitum
bon. mem. Archiepiſcopi Auenio-
nen. clara exceptione videntur ſe
tueri Ill. DD. eius cõſanguinei, & hæredes, al-
legãdo, & probando ex duplici inuentario, &
reſtibus, bona mobilia, & argentea in com-
muni, & Gentilitio Palatio adinuenta illuc
extitiſſe antè promotionem ad Archiepi-
17 ſcopatum; indubitatum eſt, enim eo ca-
ſu non ſubiacere Spolijs, ad *tex. in cap.* 1. vbi
not. *de teſtam.* & diſtinguit *Lap. alleg.* 113.
*Mandoſ. de ſignat. Grat. §. licentia teſtandi
verſ. in dubio autem. Redoan. de Spol. quaſt.
9. num. 6. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſtic.
part 3. cap. 3. n.* 1. cum alijs alleg. antè me.

Item allegando, loca Montium fuiſſe ab
eo empta ex bonis Patrimonialibus, & alijs
aliundè quæſitis, proùt ipſemet moriturus
teſtando aſſeruit, ſicut namquè huic decla-
rationi ſtandum eſt, nè præſumatur, quod
18 ſpectabat ad Eccleſiam, ſeù Cameram vo-
luiſſe, vt ſuum, conſcientiam lædendo, con-
ſanguineis relinquere, vt poſt *Ancharan. &
alios* in puncto eſt *conſ. Burſat.* 376. *num.* 22.
lib. 4.

19 Ità ſinè controuerſia hæc paritèr tranſeũt
ad hęredes, maximè quia conſtat, quòd Ar-
chiepiſcopus habebat alios prouentus, &
lucra fecit, ſignantèr occaſione legationis
Auenionen. ac propria induſtria; vndè regu-
lantur ad inſtar aliorum bonorum Patrimo-
nialium, *Silueſt. in ſumm. in verb. Clericus
quaſt. 4. num.* 4. vbi de commun. *Couarr. de
teſtam. cap. 1. num. 11. verſ. vnde text. Na-
uarr. conſ. 4. de pecul. Cleric. & in tract. de
redditib. Eccleſiaſt. q. 1. annot. 19. num. 1. Leo
vbi ſupra. Bellett. diſquiſit. Clerical. §. 6. n.* 3.
& in Nuncio, & Legato *Burſat. d. conſ.* 376.
num. 16.

20 Idquè procedit, etiam ſi iſta lucra habe-
rent dependentiam à dignitate Eccleſiaſti-
cã, ſeù ratione Clericalis Ordinis, aut Offi-
cij quæruntur; nàm ad hunc effectũ ſufficit,
vt non proueniant ex Eccleſiaſticis reddi-
tibus, vt in *cap.* 2. & 3. vbi omnes, *C. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. Corn. conſ.* 314. *col.* 1. & 2. *lib.* 3.
*Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. par. vl-
tim. num.* 22. *Monet. de diſtrib. part. 3. quaſt.
3. num.* 12. *Leo vbi ſupra n.* 14. & 15. vbi red-
dit rationem.

21 In tantum, vt ſi Camera contendat, Ar-
chiepiſcopum emiſſe ex bonis Eccleſiæ, ipſi
incũbat onus id probandi, *Crot. in l. ſi frater
à fratre. nu. 119. ff. de condit. indebit. Roland.
conſ. 90. num. 10. lib. 2. Bero. conſ. 7. num.* 9. qui
de communi *lib. 2. Bertach. de Epiſc. par. 4.
n. 6. verſ. ſed onus.*

Eoquè fortiùs, cùm notiſſimum ſit, ipſum
functum eſſe officio Nunciaturæ, maxima
cum honorificientia, & ſumptibus, hoſpitã-
do, & recipiendo Principes, & Magnates, &
alias ædificando, & elargiendo in pauperes,
vt in facto omnia præſumitur feciſſe, cùm
fructibus Eccleſiæ, & propria reſeruaſſe pro
22 conſeruatione, & manutentione Domus;
proùt de iure facere potuit, & ideò non fa-
ciunt Spolium, ex allegat. per D. Hortẽſium,
& addo *Abb. in queſt. Titius Clericus* 4. *nu.*
15. cum alijs per *Bellett. d. §. 6. n.* 7. vbi de
communi opinione. Cęterum, vbi aliqua ex
dictis locis poſſent prætendi empta de fru-
ctibus Eccleſię, quòd tamen nimis durum
eſt cogitare, attenta dicta declaratione Prę-
lati Religioſiſſimi; nihilominùs ceſſat Spo-
lium, cùm eſſet ſuffultus facultate teſtandi
23 vſq; ad ſummam ſcut. 11. mil. qui ideò de-
ducuntur ex Spolijs. *Abb. in repetit. cap. cùm
eſſes. num. 29. & ſeqq. de teſtament. Dec. conſ.
152. n. 2. Burſatt. conſ. 226. num 44. Nauar.
de Spol. Eccleſ. §. 7. num. 6. Leo vbi ſupra
num.* 30.

24 Non obſtat, quòd huiuſmodi facultates
regularitèr non iuuent reſtantem extra Re-
ſidentiam; præſertim ex Conſtitutione
Pij Quarti, nam vltra, quod poſterior ſpeci-
ficè comprehendit hunc caſum, cum am-
pliſſima derogatione eiuſdem Conſtitutio-
nis; conſiderandum eſt etiam, emanaſſe oc-
caſione prælatæ Nunciaturæ, & illa durante,
atq; eundo, & redeundo, vel alio Papæ, &
huius Sanctæ Sedis ſeruitio, voluit ſibi ſuf-
fragari; vndè, aut fatendum eſt, dùm finita
obijſſe, per ea, quæ latè, & elegantèr dedu-
cit D. Hortenſius, & proùt in ſimili vide-
25 mus, quòd Officialis abſens de licentia,
percipit ſolita emolumenta, ſicut & Cleri-

cus

cus gaudet Priuilegio percipiendi fructus præbendarum. *Luc. de Penn. in l.14.n.15. & 16.C.de prox.ſacr ſcrin. lib.12.*

Aut certè in omnem euentum ſatis eſt, quòd tempore obitus fungeretur munere Conſultoratus S. Officij ob dicta verba, *alio ſeruitio*, quod in memoriali porrecto Sanctiſs. & ſuper quo Breue fuit extenſum, ex-
26 preſſit, *ò altro impiego*, quod eſt verbum latius, licèt hoc loci importet Officiũ, quod conuertitur cum ſeruitio, *ad gloſ. in cap. conſueta, in verbo ſeruitia conſueta* vbi *Abb. & Imol. de maioritat. & obedient.*
27 quod Officium quidèm gerere dicũtur huiuſmodi Conſultores, apertè probat *text. in cap. vt commiſſi vobis officij. de hæretic. in 6.* & Miniſtri Sedis Apoſt. ſeù Eccleſiæ appellantur in *Conſtit. Pij V. in Bullar. nou.* in ordine 82. *tom. 2.* vndè durabat etiam mortuo Papa. *Felin. in cap. licèt vndiq. numer. 1. verſ. ſecundo caſu, de officio delega.* cum concordant.

28 Nec reflectendum eſt ſuper antecedenti verbo *alio*, quod regularitèr eſt dictio repetitiua ſimilium qualitatum; quia fallit, ſi ſubiecta materia, & ratio recti ſermonis, vt in hoc caſu, ſuadet, vt includat diuerſa ab expreſſis, vt in loco vulgat. *Euangelij.* Crucifixus eſt Chriſtus, & alij duo latrones. *Felin. in cap. ſedes. de reſcript. Rot. deciſ. 714. nu. 5. in fi. par. 2. recent. Caputaq. deciſ. 296. par. 1.* in materia officiorum *Carauit. ſuper Rit. Magn. Cur. Rit. 49 ſub. n. 5.*

Quare, &c.

Io. Franciſcus Tuſcus
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Principis debet latiſſimè interpretari, & n.28. & 53.*
Potiſſimùm ſi priuilegium in remunerationem datum fuerit, ac benemerita. & nu. 2. & nu. 54.
Etiam ſi cõtra ipſum Principem interpretatio recideret. n. 3. & n. 27.
Secùs ſi vulneret ius commune. n. 11.
Quod intellige, quando interpretatio eſſet vltrà verborum proprietatem. n. 13. & n. 15.
4 *Verba generalitèr prolata, ſunt generalitèr exaudienda.*
5 *Dictio, vel, inter diuerſa ponitur.*
Et caſus diſiungit. n. 6.
Licèt quandoq; inter idem importantia ponatur. n. 16.
Vel parum diſtantia.
7 *Conſultores Sancti Officij Romæ in ſeruitio dicuntur eſſe Summi Pontificis. & nu. 19. & 49.*
Et Sacræ Congregationis. num. 33. & n. 43. & 44.
Qui eliguntur à Summo Pontifice. num. 8.
Alij verò extra ab Inquiſitoribus.
Iſti non dicuntur eſſe in ſeruitio Papæ. nu, 48.
Eorum votum non eſt deciſiuum, ſed conſultiuum. n. 9.
Aſſumpti ad Epiſcopatũ fiunt liberi ab expenſis pro expeditione Bullarum. n. 10. & n. 39.
Sunt Miniſtri, & Officiales neceſſarij. nu. 38. & n. 50.
Et priuilegijs remunerantur. n. 39.
12 *Beneficiarij, Epiſcopiq; de bonis Eccleſiæ teſtari non poſſunt.*
14 *Priuilegia contra ius commune extendenda non ſunt.*
Vltra eorum verborum proprietatem.
17 *Clauſula (Auditis confeſſionibus) in Bullis Pontificis, nõ eſt extendenda ad vtrũq; membrum, ſed referendo ſingula ſingulis.*
Clauſula appoſita in fine, ad omnia præcedentia refertur. n. 18.
20 *Sedis Apoſtolicæ nomine, nedùm Papa, ſed omnia Tribunalia in Romana Curia ſpecialem iuriſdictionem exercentia, comprehenduntur.*
Omneſq; Miniſtri, & Officiales Curiæ Romanæ. n. 21. & n. 45. & 47
Et Congregationes Cardinalium. n. 37.
Et qui inſeruiunt in illis. n. 52.
22 *Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.*
23 *Diſpoſitio Principis fauorabilis dicitur, cùm remunerare ille intendit.*
Et ex principali intentione ipſius. n. 24.
In dubio fauorabilis cenſenda. n. 25.
26 *Priuilegium odioſum, eſt reſtringendum.*
Dicitur odioſum, quando in præiudicium tendit tertij.
29 *Principem decet vti liberalitate.*
Atq; etiam gratitudine. n. 30.
31 *Prooemium diſpoſitionis cauſam finalem indicat.*
32 *Verborum proprietas in omni diſpoſitione perquirenda.*
34 *Cardinales ſunt veluti membra, & pars Papatus.*
Cum Papa vnum corpus miſticum.
In Congregationibus repræſentant Eccleſiam. n. 35.
Cardinales Sacræ Congregationis Sancti Officij ſunt Commiſſarij Papæ, & Inquiſitores. n. 36.
40 *Curiales dicuntur qui Curiæ, ſeù Sedi Apoſtolicæ ſeruiunt.*
Et Cardinalibus, aut Officialibus Curiæ. num. 51.
41 *Legatio, ſeù Nunciatura quatuor modis finitur.*

42 *Epiſcopus poteſt iuriſdictionem voluntariam in ſibi ſubiectos exercere extra Diœceſim.*

Ita & Legatus extra Prouinciam.

43 *Papa, & Sancta Sedes Apoſtolica eſt Iudex ordinarius, & ſupremus in cauſis Fidei.*

Inquiſitores verò ſunt Iudices delegati.

46 *Dantes aliquid pro impetranda gratia, vel iuſtitia à Sede Apoſtolica, in pœnas dant Conſtitutionis Gregorij XIII.*

1 AD caſum propoſitum reſpondeo affirmatiuè. Moueor, quia Beneficium, & Priuilegium Principis latiſſimè interpretari debet, vt paret ex *leg. Imperialis. Cod. de nupt.* ex *cap. olim*, & ibi *gloſſ. de verb. ſignif.* ex *cap. quia*
2 *circa, de Priuil.* & ex *cap. Dilecti de don.* cum alijs iuribus, & Doctoribus communitèr; maximè quando Priuilegium conceſſum fuit, vt in caſu noſtro, ob remunerationem, & benemerita, teſte *Schrader. vol. 1. conſ. 1. num. 196. & conſ. 14. num. 285.* cum *Hunnio in Encyclopedia Iuris par. 1. titul. 6. cap. 10. num. 8.* & alijs. Quod quidèm procedere,
3 etiam ſi interpretatio redundaret contrà ipſum Principem, vt eſt in caſu noſtro, notauit ex *Bartolo, & Baldo Acacius Enenkelius de Priuil. Iuris ciuilis, lib. 2. cap. 3. nu.* 14. Cùm igitur Summus Pontifex in noſtro caſu concedat facultatem teſtandi, *durante munere Nunciaturæ, vel alio S. Sedis Apoſtolicæ ſeruitio*, dicta verba non ſunt reſtrin-
4 genda ad ſeruitia ſimilia, & eiuſdem generis Nunciaturæ, ſed generalitèr accipienda ſunt, vt generalitèr ſonant, & ſunt prolata; nàm lex generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda, vt paret ex *leg. in fraudem, § vlt. de teſtam. milit.* ex *leg. 1. §. generaliter. de aleat.* & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ex *l. de pretio, ff. de public. in rem act. leg. preces, ff. de offic. Præſid.* & ex *leg. 2. §. conueniſſe, ff. de iudic.* cum alijs vulgaris iuribus.

5 Quod etiam euidenter probatur, quia Dictio, *vel*, ponitur inter diuerſa, vt paret in *rubrica, ff. de acquir. vel amitten. hæred.* traditquè *Gonzalez ad Regul. Cancell. 8. gloſ. 48. num. 17.* & alij, quos congerit *Cenedus* poſt *can. qq. ſingul. 29. num. 8.* vndè dixit *Ferrerus in Conſtit. Cathal gloſſ. 4. nu. 122.* & alij communitèr, dictionem hanc diſiun-
6 gere caſus. Sed in reſcripto Pontifex concedit facultatem teſtandi, *durante munere Nunciaturæ, vel alio ſuo, & S. Sedis ſeruitio, etiam ſi eundo, & redeundo decedere contingerit.* Ergò non ſolum Archiepiſcopus poterat teſtari, dùm munere Nuncij fungebatur, ſed etiam dùm S. Officij Conſultor extabat, vel in alijs ſeruitijs Summi Pontificis, & Sanctæ Sedis detinebatur.

Confirmantur etiam omnia ſuperiùs adducta, nempè intentionem Pontificis in ſupradicto indulto teſtandi, non ſolum comprehendere tempus Nunciaturæ, ſed omne aliud, in quo Archiepiſcopus maneret extrà ſuam Diœceſim in aliquo ſeruitio Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, etiam eundo, & redeundo, confirmantur, inquam, ex quodam reſcripto Vrbani VIII. die 15. Apr. 1635. Nam in dicto Breui Pontifex concedendo eidem D. Archiepiſcopo, intuitu dictæ Nũciaturæ, facultatem non reſidendi, ſic aſſerit. Vt *durante prædicto Nuncij munere, & poſtquàm illud expleueris durante tempore redditus tui ad eandem Eccleſiam Aueniononenſem, recto tramite faciendi, niſi alitèr tibi ab ea Sede mandatum fuerit, ab eadem Eccleſia, abſquè Cenſurarum, & pœnarum incurſu abeſſe, liberè, & licitè poſſis.* ità ibi: Si igitur ex dictis verbis, vt clarè patet, Archiepiſcopus gaudebat Priuilegio nõ reſidendi, non ſolùm durante munere Nunciaturæ, & tempore redditus ad ſuam Eccleſiam, ſed etiam expleto dicto munere, & non redeundo ad Eccleſiam; Si tamen hoc ex mandato Sedis Apoſtolicæ efficeret. Sic etiam & in noſtro caſu, non ſolùm gaudebit Priuilegio teſtandi tempore Nunciaturæ, & tempore redditus, ſed etiam alio tempore, in quo Summus Pontifex in aliquo ſuo, vel Sedis Apoſtolicæ ſeruitio dictum Archiepiſcopum retineret, vt patet ex verbis ſuperiùs à nobis ponderatis. Itaq; ex æquiparatione, & collatione dictorum Breuium, quòd vnũ factum eſt die 12. Aprilis, alterum die 15. apertè patet, mentem Pontificis fuiſſe, vt D. Archiepiſcopus gauderet dictis Priuilegijs teſtandi, & non reſidendi toto tempore, quo non rediret ad ſuam Eccleſiam, & hoc non ſolùm tempore Nunciaturæ, ſed etiam alio tempore extrà Nunciaturam, dummodò ex mandato Summi Pontificis, S. Sedi in aliquo munere deſeruiret.

7 Dicere autem, quòd qui Officium Conſultoris S. Officij Romæ exercet, non ſit in ſeruitio Summi Pontificis, omninò negandum eſt, vt probatur in ſcriptura mihi exhibita; & ideò nè in aliena vinea arare videar, præter ea ibi adducta, quæ videnda ſunt, notandum eſt diſcrimen inter Conſultores aliarum Inquiſitionum, & Cõſultores S. Officij Vrbis Romæ; nàm Conſultores
8 aliarum Inquiſitionum Italiæ eliguntur ab ipſiſmet Inquiſitoribus, vel ab Eminentiſſimis Cardinalibus, teſte *Carena tract. de Offic. S. Inquiſit. part. 1. titul. 8. §. 1. numer. 3.* Conſultores verò Inquiſitionis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ eliguntur ab Inquiſitoribus Generalibus, vt obſeruat *Souſa in Aphor. lib. 1. cap. 1. num. 14.* ſed Conſultores S. Officij Vrbis, &, vt dici ſolet, Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, non eliguntur ab Eminentiſſimis Cardinalibus, ſed immediatè ab ipſomet Summo Pontifice, & ſingu-

lis

Digitized by Google

lis hebdomadibus exercent immediatè
munus ſuum coràm ipſo Pontifice, ſimul
9 cum aliis Cardinalibus; & licèt eorum vo-
tum non ſit deciſiuum, vt me citato probat
Carena vbi ſuprà §.3.*n.* 53.poteſt tamèn
accidere,quod Summus Pontifex abſoluat,
vel condemnet hæreticos,relinquendo vo-
ta Cardinalium, & adhærendo votis Con-
ſultorum,præſſus melioribus rationibus ab
ipſis adductis.Si ergò ipſi à Pontifice eligũ-
tur, munus ſuum coràm Pontifice exercẽt,
neſcio.quo pacto dici poteſt, non eſſe in
ſeruitio Pontificis , & Sedis Apoſtolicæ .
10 Hinc ſi aliquis ex dictis Conſultoribus ad
Epiſcopatum aſſumptus eſt,eximitur ab ex-
penſis pro expeditione Bullarum , & hoc
quia in dicto munere deſeruit Summo
Pontifici. Itaquè dicendum eſt , includi
in illis verbis, de quibus eſt quæſtio, *vel
alio noſtro , & S. Sedis Apoſtolicæ ſer-
uitio.*
11 Nec aduersùs ſupradicta obſtat etiam
dicere,quòd Priuilegium Principis tunc latè
ſit interpretandum, quando non vulnerat
ius commune,vt patet ex *cap. ſanè, & cap.
porrò, de priuileg.* & docet *Præpoſitus in
par.1.D.Thomæ,quæſt.97. dub.3. num.* 34.
Amicus in Curſ.Theol.tom.5.diſput.9. ſect.
3.*num.* 49. *Fabius Galeota reſponſ.fiſcal.*
12.*num.*193.*Caſtro Palaus tom.*1. *tract.*3.
*diſput.4.punct.*10.*num.*5.*Suarez de legibus
lib.8.cap.*17.*num.*5.& alij penès ipſum.Sed
Priuilegium, de quo eſt difficultas,vulnerat
Ius commune,vt patet ex *cap Quianos,de
12 teſtam.* in quo apparet , Beneficiarios, &
Epiſcopos non poſſe teſtari, & tradunt Iu-
riſconſulti,quos citat, & ſequitur *Hulricus
Hunnius in Encyclopædia iuris par.*4. *tit.*1.
*cap.*1.*num.*73. Ergò tale Priuilegium non
eſt latè,ſed ſtrictè interpretandum,tanquàm
Priuilegium latum contra Ius commune.
Hæc,inquam,minimè obſtant, nàm reſpon-
deo , tunc Priuilegium contra ius commu-
ne latè non eſſe interpretandum , quando
interpretatio eſſet vltra verborum proprie-
13 tatem;Vnde quando verborum proprietas
patitur;latè poſſe interpretari,tenent *Docto-
res*,quos citat, & ſequitur *Henriquez in
ſumma lib.7.cap.30.num.1.& in gloſſa.lite-
ra B.*quibus adde *Couarruuias var.reſol.
lib.3.cap.5.num.8.in fine, & Rodriquez in
QQ.regul.tom.2.quæſt.46.artic.*12. Et ideò
dixit *Trullench.in Proœmio Bul.Cruc.dub.*
4 *num.*3. Priuilegia contra ius commune
14 non eſſe extendenda vltra propriam verbo-
rum ſignificationem,& naturam.Quod qui-
dèm non accidere in caſu, de quo eſt quæ-
ſtio,legentibus patet: nam noſtra interpre-
tatio non efficitur vltrà ſignificationem ver-
borum Priuilegij, ſed quantum ipſa verbo-
rum proprietas patitur. Etenim Reſcriptum
Pontificis ſic aſſerit. *Durante huiuſmodi
munere,vel alio noſtro, ſeu S.Sedis ſeruitio.*
Sed qui munus Conſultoris S.Officij exer-
cet , ſeruitium Sanctæ Sedis , & Summi
Pontificis dicitur exercere , vt ſuppono ,
& clarè patet. Ergò ſecundum dictorum
verborum naturam,& proprietatem , mu-
nus,de quo loquimur,in dictis verbis inclu-
15 di dicendum erit.Itaq; noſtra interpretatio
non eſt vltrà verborum Priuilegij ſignifica-
tionem,& ideò admittenda,ex Iuribus, quæ
adducit *Salgadus de retentione Bullarum
par.2.cap.30.§.5.num.26. Solorzanus de
Indiarum Iure,tom.2.lib.2.cap.20.num.* 71.
& alij penès ipſos,docentes, illam interpre-
tationem eſſe veram,congruam, & admit-
tendam , quæ verbis reſcripti, & diſpo-
ſitionis declaratæ conueniat , & verifi-
cetur.
16 Et tandèm,nec etiam obſtat dicere.quòd
aliquando particula , *vel*, ponitur inter idẽ
importãtia,& parum diſtãtia,vt tradit *Caſſa-
neus conſ.39.num.*101.*Gratus conſ.*33.*num.*
17.*Romanus conſ.93.num.*2.cum alijs,vndè
dixit *Mandoſius in reg.* 1. *Cancell.* aliquan-
do ſignificare ſimilia , & poni inter eadem
ſignificantia,quod accideret in noſtro caſu,
videntur ſignificare illa verba,*etiam ſi eun-
do,& redeundo decedere contingerit.* Dùm
igitur Pontifex aſſerit. *Durante huiuſmodi
munere,vel alio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ
ſeruitio*,intelligendus eſt,loqui de muneri-
bus,& ſeruitijs eiuſdem generis,Nuntiatu-
ræ,Legatię,& ſimilium;nàm alioquin , vt di-
xi,non adderet ſtatim illa verba , *etiam ſi
eundo , & redeundo decedere contingerit* ;
Sed reſpondendum eſt.Primò,dicta verba
referenda eſſe ad primum membrum,con-
ceſſionis nempè , dùm Archiepiſcopus Nũ-
tiaturam exerceret,tunc enim,eundo, & re-
deundo,etiam tali Priuilegio gauderet ; non
autèm ex hoc ſequitur;non poſſe condere
teſtamentum poſt peractam Nuntiaturam,
ſi aliud munus,& ſeruitium pro Pontifice,
& Apoſtolica Sede exerceret, vt eſt munus,
& ſeruitium Conſultoris S. Officij. Nam
Pontifex,vt dictum eſt,conceſſit facultatem
teſtandi,non ſolùm pro tempore Nuntiatu-
ræ,ſed abſolutè pro tempore alterius mu-
neris,& ſeruitij,quę Sedi Apoſtolicæ impen-
derentur. Itaq; ſingula ſingulis referendo,
verba illa reſpiciunt primum membrum
conceſſionis,non autèm ſecundum , in quo
Pontifex abſolutè,generalitèr, & ſine vlla
diſtinctione loquitur.
17 Quod confirmatur à ſimili ex clauſula,
(*Auditis confeſſionibus*)apponi ſolita in Bul-
lis Pontificijs, quando datur facultas abſol-
uendi à peccatis,& Cenſuris; nàm aſſerit ,
me citato,*Trullench.vbi ſuprà, Sanchez de
matrim.tom.3.lib.8.diſput.* 16. *num.* 11. &
alij,dictam clauſulam referẽdo ſingula ſin-
gulis,non eſſe extendendam ad vtrumquè
membrum, ſed tantùm ad primum , quia
peccata abſoluuntur in Confeſſione:Cenſu-

re verò poſſunt abſolui extrà Confeſſionem. Sic & in noſtro caſu dicendum eſt, clauſulā illam, *etiam ſi eundo, &c.* reſpectiuè eſſe intelligendam, & referendam ad genus ſeruitiorum, quæ, eūdo, & redeundo, perfici ōtur, atq; ideò ad primum membrum reſcripti, quod in ſpecie deſignat Nunciaturam, non autem ad ſecundum membrum, quod loquitur generaliter de alijs ſeruitijs.

Vel reſpondetur Secundò, & melius, dicta verba referenda eſſe ad vtrumq; membrum
18 reſcripti, ex regula iuris, quòd clauſula appoſita in fine, referenda ſit ad omnia præcedentia, vt tradit *Capyc. dec. 108. num. 9. Menoch. lib. 4 præſumpt. 18. numer. 2. & Trullench. in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 13. nu. 6.* & quidèm non eſt diſpar ratio, vt magis dicta verba referri debeant ad vnum membrum reſcripti, quàm ad aliud; nàm non ſolùm Nuntiaturæ, vel aliquid ſimile, ſed omnia alia ſeruitia extrà ſuam Diœceſim ab Archiepiſcopo ex mandato Pontificis facienda, perfici non poterāt, niſi *eundo, & redeundo*, vt per ſe patet; & ideò ſi D. Archiepiſcopus poſt peractum munus Conſultoris S. Officij, quia amplius Pontifex, nollet illum in tali ſeruitio detinere, ad ſuam reſidentiam pergendo, in itinere, v. g. Ianuæ, ex hac vita diſceſſiſſet, virtute facultatis Pōtificiæ, in hoc reſcripto largitæ, potuiſſet adhuc teſtamentum condere, ego exiſtimo, cùm Pontifex generalitèr dixerit, *Durante huiuſmodi munere, vel alio noſtro, & S. Sedis ſeruitio, etiam ſi eundo, & redeundo decedere contingerit.* Manet igitur ſatis firmata noſtra ſententia, validum fuiſſe teſtamentum D. Archiepiſcopi virtute ſupradicti Pontificij Priuilegij.

Et hæc in fauorem Domini Conſulentis ſatis ſit dixiſſe, prout tenuitas ingenij mei fert. Saluo tamen meliori iudicio in fauorem Reuerendæ Cameræ, eiuſq; Commiſſarij viri doctiſſimi, mihiq; amiciſſimi, nec non Illuſtriſs. & Amantiſs. Domini mei Theſaurarij, quibus, & alijs Viris doctis libenter hæc omnia corrigendo ſubmitto. Romæ in Domo S. Syluestri Montis Quirinalis, die 30. Auguſti 1644.

Antonius Diana Cler. Reg.

Quæritur, vtrum Conſultores Congregationis S. Officij exiſtentis Romæ dicantur eſſe in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ.

19 Reſpondetur affirmatiuè. ratio eſt; nam qui eſt in ſeruitio alicuius Tribunalis exiſtentis in Curia Romana habentis ſpecialem iuriſdictionem, verè eſt in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ. Sed Conſultores Congregationis S. Officij exiſtentis Romæ, ſunt in ſeruitio alicuius Tribunalis exiſtētis in Curia Romana habentis ſpecialem iuriſdictionem, ergò, minor patet, & maior probatur, quia nomine Sedis Apoſtolicæ, intelligitur non ſolùm
20 ipſe Papa; ſed etiam omnia Tribunalia exiſtentia in Curia Romana, habentia ſpecialem iuriſdictionem, vt docent DD. ſcribētes in Bullam Cœnæ, dùm explicant excommunicationem latam contra lædentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt. atq; in materia de Simonia explicando *Bullam Gregor. XIII. de datis, & acceptis.* Videndi præcipuè ſunt *Nauarr. in comm. de datis, & pro. miſſis pro iuſtitia, vel gratia. not. 18. num. 29. verſ. 3. Molina diſp. 82. verſ. iam verò. Azor. par. 3. lib. 12. cap. 23. quæſt. 7. Alterius de Cenſuris diſput. 10. cap. 2. dub. 4. Toletus lib. 1. inſtr. Sacerd. cap. 25. verſ. dub. & Bonacin. verb. 8. præceptum Decalogi diſput. 10. q. 2. punct. 8 §. incid. num. 4. & 5. & de Cenſuris in particulari diſp. 1. punct. 1. nu. 2. & 3.* Immò ipſe *Bonacin. Azor.* & alij volunt,
21 nomine Sedis Apoſtolicæ comprehendi omnes Miniſtros, & Officiales Curiæ Romanæ, etiam temporalem iuriſdictionem habentes, &c.

Ità cenſeo, ſaluo, &c.

F. Gregorius Cipullus Mag. & Regens in Collegio S. Thomæ ſuper Mineruam.

DVBIVM

An Priuilegium conceſſum à Papa VRBANO VIII. Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.N. Litteris datis 12. Aprilis 1635. ad teſtandum in quadam quantitate pecuniæ ibi expreſſa, ſubſiſtat, etiam in caſu, quo prædictus Illuſtriſs. dùm Romæ gerebat munus Conſultoris Sanctæ Inquiſitionis, diem vltimam clauſit.

Cre-

CRedo, nullatènus ceſſaſſe dictum Pri-
uilegium, ſed ſubſiſtere etiam caſu
mortis ſubſecutę, tempore, quo idem
Illuſtriſſimus prædictum munus Cō-
ſultoris Sanctæ Inquiſitionis Romæ exe-
quebatur. Ita enim colligi videtur expreſsè
ex verbis dictarum litterarum, in quibus ta-
lis facultas eidem conceditur, *durante officij*
Nuncij Apoſtolici apud Regē Poloniæ *mu-
nere, vel alio noſtro* (inquit Pontifex) *& hu-
ius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſeruitio.* Hæc
enim ampliſſima verba proculdubio exten-
di debent ad exercitium dicti muneris Con-
ſultoris Sancti Officij. Primò quidèm ex ge-
neralibus principijs iuris, inter quæ primum
22 locum tenet generaliſſima illa *regula*, inter
regulas iuris *num.* 15. *Odia reſtringi, & fa-
uores conuenit ampliari.* Quæ deſumitur ex
*l. cùm quidam, ff. de liberis, & poſthum. can.
Renouantes* 22. *diſtinct.* tradunt *Thom. de
Thomaſſ. in floribus legum reg.* 209. *Ioſeph
Aldrete de Religioſa diſciplina tuenda lib.* 2.
cap. 14. *num.* 6. *Moneta de diſtribut. quotid.
part.* 2. *quæſt.* 10. *nu.* 1. *Marc. Ant. Genuenſ.
in practicab. Eccleſiaſt. quæſt.* 541. *Menoch.
conſ.* 900. *numer.* 13. *Card. Tuſch. pract. con-
cluſion. tom.* 5. *lit.* O. *concluſ.* 67. *per tot. Bar-
boſa in hanc regulam, & in tract. Axiom. iu-
ris vſufreq. Axiom.* 166. *num.* 1. Hanc verò
23 diſpoſitionem eſſe fauorabilem, & non
odioſam, colligitur ex eo, quòd principalis
intentio Papæ eſt remunerare perſonam di-
cti Illuſtriſſimi D. N. vt colligitur ex illis
verbis: *Te, quem ob ſingularem prudentiam,
doctrinam, Religionis zelum, rerum geren-
darum vſum, aliaſquè egregias animi tui do-
24 tes, &c.* Diſpoſitionem enim eſſe fauorabi-
lem, & non odioſam, colligitur ex principali
intētione ipſius, *Tiraquell. de retract. lign.* §.
30. *gloſſ.* 1. *num.* 5. *Sanchez de matrim. lib.* 1.
diſput. 1. *num.* 4. *Barboſa ſuprà.* Caſu etiam,
quòd dubium eſſet, an eſſet fauorabilis, vel
odioſa, deberet cenſeri fauorabilis. Quia
25 in dubio potiùs eſt conſiderandus fauor,
quàm odium, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell.* §.
6. *proœm. n.* 37. *Barboſa ſupra.* Nec refert, ſi
dicatur, huiuſmodi priuilegium inferre
26 præiudicium tertiæ perſonæ contra ius iam
acquiſitum, ac per conſequens eſſe odio-
ſum, & reſtringendum, iuxtà communem
doctrinam, quam affert *Suarez de legibus
lib.* 8. *cap.* 27. *num.* 9. ex *l. nec auus. C. de
emancip. lib. & cap. licèt in corrigendis, de
offic. Ordin. capitul. ex tuarum de authorit.
& vſu pall. leg.* 2. §. 1. *verb. meritò, ff. nè
quid in loco publ.* & tradit ſpecialitèr *Panor-
mitan. in cap. certificari, de Sepult. num.* 9.
*& Barboſa in Collectan. clement. litteras.
n.* 6. Certum namq; eſt, huiuſmodi priuile-
gium non eſſe in præiudicium alicuius ter-
tij, ſed potiùs in præiudicium Papæ conce-
dentis illud: Nàm ad Cameram Apoſtolicā
eiuſdem Papæ ſpectabant illa bona, de qui-
bus cōceditur facultas teſtandi eidem Illu-
ſtriſs. Beneficium autem in totius Principis
27 concedentis præiudicium vrgens latiſſimè
interpretari poteſt. Vt habēt Innocentius in
*cap. quod dilectio. de conſanguin. Alexander
de Neuo ibidem num.* 5. *Prepoſ. ad finem.
Iaſon l. Beneficium, num.* 19. *&* 32. *& San-
chez lib.* 8. *de matrimon. diſputat.* 1. *numer.* 4.
ex Angelo, Silueſtro, Tabiena, & Armilla.
28 Secundò ſpecialitèr ex alia regula, ſcilicet
quod beneficiū Principis latiſſimè interpretari
debet, prout ſumitur ex *cap. olim. de verb.
ſignific. & cap. cùm dilecti, de donat. l. benefi-
cium, ff. de conſtit. Principum,* vbi Doctores
communitèr. Cùm ergò talium litterarum
diſpoſitio ſit beneficium à Summo Princi-
pe, ſcilicet Papa, conceſſum, latiſſimè inter-
pretari debet, ac per conſequens ità, vt ver-
ba, illa, *vel alio noſtro, et huius Sanctæ Sedis
Apoſtolicæ ſeruitio,* extendantur ad Officiū
29 Conſultoris Sanctę Inquiſitionis: præſertim
quia decet, Principem vti liberalitate, vt
habent Innocentius *in cap. Grandi. de ſuppl.
neglig. Prælat. Bero. conſ.* 65. *n.* 11. *volum.* 1.
Crauett. conſ. 889. *num.* 6. *& Barboſ. in col-
lectan. Doctorum in cap. Abbate ſanè. de
ſent. & re iudic. num.* 2. Item quia decet,
30 Principem vti gratitudine, vndè priuilegiū,
ſeù diſpenſatio Principis ad terminos meri-
torum dilatanda eſt; prout habent *Gamba-
ra de offic. Legati, lib.* 10. *num.* 275. & colligi-
tur ex *Abbate, Io. Andrea, Henrico, Oldr.* &
alijs, quos refert idem *Gambara.* Nullus
autem dubitare poteſt, quin merita illa à
Papa relata, de quibus ſupra, mereantur
hanc gratiam cum hac extenſione. Maximè
cùm in proœmio dictarum litterarum po-
31 nantur merita dicti Illuſtriſſimi. Proœ-
mium autèm denotare cauſam finalem, &
mentem loquentis, oſtendit *l. ſi de hæred. in-
ſtituend. l.* 1. *ff. ad Maced. l. cùm hi, in princip.
& ibi Bartol. ff. de tranſact. Alexand. conſ.* 7.
num. 3. *volum.* 1. *Crauett. conſ.* 192. *num.* 11.
Roland. conſil. 44. *numer* 9. *vol.* 4. *Caſtrenſ.
conſ.* 261. *viſis num.* 2. *verſ. capio. lib.* 2. *Tira-
quell. in tract. ceſſante cauſa. n.* 64. *Molin. de
primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *Alex. conſ.* 55.
Quoniam, in princip. lib. 5. vbi loquitur in
ſententia, *& conſ.* 75. *nu.* 3. *lib.* 6. vbi de deci-
ſione, *& cōſ.* 204 *perſpectis verbis, n.* 9. *verſ.
prætereà. eod. lib.* 6.
Maximè Tertiò (quod ſolùm ſufficeret) ex
eo communitèr prædicta extenſio. Nàm in
32 omni humana diſpoſitione, primùm omniū
expectanda eſt verborum proprietas, ſeù
propria ſignificatio, *leg. non aliter, ff. de le-
gat.* 3. *l.* 1. §. *ſi is, qui nauem, ff. de exercitoria
actione, & l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, &
cap.* 2. *de translat. Epiſcop. Abbas in cap. ad
audientiam, num.* 2. *de decim. Nauarr. cap.
inter verba, diſtinct.* 1. *de pœnitentia, nu.* 10.
Suarez de legib. lib. 6. *cap.* 1. *num.* 6. Verba
autèm illa Papę: *vel alio noſtro, & huius*

San-

Digitized by Google

Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſeruitio, ſecundùm propriam ſignificationem, & proprietatem ſignificant etiam officium Conſultoris Sãctæ Inquiſitionis Romanæ. Tales enim Conſultores ſeruiunt Sedi Apoſtolicæ, cùm
33 ſeruiant Congregationi Sancti Officij Inquiſitionis Romanæ, quæ eſt vna ex præcipuis Sedis Apoſtolicæ, immò & ipſa Sedes Apoſtolica, aut pars ipſius. Quod probatur primò ex parte ipſius Congregationis. Tùm quia cùm ipſa ſit Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, proculdubio eſt, & dici debet Sedes Apoſtolica; Congregatio enim Cardinalium maximè iſta Sanctæ Inquiſitionis, quæ eſt prima inter illas, (vt habent *Paramus de orig. S. Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 9. & Carena de Officio S. Inquiſitionis part. 1. tit. 5. §. 6.*) repræſentat Papam, qui eſt Præſes, ſeù Præſidens illius, & cui maximè con-
34 uenit ratio Sedis Apoſtolicæ. Præſertim cũ Cardinales ſint veluti membra, & pars Papatus, cum Papa vnum corpus miſticum conſtituentes. *Moneta de decim. cap. 9. q. 3. n. 14. & Ego in tertio tomo Summæ, verb. Cardinales, num 2.* adeò quòd iuxtà ibidem dicta inter Papam, & Cardinales (ſaltem in Congregationibus non ſimplex vnitas, ſed quædam veluti identitas intercedat. *Ioannes Andreas in cap. requiſiſti, nu. 12. ad fin. verſ. immò, & quaſi. de teſtam. Iacobatius de Concilijs lib. 1. ſub nu. 172. verſ. ad quod eſt.* Repręſentãt etiam ſaltem in Congregationibus Eccleſiam. *Hoſtienſ. in cap. Dilectus, num. 2. de præb. & in cap. ex geſtis, n. 3. de Cler. non reſid. Card. Alexan. in c. quanquàm, n. 12. q. 7. n. 12. Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 5. n. 13.* vndè *Paulus* III. *in Bulla licèt, in 1. tom. Bullar. num. 34.*
36 vocat Cardinales huius Congregationis *noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Commiſſarios, & Inquiſitores.* Et *Sixtus V. in Bulla Immenſa, in tom. 2. Bullar. nu. 74.* nominat eos *Senatores Orbis Terræ pro ijs, qui veniunt ad Sedem Apoſtolicam.* Inſupèr in *decretis Sacræ Congregationis Concilij de celebratione Miſſarum de anno* 1625. editis, dùm præcipitur pro reductione Miſſarum recurrendum eſſe *ad Apoſtolicam Sedem*, manifeſtè ſupponitur, ipſammet Congregationem eſſe Sedem Apoſtolicam, ſiquidèm ad ipſammet ex vſu, & praxi Curiæ recurritur pro tali reductione. Tùm etiam, quia in *Bullis Bonifacij VIII. & Gregorij XIII.*
37 *de datis, & acceptis pro gratia, ſeù iuſtitia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam*, nomine Sedis Apoſtolicæ communitèr Doctores, ſpecialitèr *Nauarrus, Molina & Bonacina* intelligunt, tùm ipſum Papam, tùm ipſius Miniſtros, quales ſunt Congregationes DD. Cardinalium. Vndè *Bonacina* relatus *de legib. diſput. 10. quæſt. 1. puncto 8. §. Incidenti. n. 4.* expreſsè ait. *Sedes autem Apoſtolica iuxta communem loquendi modum accipitur pro Summo Pontifice, ſeù pr Tribunalibus Summi Pontificis concernentibus ipſius iuriſdictionem.* Hinc etiã iuxta dicta 3. *tomo verbo Bulla Cœnæ. n. 28.* cùm in illa Bulla excommunicantur interficientes, vel mutilantes eos, qui veniũt ad Sedem Apoſtolicam, nomine Sedis Apoſtolicæ Sacras Congregationes intellexit, quod etiam aliqui docti poſteà ſequuti ſunt.
38 Secundò ex parte ipſorum Conſultorum, tùm quia ipſi ſunt Miniſtri, & Officiales neceſſarij eiuſdem Congregationis, eidem aſſiſtentes, & ſeruientes qualibet Feria ſecunda in Domo S. Officij, & qualibet Feria quarta in Monaſterio S. Mariæ ſuper Mineruam, & qualibet Feria quinta coràm Summo Pontifice. *Simancas Catholicorum inſtitutionum, tit. 31. Comenſis in Lucerna Inquiſitorum, verb. Officiales. Ioannes Desloix in ſpeculo Inquiſitionis Biſuntinæ, textu 27.* vt proptereà veluti Miniſtri Sedis Apoſtolicæ ab ipſa potiantur aliquibus priuilegijs, videlicèt, quòd ſi ad Epiſcopatus aſſumuntur, Bullæ illis gratis concedantur; eſt (vt audio) quòd legere poſſint libros prohibitos, &c. Tùm quia ſunt, & dicuntur *Curiales*, proùt habet *Franciſcus Ferrentilius in annotationibus ad deciſiones Buratti, deciſ. 540. nu. 23.* referens etiam *Mandoſ. ad regul. 5. Cancell.* aliaſque Rotæ deciſiones. Curia-
40 les antèm dicuntur illi, qui Curiæ, ſeù Sedi Apoſtolicæ ſeruiunt, vt colligitur ex dicto *Mandoſ. regul. 5. quæſt. 3. in fin.* Ex quo euidètèr ſequitur, prædictos Conſultores dici poſſe, & eſſe in Papæ, & Sedis Apoſtolicę ſeruitio: ac per conſequens verba dictarum litterarum *Vrbani* ad eos quoquè extendi debere.

Sic cenſeo ſub cenſura, &c. Romæ apud Tranſpontinam 27. Auguſti 1644.

F. Io. Baptiſta de Lezana.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Pater, & Domine.

DVo ſunt, quæ demonſtrant, priuilegium, & facultatem teſtandi Illuſtriſſimo Filonardo q. Archiepiſcopo Auenionenſi conceſſam, pro caſu mortis extrà Eccleſiam, & Diœceſim, non expiraſſe per moram aliquorum menſium ab ipſo factam in Vrbe, in qua poſteà contigit illi mors, ac proindè teſtamentum, & legata ab ipſo facta, debere ab omnibus haberi, & ſuſtineri, vt valida, neq; ſpolio eſſe locũ; Primò, quia mora ſolùm fuit ex ſpeciali voluntate, & præcepto Vrbani Pontificis, tunc ſuperſtitis, & deindè quia abſolutè nihil eſt
7 factum, vltrà limitationes, ſub quibus eſt dicta facultas, & priuilegium.

Pri-

Primò enim poſt redditum à Legatione, aut Nunciatura Polonica, cù ipſe vrgeret redditum ad ſuam Eccleſiam, iuſſus ad tempus indennitum, & quod eſſet Pontifici bene viſum, Romæ conſiſtere, & in Officio Sanctæ Inquiſitionis Conſultorem agere, ipſiq; Pontifici, & Sanctæ Romanæ Sedi inſeruire in caufis Fidei, hoc eſt in ijs, quæ maximè ſunt illius propriæ, nec poſſunt ab alijs expediri ſine illius authoritate, ſi ergò hoc tempore, Deo ſic volente, ex hac vita deceſſit, quid tâdem criminis, aut culpæ commiſit, per hoc quòd paruit mandatis Pontificis, & Romæ conſiſtit, ſuamq; operam Papæ nauauit, vt propterea iuſtè poſſit, quaſi in pœnam priuari priuilegio, & poteſtate teſtandi? Certè obedientia, quam præſtitit agendo Nuncium Apoſtolicum in Polonia, & per plures annos degendo extra ſuam Eccleſiam, nihil pœnæ, aut priuationis commeruit, immò & côtrà, loco præmij obtinuit priuilegium, & poteſtatem teſtandi, quid ergò pœnæ, aut priuationis poteſt mereri obedientia, quam poſteà præſtitit Romæ ſiſtendo, & Conſultorem agendo in cauſis Fidei? Neque eſt, quòd hæc ipſa voluntas, & iuſſio Papæ de differendo redditu ad Eccleſiam Auenionenſem reuocetur in dubium, aut negetur, cùm ſatis poſſit probari ex illorum atteſtatione, qui pro Epiſcopis incipiunt, & referunt oracula Papæ, & in caſu præſenti clariſſimè conſtet ex facto ipſo, quòd Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Romæ conſiſtens egerit Conſultorem in cauſis Sanctæ Inquiſitionis, in quibus nullus ſe ingerit, niſi iuſſus à Papa, & incertiſſimum ſit, quòd non potuit ſimul Romæ agere Conſultorem, & ſimul eſſe, ac reſidere in Eccleſia Auenionenſe, vel ad illam ſeſe transferre.

Quòd verò præterea nihil ſit factum vltrà limitationes, ſub quibus eſt priuilegium, & facultas teſtandi, ac proindè, quòd dictum priuilegium, & facultas cenſeri debeat ſemper manſiſſe in ſuo robore, & teſtamentum ſit validum, clarè probatur, quia verba *Breuis* hæc ſunt, *concedimus, vt facultate teſtandi licitè, & validè vti frui poſſis, & valeas, ſi contigerit, te decedere durante Officij tui munere, vel alio noſtro, & Sanctæ Sedis ſeruitio, etiam eundo, & redeundo &c.* quia enim Le-
41 gatio, cuius ſpecies eſt Nunciatura, quatuor tantùm modis finitur, vel vt habet *gloſſ. in cap. præſenti, verbo finitur, de offic. legat. in 6.* vt notat *Azor. par. 2. lib. 5 cap. 32. quæſt. 10.* idest vel quia ſolùm erat ad certum tempus, vel quia ſequuta eſt mors ipſius Legati, vel quia Papa voluit, eam finiri, vel deniquè quia ipſe Legatus abdicauit illam à ſe, & egreſſus eſt extra Prouinciam, animo, & voluntate nô ampliùs redeundi, rectè poteſt in caſu præſenti cenſeri, quòd munus Legati in Illuſtriſſimo Archiepiſcopo etiam Romæ durauit, cùm ex Polonia ſolùm diſceſſerit, dimiſſus à Rege, & permiſſus à Papa, vt loco cederet, non autem vt munus, & poteſtatem deponeret. Et qua rône Epiſcopus, ſi fortè à Prin-
42 cipe laico cogatur eſſe extra Diœceſim, licitè, & validè poteſt exercere iuriſdictionê ſaltem in ijs, quæ ſunt voluntaria, & non contentioſa, etiam extra Diœceſim, eadem ratione Illuſtriſſimus Legatus Polonicus potuiſſet licitè, & validè ſuam poteſtatem exercere etiam Romæ, ſi caſus, aut occaſio ità tuliſſet, & in omnibus licitè potuiſſet ſe gerere, ſicut Proconſul, quando degit extra Prouinciam, cum in iure Canonico Legatus illi æquiparetur, *cap. legatur, de offic. legat. in 6.* & notat *Azor. lib. 5. cit. cap. 27. q. 5.*

Quatenus tamen dicatur, per illius diſceſſum extra Poloniam expiraſſe Legatio, & poteſtas, ſeu munus Legati, non poteſt negari, quòd eius loco ſuccedat pro facultate teſtãdi, non expirata per talem diſceſſum, munus aliud, ſeu ſeruitium Conſultoris in cauſis Fidei, ſub cuius alternatione eſt dicta poteſtas, vt patet ex verbis *Breuis*; qua enim ratione
43 certiſſimum eſt, quòd ſola Sedes Apoſtolica, & ſolus Pontifex eſt Iudex Ordinarius, & ſupremus in cauſis Fidei, & omnes Inquiſitores ſolùm ab ipſo, & ſolum illius ſunt Iudices Delegati, vt habetur in *Directorio Inquiſitorum p. 3. q. 3. & 4.* eadem ratione certiſſimum eſt; qui inſeruit de illius mandato huiuſmodi cauſis, ſoli Apoſtolicæ Sedi, & ſoli Papæ inſeruit, & in eo inſeruit, quod Papæ eſt maximè proprium, vt Papa eſt, ac proindè non eſt, quòd dicatur, Illuſtriſſimo Archiepiſcopo expiraſſe facultatê teſtandi, ſi admittatur expiraſſe Legationem, cùm eius loco ſucceſſerit ſeruitium aliud eidem Papæ, & Apoſtolicæ Sedi exhibitum, per munus Conſultoris in Officio Sanctæ Inquiſitionis, vt diximus.

Et deniquè hæc eadem non expiratio facultatis teſtãdi clarè probatur ex illo tertio, quod habetur in *Breui*, quia Illuſtriſſimo Domino mors non contigit, niſi in redditu ad ſuam Eccleſiam, & Diœceſim Auenionêſem, nàm, vt communiter dicitur, eadem via debet eſſe Athænis Thæbas, quæ eſt Thebis Athenas, ac proindè ſicut profectio Illuſtriſs. Domini verè fuit ab Eccleſia, & Diœceſi Auenionenſi ad Regnum Poloniæ, ità & reuerſio debet accipi, prout eſt à Regno Poloniæ ad Eccleſiam Auenionenſem, & quia contigit illi mors in loco medio inter huiuſmodi, terminus reuerſionis, ideſt in Vrbe, ad quam debuit neceſſariò diuertere, vt Legationis rationem Pontifici redderet, omninò contigit in ipſa reuerſione, aut redditu, vel inter redeundum, quod tamen manifeſtè eſt ſatis pro non expiratione facultatis teſtandi, de qua in præſentia quærimus. Quare, &c. Ità ſentio, ſaluo, &c.

Nicolaus Baldellus Soc. IESV, &c.

Quæ-

Quæritur, an Conſultores Congregationis Sancti Officij Romæ exiſtentis in Curia, dicantur eſſe in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ.

44 RESpondeo affirmatiuè, & probatur primò à ſimili hac ratione. Veniens ad Congregationem ſupradictam S.Officij dicitur venire ad Sedem Apoſtolicam, ergò etiam ſeruiens Congregationi S.Officij dicitur ſeruire Sedi Apoſtolicæ. Conſequentia eſt euidens ex paritate rationis. Antecedens patet ex doctrina omnium *Scribentium in Bullam Cœnæ*, dùm explicant excommunicationem latam contra eos, qui interficiunt,& mutilant venientes ad Sedem Apoſtolicam. Omnes
45 enim conſentiunt, venientes ad Tribunalia Romæ in Curia exiſtentia,& habentia a Summo Pontifice iuriſdictionem ſpiritualem eiuſmodi, ſine dubio,& Congregatio S.Officij, venire ad Sedem Apoſtolicam, ac proindè eos,qui mutilant,interficiunt,&c. venientes ad eiuſmodi Tribunalia incidere excõmunicationem Bullæ latam contra eos, qui interficiunt, vel mutilant venientes ad Sedem Apoſtolicam. Vide *Alter. de cenſur. diſput.* 10. *cap.* 1. *&* 2. *Bonacin. de cenſur. part. d. cap.* 9. *punct.* 1 *num.* 2. *&* 3. vbi extendit etiam hanc excommunicationem, vt cõprehendat eos, qui occidunt venientes Romam pro negotijs ad Tribunalia temporalem iuriſdictionem habentia, quia etiam iſti veniunt ad Sedem Apoſtolicam.

46 Secundò probatur etiam à ſimili hac ratione. Qui daret aliquid ad impetrandam gratiam, vel iuſtitiam à Congregatione Sancti Officij, diceretur dare aliquid pro impetranda gratia à Sede Apoſtolica, ergò etiam inſeruiens eidem Congregationi diceretur inſeruire Sedi Apoſtolicæ. Conſequentia eſt euidens, eſt enim eadem ratio. Antecedens probatur ex doctrina explicantium *Bullam Gregorij XIII. de datis, & acceptis*, qui pro vno conſenſu docent, dantes pro gratia, vel iuſtitia obtinenda ab Officialibus Papæ Romæ exiſtentibus, & habentibus iuriſdictionem ſpiritualem, qualis eſt Congregatio S. Officij, dare pro gratia, vel iuſtitia obtinenda à Sede Apoſtolica, & ideò incidere in excommunicationem eiuſdem Bullæ. Vide *Nauarr. de datis, & acceptis, num.* 17. *verſic. quod etiam*, vbi habet hæc verba. *Omnes illi, & ſoli incidunt in has pœnas, qui faciunt actiones prædictas pro iuſtitia, vel gratia obtinenda ab ipſomet Papa, vel eius Summa Sede, vel ab Officiarijs, aut Delegatis eorundem.* Similia habet *verſ. quaro quòd.* vbi hæc habet. *Includuntur actiones factæ pro iuſtitia, vel gratia obtinenda apud Pœnitentiarium, vel Vicarium, Auditores Rotæ, vel alios quoſcunq; Miniſtros Papæ, vel Sedis Apoſtolicę, iuriſdictione, authoritate, poteſtate munitos.*

47 Ratio autem à priori eſt, quia nomine Sedis Apoſtolicæ non intelligitur neceſſariò ſolus Papa; ſed etiam intelligi poſſunt Officiales illius, niſi aliqua ratio alitèr ſuadeat, quæ nulla eſt in iſtis caſibus, atq; ità veniens ad Officiales dicitur venire ad Sedem Apoſtolicam, & dans pecuniam pro gratia ab Officialibus obtinẽda, dicitur dare pro gratia obtinenda à Sede Apoſtolica, ac deniquè inſeruiens Officialibus in ipſorum munere, dicuntur inſeruire Sedi Apoſtolicæ. Vide *Bonacin. loc.* ſuprà cit. *num.* 3. *verſ. Secundò eos.* vbi ait, eos dici ad Sedem Apoſtolicam accedere, qui negotium cum Summo Pontifice mediatè, vel immediatè habent. Vide etiam *Alterium loco* citato *dub.* 4. vbi hæc habet. *Per Sedem Apoſtolicam intelligitur Papa quatènus Paſtor, & caput totius Eccleſiæ Catholicę, habens iuriſdictionem ſpiritualem, vel ſignificatur audientia Papæ, ut talis eſt, ideſt vt comprehendit Officiales, & Miniſtros Sedis Apoſtolicæ, qui exercent iuriſdictionem ſpiritualem.* Ità cenſeo, &c.

Terentius Alciatus.

In caſu propoſito cenſeo, facultatem teſtandi conceſſam olim Archiepiſcopo Auenionen. Nuncio Sedis Apoſtolicæ apud Regem Poloniæ, cum clauſula illa, *Durante officij huiuſmodi munere, vel alio noſtro, & huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſeruitio.* Suffragari eidẽ Romæ defuncto, ibi Conſultoris S. Officij munus obtinenti.

48 PRimò, quia quàmnis Inquiſitores, & Cõſultores Sancti Officij extrà Romam non dicantur eſſe in ſeruitio Papę, & Sedis Apoſtolicę, ſeu Curiæ Romanæ, vt ait *Azor. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 23.
49 *quæſt.* 7. Tamen ſecus eſſe de Cardinalibus, & Conſultoribus, alijſq; Officialibus Sanctæ Inquiſitionis Generalis Romę, ij enim verè ſunt Papæ, & Sedis Apoſtolicæ Officiales, & Curiam Romanam ſequentes. Vndè in *Bul-*

la

la Pauli III. 34. §. 2. Cardinales Inquiſito-
res Generales dicuntur Commiſſarij, & Of-
ficiales Papę, & Sedis Apoſtolicæ, & in Ro-
mana Curia, & *Sixt. V. Bulla* 74. *Immenſa*
§. 2. nominat eos Coadiutores Papæ ad hoc
vt cauſæ, quę ad Sedem Apoſtolicã deferũ-
tur facilius expediatur in Curia, & *Pius IV.*
Bulla 79. *cũ nos* §. 1. appellat eos Præfectos
50 Audientiæ cauſatu Fidei in Curia Romana
vertentiũ. Conſequenter Conſultores eorũ
eodem iure cenſendi, cùm ſint Miniſtri, &
Officiales neceſſarij eiſdem Cardinalibus
ad eorum Officium exercendum, vt *Si-
manc. cath. inſtit. tit.* 41. *n.* 11. 13. *&* 14.
51 Secundò, quia Curiales Curiam Roma-
nam ſequentes, Sedi Apoſtolicæ ſeruientes
dicuntur, per *Clem. ne Roman.* §. *ſanè de
elect. verſ. eo tamen adiecto.* & quicunq; Pa-
pę, aut Cardinalibus, aut Officialibus Curiæ
Romanæ inſeruiunt, ſeù alias occaſione in
Vrbe commorantur, ij dicuntur Curię Ro-
manæ, & Sedi Apoſtolicę ſeruire. *Mandoſ.
regul.* 5. *q.* 1. *n.* 18. *q.* 3. *n. vlt. & q.* 4. *nu.* 3. *Bu-
ratt. dec.* 540. *n.* 23. & quòd Familiares Car-
dinalium, Officiales, Aduocati, & Procura-
tores, & Sollicitatores in Romana Curia re-
ſidere ſoliti, & Curiam ſequi, dicantur Curiæ
Romanæ, ſeu Sedi Apoſtolicę ſeruire, ait
Mandoſ. dict. q. 3. *in fin.* multò magis Con-
ſultores Cardinalium Sancti Officij dicendi
Sedi Apoſtolicæ deſeruire, ſunt enim iſti Cõ-
ſultores Cõſiliarij eorundem Cardinalium,
vt *Simanc. loc.* cit.
52 Tertiò, quòd cauſas agens, ſeù officium
exercens apud Sacras Congregationes Ro-
mæ, dicitur agere, ſeù exercere apud Sedem
Apoſtolicam, ait *Lezana quaſt. regul. tom.*
3. *verb. Bulla Cœna, n.* 28.
53 Quartò, quòd illud indultum, ſeù facultas
teſtandi beneficium Principis eſt, & latè in-
terpretandum, cùm nulli præiudicet, niſi ipſi
concedenti, quàmuis ſit prætèr, vel contra
ius commune, vt *cap. olim, vbi Abb. nu. vlt.
de verb. ſign. Sanchez de matrim. diſp.* 1. *n.* 4.
lib. 8. præſertim cùm ſit gratia quaſi debita
54 in remunerationem ſeruitij Sedi Apoſtoli-
cæ præſtiti, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè, vt
cap. charitatem. & cap. Eccleſiaſticis 12. *q.* 2.
& ideò latè interpretanda, vt *Gambar. de
auth. Leg. lib.* 10. *nu.* 274. *Sanch. loco* cit. *n.* 15.
& beneficium Principis ſuſtinendum in
quantum, vt habetur in *cap. decet* 16. *de reg.
iur. in* 6.

Theſaur. Pœnitentiarius.

SVMMARIVM.

1 *Donans, vt liberalitatem, & munificentiam ſuam in donatarium exerceat, donare videtur.*
Ità enim dare videtur, vt eius fieret. n. 2.
3 *Donatio ob benemerita facta diffusè interpretanda eſt.*
Et ex natura ſua irreuocabilis eſt. n. 4.
Etiam ob ingratitudinem. n. 5.
Et metus cauſa.
Pręſertim ſi ſeruitia non fuerint debita. num. 6.
7 *Proximiores in gradu ad ſucceſſionem ab inteſtato defuncti admittuntur per bonorum poſſeſſionem.*
8 *Conſobrini dicuntur filij duarum ſororum.*
Vel fratris, & ſororis. n. 11.
Et sũt in quarto gradu de iure Ciuili. n. 10.
9 *Neceſſitudo pro cognatione accipitur.*
12 *Proximior dicitur, quem nemo pręcedit.*
13 *Donatio extraneis facta, & omnium bonorum ab eo, qui ſciebat, ſe ſanguine ſibi iunctos habere, in eorum fraudem facta videtur.*
14 *Alienatio omnium bonorum ab eo facta, qui ſciebat, ſe creditores habere, in eorum fraudem facta cenſetur.*
15 *Fraus præſumitur ex alienatione, vel donatione contra legis interdictum facta.*
Et quando illa fiat? n. 16.
Et præſumitur inter prohibitos aliquid facere. n. 17.
Quàmuis narretur id, quod aliàs fraudem remoueret.
Siuè etiam ex læſione, quæ alteri accedit. num. 18.
Probaturq; coniecturis, præſumptionibus, & indicijs. n. 19.
20 *Qualitas eius, cui donatio facta fuit, cauſam aperit, quarè facta.*
21 *Dos ducatorum mille videtur ſufficiens pro qualibet Comitiſſa.*
Multò magis pro perſona priuata.
Ac præſertim pro ſerua, pro qua centum ſuffeciſſent.
22 *Amori nihil ſatis.*
Et qui impensè amant, impensè donant.
Præcipuè autem ſenes.
23 *Senes ſi amare occeperint, multò acriùs inſaniunt.*
Luſit hoc pulchrè Alciatus emblemate. num. 24.
Senex amator ſummum eſt fortunæ malum. n. 25.
25 *Donatio ab inſano homine facta, nulla.*
26 *Amor cur cœcus?*
Et in furorem vertit hominem.
Delirumq; eum facit.
27 *Furioſus omne, quod facit, nullum eſt.*
Quia furioſi nulla eſt voluntas.
Et abſentis, vel mortui loco habetur.
Siuè à mente alieni.
28 *Filius ex coniecturis quis præſumitur ad fraudem arguendam donationis. & num.* 49.
29 *Merita, ſeruitia, & beneficia conſiderari minimè poſſunt in minori.*
30 *Error ex errore ſequitur, non aliud.*

31 *Errans inuoluntariè operatur.*
Quia eius nulla eſt voluntas, nequè conſenſus.
Et hac regula nullam exceptionem admittit.n.32.
33 *Spurius dicitur, qui patrem non habet, vel non poteſt eum legitimum demonſtrare.*
Atq; ex nefario coitu natus.
34 *Filius quis præſumitur, ſi nomen ei imponatur vnius ex parentibus.*
35 *Argumentum ex vi nominis petitum, efficax.*
36 *Donatio in incapacem collata, inualida.*
37 *Donationes, naturalibus tantùm, fieri, eſt iure prohibitum.*
Multò magis ſpurijs.
Præſertim à perſonis Eccleſiaſticis.n.38.
38 *Spurijs donare Eccleſiaſticis prohibitum per Conſtitutionem Pij Papæ V.*
Siuè etiam in vltima voluntate.
Eiſq; tantùm alimenta debentur.n.64.
39 *Meritum ſine operatione, & illa voluntaria, non datur.*
Vndè non conſideratur in infantibus, & minoribus.
Nequè in eo, cui aliàs ſatis factum eſt. num.41.
40 *Actus humanus, vt humanus dicatur, fieri debet ab homine, cùm eſt dominus ſuorum actuum, per rationem, & liberam voluntatem.*
42 *Iuſtitia cuiq; tribuit quod ſuum eſt cum æqualitate.*
43 *Meritorum nuda aſſertio non ſufficit ad donationem validandam.*
Niſi merita probentur. & n.57.
Præſertim inter perſonas ſuſpectas.
Quia veritas in his ſpectatur, non quod fingitur.n.44.
Hoc autem, vt fraudibus via præſtringatur.n.45.
Neq; renunciatio probationis meritorum prodeſt in damnum tertij.n.52.
Ratio affertur.
46 *Donatio ſuſpecta arguitur ex clauſulis inſolitis.*
Et ex interpoſitione perſonæ tertiæ. num.49.
47 *Factum contra ius non ſubſiſtit.*
48 *Probibitum cenſetur, quod iure conceſſum non inuenitur.*
50 *Donatio omnium bonorũ inualida efficitur ex reſeruatione modica diſponendi, atq; pro anima, cùm ſit nimis reſtricta. vndè ſuſpecta præſumitur.*
51 *Clauſula (Conſtituti) nil operatur, ſi donatio principalis deſtruatur.*
53 *Renunciatio omnis ſtricti iuris eſt, & ſtrictè exaudiri debet.*
Non extendi de perſona ad perſonam.
54 *Vincentius de Anna ſingulari 156. declaratur. & n.59.*
55 *Donatarius manutenerî interim debet in poſſeſſione bonorum donatorum, donec de validitate diſcutiatur.*
Quod exaudi in donatione non ſuſpecta. num.57.
Neq; facta ſub aſſertione meritorum.
56 *Manutentio datur poſſidenti de tempore motæ litis.*
58 *Hæres declaratus ab inteſtato vti proximior, immitti debet in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum.*
Etiam contra donatarium cum aſſertione meritorum, illis non probatis, neq; iuſtificatis.n.59.
Quia donatio interim dicitur conditionalis.
Vndè nulla ei debetur interim poſſeſſio.
Præſertim in donatione à perſona ſuſpecta facta.n.63.
60 *Cõditio nihil interim ponit in eſſe, ſed omnia in ſuſpenſo retinet.*
Etiam ſi conditio fuerit tacita.n.61.
Quia impedit nedùm actum, verùm etiam, & illius natiuitatem.n.62.
64 *Conſtitutio Pij V. de diſpoſitione Eccleſiaſticorum in ſpurios, non tollit æquitatem tex in cap. cùm haberet 5. de eo, qui duxit, quam polluit per adulter.*
Vt alimenta eis debeantur.

ARGVMENTVM.

Ab inteſtato defuncto proximiores ad ſucceſſionem admittuntur, eiſq; hæreditas defertur. Donatio ex quibus fraudulenta præſumatur? omnium bonorum præſertim. & in extraneos collata, à perſona potiſſimùm ſuſpecta. Spurij qui dicantur? Et an ijs per Eccleſiaſticas perſonas donari poſſit? obſiſtente Pij Papæ V. Conſtitutione. Amor furori comparatur. vndè ab Amante facta donatio, veluti à furioſo facta cẽſetur, ac proindè inualida.

RE-

RESPONSIO XXXIV.

CVm in humanis adhùc ageret D. Ma-
rinus Ciuitatis Andriæ, nouiſſimis
hiſce diebus, ætate grandæuus repe-
tino è medio ſublatus halitu. anno
1638. menſe Octobri die decima nona, do-
nationis titulo irreuocabilitèr inter viuos,
Victoriæ, Franciſcæ, Dominico Antonio, &
Siluiæ filijs legitimis, & naturalibus, vt aſſe-
ruit, Laudoniæ, & Annibalis cōiugū, præcipuè
verò, & ante manum donauit dictę Victorię
Vineas decem emptas per dictū D. Marinū,
cum aſſertione præſertim: quòd *à dicta Vi-
ctoria recepit merita, & ſeruitia, & benefi-
cia, & quæ in futurum recipere ſperat.* & ob
merita, & ſeruitia, & beneficia recepta, & q̄
cōtinuè recipit, & recipere deinceps ſperat.
donauit omnia bona ſua ſtabilia, & mobilia,
poſt tamèn eius mortem; & quòd dictis
moriētibus abſq; filijs pleno iure ſuccedat, &
ſuccedere debeat dicta Laudonia, ſi eis ſu-
peruixerit, quòad vſumfructum tantùm, nec
non donauit prædictę Laudoniæ piſcinam
contiguam vineis in dotem promiſſis Anni-
bali legitimo viro dictæ Laudoniæ, reſeruata
ſibi facultate, quòd in articulo mortis va-
leat diſponere pro ducatis quinquaginta
pro ſalute eius animæ. quam donationem
clauſulis vallauit, firmamq; reddidit, qua po-
tuit, ac ſtuduit firmitate firmis. Poſt re-
pentinum dicti D. Marini obitum fit inter
ſuccedere debentes non leuis altercatio.
Nati quippè ex Portia Ciappetta, dicti D.
Marini ſorore, qui ſoli ſuperſunt, ipſi ad ſuc-
ceſſionem extincti ab inteſtato Auunculi fe-
ſtinant. At inſurgunt ex aduerſo donatarij,
ad ipſos ex donatione bona omnia D. Mari-
ni ſpectare, & ſpectauiſſe, quòd ea poſt ſecu-
1 tum obitum, ſtatim eorum fieri voluit, vt
liberalitatem, & munificentiā in illos exer-
ceret. vti Iulianus *lib.* 12. Digeſtorum in *l.* 1.
in princ. ff. de donationib. loquitur.

2 Ità enim dedit, vt eorum fieret. Impera-
tor & ipſe fatur. *§. ſic itaq; Inſtitutionib. de
actionib.*

3 Donationem factam fuiſſe ob merita, be-
neficia, ac ſeruitia per parentes ſuos eidem
D. Marino præſtita; eſſe proindè diffusè
4 interpretandam; non præmendam, nequè
coarctandam; cùm aliàs ex natura ſua irre-
uocabilis ſit, iuxta Pauli ſenſum, & verba
lib. 5. ſententiarum in *l. ſi pater* 35. §. 1. *ff. de*
5 *donation.* ob ingratitudinem etiam; nequè
metus prætextu. vt *Gloſſ.* ibidèm verbo
irreuocabilit. adnotat. ſequiturq; *Ripa in
l. ſi vnquam. num.* 29. *& Tiraquellus ibidèm.*
verbo *donatione largitus. n.* 53. *ad med. C. de
reuocand. donat. Gratian. forenſ. diſceptatio-*
6 *num part.* 4. *cap.* 657. *num.* 6. *&* 17. præſertim
verò ſi ſeruitia non fuerint debita. vt poſt
Tiraquellum dict. verbo *donatione largitus
numer.* 92. ſequuta fuit *Rota apud Cardina-
lem Manticam deciſion.* 49. *numer.* 7.

7 Conſtituti propterea nos Portiæ natos
D. Marini ſororis vti proximiores in gradu
ab inteſtato defuncto ad ſucceſſionem ad-
mittendos eſſe reſpondimus. Ex Diocle-
tiani, & Maximiani Cæſarum determina-
tione in *l.* 2. *C. vnde legitimi*, aſſertionem fir-
miam adſtruimus. ſic enim illi AA. Zenoni
loquuntur, reſcribentes:

*Cùm propriorem ſobrinum, ideſt natum
à conſobrina rebus humanis inteſtatum de-
functum proponas, intelligis ſine auxilio bo-
norum poſſeſſionis, eius ſucceſſionem vindi-
care non poſſe.* quo loco *Gloſſ.* ad rem no-
ſtram in caſus propoſitione ità rem de-
cernit.

Quidam deceſſit de filijs conſobrinę mea
8 *nullo condito teſtamento. Dicitur quòd ego
ei ſuccedere poſſum per bonorum poſſeſſio-
nem, & dicti ſunt conſobrini filij duarum
ſororum* ita *Gloſſ.* ſunt autèm hi Portiæ na-
ti fratris, & ſororis filij. proximiores proindè
D. Marino, vtputà ex ſorore nepotes. Eis
igitur per bonorum poſſeſſionem ab inte-
ſtato defuncto ſucceſſio debetur. Cominus
ex Alexandro Cęſare *l.* 1. *C. eodem.* accipe
reſponſum.

*Conſobrinorum tuorum inteſtatorum
bona, ſi ad prioris neceſſitudinis neminem
iure pertinuerint, tu, qui eorum poſſeſſio-
nem agnouiſti, perſequi non probiberis.* ità
Cæſar.

9 Neceſſitudinis. id eſt cognationis *Gloſſ.*
ibidèm exprimit. Sic Martianus *lib.* 1. In-
ſtitutionum in *l fin. de Iuſtit. & iure.* Neceſ-
ſitudinem pro iure cognationis, vel affini-
tatis intelligit. & *Gloſſ.* ibidèm. neceſſitudine,
id eſt *iure ſanguinis* exprimit. Affert illud
10 Iob. 6. 13. *Neceſſarij quoq; mei receſſerunt
à me.* Quarto nempe gradu ex iure ciuili hi
ſe ſe ſanguine contingunt. *§. quarto gradu
Inſtitutionib. de gradibus cognationum. Ex
tranſuerſo* (tex. Imperatoris inquit) *fratris,
ſororiſq; nepos, neptiſvè.* & de conſobrinis
11 paulò inferius. *Conſobrina* (inquiens) *qui,
quęuè ex ſororibus, aut fratribus procreantur.* At ſunt hi Portiæ nati ex ſorore defun-
12 cti Marini filij, neq; alij, qui eos præcedant
ſuperſunt, vti Vlpianus definit in *leg. poſt
conſanguineos.* 2. *§. proximum. in fin. ff. de
ſuis, & legit. hæred.* Ipſi ergò proximiores
ſunt. Ipſis proindè ab inteſtato ſucceſſio de-
betur.

Nec facere ipſis obſtaculum donationem
præfatam anno 1638. filijs dictæ Laudoniæ,
& Annibalis à D. Marino omnium ſuorum
13 bonorum factam. Quia nimirùm illa in
fraudem venientium ab inteſtato prædictis
facta fuit, & omnium bonorum, vt nihil ex
ſorore nepotibus ſupereſſet, quos ipſe habe-
re ſciebat, iuxta Iuliani ſenſum *lib.* 49. dige-
ſtorum in *leg. omnes debitores.* 17. *§. Lucius
Titius ff. quę in fraudem creditorum,* in

14 fraudem enim alienaſſe videri creditorum,
qui ſciens illos habere, bona tamen omnia
alienauit, Iulianus reſpondit: *Quàmuis non
proponatur conſilium fraudandi habuiſſe,*
(inquiens) *tamen quia creditores habere
ſe ſcit, & vniuerſa bona ſua alienauit: in-
telligendus eſt fraudandorum creditorum
15 conſilium habuiſſe.* & concinit, vt fraudem
faciliùs præſumamus, quòd contra legis in-
terdictum donatio hæc facta fuit, vt in infe-
rioribus ſtrictiùs perpendemus. Veluti Sce-
uola *lib.* 33. digeſtorum in *l. qui teſtamentũ
27. ff. de probationib.* & ipſe in pari caſu ar-
gumentatus fuit. rationem in fine ſatis ad
rem noſtram adęquatam reddens; *Videtur
enim* (inquiendo) *eò quòd ille plus capere
non poterat, in fraudem legis hæc in teſta-
mento adieciſſe.* dilucidiùs Sceuolæ mentem
Gloſſ. & ipſa rationem referens, verbo *vide-
tur*. exprimit. *Proptèr legis interdictum præ-
ſumitur fraudis ſimulatio.* Namq; fraus le-
16 gi fit, vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem
non vetuit. Vlpianus vt docet *lib.* 4. ad edi-
ctum in *l. fraus. 29. ff. de legib.* explicatiùs
verò ad rem noſtram *Gloſſ.* in *cap. 1. §. ſed
etiam res.* verbo *in fraudem. per quos fiat in-
ueſtitura.* in vſibus feudorum. tunc in frau-
dem fieri alienationem feudi dicens: cùm
*Ideo facit, vt eum priuet, qui in ea ſuccede-
re debet, ſua ſucceſſione.* Exemplum referri s
ex his, quæ ſupra paulò antè diximus. *Vt
habes in eo, qui alienat in fraudem credito-
rum*, quam gloſſam, & ſententiam hanc in
terminis amplectitur, & ità Neapolitanum
Conſilium ſequutum fuiſſe teſtatur *Afflict.
dec. 370. nu. 12. 13. & 14. & num. 17.* Porrò
17 fraus præſumitur inter prohibitos aliquid
facere; & ſi narretur id, quod aliàs
fraudem remoueret. vt ex *Bart. in l. ſi fortè
in fin. ff. de caſtrenſ. peculio.* per *Alex. Iaſ. &
Dec* in *l. ſi donatione, C. de collation.* ſequuta
fuit *Rota apud Card. Creſcent. dec. 3. num. 6.
de conſtitut.* & *Cardin. Mantica de tacit. &
ambuig. lib. 13. tit. 38. n. 1.* ſequiturq; *Rota
apud Cardin. Caualer. dec. 612. n. 39. & ſeq.
Marta voto 39. n. 15. & ſeq. part. 1.* fraúſquè
18 præſumitur ex læſione, quæ alteri ex facto
accedit, atq; coniecturis; & præſumptioni-
19 bus, indicijſq; probatur. vt *Surd.* ſequitur
dec. 299. nu. 9. & 10. & in donatione probat
*Molina de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 10. n. 38.
& ſeq. & n. 49.*

Fraus autem non difficili in hac re nego-
tio eruitur. Perpendant (quæſo) ad quos ſpe-
ctat, donationem factam fuiſſe filijs Laudo-
20 nię. Huius proindè qualitas id, quod factum
fuit aperit. argumento *text.* in *l nec codicil-
los. 5. vbi Bald. C. de codicillis. & l non codi-
cillum* 14. vbi ſummarium *Bald. C. de teſta-
ment.* idem *Bald in cap. 1. ex quib. cauſ. feud.
amitt.* ſequitur *Affl. dec. 13. nu. 19.* Erat Lau-
donia Marini ſerua, & ſatis iuuenis, quam
etiam marito iugauit Annibali, datis ei mil-
21 le dotis nomine. Dos autem ducatorum
mille ſufficiens æſtimatur, etiam pro quali-
bet Comitiſſa; vt ex *Fulgoſ. Decio, & Alciat.*
refert *Surd. dec. 61. nu. 5.* & ſequuta fuit *Ro-
ta apud Cardin, Caualer. dec. 260. nu. 4 Ioa.
Bapt. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 7. n. 40. 41.
& 42.* An non ſufficiens erit pro ſerua, cui vel
22 centum ſuffeciſſent? Sed amori nihil ſatis. Et
vt dixit quidam: Qui impensè amant, impē-
sè etiam donant. præcipuè autem ſenes. Ra-
tionem reddens Plautus in Mercatore de
ſenibus amantibus loquens:

23 *Illi verò ſi amare ea ætate occeperint, mul-
tò inſaniunt acriùs.*

Ab inſano igitur hæc donatio proceſſit.
Luſit perpulchrè hanc rem *Alciatus.* em-
blemate 118. *Senex puellam amans.*

24 *Dùm Sophocles (quamuis affecta ætate)
puellam.*
A quæſtu Archippen ad ſua vota trahit.
*Allicit & pretio, tulit ægrè inſana iu-
uentus.*
Ob zelũ, & tali carmine vtrumq; notat.
*Noctua, vt in tumulis, ſuper vtq; cadaue-
ra bubo;*
*Talis apud Sophoclem noſtra puella
ſedet.*

25 Nulla proindè donatio ab inſano, ab ho-
mine à mente alieno facta, nàm vt dixit Me-
nander.

Senex amator ſummũ eſt fortuna malũ.

26 Amor enim cœcus eſt. quia impeditam
hominis rationem tenet, & in furorem eum
vertit. vndè dixit Teochritus *Cœcus non ſo-
lùm Plutus, verùm etiam delirus amor.* quia
deliros facit, qui eo tenentur. vt iure dixerit
Ouid. in epiſt.

Quid deceat non videt vllus amans.

& Propertius 2. *eleg.*

*Antè pedes cœcis lucebat ſeruita nobis.
Scilicet inſano nemo in amore videt.*

27 Si in furorem hominem vertit amor. A
furioſo omne, quod fit nullum eſt. Quia fu-
rioſi nulla eſt voluntas. vt Pomponius do-
cet in *l. furioſi 41. ff. de reg. iur.* rationemquè
reddit Iulianus *lib. 37.* digeſtorum in *l. ſi ei
2. ff. de iure codicillorum,* dicens: *Cùm per
omnia, & in omnibus abſentis, vel quieſcẽtis
loco habeatur.* Quieſcentis. hoc eſt, vel mor-
tui, vel à mente alieni, iuxta *Gloſſellam
marginalem* ibidem allegantem *text.* in
*cap. fin. cum gloſſ. de ſucceſſionibus ab inte-
ſtato.* concinit *tex.* in *d. l. nec codicillos. 5.
in princip. C. de codicillis*, & ſequitur *Rota
apud Cardinalem Caualer.* (de donatione
à furioſo facta loquentem) *deciſ. 366. nu m. 2.*
& hoc eodem argumenti genere vtitur. latè
*Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 4. caſu
328. d nu. 1.* probans, amore captum furioſo
ſimilem eſſe.

Nec ſuffragatur, quòd non Laudonię, neq;
eius viro Annibali collata donatio fuit, ſed
Victoriæ, alijſq; eorum filijs.

Al-

28 Alterum enim de duobus ex hoc ſucce-
det. Vel Victoriam ſaltim Marini filiam
præſumi, vel eodem vitio donationem labo-
rare, ex amore enim in Laudoniā proceſſit;
Et quidem quod primū præſumatur ex eodē
colligitur donationis inſtrumento. Namquè
eidem Victoriæ antè partem Vineas decem
dono dedit. Cùm tamen illa eſſet minor,
& minori ætate conſtituta, vt in eodem in-
ſtrumento legitur, facta nihilominus meri-
torum aſſertione. Rationem quippe reddēs,
quarè eidem decem vineas prædictas antè
partem donauerit: *Ex eo*, (infert) *quòd à di-
cta Victoria recepit merita, ſeruitia, & be-
neficia, & quę in futurum recipere ſperat.*
29 At quę ſeruitia recipere potuit, quęue bene-
ficia, & quæ merita in ea perpendi, quæ mi-
nor erat, & in minori ætate conſtituta? Erro-
30 nea igitur hæc eſt aſſertio, non niſi error
proinde ex ea ſequi poteſt. vt Paulus infert
in *l. & ex diuerſo* 6. §. 1. *ff. de rei vendicat.*
31 vndè fit, quòd errans inuoluntariè operatur;
cùm errantis nulla ſit voluntas, neque con-
ſenſus. *leg. non idcircò.* 9 *C. de iuris, & facti
ignorant. l. nihil conſenſui* 117. *ff. de regulis*
32 *iuris.* quæ ſane regula ità firma æſtimatur,
vt nulla exceptione dimoueatur. vt *Decius
in d. l. nihil.* ſequitur, & admiſit *Rot. coram
S. Memor. Greg. XV. dec.* 179 *n.* 5.
Si igitur filia. ergò ſpuria. ergo inualida do-
33 natio. Spuria: quia ex illegitimo, quin nō ne-
fario, quin ſacrilego coitu orta. vndè habere
eū patrē non licuit. vt Modeſtinus *lib.* 1. pan-
dectarum in *l. vulgo concepti* 23. *ff. de ſtatu
homin.* docet: eos, *qui poſſunt quidem*; (pa-
trem demonſtrare) *ſed eum habere, quem
habere non licet, qui & ſpurij appellantur.*
ſequiturq; *Brixon.* & *Lexicon* nouum iuri-
dicum verbo *ſpurius.* & eruditiſſimus Car-
dinalis *Gabriel Paleottus de Nothis, & ſpu-
rijs. cap.* 18. *à num.* 3. *ad fin. capitis.* & *Gloſſ.* in
d. l. vulgo. verbo. *non licet.* exemplificat ad
rem noſtram. Vt *Monachum, vel qui ex in-
ceſtu eum habuit.* hic autem Sacerdos erat.
34 Augeturq; ſuſpitio, quòd Victoriam eam
nuncupauit ex nomine matris ſuæ iam de-
functæ, vt memoriam renouaret matris in
filia; præſtante nobis ſuſpitionis materiam,
35 ex vi nominis petitum argumentū. vt *Gloſſ.*
docet in *l. decernimus.* 26. *in fin.* verbo *no-
men, C. de Epiſcop. & Cleric.* & eſt *tex.* in *l.
ſtudentibus.* 1. *in fin. C. de offic. præfecti Vrbi.*
diximus *reſponſ.* noſtra 86. *num.* 65. & 66.
part. 3. & argumentatur Eugenius Papa
36 *can. placuit.* 8. *in fin.* 16. *q.* 1. Inualida proin-
dè donatio: quia in incapacem collata. Si
37 enim ſolis naturalibus ſimiles fieri dona-
tiones eſt iure interdictum. *l.* 1. *C. de natu-
ralibus lib. Afflict. dec.* 203. *nu.* 1. & 2 Quan-
tò magis ſpurijs qui ex damnabili coitu
38 ſunt recepti? præſertim verò à perſonis Ec-
cleſiaſticis, quibus filijs illegitimis ſiuè in
vltima voluntate, ſiuè per contractum inter
viuos dare prohibitū eſt, ex Pij Papæ Quin-
ti conſtitutione, vt dictum fuit in *Ciuitatis
Caſtelli bonorum* 8 *Februarij* 1603. *coram
Cardinali Lancellotto dec.* 140. *num.* 2 & 3.
& *per tot. poſt primum volum. conſil. Farin.
Card. Paleottus d. tract. de Nothis, & ſpur.
cap.* 43. *num.* 1. & *ſeq. Sanctarellus variarum
reſolut. q.* 27. *per tot.* plenè deduximus nos
reſponſ. noſtra. 31. & 31. *par.* 2.
Haud proinde auxilium feret meritorum
aſſertio. Filiorum quidèm nullo modo: quia
illi minores, infantes, & in infantili ætate
conſtituti merita nulla habere potuere. Me-
39 ritum enim ſine operatione, & illa volunta-
ria, non datur. argumento *text.* in *can. ſicut
enim peccatum* 10. *in princ.* 32. *q.* 5. *S. Tho-
mas.* 1. 2. *q.* 71. *art.* 5. *ad primum.* Quia actus
40 humanus, vt verè humanus dici valeat, id
perquirit, vt fiat ab homine, cùm eſt domi-
nus ſuorum actuum, per rationem, & volū-
tatem liberam, ſecundum *S. Thomam.* 1. 2.
q. 1. *articul.* 1. *in corp* & *ad* 3. *part. quæſt.* 23
art. 1. *text.* in *cap. cum voluntate.* 54. *de ſen-
tent excomunicat.* vbi *Gloſſ.* verbo *volunt.*
diximus *reſponſ.* noſtra 67. *num.* 35. & 36.
part. 3. *Menochius de præſumpt. lib.* 3. *præ-
ſumpt.* 19 *num.* 13. At nulla in his fuit libe-
ra voluntas, nulliuſq; rationis vſus; nullaquè
proindè operatio, ac nulla conſequenter
merita. erronea itaq; in his meritorum aſ-
41 ſertio. Laudonię verò, atq; Annibalis, nequè
etiam. Cùm, quòd quatenùs aliqua merita
in Laudonia ſerua eſſe potuiſſent, iàm ſatis
remunerata fuere per dotem ducatorum
mille, cui ſola centum ſuffeciſſent, vt viro
honeſtè locari potuiſſet. atq; Iuſtitiæ, ſactum
42 ſatis fuiſſet, quæ cuiq; quod ſuum eſt, cum
æqualitate tribuit. *l. iuſtitia* 10. *ff. de iuſtit.
& iur. §. Ideoq; lex. in proœmio decretalium
Gregorij Papæ IX. S. Thom.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 1.
2. & 3.
43 Tùm quòd ipſa nuda meritorum aſſer-
tio, eorum probatione legitima non ſequu-
ta, non ſufficit, vt validam donationem, ex
ſe aliàs ſuſpectam, faciat. *Gloſſ.* finalis in *l. ſi
donatione.* 13. *C. de collationib.* vbi *Doctor.
Bart. in l. fortè.* 8. *ff. de caſtrenſi peculio.* &
Doctores ibid ex ratione, quam Vlpianus
44 ibidèm in fine refert: *Veritatem enim ſpe-
ctamus*, (inquiens) *an verè caſtrenſis noti-
tia, vel affectio fuit; non quòd quis finxit.*
& hanc ſententiam ſequitur *Afflictus*, atq;
ità per Neapolitanum Conſilium deciſum
refert *dict. dec.* 370. *num.* 15. & *ſequent.* &
ibidèm *Vrſillus n.* 11. *Ceſalus conſ.* 94. *n.* 18.
& 19. *vol.* 1. latè *Tiraquellus d. l. ſi vnquam.
verbo donatione largitus. num.* 97. ſequitur
Marta d. voto 39. *num.* 8. & *ſeq part.* 1. *Me-
nochius d. lib.* 3. *præſumpt.* 29. *num.* 24. &
ſeq. rationem referens ſatis adæquatam, vt
45 fraudibus via præſtringatur; facilè enim
factu eſſet per ſolam meritorum aſſertionē
in tertij damnum donationes fieri. Tùm
etiam

Digitized by Google

46 etiam,quòd inſolitæ clauſulæ , & exceſſiuæ,
quibus donatio hæc vallata, ac circumſepta
fuit, ſatis apertè fraudis ſupitionem redo-
lent. *l. ſi quis ità 6. & l. ſi quis ſub conditione*
7. vbi Gloſſ. 1. ff. de conditionib. inſtitut. dixi-
mus *reſponſ.* noſtra 84. *num. 1. & ſeq. par. 3.*
& perpendit *Rota in dict. Ciuitatis Caſtelli*
bonorum coram Cardin. Lancellotto d. deciſ.
140. *num.* 11. Vt quid enim ità exceſſiuis
clauſulis donationem hanc firmare tenta-
uit,niſi quòd verebatur inualidam illam fo-
re,atq; cauillandam?ſed occurrere haud po-
47 tuit rei, quæ reluctantibus iuribus geſta
fuit.argumento à contrario ex *can. quid di-*
cam 11. in fin. 14. q. 4. & cap. poſt electionem
7. §. fin. de conceſſione prebendæ. Namq; pro-
48 hibitum cenſetur,quod iure conceſſum non
inuenitur. *cap. Romana 1.* ibi: Cùm hoc non
inueniatur à iure conceſſum. *de ſupplen. ne-*
gligent. Prælatorum in 6.
49 Accedit his quoq;quòd donatio non di-
ctæ Laudoniæ,neq; Annibali facta fuit. qui-
nimmò nec contemplatus in donatione
præfata Annibal, cuius merita aſſeruntur,
ſed filijs dumtaxat collata , & ipſis decenti-
bus ſine filijs , atq; Laudonia de medio ſu-
blata quòd bona perueniant ad Capitulum,
vt ex hoc multò magis præſumptio inſurgat,
filios Marini eſſe : vt in dicta *Ciuitatis Ca-*
ſtelli bonorum perpenſum fuit,ex interpoſi-
tione perſonæ fraudi ſuſpitionem fieri *nu* 7.
quod ex eo firmum apparet, quòd aſſeritur:
Epiſcopo Andrien. Illuſtriſſimo Strotio,fuiſ-
ſe apud eius Curiam de hoc inquiſitione
notatum.
50 Quibus addendũ,vt donationem hanc in-
ualidam aſtruamus , quòd cùm ſit omnium
bonorum, nihilominùs tamen cùm termil-
lia excedat,ſola quinquaginta diſponendi fa-
cultatem ſibi reſeruauit pro anima. ad *text.*
in *l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. vbi Scri-
bentes. *ff. de verborum obligationib.* & diſſe-
rit latè in hiſce noſtris terminis loquẽs *Vin-*
centius de Franch. deciſ. 594. *num. 1. & ſe-*
quentibus. admittitq; plura referens *Hora-*
tius Viſcontus in concluſionib. iuris. verbo.
donatio omnium bonorum fol. 58. & perpen-
dit etiam *Rota* (vndè frandulentam factam
donationem habuit) in *Cornetana bonorum*
20. *Nouembris* 1598. *coram Comitulo deciſ.*
71. n. 3. poſt primum vol. conſil. Farinac.
51 Nec quicquam operabitur clauſula con-
ſtituti , & præcarij: quia cùm acceſſoria ſit
ad donationem , quæ fraudulenta probatur;
ſublato principali fundamento,& ipſa ruit.vt
poſt *Tiraquellum tract. de iure conſtitut.*
poſſ. limit. 9. num. 1. & 2. ſequuta fuit *Rota*
in d. Ciuitatis Caſtelli bonorum coram Car-
din. Lancellot. d. dec. 140. *num.* 11. ex regula
acceſſorium. 42 de regul. iuris in 6.
Neq; mouearis,quòd præſcius ſibi Mari-
nus,per meritorum aſſertionem , cauillandã
donationem poſt eius ſuprema funera, huic
renunciauit exceptioni,Merita ſeruitorium
eſſe probanda.
52 Obſtaret quippè ſibi ipſi renunciatio : nõ
verò tertio, cuius in fraudem renunciatio
facta fuit. Quia nimirum inter prohibitos
actum facere, quicquid narretur, & dicatur,
non creditur; quia in fraudem prohibitio-
nis narrata præſumuntur. vt poſt *Bart. in*
d. l. fortè. 8. ff. de caſtrenſi pe. ulio. dixit *Rota*
apud Card. Creſcentium d. deciſ. 3. n. 6. de
cõſtit. & firmat *Aff. d. dec. 370. ſuper 3 dubio*
à nu. 13. cum ſeq. & plura perpendit *Rota*
(vnde donatio inualida declarata fuit ab
vxore viro facta) in *Romana donationis* 20.
Februarij 1589. *coram Card. Mantic. dec. 49.*
53 *per tot.* Renunciatio quippè cùm ſtrictiſſimi
iùris ſit,ſtrictiſſimè interpretanda erit, neq;
de perſona ad perſonam dimananda. ad
text. in *l. ſi vnus ex argentarijs. 28. §. ante*
omnia ff. de pact. Cancer. latè *tom. 3. cap. 15.*
de renunciat. n. 231. cum ſeq.
54 Neq; demùm obſtabunt, quæ ex *Anna*
ſingul. 156. verbo *donatarius pro donatione.*
aſſerunt à quo loco, donatarium manù-
teneri interim in poſſeſſione bonorum do-
natorum,deciſum fuiſſe in Sacro Neapolita-
no Conſilio refert.
55 Non enim applicantùr termini. Primò,
quia ibi agebatur in donatione iam ex ſe
valida, neq; inter perſonas ſuſpectas facta,
quàmuis ad nullitatem donationis in iu-
dicium prouocati fuiſſent donatarij, qui in-
terim in poſſeſſione erant bonorum dona-
torum, debebatur proindè eis(donec de va-
liditate altercaretur donationis) manuten-
56 tio,quæ datur poſſidenti de tempore moræ
litis. §. *retinendæ, Inſtitut. de interdictis.*
idem *Vincent. Anna allegat.* 131. *numer. 2.*
part. 2. Rota apud Coccinum deciſ. 26. nu. 1.
in fin. & deciſ. 378. num. 1. & deciſion. 477.
numer. 3. & apud S. Memoriæ Gregorium
XV. deciſ. 582. num. 1. & apud Duranum
deciſ. 21. num. 1. part. 1. & deciſ. 274. num. 1.
part. 2.
57 Hìc verò agitur de donatione inter per-
ſonas prohibitas facta, & quæ iure ſubſiſte-
ri non poteſt : atq; etiam in donatione ſub
aſſertione meritorum, quæ verificari debẽt;
neq; prætenſi donatarij in iudicium vocan-
tur , quaſi nulla donatio fuerit; ſed ipſi ſe
in iudicium inſinuauere aduersùs declara-
tam iam hæredem ab inteſtato, quę omni-
58 nò in poſſeſſionem immitti debet bonorũ
hereditariorum, ad *text.* in *l. fin. C. de edicto*
Diui Hadriani tollendo. & *text. in d. l. 1. & 2.*
C. vnde legitimi. cùm ipſa bonorum poſſeſ-
ſionem tanquàm proximior agnouerit , &
cui de iure debetur.
59 Deindè , quòd in illo caſu Annæ, vt ex
dicti ſingularis lectura omnibus apparet le-
gentibus , agebatur de donatione ſimplici-
tèr facta,neq; omnium bonorum; neq; ſu-
ſpecta,& inter perſonas prohibitas. Hìc verò
de

de donatione verificanda,atq; iuſtificanda
per probationem meritorum,quæ iuſtificari
non poſſunt, cum quo tempore eis donatio
facta fuit,merita nulla habere potuerint, vt
putà infantes, vndè non iuſtificata dona-
tione interim nulla eis debetur poſſeſſio,
60 quia donatio conditionalis eſt,& conditio-
ne pendente nihil actum eſſe dicitur; ſed
omnia in ſuſpenſo remanent.*leg. ſi quis ſub*
conditione 8.*ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.l.*
*ſi hæredi plures.*5.*ff.de conditionib.inſtitut.*
*Rota apud Card.Manticam deciſ.*244.*nu.*4.
*& deciſ.*257.*num.*2.*& apud S.Memor.Gre-*
*gor.XV.deciſ.*428.*num.*3.etiam ſi conditio
61 fuerit tacita.ſecundùm *Rotam par.*1.*diuerſ.*
*deciſ.*47.*num.*7. Quia conditio nedùm actū
62 ſuſpendit, verùm & illius natiuitatem, &
originem impedit. vt dixit *Griuellus* Sena-
tus Dolani *dec.*133.*n.*9.

63 Præterquàm quòd donatio à perſona ſu-
ſpecta fuit facta,vtputà à Sacerdote perſonis
prohibitis, ex diſpoſitione iuris, ac præſer-
tim ex Pij Papæ V.diſpoſitione, quibus ali-
64 quid, præter alimenta, detur iuxtà iuris
canonici æquitatem in *cap. cùm haberet* 5.
de eo,qui duxit,quam polluit per adulteriū.
cui textui diſpoſitio præfata Pij non deroga-
uit. vt latè diximus dict. *reſponſ.*31.*&* 32.
*part.*2. At ſat alimentorum reliquit, qui ma-
tri dotem mille ducatorum dedit.

Debent proindè in poſſeſſionem hæreditatis immitti hæredes ab inteſtato declarati.

Vti ex his, iudicio non reiecto meliori, ſanioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

In poſſeſſionem immiſſi bonorum fuerunt hæredes ab inteſtato Marino declarati,& ita firmatum etiam per Iudicem appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Ordine vocati,ſuo quiſq; ordine magis dilectus videtur.*

2 *Nominatus primò,primo vocationis ordine admittitur.*

3 *Alternis vicibus vocati, vicem ſuam quiſq; implere debebit.*

4 *Ordo ſcripturæ,charitatis,ac voluntatis deſignat ordinem.*
Et procedendi modum.

5 *Sanctus Hilarius Epiſcopus laudibus celebratur.*

6 *Locus Ioannis c.*4.19.*ex Sancto Hilario expenditur.*

7 *Carnem, & Sanguinem Chriſti comedentes vnum cum eo efficiuntur.*

8 *Ordo, ac nominum diſtinctio multum operantur.*
Et ne inter perſonas tantùm, verùm & inter vocabula attendi debet.n.9.
Ordinemq;ac titulum præbet prælationis.
Et dat ordinem ſucceſſioni ipſe ſcripturæ ordo.n.10.
Formamq; indicit.n.11.
Modumq; dat dignoſcendi, an locus eſſe debeat,fideicommiſſo.n.12.
Accedente potiſſimùm aperta diſponentis voluntate.n.13.
Vel ſi dubium ſit.n.14.

15 *Voluntas diſponentis omnimodis ſeruanda.*
Quia lex eſt.n.16.
Et firma eſſe debet.n.17.

18 *Legatum taxatiuum, taxationis terminos tranſgredi non poteſt.*

19 *Terminos antiquos tranſgredi nemo debet.*
Tranſgredientes anathemate feriuntur.

20 *Traditiones antiquas tranſgredi, atq; infringere,abominabile.*

21 *Taxatio reſtrictionem operatur.*

22 *Legatum ex certo corpore debendum,ſi deficiat,extinguitur.*

23 *Legatum argentum omne,& ſuppellex in prædio Semproniano, an ex alijs quoq; prædijs debeatur?*

24 *Legatarius probare debet, in dubio quid teſtator ſenſerit.*

25 *Sermo dicentis, diſponentiſq; de prima vice exauditur.*
Etiam in annua præſtatione.n.26.
Præcipuè verò in hominis diſpoſitione. num.27.

28 *Legatum decem, & ſi perdiderit iterum debeatur,alteram vicem non excedit.*
Neq;in infinitum debebitur.n.29.
Neq; ampliùs ad periculum hæredis pertinebit.n.30.

29 *Hæres onerandus non eſt, vltrà à teſtatore expreſſa.*

31 *Fata quem cogunt, miſerum faciunt.*

32 *Infinitas vitanda,atq; effugienda.*
Vt paſſim reprobetur n.33.

34 *Tempus à teſtatore præfinitum, taxationis vicem obtinet.*

35 *Legatarius id tantum petere poteſt,quod à teſtatore præfinitum eſt.*

36 *Legatum,inutile legatario eſſe non debet.*
Et vt valeat,non vt pereat in dubio accipiendum.n.37.

38 *Legatum donatio eſt teſtamento relicta. ex Modeſtino.*
Lucro proindè legatario eſſe debebit.n.39.
Secùs ſi ex accidenti id eueniat,præter hæredis voluntatem.nu.40.

41 *Damnum ferre debet,qui in culpa eſt.*

42 *Culpa,qui caret, in damno eſſe non debet.*

43 *Nemo debet alterius odio prægrauari.*

44 *Damnum ferre debet, qui ineptum miniſtrum in officio ſubſtituit.*
Quemadmodum & qui procuratorem, vel negotiorum geſtorem.n.45.
Quia ſuo periculo eum conſtituit.n.47.

46 *Ta-*

46 *Tutor non excuſatur, ſi quod facere debuerat, minimè fecit.*
48 *Mala electio culpæ aſcribitur.*
49 *Soluit rectè, qui procuratori ſoluit conſtituto.*
Etiam ſi ille facultatibus deciderit. n. 50.
51 *Nemo cū alterius dāno ſibi conſulere debet.*

ARGVMENTVM.

Legatum ex Montis fructibus puellis matrimonio locandis ad certos annos pro dote relictum: Si procurator puellæ quod exegit, perdidit; debeatur nè iterùm puellæ dos? Et nùm qui ſoluere procuratori Montis debitores liberati fuerint? Et nùm taxatum legatum, taxationis excedat metam? & an ſemel, vel iterùm debeatur? & nùm vocationis ordo ad illud conſequendum proſit?

RESPONSIO XXXV.

Vitali dùm frueretur aura, fuit qui q. Cæſar de Adotio Terræ Noię Baren. Diœceſis, anno à Virgineo partu 1605 Montem erexit annuorum quinquaginta ducatorum ex capitali quingentorum, ex quibus annuis matrimonio locari viro voluit puellam ex ſuorum filiorum, hæredumq; ac fratrum, ſororumq; familia prouenientem, præferri tamen voluit ex maſculina linea illis ex fœmellis natis. Protectores Montis treſeſſe voluit, quos ipſe vocauit; Archipresbyterum, Priorem in tempore Monaſterij S. Mariæ de Carmelo, ac Syndicum Terræ eiuſdem. Procuratorem ad redditus exigendos nominauit Ioannem Hieronymum Rubeum ſibi ſanguine iunctum, cui poſt ſuprema funera facultatem fecit alium ex ſanguine nominandi, eligendiuè. Mandauit verò, quòd locādæ puellæ ex familia, præter dotem ei à parentibus dandam, daretur etiam dos ex Montis redditibus pro ſex annis, prærogatiua natiuitatis perpenſa. Cæſar anno 1610. diem vidit vltimum. eoq; fatali ſorte conſumpto Ioannes Hieronymus Procurator nominatus, anno ſequenti 1611. à procurationis munere apud Ducalem Curiam ſe abdicauit. Inoleuit proindè mos, vt quæ ad Montis beneficium pro dote erat proximior, illa procuratorem nominaret, qui cenſus exigeret in ſex annos, vndè matrimonio locaretur; quē nominatum procuratorem Curia eadem Ducalis confirmat. Nouiſſimus, qui ad exigendum redditus nominatus fuit, atq; per Curiam confirmatus, exactum omne, quamuis pater eſſet puellæ, miſerè conſumpſit. Illa, & ſi planè viro iuncta, ſatisfieri ſibi pro ſex alijs annis, vt dotem referre valeat, inſtat. Opponit ſe tamen ei Ioanna Madio Virgo nubilis; ad ſe currentes ſex annos ſpectare contendens, quæ nec viro adhùc data eſt. Imputet ſibi, ſi ab ea nominatus procurator infidelitèr ſe geſſit, exactumq; perdidit.

Fit propterea quęſtionis ſtatus: Debeatur nè iterum ſexennium anteriori puellæ, vt dote potiri valeat, quamuis nupta; vel Ioannæ locus ſex annorum decurrentium ſtare debeat, vt dote exacta viro locari valeat, & in poſterum ſequentibus puellis? Et nùm liberati fuere, qui debitos cenſus procuratori ſoluere, quamuis illos exactos perdiderit?

Ioannæ locum eſſe, ſex decurrendos annos pro dote referre, reſpondendum cenſemus. Hoc nempè loco à Montis fundatore Cæſare vocata fuit. Ordine porrò ſucceſſiuo ille puellas vocauit, quæ admitti ad Montis beneficium deberent, vt quæq; lucem hanc, è matris egreſſa ergaſtulo, aſpexiſſet. ſic enim ille.

Item vole eſſo Ceſare, che per leuare confuſione, e litigij frà quelli maſcoli, e femine, che naſceranno, e ſuccederāno in detto Monte per l'anteriorità di ſuccedere; che tutta volta, che naſceranno maſcoli, ò femine dalli predetti deſcendentino da detta ſua famiglia; che li loro Padri, ò Madri procurino ſubito darne nota particolare di loro nomi, cognomi, giorno, & anno, che naſcono alli Protettori, e Procuratore predetto, quali n'habbiano à fare vno regiſtro; acciò ſecondo, che ſoccedano ſi ritrouaranno anteriori alli loro naſcimenti, ſiano così preferiti alla ſucceſſione predetta.

1 Hoc loco ſcripta Ioanna eſt, hoc ipſo perfrui opus eſt: quia hoc loco magis dilecta videtur. quod argumentum, ſcripturæ ipſe ordo, precipuum facit. præſtat hoc tibi Iulianus *lib. 35.* digeſtorum in *l. quoties duobus 40. ff. de vſufruct.* qui adamuſſim ad rem hanc noſtram loquitur, dicens: *Quoties duobus vſusfructus legatur, ità, vt alternis annis*
2 *vtantur, fruantur: Siquidèm ità legatus fuerit: Titio, & Meuio: poteſt dici priùs Titio, deindè Meuio legatum datum. priùs: ideſt primo anno. Gloſſ.* ibidem exprimit. Inter duas eſt nunc diſſidium puellas; exegit anterior in ſexennium cēſus, quamuis illos procurator perdiderit: habebit nihilominùs Io-
3 anna & ſuum ſexennium. Alternis enim vicibus vt fruerentur ſextunio ad ſexennium

Mon-

Mõtis fundator voluit. Vicem ſuam idcircò
implebit Ioanna.vt *eo caſu valeat* (exactio)
qui ex verbis concipi poteſt Fundatoris Cæ-
ſaris.vt verbis,ac sẽſu vtamur Sceuolę *lib.6.*
quæſtionum in *l.Gallus Aquilius.19.§.qui-*
dam rectè.ff.de liberis,& poſthumis. Nam
ordo ipſe ſcripturæ, charitatis,ac voluntatis
4 deſignat ordinem ,ac procedendi modum,
& proprietatem.*Gloſſ.in can.alienus eſt.19.*
verbo *vt conueniat nobis.24.quaſtion.1.* ex
tex.in d.l.quoties 40.& *Bald.*ſummario ibid.
& *Gloſ.in can vt euidentèr.82.*verbo *& con-*
tinuo.1.queſt.1.Gloſſ.in can.inter verba 55.
in fin.verb.præmittit.11.q.3. & oſtendit non
inargumentosè *S.Hilarius* magnus ille ad-
5 uerſus Arrianos hæreticos impijſſimos fidei
propugnator. *de Trinitate lib.8.* relatus à
Gratiano *can.in Chriſto Pater 81.§.& hic*
*mundus.de conſecrat.diſtinct.2.*dùm ex ver-
6 bis Chriſti Domini *Ioan.14.19.(Adhùc mo-*
dicum: & mundus me iàm non videt: Vos
autem videtis me,quia ego viuo,& vos viue-
tis. Quia ego ſum in Patre meo,& vos in
me,& ego in vobis) ex ordine,ac gradu,quo
Chriſtus loquendo,proceſſit: *Ego in Patre,*
& vos in me,& ego in vobis. non de vnitate
voluntatis tantùm,ſed de vnitate,qua natu-
ralitèr in illo vnum ſumus,eius carnem mã-
ducantes,& ſanguinem bibentes *Ioan.6.56.*
(Caro mea verè eſt cibus , & ſanguis meus
verè eſt potus.qui manducat meam carnem,
& bibit meum ſanguinem, in me manet, &
ego in illo.) argumentatur ſequentibus di-
7 cens: *Si voluntatis tantùm intelligi vnita-*
tem vellet, cur gradum quendam,atq; ordi-
nem conſumandæ vnitatis expoſuit? Niſi,vt
cùm ipſe in Patre per naturam diuinitatis
eſſet;nos contrà in eo per corporalem eius na-
tiuitatem ; & ille rurſùs in nobis per Sacra-
mentorum ineſſe myſterium crederetur. Quo
8 ex loco *Gloſſ.*verbo *cur gradum* ex ordine,
& gradu infert:*Ordo enim & diſtributio no-*
minum multum operatur. Operabitur idcir-
cò non minimi ordo natiuitatis,quem Mõ-
tis fundator expreſſit, voluitq;exquiſiuit,
atq;mandauit,vt vnaquæq; ex puellis matri-
monio locandis , ordine ſuo ad ſex annos
9 cenſuum,pro dote admitteretur. Cùm or-
do,nè inter perſonas tantùm, verùm & inter
ipſa vocabula attendi debeat, vt poſt *Bald.*
in d.l. quoties ſequitur *Caſſadorus deciſ.9.*
num.2.de præbend. pluraq; deducit *Cardin.*
Mantica de coniectur.vltimarum volunta-
tum.lib.6.tit.13.nu.11.& 12. Marcus An-
tonius de Amat.deciſ.Rot.Marchiæ 44.num.
15.Ioannes Griuellus Senatus Dolani deciſ.
18.num.29. plura cumulat *Cardin.Tuſcus*
lit.O.ordo ſcripturę.concluſ.196.num.1. &
ſeqq.Perez de Lara de anniuerſ.lib.2. cap.3.
*num.46.47.& ſeqq.*rationem reddens *n.50.*
Quia regularitèr ordo ſcripturæ,vel nomi-
nationis titulum confert prælationis. argu-
mento *text.*in *cap.authoritate 7.de conceſſio-*
ne præbend.lib.6.& cap.quòdam.40.aliàs pe-
*nult.de præbend.eod.lib.*atq; præſumptionem
denotat *Gloſſ.diſtinct.20. in ſumma. §.ſed*
10 *aliud eſt,*verbo *priùs.*& ex ordine litterę,ſi-
uè ſcripturæ ad ordinem ſuccedendi, non
inconcinnè argumentatur. *Minadous deciſ.*
36. num.6. Quin ordo ipſe formam in pro-
11 cedendo indicit,vt poſt *Felin.in cap.cùm*
dilecta colum.7. de reſcript. argumentatur
Proauus noſter *Robertus Maranta conſ.42.*
12 *num.5.6.& 7.* nec minimi adiumento eſt
ordo,quo teſtator vſus fuit, vt dignoſcere
valeamus ; debeat eſſe locus fideicommiſ-
ſo, nec nè. vt ex *Alexandr.conſ.59. in*
fine lib.3. & Ioanne Cephalo conſ.17. ſub
num.28. lib.1. atq; *Menoch.conſ.339.num.*
10.lib.4. ſequitur *Alexander Ambroſinus*
deciſion.7. Peruſina. numer.8. part.1 po-
13 tiſſimùm verò, ſi apertè id voluiſſe teſtato-
rem, ex verbis, quibus vſus fuit, digno-
14 ſcatur ; vel ſaltim ſi id dubium fuerit. ex
*Iaſ.*alijſq; in *l.2.§.priùs,ff de vulgar.& pu-*
*pillar.*idem *Ambroſin.ead.deciſ.7. num.27.*
referr.& ſequuta fuit Rota coram *Cardinal.*
Blanchetto deciſion.698.num.9.par.1.diuer-
*ſorum.*idem *Card.Mantica lib.5.dict.tit.13.*
numer.12.de coniectur. Perez de Lara lib.2.
d.cap.3.nu.49.& 50. Id autem apertiſſimè,
atq; expreſſim mandauit Cæſar Montis fun-
dator,ordine ſucceſſiuo admitti vnamquãq;
ex puellis de familia ad montis commodum
pro ſex annis.

Cæteròquin, ſi hoc non voluiſſet : Cur
(quæſo te)vt verbis vtamur Diui Hilarij *d.*
*can.in Chriſto pater.*gradum, atq; ordinem
conſumandæ conſequutionis legati, ex na-
ſcituræ prærogatiua potuiſſet ? niſi vt ſer-
naretur . *Perez d.cap.3.num.49.* & ſequitur
*Gloſſ.in can.vt euidentèr.82.*verbo *continuo.*
1.quaſt.1. ex ordine ſcripturæ, verborumq;
multa inferri,& deduci inferens.

15 Seruanda igitur voluntas eius erit modis
omnibus.*can.vltima voluntas 4.13. quaſt.*
2. l.final.in princip. C. de fideicommiſſis.
§ſemper nobis.in procemio.in auth.de hære-
16 *dibus,& falcid.collation.1.*Quia lex, illa eſt.
§. diſponat. in auth. de nuptijs. collation.4.
17 Quam firmam ſemper eſſe legum Conditio-
res diſpoſuere ; cùm nihil ampliùs ſit, quod
hominibus , poſtquàm hinc demigraue-
re , debeatur, quàm quòd eorum firma
ſint iudicia. *leg.1. C. de Sacroſanctis Ec-*
cleſijs.

Eſt deindè non inepta pro Ioanna alia
perpenſio : quòd Montis fundator Cæſar,
exactionum tempora ipſe pro vnaqua-
què puella definiuit : ſequentibus diſpo-
nens.

Item,che ciaſcheduna donna,che s'haurà da
maritare di ſua famiglia,naſcitura da detti
fratelli,ſorelle,nipoti, vel ex ſorore, da detto
Monte habbiano d'hauere l'entrate di detti
docati cinquecento per ſei anni compliti,vnà

Digitized by Google

con l'aumente, che ei ſarà, oltre delle altre-
doti, che ſe li daranno da loro Padre, & Ma-
dre, ò da altri loro conſanguinei, quale annuo
cenſo ſe li darà per lo Procuratore nomina-
to nella fundatione. quale annuo cenſo ſe li
maturarà per anni ſei alla raggione li per-
uenerà, deduttane la prouiſione del Procu-
ratore E ſuccedendo, che le dette annue en-
trate habbiano d'aumentare ſino all'età
d'anni quindeci, che s'haurà la donna à ma-
ritare, che detto aumento ſia finalmente di
detta donna, perche coſi vuole, & è la ſua-
volontà.
18 Taxauit proindè, atque ipſe tẽpora præ-
finiuit Fundator, limitibuſq; reſtrinxit, qui-
bus vnicuiq; puellæ, natiuitatis ordine, ad
ſex annos dos cederet. Vltra illos propterea
haud egredietur, ſed in illis ſiſtet, firmabi-
turque. Quis .n. tantæ peruicaciæ reus erit,
vt a Fundatore præfinitos limites tranſgre-
diatur? Præfiniuit hoc ipſum Sapientis vo-
ce omnium Dominus Deus (Deuteronom.
27.17. & Prouerb. 22. 28.) *Ne tranſgrediaris*
19 *terminos antiquos*, (iubens) *quos poſuerunt*
Patres tui. can. nullus alterius 1. in fin. 9.
quæſt. 2. can legibus ſæculi 10. 12. quæſt. 2.
can. ſi quis Epiſcopus 31. in fin. 7. quæſt. 1.
quod anathematis reſti connexit Leo III.
in *cap. 1. in fin. de ſepultur.* & Nicolaus Papa-
Ignatio Epiſcopo ſcribens *can. ridiculum-*
5. 12. diſtinct. Ridiculum id eſſe, aſſeruit, ac
20 cſaris abominabile, antiquas Patrum tradi-
tiones infringere. & Vlpianus *lib. 4.* fideicõ-
miſſorum, in *l. 2 ff. de Conſtitutionib. Prin-*
cipum, & S. *Thom. 1. 2. quæſt. 97. artic. 2. ſed*
contrà.
21 Non aliud nempè præfinitio illa Funda-
toris ad ſex annos iux. à natiuitatis, ortuſq;
vniuſcuiuſq; puellę ordinem, importat, quã
reſtrictionem, atq; quandam compreſſio-
nem, quam preterici noluit. Velut, qui ad
certum modum ſe reſtrinxit, ex quo lega-
tum dari alicui voluit, vltrà illum habere-
eum noluiſſe videtur, vt argumentatur, nec
ineptè Africanus *lib. 5.* quæſt. in *l. ſi ſeruus*
legatus 111. §. qui quinq; ff de leg. 1. dicens:
Qui quinq; in arca habebat, ita legauit, vel
ſtipulanti promiſit, (decem, quæ in arca ha-
beo.) Et legatum, & ſtipulatio valebit: ita-
tamen, vt ſola quinque, vel ex ſtipulatione-,
vel ex teſtamento debeantur. vt verò quin-
que, quæ deerunt, ex teſtamento peti poſſint,
vix ratio patitur. nam quodammodò certum
corpus, quod in rerum natura non ſit, lega-
tum videtur. Sex annos vnamquamque-
puellam habere voluit Fundator: illos dun-
taxat habebit. Quodammodò enim certũ
corpus ipſe præfiniuit, & tempus, quo vna-
quæque illud acciperet. Nec alienus ab hoc
ſenſu Paulus *lib. 9.* ad Paulutium in *l. ſi quis*
ſeruum 8. §. ſi quis ita legauerit, ff de leg. 2.
22 fuit. *Si quis ita legauerit* (dicens) *Ex illo do-*
lio amphoras 10. & ſi non decem, ſed paucio-
res inueniri poſſint, non extinguitur legatũ,
ſed hoc tantummodò accipitur, quod inueni-
tur. Hoc ipſum ipſe met Paulus *lib. 2. ad Vi-*
tellium in *l. quæſitum eſt 70. §. ff de leg. 3.*
ſenſiſſe videtur, dum quærenti legato ſequen-
23 tibus relicto. *Argentum omne, & ſuppelle-*
ctilem quamcũquè habeo, tibi dono, & quic-
quid in prędio Semproniano habeo. An ſup-
pellex, quæ in alijs prędijs, vel domibus eſſet,
ad Mæuium pertineret: Reſponſum eſt (di-
ces) nomina, & nũmos non videri deberi, niſi
manifeſtè de his quoq; legãdis defuncta volũ-
tas approbetur. De argento, & ſuppellectile,
quæ alibi eſſet, eum, cuius notio eſt, æſtima-
24 *turum, vt ita obtineat, quod teſtatori placuiſ-*
ſe à legatario approbaretur. Ita quæſtio la-
cit Paulus ſatis, nec ab eo diſſentit Scæuola-
lib. 16. Digeſtorum in *l. nomen debitoris 33.*
§. vni ex heredibus, ff. de leg. 3. Sex annos de-
finiuit, debet puellis, ordine natiuitatis, Fũ-
dator, duodecim non vtique habebit. alio-
quin ſi hoc ei placuiſſe puella contenderit,
probatione manifeſtet. Interim verò taxa-
tum tempus maneat firmum. Hanc ſequun-
tur ſententiam de legato taxatiuo loquen-
tes *Gratianus forenſ. diſcept. lib. 5. cap. 988.*
num. 2. & ſeq. & latè *part 2. cap. 256.* quo
loco omnes diſtinguit caſus. *Surdus de ali-*
ment tit. 4. quæſt. 26. num 2. & ſeq, Scipio
Rouitus deciſ. 57. num. 3. & ſeqq. Rota dec.
11. de teſtam. in antiquis. Horatius Viſcon-
tus in concluſionibus iuris, verbo *Legatum-*
quando dicatur, fol. 159. Io. Griuellus Sena-
tus Dolani dec, 55. num. 11. 22. & ſeq. Rota-
in Lucana iuris patronatus 20 Iunij 1602.
coràm Cardinali Mellino dec 12. nu 1. apud
Viuianum in praxi iuris patronatus. & in
Cremen. Capellaniæ. 14. Ianuarij 1594. co-
ram eodem Mellino dec. 12. nu. 4. apud eun-
dem Viuian. Cardin. Mantica de coniectur.
vltimarum voluntatum lib. 9. tit. 3. num. 20.
Rota in Romana computorum 10. Aprilis
1630. coram Merlino dec. 365. num. 27. &
38 part. 5. diuerſorum nouiſſimarum. Ioan.
Baptiſta Thorus in ſumma priuil piarum-
cauſarum. priuil. 267. in princ.
Suffragatur præterea ratio, quòd Fun-
dator cùm ſex annos iuxta natiuitatis gra-
dum, cuiquè aſſignarit puellæ matrimonio
locandæ, illoſque iam præfinierit; de ipſis
25 vtiquè ſex annis exaudiendus erit, vnicui-
què contingentibus, non de alijs ſubſequẽ-
tibus, neque duplicatis. Demonſtrat hoc
non in tenebris Pomponius *lib. 6.* ad Sabi-
nũ in l. boues 86. §. hoc ſermone, ff. de verb.
ſignif. *Hoc ſermone* (dicens) *dùm nupta erit,*
prima nuptiæ ſignificantur. tradit hoc latè
Tiraq. ad dict. l. in principio. Felin. in cap. 2.
nu. 2. de treugua, & pace. Surd. conſ. 18. n. 9.
vol. 1. & de aliment. tit. 4. dict. quæſt. 26 nu.
14. In terminis noſtris loquens de annua-
26 præſtatione. *Craueta conſ. 180 nu. 1. in fi-*
ne, verſ. ſecundò reſpondeo. & alios com-
mun.

Digitized by Google

*mun.contra commun.queſt.*693.*num.*3.*Perez de Lara de capellan. & anniuerſar.libr.*1.*cap.*3.*num.*1.*& ſeq.Rota apud Card.Mā-*
*ticam dec.*322.*num* 6.diximus *reſponſ.* no-
ſtra 74.*nu.*5.*& ſeqq.par.*3.*Cad.Tuſ: us tom.*
2.*lib.D.concluſ* 499.*num.*1.*& ſeq.* pluribus
rem hanc declarans *Barboſ.axiom.*73.*n.*18.
27 *& axiom-*206.*num.*1.præcipuè verò in ho-
minis diſpoſitione. ſecundum *Card.Mantic-*
*eam de tac.& ambig.tom.*1.*lib.*6.*tit.*20. *nu.*
56.nos *dict.reſponſ.*74.*num.*7 *Rota dec.*423.
*num.*4.*part.*1.*tom.*1.*in recent.*Lucidiorem
hanc rem in hiſce noſtræ quæſtionis termi-
nis diſpoſitio facit Vlpiani *lib.* 2. fideicom-
miſſorum in *l.fideicommiſſa* 11.§.*ſi quis ali-*
*cui decem,ff.de leg.*3. dicentis, atquè peten-
28 tis: *Si quis alicui decem per fideicommiſſum*
reliquerit, & ſi perdidiſſet id, quod teſta-
mento relictum eſt, rurſus ei reliquerit.
quærebatur. an ſi ſæpiùs perdidiſſet, ſæpiùs
ei ſarciretur fideicommiſſum? Diuus Pius
reſcripſit,neq;cautionem exigendam.& non
ampliùs, quàm ſemel, poſtquàm perdidiſſet
29 *præſtandum.*Rationem reddens: *Non enim*
onerandus eſt hæres, vt in infinitum quo-
ties perdiderit, reſtituere ei tantundem de-
*beat.*Iterùm ſolui,ſi perdidiſſet decem lega-
ta, teſtator iuſſerat: & nihilominùs ſemel
ſolutionem iterum faciendam Diuus Pius
reſpondit. Si non iuſſiſſet; nequè ſemel, poſt
exſolutum legatum, hæres ſoluiſſet am-
30 pliùs. *Nec ampliùs ad periculum hæredis*
pertineat, ſi quid poſteà is conſumpſerit,exo-
*luto & poſteriore fideicommiſſo.*Vlpianus in
fin ſubnectit *dict.* §. *ſi quis alicui.*Exegit per
ſex annos puella hæc relicta ſibi annua ex
Monte, Procuratori ab ea conſtituto ſoluta:
quòd illa perdidit, ſibi imputet, ſuoquè fato,
31 ſi non ſibi iterum ſarciantur.

Quem fata cogùt. hic quidem viuat miſer.
Seneca dixit in *Hippol.* Nō ampliùs enim ad
Mōtis periculum hoc pertinet. *Non n. one-*
rãdus eſt (Mons) *vt in infinitū, quoties per-*
diderit, reſtituere ei tantundem debeat. Ipſe
Vlpianus vt loquitur *dict.* §. *ſi quis alicui.*
32 Vitanda igitur, effugiendaque infinitas erit.
vt *gloſſ.* verbo *in infinitum* aduertit, quòd
33 ea paſſim reprobetur, iuxta Innocentij IV.
ſenſum in Concilio Lugdunenſi in *cap.cùm*
in multis 2. *in principio de reſcriptis in* 6.
34 Et Fundator determinatè ſex annos præ-
ſcripſit. taxationis idcircò vicem anni ipſi
ſex obtinebunt. ad Iuliani verba *lib.*15.Di-
geſtorum in *l.cùm certus numerus* 5. *in fin.*
35 *ff.de tritico,vino, & oleo legato.* vt id tan-
tùm petere puella poſſit, quod determina-
tum, ac præfinitum fuit. ſecundùm *gloſ.ibid.*
verbo *taxationis.*& *gloſ.*in *l.hactenùs* 8.ver-
bo *ab eo, in fine, ff.de vſufructu.* perpendi-
mus *reſponſ.* noſtra 14.*n.*57 *par.*1.
36 Nequè dicant in damno puella erit, nec
lucrum ex legato conſequetur. Inutile igi-
tur illi fiet, ac fruſtrà ei legatum cedet. quod
perpendit Africanus *lib.* 6. quæſtionum in
l.ſi quando quis vxori 112. *in princ. ff.de*
37 *leg.*1. At vt valeat, nō vt pereat res in dubio
accipienda eſt. ex Iuliano *lib.*50. Digeſto-
rum in *l.quoties* 12.*ff.de rebus dubijs:* præci-
puè verò ex Modeſtino *lib.*3. Pandectarum
38 in *l.legatum* 37.*ff.de legatis* 2. qui legatum
donationem quandam appellat, teſtamento
39 relictam. Lucrum ergò aliquod deferre de-
bebit ei, cui relictum fuit. ex Iuſtiniani Cæſa-
ris ſenſu, & verbis in *l.* 1. §. *cùm enim non*
aliter,C.cōmun.de leg deduximus nos alios
quamplures referentes *reſp.*noſtra 31.*nu.*28.
*par.*1.

40 Quòd nempè in damno puella ſit, id pla-
nè ex accidenti euenit; neque Fundatoris,
nequè Protectorum Montis voluntate; ſed
Procuratoris à puella deſignati, atque Curiæ
decreto confirmati, malitia, qui, quod exe-
41 git, malè perdidit. In culpa igitur ipſa puella
fuit. Ipſa proindè damnum feret, quod paſſa
eſt. ad Innocentij III. determinationem
Duci Caringiæ ſcribentis in *cap.venerabile*
34.§ *nos vtiq;de electione extrà.* cùm non
42 deceat *Rem, quæ culpa caret, in damnum*
*vocari.*ex Gregorij ſententia in *cap.cognoſ-*
cẽtes 2.*in princ.de conſtitutionibus.* Atque
43 vnum alterius odio prægrauari, & culpæ
regula *non debet* 22.*de regulis iuris in* 6.Re-
gulare autèm ſit, vt teneatur de damno, qui
44 idoneum proponere ad officium debet, ſi
ineptum ipſe propoſuit. ad *tex.* in *l.* 1.§. *fa-*
*miliæ,*vbi *Bart.ff.de publicanis, & vectiga-*
libus,Felin.in cap.Petrus 17. *num.*8.*de homicid. Afflict.dec.*82.*nu.*4.Rota apud S. me-
45 mor. *Gregor.XV.dec.*233.*num.*. Suo nomi-
ne puella hæc patrem procuratorem ad exi-
gendum propoſuit, atq; in omnibus eum
ſuo nomine conſtituit. Ipſa ergò damnum
feret. quemadmodùm de ſeruo negotijs
præpoſito, quòd defeciſſet; præponentem
teneri ex Imperatoris ſententia, refert Pau-
lus *lib.*2. decretorum in *l. Titianus primus*
8.*aliàs finali.in fin. ff.quod cum eo.qui in*
*aliena eſt poteſtate.*rationem reddens: *Nec*
videri (dicens) *hoc dominum mandaſſe: ſed*
quia videbatur, in omnibus eum ſuo nomine
ſubſtituiſſe; ſic & etiam confirmauit Impera-
tor. Vt ſcilicèt teneretur. confirmat hoc ip-
ſum ratio, quam Vlpianus *lib.*31.ad edictum
in *l.ſi Procuratorem* 8.§ *ſi tutores, ff.man-*
46 *dati* affert, de contutoribus loquens: *Non*
ſunt igitur excuſati (dicens) *quod contutori*
mandauerint (ſi ille ſeruum non emit) *quia*
emere debuerunt. Non erit proinde excuſata
puella, quòd patri mandauit, ſi ille, quod ex-
egit, infideliter ſe gerens, perdidit, ſuo quip-
47 pè periculo eum conſtituit. ſicuti Pompo-
nius *lib.*2.enchyridij in *l.ſolent* 13.*in fine.*
*ff de tutelis,*de adiutore tutorum loquitur.
ſequiturquè Gratianus *diſc.forenſ.par.*2.*cap.*
395.*num.*10. *& ſeq. & dec. Rotæ Marchia*
178. *num.*3. *& ſeq.* & mala electio. culpæ

48 aſcribitur, vt inquit Rota apud *Cardin. Seraphinum dec. 759. num 3. & dec. 760. in eadem cauſa*, ſuo ergo damno ferat, quod ille geſſit, vt iure conquæratur ipſa, quod illa altera apud *Ouidium*, quòd credula nimis fuiſſet.

Heù patior telis vulnera facta meis.

Ex his itaquè conſequentèr ſecundo fit 49 quæſito ſatis; rectè ſoluiſſe, qui procuratori huic, per Curiam quoq; confirmato, ſoluere. *Vero* nempè *procuratori rectè ſoluitur*. verba ſunt Vlpiani *lib. 30.* ad Sabinum in *l. vero procuratori. 12. ff. de ſolution.* eiuſdemque ſenſus fuit Iulianus *lib. 54.* digeſtorum in *l. qui hominem 34. §. ſi Titium, ff. eod.* rationem reddens in fin. *Nam videtur omnibus creditoribus mandaſſe, vt procuratori* 50 *ſoluant.* Quòd autem datus procurator fefellit: *Imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia. idq; & Marcello placet.* quemadmodùm conteſtatur *lib. 11.* ad edictum in *l. cum mandato. 24. in fin. ff. de minor.* & ſequuta fuit Rota in *Romana cenſus 13. Maij 1630. coram Merlino deciſ. 374. nu. 40. 41. par. 5. diuerſorum nouiſſimarum.* & in *Romana pecuniaria, ſeù mercium. 27. Iunij 1633. coram Card. Panzirolo dec. 227. num. 1. & 2. part. 6. diuerſorum nouiſſimar.* & in *Meſſanen. ſeù nullius feudi 22. Iunij coram Card. Veroſpio dec. 57. num. 7. part. 7. diuerſorum nouiſſimarum per Rubenum Grat. diſcept. forenſ p. 3. c. 505. nu. 37. 38. & ſeqq.* plura cumulans ad finem vſq; capitis. Soluere proindè verò procuratori, liberati ergò fuere. Nihil eſt itaq; quod ſuperſit puellæ huic, niſi, vt patientèr agat, quod exactum 51 genitor perdidit; nè in alterius vertatur dãnum, quod ſibi conſulere velit, ex his, quæ Ambroſius carpit *can. ſi quis verò. 13. 11. q. 3.* ſequitur *Gloſ. in can. Eccleſia 43.* verbo *vt nouit 16. q. 1.*

Atq; ità ex his conſulimus, ac reſpondemus, meliori ſemper prælato iudicio, precibus excitati parentis Ioannæ nubilis puellæ, quam viro dare alias non poſſet.

Carolus Marantã V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Deus omnipotens ſummus rerum Opifex, qui vniuerſa creauit, mundumq; vniuerſum ornauit.*
Hominem in mundum habitatorem illius, nouiſſimum creauit.
Eumq; in illum induxit.
2 *Hominem Deus cùm creaſſet, in manu conſilij ſui reliquit eum.*
Suiq; ad imaginem creauit;
Exemplumq; Dei quiſq; in imagine parua eſt. n. 3.
Vultuq; erecto.
Cùm cætera animalia in terra proiecta vultu iaceant.
In ſumma libertate eum voluit eſſe, fidelem tamen in promiſſis. n. 5.
4 *Seruitia ab homine Deus libera, non coacta exigit.*
6 *Monachi, qui fiunt, ſumma libertate id agere debent.*
Quod ſi coacti, non tenentur.
Meritò quinquennium eis Sacrum Tridentinum Concilium ſtatuit. n. 7.
Ad nullitatem poſt profeſſionem dicendum.
Quam dicere debent coram Superiore ſuo, & Ordinario. n. 8.
9 *Appellatio eſt ad maiorem Iudicem prouocatio, ratione grauaminis illati, vel inferendi.*
10 *Papa vnum cum Deo Tribunal agit, cuius vices in terris gerit.*
11 *Vicarius vnum cum Epiſcopo Tribunal facit, cuius vices agit.*
12 *Delegatus à Papa, eius vice fungitur.*
13 *Religio communis profeſſorum mater eſt.*
Ipſi autem omnes fratres ſunt.
14 *Iudex qui cum adiunctis procedit, ſuſpectus dici non poteſt.*
Quia adiunctorum ratione ſuſpitio retinetur. n. 15.
Et ità ſeruat Signatura Sãctiſſimi. n. 16.
Nec ſolus procedere valet.
15 *Ordinario ſuſpecto adiunctus datur.*
Et ceſſat ſuſpitio.
Quia nulla peruertendi iudicij ſuſpitio remanere poteſt. n. 17.
18 *Iudicis recuſatio vti ſuſpecti ceſſat, ſi pars in eum conſentiat.*
Etiam conſenſu tacito. n. 19.
Niſi proteſtetur ſe non conſentire.
20 *Ieſus Chriſtus fuit vir Propheta potens in opere, & ſermone.*
21 *Timor reuerentialis patris, potentis, & minantis, qui filium Monachum agere voluit, ad nullitatem dicendam profeſſionis ſufficit.*
Si de malitate ſibi timebat.
22 *Metus præſens quis nàm dicatur.*
Quem adiuuat atrocitas facti. n. 23.
24 *Monachum, aut paterna deuotio.*
Aut propria profeſſio facit.
Si filij ratihabitio ſubſequatur.
Secus ſi metus interceſſerit. n. 25.
26 *Profeſſio contractus eſt vltrò, citròq; obligatorius.*
Quòd verò in tali domo perficiatur. id ex accidenti eſt. n. 28.
Quarè cum Religione agi debet per eum, qui de nullitate dicit, non cum domo. num 29.
Religio proindè in iudicium nullitatis vocari debet. non domus. n. 30.
27 *Diſtractus vtriuſq; conſenſu perficitur.*

Sicut

Sicut contractus.

30 *Ad iudicium is vocari debet, qui intereſſe fundatum in cauſa habet.*

31 *Superior Monaſterij agnoſcitur Abbas, quamuis Monachos non habeat.*

Et eſt Superior in Religione. vtputà Deſinitor.

Poterit propterea vigore decreti Sacri Tridentini Concilij cognoſcere de cauſa de nullitate dicentis emiſſa profeſſionis.

Præſertim vti Delegatus.

32 *Verba cui conueniunt diſpoſitionis, & ipſa diſpoſitio aptari ei debet.*

33 *Prouerbium. Nodum in ſcyrpo quærere. elucidatur.*

34 *Monachi Mundo mortui ſunt.*

Non igitur refert, ſi per familias deſignentur paternas.

Sed per patria nomen.

35 *Argumentum à conſuetis tenet.*

Neq; enim inſolitum, & nouum hoc eſt fieri.

Igitur permittendum.

ARGVMENTVM.

Profeſſionis ad nullitatem dicenti, cùm ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ. 25. cap. 19. de regularibus*. Coràm Superiore ſuo, & Ordinario, de nullitate dicere debeat, an obſtet, ſi Superior ſit ei Germanus frater? multò magis, quòd cum adiunctis procedere debet, Epiſcopo præſertim, non ſolus. Et quid ſi pars aduerſa etiam per conſenſum tacitum in Iudicem conſentiat, an remittatur, retineaturq; exceptio? Timor reuerentialis patris; ſi ille potens ſit, & timeat filius, ſi patris mandato, qui Monachum agere imperauit, non obſequatur, nullitatem operetur, quòd verè ipſe Monachum agere non intendebat; ſed patris timore egit? Nùm verò ſufficiat procuratorem ordinis illius Superioris, quo coràm ex Papæ delegatione, de nullitate dicitur in iudicium vocaſſe, an verò illius domus vocari debeat, in qua profeſſionem emiſit, ſi illius domus Superior audire eum noluit, & ab eo appellatum ſit? An verò alterius Monaſterij Superior, cui commiſſio data eſt, ſi Monachos non habeat, ſit verò Religionis Diffinitor, & Superior ac conſequentèr de nullitate dicentis, iurè procedere valeat, ſitq; integrum iudicium? plenè diſſeritur.

RESPONSIO XXXVI.

1 SVmmus Opifex ille rerum omnium Deus cùm cuncta creaſſet, quæ in Cælo, quæ in terra, quæ in mari ſunt; expandiſſetq; Cœlos, & maria, & flumina, cunctaq; animantia ex nihilo produxiſſet; & domum hanc Mundi totius ornaſſet, habitatorem demùm futurum, hominem

2 creauit, quem ab *initio conſtituit, et reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata, & præcepta ſua: ſi volueris mădata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere.* Eccleſiaſtici 15. 14. Suiq; ad imaginem illum creauit. Geneſ. 1. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum.* vndè (cecinit Manilius lib 4)

Hominem quid mirû noſcere mundum.
Si poſſunt homines, quibus eſt, & mundus in ipſis.
3 *Exemplumq; Dei quiſq; eſt, in imagine parua.*
An quoquam genitos niſi Cœlo eredere fas eſt.
Eſſ. homines proiectaq; iacent animalia cuncta.
In terra, vel verſa vadis, vel aere pendent.

Ita autem liberum illum fecit, vt ex ſuo pendeat voluntatis arbitrio, quod magis voluerit.

4 Seruitia proindè ab homine Deus, non coacta, ſed libera exigit. Marcellus Papa

can.

can.illud autèm 10.20.*quæſt.*1.vt ſola ipſa hominis voluntate contentus dicatur.Ouid.
*lib.*5.de Ponto

Vt deſint vires,tamen eſt laudanda voluntas.
Hac ego contentos auguror eſſe Deos.
Hęc facit vt veniat pauper quoq;gratus ad aras:
Et placeat cæſo non minùs agna boue.

5 In ſumma enim libertate voluit eum eſſe,
& ſicut nolentem non cogit, ita volentem
tamen eum fidelem eſſe deſiderat,infidelem
6 verò damnat. Hanc ob cauſam, qui ſe Deo
in Monaſterijs faciant,ſummè liberos eſſe
ā nar. vt *ſicut,qui Monaſteria elegerunt,à
Monaſterijs egredi non permittuntur;ita hi,
qui inuiti ſine iuſtæ oſſeſſionis cauſa ſunt
intromiſſi,niſi volentes,non teneantur:quia
quod non petunt, non obſeruant.* verba ſunt
in Synodo habita ab Eugenio Papa in *can.
ſicut qui Monaſteria* 9.20.*quæſt.*1.Vt eſſent
proinde liberi in omnibus,qui ſe Monaſterijs
ad Deo famulandum recludunt,eos dimitti
volui,quoniam qui non voluntariè ſe
obtulere,ſed coactè *inuiti:conſiderandi ſūt
magis peccata committere,quàm plangere;
ſicut in decreto Sāctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſimè
continetur.* Sequitur in Synodo
ab Eugenio Papa *dict.can.ſicut qui* 9.*in fi-*
7 *ne* 20.*quæſt.*1.& propter hoc ipſum,Sacroſancta
Tridentina Synodus, Spiritu Sancto
Doctore *ſeſſion.*25.*cap.*29. *de regularibus.*
quinquennium ad dicendum de nullitate
poſt emiſſam profeſſionem , ingreſſis
ſtatuit , atquè decreuit , ita dicens. *Quicumq;
Regularis prætendat ſe per vim,
& metum ingreſſum eſſe Religionem, aut
etiam dicat ante ętatem debitam profeſſum
fuiſſe,aut quid ſimile,velitq; habitum dimittere
quacunq; de cauſa , aut etiam eum habitu
diſcedere,ſine licentia Superiorum: non
audiatur,niſi intra quinquennium tantùm
à die profeſſionis,& tunc non alitèr,niſi cau-*
8 *ſas,quas prætenderit, deduxerit coràm Superiore
ſuo,& Ordinario.*

Quidam ergò Hieronymus à Neapoli ingreſſus primò Religionem Clericorum Regularium Minorum, cùm in illa profeſſionem emiſiſſet, & per vim, & metum per patrem incuſſum profeſſionem feciſſet. Genitore ex humanis ablato,de nullitate dicere aggreſſus, ſurdas aures apud ſuperiores inuenit. Hinc proteſtationibus præmiſſis, faciliorem viam ad nullitatem vt muniret, licentia à Sacra Congregatione obtenta, ad Baſilianos tranſijt:apud quos proteſtationibus non neglectis, Profeſſionem repetijt. Demùm apud eandèm Sacrā Congregationem agens, Breue ſub annulo Piſcatoris ad Superiorem Regularis Domus Sanctę Margharitæ Neapoli Clericorum eorundem Minorum;& Superiorem alterius Monaſterij Baſilianorum,atquè ad Epiſcopum Acerratum viciniorem, qui coniunctim in cauſa procederent,quam ipſe aduerſus Procuratorem dicti Ordinis babet,cum omnibus annexis,& connexis,totoquè negotio principali, decerni per Signaturam Sanctiſſimi, obtinuit. Ad nullitatem proindè agens,tria ei opponuntur ad Breue ſubreptione notatum arguendum.Primum,quòd Domus Regularis Sanctæ Margharitæ Superior ſit ei germanus ſanguine iunctus. Deindè, quod Procurator Ordinis non fuerit vocatus ex Monaſterio,Domoq; Regulari Sanctæ Mariæ Maioris,in qua primam profeſſionem emiſerat;ſed ex eadem Domo Regulari Sāctæ Margharitæ.Demùm,quòd Superior alterius Monaſterij ſub titulo Sancti Pancratij Baſilianorum , Abbas ſit ſine Monachis, Titularis vocatus. Scite idcircò ordinatim ſingulis reſpondemus obiectis.

Obſtaculum non facit primum. Quoniam
non Hieronymo petente Superiori Domus
Sanctæ Margharitę commiſſio data fuit,
ſed ex S.Concilio loco præſato: (*coràm Superiore
ſuo*) cauſam proponi debere, mandante.
Non potuit autèm eſſe ille Sanctæ
Marię Maioris, qui primus ſurdas ei præbuerat
aures,vnde appellare à denegata iuſtitia
coactus fuit, ſicuti ab Ordinario Neapolitano.
Ex iure ipſo Sacrorum orti Canonum
alteri Superiori vt committeretùr, ſicuti
alteri Ordinario Epiſcopo Acerrarum
Neapoli viciniori,nullitates audire deman-
9 datum fuit. Illi prius grauamen, non audiēdo
intulere. Fuit idcircò ad maiorem Iudicem
permiſſa prouocatio,ratione grauaminis
illati, vel inferendi, ex appellationis finitione,
quam tradit *Bart.in l.*1. *in princip.
ff.de appellationibus*, eamquè ſequitur, admittitquè
Abbas in rub.extra eodem,& *Philippus
Francus ibidèm.Maranta* noſter *in
ſpeculo.*6.*par.in* 2.*actu principali,de appell.
num.*1.*Gratian.diſcept.forenſ.part.*1.*c.*76.
*num.*9.diximus *reſponſ.* noſtra 38. *num.*19.
*part.*1.parumquè ab ea verbis diſcedit *gloſ.
in can.liceat* 1.verbo *appellationis* 2.*quæſt.*
6. dùm ad rem noſtram Fabianus Papa
liceat(inquit)*appellatori vitiatum cauſam*
10 *remedio appellationis ſubleuare.* Summus
Romanus Pontifex omnium Supremus Iudex,
qui vnum cum Deo,cuius vices gerit in
terris,Tribunal efficit.ex Innocentio III.*cap.
quanto perſonam* 3. *de tranſlat. Epiſcopi*
11 quemadmodùm vnum cum Epiſcopo Tribunal
habet Vicarius,cuius vices & ipſe gerit.
cap. 1.*in fine, de conſuetud in* 6.*cap.Romana*
2.*in princip.de appellat.eod.lib.*Rota
apud *Cardin.Seraphinum dec.*1057.*num.*5.
12 cauſam præfatis demandauit,delegauitquè.
Vt Papæ Delegati ipſi procedunt,cuius vice
funguntur. ex Gregorio *can. valdè neceſſarium*
1.94.*diſt.* illis verbis præſertim : *Noſtra
per eum,cui præcipimus repræſentetur
auctoritas.cap.paſtoralis* 28.§.*quia verò,&
cap.*

cap. quia in iure peritus. 33. *de officio delegat. cap. paſtoralis.* 11. *§. fin. de offic. ordin.* Rota in Aucrſana fructuum 18. Iunij 1607. coram Damaſceno *dec.* 155. *num.* 3. *in fin. vol.* 1. *in poſthum. Farinac.* diximus *reſponſ.* noſtra 8c. *num.* 16 *par.* 3.

Ex accidenti verò eſt, vt Pater Carolus, qui ſuperior nunc reperitur in domo regulari ſanctæ Margharitæ, ſit Hieronymo germanus frater. Suus tamen ſuperior in hoc eſt: (*coram Superiore ſuo*) cauſam agitari detent Sacrum Concilium *d. cap.* 19. edixit, nihil proindè officere, quin ſuum proſequa-
13 tur officium. In pari cauſa illum iudicaturum. Religio communis profeſſorum mater eſt, ſunt proindè omnes fratres in Domino: *Omnes vos fratres eſtis.* Chriſtus Dominus noſter Apoſtolis edixit. *Matth.* 23. 8. non itaquè magis caro, & ſanguis præualebit in eo, quàm ſpiritus. *Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.* Apoſtolus loquitur Paulus. 1. *ad Corinth.* 2. 10. neq; ita propenditur in, vt ſtatu complaceat ſecundum
14 carnem, eumq; negligat ſecundum ſpiritum. Non ſolum præterea iudicaturum: habere adiunctos, & inter eos, Epiſcopum, ad Vlpiani ſenſum lib. 35. ad edictum in *l. tutor quoq;* 3. *de ſuſpectis tutoribus. Grat. an diſcept. forenſ. par.* 1. *cap.* 100. *num.* 29. *cum ſeqq.*
15 Adiuncti enim ratione ſuſpitio ceſſat. Quam ob cauſam Ordinario ſuſpecto allegato, adiunctus datur, & ceſſat ſuſpitio. *Natta conſ.* 152. *num.* 6. *Iacobus Sbrozius de offic. Vicarij lib.* 3. *cap.* 14 *num.* 15. *Theſaur. dec.* 255. *num.* 2. *Marius Antonin. variar. reſolution. lib.* 3. *reſolut.* 12. *& in caſu* 73. *§. Et quamuis dictus Rector.* atq; ita ſtatuare Signatu-
16 ram Sanctiſſimi, vt tàm Iudicibus in Romana Curia, quam extrà, adiunctos aſſignet, vt ſolus, videlicet, datus Iudex, vel Ordinarius, vel delegatus in iudicio procedere minimè valeat, ſed inſimul cum adiuncto, per quem recedit dara ſuſpitio. ex *Mandoſio in forma* 8. *commiſſionum.* verbo *adiunctum. quaſt.* 5. refert *Gratian. diſcept. forenſ. par.* 5. *cap.* 827. *num.* 20. Ex adiunctis propterea datis, ex Sacro etiam Concilio, omnis ceſſat ſuſpitio, quæ ex ſãguinis irá ſtricta cõiunctione exur-
17 gere poterat, cùm nulla iudicij peruertendi ſuſpitio remanere poſſit. ex Innocentij Tertij ſenſu *in cap. ex inſinuatione* 50. & ibidem *Gloſſ.* verbo *Aduocatus, & Scribentes. de appellationib. extrà. Gratian. d. cap.* 100. *num.* 23 24. *et ſeqq. d. par.* 1. *forenſ.* perpendimuſq; *reſponſ.* noſtra 18. *n.* 14. *p.* 2.
18 Verùm hæc ipſa tum ceſſauerant; cùm nihilominùs in Iudicem conſenſum fuerit, etiam expreſsè, atq; conſentientibus partibus ad diffinitiuam ſententiam deuentum, vt omnis proinde ſcrupulus ablegetur clau-dicationis iudicij ex præſũpta Iudicis præ-
19 tati ſuſpitione, in quem etiam tacitus conſenſus per comparitionem coràm eo fine protestatione vlla, & proceſſum ad vlteriora, proceſſum ipſum validum reddat. ex Vrbani Tertij ſanctione in *cap. gratum gerimus.* 10. & *Gloſſ.* ibidem verbo *receſſum. de officio Iudic. delegat.* eiuſdemq; ſenſus idem ipſe Vrbanus in *cap. cùm veniſſet.* 25. & *Gloſſ.* conſequenter verbo *egeris. de teſtibus, & atteſtationibus Gratian. d. c.* 100. *nu.* 27. *part.* 1. *Rota apud Cardin. Seraphin. dec.* 897. *per tot.* ac præſertim *num.* 7. & apud eundem *deciſ.* 532. *num.* 2. *& dict. dec.* 1057. *num.* 1. *& ſeqq.* eadem Rota apud Sanctæ memoriæ *Gregor. XV. deciſion.* 292. *num.* 1. *& ſeqq.* pluraq; cumulat *Beltramin. addens. d. q. & dec.* 368. *num.* 1.

Iuſtitia verò ipſa cauſæ maximam Aduerſarijs præbebat conſcientiam, oppoſitiones de breuis ſubreptione obiectas potiùs ad oſtentationem fuiſſe, ac pompam, nè primo ipſo intuitu receptui canuiſſe viderentur; quàm quòd verè illas obijcere potuiſſent, ac probare, atq; in illis firmitatẽ habere; quòd calumnioſè apparerent. Fuerat enim Hieronymi genitor vir potens in opere, & ſermone in omni populo. iuxta illud *Lucæ* 24. 19. de Chriſto Domino à duobus in Emmaus proficiſcentibus diſcipulis illa ipſa die reſurrectionis, dùm fabularentur, & ſecum quærerent de ijs, quæ in morte Ieſu acciderant, ipſeq; illis ſe adiunxiſſet, atq; ab eis popoſciſſet: *Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes?* Et
20 dixerunt: *De Ieſu Nazareno, qui fuit vir profeta potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo.*

Vnus enim erat ex Regis Conſiliarijs, inter Iuriſperitos non inferioris gradus, quem
21 potentes, ac Principes viri perhorrebant. Et perhorreſcere non debuit puerulus genitorem comminantem, mandantem, imponentem; vt obmuteſceret, nec loqueretur, eiq; nolens quoq; obſequeretur? ſeruaret autem in diem opportunum, non ſatiè natalis hæredis. (*Marci* 6. 21.) Sed mortis patris, ceſſante metu de nullitate dicendi. Quo caſu reuerentialis quoq; metus, minis præeuntibus, vel ſi quid aliud horribile; ad nullitatem emiſſæ profeſſionis dicendam, ſufficiens æſtimatur. cùm potiſſimùm hic ipſe metus ad id daretur, vt Monachũ in dicta Religione Clericorum minorum ageret. Præuidebat quippè ſibi maiorem malitatem puerulus ex patris ira, quam ex Religionis, (quamuis citrà voluntatem) ingreſſu. iurè timebat, ſed obmuteſcebat, & rem tacitus conſiderabat. Patriarcham illum Iacob de Ioſeph filio ſuo *Geneſ.* 37. 11. imitatus. ad Vlpiani ſenſum, & verba lib. 11. ad edictum in *l. metum* 5 *ff. de eo quod metus cauſa geſtum eſt.* & ipſiuſmet in *l. metum* 9. *in princ. eodem.* de
22 metu præſente loquentis. *Metum autem præſentem accipere debemus, non ſuſpitionem inferendi eius.* & ità Pomponius *lib.* 28.

Digitized by Google

lib.28.ſcribit: *Ait enim, metum illatum acci-*
piendum, ideſt ſi illatus eſt timor ab aliquo.
23 Atrocitatem quoq; facti perpendit Gordia-
nus Auguſtus in *l.metum.9.C.de ijs, quæ vi,*
metuſq; cauſa fiunt. concinitq; ex ſacris ca-
nonibus Alexander Tertius in *cap.Abbas.2.*
de ijs, quæ vi, metuſq; cauſa fiunt. & Clemens
Tertius in *cap.cùm virum.12. de regularib.*
24 dicens: *Monachum, aut paterna deuotio, aut*
propria profeſſio facit, deuotio dixit, non
metus; & cum ſequitur ratihabitio filij per
propriam voluntatē. ſecundùm *Gloſſ.* ibidem
verbo *paterna deuotio.* & *Abb.num.8. Na-*
uarr.conſ.9. præſertim *num.4. lib.1. de bis,*
quæ vi, metuſq; cauſa fiunt. dicens ſatis aptè
25 ad rem: *Quòd omnia, præſertim ſpiritualia,*
facta metu, etiam non iuſto, modò ſit talis,
quòd ſi non interceſſiſſet, ille actus non fuiſ-
ſet factus, nullam inducunt obligationem in
foro conſcientiæ. & latiùs dictum in hac ipſa
materia metus fuit apud Sanct. memor. *Gre-*
gor.XV. deciſ.326.numer.10. & ſeqq. & nos
plures cumulauimus *reſponſ.* noſtra 54. in
hac ipſa materia nullitatis profeſſionis ex
cauſa metus. *à num.22. cum ſeqq. par.3.* Dixit
proindè de nullitate profeſſionis Hierony-
mus ex cauſa metus, cumquè probauit;
vndè & palmam meruit apud ipſos Iu-
dices.

Neq; obſtaculum, ſecundum faciebat ob-
iectum: non fuiſſe vocatum procuratorem
Domus Sanctæ Mariæ. Quia nimirùm Hie-
ronymus non cum procuratore Sanctæ Ma-
riæ litigium ad nullitatem agebat, ſed cum
Religione, qua cum contraxit. Eſt quippè
26 Profeſſio contractus vltrò, citroq; obligato-
rius, quo profitens Religioni ad conuiuen-
dum ei iuxtà Religionis regulas obſtringi-
tur; conuerſimq; eidem Religio ad illum re-
tinendum, alendumq; ac iuxtà Religionis
inſtitutum tractandum. ad *tex.in cap.porre-*
ctum 13. & cap.ad Apoſtolicam 16. de re-
gularib. Nauarr.conſ.26.num.1.lib.3.de re-
gularib. Decian.conſ.18.num.9.lib.3. dixi-
mus *d.reſponſ.54.num.11. par.3.* Religio-
27 nem itaq; qua cum contraxit, ad contractus
ipſius diſtractum vocare debebat. ad *text.*
in l.ab emptione 59.ff.de pactis. ex ratione,
quam reddit Gordianus Cæſar in *l.1.C.quā-*
do liceat ab empt.diſcedere. ſic dicens: *Etenim*
quod conſenſu contractum; contraria volun-
tatis adminiculo diſſoluitur. & ſequitur *Vin-*
cent.de Franch.dec.48.num.6. Gayllus præ-
ctícar. lib.2.cap.2.num.5. diximuſq; nos *re-*
ſponſ. noſtra 38. *num.28. par.2.* in ipſamet
materia nullitatis profeſſionis. Ex accidenti
28 eueniſſe profeſſionem in domo regulari Sā-
ctæ Mariæ emiſſam fuiſſe: nàm in alia domo,
ad Nouitios excipiendos (iuxtà Conſtitutio-
nem Clementis VIII. deſignata,) emitti po-
tuiſſet, vel in aliâ Prouincia. Religionem
29 habere in hac re intereſſe, non domum pe-
culiariarem Sanctæ Mariæ. Sufficere proin-
dè Religionem in iudicium interpellare. ad
text.in l.de vnoquoq; 47.ff.de ſentent. & re
iudicat. Ipſa enim ius habet conſiderabile
ad *text.in l.cùm Artemidoram 4.C.vt in*
poſſeſſionem legatorum. Tiberius Saluſtius
in praxi A.C.lib.3.cap.7.num.12.Cacheran.
deciſion.157.num.3. & 14. Rota apud Car-
dinalem Caualerium deciſion.163. num.1.
& deciſion.328. numer.2. & apud Du-
ranum deciſion.258. numer.4. & 6. Quod
planè manifeſtum fecit Sanctiſſimus in Bre-
ue, dùm facultatem facit Hieronymo agitā-
di ad nullitatem in cauſa, quam aduerſus
procuratorem dicti Ordinis habet. Aduerſus
Religionem iudicium habet nullitatis, illam
30 in iudicium vocat. Procuratorem itàq; Re-
ligionis, audiri oportebit, atq; interpellari, vt
notitiam habeat, ſuaq; iura proponere va-
leat, nè ſi ad libertatem Hieronymi dictum
fuerit, illa inaudita remaneat. ex *Tiberio Sa-*
luſtio d.lib.3.cap.7.num.12. Iurè ergò eiuſ-
dem Domus Sanctæ Margharitæ procura-
torem pro Religione interpellat, vt au-
diatur, in qua & Iudex Domus Superior re-
ſidet.
31 Tertium quoq; diluitur obiectum. Abba-
tem Sancti Pancratii Monachos non habe-
re. Id quidèm ex accidenti fieri. Eſſe autem
ipſum Superiorem alterius Monaſterij, quin-
immò vnum ex Diffinitoribus Religionis.
Religionem Sancti Baſilij in hoc Regno non
mnia habere Monaſteria, non alium eſſe,
qui in cauſa procedere valet. Eſſe præterea
Superiorem Hieronymi. Sacrum Concilium
demandaſſe, vt nullitatis cauſæ proponātur
32 *Coràm Superiore ſuo, & Ordinario.* Nullam
eſſe repugnantiam, quin procedere valeat.
Quia nimirùm verba ei conueniunt diſpoſi-
tionis, vt diſpoſitio quoq; iurè aptari eidem
debeat ad *tex. in l.proſpexit 12.* ibidemq;
notata *ff.qui, & à quibus.l.4. §.toties.ff.de*
damno infecto. l.hos accuſare.12 §.omnibus,
ff.de accuſation. diximus *reſponſ.* noſtra 1.
33 *num.88.par.3.* Non eſſe proindè, vt prouer-
bio dici ſolet; Nodum in ſcyrpo quæren-
dum, de ijs dictum, qui ſcrupulum etiam in
re, de qua dubium non eſt, mouent. & dixit
Ennius:

Quæris & in ſcyrpo, ſoliti quod dicere, no-
dum.

Quemadmodū ridiculum videtur, quod
aſſerunt: Hieronymum in Breui vocari de
Neapoli, non per propriam familiam. eſſe
Breue ſubreptitium.
34 Monachi nempè Mundo ſunt mortui. *can.*
placuit.53. & ibidem *Gloſſ.* verbo *mortuos*
eſſe. & *can.nullus Monachus.54. 2. quæſt.7.*
can.placuit.8. 16. quæſt.1. idcircò per pa-
triam nuncupantur, & dignoſcuntur, non per
familiam. Conſuetudinem hanc eſſe perue-
tuſtam in omnibus Religionibus. iàm om-
nibus patet, de quo Hieronymo de Neapo-
li exaudiatur; hoc ſatis, ſuperq; eſſe.

35 Quo-

Digitized by Google

35 Quoniam non inſolitum hoc eſt, nec nouum, permittendum proindè. Quomodò Innocentius Tertius argumentatus fuit in *cap. conſtitutus. 6. §. eùm autem. de religioſis domibus.*

Atq; ità ex his iudicio non abiecto meliori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Pro nullitate iudicatum fuit profeſſionis, & Hieronymus liber abijt.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis ſoluendæ obligatio morte ſoluitur penſionarij.*
Et vſufructui comparatur. nu. 2.
Pariq; paſſu ambulant.
Penſio enim perſonæ cohæret. n. 4.
Vt vſusfructus. n. 3.
3 *Vſusfructus morte extinguitur vſufructuarij.*
Quia ius fruendi morte extiguitur.
Et perſonæ cohæret.
Eiuſq; ex vita regitur.
Vt finiatur morte.
5 *Fidei humanæ nihil ità congruum, quàm ea, quæ inter eos placuerunt, ſeruentur.*
6 *Pacta vt ſeruentur Eccleſiaſticæ conuenit diſciplinæ.*
Eis nempè pax cuſtoditur.
7 *Ex facto ius oritur.*
8 *Solutio per errorem facta, repetitioni indebitè ſoluti ius præſtat.*
Præſertim ſi in facto error intercedat. num. 10.
Non in iure.
9 *Vſuræ indebitæ ſolutæ in ſortem cedunt, eăq; minuunt.*
11 *Simonia dupliciter perpenditur, vtputà.*
Prohibitum, quia Simonia.
Et ſimonia, quia prohibitum.
In his quidem Papa diſpenſat. n. 13.
Quia à iure deſcendunt poſitiuo.
In illis minimè. n. 14.
Quia à iure deſcendunt diuino.
Simonia dicitur ſimoniaca hæreſis à Gregorio Nanzianzeno numer. 12. & num. 14
12 *Gregorius Nanzianzenus Magnus inter Græcos Theologos.*
13 *Simonia committitur in renunciatione beneficij cum reſeruatione penſionis.*
Ni Summus Pontifex aſſenſum præſtiterit.
Nec alias ſuſtineri valet. n. 16.
Quia omnis pactio, omniſq; conuentio in his ceſſare debet.
Et ſimoniaca intercedit prauitas, ſi in his Summi Pontificis non acceſſerit aſſenſus. n. 17.
Et reſeruatio nulla redditur.
18 *Promiſſio de releuando aliquem indemnem ob reſignationem beneficij eſt ſimoniaca.*
Niſi Papa acceſſerit conſenſus. & nu. 55. & 58.
Et facta in vno caſu, ad alium non extenditur. n. 59.
Neque ad aliam perſonam quàm expreſſam.
19 *Conditionalis promiſſio, conditione non purificata, perinde ſe habet, ac ſi facta minimè fuiſſet.*
Quia nihil interim conditio in eſſe ponit.
20 *Conditio natiuitatem quoq; retinet actionis, illa non adhùc purificata.*
Potiſſimùm verò ſi pēdeat conditionis exequutio ab alterius voluntate. n. 21.
Vtputà Principis.
Conditio verò vt ſubuertatur ſat fuerit, ſi etiam vel in minimo non purificetur. num. 22.
23 *Conditionali qui innititur diſpoſitioni, ipſe conditionem eueniſſe probare debet.*
24 *Negatiua, non adeſſe aliquid in ſcriptura ſcriptum, ex reuolutione, ac lectione probatur ſcripturæ.*
Vel non adeſſe aſſenſum Apoſtolicum.
25 *Pactum de releuando aliquem indemnem ex cauſa renunciationis beneficij cum reſeruatione penſionis, ſimoniacum eſt.*
Niſi Summi Pontificis accedat beneplacitum.
Et etiam ſi factum ſit ſub ſpe aſſenſus Apoſtolici, ſi ille poſtmodùm non acceſſerit. nu. 26.
Namq; nullum reddit, quicquid factum fuit.
26 *Aſſenſu Apoſtolico non accedente, nullum eſt, quod ſub eius ſpe inter partes conuentum eſt.*
Præſertim ſi aſſenſus pro forma requiratur. n. 27.
28 *Soluit per errorem, qui quod non debet, putans teneri, ſoluit.*
Repetere propterea malè ſolutum poterit.
29 *Errare, eſt vnum pro alio putare.*
Pro vero approbare falſum.
Sat itaq; erit, rem alitèr ſe habere, docere. num. 30.
Erroremq; detegere.
31 *Indebitum vt quis ſoluat, iuris ratione ſtare non poteſt.*
32 *Manutentio denegari non poteſt ei, qui in poſſeſſione eſt.*
Limitatur n. 33. & ſeq.

35 *Poſſeſſio certorum actuum annis ſingulis, vniuerſalem quaſi poſſeſſionem non tribuit.*

34 *Præſtationes tot ſunt, quot ſunt anni, quæ ſingulis cedunt annis.*

35 *Manutentio ex ſingularibus actibus ad vniuerſalem poſſeſſionem minimè datur.*

Præſertim in materia penſionum, n. 36.

Sicut etiam nec datur manutentio, quando illa à validitate pendet tituli, non diſcuſſo titulo. n. 37.

Vel vbi timor ſubeſt peccati. n. 38.

Vel vbi agitur in materia, & contractu à iure reprobato. n. 41.

Vel ſi cum alterius iactura locupletari quis vellet. n. 45.

Nec datur manutentio ſine poſſeſſione. num. 50.

36 *Penſionum in materia tot ſunt obligationes, quot ſunt termini ſolutionum.*

39 *Peccato fomentum dare non debemus, ſed omnis eius materies præcidenda.*

40 *Eccleſia curare debet, vt omnis peccati materies præſcindatur.*

42 *Fideiuſſores ex contractu à iure reprobato non tenentur.*

Vt ſi res ſit Religioſa, vel Sacra.

Et proindè inalienabilis.

43 *Principali deſtructo, & acceſſoria deficiunt.*

Principale enim ſi non tenuit, nec acceſſorium.

Principalis, & acceſſorij vnum eſt iudicium num. 44.

45 *Locupletari nemo alterius cum iactura debet.*

Quod ipſi naturæ repugnans æſtimatur.

Nec æquo, & bono conuenit. n. 46.

Quod ſanè peccatum eſt. n. 47.

Quia contra iuſtitiam.

Succurrendum proindè deceptis. dicto numero 46.

46 *Deceptis, & quibus damnum illatum eſt, ſuccurrendum.*

47 *Iuſtitia nemini iniuriam fieri patitur.*

48 *Poſſidere non dicitur qui contra iuſtitiam poſſidet.*

Nec retinere poteſt.

Quin reſtituere tenetur.

49 *Fieri non dicitur, quod minimè durat factum.*

51 *Cauſa facti potiùs conſideranda, quàm factum ipſum.*

52 *Relatio ad proxima relata fieri debet.*

Non ad extranea, & remota.

Quod nulla ratio ſuadet.

53 *Conſenſus non niſi ſuper cognito fertur.*

54 *Voluntas id ſequitur, & appetit quod cognoſcit.*

Nec ſuper incognito fertur.

Nihil enim eſt volitum, quin non præcognitum.

56 *Penſionis tranſlatione, antiqua perimitur, & noua conſtituitur.*

Quòad perſonas præſertim.

Licèt quòad ſubſtantiam, & in potentia eadem perſeueret. n. 57

Et Papæ requiritur facultas. n. 58.

59 *Fideiuſſio de vno in alium caſum non extenditur.*

Neq; de vna in aliam perſonam.

60 *Obligatio Cameralis paratam, atq; expeditā habet executionem.*

Quia facit ius certum, & indubitatum.

Atq; iudicialem inducit confeſſionem.

Præpeditur tamèn exceptione, quæ ex ventre oritur eiuſdem n. 61.

Ea enim obligatio exequi debet, contra quam nihil deduci poteſt. n. 62.

Et is probare debet exequendam, qui ſe fundat in illa, ſi exceptio ex eius ventre oriatur. n. 63.

61 *Exceptio, quæ ex ventre oritur obligationis, eius præpedit executionem.*

64 *Inſpectio euidens, & ocularis cæteris alijs probationibus præualet.*

65 *Iuramentum non maiorem vim habet, quā obligatio ipſa, cui accedit.*

Eandemq; in ſe recipit qualitatem, quam ipſa obligatio.

Vt ſi nulla ſit obligatio, nullum ſit iuramentum. n. 66.

ARGVMENTVM.

De releuatione penſionis ad fauorem tertij reſeruatæ, atquè de penſionis translatione in tertij perſonam. Et quid ſi in translatione non fuerit facta mentio Sanctiſſimo facultatem danti, de releuatione indemnitatis prædictæ, an ſubreptitia quòad releuatores gratia æſtimetur: vt releuatores ipſi liberi à ſolutione facti fuerint? Simoniæ labes dupliciter perpenditur: vna prohibitum, quia ſimonia. altera ſimonia, quia prohibitum.

RE-

RESPONSIO XXXVII.

Illuſtriſſimus Dominus Vincentius Landinellus Epiſcop. Albiganen. anno 1624. Epiſcopatui ceſſit ad fauorem Illuſtriſſimi Petri Franciſci Coſta Epiſcopi Sauonen. reſeruata ſibi penſione ſcutorum ſeptingentum annis ſingulis, eius durante vita ſoluenda. Verùm cum Eccleſia Albiganen. penſionis,& tantæ capax non eſſet; nedùm dictus Petrus Franciſcus, verùm etiam & Octauius Coſta eius pater, nec non Valerius, Io. Antonius, & Ambroſius prædicti Petri Franciſci germani, & Octauij filij, ſe obligarunt, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ de ſoluendis dictis ſcutis ſeptingentis penſionis annuæ ſuper nonnullis Beneficiis, Abbatijs, ſeù Monaſterijs, quæ dicti Domini Valerius, Ioannes Antonius, & Ambroſius obtinebant, ac præſertim ſuper ſimplici beneficio, ſeù Parrochiali Eccleſia Oppidi, ſeù loci de Tribu Seua Hiſpalen. Diœceſis, quam dictus D. Valerius Coſta obtinebat, ſuper qua erat penſio annua ſcutorum ducentorum ad fauorem D. Didaci de Cardenas Clerici Toletani, ad commodum tamen, & vtilitatem prædicti Illuſtriſſ. D. Vincentij Landinelli.

Quia verò præfatus Illuſtriſſimus Petrus Franciſcus Coſta Epiſcopatui Sauonen. reſignauit ad fauorem Illuſtriſſimi Franciſci Mariæ Spinulæ, *Et ipſe Illuſtriſſimus D. Petrus Franciſcus Epiſcopus Sauonen. ex cauſa ceſſionis, & reſignationis huiuſmodi obtinuerit, ſeù ſperet obtinere, etiam Apoſtolica auctoritate, quod prædictus D. Franciſcus Maria, & cum eo Illuſtriſſimus D. Thomas Spinula pater, & perilluſtr. DD. Iacobus, & Iulianus etiam de Spinulis eius germani fratres, dicti Illuſtriſſimi Domini Thomæ filij, nobiles Ianuen. ſubintrent pro ſcutis trecentis dicta moneta pro releuatione dictorum Illuſtriſſ. Dominorum Ioannis Antonij, Valerij, & Ambroſij, & Petri Franciſci Electi Albiganen. & admodum Il. Octauij Costæ eorum patris, qui in ſolidum obligati exiſtunt ad fauorem dicti Il. D. Landinelli, ac Domini Didaci de Cardenas; ſcilicèt pro ſcutis centum ex penſione 250. reſeruata ſuper fructibus Monaſteri, Sanctorum Mariæ, & Martini, quod prædictus D. Ioan. Antonius, & pro reliquis ſcutis ducentis penſionis ſimilis ſumma reſeruatæ dicto Domino Didaco, & ad prædicti Reuerendiſſimi Landinelli commodum ſuper fructibus dicti beneficij de Tribu Seua, quod dictus D. Valerius reſpectiuè obtinet.* Vt verba ſunt conuentionis, & inſtrumenti inter eos initi.

Præter hanc cauſam dictus D. Iacobus Spinula, tàm nomine ſuo proprio, quàm dicti Illuſtriſſimi Domini Thomæ ſui patris, & Dominorum Franciſci Mariæ Electi Sauonen. & Iuliani fratrum ſuorum in ſolidù ſubintrare promiſit, & eiſdem nominibus ergà eoſdem Dominos de Coſtis releuationē indemnitatis prædicta rata annuorum ſcutorū 300. ſolemniter facere. *Et omni meliori modo, & eiſdem nominibus promiſit ex nunc liberè, & abſquè alia exceptione perſoluere Romæ quolibet anno ſcuta centum ex penſione 250. reſeruata ad fauorem prædicti Illuſtriſſimi Landinelli ſuper Monaſterijs SS. Mariæ, & Martini, quod prędictus D. Ioannes Antonius; & reliqua ſcuta ducentum penſionis ſimilis ſummæ reſeruatę ad fauorē ſupradicti D. Didaci de Tribu Seua, quod D. Valerius obtinet. fructibus, &c.*

Nec non dictis nominibus teneri voluit, *ad recognoſcendum debitum prædictum penſionum pro dicta rata pro dictis Dominis de Spinulis ſemper, & in omnem caſum, quo perſolui debeant, & ipſi Domini de Coſtis ſoluere cogantur.*

Facta relatione Sanctiſsimo Domino noſtro VRBANO Papæ VIII. in Conſiſtorio ſecreto ſub die 29. Aprilis 1624. per Eminentiſsimum Dominum Cardinalem Riuarolam. Sanctiſſimus Dominus reſignationibus prefatis annuit, eaſquè admiſit, nec non reſeruationibus penſionum tàm ad fauorē d. Illuſtriſſ. Landinelli Epiſcopi Albiganen. quàm dicti D. Didaci de Cardenas, cui etiam facultatem fecit dictam penſionem ſcutorum ducentorum vel in totum, vel in partē transferendi; Annuit, prefatos Dominos de Coſtis cogi poſſe, & compelli ad ſoluendum; *ſub releuatione tamen indemnitatis per Franciſcum Mariam Electum Sauonen. ac Thomæ, nec non Iuliani, ac Iacobi de Spinulis prædicti Thomæ filiorum, qui pro eorundem Petri Franciſci Electi, & Ioannis Antonij, & Valerij, nec non Ambroſij prædictorum indemnitate, & releuatione quoàd ſummam ſcutorum trecentorum, alijſq; pro miſſis, ſeù eorum bona præſentia, & futura in eadem, vel quauis alia, quamuis valida iuris forma prouiſion. obligatione dare, & præſtare teneantur. Idq; intuitu, & pro eo, quod dictus Petrus Franciſcus Epiſcopus Eccleſiæ Sauonen. illiuſq; regimini, & adminiſtrationi hodie in manibus prædicti Sanctiſſimi D.N. Papæ ceſſit. & prædictus Sanctiſſimus ceſſionem admittendo dictæ Eccleſiæ Sauonen. de perſona dicti Franciſci Mariæ prouidit.*

Non poſt multa tempora, nulla facta in alterius perſonam translatione penſionis ſcutorum ducentorum, nequè in totum, nequè in partem, D. Didacus de Cardenas diē clauſit extremum.

Illuſtriſsimus verò Landinellus anno 1626. facultatem obtinuit à Sanctiſs. D.N. penſionem transferendi ſcutorum ſeptingentum, illamquè in varias perſonas pro quingentis ſcutis transtulit, atque diem vidit vltimum. Steterunt vſquè hùc Domini

de Spinulis in releuatione indemnitatis di-
cti Domini Occauij, & aliorum de Coſtis.
Nunc verò recordati,ſe ipſos non teneri;re-
cedere intendunt. Et quidèm pro ſcutis du-
centum penſionis pro D daco de Carde-
nas, cùm nullam ille translationem fecerit,
morte ipſius penſionem extinctam fuiſſe,
nullo in dubium reuocari poterit. Morte
1 nempe ſoluitur penſionarij penſionis ſol-
uendæ obligatio, ad ſupremum eius vitæ
alitum. *ad tex. in l. diuortio 8. in princip. vbi
Scribentes. ff. ſoluto matrim. Gigas de pen-
ſionib. quæſt. 52. Ioan. Baptiſta Ferrettus
conſ. 372 num. 6. Couar. lib. 1. var. reſol. cap.
15 num 12. Riccius part. 3. praxis reſol. 468.
Rota in Tarraconen. penſionis 10. Octobris
1594. coràm Cardinali Seraphino deciſione
618. part. 4. diuerſorum collecta per Fari-
nacium.*
2 Penſio namquè vſufructui comparatur,
pariq; paſſu ambulant. iuxta *dec. Card. Creſ-
centij 4. de locato. & Gigantem de penſioni-
bus quæſt. 49 Rota in Cæſaraguſtana pen-
ſionis 23. Nouembris 159 coram Cardina-
li Pamphilio apud Marcheſanum par. 2. fol.
568. n. 1.*
3 Morte autèm amitti vſumfructum non
recipit dubitationem: Cùm ius fruẽdi mor-
te extinguatur; ſicuti ſi quid aliud,quod
perſonæ cohæret. vti docet Vlpianus *lib. 17.*
ad Sabinum in *l. ſicut in annos ſingulos 3. ff.
quibus modis vſu fructus amittatur. § fini-
tur autèm; Inſtit. de vſufructu. & Inſtitu-
tionib. de vſu, & habitat. in princ. Bald. in l.
apud Iulianum. § ſi quis alicui, ff. de legat. 1.
Gratianus diſcept. forenſ. par. 2. cap. 216. nu-
mero 14.*
Morte ergo extinguetur penſionarij pẽ-
4 ſio: quoniam perſonæ cohæret penſionarij,
eiuſquè ad vitam regitur;vt morte finiatur.
Difficultas itaquè erit pro reliquis ſcutis
centum, ſiuè magis centum quinquaginta
pro penſionibus translatis ab Illuſtriſſimo
Domino Landinello. Quippè in inſtrumen-
to die 11. Aprilis 1624. inter Dominum Ia-
cobum Spinulam, & dictos Dominos de
Coſtis celebrato, apertiſſimis verbis con-
uentum fuit, ſequentibus: *Declarantes inſu-
per ipſe D. Iacobus, quibus ſuprà nomini-
bus, & D. Octauius procurator dicti Illu-
ſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Petri Fran-
ciſci prout conuenerunt ex pacto, &c. quod
ſi & quotieſcunq; contingat, quòd ſuprà di-
ctus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.
Vincentius Landinellus vigore facultatis
Apoſtolicæ transferat ſupradictas penſiones
annuas ſcutorum ſeptingentorum pro parte,
aut in totum; conuenerunt, inquam, quòd pro
qualibet parte translata Domini de Spinulis
teneantur pro eorum rata, ita tamen, quòd
ad ratam translatam Domini de Spinulis
non teneantur vltra ſcuta centum quinqua-
ginta. Quia ſic, &c.*

Tenebuntur itaquè Domini de Spinulis
pro dictis ſcutis centum quinquaginta pro
penſionibus itèm translatis per dictum Illu-
ſtriſſimum Landinellum ob præſtitum con-
ſenſum, etiam in translatione penſionis per
dictum Illuſtriſſimum Landinellum facien-
5 da, à quo contractus robur, viresquè recipit.
Quid enim tam congruum eſt humanæ fidei,
quàm ea, quæ inter eos placuerũt, ſeruare, vt
Vlpianus vt loquitur *lib. 4* ad edictum in *l.
1. in princ. ff. de pact.* quam Eccleſiaſtica vale-
6 bit diſciplina, vt pacta inita ſuam obtineant
firmitatem. pax quippè ſeruatur, cùm pacta
cuſtodiuntur. vt ex Africano Concilio Anti-
gono Epiſcopo inſtante decretum fuit in *c. 1.
de pactis.*
7 Verùm ſi rectè omnia aduerterimus; quæ
in facto accidere, ex quo ius oritur, iuxta
Pauli ſenſum in *l. ſi ſeruus ante 49. in fin. ff. ad
legem Aquiliam.* atquè Alfeni in *l. in plagis.
53. §. in Cliuo Capitolino, ff. eod.* nec non Iu-
liani in *l. item vulneratus 52. §. eiuſdem ergo.
ff. eod.* perpẽderimus vtiquè ex ipſa pactorum
vi, & forma Dominos de Spinulis ad nil vltrà
8 teneri, ſi quid autem interim ſoluere, per er-
rorem ſoluiſſe, eſſe proptereà repetitioni ius.
per regulam ab Vlpiano traditam in *l. 1. ff. de
conditione indebiti.* apertiſſimis verbis do-
cente: *Et quidem ſi quis indebitum ignorans
ſoluit: per hanc actionem condicere poterit.*
manifeſtum id facit non ab re, quod Scæuola
lib. 5. reſponſorum in *l. creditor 102. § fin. ff.
9 de ſolut.* erudité reſpondit: id, quod amplius
vſurarum nomine ſolutum fuerat, patefacto
errore, habendam rationem in ſortem, vt
illam minuat. quod & apertius Gordianus
Cæſar in *l. indebitas 18. C. de vſuris.* manda-
uit: repeti poſſe indebitè ſolutum, decernens,
10 potiſſimùm verò ſi in facto error fuerit, non
in iure, vt Paulus tradit in *l. regula 9. §. ſi quis
ius ignorans, ff. eodem, de conditione in-
debiti.*

Acceſſerunt nempè ipſi Domini de Spi-
nulis releuatores pro Dominis Coſtis pro
ſcutis tercentum ad commodum Illuſtriſſi-
mi Landinelli *Quia Illuſtriſſimus, & Reue-
rendiſſimus Dominus Petrus Franciſcus Co-
ſta Epiſcopus Sauonenſium, ceſſioni prædictæ
Eccleſiæ Sauonen. & cuiuſcunquè iuris ſibi
in regimine, & adminiſtratione in ſpiritua-
libus, & temporalibus, vel aliàs in ea quomo-
dolibèt competentis in eiuſdem Sanctiſſimi
D. N. Papæ manibus, & ad fauorem admodũ
Illuſt. & admodùm Reuerend. D. Franciſci
Mariæ Spinulæ, ſimilitèr conſentire inten-
dat, & ipſe Reuerendiſſimus Dominus Pe-
trus Franciſcus Epiſcopus Sauonen. ex cau-
ſa ceſſionis, & reſignationis huiuſmodi obti-
nuerit, ſeù ſperat obtineri, etiam Apoſtolica
authoritate. Quod prædictus Illuſtriſſimus
D. Franciſcus Maria, & cum eo Illuſtriſſ. D.
Thomas Spinula, &c.* quæ etiam in ſuperio-
ribus retulimus.

Ra-

Digitized by Google

Eatènus itaquè releuatores acceſſerunt
Dominorũ de Coſtis DD.de Spinulis, qua-
tènus dictus illuſtriſſimus Petrus Frãciſcus
Epiſcopus Sauonen. obtinuerit, vel ſperet
obtinere aſſenſum Apoſtolicum: At qui ve-
rò Apoſtolicus aſſenſus,quòd dicti DD. de
Spinulis releuatores accederent,fuit vita du-
rante dicti Illuſtriſs. D. Landinelli, (*quoad
ſcilicet vixerit*)neq; verbum vllum de tranſ-
latione penſionis per dictum Landinellum;
ſicuti expreſsè de tranſlatione per Dida-
cum,fortaſſis faciendæ,dictum fuit.

Sine aſſenſu ergò Apoſtolico tranſlatio
fuit per illuſtriſſimum Landinellum facta,
quoad id,quod releuatores DD.de Spinulis
accederent.Nullo ergò pacto ad dictam re-
leuationem pro ſcutis centum tenebuntur
ampliùs.Iure igitur renuunt nunc releuato-
res eſſe, cùm eorum defecerit obligatio,
mors quam primum in ianuis aſſuit Illuſtr.
Landinelli.

11 Hoc itàq; vt præſtemus,firmiùſq;, ſuppo-
nendum erit,duos dari terminos inter ſe ſe-
diſſitos in ſimoniæ materia prohibitionis.
Quædam enim ideò prohibentur; Quia ſi-
moniaca;quędam verò ideò ſimoniaca;quia
prohibentur. Illa quidem ſunt,quæ in vete-
ri teſtamenro, ac nouo ſimoniaca erant na-
tura ſua: vt vendere Sacramenta, Ordines,
Spiritus Sancti gratiam.& ſimilia.Rationem
12 reddit Magnus ille inter Græcos Theolo-
gus Gregorius Nanzianz. Epiſcopus in *can.
qui ſtudet.1.1 queſt.1.*dicens. *Nàm Spi-
ritus Sancti donum pretio comparari quid
aliud eſt, quàm capitale crimen,& ſimonia-
ca hæreſis?* Illa verò,quæ ideò ſimoniaca
ſunt,quia prohibita,atq; per Eccleſiæ con-
ſtitutionem facta ſunt ſimoniaca, vt ſuper
Beneficijs paciſci. Affert hanc diſtinctionem
ſatis notantèr *Gloſſ* in *cap.ex parte 12.*verbo
dimittere.circa med.de offic.iud.delegati. &
Gloſſ. etiam notabilis in *cap.cùm pridèm.5.*
verbo *illicitæ pactionis in fin.de pactis extrà.*
vbi etiam *Gloſſella* marginalis referens,pro-
bari hanc *Gloſſa* diſtinctionem per *Sotum
lib 9.de iuſtitia, & iure q.5. art.2.* quam
Gloſſ. approbat Rota in *Ferrarien.ſeù Ro-
mana pecuniaria 5. Martij 1636. coram
Dunozetto decis.109. num.13.par.7.recen-
tiorum per Rubeum.* & probauerat antea
eadem Rota in *Hiſpalen.Beneficij 6. Martij
1592.coram* Cardin.*Mellino dec.*88. *num.1.
poſt primum volumen conſil Farinac.Paris.
de reſignat.lib.7.q.2.num.69* Rota etiam
in *Cuſentina preterſa confidentia 1595.co-
ram Orano dec.102.nu.7 & 9.apud Farin.
d.1.vol conſiliorum,*& *part.4. diuerſorum*
per eundem collecta *dec.701.num.1.Tobias
Nonius conſ.62.num.7.* In his quidèm,quæ
13 ideò ſimoniaca,quia Eccleſiæ Conſtitutio-
ne prohibita,cùm à iure deſcendant poſiti-
uo poteſt Summus Pontifex diſpenſare, vt
ſua ſuprema authoritate ſimoniaca non
ſint. *Mandoſ.conſ.*8.*num.15. Cardinalis To-
letus Inſtructionis Sacerdotalis lib.5. capit.*
86.S.*Thom.in 4.diſtinct.25. quæſt.3.art.3.
& 2.2.quaſt.100.art.1. Syluest.in ſumma*
verbo *ſimonia* §.4. *Couarr.reg peccatum
part.2.§.8.nu.8.& 9.* In illis verò,quæ ideò
14 prohibita, quia ſimoniaca, cùm à iure de-
ſcendant Diuino, Papa nullo modo diſpen-
ſat,quia ſimoniacã ſapiũt hæreſim.*d.can.qui
ſtudet 11. & can.ſicut Eunuchus 29.1. q.1.*
atq; per totam illam quæſtionem.Hinc ſanè
15 eſt ſimoniam committi in renunciatione
beneficij reſeruata penſione, ni Summus
Pontifex aſſenſum præſtiterit. *Nauar.conſ.
61.ſtatus propoſitus.num.1. lib.5. de ſimon.
Rota in* Nolana *penſionis 10.Ianuarij* 1610.
coram Card.Sacrato *apud Marcheſanum
par.1.dec.25.num.5.fol.622.& in Brittono-
uen.Comendæ* 1588. *coram* Giptio *decis.63.
numer.8. poſt primum volumen conſilio-
rum Farinac. Tobias* Nonius *dict. conſ.62.
num.7.*

16 Eatènus ergò ſimoniæ caret ſcrupulo, ac
vitio huiuſcemodi pactio in permutatione
beneficiorum cum penſionis reſeruatione,
quatenus Sanctiſſimus D.N.Papa ſuum pre-
ſtiterit aſſenſum,non aliàs.*d cap.cùm pridèm*
4. vbi *Gloſſ. & Scribent. & cap.fin. de pact.*
rationem reddente Gregorio IX. ibidem
Cum in huiuſmodi omnis pactio, omniſq;
conuentio debeat omninò ceſſare.*Couar.d.
reg.peccatum par.2.§.8.num.9. Rota in dict.
Hiſpalen. Beneficij* 6. Martij 1592. *coràm
Card.Mellino dec.*88.*num.1.poſt primum
volum.conſilior.Farinac.& in Aretina con-
fidentia* 1595. *coram Litta dec.102.num.7.
& in Cuſentina pratenſa confidentia* 1595.
*coram Orano d.decis.102.num.7.& 9.eodem
vol.1.conſil.Farin. & in Lunen.Sarzanen.
confidentia* 1600.*coram Pamphilio dec.135.
n.5.in fin. apud eundem Farinac.1.volum.
conſilior.*

At nullus Sanctiſſimi D.N. Papæ in hoc
acceſſit aſsẽſus,vt DD.de Spinulis releuato-
res accederent, etiam tranſlata penſione
per Illuſtriſſimum Landinellum,cùm id ipſi
Summo Pontifici expreſſum minimè fuerit.
17 Nulla proindè,promiſſa in hoc indemnita-
tis releuatio, in caſu tranſlationis penſionis
per Illuſtriſſimum D.Landinellum, fuit. vt
apertiſſimè Gregorius IX. canonis illius
conditor *d.cap fin.de pactis extrà* decernit.
18 Quia ſimoniaca intercedit prauitas, ſi
Pontificis Summi in his non acceſſerit
aſſenſus, & authoritas.vt dictum fuit *apud
Cardinalem Seraphinum decis.767. num.4.*
& alibi etiam in deciſionibus per eum
relatis.

Eatènus quippè DD.de Spinulis in trãſla-
tione fortaſſis per Landinellum facienda
indemnitatis releuatores pro ſcutis centum
interceſſere,quatènus aſſertum fuit, quòd
dictus Illuſtriſſimus Petrus Epiſcopus Sa-

tionen. *obtinuerit, ſeù ſperat obtinere etiam Apoſtolica authoritate, &c.*

Sub hac ergò conditione contractum fuit; atquè promiſſa indemnitatis releuatio.

19 Conditione proindè non purificata, ità ſe habet promiſſio, ac ſi facta minimè fuiſſet, Conditionis operante natura, quæ facit, vt nec factum, neq; promiſſum habeatur, quod ſub conditione promiſſum fuit, illa non exiſtente: cùm nihil interim in eſſe ponat, eius exiſtentia impedita. *l. cedere diem. 213. §. vbi ſub conditione. ff. de verbor ſignificat. l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur. l. pecuniam 36. in fin. & l. cùm ad præſens 37. ff. eod. ſi certum petatur. cap. 1. in fin. de ſponſalib. in 6. cap. verum 4. de conditionib. appoſit. extrà. Rota apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 187. num. 5. & deciſ. 555. num. 3 & dec. 420. num. 4 & ſeqq. & apud Cardin. Manticam dec. 257. num. 2. & apud Cardin. Caualer. deciſion. 501. numer. 1. 2. & 3. Maceraten. variarum reſolutionum lib. 1. reſolution. 2. num. 1.*

20 Quin ità promiſſionem omnem conditio afficit, vt eius quoq; natiuitatem, ortumquè retineat, donec extiterit conditio. *Camillus Borrellus conſ. 47. num. 44. & 45. Mandoſ. ad regul. Cancellar. 32. de impetrat. beneficiorum vacantium per obitum familiar. quæſt. 18. num. 2. 3. & ſeq. Maceraten. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 59 ſub num. 10. verſ. & dùm obijceretur. Griuellus deciſion.* Senatus Dolani 133. *nu. 9.* diximus *reſponſ.* noſtra *7. num. 4. 5 & 6. & reſponſ. 24. num. 8. & 9. part. 3.* Potiſſimùm verò ſi exequenda
21 veniat conditio per actum alterius, & voluntatem; (vt in facto hoc ipſo eſt per Summi Romani Pontificis aſſenſum, qui ſolus, quod aliàs per ſe illicitum erat, atq; prohibitione retentum, licitum facit, atq; permiſſum:) niſi enim ſequatur expreſſa voluntas, reſoluitur omne id, quod geſtum, promiſſumq; per prius fuerat. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. Gloſſ. 6. num. 1. Rota apud Card. Seraph. dec. 838. n. 5. & ſeq.*

22 Et ſat, ſuperq; fuerit ad ſubuertendum actum conditione veſtitum, ſi vel in minimo conditio non exeat, neq; impleatur. ex Iuliano in *l. qui duobus* 23. & Iaboleno in *l. cui fundus 55. ff de condit. & demonſtrat. Bart. in l. Stichum num. 3. & Iaſon num. 13. & 15. ff de legat. 1. Bald. in l. 2. num. 4. C. de hæreditar. action.* ſequuta fuit *Rota apud Cardinalem Manticam dict. deciſion. 257. num. 4.*

23 Dominorum de Coſtis itaq; erit probatione fundare, aſſenſum interceſſiſſe Sanctiſs. D. N. Papæ, etiam in hac parte releuationis indemnitatis, quatenus Illuſtriſſimus Landinellus penſionem transferret; quia ipſi cõditionali innituntur diſpoſitioni. alioquin non probata conditione, nullam fuiſſe Dominorum de Spinulis in hac parte promiſſionem experientur. ad *tex. in l. Lucius Titius 82. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. ff. de regul. Catoniana.* per quàm optimè Martianus in *l. cùm, qui nouiſſimus. 34. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. l. exbis. 5. C. quando dies legati cedat. Paris. de reſignat. benefic. lib. 10. q. 3. num. 17. Rota apud Cardin. Manticam d. dec. 257. num. 1. & apud Cardin. Caualer. dec. 110. num. 2. & in poſtbum. per Farinac. deciſ. 234. num. 4. in fin. tom. 1. & apud Illuſtriſſimum Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſion. 365. numer. 17. part. 2. Maceraten. variarum reſolutionum. lib. 1. reſolution. 56. num. 3.*

Præſtare autẽ hoc eos poſſe, fieri minimè poteſt, cùm ex Cedula Conſiſtoriali hoc nuſquam appareat, neq; in ea legatur. Cùm contra apertiſſimis verbis de translatione penſionis per Didacum de Cardenas facienda fortaſse, in cedula prædicta, & memoria facta fuerit, & in ea legatur. Vt certiſſimum hoc ſignum fuerit, noluiſſe illos de translatione penſionis per Illuſtriſſimum Landinellum facienda, agere, ne ſe nimio grauarẽt in longum onere tempus. Per reuolutionem
24 ergò ſcripturæ præfatæ, (cedulæ videlicet Conſiſtorialis) apertiſſimo Sole, negatiua probatur aſſenſus Apoſtolici in tranſlatione penſionis per Landinellum facienda, & releuationis indemnitatis Dominorum de Spinulis in caſu præfato, quamuis in inſtrumẽto id ſpopondiſſent. ad *Gloſſ.* receptam per illum eundem *text. in l. iuſtum. 6. in Gloſſ. 1. in fin. C. de rebus credit & ſi certum petatur. Rota apud. Card. Manticam dec. 34. num. 9. & apud Sanct. memor. Gregor. XV. dec. 433. numer. 3. apud Duranum deciſion. 2. num. 3. & deciſion. 6. numer. 9. part. 1.* diximus *reſponſ.* noſtra *84. n. 54. & 55. par. 3.*

Sponſio quippè illa releuandi indemnes Dominos de Coſtis in caſu translationis penſionis per Illuſtriſſimum Landinellum fortaſsè faciendæ firmitatem non ex principio promiſſionis traxit, neq; trahere poterat, ſed ab vno, & abſoluto ſummi Pontificis
25 beneplacito pendebat; quod reſeruatum fuit; alioqnin ſimoniacum pactum fuiſſet interpoſitum per dictos Dominos de Coſta, & de Spinulis, & de releuando illos indemnes. *d. cap. cùm pridèm. 4. & d. cap fin de pact.* & dictum fuit in *Albiganen. Canonicatus vltim. Februarij 1578. coram Card. Lancellotto ſeniore dec. 13. num. 2. poſt primum volumen conſilior. Farinac. & in d. Aretina confidentiæ coram Litta deciſion. 101. num. 6. & in dict. Cuſentina præt enſæ confidentia coràm* Orano *dict. deciſion. 102. numer. 7. & 9. eodem volumine primo conſiliorum Farinac.*

26 Hoc autem beneplacitum non acceſſit, nullum itaq; quod per partes geſtum fuit, ſub ſpe aſſenſus Apoſtolici, illo poſtmodùm non

non

non ſubſequnto. *Rota apud Card.Caualer.*
dec.561.ſub num.1.& ſeqq. & par.1.diuer-
ſorum coram Aldobrandino poſtmodùm
Clemente VIII.*deciſ.573.num.2.& apud S.*
memor.Gregor.XV.dec.384.num.6.7.& 8.
27 vbi extendit potiſſimùm ad rem hanc no-
ſtram, vbi aſſenſus pro forma exquiritur. &
ibidem *Beltramin.* addens *numer.11.& 12.*
Rota apud *Cardinalem Seraphinum deciſ.*
115.*nu.*1.

28 Quicquid interim ſoluerunt DD. de Spi-
nulis, per errorem ſoluerunt, quia ignoran-
tèr, atq; erroneè putauere, teneri ſe adhùc
ad indemnes releuandos Dominos de
Coſta.

29 Vnum proindè pro alio putauere. hoc au-
tem errare eſt: pro vero approbare falſum,
quod eſt erroris proprium. vt Auguſtinus
loquitur *in can.quamuis errare.11.diſtinct.*
38. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *errare.* Sat ergò
30 erit, rem alitèr ſe habere, demonſtrare, er-
roremquè detegere, iuris ſui nunc pleniùs
edoctum. iuxtà Vlpiani ſenſum, & conſilium
lib.22.ad edictum in *l. de ætate* 12. §.*fin.*
ff.de interrogat. action. & ibidem *Gloſſ fin.*
31 *circa fin.* Nec enim iuris ratione ſtare po-
teſt, vt indebitum quis ſoluat. vti Diocletia-
nus, Maximianuſquè Cæſares ſtatuere in
l.ſi poſt diuiſionem 4. *C.de iuris, & facti*
ignorant.d.Gloſſ fin.circa fin.in d.l.de ætate
12.§ *fin.de interrogator.action.* Papinianus
lib.1.definitionum in *l.error.8.ff.de iuris, &*
facti ignorant.Aymon conſ.157.num.8. &
conſ.188.nu.9. Ioſeph Ludouic.deciſion.Lu-
cenſi 26. *numer.*29. & ſequuta fuit *Rota*
*apud Cardinalem Seraphinum deciſion.*501.
*num.*2.

32 Nec dicant DD.de Coſta: in quaſi poſſeſ-
ſione eos eſſe, vt indemnes releuentur per
DD.de Spinulis; manutenendos proindè in
poſſeſſione, in qua reperiuntur; neq; hoc de-
negari eis poſſe. §.*hodiè.Inſtit.de interdict.*
*Rota part.2.tom.2.in recentior.deciſion.*591.
*num.*1.

33 Primò, quia eſſet hæc (ſi daretur) poſſeſſio
certorum actuum, per ſolutiones iàm factas
annis præteritis, quæ vniuerſalem quaſi poſ-
ſeſſionem minimè inducit vt dixit *Rota*
apud Coccinum deciſion.497.num.2.5. & 6.
& apud Duranum deciſion.274. numer.1.
part.2.

34 Singulis enim annis hæc cedit actio rele-
uandi DD. de Coſta indemnes pro ſcutis
centum. tot itaq; ſunt releuationis actus, &
ipſi diſtincti, quot ſunt anni. ad *text. in l cùm*
in annos ſingulos.11.ff.de annuis legat.& l.
in ſingulos annos.10.cum duabus legibus ſe-
quentibus ff quando dies legati cedat. Alciat.
lib.6.reſponſorum conſ 187.num.2.Gaſpar
Anton.Theſaur.forenſ.quæſt. lib.1. quæſt.
44.*nu.*2.

35 Nulla proindè manutentio datur ex ſin-
gularibus actibus, ad vniuerſalem poſſeſſio-
nem, vti hic eſſet, ſi DD.de Coſta manuten-
tio daretur. vt ſequuta fuit *Rota apud Coc ci-*
num d.dec.497.num.2 5.& 6.& apud Du-
ranum dict.deciſ.274.num.1. & in materia
36 penſionis dictum fuit in *Rota apud S.mem.*
Gregor.XV.deciſ.345.num.2.& 3. tot eſſe
obligationes, quot ſunt termini ſolutionum.
ad Vlpiani ſenſum in *l ſcire debemus.29. in*
princip.ff.de verbor.obligation. Rota quoq;
apud *Duranum deciſion.* 388. *numer.* 8.
part.2.

37 Deindè, quòd ſi vera daretur in hac re
manutentio, illa vtiq; à validitate penderet
tituli: quatènus ſcilicet aſſenſus acceſſiſſet
Apoſtolicus, alioquin ſimonia eſſet, quia
prohibitum in his paciſci, vt diximus in ſu-
perioribus. Nulla proindè manutentio DD.
de Coſta deberetur, non diſcuſſo priùs titu-
lo, vt dictum fuit apud *S.mem.Gregor.XV.*
deciſ 283.num.5. vbi etiam *Beltram. addent*
num.8.Rota part.3. diuerſorum coram Pa-
leotto deciſ.574.num.2.& 3. quæ fuit etiam
perpenſa apud *Card.Seraph.deciſ.1278 n.4.*
38 Quia vbi timor ſubeſt peccati, (vt in hac re
eſſet, materiæ ſimoniacæ,) manutentio nun-
quàm datur. ad *text.in cap.gaudemus* 8. cum
ſua materia *ibidem extrà de diuort.* ad *text.*
in cap.conſtitutus 8. & ibidem notatis per
Innocent.de filijs presbyterorum. ſequiturq;
Federicus de Senis conſ.283.num.4. quem
ſequuta fuit Rota apud S memor. *Greg.XV.*
deciſ.351.num.45. Gabriel.de reſtitut ſpol.
39 *concluſ.1.num.150.* nè peccato fomentum
dare videremur; cum contrà peccati mate-
40 ries omnis præcidenda ſit; quod Eccleſia
curare debet. *cap.cùm ex litteris* 10.§ *quia*
igitur, vbi *Gloſſ.* verbo *compellas de ſponſal.*
can.diaconi 6.& ibidem Gloſſ. verbo *præcipi-*
tio.93.diſtinct. & can. hoc videtur 3. 22.
quæſt.5.

41 Cæterùm, cùm contractus hic releuatio-
nis indemnitatis, in caſu tranſlationis pen-
ſionis per Illuſtriſſimum Landinellum fa-
ciendæ, ex quo in illo Summi Pontificis con-
ſenſus non acceſſit, ſit à iure Sacrorum Ca-
nonum reprobatus, quia ſimoniacus habe-
tur, nullo modo ex illo ſponſores teneri po-
tuere, neq; potuerunt. ad *tex.* Iaboleni in
l.cùm lex.47. vbi notanter *Gloſſ.* in caſus fi-
guratione. & in *Gloſſ.1.ff.de fideiuſſor.&*
mandator. quatènus probat, fideiuſſores ex
42 contractu per legem reprobato, non teneri.
vtpotè ſi res religioſa fuerit, vel ſacra, vt *Gloſſ.*
ibidem aduertit. *Afflict. deciſ 149.num.4.*
Gramatic. deciſ.102.num. 105. Nulla ergò
dabitur manutentio in hac re, cùm hæc ac-
ceſſoria ſit ad principalem obligationem,
43 quæ nulla eſt, & reproba. Quid enim locum
habere poſſunt, quæ ſequuntur, cauſa prin-
cipali non ſubſiſtente? vti Vlpianus docet
in *l.cùm principalis 139.ff.de reg.iur. & l.3.*
§.*fin.de ſeruit.ruſtic.prædior.* Nàm ſi prin-
cipale non tenuit, nec acceſſorium. vt Inno-
cen-

Digitized by Google

cẽtius III. loquitur in *cap. inter dilectos 6. §. cùm igitur. de fide inſtr.* *Gloſſ. can. videt fili 11. verbo diſſolui. diſt. 10.* regula *acceſſorium 42. de reg. iur. in 6.* Cagnolus *d. l. cùm principalis num. 8. & 9.* *Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 27. num. 13. in fin.* Rota apud *S. mem. Gregor. XV. deciſ. 418. num. 3.* Principalis
44 enim & acceſſorij vnum eſt iudicium, cùm ab illo pendeat. dict. regula *acceſſorium. Afflict. deciſion. 285. numer. 20.* Rota apud eandem *Gregorium* XV. *deciſion. 133. num. 4.*

45 Demùm quia nulla hìc cadere poteſt
quaſi poſſeſſionis materies, vt DD. de Spinulis ſoluant, quod non debent; Dominiq; de Coſta cum alterius iactura, & damno locupletentur, lucrumq; hauriant, quod naturæ ipſi repugnans æſtimatur. vt Pomponius lib. 21. ad Sabinum in *l. nàm hoc natura. 14. ff. de condit. indeb.* obſeruauit. & ſtatuit regula *locupletari. 48. de reg. iur. in 6.* & Innocentius Tertius Spoletano Epiſcopo ſcribẽs animaduertit in *cap. ſuam ad nos. 9. §. quia*
46 *igitur. de pœnis extr.* Succurrendum ergò
DD. erit de Spinulis: Quia bono, & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire pro alterius lucro, vti Pomponius lib. 14. ad Sabinum docuit in *l. iure ſuccurſum 7. § fin. ff. de iure*
47 *dot.* Quod ſanè peccatum eſt; Quia contra
iuſtitiam eſt: quæ nemini iniuriam fieri patitur. *can. ius naturale diſt. 1. cap. ex ore 17. in princ. de priuil. l. iuſtitia 10. ff. de iuſtit. & iur. S. Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. & q. 62. art. 1. 2. & 3. Nauarr. man. cap. 25. num. 5. in fine.*
48 Poſſidere autem nemo dicitur quod con-
tra apertam iuſtitiam eſt, ac reſtituere tenetur, nec illud retinere poteſt. vt Iabolenus in *l. non videtur 22. ff. de acquirend. poſſeſſion.* docuit: *Non videtur poſſeſſionem adeptus,* (dicens) *qui ità nactus eſt, vt eam retinere*
49 *non poſſit.* Alioquin fieri non dicitur, quod
minimè durat factum. ex Vlpiano lib. 29. ad edictum in *l. ſi pro parte 10. §. verùm autem,* vbi *Gloſſ.* verbo *duret verſum. ff. de in rem verſo. Rota apud S. memor. Greg. XV. dec. 441. num. 5. & dec. 477. num. 3.* Manutentio verò
50 abſq; poſſeſſione minimè datur, *§. retinendæ. Inſtitut. de interdict. Rota apud Duran.* Epiſcopum Vrgellen. *dec. 320. num. 1. part. 2.* Nihil igitur manutenendum remanet, cùm nihil poſſeſſum *Gloſſ. in can. nullus Epiſcopus. 124.* verbo *ex vſu. 1. q. 1.*
51 Præter quàm quòd cauſa potiùs conſide-
randa, atq; pendenda facti, quam factum ipſum, quod ex errore procedere potuit, vt proceſſit. *Gloſſ.* per eundem *tex. in can quiſquis. 1.* verbo *ſed libido. diſt. 41. can. occidit. 14.* vbi etiam *Gloſſ. 23. q. 8.*

Nec obſtabit, quòd aſſerant: Summum Pontificem Romanum annuiſſe, vt Franciſcus Maria, eiuſq; genitor Thomas, nec non Iulianus, atq; Iacobus fratres, releuatores accederent dictorum Dominorum de Coſtis pro eorum indemnitate, & releuatione, quoad ſummam ſcutorum tercentorum, alijſq; promiſſis, in eadem, vel quauis alia iuris forma. Annuiſſe proindè etiam in tráſlatione penſionis per dictum Illuſtriſſimum Landinellum fortaſſis faciendæ, vt releuatores accederent; cum id in inſtrumento inter eos inito promiſſum fuiſſet.

Vt nempè reſponſum demus aptum inſtantiæ, eidemq; adæquatum; ſupponendum cenſemus: Dominos de Coſta nunquàm in Cedula Cõſiſtoriali expreſſiſſe caſum hunc, ſi dictus Illuſtriſſimus D. Vincentius Landinellus penſionem transferret, vt ipſi, dictiq; DD. de Spinulis pro ipſis, pro dicta ſumma ſcutorum tercentorum, ſiuè centum quinquaginta releuatores accederent: ſed dumtaxat, ſi Didacus de Cardenas ſcutorum ducentorum penſionis ſibi reſeruatæ, tranſlationem faceret. Quam ob cauſam verba illa (*alijſq; promiſſis, ſiuè magis præmiſſis*) referri ad præmiſſa, ſiuè etiam per dictos DD. de Coſta promiſſa, eidemq; Summo Pontifici in Cedula expreſſa, non autem ad promiſſa in inſtrumento, de quibus nè verbum quidèm Sanctiſſimo Domino factum
52 fuit, exaudienda, atq; interpretanda
erunt. vt relatio (*alijſq; promiſſis, vel præmiſſis*) ad proxima relata fiat, vt fieri debet, non ad extranea, & remota, quod nulla recta ſuadet ratio. ad *text. in l. hæredes palam 21. §. ſed & ſi notam.* vbi *Bart. Caſtrenſ. & alij, ff. de teſtam. l. 1. ff. de legat. præſtand. l. talis ſcriptura. 30. ff. de legat. 1. cap. cùm dilecti. 6. de donation. extrà. Rota apud Sanct. memor. Greg. XV. dec. 33. num. 3. & dec. 377. num. 3. & in Bononien. fideicommiſſi de Volta 8. Martij 1627. coram Merlino dec. 44. num. 1. 7. & 8. par. 5. diuerſorum nouiſſimar.* diximus *reſponſ. 74. n. 62. & 63. p. 3.*

Fitq; id multò magis manifeſtum, non intellexiſſe Dominos de Coſta de promiſſis in inſtrumento, ſed de expreſſis tantummodò in Cedula Conſiſtoriali, vt illis annueret Sãctiſſimus, quod de ſcutis tercentum dumtax meminere; Cùm in caſu tranſlationis, pro centũ quinquaginta, tãtummodò DD. de Spinulis releuare indemnes dictos DD. de Coſta ſpopondiſſent; atq; ità pacti fuiſsẽt. In hoc autem, cùm expreſſum Summo Pontifici minimè fuerit; nullus eiuſdem Sanctiſſimi acceſſit aſſenſus, neq; conſenſus, quod id non nouerit. Conſenſus autèm non
53 niſi ſuper cognito fertur. ad *text. in l. ſi per*
errorem 15. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. & leg. nihil conſenſui. 117. §. non videtur, ff. de regulis iuris. cap. ſuper hoc 5. vbi Abb. de renunc apertiſſimus *tex.* Papiniani lib. 1. definitionum in *l. cùm Aquiliana ſtipulatio. 5. ff. de tranſact. Nauarr. conſ. 66. quidam penſionarius. num. 12. lib. 5. de ſimon. Rota*

apud

apud S.memor. Gregorium XV. deciſ.395.
num.3.
54 Neq; porrò volnntas, niſi ſuper cognito
fertur,neq; quid appetit,quod non ſub boni
ſpecie cognoſcat.cum Auguſtino *lib.10.de*
Trinitat. nihilq; volitum, quin præcogni-
tum.& ex *Ariſtotele* docet *S.Thom.1.2.q.3.*
art.4.& q.12.art.1. Nauarr.de finibus hu-
manorum actuum.num.29. verſ.omiſſa ta-
men altiori, & in can.cogitationis.de pœnit.
diſt.1.n.2.& conſ.1.q.6.n.25. in fin.lib.1.de
conſtitut.
55 Sine verò conſenſu Papæ illicitum eſt
omninò, ac ſimoniacum ſuper his paciſci.
cap.fin.de pact.extrà. Quia id prohibitum,vt
in ſuperioribus diximus.
Nulla proindè redditur inſtantia,Papę ex-
preſſo conſenſu non dato.
56 Præter quàm quòd, per translationem
penſionis, cùm omninò perimatur,atq; ex-
tinguatur antiqua penſio,nouaq; conſtitua-
tur.præſertim verò quòad perſonas, in quas
57 transfertur,licèt quòad ſubſtantiam,atq; in
actu primo, ſiuè in potentia,eadem dicatur
penſio.*Gigas de penſionib.q.74.n.1.& q.88.*
num.8.Garſias de benefic.p.1.cap.5.nu.255.
& 256. Rota apud S.memor. Gregor. XV.
deciſ.18.num.4. vbi *Beltramin.num.11.& in*
recentior.p.1.tom.1.dec.327.num.4.& 5.&
in eiſdem *p.2.tom.2.dec.732.num.1.Grat.*
diſcept.forenſ.p.2.cap.397.num.9.& p.1.cap.
113.num.77.78.& 79. diximus *reſponſ.*no-
ſtra 41.*n.53.& 54.p.3.*
Omnimodò expreſſus perquirebatur Pa
58 pæ conſenſus, vt quòad translatatios pro
centum quinquaginta DD. de Spinulis in
releuatione indemnitatis perſiſterent. ſine
quo pactio omnis in his beneficialibus vti
ſimoniaca prohibita eſt: vt in ſuperioribus
dictum eſt. Sicuti noua fuit gratia Papæ
anno 1626. Illuſtriſſimo Landinello fa-
cta,vt penſionem transferre valeret.
Hic verò conſenſus non acceſſit. Idem
igitur eſt, ac ſi nihil DD. de Spinulis promi-
ſiſſent. Cùm eatènus promiſerint,quatènus
Summi Pontificis accederet aſſenſus.Extin-
59 cta proindè prima penſione, pro qua aſſen-
ſus acceſſit Sanctiſſimi, extincta quoq; fuit
obligatio releuationis indemnitatis, quæ in
alium caſum, aliamq; perſonam,quàm ex-
preſſam non extendetur.ad *tex.in l.ſi in pi-*
gnore 55.ff.de fideiuſſorib. & l.fideiuſſoret
magiſtratuum 69.in 1. reſponſ. vbi *Gloſſ.1.*
ff.eod.l.fideiuſſor.27.§.ſancimus itaq; C.eod.
Rota apud S.mem. Greg.XV. dec.445.nu.7.
& ibid.Beltram.num.9.Garſ.d.c.5.nu.28.&
nu.247.
60 Neq; obſtaculum faciet obligatio came-
ralis,& iuramentum in illa adiectum. vndè
paratam, expeditamq; obtinet exequutio-
nem.*Rota apud Card.Caualer.dec.38.nu.1.*
& dec.312.n.1. Quia facit ius certum,& in-
bitatum, atq; iudicialem inducit confeſſio-
nem. *Rota apud Duranum dec.383. n.2.&*
3. Gratian.diſceptat.forenſ.part.5.cap.968.
num.1.
Quia nimirùm obligatio ipſa cameralis
aſſenſum Sanctiſſimi non præſtitit,ſed ea-
tènus firma fuit,quatènus Sanctiſſimi aſſen-
61 ſus acceſſiſſet. Exceptio autem hæc ex ven-
tre oritur (vt dici ſolet) obligationis ipſius;
Quam ob cauſam obligationem ipſam præ-
pedit,nè ſuum exequutiuum operetur effe-
ctum. *Caſſador.dec.10.n.2.de reſcript. Rota*
in Recanaten. tranſactionis 27. Nouembris
1592. coràm Giptio. apud Zacchiam ad Gal-
leſium de oblig.camer.dec.8.& in Neapolita-
na liquidationis inſtrumenti 4. Iulij 1579.
coràm Cotta apud eundem Zacchiam dec.36.
et apud Card.Caualer.dec.456.n.1.& apud
Coccin.dec.275.n.2.
62 Ea verò cameralis obligatio exequenda
venit,contra quam nihil deducitur,neq; de-
duci poteſt. vt dixit *Rota in Romana dotis*
1599.coram Iuſto dec.129.n.8.in fin. poſt
1.vol.conſil.Farin.& in recent. p.1.tom.1.
dec.415.n.3.& apud Duran.dec.112. nu.2.
part.1.
In hac autem obligatione, quãuis came-
rali,exceptio ex ventre oritur obligationis
ipſius,vt dictum fuit; Quia nimirùm in his
63 beneficialibus omnis pactio interdicta eſt,
& ſimoniaca habetur. Eius igitur erit, obli-
gationem liquidam eſſe oſtendere, & exe-
quendam,qui ſe fundat in illa.ad *tex. in l.ei*
incumbit.2.ff.de probat.et l.actor,quod aſſe-
rit.23.C.eod. Rota apud Cardinal.Caualer.
deciſ.94.num.4.& dec.130.num. 5. Cæterò-
quin ſat,ſuperq; DD.de Spinulis erit,per ip-
ſammet obligationem,quæ producitur, ex
exceptione in eius ventre incluſa, eam exe-
64 quendam non eſſe demonſtrare, & quaſi
oculari inſpectione,quin non digito teſtifi-
cari,atq; detegere. ad Vlpiani ſenſum in
l.ſi irruptiones.8.§.ad officium Iudicis in
fin.& Pauli lib.3.reſponſorum in *l.eos termi-*
nos 12.ff.finium regundorum.Tiraquell.de
retract.lignag.§.4.Gloſſ.1.num.36. Bart.in
l.contrà negantem.ad fin. C.ad legem Aquil.
teſtatam facit hanc rem Paulus lib.1. quæ-
ſtionum in *l.minor viginti annis 33.in prin-*
cip.ff.de minorib.viginti quinq; annis. Ruin.
conſ.149.nũ.3.& 4.lib.4.Rota apud S.mem.
Greg.XV.dec.575.n.6. & apud Card.Man-
tic.dec.79.n.4.
65 Neq; maiorem vim iuramentum ſorti-
tur,quàm obligatio ipſa, cuius ad validita-
tem, & robur acceſſit, vt eandem in ſe reci-
piat conditionem,quam ipſamet obligatio.
l.vltim. C.de non numerata pecunia. argu-
mento *text.in l.non ad ea 88.ff.de condit.&*
demonſtrat. cap.cum P.2. vbi *Gloſſ.*verbo
iuramentum. de renunciat.Tiraquell.tract.
conſtitut.limit.7. num.34. Facbin.Illuſtr.
controuerſ.lib.3.cap.17. verſ.quorum illud
eſt fundamentum. Rota apud Coccinum

*dec.437.num.*8. diximus *reſponſ.*noſtra 65.
66 *num* 20.*p*.3. At nulla eſt obligatio. Nullum proinde iuramentum. ad dictam regulam *acceſſorium* 42. *de regul.iur.in* 6. *cap.ſuper gratia* 9.*de offic.deleg.lib.*6.*Dec.in d.l.cum principalis* 139.*ff.de reg.iur.*

Atq; ita ex his, prudentiori non abiecto conſilio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Sacris aſcripti muneribus, nè propter eminentiam gradus in ſuperbiam ſe eleuent, curare ſummoperè debent.*
*Meminerint proindè ſe homines eſſe. num.*2.
3 *Apologus Gabriæ. de Aſino Deæ argenteum ſimulacrum deferente, in ſuperbiam elato.*
Quo pacto admonitus fuit.
*Tropologicè exprimitur.n.*4.
5 *Prouerbium. De te fabula narratur.*
6 *Cathedralis Eccleſia Polinianen. Dignitates, Canonicos, & Manſionarios habet.*
Ex his nonnulli dumtaxat portionem obtinent.
7 *Facultatis quæ ſunt, impræſcriptibilia manent.*
*Ratio nu.*8.
*Etiam ſi per mille annorum millia in his ſteterimus.n.*9.
*Ni prohibitio, & acquieſcentia interceſſerit.n.*10.
*Vndè non datur in his manutentio.n.*11.
8 *Libertas nunquàm præſcribitur.*
11 *Manutentio in his, quæ facultatis ſunt, minimè datur.*
*Non dato præſertim titulo præcedenti. num.*12.
13 *Præcedentia aduerſus Canonicos, inferioribus gradu Manſionarijs dari conſuetudine minimè poteſt.*
*Ratio n.*24.
14 *Canonicus eo ipſo quòd ad Canicatum aſſumitur, canonicalia acquirit.*
*Inter hæc eſt Stallus in Choro.n.*15.
Et præcedentia.
16 *Canonici collegium diſtinctum à Beneficiarijs, ſiuè Manſionarijs faciunt.*
Etiam priuatiuè quoad eos.
*Et Capitulum conſtituunt.n.*17.
18 *Capitulum per Canonicos repræſentatur.*
19 *Hierarchia Eccleſiaſtica in eo agnoſcitur, vt ordo ſeruetur.*
Inter diuerſa membra, & officia.
20 *Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.*
21 *Infernus ſine ordine eſt, horrore plenus locus.*
22 *Præcedentia funalia deferendi accenſa antè Sanctiſſimum, funalibus debetur.*
Magis quàm perſonis.
*Datur enim procedendi non præcedendi ordo. & n.*42.
*Sicuti Subdiaconi in Cappella Papæ præcedunt Auditores Rotæ.n.*22.
Quia ſunt in actuali ſeruitio Papæ.
23 *Nomine eius quid geſtum eſſe dicitur, cuius contemplatione quid factum eſt.*
25 *Iuribus in communibus actus vnius ex ſocijs præſeruat ius, & poſſeſſionem alterius.*
26 *Conſuetudo probari debet per tempus à Sacris definitum Canonibus: probariquè debet, actus factos fuiſſe animo conſuetudinem inducendi.n.*27.
*Conſuetudo facti eſt, & probari debet. nu.*28.
*Neq; ſimpliciter, ſed in contradictorio obtenta.n.*29.
Cum partium oppoſitione.
Et effectuatione mandatorum.
30 *Canonici Cathedralis, Collegiatarum Eccleſiarum Canonicos præcedunt.*
Quia ſunt in ſtatu maiori.
*Et vnum Corpus cum Epiſcopo faciunt. nu.*41.
31 *Epiſcopus eſt Capituli caput.*
Omneſq; præcedit.
32 *Membra à capite diuidi non debent, nequè ſeiungi.*
*Neq; à capite diſcrepare.n.*33.
Neq; contraria agere.
*Et à capite normam, & regulam recipiũt. nu.*22.
34 *Conſuetudo, vt inferior maiorem præcedat, non ferenda.*
*Quia irrationabilis, & impræſcriptibilis. nu.*37.
*Et vecors dicitur, qui hoc dixerit.n.*38.
*Poteſt tamen induci, vt dignitate inferior, dignitate maiorem in quibuſdam præcedat.n.*35.
*Quod declaratur.n.*36.
35 *Deciſio Card. Seraphini* 964.*expenditur.*
*Et declaratur.n.*36.
38 *Prouerbiũ. Fatuus fatua loquitur. ex Iſaia. & n.*41.
39 *Illuſtriſſimus D. Antonius de Petio Archiepiſcopus Surrentinus celebratur.*
40 *Præcedentia inferioribus ad maiores quòd detur, contra rationem eſt.*
43 *Locus dignior æſtimatur, qui vltimo proprius accedit.*
44 *Adagium. Aſinus portans Miſteria. elucidatur.*

AR.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Nùm conſuetudine præcedentiam præſcribere potuerint Manſionarij aduersùs Canonicos, funalia deferendi accenſa, dùm tertio quoq; die Dominico in ſingulos menſes proceſſio habetur in Cathedrali, Sanctiſſimi, Auguſtiſsimiq; Euchariſtiæ Sacramenti? Et an præſcriptio detur in his, quæ facultatis ſunt? Poſſitq; nè conſuetudine, in aliquibus tamen, induci, vt inferior dignitate, maiorem dignitate præcedat? Et ordo ſeruandus hierarchicus.

RESPONSIO XXXVIII.

1 SAcris qui ſunt aſcripti muneribus, in Deiq; Præpotentis ſamulatu aſciti,
maximoperè curare eos oportet, nè
propterea quòd ad. dignitatem tantam euicti ſunt, in ſuperbiam efferantur.
2 Meminiſſe proindè eos oportet, ſe homines
eſſe, nè arrogent ſibi, quod tantum miniſterium gerant, rerumquè diuinarum curam
quaſi humeris impoſitam habeant; nè, vt
Aſinus audiuit quandoq; : *Non es tu Deus,*
3 *ſed fers Deum.* & ipſi audiant. Perpulchrum
ex Gabrię Apologis illud eſt. Humeris Aſinus geſtabat Deę argenteum ſimulacrum, quod
vnuſquiſq; occurrens adorabat. Superbia
verò elatus, nolens manere Aſinus, audiuit:
Non es tu Deus, ſed fers Deum. facti hu-
4 ius tropologicam veritatem vno diſthico
expreſſit *Ioannes Mercerus* apud Tuillium
ad 7. Alciati emblema:

Quid ſibi vult aſinus tergo myſteria portans?
Indoctos videas ſępè praeſſe ſacris.

Videant certè Manſionarij Cathedralis
5 Eccleſiæ Polinianen. nè *de ipſis fabula narretur.*

Numquid nè quia accenſa funalia eos quandoq; cum Canonicis vnà geſtare contigit in proceſſionibus, quæ tertio quoque Dominico die in menſes ſingulos Eccleſiam circa Sanctiſſimi, Auguſtiſſimiq; Euchariſtiæ Sacramenti aguntur; & quarto quoquè reliquiarum Sancti Martyris Viti Ciuitatis Patroni, ità inſoleſcent, vt ipſis Canonicis pręferri in hoc ſe poſſe, quin non pręſcripſiſſe putent?

Factum igitur, quod nobis propoſitum fuit, & ſuper quo conſultatio petitur, ſic ſe habet.

6 In Cathedrali Polinianen. quatuor ſunt
Dignitates, & Canonici nouem ſupra decem, reliqui verò Presbyteri inferiores, Manſionarij vocantur, ex his decem & ſeptem Portionarii dicuntur, quia portionem ex communi maſſa, reſiduis extrà participantium numerum manentibus. Vſu venit in præfata Eccleſia, vt tertio quoq; Dominico die in menſes ſingulos, proceſſio fiat Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, circumcircà Eccleſiam, & quarto quoq; Dominico die proceſſio ſimilitèr habeatur, deferanturq; Sacræ reliquiæ Corporis Beatiſſimi Dei Martyris S. Viti Ciuitatis Patroni; diſtribuuntur funalia, (intocitia dixeris) quatuor Dignitatibus, & nonnullis quoq; Canonicis, atq; duobus, vel tribus ex Manſionarijs. Neq; enim omnes Canonici, neq; Manſionarij omnes funalia deferunt accenſa, quòd non omnibus dentur. Qui funalia ipſa incenſa deferunt, ordine procedentes Manſionarij, alijs non deferentibus Canonicis, anteferuntur. exiſtimant nunc Manſionarij ipſi: pręſcripſiſſe ſe conſuetudinem hanc præcedendi alijs Canonicis funalia non deferentibus in hiſcè functionibus. Conſulti proindè, vt noſtram proferremus ſententiam: Cauſam ad hunc ſtatum reducendam eſſe cenſuimus: Sit nè legitima inducta conſuetudo, eaq; præſcripta à Manſionarijs, funalia accipiendi, eaq; accenſa deferendi, cùm proceſſiones huiuſmodi aguntur? Quòd enim præcedant alijs Canonicis funalia non deferentibus accenſa, id ſanè fit, vt ordo ſeruetur procedendi inter eos, qui funalia deferunt, non, quòd aliàs præcedere potuiſſent, atq; præcedentiam præſcribere præfatam, & conſuetudinem inducere.

Et planè quod nos potiſſimùm inducit, vt Manſionarijs minimè condeſcendamus, id eſt, quòd funalia, vt ipſis dentur, accenſa deferenda antè Sanctiſſimum Sacramentum, nullam connexionem cum munere Manſionariorum habet, cùm laicis quoquè ea deferenda dari valeant. At nullo vnquàm pacto in Manſionariorum animum deſcendere poterit, vt dicant, admittantq; ergò laici præſcribere poterint conſuetudinem hãc, vt ipſis magis, quàm vel Canonicis, etiam Dignitatibus, vel Manſionarijs quoquè funalia dentur. Quia nimirùm funalia diſtribuere quibuſcunq; obuijs, ex facultate dependet libera, non ex neceſſitate.

Nullo itaq; modo admittere poterunt, vt ipſi hoc dicant, ſe præſcripſiſſe ius funalia accipiendi antè Sanctiſſimum deferendi cauſa, atq; conſequentèr Canonicis alijs nõ de-

deferentibus præcedendi. Quòd enim præ-
cedant ipſi alijs non deferentibus Canoni-
cis, id ſane non precedendi, ſed procedendi
iure fit, vt ordo ſeruetur in procedendo,
quòd accenſa deferunt funalia.

7 Quæ verò facultatis ſunt, inpræſcriptibilia
manent, *l. viam 2. vbi Bart. alijquè ff. de via
publica, l. qui luminibus 10. & ibidèm gloſ. r.
in fine, ff. de ſeruitutib. vrban. prædior.* &
apertiſſimè id adſtruitur ex Concilio Aure-
lianenſi 1. *cap. 25.* in *can. ſi Epiſcopus 12. 16.
quæſt. 3.* Habet enim ibi Gratianus, quæ hu-
manitatis, ſeù facultatis intuitu aliquibus
8 præſtantur, præſcribi non poſſe. Quia liber-
tas nunquàm præſcribitur: *can. porrò 14. &
ibidèm gloſ.* verbo *ſeruitute, & can. placuit
15. §. poteſt etiam 16 quæſt. 5. cap. cum Ec-
cleſia Sutrina 3. vbi notatur. de cauſa poſſeſ-
ſionis, & proprietatis. Rota apud Cardin. Se-
raphinum dec. 151. nu. 1.* & *in recentioribus
part. 2 tom. 1. dec. 11. num. 9.* & apud *Sanctæ
memor.* Gregor. *XV. dec. 162. num. 10. &
ſeq. Vincentius de Franchis dec. 166. num. 8.*
9 Etiam ſi per mille annorum millia in his
præſtandis, vel minimè præſtandis, ſteteri-
mus. vt *Gloſſa* loquitur *dict. l. qui luminibus
10. in fine. ff. de ſeruit. vrban. præd.* ni prohi-
10 bitio, & acquieſcentia, in his, quæ in nega-
tione fundantur, interceſſerit. iuxta Rotam
*apud eundem Seraphinum dict. dec. 151. &
apud Coccinum dec. 401. num.* 10. Vt nullo
11 vnquam modo in his manutentio côceda-
tur. notatur in *dict. cap. cùm Eccleſia Sutri-
na 3. & ibidèm Ripa num. 43. & ſeq. de cau-
ſa poſſeſſionis, & proprietatis, Rota apud Car-
din. Caualer. dec. 286. num 1. & dec. 418. nu.
9.* Rota Maceratenſis apud *Marcum Anto-
nium Thomati dec. 5. num. 15. & ſeq. Gra-
tian forenſ. par. 4. cap. 655. num. 49. Beltram.
ad dict. dec. Gregor. XV. 162. num. 16.* plura
etiam referens.

Nullo ergo tempore hanc præſcribere
facultatem potuere *M*anſionarij, vt ipſis
magis, quàm cæteris Canonicis funalia
darentur, antè Sanctiſſimum accenſa defe-
12 renda, nullo præſertim dato titulo præce-
denti, niſi mera facultate diſtribuentis, ne-
què contradictione, nequè patientia, ſiue
acquieſcentia, ex quibus conſuetudo indu-
cta videri poſſet; vt notauit *Rota apud Gre-
gorium XV. dict. deciſ. 162. num. 11. & 12.*
adnotata per *Bart. in l. 1. num. 1. C. de ſer-
uitutib. & ibidèm Bald. num. 8. Rota apud
Cardinalem Seraphinum deciſ. 186. num.
1.* ſequitur *Beltram. dict. dec. 162. Gregor.
XV. n. 16.*

Hoc igitur ſi non præſcripſere; (quod
facultatis ſit, funalia hæc ita accenſa
deferendi, vt Laicis quoquè compe-
tere valeat, vt diximus) nec præſcripſere
ius præcedendi alijs Canonicis funalia non
13 deferentibus. Non enim ipſi conſuetudi-
ne præſcribere potuere vnquam ius, Cano-
14 nicos, vt Canonicos, præcedendi. Quippè
Canonicus eo ipſo, quod ad Canonicatum
aſſumitur, Canonicalia acquirit omnia, *Ab-
bas in cap. dilectus 19. num. 7. de præbend. &
in cap. cum M. Ferrarienſis 9. num. 30. &
ibidèm Felinus num. 23. & Decius num. 129.
de Conſtitution.* ſequuta fuit Rota *apud*
15 *Cardin. Caualer. dec. 109. num. 8. & 11.* Inter
ea verò, ſtallus in Choro, & præcedentia
iuxta receptionis ſuæ ordinem, agnoſcitur.
*ad tex. in l. 1. & 2. ff. de albo ſcribend. l. 2. C.
vt dignitatis ordo ſeruetur, l. 1. C. de con-
ſulib. lib. 12. Vincentius de Franchis deciſ.
144. tex.* ex Leone Epiſcopo Vrbis Romæ in
*can. miramur 5. in fine. diſt. 61. gloſſ. in capit.
ſi.* verbo *antiquiores. de conſuetud. in 6. Gra-
tianus* Rotæ Marchiæ in *dec. 16. num. 1.
& ſeq. Gonzalez ad regul 8. Cancellar. in
proœmio. §. 3. n. 25. & ſeqq.* diximus *reſponſ.*
noſtra *9. n. 3. par. 2.*

Manſionarii verò in corpore Capituli nô
16 vtiquè agnoſcuntur. Cùm Canonici Colle-
gium faciant diſtinctum, atquè priuatiuè
quòad Beneficiarios inferiores, ſiuè Manſio-
narios, (quocunquè illi nomine nuncupen-
tur) iuxtà Abbatis doctrinam receptam in
cap. dilecta. in fine. de exceſſibus Prælatorum,
quam ſequuta fuit *Rota apud Illuſtriſſimū
Duranum* Epiſcopum Vrgellenſem *dec. 394.
num. 1. part. 2.* & perpenſum fuit in *Romana
Anniuerſariorum 22. Iunij 1635. coràm
Merlino dec. 59. num. 37. part. 7. in recent. per
Rubeum. gloſſ.* notab. in *cap. cùm ad hoc 16.*
verbo *aſſiſios. de Clericis non reſidentibus,*
Rota coram Cantucio *dec. 4. n. 5. p. 2. diuer-
ſorum.*

17 Canonici autèm Capitulum conſtituunt.
Rota apud Verallum dec. 84. num. 1. par. 1.
& apud *Coccinum dec. 497. num. 1.* & Capitu-
18 lum ipſum per Canonicos repræſen-
tatur. Hanc ob cauſam Canonicis datum,
conceſſumquè, Canonicorum Collegio da-
tum, conceſſumq; cenſebitur, eiquè ad illud
ius agêdi côpetit. *Abb. & Barbatia in cap.
requiſiſti. de teſtam.* & ibidèm optimê *Co-
uar. num. 10. Rota apud Duranum dec. 291.
n. 6. par. 2.*

Dicere verò, Manſionarios, qui inferioris
ſunt gradus, Canonicos præcedere, conſe-
quenterquè Capitulum; ridiculum ſanè èſt.
19 Quid enim Eccleſiaſticam deturbabimus
hierarchiam, quæ in hoc agnoſcitur, vt or-
do inter diuerſa membra, & officia ſeruetur,
& inferiores ſuperioribus ſubijciantur? vt
Doctor docet Angelicus *S. Thomas 1. part.*
20 *quæſtion. 108. art. 2. in corpor.* Quia quę à
Deo ſunt, ordinata ſunt. vt Paulus docet ip-
ſe Doctor Gentium ad *Roman. 13. 1.* & ex
ipſo *tex. in cap. omnis anima 2. de cenſibus,
Henriquez in ſumma lib. 10. cap. 25. §. 1. &*
21 *cap. 26. §. 1.* alioquin infernus erit. Vbi nul-
lus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.
Iob, 1. 22. Meminimuſquè *reſponſ.* noſtra 80.
num.

22 *num.*80.*&* 81.*part.*3.Proceſſerunt proindè
procedendi iure;non ſanè præcedendi.Cum
enim funalia ipſi deferrent accenſa antè Sã-
ctiſſimum, Auguſtiſſimumquè Euchariſtiæ
Sacramentum procedere vtiquè debuere
ordine procedendi inter eos, qui ipſa fere-
bant accenſa funalia, vt Miniſtri actualitèr
inſeruientes in illo officio delationis San-
ctiſſimi ob reuerentiam illius.ad norata in
ſimili per *Gratianum diſcept.forenſ. tomo* 5.
*cap.*845.*num.*47. perpendens: Subdiaconos
in Capella Papæ præcedere Auditores Rotę,
ea ratione,quia ſtant in actuali ſeruitio Pa-
pæ,nè membra à capite diuidantur; ſed ab
illo normam recipiant,& regulam.arg.*tex.in
l.cùm in diuerſis* 44. *de religioſis,& ſumpt.
funerum.& cap.cùm non liceat* 12.*de præ-
ſcript.* Non itaquè Canonicos præceſſerunt
funalia non deferentes,ſed funalia ipſa; fu-
nalibus ergò acceptam ferant præceden-
tiam,non ſibiipſis, qui materialitèr ſe tan-
tummodò habent accenſa funalia manibus
23 geſtantes, eius nempè nomine quid factũ
eſſe dicitur,cuius eſt contemplatione geſtũ.
Africanus hoc probat *lib.*2.quæſtionum in
l.filiofamilias 23.*vbi etiam Bart.ff.de donat.
cauſa mortis*. quatenùs habet filiofamilias
mortis cauſa donatum,intercipi morte,ſi is
præcedat,nec patri quæri, niſi patris con-
templatione donatum voluerit. & hanc ſe-
quitur ſententiam *gloſſ. in cap.cùm quis* 23.
verbo *tuo nomine* (hoc eſt contemplatione)
de ſentent. excomm.in 6.

24 Præter quam quòd nec præcedentiam
aduersùs non deferentes Canonicos præ-
tendere valent;quippè ipſi inter deferentes
funalia Canonicos non vtiquè præceſſerunt.
Conſeruauerunt proindè illi non deferen-
tibus, quando & ipſi deferant,præcedentiæ
25 pręrogatiuam. Quia nimirùm generale hoc
eſt,vt in iuribus communibus actus vnius
ex focijs præſeruet ius,& poſſeſſionem alte-
rius,vt dixit *Rota dec.*640.*ſub num.*4.*par.*2.
in recent.& ſequitur *Beltraminus ad deciſ.
Gregorij XV.*417.*ſub num.*15. & ſequuta
fuit *Rota apud Cardinalem Seraphinũ dec.*
1021.*num.*4.*&* 5.& in ſimili apud eundem
*dec.*970.*num.*2. quòd actus vnius ex Cano-
nicis, & vnius ex focijs, aliorum ius con-
ſeruat.

Accedat his quoquè, quod (ſac potuiſſet
hoc pręcedendi ius præſcribi,& conſuetudi-
ne induci,vt ipſis pręcedentia in hoc debe-
26 retur.) & conſuetudo per eos probaretur
per tempus iure Sacrorum canonum defini-
tum, ad *tex.in cap. fin.de conſuetud.extrà.*
27 debuiſſent tamèn probare actus, per quos
conſuetudo inuecta pretenditur, eo factus
animo fuiſſe, vt conſuetudo induceretur.
Namquè potuere aliàs ex gratia fieri,vt in
facto hoc eſt,vti *Gratianus* perpendit *forẽſ.*
28 *part.*2.*cap.*298.*num.*8. Cùm enim conſue-
tudo factj ſit,probari vtiquè debebit per aſ-
ſerentem illam.*ad tex.in cap.*1. *in fine, de
conſtitutionibus lib.*6. *Rota apud Cardinalem Manticam dec.*8.*num.*4.neq; ſimplici-
29 tèr,ſed in contradictorio iudicio obtenta
cum oppoſitione partium,& effectuatione
mandatorum.vt dictum fuit in *Romana ſo-
cietatum* 1601.*coràm Card. Mellino deci*
138.*num.*10.*poſt* 1.*volum. conſiliorum Faſ-
rinacij.* Hoc verò in facto tali animo diſtri-
butionem factam funalium fuiſſe,vt conſue-
tudinem aduersus ſe ipſos pręcedendi Man-
ſionariorũ inducerẽt Canonici, ridiculũ eſt
omninò æſtimare;cũ Laicis etiam, nedùm
Manſionarijs diſtribui ea,admittere potuiſ-
ſent; neqnè hanc ob cauſam laicis præce-
dendi cauſam dare voluiſſe putandi erunt.
30 Quando Canonici, nè Manſionarios qui-
dèm, verùm & Collegiatarum Eccleſiarum
Canonicos,Capitulumq; præcedere debent.
Quia nimirùm ſunt illi in ſtatu maiori; Mã-
ſionarij verò in inferiori.*Geminian.cap.quã-
uis,§.quanquàm, num.*3. *de præbend. in* 6.
Boerius de authoritate Magni Conſilij num.
78.Sicut verò Epiſcopus,qui Canonicorum
31 eſt caput,Capitulique,omnes pręcedit alios.
quia primum,ac principale,vt caput,illa ve-
rò membra.vt Alexander loquitur Tertius
in *cap.nouit* 4.*de ijs,quæ fiunt à Prælatis ſi-
32 ne conſenſu Capituli.* Membra verò à capi-
te non vnquam diuiduntur, ſeparanturquè,
ſed iuxta Sacræ Scripturę teſtimonium om-
nia membra caput ſequantur,oportet.verba
ſunt Calixti Primi *can.non decet* 1.*diſtinct.*
12.rationemquè refert in *can. celebritatem*
22.*in princ. de conſecratione diſtinct.* 3. Vi-
33 ctor Papa à S.Petro XIII.nè membra (dicẽs)
à capite diſcrepent, neq; contraria gerant.
cap.cùm non liceat 12.*de præſcriptionib.Fe-
lin. in cap.paſtoralis.ſub num.*10.*de offic.de-
legat.Boer.dict.tract. de authoritate Magni
Conſilij num.*79. Et ſequuta fuit Rota in his
præcedentiarum terminis apud *Sanct. me-
mor.Gregor.XV.deciſ.*284.*num.*1.*cum ſeqq.
Gratian.diſcept.forenſ.part.*1.*cap.*111.*num.*
11.*& dict.cap.*845.*num.* 48. *tom.*5. Nequè
34 aliàs ferenda conſuetudo eſſet, vt maiorem
inferior præiret; quod irrationabilis æſti-
meretur.ſecundùm *Abb.conſ.*21.*lib.*1.quem
ſequuta fuit *Rota dec.*596.*part.*4. *diuerſ.&
apud Sanct. memor.Gregor.XV.dec* 310.
*num.*5.& ibidèm *Beltramin. num.*8. & in
*Hiſpalen.præcedent.*13.*Maij* 1602.*coram
Coccino Decano.* cuius ipſe meminit.

35 Neq; obſtaculum faciunt, quæ ex *Sera-
phino Card.dec.*964.*num.*2. *& ſeqq.* obij-
ciuntur.in qua dictum fuit; fieri conſuetu-
dine poſſe,vt minùs dignus in quibuſdam
dignitate maiorem præcedat. ex deductis
per *Abb.in cap.poſtulaſtis.nu.*8. *de conceſſ.
præbend.& Put.deciſion.* 105. *num.*5. *&* 6.
*lib.*3.
36 Id nempè contingere poſſe Rota perpen-
dit,ac declarauit in eadem *dec.*310. *num.*5.

&

Digitized by Google

& 6.S.memor.Gregor.XV. ratione dignita-
tis,vel officij, putà Cantoriæ, vel Rectoriæ,
vti in dicta *decis.*Cardinalis *Seraphini num.*
*1.& seq.*Alioquin eſſet conſuetudo intole-
37 rabilis,& impræſcriptibilis ſecundùm *Ho-*
ſtienſ.cap.1.ſub num.2.verſ.ſi ſubtilitèr at-
tendas.de maiorat.& obed.& ibid. Io. An-
dreas num.3.Card.ſub num. 3. verſ. tertiò
quæro.Anania num.1.in fine.Butr.num.11.
*Imol.num.3.in fin.*vt in dicta *dec.*310.*Gre-*
gor.XV.num.6. per quam optimè perpen-
ſum fuit,in facto parum à noſtro diſſito. Nã
Hieronymus ad Euagrium Epiſcopum
*epiſt.*85.*tom.*2.relatus in *canon. legimus* 24.
*diſt.*93.ſuper verbis illis Iſaiæ 32 *fatuus fa-*
38 *tua loquitur.* Vecordem appellat eum,qui
inferiorem gradu, maiori præferre auſus
fuerit. ſequiturquè *Tobias Nonius conſil.*
72.num.24. & perpendit *Beltraminus in*
Additionib.ad deciſ.eiuſdem Greg.*XV*.124.
num.3.

39\. Non ſine prudenti conſilio propterea
Dominus meus Illuſtriſſimus D. Antonius
de Petio primò Epiſcopus Polinianen.nũc
verò Archiepiſcopus Surrentinus, ſic eius
exigentibus meritis ad maiora euectus, vt
in poſterùm funalia Manſionarijs hiſce mi-
nimè deferenda darentur, præcepit. Non
40 enim ratio patitur, vt inferiores Mini-
ſtri,ſuper eos ſe tumidi efferant, qui maio-
res ſunt ipſis,& gradu ſuperiores Canonici,
41 vnumq; corpus cum Epiſcopo faciunt. vt
verbis vtamur Hieronymi *eod. can. legimus*
*24,in princ.diſt.93.*ni inter fatuos ſe nume-
rari maluerint.eodem ſenſu ab *Iſaia* prolato
dict.cap.32.6. adagio *fatuus fatua loquitur.*
& addimus cum eodem ibidem:*& cor eius*
faciet iniquitatem. Stent itaq; ipſi in gradu
42 ſuo, & præcedentiam funalibus tribuant
accenſis; non ſibi ipſis; procedunt quippè
ordine priori, quia inferiores, cùm accenſa
deferunt funalia;ſed non præcedunt;cùm,
qui ſubſequuntur Canonici, & Dignitates,
vti maiores ſequantur, non vt Manſionarijs
prima dent; cæteroquin & contra Epiſco-
pum,qui vltimo vadit loco,præcedentiam
appeterent; & qui Crucem defert,cùm pri-
mus procedat, præcedentiam & ipſe aduer-
ſus Epiſcopum impetere poſſet,quæ quàm
ridicula ſint, nemo qui ſapit,non videbit.
43 Dignior enim locus æſtimatur, qui vltimo
propriùs accedit, non qui ab eo recedit.
Præpoſit.in can.perfectis 1.num.10.diſtin.
25.Boer.de authoritate Magni Conſilij nu.
79. & ſequuta fuit *Rota apud dict.S.memor.*
*Gregor.XV.dict.dec.*310.*num.1.& ſeq.* Ipſi
verò cùm procedunt,ab vltimo longè rece-
dunt.non ergò præcedunt.Siſtant ergò pru-
dentèr, & in ſuo gradu ſtent. nè dicatur eis,
44 quod adagio fertur: *Aſinus portans myſte-*
ria. de eo dictum, qui prætèr dignitatem in
munere quopiam verſetur. vt meliùs ei ſit
munus dimittere, quàm malè, impruden-
terq; proſequi. iuxtà illud Ariſtophanis in
Ranis:

Ità per Iouem ſum Aſinus vehens myſte-
ria.
Verùm iſta non iàm ſuſtinebo diutiùs.

Atq; ita ex his,conſilio non abiecto prudẽ-
tiori, melioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Morimur omnes,& quaſi aquæ dilabimur,*
quæ non reuertuntur.
Communi, & neceſſario decreto.n.2.
Nulluſq; ab hoc decreto immunis eſt, &
liber.
A primo homine ad vltimum.
Creditori huic ex pacto obligamur om-
nes.n.3.
Dùm currimus,morimur.
Occaſu,debito ſatisfacimus.
Cùm diſcedimus nihil hinc tollimus.n.4.
Relinquimus omnia.
Vitalemq; vitam non viuentes, alijs vi-
tam relinquimus.n.5.
Hæredeſq; veluti vultures poſt funera
ſurgunt.n.6.
5 *Demoſthenis dictum de auaro mortuo.*
6 *Hæredes, vultures veluti,ſuprema poſt fu-*
nera ſurgunt hominum.
Vt heri, domini ſcilicèt, relictorum fiant.
Hæres dicitur, quòd herus, hoc eſt domi-
nus fiat bonorum defuncti.
In hæredem omnia iura,& actiones tran-
ſeunt.n.7.
Eorumq; fit dominus.
8 *Cauſidici,Patroni forenſes,Togati vultu-*
res dicuntur.
Quia vitam,hoc eſt victum, ex morte ex-
trahunt.
9 *Inſtitui is debet ad beneficium de iure pa-*
tronatus,qui maioribus patronorum
ſuffragijs iuuatur.
Quámuis maioribus non ſit meritis.
Ratio duplex affertur. num.11.
Et etiam quia electio hæc Sacris Canoni-
bus magis eſt conformis. n.13.
Et quia ab his præſentatur, qui in poſſeſ-
ſione ſunt præſentandi.n.14.
12 *Patronis inuitis ad beneficium ordinari*
nemo debet.
14 *Præſentatus ab his, qui in quaſi poſſeſſione*
ſunt iuris præſentandi,inſtitui debet.
Ab his itaq; præſentatus, & inſtitutus,
amoueri non debet. n.15.
Quámuis interim iudicium pendeat in
petitorio. n.30.
16 *Iuſpatronatus,& præſẽtandi, quare quaſi*
poſſideri dicantur.
17 *Incorporalia non poſſidentur,ſed quaſi.*

18 *Sta-*

18 *Status vltimus attenditur in iuris patronatus materia.*
Quia vltima præualet poſſeſſio.
19 *Deſcendentiam probare ab his, qui nouiſſimo loco præſentauere, & in poſſeſſione ſunt iuris præſentandi in iuris patronatus materia ſufficit.*
Neq; neceſſe eſt deſcendentiam à primis fundatoribus deducere.
Quod exaudi in poſſeſſorio.
Non in petitorio.n.28.& 29.
Sufficit ſe probare in gradu eſſe ſucceſſibili.n.20.
Neq; requiritur ſe hæredes probare.
In iure tamen patronatus hæreditario.
Ratio redditur.
21 *Præſentatio quamuis vnica effectum ſortita, quaſi poſſeſſionem tribuit præſentandi.& n.24.*
Quæ verò effectum ſortita non fuerit, perindè habetur ac ſi facta minimè fuiſſet.
22 *Sententia, quæ in iudicatum tranſijt, pro veritate habetur.*
Et ius tribuit inconcuſſum.n.23.
25 *Pręſentationis effectuatio per litteras probatur Ordinarij, inſtitutionis ſubſequuta.*
Neq; ſufficit probatio per teſtes.n.26.
Quia effectuatio ab inſtitutione pendet. nu.27.
Multòq; minùs ſi vnicus fuerit teſtis.
26 *Teſtis vnius dictum non ſufficit, neq; in iudicio fidem habet.*
27 *Negatiua alicuius negotij ex reuolutione probatur actorum.*
29 *Petitorium cum poſſeſſorio commune nihil habet.*
Adagium Palynodiam canere. expenditur.
Et, Vertere Vela. Funem reducere. nu.32.
33 *Variare non licet patronis laicis, priuatiuè à prima præſentatione.*
Præſertim lite pendente inter duos præſentatos.n.34.
Cumulatiuè tamen licebit variare. nu.35.
36 *Variatio cumulatiuè facta nihil aufert à primo præſentato, ſed gratificandi locum præbet Epiſcopo, ſi cætera ſint paria.*
37 *Pręſentatus à medietate patronorum inſtitui minimè poteſt.*
38 *Mulieres dotatę ſicut à ſucceſſione ſecluduntur parentum per Regni Conſtitutionem In aliquibus.*
Ità & à iure patronatus hęreditario.
Qui autem dotatas dixerit, ipſe probare tenebitur.n.43.
39 *Conſtitutio Regni In aliquibus exponitur.*
40 *Ioannes Vincentius Anna celebratur.*
41 *Fundamentum intentionis dicentis probandum.*
42 *Præſentatio ab vno tantùm facta ex ſtipite non priuat alios à iure præſentandi.*
Niſi eo animo facta fuerit, vt priuaret alios.
Quin magis conſeruat ius, & poſſeſſionem aliorum.
43 *Hęreditas aditur per acceptationem renunciationis, & ceſſionis eiuſdem.*
Quia hęreditas ſolo animo aditur.nu.44.
Magiſq; animi eſt, quàm facti.
Sicut etiam per poſſeſſionem, & diſpoſitionem bonorum hęreditariorum hęreditas adita dicitur.n.45.
Ità quoq; per præſentationem.in iure patronatus.n.46.
47 *Hæreditas ius eſt vniuerſale.*
Comprehendit propterea ius patronatus, num.48.
48 *Ius patronatus cum vniuerſitate tranſit.*
Et comprehenditur in hæreditate.
Et in fœminas quoquè tranſit hęredes. num.49.

ARGVMENTVM.

Inſtitui ad beneficium iuris patronatus laicorum is debet, qui à maiori compatronorum parte pręſentatus fuit; & qui in poſſeſſione, vel quaſi ſunt iuris præſentandi, vt ſufficiat deſcendentiam deducere ab his, qui vltimò, ac nouiſſimò præſentauere. In petitorio verò deſcendentia à fundatoribus, & plenè, diſtinctèq; probari debebit. Poſſunt patroni laici cumulatiuè, non priuatiuè præſentare variando. Et an lite pendente in alterum ex pręſentatis cumulare? Quiduè cumulatio ipſa operetur? Hæreditas ſolo animo aditur. In eaq; vti iure vniuerſali, ius patronatus continetur. Et an fœmi;

minæ dotatę à iure excludantur patronatus hæreditario ex Regni Conſtitutione: *In aliquibus?* & an hæredes illas eſſe ſit neceſſarium?

RESPONSIO XXXIX.

1 OMnes morimur,& quaſi aquæ dila-
bimur in terram, quæ non reuer-
tuntur, ſic Theucitis illa mulier
ad Dauid Regem loquuta eſt. 2.
2 *Regum*.14.14. Communi hoc,& neceſſario
decreto morimur omnes. Nullus eſt,qui ab
hoc decreto immunis ſit, & liber. A primo
homine nullus homo eſt,qui hoc edicto ſe
ſubducere valeat;nullum excipit; nemo ab
3 eo prouocat. Creditori huic ex pacto obli-
gamur omnes.Cùm naſcimur,carceres ape-
riuntur ad hunc ſcopum, dùm currimus,
morimur, atquè occaſu debito ſatisfaci-
mus:&

Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.

4 inquit Statius. Cùm diſcedimus, nihil hinc
tollimus,reliquimus omnia. & vitam cum
non vitalem vixerimus,alijs vitam relinqui-
mus,qui,quæ reliquimus,ambiunt.Sic planè
5 Demoſthenes,cùm animaduertiſſet auarum
quendam efferri: *Iſte* (inquit) *cùm vitam
non vitalem vixerit, alijs vitam reliquit.*
Et lepidè ſatis de Sylla *Martialis* luſit:

Non vernas pauit viuens,non Sylla clientes;
Non ſtuduit proli,aut coniugi auarus homo.
At poſtquàm effoſſo profudit pectore vitam.
Mille ſatos peperit,mille animas aluit.

6 Surgunt veluti vultures hæredes,vt heri,
domini ſcilicet,relictorum fiant.nam volunt
nonnulli hæredem dictum,quòd herus fiat,
hoc eſt dominus bonorum, quæ ad eum
7 perueniunt.Omnia nempè,quæ in hæredita-
te ſunt,hæredis fiunt, eorumq; nanciſcitur
dominium,ſiuè iura,ſiuè corpora ſint, ſiuè
actiones.Vlpianus hoc docet lib. 15 ad edi-
ctum in *l.regulariter.9. & litem videndum
20.§.fin.*& Paulus lib.20. ad edictum in *l.&
non tantùm hareditaria* 21.*ff.de petit.hære-
ditat.*ità quoq; Iabolenus lib. 3.epiſtolarum
in *l.cùm hæredes.23. ff.de acquirend.poſſeſſ.*
8 nec minori auiditate Togati vulturij (vt
Apuleio placet) ſurgunt,qui Cauſidici,& Pa-
troni forenſes ſunt.vt aliquid ex relictis bo-
nis comedant, vitamq; hoc eſt victum,ex-
trahant.apud Tuillium ad *Alciati emblema*
159 Facit hoc,quod dicimus apertiſſimum,
quod narramus factum. Vacauit hiſcè die-
bus Beneficium S. Nicolai nomine inſignitū
Cathedrali in Eccleſia Venafrana conſtitu-
tum,iuris patronatus laicorum familiæ de
Mazapreite.obtinebat illud D.Nicander de
Mazapreite,qui ſupremum traxit ſpiritum.
Ecce vultures, vt vacantem arripiant præ-
dam. Præſentant proinde ex compatronis
pro maiore ſuffragiorum parte Clericum
Alphonſum de Amicis: Alij verò,ſe quoquè
compatronos aſſerentes, Diaconum Ioan-
nem Baptiſtam Iriolum. Lis igitur inter
eos inſtituitur, atq; cauſæ ſit ſtatus: Quis ex
duobus præſentatis inſtitui debeat? Nos
Clericum Alphonſum tutamur, illumq; in-
ſtituendum aſſeueramus.
9 Is nempè patronorum à maiori fuit par-
te præſentatus.Inſtitui ergò debet. *can.ſi
fortè* 36.qui eſt *fin. diſtinct.*63. & ex Conci-
lio Lateranen.*in cap.quoniam.3.de iure pa-
tronatus.extrà.* illis verbis. *Ille præficiatur
Eccleſiæ,qui maioribus iuuatur meritis, &
plurimorum eligitur,& approbatur aſſenſu.*
Quo loco *Gloſſ.*verbo *qui maioribus*:ſequē-
tibus quæſtionem inſtituit, eiq; facit ſatis:
10 *Sed numquid requiratur,* (inquiens) *quòd
maioris ſit meriti, & quòd plures eum præ-
ſentēt.hoc videtur velle hæc littera,ſed vide-
tur ſufficere,ſi ſit idoneus,dùm tamen habeat
maiorem partem, licèt alius ſit melior.* ſic
11 Gloſſ. rationem duplicem venamur;Vnam
ex Gregorio Nono ad Capitulum Cathala-
nen.in *cap.veſtra.57.*non longè à *princip.de
electione.*dicente: *Cùm vbi maior numerus
eſt,zelus melior præſumatur.* Alteram ex
Leone Papa *d.can.ſi fortè.36.in fin. diſt.63.*
qui de Epiſcopo deligendo verba faciens,
atq; ſententiam ſtatuens: *Is alteri præfera-
tur,*(decernit) *qui maioribus & ſtudijs iu-
uatur, & meritis, tantùm vt nullus inuitis,*
12 *& non petentibus ordinetur. Nè Ciuitas
Epiſcopum non optatum aut contemnat,aut
oderit.* ſic Leo. fauetq; *Gloſſ.* ibidem verbo
ſtudijs:& ipſa rationem reddens: *Quia ma-
gis appetitur iſte,quàm ille.*Alphonſus ma-
ioribus iuuatur ſtudijs,plurimorumq; eligi-
tur,& approbatur aſſenſu.Ipſe ergò inſtituē-
dus. plura deduximus nos *reſponſ.noſtra
6. num.8. & reſponſ.14. num.1. & reſponſ.
42.num.1.part.3. Rota apud Card.Seraphin.*
13 *dec.875.num.2.* quia electio ſacris canoni-
bus magis eſt conformis.ad *tex.in cap.ſi cui.
23. de elect.lib.6. & cap. cùm expediat 29.
eod.* Sceuola lib.1. quæſtionum in *l.quod
maior.19.ff.ad municipalem Rota part.2.di-
uerſorum.dec.117.num.1.Marius Antonin.
Maceraten.variar.reſolut.lib.1.reſolut.104.
num.1. Claudius Tutius quæſt.11. num.2.
de iure patron.Rot.apud Duran.* Epiſcopum
Vrgellen.*dec.199.n.1.p.1.*
14 Deindè quòd præſentatus is fuit ab his,
qui in poſſeſſione ſunt, vel quaſi iuris præ-
ſentandi, etiam per ſententiam Curiæ Epi-
ſcopalis Venafren.anno 1605. pro dicto D.
Nicandro,cuius nunc obitu beneficium va-
cat.

cat. Ipſe ergò inſtituendus. faciat aſſertionē
hanc firmam Innocentius III.in cap. quarelam.
24.§.nos igitur.de electione extra. Clericis
Sanctæ Agathes ſcribens, eiſq; dicens,
rationem reddens, quarè P.presbyterum
inſtituendum mandauerit: Cum nobis conſtiterit,
(inquiens) quòd populus in quaſi poſſeſſione
præſentandi exiſtebat, quando ipſum
Presbyterum ad illam elegit. eodemq; modo
Alexander III. in cap. conſultationibus
19.de iure patronatus. Abbati Sanct. Alberti
15 ſcribens: Inſtitutus non debet ab ipſa (Eccleſia
ſcilicèt) propter hoc remoueri, ſi tempore
præſentationis ſuæ, ille, qui eum præſentauit,
ius patronatus Eccleſiæ poſſidebat. facit
ad rem tex. quem allegat gloſſ. ibidèm
verbo poſſidebat. in cap. ex litteris. eod. titul.
tex. quoq; Innocentij III.in cap. cùm Eccleſia
Sutrina 3.§.nos igitur. in fin. de cauſa
poſſeſſionis, & propriet. & ibidèm gloſſ. verbo
16 quaſi poſſeſſionem. quæ rationem reddit,
quam ob cauſam ius patronatus quaſi poſ-
17 ſideri dicatur: Quia (inquiens) incorporalia
non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur. ff. de
vſucapionib. ſequitur. § ſi viam. ff. de ſeruit.
vrb. præd. l. ſi ædes. §. libertas. hoc ipſū docēt
Lapus alleg. 95. in fin. Feder. de ſenis. cōſ. 234.
num. 4. Ioannes Baptiſta Ferrettus conſil.
179. num. 8. part. 1. Hercules Mareſcottus
variar. reſol. lib. 1. cap. 55. numer. 12. & 13.
Iacobus Antonius de Mauro allegat. 39. nu.
3. Alexander Rauderſis variarum reſolut.
cap. 19. num. 18. & 19 Rota dec. 7. de iure
patronat. in nouiſ. & apud Creſcentium
dec. 9. num. 1. de iure patronat & apud Cardinalem
Manticam dec. 86. num. 1. Marius
Antonin. variarum reſolut. lib. 1. reſolution.
304. num. 7. Rota part. 1. tom. 1. in recent. dec.
224. num. 1. & part. 2. tom. 1. in eiſdem deciſ.
443. num. 3. & dec. 167. num. 8. part. 2. diuerſorum.
Rota apud Coccinum Decanum dec.
245. num. 1. & dec. 464. num. 1. & deciſ. 469.
num. 1. & 4. & apud S. memor. Gregor. XV.
dec. 349 num. 1. & deciſ. 452. num. 14. & 16.
& apud Duranum Epiſcopum Vrgelien. dec.
413. num. 1. part. 2. & dec. 159. apud eundem
num. 1. & ſeqq. part. 1. Vincent. de Franchis
dec. 85. num. 2. Marius Muta dec. 72. num. 6.
& num. 16. Rota apud Cardinalem Seraphinum
dec. 875. num. 3. & deciſ. 884. in eadem
cauſa num. 4 & apud Cardin. Caualer. dec.
55 num. 4 & dec. 197. num. 1. & deciſ. 424.
num. 1. Rota dec. 362. num. 1. & 4. part. 5. diuerſ.
nouiſſ.

Aſtruimus partem hanc, quòd fuerit Alphonſus
ab his præſentatus, qui in poſſeſſione,
vel quaſi ſunt iuris præſentandi. Porrò
quòd vacante dicto Beneficio annis longè
deſluxis 1598. præſentatus ad illud fuit dictus
D. Nicander per Antonium Caramanna
filium, & heredem quondam Hippolytæ
Mazapreite. per Antonium, & Angelam filios,
hæredeſquè quondam Pezzolæ Mazapreite.
per Darium Gallutium filium, hæredemquè
quondam Vincentiæ Mazapreite.
per Portiam filiam, & hæredem quondam
Ritæ Mazapreite. per Hippolytam filiam,
& hæredem quondam Vincentiæ Mazapreite,
hęredemquè quondam Iacob
Mazapreie. & demùm poſt longiſſimam
annorum diſcuſſionem anno 1605. ſententiam
obtinuit D. Nicander, illum fore, & eſſe
inſtituendum; vti inſtitutus fuit fol. 113 in
proceſſu veteri. Ab iſtis ipſis deſcendunt,
qui nouiſſimè Alphonſum præſentauere,
vt ex pręſentationibus factis in proceſſu ap-
18 paret. Vltimus itaq; hic ſtatus erit attendendus
in hac iuris patronatus materia:
Quia vltima pręualet poſſeſſio. Calderin.
conſ. 12. de iure patronat. Achilles de Graſſ.
dec. 5. eod. tit. Rota dict. dec. 7. de iure patron.
in nouiſ. & dict. dec. 167. num. 9. part. 2. diuerſ.
Vincentius de Franchis dict. dec. 85. n.
2. Monaldus conſ. 47. num. 3. volum. 2. Marius
Muta Siculus dict. dec. 72. num. 6. & ſeq.
& num. 16. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar.
gloſſ. 45. §. 2. num. 6. Rota in recent. part. 1.
tom. 1. dict. dec. 224. num. 1. & apud Sanct.
memor. Gregor. XV. dec. 452. num. 20. & apud
Cardin. Caualer. dict. dec. 55. num. 4. & dec.
197. num. 1. & ſeq. & dec. 382. numer. 2. &
apud Cardinalem Seraphinum dec. 1334. nu.
7. & dictum fuit in Cremen. Capellaniæ 14.
Iunij 1594. coràm Mellino apud Viuianum
in praxi iuris patronatus deciſion. 13. numer.
2. & apud Duranum dict. dec. 199. num.
13. p. 1.
19 Sat autem erit Alphonſo, vt inſtitui valeat,
probaſſe eos, qui ipſum præſentauere, ab ijs
deſcēdere, qui nouiſſimo loco anno 1598. D.
Nicandrum pręſentauerunt, proptèr quam
ille inſtitutus fuit, nec opus erit deſcendentiam
à primis Fundatoribus deducēre. Lambertin.
de iure patronat. lib. 2. part. 2. quæſt.
50. art. 6. num. 7. Rota apud S. memor Gregor.
XV. dict. dec. 349. num. 1. & ſeq. & ibidèm
Beltraminus Addens num. 6. & dict. dec. 452.
num. 16. & apud Card. Caualer. dec. 46. num.
3. & 4 & dict. dec. 382. nu. 1. & dec. 395. n. 1.
2. & 5. Lotterius de re beneficiaria libr. 2.
quæſt. 11. num. 119. & dictum fuit in Regien.
iuris patronatus 10. Iunij 1623. coràm Pirouano
dec. 17. num. 4. apud Viuianum atteſtante,
ſententiam hanc receptam apud Rotam
fuiſſe. & in Mediolanen. iuris patronatus
8. Iunij 1618. coràm eodem Pirouano dec. 74.
n. 1. apud eund. Viuianum.

Hanc, proindè ob cauſam obſtaculum
haud facit, quod obijciunt Alphonſo; eos,
qui præſentauerunt ipſum, hæredes fuiſſe
eorum, qui in poſſeſſione, vel quaſi deceſſerunt
iuris præſentandi, minimè probaſſe.
20 Probauit namquè, eos fuiſſe filios illorum,
& in gradu propterea ſucceſſibili; eo ipſo
enim, quòd præſentauerunt, cùm ſit hoc
ius patronatus hæreditarium, adiuiſſe dicū-

tur,ſeq; in hęreditatem immiſcuiſſe ſuorum parentum:cum alioqui actus ipſe pręſentationis in iure pattonatus hæreditario, fieri haud potuerit citra ius, nomenq; hæredis. Sic dictum fuit in *Auerſana iuris patronatus,ſeù Beneficij 23. Iunij* 1603. *coràm Litta.& in eadem 18.Iunij 1610.coràm Pirouano dec.288.tom.1.Poſthumarum Farinacij.* quas ſequuta fuit Rota apud *Caualer.dict. dec.395.n.1.& 2.*& idem ipſe *d.dec.282.n.2.& ſeq.*

Nihil propterea proficiunt Tiriolo præſentationes pro eo factæ.Quia profectò qui ipſum præſentauere,neq; de deſcendentibus ſunt:neq; in poſſeſſione exiſtunt, vel quaſi
21 iuris præſentandi. Quippè nullum ipſi actū producunt, quo ſe præſentaſſe vnquàm oſtendant,& præſentationem effectum fuiſſe ſortitam per inſtitutionem;cuius vel vnicus actus ſufficit, vt quaſi poſſeſſio acquiratur præſentandi. Cæteroquin pręſentatio, quæ effectum non habuit,nihil omninò proficit, quin perindè habetur, ac ſi facta minimè fuiſſet.*Calderinus dict.conſ.12.de iure patronatus.*Rota *dec.318.num.2.part. 2. diuerſor. Creſcent.deciſ.2.de iure patronatus. Rota apud Sanct.memor. Gregor.XV.deciſ. 222. num.4.5.& 6.& apud Card.Caualer. dicta dec.197.n.2.& 3.& dec.350.num.2.& 3.& apud Card.Seraphinum dec.1141.n.2.& 3.& dict.dec.1334.num.1.& 2.*

Hanc ob cauſam in hilum abit præſentatio anno 1598.per Andream Migliarinum facta, cuius nomine nunc dictus Tiriolus præſentatus fuit. Et ſi nempè dictus Migliarinus tùnc Clericum præſentarit Cæſarem Migliarinum, præſentatio tamèn effectum nullum obtinuit, cùm admiſſus fuerit D. Nicander,& per ſententiam declaratum:*Capellam Sancti Nicolai fuiſſe,& eſſe de iure patronatus prædictorum præſentantium de domo,& familia Mazapreite, & ad eos ius præſentandi in ea ſpectare,& pertinere.& c.ſ.* 113. in proceſſu veteri. Sententia autèm
22 hæc in iudicatum tranſijt per triginta annorum ſpatium; neq; ab ea appellatum fuit. Pro veritate proindè habetur.*cap.cùm inter 13.§.fin.de ſent.& re iudicata. l.res iudicata 207.ff.de regul.iur.* & ibidèm *Gulielmus Mayner num.53.& 54. Cagnolus numer.2. l.1.vbi DD.C.de condit.indebiti. Gabriel.tit. de ſententia concluſ.4.num.14.Rota apud Coccinum deciſ.216. num.1. & 2:& deciſ. 263.num.4 Nauar.conſ.80.num.2.lib.3. de regularib.*diximus *reſponſ.*noſtra 41.*numer. 14.& ſeq.& reſponſ.81.num.87.part.3.* Et
23 ius tribuit inconcuſſum, vt conuelli nullo poſſit modo.*Cagnol.dict.l. res iudicata,n.2. Surdus conſ.435.num.7.lib.3.* quem ſequitur *Scaccia de ſententia,& re iudicat.gloſſ. 14.quaſt.2.n.7.*

24 Præſentatio verò,vt ius tribuat, atquè in quaſi poſſeſſione pręſentantem conſtituat; effectum vt ſortiatur oportet,quàmuis per vnicum actum.ad *tex.in dict. cap. cùm Eccleſia Sutrina 3.de cauſa poſſeſſionis,& proprietat.& ibid.Ripa num.53. Calderin.dict. conſ.12.de iure patronat.Rota part.2.diuerſ. dict dec.318.num.2.Claudius Tutius quaſt. 3.num.13.de iure patronat.Gonzalez ad regulam 8.dict.gloſſ.45.§.2. num. 29. Garſias de beneſic.tom.1.part.5.cap. 5.num. 59.Rota apud Cardinalem Seraphinum dict.deciſion. 1334.num.1 & apud Sanct.memor.Gregor. XV.dict.dec.222.num.4.& 5.& dec.417.nu. 1.& deciſ.452. num.14.& ſeq. & num.19.* & in *Papien.iuris patronatus 18.Iunij* 1593. *coràm Cardinali Blanchetto part. 4.diuerſorum per Farinacium dec.525.*Et in *Lunen. Sarzanen.31.Maij 1627.coràm Durano deciſ.110.num.8. apud Viuianum de iure patronat.* quæ eſt in impreſſis apud ipſum *dec. 87.num.12.part.1.& dec.199.num.3. apud eundem ead.par. 1.* & apud *Card. Caualer. d.dec.197.num.2.& 3.& deciſ.626. numer. 2.& 3.*

25 Hæc autèm effectuatio per literas probatur inſtitutionis Ordinarij,qui præſentatum inſtituit. *Rota apud Cardinalem Seraphin. dict.dec.1141.num.1.& 2.& dict.dec.1334. num.1.& apud Sanct.memor.Gregor.XV. dict. dec.452. num.19. & apud Cardinalem Caualer.dict.dec.626.num.2.& deciſ.11.ſub num.1.de iure patronat.in nouiſ.& dec.694 num.4.par.2.tom.2.in recentioribus coràm Buratto.*

At nulla præſentationis factæ per Migliarinum effectuatio per Tiriolum probatur.Nihil proindè præſentatio per Migliarinos prò ipſo facta proficit.

26 Nec quicquam pro eo facit probatio per vnicum teſtem effectuationis præſentationis per Migliarinos: Cùm quod teſtis vnus nihil omninò probat, nec ei in iodicio ſtatur.*tex.in cap.in omni negotio 4. & cap.licet vniuerſis 23.in fin.de teſtibus.can.admonere te.8. §.quoniàm nec Euangelium 33.q.2.* Lex Diuina *Deuteronom.* 19.15. Lex humana Ciuilis in *l. iuſiurandi 8.§. ſimili modo. C.de teſtibus.*diximus *reſponſ.*noſtra 7.*à n. 1.part.3.Gratianus diſcept.forenſ.par.1.cap. 140. num.4.*

27 Tùm quòd negatiua magis, probatur ex reuolutione actorum, ex quibus nequè de inſtitutione,nequè de literis vllo modo apparet inſtitutionis ad præſentationem eorū de Migliarinis.effectuatio verò ab inſtitutione pendet. quæ pro Nicandro fuit, non pro Cæſare;ex actorum itaq; reuolutione contra Migliarinos probatum eſt.ad *gloſſam* receptam in *l.iuſtum 6.in gloſſ.1.C.de edendo.* ſequiturq; *Bart. in l.fin. C. de rebus credit. Cephalus conſ.144.num.1. lib.1. Vantius de nullitat. tit. de nullitate ex defectu mandati.numer.62.fol.mihi* 148.*Rota apud Sanct. memor.Gregorium XV.deciſ.13.num.10.&*

deciſ

*deciſ.433.num.3.Anna allegat.131.num.10.
Gratianus forenſ.parte 5.cap. 907. num. 26.
& 27.Rota apud Caualer.deciſ.35. num.2.
dec. 110. numer.2. dec.535. numer.4.& 5.
& dec.572.n.6.*

Quam ob cauſam nec pro ipſis fert ſuf-
fragium ; familiam de Migliarinis coniun-
ctam , affinemquè eſſe familiæ de Maza-
preite.

28 Id nempè probandum fuiſſet; neq; ſim-
pliciter,verùm concludentèr,ſe ex deſcen-
dentibus eſſe primorum fundatorum per
gradus probatos,& diſtinctos, ſecundùm
Roland.conſ.32.num.24.vol.3. qui de com-
muni teſtatur. ad *text.in cap.licet ex qua-
dam 47.§.:teſtes autèm de teſtib.* vbi *Abb.n.*
2.& ſequuta fuit Rota coràm *Seraphino de-
ciſ.288.num.2.parte 2. diuerſorum* , *apud
Cardinalem Caualer.deciſ.46. num.4. de-
ciſ.61.num.2.& ſeqq.& dec. 382. num.1.&
ſeq.& coràm Durano dec.8.num.4. parte 1.*
& in *Gerunden. Beneficij 15. Aprilis* 1630.
*coràm Metmanno dec.366.parte 5.diuerſo-
rum nouiſſimarum* , diximuſquè *reſponſ.*
noſtra 46.*numer.49.50.& ſequentibus par-
te 3.*

29 Hoc verò petitorium reſpicit, quod ni-
hil commune habet cum poſſeſſorio.ad *tex.
in l.naturalitèr 52.§.nihil commune,ff.de
acquirenda poſſeſſione.Maceraten.dict.reſol.
104. num. 6. Rota parte 4. diuerſorum per
Farinacium dec.187.nu.4.* diximus *reſponſ.*
noſtra 42.*n.41.parte 3.*

30 Nullo proindè pacto officiet,quin interim
Clericus Alphonſus à maiori patronorum
parte præſentatus , & in poſſeſſione exiſten-
tium iuris præſentandi,inſtitui valeat.ad *tex.
in d.cap.quoniam 3.de iure patron.* vt in ſu-
perioribus diximus. Salua quippè ſibi iura
in petitorio agendi erunt.

Neq; dicas,vt Tiriolum ſalues , quòd ex
ijs,qui Alphonſum præſentauere, palynodiã
cecinere quidam variando,etiam priuatiuè,
ipſumq; Tiriolum præſentauere denuò.Hoc
31 enim *Palynodiam* eſt *canere* , vt in adagijs
habetur, recantare , atq; diuerſum ab his,
quæ dixeris,vel feceris,dicere,vel facere,atq;
in contrarium vertere ſententiam.Quo qui-
dèm verbo *Flaccus* vſus eſt in Odis pro-
mittens palynodiam amicæ , quam contu-
melioſo carmine prouocatat.

*Dùm mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs,animumq; reddas.*

Diuus quoq; Aurelius Auguſtinus ad Hie-
ronymũ:*Quare arripe,obſecro te, ingenuã,&
verè Chriſtianã cũ charitate ſeueritatem, ad
illud opus corrigendum,atq; emendandum,
& palynodiam,vt dicitur,cane.* Velutietiam
32 in idem,& illud recidit adagium. *Vertere
Vela. Funem reducere.* Vertere vela eſt in di-
uerſum mutare ſententiam, vitæq; inſtitu-
tum. *Horatius* in Odis.

*Nunc retrorſum
Vela dare,atq; iterare curſus
Cogor relictos.*

Tranſlata metaphora à nauigantibus , qui
curſus errorem verſis velis corrigunt. Per-
ſius verò in quinta Satyra, *Funem reducere*
dixit,pro eo, quod eſt inſtitutum mutare in
diuerſum.

*Quæ dederam ſuprà, repeto, funemque
reduco.*

33 Repetiere hi quoquè quã fecerant præ-
ſentationem,& funem reduxere,ac vertere
vela , palynodiamquè cecinere variando
priuatiuè etiam ab Alphonſo in Ioannem
Baptiſtam Tiriolum. verùm fruſtrà.

34 Primò quòd non eis hoc licuit, lite iàm
inter duos præſentatos pendente in alterum
eorum variare.ad *text.in cap.1.& 2.vt lite
pendente in 6.& in cap.1.& 2.de election.in
6.Calderin.conſ.1.vt lite pend.& conſ.18.de
iure patronat. Rota apud Creſcent. deciſ.8.
num.2.& in fin.de iure patronat. Rota par.
1.diuerſorum dec.442.num.6.& par.4. dec.
538.& apud S.memor.Gregor.XV.dec. 117.
num.11.*plures alios retulimus *reſponſ.*no-
ſtra 43.*num.41.& 42.p.3.*

35 Deindè,quia & ſiquidẽ permiſsũ iure ſacrorũ
Canonũ ſit Patrono Laico in alterũ variare;
id tamen exauditur cumulatiuè , non ſanè
priuatiuè.ad *tex.in cap.cùm autèm 24. de
iure patronatus.Rota apud Cardinalem Se-
raphinum dec.1173.num.1. & apud Car-
dinalem Caualer.dec.21.num.2.*diximus *re-
ſponſ.*noſtra 14.*num.21.par.3.*plures alios
36 referentes. Cumulatiuè verò exauditur fa-
cta præſentatio, non vt à primo ablata fue-
rit,ſed cumulata in ſecundum , vt tùnc de-
mum pro ſecundo rata ſit, ſi primus non
admittatur;vel ſi ità eorum paria ſint meri-
ta,vt Epiſcopi remittatur arbitrio , cui ma-
gis eorum gratificari voluerit. vt *gloſſ.* ad-
uertit *dict.cap.cùm autèm 24.*verbo *iudicio
Epiſcopi.de iure patronatus, & Abb.ibidem
num.22.cap.quod autèm 5.*vbi *gloſſ.*in caſus
figuratione in *1.notabili.& Abb.num.3. de
iure patronatus. gloſſ. in element. plures 2.*
verbo *præſentare.de iure patronatus. Lam-
bertin.de iure patronatus lib.2.quæſt.7.art.
22.Genuenſ.in praxi cap.63.de probatione
iuris patronatus.num.12.*impreſſionis Ro-
manæ anno 1609. *Viuianus in praxi iuris
patronatus part.2.lib.10. cap.3. num.7. &
cap.4.Barboſa de officio, & poteſtate* Epi-
ſcopi part.3. allegat.72.num. 158. 159.&
161.*Ludouicus Morotius conſ.33. num.13.
Rota apud Cardinalem Caualer.dict.dec.21.
n.2.& apud Cardinalem Seraphin.dict.dec.
1173.num.1.*diximus *reſponſ.* noſtra 14.*nu.
22.p.3.*

Demùm quia(fac cumulationem pro Ti-
riolo eſſe)neq;tamèn ſic à maiori Patrono-
rum parte præſentatus dicetur : cùm illi,qui
ipſum præſentauerunt,neq; ex deſcendenti-

bus, neq; in poſſeſſione ſint, vel quaſi iuris
præſentandi, vt in ſuperioribus diximus;&
hi, qui in eum cumulauere neq; medie-
37 tatem impleant omnium vocum; quam ob
cauſam inſtitui minimè poteſt, ad tex. in
dict. cap. quoniàm 3. de iure patronatus: &
notata per Rotam à *Cardinali Caualer. dict.
dec. 21 per tot. & dict. dec. 17. n. 1. p. 2. diuer-
ſorum*.
38 Officiet prætereà haud minimè quòd ſo-
roribus aſſerti Nicandri Conſtitutio obijcia-
tur Regni *In aliquibus*, qua, ſicut a ſucceſ-
ſione ſecluduntur eorum parentum mulie-
res dotatæ: ità quoq; & a ſucceſſione iuris
patronatus hæreditarij, quod non niſi in
hęredes tranſit. *Riccius in praxi parte 1.
reſol. 171. Claudius Tutius quaſt. 13. de iu-
re patronat. Viuianus de iure patronatus in
praxi lib. 4. cap. 2. n. 48. & 49. Ioannes Ba-
ptiſta de Thoro voto* 82. *n.* 4. & 5. diximus
reſp. noſtra 82. *n.* 27. *parte* 3.
39 Quia profectò non ſimplicitèr, neq; ab-
ſolute Conſtitutio prædicta Regni fœminas
à ſucceſſione excludit parentum ſuorum
proptèr maſculos; ſed quatenùs de paragio
dotatæ fuerint,& ſuper bonis eius duntaxat,
à quo dotatæ fuere; vt, quominùs fieri pote-
40 rit, ius commune lædatur. aduertit id ma-
ximus ille cauſarum Patronus *Ioannes Vin-
centius Anna allegat.* 81. *num.* 2. & 3. *parte*
2. ſequiturq; *Riccius* Epiſcopus Vici Equen-
ſis *in praxi parte 1. reſol. 175. verſ. intellige
primò. & Caualcanus dec. 12. n. 4. & dec. 29.
n. 23. libro 3.*
41 Qui ergò dotatas illas dicit, & probare
tenebitur, & ex quibus bonis. Eſt enim hoc
intentionis eorum fundamentum. ad *tex. in
l. 1. ff. de probat. l. actor 23. C. eod. l. qui accu-
ſare 4. C. de edendo, cap. fin. §. fin. de iureiu-
rando. cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. in fine,
de cauſa poſſeſſionis, & proprietat. Meno-
chius de arbitrarijs caſu 191. num. 4. Rota
apud Cardinalem Manticam dec. 251. n. 3. &
apud Coccinum dec. 448. n. 2.*
Neq; etiam obſtabit inuentum: ſolum
Nicandrum aliàs, ſine ſororibus præſentaſ-
42 ſe: Non enim probatur, eo animo illum præ-
ſentaſſe, vt ſpoliarētur ſorores à præſentādi
iure. alioquin ius ſororibus etiam in poſſeſ-
ſorio præſentandi, (vti verè poſtmodùm
pręſentauere, & admiſſæ fuere, effectu præ-
ſentationis ſequuto) præſeruatum, conſer-
uatumq; fuit per Nicandri præſentationem.
ad trad. ta plenè per *Caputaquenſ. dec. 367.
& 369. parte 2. Achillem dec. 4. num. 4 de
prebend. Creſcent. dec. 2. de iure patronatus;
Federicus de Senis conſ. 102. in vltimo dub.
num. 3. & conſ. 147. num. 1. & 2. Calderinus
conſ. 15. duo bis pręſentant. de iure patrona-
tus. Abb. conſ. 54. num. 3 parte 1. Rota apud
Cardinalem Seraphinum dec. 1021. num. 5.
& dec. 970. num. 2. & apud Sanctæ memorię
Gregor. XV. dec.* 417. *num.* 9. & ibidèm *Bel-
traminus* Addens *num.* 15. & *dec. 452. num.
7. 8. & 9. & apud Cardinalem Caualer. dict.
dec. 197. num. 5. Garſias de beneficijs parte 5.
cap. 5. num. 115. & 116.* pluribus nos dedu-
ximus *dict. reſponſ.* noſtra *6. à n. 31. cum ſeq.
ad n. 36. parte 3.*
Neq; demùm obſtaculum faciet vllum,
quòd & ſi Auguſtinus, & Antonius Armerij
fratres, pro Daria Armeria ſorore, paternæ,
maternæq; hęreditati nuncium miſerint, ceſ-
ſerintq; de aditione tamèn hæreditatis pa-
rentum per Dariam non conſtat.
43 Cùm enim renunciatio Daria præſente,
acceptanteq; facta fuerit, ipſo tunc per ac-
ceptationem, paternam, maternamq; hęre-
ditatem adiuiſſe; atq; acceptaſſe videtur.
44 Solo quippè animo hæreditas aditur: Nàm
pro hærede ſe gerere non tam eſt facti, quā
animi. Hoc verò animo eſſe, vt velit hæres
eſſe, ſufficit. Docet hoc ijſdem verbis Vlpian.
lib. 61. ad edict. in *l. pro hæred. 20. & l. gerit
87.* quæ eſt Pauli lib. 1. quæſtionum *ff. de ac-
quirend. hæredit. l. potuit 5. C. de iure deli-
berand. §. fin. Inſtit. de hæredum qualitat. &
different*
45 Accedente præſertim per tot annos con-
tinuata poſſeſſione, atq; diſpoſitione pater-
norum, maternorumq; bonorum. *ad tex. in
dict. l. pro hærede 20. §. 1. & §. Papinianus. &
dict. l. gerit 87. de acquirenda hæreditate,
Bart. conſ. 207. in quæſtione inter Franci-
ſcum Poli. num. 2. Natta conſ. 74. num. 10. &
11. vol. 1.* & ſequuta fuit Rota *apud S. me-
mor. Gregor. XV. dec. 371. nu.* 8. & *dec. 421.
num.* 7. & pluribus apud eundem *dec.* 98. *nu.
1. cum ſeq.* & ibidèm *Beltram. n. 7.*
46 Et quòd etiam ipſa vti hæres aliàs præ-
ſentauit, & præſentatio effectum ſortita fuit.
vt ex hoc vno hæreditatem adiuiſſe cenſea-
tur. dictum hoc fuit in *Auerſana iuris pa-
tronatus 15. Martij 1610. coràm Pirouano
dec. 265. num. 2, tom. 1. in poſthumis per Fa-
rinacium*.
47 Præterquàm quòd hæreditas ius eſt vni-
uerſale ex definitione, quam Vlpianus tra-
dit in *l. hęreditas 63. ff. de regulis iuris.* in
qua hæreditatem, ſucceſſionem vocant in
vniuerſum ius defuncti. Comprehendit pro-
48 indè & ius patronatus, quod cum vniuer-
ſitate pertranſit. *cap. ex literis 7.* & ibidem
*Abb. num. 17. de iure patronatus. Monaldus
conſ. 47. num. 9. vol. 2.* in hiſce noſtris loquę
terminis de donatione hæreditatis, quòd &
ius patronatus in ea comprehendatur etiā,
atq; transferatur. ità quoq; *Nauar. conſil. 3.
lib. 3. de iure patronatus. Rota apud Cardi-
nalem Manticam dec. 140. num. 2. & num. 13
& apud Cardinalem Seraphinum dec. 725.
num. 1. & ſeqq. Garſias de beneficijs d. parte
5. cap. 9. num. 13. & ſeq. Riccius in praxi par.
1. reſol. 162. Viuianus in praxi iuris patro-
natus lib. 1. cap. 2. n. 78. 79. & ſeq. & n. 81. &
lib. 4. c. 5. n. 5.*

49 Adiuit

49 Adiuit itàq; hæreditatem Daria, & in eam, quàmuis fœminam, vt hæredem ius tranſijt patronatus. *Abb. d conſ. 54. num. 4. in fin. Rota apud Coccinum dec. 250. nu. 1.* præſentauitq; ſuis temporibus, eiuſq; præſentationes effectum ſortitæ fuere; vt in poſſeſſione eiſe quoquè videantur iuris præſentandi eius deſcendentes, qui Alphonſum præſentauere, atq; à Daria deſcendentiam probauere. Erit ergò inſtituendus Alphonſus, qui à maiori patronorum parte, in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi exiſtentium, præſentatus fuit, nihilquè eſt ei, quod obſtaculum faciat ex his omnibus, quæ obiecta ei fuere.

Atq; ità ex his, naris ſatis emunctæ iudicio non abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Maris pericula multa ſunt, quæ qui illud nauigant nouere.*

2 *Paulus Romam adiens, naufragio periclitatus fuit.*

3 *Maris naufragio expoſiti ſi ſydus aliquod illis videatur, magnam ſalutis ſpem concipiunt.*

Seq; terræ proximos nouere.

4 *Locus* Pſalm. 103. 25. *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, &c. moralitèr expenditur.*

5 *Crux ſydus eſt, quod in hoc mari ſpatioſo Mundi huius nauigantibus, pænèq; naufragantibus oritur.*

6 *Sydus quod in Polo Antartico quatuor ſtellis Crucis in modum coniunctis nauigantibus apparere ſolet, Cruciferum, ſiuè Cruciatum appellant Aſtrologi.*

De quo Sedulius cecinit Poeta.

Et Auguſtinus n. 10.

7 *Crucis figura, & Cælum ipſum ex quatuor Orbis partibus ſignatum videtur.*

Hoc ſignum Conſtantino apparuit aduerſus Maſſentium pugnaturo. n. 8.

Et in hoc ſigno etiam ſpiritualia nequitiæ Diabolos vincimus.

Sub hoc ſigno militamus omnes, qui Chriſto nomen dedimus. n. 9.

Et ab quatuor Mundi plagis vocantur omnes ſub Sancta Crucis Vexillo. num. 11.

In cuius glorioſo ſigno nos ſignati, vbiquè vincimus.

Et triumphamus. n. 12.

13 *Crucis figuram in humano noſtro corpore delineamus: ex Iuſtino Martyre.*

Homo natans per aquas formam Crucis exprimit. ex Hieronymo. n. 14.

5 *Eccleſia eſt in Ciuitate Panormi S. Ignatio Chriſti Martyri dicata.*

In ea degunt Patres Oratorij à S. Philippo Nerio.

In illa Crucis Chriſti fruſtulum aſſeruatur.

16 *Crux Chriſti, in qua ipſe pependit eodem honore, quo Chriſtus Dominus honoratur.*

Et adoratione latriæ adoratur. n. 17.

Etiam ſi ex alia materia fuerit tantùm verè vt Chriſti imaginē adoramus. nu. 18.

19 *Chriſti Domini ſub protectione quiſq; ſe ſubijcere poteſt.*

Quin debet.

Quia eius ſumus, & vt creati, & vt redempti.

Eodem modo, & Sanctæ eius Cruci. n. 33.

20 *Crucis Sanctæ ſub protectione quiſq; ſe ſubijcere poteſt. & n. 33.*

Per Sanctam Crucem liberati ſumus.

Quaſi ſub Chriſti vexillo, ſub quo militamus. n. 21.

Crux, ſanguis, Chriſtus connexa inter ſe ſe ſunt. n. 26.

Hæc tria in reparationem humani generis in vnum coiuere. n. 28.

Crux Chriſti ex membris eius decorem attraxit. n. 33.

Crux eſt Chriſto connexa ſicut Regi Regnum. n. 39.

Qui verò à Cruce proteguntur, à Chriſto, qui in ea pependit, proteguntur. num. 64.

22 *Sanguinem Filij Deus Pater, non requiſiuit, ſed acceptauit. ex Bernardo medicinam vulnerum noſtrorum.*

Qui ſuper Crucem effuſus eſt. n. 23.

24 *Connexorum quod de vno dicitur, hoc de altero negare nec poſſumus.*

Quia ab inuicem diſiungi non poſſunt. nu. 25.

Connexa quænam dicantur? n. 27.

Quæuè ſeparata.

Connexorum qui vnum admittit, & alterum admittere debet. n. 40.

Quoniam ſibi inuicem ſubordinantur. nu. 41.

De duobus connexis eadem eſt ratio, atq; vna deciſio. n. 42.

Nec ratio in contrarium reddi poteſt.

29 *Crucifixus, quia Cruci confixus fuit, dicitur.*

Et à Cruce Crucifixus.

Crucem alloquimur, & deprecamur quaſi ipſum Crucifixum.

Crucifixum non niſi in Cruce nos ſequi oportet, ſi poſt eum ire volumus. n. 31.

In vitam quoq; æternam. & n. 32.

30 *Cruci confixos eſſe oportet, qui volunt piè viuere in Chriſto.*

Neq; in alio gloriari, quàm in Cruce Domini.

31 *Locus Matthæi* 16. 24. *Si quis vult venire*

poſt

Digitized by Google

poſt me,&c.expenditur.
34 S.Andreas Apoſtolus Crucem quomodo ſalutarit mox in illa figendus,cùm à longè eam aſpexiſſet.
35 Chriſtus per Crucem Principatum obtinuit.
Sine Cruce Chriſtus non eſt. ſicuti nec Rex ſine Regno.n.37.
Et quare?n.38.
Et à Cruce regnauit.
36 Locus Iſaiæ 9.6.factus eſt Principatus ſuper humerum eius.de Chriſto elucidatur. ex Tertulliano,& alijs.
Quia Crucis è throno regnare cœpit.n.38.
43 Decretum Sacræ Congregationis Rituum de Sanctis in Patronos aſciſcendis.
In Chriſto locum non habet.& nu.50.
Ratio affertur.
Neq; de Cruce loquitur.n.56.
Loquitur de Patronis per Ciuitates,Oppida, & Regna in Patronos aſciſcendis. num.67.
Non ergo de peculiari Eccleſia.
44 Chriſtus,non Sanctus, ſed Sanctus Sanctorum.
Et Dominus. Et Dominus eſt,& Creator omnium.num.51.
Deus de Deo.
Subſiſtit ſuppoſito Diuino Verbi.
Nec purus homo ,ſed homo Deus.n.45.
Et in duabus naturis Diuina,& Humana vna eſt Chriſti perſona.n.47.
Sanctus per Eſſentiam.n.48.
45 Anima rationalis,& Caro vnus eſt homo.
46 S.Athanaſius ab immortalitate nomen accepit.
47 Neſtorius , qui in Chriſto duas aſſerebat perſonas damnatus fuit in Concilio Epheſino.
48 Deus Sanctus per Eſſentiam. & numer.49. in fin.
49 In Trinitate nihil prius ,aut poſterius,nihil maius,aut minus.
Sed in ea æqualitas.
52 Epiſcopus ordinandus,quæ proteſtari debet circa fidem Chriſti.
53 Chriſtus eſſentialitèr Dominus eſt , & Protector omnium Chriſtianorum.
A Chriſto Chriſtiani dicuntur.
Eſt propitiatio pro peccatis noſtris. n.55.
Pontifex in æternum.
Semper viuens.
Patronus pro nobis interpellans apud Patrem.
Chriſtus Dominus in Cruce moriens terga ad Orientem vertit.n.63.
Quia indè peccati cœpit origo. ex Hieronymo.
Chriſtum nullibi reperiemus , niſi in Cruce,& cum Cruce.n.64.& 65.
54 Aduocatus,& Patronus ſunt idem.
57 Crux Chriſti inſtrumentum eſt redemptionis noſtræ.
Et Clauis , qua nobis Chriſtus Paradiſum aperuit.
Eſt & Cathedra docentis paſtoris , & Epiſcopi.n.61.
In ea per mortem Diabolum dextruxit.
Eſt inſtrumentum coniunctum Chriſto.n.62.
58 Locus Iſaiæ 22.22.Dabo Clauem domus Dauid ſuper humerum eius.expenditur.
59 Clauis,poteſtatis iuriſdictionem , animarumq; ſignificat gubernationem.
Indè Claues Eccleſiæ.n.60.
Poteſtatem ligandi, atq; ſoluendi ſignificant.
65 Crux,& Chriſtus correlatiua ſunt.
Nec ab inuicem ſeparantur.
Nec ſine Cruce Chriſtus Ieſus.
66 Correlatiuorum quod de vno dicitur , de altero affirmatur.
Quia ſunt ad inuicem conuertibilia.
Simul natura.
Simulq; cognitione.
68 Verba cui non cōueniunt diſpoſitionis,neq; diſpoſitio ipſa congruet.
69 Diſpoſitionis ratio ſi ceſſet , & eius diſpoſitio ceſſare quoq; debebit.
Sicut contrà,remota ratione diſpoſitionis, eius quoq; prohibitio remouetur. n.71.
70 Cauſa non exiſtente,effectus non ſequitur.
72 Crucis Symbolum,& Paganis,ſalutis ſignū fuit,in littera Tau.
Et in Serapidis Templi parietibus viſum.
Crucis ſigno myſteria omnia noſtræ fidei perficiuntur.n.73.
Atq; ſanctificantur.
Et ex vtero ipſo matris, ad terræ vſq; vterum in ſepulchro,Crucis munimine protegimur.n.74.
75 Pater Ioannes Ioannutius ex Patribus Oratorij S.Philippi Nerei in Eccleſia Nona Vrbis,celebratur.

ARGVMENTVM.

Sacrorum Rituum Sacræ Congregationis Decretum anno 1630. de Sanctis in Patronos aſciſcendis, an locum ſibi faciat, ſi alicuius Eccleſiæ Presbyteri, quòd in illa Sanctæ, adorandæq; Crucis ligni fruſtulum aſſeruatur , ſub illius Chriſti Domini vexilli,protectione ſe ſe ſubijcere velint,

vel

vel verò à Sacra ipſa Congregatione facultatem hanc obtinere debeant?In controuerſiam vertitur.Qua occaſione, & ſi pauca,de Sanctæ,adorandęq; Crucis vexillo preconia quædam efferuntur; Et quid de Chriſto Domino Cruci ſuffixo?Cùm ſint hæc correlatiua, Chriſtus Ieſus Crucifixus,& Crux, ſub qua in Chriſti militia Chriſtiani militant, qui eidem nomen dederunt.

RESPONSIO XL.

1 QVI nauigant mare, enarrent peri-
cula eius;& audientes auribus no-
ſtris admirabimur. Sapiens ille
dixit filius Sirach *Eccleſiaſtici*
*43.26.*Maxima quippè nauigan-
tium mare hoc magnum, & ſpatioſum ma-
nibus ſunt pericula,& fluctuum, & marino-
2 rum monſtrorum,ac Piratarum,quando,(vt
Paulo Romam eũti accidit, *Actuum* 27.28.)
neq; Sole,nequè ſyderibus apparentibus per
plures dies tempeſtate non exigua, in pro-
fundo maris homines reperiuntur, vt iam
ablata videatur ſpes omnis ſalutis, mortéq;
præſtolétur in ianuis,ſi ſydus aliquod oria-
3 tur illis, vndè ſe proximos terræ eſſe intelli-
gant,vitamq; iàm deploratam euaſiſſe; non
nè letantur omnes,non ne in Cœlum oculos
ſubleuantes, Deum laudibus concelebrant,
& benedicunt, gratias agentes liberatori?
4 *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus,*
illic reptilia,quorum non eſt numerus. Ani-
malia puſilla cum magnis: illuc naues per-
*tranſibunt.*Pſalm.103.25.& 26. Præſens hoc
ſeculum æſtimatur,in illo reptilia ſunt, quo-
rum non eſt numerus, animalia puſilla cum
magnis; & ſanè puſilla, vt cibum ſint maio-
rum,quando qui potentiores ſunt infirmio-
res opprimunt,& deuorant. ſydus quod ori-
tur nobis in tenebris noctu, diuq; verſanti-
5 bus in hoc mari magno Crux eſt Chriſti,ſy-
dus illud fulgens. quod Nautæ in altiſſimo
Oceano nauigantibus Cruciatum,ſiuè Cru-
6 ciferum appellãt. Aſtrorum enim intelligẽ-
tes in Polo Antartico quatuor fulgidiſſimas
Stellas collocant, Crucis;præſeferentes ſpe-
ciem,has Nautæ Cruciferum, ſiuè Crucia-
tum appellare conſueuere, de hoc Sedulius
lib.4. operis Paſchalis 131. cuius quoq; me-
minit Doctiſſimus Carthagena de Chriſto
*lib.*30.*homilia* 24.ſic cecinit.

Neuè quis ignoret ſpeciem Crucis eſſe colendam,
Quæ Dominum portauit ouans ratione potenti,
Quatuor indè plagas quadrati colligit Orbis,
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,
Occiduo Sacra lambuatur ſydere planta;
Arcton dextra tenet, medium leua erigit axem,
Cunctaq; de membris viuit natura creante,
Et Cruce cõplexum Chriſtus regit vndiq; mundum.

7 Nec longè alitèr Ambroſius *tom.3.ſer.56.*
ſic ipſe de ſydere hoc Crucis loquitur. *Cæ-*
lum(inquit)*quoq;ipſum huius ſigni figura*
diſpoſitum eſt: nam quatuor partibus, hoc
eſt Oriente,& Occidente, ac Meridiano, &
Septentrione diſtinguitur, quatuor quaſi
*Crucis angulis continetur.*ſic ille. Hoc eſt ſi-
8 gnum illud, quod Conſtantino demonſtra-
tum eſt,vt vinceret; aduersùs Maſſentium
pugnaturo *In hoc ſigno vinces.*quia in hoc ſi-
gno vincimus omnes, non homines tantùm,
ſed ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. vt
Paulus ad *Ephesios* 6.12. loquitur. ſub hoc
9 ſigno omnes,qui Chriſto nomen dedimus,
militamus. A quatuor vẽtis,vt dicit Dominus
in Euangelio *Matthæi* 24.31.omnes voca-
10 ti ſumus. Audi quæſo Auguſtinum ſuper
Pſalm. 136. *Partes enim mundi quatuor*
ſunt:(inquientem)*Oriens,Occidens, Aquilo,*
& Meridies.Ab omnibus iſtis quatuor ven-
tis,ſicut dicit Dominus in Euangelio, à qua-
tuor ventis ſe collecturum electos ſuos: ab
omnibus ergo iſtis quatuor ventis vocatur
Eccleſia.Quomodo vocatur? vndiq; in Tri-
nitate vocatur,non vocatur niſi per Baptiſ-
mum:In nomine Patris,& Filij,& Spiritus
Sancti:quater enim ter ducta duodecim in-
11 *ueniuntur.*Ab his itaq; quatuor mundi pla-
gis omnes ad fidem euocamur Chriſti ſub
Sanctæ Crucis Vexillo. vbiq; enim

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis myſterium,
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.

12 Et Crucis ipſo ſigno protecti, quo in no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti nos
ſignamus,vbiq;vincimus, vbiq;triũphamus.
Neceſſariò ergò ſub hoc ſigno milita-
mus, qui ſemel voluntariæ nomen dedi-
13 mus Chriſto. Nos ipſi in humani corporis
figura Crucem delineamus. Accedat exco-
gitationis huius Iuſtinus Martyr in Apolo-
gia ſecunda,teſtimonium ferẽs, ac loquens;
At humana figura non alia re à belluis dif-
fert,quàm,quòd & recta ſit,& manuum ex-
tenſionem habeat, & in facie à fronte pro-
tenſum naſum, per quem & reſpiratio ani-
malibus eſt,neq;aliud demonſtrat, quàm

ſi-

14 *ſignum hoc Crucis.* neq; extrà rem Hiero-
nymus in cap. 11. Marci. *Homo natans per*
aquas, formam (dixit) *Crucis, ſicut & piſces,*
aſſumit. Nullo ergò alterius cuiuſquam ful-
cimine indigemus, vt nos ſub Crucis vexil-
lo Chriſti reducamus, illuſq; tutamine pro-
tegamur.

Erunt hæc ipſa, quæ diximus, & ſi pauca,
præludium quodam ad factum, quod ſubij-
cimus.

15 Eccleſia eſt in Ciuitate Panormi Sanctiſ-
ſimo Chriſti Martyri Ignatio dicata. Eiuſdē
Eccleſiæ Fundator a Patribus, qui in illa
ſunt, fuit Sanctus Chriſti Cōfeſſor Philippus
Nerius. Hac in Eccleſia ex ligno Sāctiſſime,
adorandæq; Chriſti Crucis, fruſtulū, nō con-
temnendum, aſſeruatur. Qui Eccleſiæ curam
gerunt Sacerdotes, qui in illa reſident, ſub
Sanctæ Crucis Vexillo ſe protectos eſſe
amant, illiuſq; ſub protectione viuere. An
hoc poſſint in difficultatem eis reuocatur:
Quòd Eccleſiæ Titularis Sanctus Ignatius
Martyr ſit: Fundator Sanctus Philippus; vi-
deri hoc illis vetitum ex Sacræ Congrega-
tionis decreto nouiſſimo anno 1630. de
aſciſcendis in Patronos, ſeu Protectores, Sā-
ctis edito, ad illam propterea habendum
recurſum.

Hoc verò an rectè dixerint? Cauſæ huius
ſtatum faciebat. Conſulti proindè nos; nullo
illos teneri ſcrupulo poſſe, quin ex ſe ipſis
hoc agerent, reſpondendum cenſuimus. De
Crucis enim vexillo Chriſti, ac vniuerſorum
16 Regis agitur. Crux verò Chriſti Domini, &
Seruatoris noſtri eodem prorſus honore ho-
noratur, quo Chriſtus Redemptor; quemad-
modùm purpura Regis eodem, quo Rex ho-
nore afficitur. ex Damaſceno *lib. 3.* orthodo-
xæ fidei *cap. 8. S. Thom.* Doctor ille Angeli-
cus *2. 2. quæſt. 103. art. 4. ad 3.* Quod planè
de ipſa Sanctiſſima Cruce exauditur, in qua
Chriſtus pependit, ſuumq; effudit pretioſiſ-
ſimum ſanguinem, noſtræ redemptionis
pretium magnum, quo ſumus redēpti. iuxtà
Pauli ſenſum *1. ad Corinth. 6. 20.* Quia cor-
pori eius Sanctiſſimo coniuncta fuit, eiuſq;
perfuſa ſanguine. Nàm ſicut Rex, & eius pur-
pura, venerari dicitur: vt perpendit *Caietan.*
17 *d. art. 4. ad 3.* quam ob cauſam adoratione
latriæ adoratur. & vt Chriſti imago, & vt ſan-
guine eius perfuſa. *S. Thom. 3. part. quæſt. 25.*
art. 4. Ioann. Azor. inſtitutionum moralium
part. 1. lib. 9. cap. 5. quæſt. 8. Franciſcus Leo
Epiſcopus Theleſinus in *Theſauro fori Ec-*
cleſiaſtici part. 2. capit. 1. numer. 25. etiam
18 ſi ex alia materia fuerit, tantùm vt Chri-
ſti imaginem. *Sanctus Thom. ibid. in corpor.*
in fin.

19 At prohiberi nemo gentium poteſt, quin
ſe ſub Chriſti Redemptoris protectione
ſubijciat: Quia ipſe omnium Redemptor eſt,
& Creator, eiuſq; ſumus, & vt creati, & vt re
dempti. *can. qui abſtulerit. 6. 12. quæſt. 2.*
& can. qui Epiſcopus. 2. diſtinct. 23. can. cū
Redemptor 08. ead. 12. quæſt. 2. Ergò neque
20 Sanctæ eius Cruci, quæ eius adiuncta cor-
pori in ea Redemptio facta fuit: Nàm per li-
gnum ſerui facti ſumus, per Sanctam Cru-
cem liberati ſumus. Sancta canit Eccleſia.
Liberati ergo per eam, eius quam meritiſſi-
mo iure nos protectioni ſubmittimus, quaſi
21 ſub Chriſti Regis Vexillo, ſub quo milita-
mus, Chriſtoq; nomen dedimus. Quemad-
modùm Bernardus ad Innocentium Papam
22 epiſt. 190 dicit: *Non requiſiuit Deus Pater*
ſanguinem Filij; ſed tantum acceptauit, quia
ſalus erat in ſanguine: ſiquidèm pro quali-
tate vulneris allata eſt medicina. Super Cru-
23 cem autèm hic ſanguis effuſus fuit. Sicut er-
gò sāguinis protectioni nos iurè ſubijcimus,
quo redempti ſumus: ità paritèr & Sanctæ
24 Crucis. Quod nempè de connexorum, con-
iunctorumq; vno dicitur; hoc de altero ne-
gare nec poſſumus, nec debemus. ex Augu-
ſtino *can. quo iure. 1. in fin.* & ibidem *Gloſſ.*
verbo *dicere. diſt. 8. can. ſi quis obijecerit. 7. 1.*
quæſt. 3. can. hęc quippè 10. vbi *Gloſſ.* verbo
ſubrogati. 3. quæſt. 6. cap. translato 3. de con-
ſtitutionib. cap. ſuper eo 4. ibidemq; *Gloſſ.*
verbo *in vtroq;* & *Barboſ. nu. 3. de parochijs.*
ex Paulo item lib. 18. ad edictum in *l. eum*
qui iurauit. 30. §. ſi libertus. ibidemq; *Gloſſ.*
verbo *nec operatur petitio, ff. de iur. iurand.*
25 Quia connexa ab inuicem diſiungi non
poſſunt. Rationem excipe ex Auguſtini ver-
bis *d. cap. translato. 3. de conſtitution.* quibus
ſic loquitur: *Quia enim ſimul, & ab eodem,*
& ſub eadem ſponſione vtraquè data ſunt;
quod de vno dicitur, neceſſe eſt, vt de altero
intelligatur. apertiſſimè quoq; Vlpianus lib.
25. ad edictum in *l. eum, qui actum. 18. in*
ipſo princip. ff. de negot. geſt. verba, ex quibus
argumentum ſumimus aptiſſima ad rem
ſunt noſtram, idcircò in medium illa afferi-
mus. *Eum actum,* (inquit) *quem quis in ſer-*
uitute egit, manumiſſus nō cogitur reddere.
Planè ſi quod connexum fuerit, vt ſeparari
ratio eius, quod in ſeruitute geſtum eſt, ab
eo, quod in libertate geſſit, non poſſit, conſtat
venire in iudicium, vel mandati, vel negotio-
rum geſtorum, & quod in ſeruitute geſtum
eſt. ſic Vlpianus, & *Gloſſ.* ibidèm verbo *non*
poſſit. & *Paulus de Caſtro. Gratian. forenſ. di-*
ſcept. part. 2. cap. 356. num. 3. Quàm autem
26 connexa inuicem ſint Chriſtus, Sanguis, &
Crux, ex quibus redemptio conſtat, nemo
eſt, qui non videat, ſi ſapiat ipſe, nec ſit inſi-
piens. Separari igitur ab inuicem non pote-
runt.

Quod ergò de vno dicitur, vt de altero
intelligatur neceſſe erit. ex Auguſtino vbi
ſuprà. diximus *reſponſ.* noſtra 51. *numer. 59.*
part. 3.

27 Et quidèm connexa ea dicuntur, quorum
actiones vna communicantur, & ab eadem
cauſa, & ratione procedunt, & eorundem
vnum

Digitized by Google

vnum eſt nomen. ſecundùm *Calderinum*
conſ.4.verſ.in contrarium facit.de religioſis
*domibus.*probat hoc *Gloſſ.in d.l.eum actum*
18.verbo *non poſſit, ff.de negot.geſt.* dicens;
tunc dici res ſeparatas, quando circa diuer-
ſa omnino officium ſuum geſtor adhibuit,
tunc verò inſeparabiles,& connexas, quādo
circa eandem rem tantum geſtoris perſeue-
rat officium.ſubdens ad rem: *Et ſic dicitur*
ſeparata,et inſeparabilis ratione rei,in quam
*impenditur ratione impenſæ.*ſequiturq; Ro-
ta Marchiæ apud *Gratian.dec.60.num.6.&*
28 *ſeq.* In vnam humani generis redemptio-
nem hæc omnia coiuere Crux,ſanguis,Chri-
ſtus.vnum igitur erunt,non ſeparata. non
ratione impenſæ,ſed rei,in quam impenſa
fuere.Et quid planè connexum magis per-
pendi, quidue dici poteſt, quàm Chriſtus
Cruci confixus,& Crux?Indè quippè Cruci-
29 fixus,quia Cruci cōfixus fuit.a Cruce enim
Crucifixus dicitur,quia in ea fixus,cōfixuſq;
fuit. vnde Crucem alloquimur, & depreca-
mur quaſi ipſum Crucifixum.*S.Thom.3.par.*
d.q.25.art.4.in corpore,in fin. Hinc omnes
30 qui piè volent viuere in Chriſto,& Cruci eos
configi oportet,vt carnem ſuam crucifigant
cum vitijs,& concupiſcentijs,iuxta Apoſto-
lum ad *Galatas* 5.24. vt abſit eis gloriari,
niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. ſe-
31 cundùm eundem ibidem *cap.6.14.*Quando
nō aliter,niſi in Cruce eum ſequi nos opor-
teat,ſi poſt eum in vitam æternam ire intē-
dimus.ſic enim ipſe *Matth.16.24.*nobis cō-
teſtatus fuit:*Si quis vult venire poſt me* (in-
quiens) *abneget ſemetipſum, & tollat Cru-*
*cem ſuam,& ſequatur me.*Quæ plane verba
Chriſtus Petro,& Diſcipulis dixit, cùm Pe-
trum increpauit,quod ei dixiſſet:*Abſit à te*
Domine; non erit tibi hoc. manifeſtauerat
quippè Chriſtus Dominus Diſcipulis ſuis:
Quia oporteret eum ire Hieroſolymam, &
multa pati à Senioribus,& Scribis, & Prin-
cipibus Sacerdotum,& occidi,& tertia die
reſurgere. Aſſumens eum Petrus cœpit
increpare illum dicens: *Abſit à te Domine:*
non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro:
Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi:
quia non ſapis ea,quæ Dei ſunt, ſed ea,quæ
hominum. Tunc Ieſus dixit Diſcipulis ſuis.
Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetip-
ſum,& tollat Crucem ſuam,& ſequatur me.
32 Quia ſi poſt Chriſtum etiam reſurgentem
ire volumus,eumq; glorioſum,& in gloriam
ſequi, Crucem nos tollere oportet. & poſt
eum abire, ita ad vitam cum ipſo glorioſi;
at Crucifixi, Crucemq; ferentes ingredie-
mur. Audi Auguſtinum *ſerm.47 diuer.* ſu-
per his verbis:*Tollat Crucem ſuam, & ſe-*
*quatur me.*dicentem:*quò ſequendus eſt Do-*
minus? Quò iſt nouimus: ſurrexit enim.&
aſcendit in Cœlum; illò ſequendus eſt. ſed
Crucem ferentes: nec deſperandum: nam
ipſe adiuuat.Si ergò Crucem poſt Chriſtum
nos ferre ſemper oportet, vſq; quo cum illo
in gloriam ingrediamur. fiet nè nobis ſcru-
pulus,ne Cruci nos protectioni ſubijciamus:
quos Crucē poſt Chriſtum ferre manet ne-
33 ceſſitas:Sicuti verò Chriſti ſe ſe protectionī
ſubijcere datum eſt omnibus, pariq; modo
& Sanctæ Crucis,in qua ipſe pependit, vndè
Crucifixus dicitur,& ex cuius membris de-
corem illa attraxit, vt per eam nos ille reci-
piat,qui per eam redemit nos.non nè hiſce-
34 met verbis Sanctus Andreas Apoſtolus,ger-
manus Petri,& in paſſione ſocius, Crucem
interpellauit,cum a longè aſpexiſſet,in qua
figendus erat?Vtiquè: O *bona Crux.*(inquit
lætabundus) *quæ decorem ex membris Do-*
mini ſuſcepiſti,diù deſiderata,ſolicitè amata,
ſine intermiſſione quæſita,et aliquādo cupiē-
ti animo præparata:accipe me ab hominibus,
et redde me Magiſtro meo,vt per te me recipi-
*at,qui per te me redemit.*his verbis Andreas.
35 Per Crucem nempe Principatum Chriſtus
obtinuit.quod diù antè *Iſaias 9.6* prædixe-
36 rat:*Factus eſt Principatus ſuper humerum*
eius. Effert locum hunc apprimè argumen-
toſè Magnus ille Tertullianus lib.3.aduer-
ſus Marcionem dicēs:*Quis Regum inſignem*
poteſtatis ſuæ humero præfert,et non aut ca-
pite diadema,aut manu ſceptrū?ſolus nouus
Rex Chriſtus nouæ gloriæ poteſtatem hume-
*ro extulit,Crucem ſcilicet.*ità Tertullianus.
ſic etiam Iuſtinus Philoſophus, & Martyr.
Cyrillus Alexandrinus,Hieronymus,Augu-
ſtinus,alijq; apud *Blaſium Viegas* è Societa-
te Illuſtriſſima Ieſu in *Apocalypſ.cap.1.cō-*
37 *mentar.1.ſect.12.n.1.*Sine ſceptro Rex non
erit,nec ſine Cruce Chriſtus; qui ità conne-
xam illam habet,vt non manibus,non capi-
38 te,ſed ſuper humerū ferat.Et ſanè fuit Crux
Chriſto principatus, quia Crucis à Throno
regnare cœpit. vti Rex pſaltes Dauid,ſecun-
dum ſeptuaginta interpretum verſionem,
dixerat:*Dicite in nationibus, quia Dominus*
*regnauit à ligno.*canitq; Eccleſia:

Impleta ſunt quæ concinit.
Dauid fideli carmine.
Dicendo nationibus.
Regnauit à ligno Deus.

& aduertit *Carthagena* de Chriſto *libr.10.*
*homil 19.fol.mihi 751.col.1.in fin.*Connexa
39 itaq; ita Crux eſt Chriſto,ſicuti Regi Regnū,
vt ſine Regno Rex eſſe non poſſit. Regem
proindè qui admittit,& Regnum admittere
40 debebit:Quia nimirùm qui connexorum
vnum admittit,nec alterum reijcere poteſt,
quin admittat; quin tenebitur. ſecundum
Abb.in cap. cum inter canonicis 7. §. inferiora
41 *n.10.de election.* quoniam ſibi inuicem ſub-
ordinantur,vt vnum ſequatur alterum. ex
Hieronymi ſenſu contra Iouinianum lib.1.
relati [illegible] 7. [illegible] verbo
matrimonio [illegible] atque etiam
Innocentij Papæ ad Victoricum Rothomagē-
ſem Epiſcopum [illegible] 13.

diſt.34.& vnum inferat aliud. ex Auguſtino *d.cap. tranſlato.3.de conſtitution.* cum *Gloſ.* ibidem verbo *quod de vno*. Nec enim ratio
42 reddi in contrarium poteſt, cur de duobus connexis, eadem non ſit ratio, atq; vna deciſio; iuxta Vlpiani ſenſum in *l. poſthumi.3. ff. de iniuſto, rupto, irrito; teſtam.* vbi *Gloſſ.* verbo *diuerſitatis*, quæ ſic infert. *Ergo idem ius*, eiuſdemq; ſenſus videntur Imperatores Seuerus, & Antoninus in *l. 1. C. de inofficioſ. teſtament.* nec aliter Venuleius ſenſit lib. 10. epiſtolarum in *l. Attitio ità ſtipulatus 108. in fin. princ. ff de verb. oblig.* illis verbis: *Cur idem in dote promiſſa reſpõdeatur, ratio reddi non poteſt*, quo loco *Gloſſ.* verbo *reddi*, ſic notãdo infert. *Nota quòd vbi in diuerſis factis non poteſt ratio diuerſitatis reddi. idem ius ſtatuendum eſt.* multo magis vtiq; (inferamus nos) vbi res ſunt connexæ, & ratio diuerſitatis reddi minimè poteſt, ius idem ſtatuendum erit.

43 Deindè, & cominùs: Quia Sacræ Congregationis Sacrorum Rituum decretum dicto anno 1630. de Sanctis in patronos aſciſcen-
44 dis loquitur: Chriſtus verò non Sanctus ſimpliciter, ſed Sanctus Sanctorũ eſt, & Dominus; quia Deus de Deo. Chriſtus enim ſuppoſito ſubſiſtit Diuino Verbi, proptèr
45 hypoſtaticam vnionem. Vndè non purus homo, ſed homo Deus eſt, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ: *Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo:*
46 *ita Deus & Homo vnus eſt Chriſtus.* in ſymbolo Athanaſij (qui ab immortalitate nomen accepit) fides profitetur Catholica.
47 Et in Concilio Epheſino Theodoſij Auguſti tempore, in quo ducenti interfuere Epiſcopi impijſſimum damnantes Neſtorium, qui in Chriſto duas aſſerebat perſonas; Induabus naturis diuina, & humana; vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam proteſtantes, in *can. canones generales 1. §. tertia Synodus diſt. 15.* relata à Gratiano ex *Iſidoro* lib. Ethymologiarum *6. cap. 16.* & in Concilio Carthaginenſe, cui Auguſtinus Honorij Cæſaris temporibus interfuit, à Gratiano *can. qui Epiſcopus 2. diſt. 23.* relato. Eodemquè Auguſtino ab eodem Gratiano reducto *can. hoc eſt 48. de conſecrat. diſt. 2.* rationem reddente, dicenteq; *Chriſti perſona conſtat, & conficitur Deo, & homine: Cùm ipſe Chriſtus verus ſit Deus, & verus homo. & S. Thom. 3. part. q. 17. art. 1. Poſnanien. deciſion. Theologicar. lib. 3.*
48 *cap. 3. q. 5.* Si Deus, Sanctus proindè per Eſ-
49 ſentiã. Quia in *Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed tota tres: Perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.* vt in Symbolo eodem Athanaſij Sancta profitetur Eccleſia. *Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna eſt Diuinitas: æqualis gloria, coæterna maieſtas.* & ità *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus*, eadem fidei profeſſione apud eundem. Et ſicut *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus*. Ita prorsùs: Sanctus Parer, Sãctus Filius, Sanctus Spiritus Sanctus. Non
50 itaq; de Chriſto, neq; de Deo, de Sanctis loquens decretum in patronos aſciſcendis,
51 exaudietur. Quia *Chriſtus vnus Dominus, & Creator omnium, qua ſunt, & auctor; Dominus, & Rector cum Patre, & Spiritu*
52 *Sancto omnium creaturarum*. quemadmodùm qui Epiſcopus ordinandus eſt, proteſtari debet. apud Gratianum *dict. can. qui*
53 *Epiſcopus 2. diſt. 23.* Eſſentialitèr igitur Chriſtus, Dominus, & Protector eſt omniũ Chriſtianorum, qui ab ipſo Chriſto Chriſtiani dicuntur, *can. olim 8. 8. q. 1. can. poſtquàm 88. in fin. de conſecrat. diſt. 4.* Nulla ergò indigemus facultate alia, vt ipſum Dominum Chriſtum in Patronum nobis habeamus, & protectorem, qui naturalitèr noſter Patronus, & Protector eſt, & Aduocatus
54 omnium noſtrum, conſequenterq; Patronus, ad *text. in l. 1. C. de Aduocatis diuerſo-*
55 *rũ iudicum*. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris tantùm, ſed etiã pro totius Mundi, *1. Ioann. 2. 2.* Pontifex factus in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. *Pſalm. 109.* ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. *ad Hebræos. 7. 17. 24. & cap. 5.* vt Patronus vtiq; noſter, qui pro nobis apud Patrem interpellat. Et fidelis Pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi. *ad Hebræos. 2. 17.* Pariq; modo nec
56 facultate aliqua indigebimus, vt Sanctæ Crucis ſub Protectione peculiari nos iure ſubijciamus. Cùm quia de Cruce decretum non loquitur, ſicutinequè de Chriſto Domino. Tùm quia Crux inſtrumẽtum eſt re-
57 demptionis noſtræ. Clauis, qua nobis Chriſtus Paradiſum aperuit iuxta *Iſaiæ* illud *22. 22. Dabo clauem domus Dauid ſuper hume-*
58 *rum eius.* profectò quod Chriſtus tanquam claue, Paradiſum à principio clauſum, nobis aperuit Cruce. nam Cruce clauem appellat S. Ioann. Chryſoſtomus homilia de diuite *tom. 2.* & S. Augnſtinus *Pſalm. 45.* & *Viegas eodem commentar. 1. ſect. 12. ſub n. 1.* Quia tamen grauis erat ad portandum, non è cingulo pendentem, ſed ſuper humerum illã portare dicitur. Clauis nempè po-
59 teſtatis iuriſdictionem, animarumq; ſignificat gubernationem; ſuper humeros portatur, vt olim imperauerat Deus (*Exod. 19.*) Sacerdoti, vt nomina filiorum Iſrael, ſuper vtroq; ſuperhumeralis latere portaret: *Portauit Aaron nomina eorũ corã Domino ſuper vtroq; humerũ.* Carthag. *d. lib. 10. hom. 19.*
60 *fol. 751. col. 2.* nec ſanè incõuenit Clauis nomine poteſtatem ſignificari, veluti Claues Eccleſiæ dicuntur, quas Petro Chriſtus dedit Matthei *16. 19. Et tibi dabo Claues regni Cœlorum, quodcunquè ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcunq;*

cunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: poteſtatem, ſcilicet ligãdi, atq;
ſoluẽdi. ex *Gloſſ.* in *ſumma* verbo *dedit diſt.*
21. & ex *Extrauaganti Ioannis XXII. Quorundam.* 1. *de verborum ſignificat.* traditquè
pluribus *Nauarr. in can. voluiſſent.* 60. §. *ex*
61 *ijs, de pœnit. diſt.* 1. *num.* 2. Eſt & Cathedra
docentis paſtoris, & Epiſcopi animarũ noſtrarum Chriſti Ieſu. 1. *Petri* 2. 25. in qua per
mortem deſtruxit eum, qui habebat mortis
imperium, id eſt Diabolum. Paulus ad *He-*
62 *braos* 2. 14. Eſt præterea Inſtrumentum
coniunctum Chriſto, qui pependit in ligno,
factus pro nobis maledictum, vt nos à maledicto liberaret: Quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui pendet in ligno ad *Galatas*
3. 13. in qua re aduertendum, nec intempeſtè erit, quod quidam dixere: Chriſtum
63 Dominum in Crucis patibulo morientem,
terga ad Orientẽ vertiſſe. in Oriente enim
origo fuit peccati, quãdo in ſuperbiam elatus Lucifer: *In cœlum conſcendam* (inquit)
ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Iſaiæ 14. 13. ſed ad Infernum detractus fuit in
profundum Laci. atq; Euam ad Dei tranſgrediendum præceptum, vetitum pomum
comedẽdo, induxit. *Geneſ.* 3. monſtrare hoc
videtur Hieronymus ad Damaſum, relatus
à Gratiano in *can. Quoniam vetuſto.* 25. *circa medium* 24. *q.* 1. illis verbis: *Nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur: in Oriente autem
Lucifer ille, qui ceciderat, ſuper ſydera poſuit
ſolium ſuum.* Et adnotauit *Principius Fabritij* in alluſionibus, & ſignis, & emblematibus in vitam Gregorij XIII. *lib.* 4. *tit.* 2. *alluſione* 10. *fol. mihi* 218. (Ab Oriente occaſus.) in annotationib. Sicut itaq; facultate
nulla indigemus, vt Chriſtum ſuſcipiamus
Crucifixum, eiuſq; ſub protectione viuamus; pari quoq; modo, vt Sanctam Crucem
64 eius ſubeamus, eiuſq; ſub protectione ſimus: qui enim à Cruce proteguntur, à Chriſto vtiq; qui in ea pependit, protectione firmantur. nullibi enim niſi cum Cruce Chri-
65 ſtum reperiemus, neq; ſine Chriſto Crucẽ.
ſunt nempe correlatiua inuicem Crux, &
Chriſtus in ea Crucifixus. ſi Crucifixũ quærimus, in Cruce vtiq; cõfixum inueniemus.
ita Angelus ad mulieres *Matth.* 28. 5. ad
monumentum eum iam Crucifixum quærentes, àtq; in ſepulchro iacentem, vt vngerent eum mortuum: *Scio enim, quòd Ieſum,
qui Crucifixus eſt, quæritis.* Crucifixus, ergo in Cruce fixus. nec ſine Cruce Chriſtus
66 Ieſus. Quod autem de vno dicitur correlatiuorum, hoc de altero affirmandum erit:
Quia ſunt ad inuicem conuertibilia, ſimul
natura, ſimulq; cognitione. ſecundum Philoſophum. & ex Iuliani Imperatoris ſenſu in
l. fin. C. de indicta viduitate tollenda. l. 1. *C.
de cupreſſis lib.* 10. *l. fin. ff. de acceptilationib.
Petrus Gregorius Tholoſates ſyntaxeon artis mirabilis lib.* 5. *cap.* 3. *& in commentarijs
tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *Euerard. in locis argumentandi. loco à correlatiuis. Barboſa aſſiomate*
61. *nu.* 1. *Gabriel communium concluſ. lib.* 6.
tit. de legibus, & conſtitutionib. concluſ. 3.
nu. 1. *&* 14. diximus *reſponſ.* noſtra 36. *nu.* 3.
& ſeq. part. 3.

67 Præterea Decretum præfatum Sacræ Rituum Congregationis, de Patronis per Ciuitates, & Oppida, ſiue Regna aſciſcẽdis loquitur. cauſæ verò ſtatus huiuſce eſt, de protectione ſub Sanctæ Crucis vexillo in peculiari Eccleſia, in qua Crucis ipſius fruſtulum eſt, per Sacerdotes illius ſubeunda. Nõ
pares itaq; termini ſunt, vnius ad aliam quę-
68 ſtionem. Non ergò ad hanc verba referentur decreti, de qua non meminere, ergò nec
diſpoſitio. ex Vlpiani ſenſu lib. 1. ad edictum
in *l. dies cautionis.* 4. §. *toties.* ibidemq; ex *Caſtrenſis ſummario ff. de damno infecto.* Luculentiuſq; Vlpianus idem lib. 34. ad edictũ
in *l. ſi verò negotium* 65. §. *de viro. ff. ſoluto
matrimo. cap. indemnitatibus* 43. *de electione lib.* 6. *Nauarr. conſ.* 12. *in fin. lib.* 1. *de maiorit. & obedien. & conſ.* 6. *nu.* 2. *lib.* 3. *de ſtatu regular. Gonzalez ad regul.* 8. *Cancellar.
Gloſſ.* 5. *in princip. nu.* 24. *Rota in recentiorib.
part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 502. *ſub num.* 3. *& apud
Coccinum deciſ.* 460. *nu.* 5.

Non equidèm quæ in decreto prædicto
Sacræ Rituum Congregationis enumerantur requiſita de Sanctis in Patronos aſciſcẽ-
69 dis, huic quadrant quæſtioni. ergò nec eius
diſpoſitio. Ceſſat proindè diſpoſitionis ratio in hac, de Sanctæ Crucis protectione in
peculiari Eccleſia Clericorum ſecularium,
non Laicorum, ſubeunda. Ceſſare propterea & eius debebit diſpoſitio, ac prohibitio.
70 Nunquàm enim effectus ſubſequi poteſt,
cauſa non exiſtente, à qua ille producitur,
emanaturq; *can. Statuimus* 8. §. *ſed ſciendũ
eſt. diſt.* 61. *can. quod pro remedio* 7. ibidẽq;
Gloſſ. verbo *ceſſante* 1. *q.* 7. *cap. magna deuotionis.* 7. *in finalib. verbis. de voto, & voti redemptione. cap. cùm ceſſante.* 60. *de appellat.
cap. quia circa* 6. *de conſanguinit. & affinit.
cap. cùm à multis.* 9. *de ætate & qualitat. cap.
miramur* 7. *de ſeruis non ordinand. l. quod
edictum* 33. *ff. de pactis. l.* 1. *in princip. ff. de
legitim. tutorib. Lapus allegat.* 106. *num.* 3.
Caſſaneus conſ. 1. *in* 2. *part. nu.* 4. *Nauar. in
can. Sacerdos penult. n.* 120. *in fin. de pœnit.
diſt.* 6. Sed ratio diſpoſitionis huiuſce, ſiuè
decreti, neq; verba ipſa, neq; materies, neq;
perſonæ, de quibus illud verba facit, huic
adaptantur facto, de quo cauſæ ſtatus firmatus fuit. Ergò nec eius ſedebit diſpoſi-
71 tio. Ratione igitur, atq; diſpoſitione Decreti
ſine prohibitione remota: nil remorabitur,
quin effectus ſequatur, vt liberum ſit Sacerdotibus his Sanctæ, adorãdæq; Chriſti Crucis ſe protectioni ſubijcere, qui ſub Crucis
ipſo vexillo militant, vt in huius maris vitæ
fluctibus, pœnè naufragantibus, ſydus oria-

tur Crucifetum, ſiuè Cruciatum, quo ſe ad
patriæ appellete portum confidunt. quando
72 & Paganis ipſis, (vt ex Hieronymi com-
mentarijs patet) Littera hebræa *Taù*, quæ
Crucis ſymbolum refert, ſalutis fuerit ſignũ;
& in Serapidis templi parietibus viſum fue-
rit. ex *Ioanne Thuilio tract. de ſymbolis fol.*
mihi 57. in præambulo Commentariorum
73 in emblemata *Alciati*. Et nihil ſit in fidei
noſtræ myſterijs, quod Crucis ſigno non
perficiatur, ſanctificeturq;, ipſi ordines, qui-
bus Chriſti Miniſtri initiantur: Crucis ſigno
perficiuntur Sacerdotes, Pontifices, ordines
omnes in Eccleſiaſtica Hierarchia ſine Cru-
cis adorandæ ſigno non vtiquè ſanctifican-
tur. ex Stephano Papa V. in *can. numquid non*
omnia 10. *de conſecrat. diſt.* 5. Ex matris vte-
74 ro eductus infans Sacro fonte ablutus,
Crucis ſignaculo ad militiam inauguta-
tur Chriſti. Sacramenta omnia Crucis
impreſſione ſigni ſanctificantur. ad funua
non ſine Crucis munimine, ac ſalutifero
ſigno defertur, ſepulchroquè quaſi in terræ
vtero conditur. Nihil initium Chriſtianis
eſt, quod non Cruce ſignetur. conquieſcet
animus, cùm Stephani Papæ *dict. can. num-*
quid non omnia audieris, perceperiſq; *Num-*
quid non omnia Chriſmata Sacerdotalis mi-
niſterij (inquientis) *Crucis figura perficiun-*
tur? Numquid baptiſmatis vnda, niſi Cruce
ſanctificata peccata relaxantur? & vt cæte-
ra prætereamus, ſine Crucis ſignaculo, quis
Sacerdotij gradus aſcendit? Cùm ergò ex ip-
ſo natiuitatis initio ſub Sanctæ ſimus Crucis
Vexillo, illoq; ſignamur, vt in mortem etiam
ſub Cruce militemus: *Cur quæſo te erit, vt*
non viuentes eius ſub protectione ſimus, vi-
uamuſq;? vt ab ortu Solis vſq; ad Occaſum
Crucis ſub protectione, vexilloq; ſimus.

Atquè ità ex his, iudicio non abiecto
acriori, melioriquè reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

75 Reſponſionem hanc in Alma Vrbe dedi-
mus, ſic efflagitante Adm. R. P. Ioanne Ioan-
nutio ex Patribus Oratorij S. Philippi Nerei
in Eccleſia Noua, ſiuè Sancta Maria de Valli-
cella nuncupata; Cui & in Sacra Theologia,
& in vtroquè iure non mediocritèr verſato,
noſtra, quàmuis peſſima, ac multa Sacramē-
tali confeſſione aperiebamus peccata, quæ
ille multa excipiebat patientia, charitateq;
multamq; ab eo conſolationem, multaquè
ſpiritualia documenta accepimus. Iurè pro-
pterea, ingratitudinis notam vt effugeremus,
tanti Viri memoriam hanc poſuimus.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum magna omninò eſt potentia.*
Dominantur omnibus. & n. 58.
Probatur ex Sacræ Scripturæ verbis. n. 2.
Mirabile ex ea factum refertur. n. 5.
3 *Homo patrem, matremq; relinquit, & patriã propter vxorem.*
Et eam diligit magis, quàm patrem, & matrem. n. 4.
6 *Zorobabel magnus Princeps Darij Regis Cubicularius.*
7 *Mulieribus ſua dant viri, quia eas amant.*
8 *Amor vnus eſt ex tribus, quę modum nõ habent. & nu.* 22.
Nec moras patitur. nu. 22.
Nec finem habere dicitur. n. 23.
Nec conſilium habet. nu. 24.
9 *Legatum vxori relictum, vt moraretur cum filio, ſi ille prior fatis cedit, debeatur, nè, cùm per illam non ſteterit?*
Affirmatiuè reſpondetur. & n. 28.
Siuè legatum ſit annuum. n. 10. & 12.
Multòq; magis ſi ſemel debeatur. n. 11. & *nu.* 14.
Et magna ſint erga vxorem amoris indicia. nu. 21.
Eamq; vſufructuariam etiam poſt mortem filij reliquerit. n. 25.
13 *Conditio pro impleta habetur, ſi per eum non ſtetit, qui eam implere tenebatur.*
15 *Animi internus ſenſus ex verbis pateſcit.*
16 *Legatum legatarij gratia relictum videtur magis, quàm alterius.*
Et ex quibus arguatur.
Quamuis modus legato adiectus deficiat. nu. 18.
Ratio affertur. n. 19.
Vel ſi legatum priùs ſoluendum ſit, poſtmodùm verò ſubeundum onus. n. 20.
Vel ſi non vulgaria appareant diſponentis erga legatarium amoris indicia. nu. 21.
17 *Determinatio plura reſpiciens determinabilia, æqualitèr determinari debet.*
26 *Vxori relictum legatum, cum conditione, vt cum filijs moraretur, an conditionem, vel modum verba illa importent? diſcutitur.*
Primò ſi priùs ſoluendum legatum fuerit, poſtmodùm onus ſubeundum, modum referunt, non conditionem. n. 27.
27 *Modus magis, quàm conditio adiecta videtur, ſi primariò ſit legatum ſoluendum, poſtmodùm ſubeundum onus.*
In dubio præſertim. n. 35.
29 *Verba ambigua, & quæ duplicem ſenſum admittere poſſunt in legatis, pro legatario magis interpretanda.*
30 *Legatum eſt donatio teſtamento relicta.*

Lar-

Largiorem proindè interpretationem admittit.n.31.

Quia liberalitatem in legatarium legando teſtator exercere videtur.

Et legatarius in re ipſa legata magis dilectus hærede videatur.n.32.

Eiq; proindè magis fauendum.n.33.

34 *Verbis inſiſtendum teſtatoris, eius vt mentem aſſequamur.*

36 *Legati dominium rectà via, ab hæreditate adita, in legatarium tranſit.*

37 *Vxor ſecundas contrahens nuptias omne id amittit, quod ei ex primo viro lucro cedebat.*

Dicitur enim ſe ſecundis nuptijs funeſtare.n.38.

Debet, tamen probari, ſecundas nuptias cõtractas fuiſſe.n.39.

Quid autem, ſi id per virum prohibitum vxori non fuerit? n.40.

Intelligitur tamen in filiorum fauorem, quòd quæ ex primo viro habuit reſtituere teneatur.n.41.

Secùs verò ſi nulli ſuperſint liberi.

42 *Conditio vni legato adiecta, in altero repetita videtur.*

Ex Bartoli doctrina.

Quæ declaratur n.50.& expenditur.

Exauditurq; in legatis vna oratione connexis.n.53.

43 *Viduitatis obſeruantia non ex omnibus indicta videtur.*

Neq; ità paſſim adiecta videtur, & contra defuncti voluntatem.n.47.

44 *Teſtator quod non dixit, nequì nos d[e]bemus.*

Quod ſanè in omni procedit materia. nu.45.

Et tantùm voluiſſe teſtator videtur, q[uan]tum verbis expreſſerit.n.46.

Nàm ſi voluiſſet, expreſſiſſet vtiquè. nu.48.

49 *Text.in l Seia.10.§.Caio Seio. ff.de fundo inſtructo, inſtrumentoq; legato. expenditur.*

Et text.in l.in repetendis.61.ff.de legat.3. nu.51.

52 *Dictio (Item) repetitionem indicit antecedentium.*

54 *Vxor relicta domina, & patrona, extantibus liberis alimenta bonorabili modo conſequitur.*

Siuè etiam ſi vſufructuaris fuerit relicta. nu.55.

Filijs verò defunctis, plenum conſequitur vſumfructum n.56.

57 *Voluntatem contra defuncti, apertamquè diſpoſitionem, attentandum nihil.*

59 *Aſcanius Turaminus fuit Auditor Nunciaturæ Apoſtolica Neapoli, nunc Epiſcopus R[o]ſſeti.*

60 *Eminentiſſimus Cardinalis Bichius fuit Neapoli Nuntius Apoſtolicus.*

ARGVMENTVM.

Legatum, ſemel ſoluẽdum vxori per virum relictum, adiecto, vt illa vita durante cum filio moraretur; ſi fatis cedat filius, an debeatur nihilominùs legatum vxori? Et quid ſi vxoris gratia legatum rogatum videatur? Et an conditionem, an verò modum inferant verba legato adiecta *Che ſi debbia ſtare ſua vita durante con detto ſuo figlio*? Quid verò ſi vxor ad ſecunda tranſuolet vota? Vxor verò Domina relicta, & Patrona, quid conſequi debeat filijs viuentibus, quiduè illis vita functis? Quid verò ſi vſufructuaria; an illis omnibus è medio ſublatis, plenum conſequatur vsũfructum? An verò in vno dicta legato conditio, in alio repetita videatur? Diſſeritur; nec inutilitèr.

RESPONSIO XLI.

1 MAgna omninò mulierum eſt potentia, hominum vt pelliceant animos. Illæ Regibus dominantur, illę vino fortiores; illæ hominibus præualent. Quis eſt ergò, qui domi-
2 natur earum? *Non nè mulieres genuerunt Regem, & omnem Populum, qui dominatur Mari, & Terræ: & ex illis nati ſunt, & ipſæ educauerunt vineas, ex quibus vinum fit? Et ipſæ faciunt ſtolas omnium hominum, & ipſæ faciunt gloriam hominibus, & non poſſunt homines ſeparari à mulieribus. Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mulierem vnam bono habitu, & bona ſpecie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conſpiciunt, & eam alliciunt magis, quàm aurum, & argentum, & omnem rem pretio-*
3 *ſam. Homo patrem ſuum relinquit, qui enutriuit*

enutriuit illum, & ſuam regionem, & ad
mulierem ſe coniungit. Et cum muliere re-
mittit animam, & neq; patrem meminit, neq;
matrem, neq; regionem. Et hinc oportet ſcire:
Quoniam mulieres dominantur veſtri. Non
ne doletis? Et accipit homo gladium ſuum,
& vadit in via facere furta, & homicidia, &
mare nauigare: & flumina, & leonem videt,
& in tenebris ingreditur: & cùm furtum fe-
cerit, & fraudes, & rapinas amabili ſuæ af-
4 *fert. Et iterum, diligit homo vxorem ſuã ma-*
gis, quàm patrẽ, aut matrẽ. Et multi demen-
tes facti ſunt propter vxores ſuas: & ſerui
facti ſunt propter illas: & multi perierunt,
& iugulati ſunt, & peccauerunt propter
mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus
eſt Rex in poteſtate ſua: quoniam omnes re-
5 *giones verentur tangere eum.* Videbam
tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici Con-
cubinam Regis ſedentem iuxtà Regem ad
dexteram, & auferentem diadema de capite
eius, & imponentem ſibi, & palmis cedebat
Regem de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aper-
to ore intuebatur eam; & ſi arriſerit ei, ridet.
nàm ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec
reconcilietur in gratiam. O viri cur non ſunt
fortiores mulieres? ſic philoſophatus ma-
6 gnus ille Princeps Zorobabel fuit, Darii Re-
gis Cubicularius, Qui ex tribus propoſitis:
Forte eſt vinum. Fortior eſt Rex. Fortiores
ſunt mulieres, dixit, ſuper omnia vincit ve-
ritas. *Eſdra 3.3. & 4.15.*

7 Non mirùm itàq; ſi mulieribus ſua dent
viri. Amant enim, vt dixerit quidam.

Improbe amor, quid non mortalia pectora
cogis?

& alter

Amor peremnis coniugis caſtæ manet.

8 Vnus eſt enim amor, ex tribus, quæ mo-
dum non habent. Ouid. 2. amor. dixit.

Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile
ſuadet.
Illa pudore vacat, Liber, Amorq; metu.

Plautuſq; in Caſina.

Neq; ſaluum prorſus, neq; ſuaue eſſe po-
teſt quidquam vbi amor.

Amabat proindè hic, de quo factum nar-
ramus vxorem ſuam, qui ei ſupremum
agens ſpiritum, plura datis tabulis reli-
quit.

Franciſcus Cariſſimus aliàs de Tarento,
ſupremas ſcribens mentis ſuæ tabulas; qui-
bus hæredem ſibi dixit Donatum Antoniũ
filium, Catharinę Gnegnæ vxori Ciuitatis
Melphiæ, præter dotes, biſcentum quinqua-
ginta aureos reliquit. Verba excipe ſupre-
marum tabularum.

Item legauit Catharinæ Gnegnæ eius
vxori vltrà eius dotes, quali li laſciaſe le
poſſa pigliare ſopra ſuoi beni ducat. 250. cum
tali conſtitutione, che ſi debbia ſtare ſua vi-
ta durante con il detto Donato Antonio figlio
di eſſo teſtatore; e di eſſa Catharina. Nel qua-
le tempo, nel modo come di ſopra, ſia donna,
e patrona mentre oſſeruarà, e ſtarà con detto
Donato Antonio da madre, & attenderà al
gouerno tanto di detto Donato Antonio,
quanto delli ſuoi beni.

Teſtatore vita iam functo: poſt tres annos
Donatus Antonius & ipſe fatis concedit,
euolutiſq; duobus alijs annis Catharina ſu-
premum vidit diem. Huius poſt ſuprema
funera in iudicium eius interpellantur hæ-
redes per fideicommiſſarios bonorum
Frãciſci teſtatoris; reſtituãt biſcentum quin-
quaginta Catharinæ teſtamento relicta, cùm
illa ad nouiſſimam vſq; vitę auram cum Do-
nato Antonio prædefuncto non ſteterit. Fit
igitur cauſæ ſtatus: Retinere nè iure poſſint
hæredes biſcentum quinquaginta Cathari-
næ per Franciſcum relicta, quàmuis illa cum
Donato Antonio, qui primus diem ſupre-
mum vidit, ad extremum vſq; halitum demo-
rari non valuit?

Retinere illa poſſe non iniuria responde-
mus, atq; duo perpendimus. Vnum, reliquiſ-
ſe Franciſcum Catharinæ vxori biſcentum
quinquaginta, *cum tali conſtitutione, che ſi*
debbia ſtare ſua vita durante con il detto
Donato Antonio figlio di eſſo teſtatore, & di
eſſa Catharina.

Alterum, vt eodem tempore: *nel qual*
tempo, nel modo come di ſopra ſia donna, e
padrona, mentre oſſeruarà, & ſtarà con det-
to Donato Antonio da madre, &c.

Duo itàq; prædicta vt conſequeretur Ca-
9 tharina preter eius dotes teſtator voluit. Hac
de cauſa proindè, per Catharinam cùm non
ſteterit, quin vita durante, vna cum Donato
Antonio filio demoraretur, quòd ille prior
fatis conceſſerit, non ei vitio dabitur, quin
biſcentum quinquaginta legato donata cõ-
ſequi potuerit. Accedat prior in hanc pro-
bationem Sceuola Iure Conſultus in *l. Me-*
uia nepotem. 13. ff. de annuis legatis. Sequen-
tibus nempè ille rem hanc, quam dilucidè
aperit.

Meuia nepotem ex Meuio impubere hæ-
redem inſtituit, & Lucio Titio ita legauit:
Lucio Titio viro bono, cuius obſequio gra-
tias ago, dari volo annuos (quandiu viuet)
aureos decem, ſi rebus nepotis mei interuene-
rit; omnemq; adminiſtrationem rerum ne-
potis mei ad ſolicitudinem ſuam reuocaue-
rit. Quæro cùm Lucius Titius aliquo tempo-
re Publij Meuij negotia geſſerit, & per eũ
non ſteterit, quo minus gerat: Publius autẽ
Meuius noliteum adminiſtrare, an fideicõ-
miſſum præſtari debeat? Reſpondi, ſi nõ prop-
ter fraudem, aliamue quam iuſtam cauſam
improbandæ operæ cauſa remotus eſſet à ne-
gotijs, quæ adminiſtrare ſecundum defuncti
voluntatem vellet, percepturum legatum.
10 Audiſti Sceuolam? Legatum erat annuum,
cùmq; per eum non ſteterit, quin negotia
adminiſtraret, percepturum legatũ reſpon-
dit.

11 dit. Catharinæ non annuum quid legatum
fuit,ſed biſcentum quinquaginta ſemel,nec
per eam ſtetit,quin cum filio demoraretur:
qui mortem prior obiuit. Cur non,Edepol,
ipſa legatum retinebit,eiuſq; hæredes? Fir-
miorem hanc reddit perpẽſionem idemmet
Sceuola in *l.annua.20.ff.eodem.* apertiori in
12 facto loquens: *Annua bis verbis legauit:ſi
morentur cum matre mea,quam hæredem
pro parte inſtitui. Quęſitum eſt,an mortua
matre conditio appoſita defeciſſe videatur,ac
per hoc,neq; veſtiaria,neq; cibaria his debeã-
tur? Reſpondi ſecundum ea,quę proponeren-
tur,deberi.* Si hæc non ſufficiunt;& alio loco
lib.3.reſponſorum in *l. Stichus 20. §.fin.ff.
de alimentis,& cibar.legat.* eundem loquẽ-
tem,reſpondentemq; audi Sceuolam. ſic
fatur; *Mater filio hærede inſtituto per fidei-
commiſſum libertatem Pamphilo ſeruo ſuo
dedit,eidem cibariorum nomine legauit qui-
nos aureos, & veſtiarij nomine in ſingulos
annos quinquagenos,ſi cum filio eius mora-
retur. Quęro filio eius defuncto,an alimenta
deberentur? Reſpõdi,ſi conditioni paruiſſent,
deberi etiam poſt mortem.* his Sceuola. Paruit
conditioni Catharina,quæ cum filio ſtetit,
donec ille vitali intercepta aura vitam ter-
mino impleuit:debebitur proindè etiã poſt
mortem,quod ſemel ei relictum fuit lega-
13 tum. Habetur nempè pro impleta condi-
tio,cùm per illum non ſtat, qui eam im-
plere debebat,verba,& rationem excipe ex
Aphricano in *l.in teſtamento 31. in fin.ff.de
conditionib.& demonſtrationib.* ſic enim il-
la: *Muliere autem nolente nubere, cùm ipſe
paratus eſſet,legatum ei deberi.* Id ipſum
Imperatores decreuere Seuerus,& Antoni-
nus in *l.1.in fin.C.de inſtitutionib. & ſub-
ſtitutionib.* vbi *Gloſſ.* verbo *manifeſtum eſt.*
atq; ibidem Scribentes. Vlpianus lib.77. ad
edictum in *l.in iure ciuili.22. ff. de regulis
iuris.* & in ſimili Boniſacius Octauus in *re-
gula cùm non ſtat per eum 66.de regulis iur.
in 6.* Iulianus quoq; in *l.iure ciuili 24. ff de
condition.& demonſtrationib.* idem Vlpia-
nus in *l.Labeo ſcribit.50. ff.de contrahenda
emption.* nec minoris ponderis reſponſio
erit Magni illius Pomponij inter Iure Con-
ſultos non ſecundi in *l.ſi ita legauerit 8. ff.
de condition. & demonſtration.* is nempè,in
facto. Dùm vxor mea cum filio erit,ſic ra-
tionem concludit; *Sed ſi eam mentem,& id
propoſitum habeat, ut filium à ſe dimittat,
neue per eam ſtet, quominus cum ea filius
educetur,deberi legatum.* Et hoc ſanè in le-
14 gato annuo,nos autem in legato ſemel ſol-
uendo. reliquit namq; teſtator Catharinæ
vxori biſcentum quinquaginta, ſemel itaq;
Faciat tibi hanc fidem Papinianus in *l. Seio
amico. 50.§.vxori. ff.de annuis legatis.* qui
ſequentibus rem (adamuſſim ad factum no-
ſtrum) edicit. *Vxori præter id,quod à Me-
uio annui nomine accipiebat, aureos centum
dari volo. Annuum videtur,& ſemel centum
aureos reliquiſſe:* ita Papinianus. dotes er-
go,& ſemel biſcentum quinquaginta Fran-
ciſcus teſtator Catharinæ vxori dilectę reli-
quit,voluit autem cum Donato Antonio fi-
lio quoad vixerit demorari. Et hanc ita fir-
matam ſententiam ſequuntur *Ioannes Bap-
tiſta à Sancto Seuerino inter conſilia Bar-
tholomæi Socini conſ.68. Ioannes Magiſter.
nu.5.& ſeq lib.1. Ioannes Cephal.conſ.429.
num.90.& ſeq.vol.3. Iacob Menochius conſ.
146.num.19.& ſeq. vol.2.* qui quamplures
alios refert. *Surd.conſ.218.nu.20.vol.2. Ay-
mon Crauetta conſ.59.n.1.& ſeq. Vaſquius
illuſtrium controuerſ.iuris cap.93.num.25.*
quem etiam ſequitur *Burſatus conſ.8.num.
20. vol.1. Petrus de Benintend.deciſ.* Rotæ
Bononien.98. *numer.5.* qui ita deciſum
refert. eumquè ſequitur *Eminentiſſimus
Cardinal. Tuſcus tom.5. littera L.concluſ
95.nu.7.8.& nu.23. Peguera* deciſionum
Regni Cathaloniæ *dec.20.in fin.in additio-
nib. Lanarius conſ.20.num.28.* Regens *Io-
annes Franciſcus de Ponte Regij Collatera-
lis Conſilij deciſ.24.nu.17.& ſequent. Gra-
tianus* Rotæ Marchiæ *deciſ.35. num. 10. &
17. Grammaticus deciſ.102.nu.107. Viuius
deciſ.383.per totam. Gaſpar Anton. The-
ſaurus forenſ lib.1.q.86.num.6. Franciſcus
Merlinus deciſ Rotæ Lucenſis 14.nu.3. Rota
par.1.diuerſor.deciſ 395.nu.2.& apud Coc-
cinum Decanum deciſ.272. num.2.* noſter
*Maranta in ſingularibus verbo legatũ ſub
conditione fol.61.col.1. Michael Croſſus de
ſucceſſionib.§.legatum q.46. num.20.21.&
22.& q.58.nu.4.*
15 Confirmationem,quę dicimus, non mo-
dicam accipiunt, ex verbis ipſis legati, ex
quibus internus animi ſenſus Teſtatoris
eruitur. *tex.in l.Labeo.7. §.id Tubero. ff. de
ſuppellect.legat.* legatum hoc bis centum
16 quinquaginta Catharinę ipſius contempla-
tione,ac gratia reliquiſſe magis, quàm Do-
nati Antonij filij: legauit nempè eidem poſt
dotium legatum,& hoc 250.ſicuti verò gra-
tia ipſius dotium legatum rogauit,ita pariq;
modo & hoc biſcentum quinquaginta ex
trita illa noſtrorum regula;quòd vna deter-
17 minatio plura reſpiciens determinabilia
debet æqualitèr determinari.ad *tex. in l.iã
hoc iure.3.ff.de vulgari, & pupillar l.quã-
uis 4.C.de impuber. & alijs ſubſtitutionib.*
Perpendit nempè ipſe Catharinæ vxoris
non modicum commodum,cùm diſpoſuit;
*Vt eius vita durante ſi debbia ſtare con det-
to Donato Antonio figlio di eſſo teſtatore,
e di eſſa Catharina.* Vt haberet illa vndè cõ-
18 modiùs cum filio viueret. Hanc proindè ob
cauſam,quamuis defecerit perſona filij, ob
præmaturam mortem, non excidit tamen
erga Catharinam charitas, atquè dilectio;
neq; legatum,iàm ab initio lucratum,defe-
cit. Crede Antonino Pio Cæſari in *l.1.C.de*
le-

Digitized by Google

legat. qui ſequentibus decernit: *Tamen banc*
fuiſſe (dicenti) *defuncti cogitationem inter-*
pretor, ut & poſt mortem Iulij Claudy. ea-
19 *dem vobis præſtari voluerit.* Quia contem-
platione reliquit legatariæ. *Gloſſ* ibidem ver-
bo *poſt mortem.* dictis Imperatoris lucem
affert. quam Antonini Pij Cæſaris determi-
nationem commendat, admittitq; Sceuola
in *l. Caio Seio. 13. §. Imperator Antoninus*
Pius. ff. de alim. & cibar. legat. & hanc tuen-
tur partem *Dec. conſ. 485. nu. 3. & conſ. 601.*
num. 6. volum. 2. Io. Baptiſta à Sancto Seue-
rino d. conſ. 68. num. 3. & 5. Menoch. d. conſ.
146. num. 12. & 24. pleniùſq; *lib. 4. præſump.*
123. num. 11. & ſeqq. & num. 22. Ancharan.
conſ. 185. num. 3. & 4. Maſcard. de probation.
tom. 2. concluſ. 1286. num. 75. Benintend. d.
dec. 98. num. 6. 7 & ſeq. nec ineruditè *Iacob.*
Cancer. variarum reſolution. lib. 3. cap. 20. n.
208. verſ. Ego ſuperioribus diebus. qui ità in
20 illo Senatu deciſum fuiſſe teſtatur. Porrò
Catharinæ morandi cum filio onus, non pri-
mariò iniunctum fuit, ſed ſecundariò, priùs
nempè legatum relictum eidem fuit, poſt-
modum verò onus iniunctum. priùs ergò
legatum conſequetur, poſtmodum in con-
ſequentiam ſubibit onus. perpenſionem hāc
ex *Imola* accepimus in *l. fideicommiſſum. ff.*
de legat. 1. & ibidem *Raphael Cuman. & Iaſ.*
ad medium verſ. ultim. per iſta. num. 2. Me-
noch. d. conſ. 146. num. 14. & 24. Rota part. 1.
diuerſor. dec. 39. num. 1. Gratian forenſ. p. 1.
c. 136. n. 15. & 16. & p. 2. c. 250. n. 25. & 27. &
c. 316. nu. 9. Reg. Hect. Capyc. Latr. dec. 107.
num. 2.

Indicium proindè non vulgare hoc præ-
ſtat, in Catharinæ vxoris commodum, quam
amore proſequebatur, teſtatorem ſupra mo-
21 dum intendiſſe. Augeturq; argumentum,
quòd illam cum filio manentem, præter do-
tes, quas eidem peculiari legato reliquit, &
ipſa biſcentum quinquaginta; dominam, &
patronam decreuit, atq; bonorum omnium
vſufructuariam, etiam poſt ſuprema Donati
Antonij funera, eſſe voluit; adiecitq; eam tu-
tricem, diſtributricem, totiuſq; patrimonij
gubernatricem. An non hæc indicia amōris
ſunt intenſi, maximi, ardentis?

22 *Odit verus Amor, nec patitur moras.*
Quid non cogit amor?

dixitq; Propertius lib. 2.

Verus amor nullum nouit babere mo-
dum.

Sine modo eam amauit, ſine quoq; modo
donauit eidem. Etras proindè (vt *Ouid. lib. 1.*
de remed. ait)

23 *Finem qui quæris amori.*
Cedit amor rebus: res age, tutus eris.

& Terent. in Eunucho.

24 *Quæ res in ſe neq; conſilium, nequè*
modum
Habet vllum, eam conſilio regere non
potes:

In amore hæc omnia inſunt vitia.
Incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, vt cum ratione in-
ſanias.

25 Voluit propterea Catharinam biſcentum
quinquaginta habere, quamuis mortem
obiret Donatus Antonius, cui in omnibus
(vſufructu videlicet) teſtatoris lege ſuccede-
re debebat, amabat quippe eam, quin non
deperibat. vti argumentatur *Io. Baptiſta à*
Sancto Seuerino d. conſ. 68. num. 3. & 5. Me-
noch. dict. præſumpt. 123. num. 7. 8. & ſeqq.
Benintend. dict. deciſion. 90. à numer. 6. cum
ſequent.

26 Hanc proindè ob cauſam non ineptè adij-
cimus legati verba: *Con tale contistutione,*
che ſi debbia ſtare ſua vita durante con det-
to Donato Antonio ſuo figlio, &c. non planè
cōditionem, ſed modum inferre: prius enim
(vt diximus) legatum biſcentum quinqua-
ginta habere voluit, poſtmodùm onus adie-
cit cum filio demorandi. Non itaq; condi-
tionem, ſed modum præſcripſit legato. per-
bellè ſatis perpenſionem hanc firmam red-
dit Marcellus lib. 10. reſponſorum in *l. Me-*
uia decedens. 43. ff de manumiſſ. teſtament.
27 Ipſe enim in fortiori caſu; libertatem, quam
primo loco ſeruis reliquerat teſtatrix, hac
ſub conditione, vt monumento eius alternis
menſibus lucernam accenderent; conſecu-
turos eos, quamuis non promptè lucernas
monumento accenderent. Primò enim li-
bertatem, poſtmodum onus eis adiunxit;
modum magis, quàm cōditionem importa-
bit. Deduciturq; neq; inconcinnè ex Vlpiano
in *l. 1. §. 1. & l. 2. §. fin ff de donationib. Bart.*
in l. quibus diebus. v. Termilius. num. 5. & 6.
ff. de condition. & demonſtration. Bald. in l.
cùm eorum num. 6. C. de ſentent. & interloc.
omn. iud. & in cap. dudùm lo 2 de elect. Hie-
ronym Grat. conſ. 102. num. 28. & 29. & ſeq.
lib. 1. Tiraquell. de retract. conuentional. §. 2.
Gloſſ. 1. num. 76. Tobias Nonius conſ. 38. n. 2.
& 3. Rota apud Card. Caualer. dec. 255. n. 5.
& 6. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 11.
n. 5. Grat. forenſ par. 2. d. cap. 316. num. 12. 14.
& 19. Reg. Io. Franciſcus Sanfelic. dec. 175.
n. 7. tom. 2.

28 Sat itàq; ſuperq; eidem fuit, quòd per eam
non ſteterit, quin ad ſuprema funera cum
filio demoraretur, qui prior diem vidit vlti-
mum, atq; fata præuenit. *Io. Baptiſta à San-*
cto Seuerino d. conſ. 68. num. 4. Menochius d.
conſ. 146. n. 28. & in ſuperioribus quoq; per-
pendimus.

29 Cæterùm ambigua verba ſunt illa: *Che*
ſi debbia ſtare vita durante con detto Dona-
to Antonio, &c. ad Donati Antonij vitam
referantur, vel Catharinæ ipſius. Duplicem
idcircò ſenſum recipere cùm poſſint; exau-
dienda vtiq; erunt ad ſenſum magis legata-
riæ proficuum. Et quòd in dubio verba

con-

contrà proferentẽ illa, interpretanda ſint, eũ
clariùs, apertiùſq; loqui potuerit, ſuamq; lu-
culentiùs dicere voluntatem. ad *tex. in l. ve-
teribus* 40. & ibidem notata *ff. de pactis. l.
ſemper in obſcuris* 11. *ff. de regulis iuris. re-
gula cùm ſint partiũ iura obſcura* 11. *de re-
30 gulis iur. in* 6. Et quòd legatum donatio ſit
quædam teſtamento relicta, iuxta finitionẽ
à Modeſtino traditam in *l. legatum.* 37. *ff. de
legat.* 2. *§. legatum Inſtit. de legat. Surd. conſ.*
319. *n.* 10. *vol.* 3. Largiorem proinde inter-
31 pretationem admittit, ne contra legati
ipſius naturam venire videamur, atq; alie-
nam à teſtatoris mente interpretationem
admittere, qui in hoc donauit, vt liberalita-
tem ſuam in vxorem, quam amabat, quam
deperibat, exerceret. ad Vlpiani ſenſum *in
l.* 1. *ff. de donationib.* Idcirco enim præter, vl-
traq; dotes, biſcentum quinquaginta dona-
uit eidem. vtitur hoc argumenti genere
Surdus conſ. 112. *num.* 45. *vol.* 1. *Menochius
lib.* 4. *præſumpt.* 110. *n.* 11. *Rota apud* S. *me-
mor. Gregor. XV. deciſ.* 236. *nu.* 3. & 5. dixi-
mus *reſponſ. noſtra* 15. *nu.* 17. & 18. *part.* 1.
32 nec ſanè mirum, quia legatarius in re ipſa
legata magis à teſtatore directus videtur;
quàm hæres. ex Marcello in *l. Publius Me-
uius* 36. & *§. Titia codicillis. ff. de condit. &
demonſtrationibus.* vt magis in dubio lega-
33 tario fauendum ſit. ſequitur Rota Marchiæ
34 apud *Gratianum deciſ.* 153. *n.* 22. Non alie-
num ergo videbitur, ſi verbis inſiſtamus te-
ſtatoris, eius vt mentem aſſequamur, qui
modum conſtituere, non conditionem in-
dicere voluit, cùm Catharinam cum filio
demorari deſignauit. quod perpendit *Rota
apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.*
339. *nu.* 50. & *ſeq. part.* 2.

35 Et demùm, quòd verba cùm dubia, atq;
fuerint ambigua, eam interpretationem ad-
mittunt, vt conditio ipſa, admodùm magis
deflectat, quàm conditionem in rigore ſa-
piat. iuxta *Bart.* doctrinam in *l. cùm mota in
princip. C. de tranſactionib.* ſequitur *Decian.
reſponſ.* 8. *num.* 88. *vol.* 1. *Tobias Nonius d.
conſ.* 38. *nu.* 7. *Ruinus conſ.* 26. *nu.* 9. & *conſ.*
65. *nu.* 12. *lib.* 2. *Menochius de arbitrar. lib.*
2. *caſu* 494. *n.* 12 & *de præſumpt. lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 175. *nu.* 15. *Alba Mandellus conſ.* 4.
nu. 34. *Sebaſtianus Medices deciſ.* 51. *nu.* 3.
*Cardin. Mantica de coniectur. vltimar. vo-
lunt. lib.* 10. *tit.* 5. *nu.* 12. *Rota par.* 1. *diuerſo-
rum d. deciſ.* 39. *num.* 5. *Marius Antoninus
Maceraten. variarum reſolution. lib.* 1. *reſo-
lut.* 88. *n.* 6. *Gratian. forenſ. part.* 1. *d. cap.* 136.
nu. 14. *Regens Ioann. Franciſcus Sanfelicius*
36 *d. deciſ.* 175. *n.* 8. *part.* 2. nec alienum ab hac
perpẽſione videtur, quòd legati dominium
ab aditæ hæreditatis die, recta via in lega-
tarium transfundatur, ſicut quod hæredita-
tis fuit, in hæredem tranſit. Sententia eſt hęc
Papiniani in *l. legatum ita.* 82. *ff. de legat.* 2.
atq; etiam Iuliani in *l. ſi tibi homo.* 88. *§. cùm
ſeruus. ff. de legat.* 1. & ibidem *Gloſſ.* verbo
aditæ hæreditatis. Martianus lib. 1. mem-
branatũ in *l. à Titio hærede* 66. *ff. de furtis.*
rationem reddens, dicenſq; *Quia ea, quæ le-
gantur recta via ab eo, qui legauit, ad eum,
cui legata ſunt, tranſeunt.* & ibidem *Gloſſ.*
verbo *recta via.* Vlpianus in *l.* 1. *§. vtrum
autem ff. ſi quid in fraudem patroni factũ
fuerit. Menochius de arbitrar. caſu* 256. *nu.*
28. & 29. *Maſcard. de probationib. tom.* 1.
concluſ. 538. *num.* 7. *Cardin. Mantica de con-
iectur. lib.* 7. *tit.* 10. *nu* 30. *Rota apud eundem
Cardin. Manticam deciſ.* 225. *ſub nu.* 3. *in fin.
& in Romana legatorum de Sabellis.* 1596.
coram Orano deciſ. 110. *num.* 7. *in fin. poſt* 1.
volum. conſil. Farinac. diximus *reſponſ.* no-
ſtra 37. *nu.* 4. *part.* 1. *Michael Craſſus §. lega-
tum q.* 69. *nu.* 1. *Gratianus forenſ. part.* 1. *d. c.*
136. *nu.* 1. & *ſequent.*

37 Nec obſtaculum faciet vllum, quod obij-
ciunt, Catharinã ſecundas ſubijſſe nuptias,
priuatam proindè filij ſucceſſione fuiſſe. ad
tex. in l. fœmina 3. *C. de ſecundis nuptijs.* &
l. generaliter 5. *C. eod.*

Primò quidèm quòd hoc ipſum: Catha-
rinam, vel viuente adhuc Donato Antonio
38 filio, vel illo iam vita functo, ſecundis ſe fu-
neſtaſſe nuptijs, vti tres loquuntur Cæſares
Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius in
d. l. fœmina 3. *§. illud etiam C. de ſecundis
39 nuptijs*; non vtiq; probatur, quòd præſtan-
dum fuerat. Eſt quippè intentionis eorum
fundamentum. ad *tex. in l. actor.* 23. *C. de
probat. l. qui accuſare* 4. *C. de edend. l. denun-
ciaſſe* 17. *§. quæritur. ff. ad legem Iuliam de
adulter.* Vlpianus *in l. habebat.* 13. *in princ.
ff. de inſtitoria actione. cap. fin. in fin. de iure
iurand. cap. cùm Eccleſia Sutrina* 3. *in fin. de
cauſa poſſeſſion. & proprietat. Menochius de
arbitrar. caſu* 191. *num.* 4. *Afflict. deciſ.* 377.
nu. 7. *Rota apud Card. Manticam deciſ.* 251.
nu. 3. & *apud Coccinum deciſ.* 448. *num.* 2.
Gratianus in terminis hiſce noſtris. *part.* 1.
forenſ. diſceptat. cap. 140. *nu.* 3. 4. & 5.

40 Deindè, quia hoc ipſum Catharinæ pro-
hibitum per virum minimè fuerat, neq; vi-
uente filio, neq; poſtquàm ille fatis conceſ-
ſit. vt quod teſtator non dixit, neq; nos di-
cere oporteat. ad *tex. in l. vnica §. ſin autem
ad deficientis. C. de caducis tollend. cap. ad
audientiam* 12. *de decimis. Surdus conſ.* 344.
num. 19. *vol.* 3. atq; in hiſce noſtris terminis
Doctiſſimus *Ludouicus Morotius conſ.* 27.
nu. 8.

41 Præterea quòd per ſuprema Donati An-
tonij funera nulli alij ſuperfuere ex priori
matrimonio liberi. omne id itaq; quod ex
prioris viri liberalitate percepit Catharina
pleno proprietatis iure obtinebit. quod Impe-
ratores diſpoſuere *d. l. fœminæ.* 3. *§. illud etiã,*
qui eſt *fin.* & *authent. ex teſtamento.* & *d. l.
generaliter.* 5. *C. de ſecund. nupt.* & *§. ſi verò
expectet. in authent. de nuptijs collat.* 4. Af-

Digitized by Google

ſtict.deciſ.61 in fin.& dec.75.in fin.Gabriel.
lib.2.de ſecundis nuptijs concluſ.1.num.23.
& concluſ.3.in 5.limit.num.29.& 30.Poly-
dorus Ripa ſingular.obſeruat.obſeruat.281.
num.4.& 5.Gayll.lib.2.obſeruat.144.n.11.
& 12.Tobias Nonius conſ.74.num.1.& 2.ac
ſequent.Gratian.forenſ.d.cap.140.num.1.&
ſeqq.Franciſ.de Pont.conſ.19.num.63.lib.1.
Sanchez de matrimon.lib.7. diſput.88.n.40.
& diſput.89.num.2.& ſeqq & num.34. 35.
& 36. Reg.Hector Capycius Latro deciſion.
22.num.1. & 2. & num.39. & deciſion.61.
nu.14.

42 Neq; dicant Aduerſarij: Conditionem il-
lam in ſecundo legato adiectam, quo illam
dominam,& patronam reliquit; (*Mentre*
oſſeruerà, e ſtarà con detto Donato Antonio
da madre) ad antecedens legatum biſcentum
quinquaginta non iniuria retrahendam, ex
copulæ virtute, qua connexa huiuſcemodi
videntur legata, ex *Bart.* doctrina in *l.Seia.*
20.§.Caio Seio.ff.de fund.inſtruct.inſtrum.
legat.

Præter quàm quòd enim præfata verba:
(*Mentre ſtarà con detto Donato Antonio da*
43 *madre*) Viduitatis obſeruantiam indicant
44 minimè. Et quòd hoc teſtator non dixit.ad
tex.in d l.vnica.§ ſin autem ad deficientis.C.
de caduc.tollend. Gloſſ.fin.in fin.in l.tale pa-
45 *ctum.41.§.fin.ff de pactis*, quam in omni
materia,atq; præſertim in vltimis voluntati-
bus locum habere prædicat *Oſaſcus dec.64.*
num.7.Perez de Lara de anniuerſ.lib.1 c.18.
num.10. & 11. Surdus conſ.125. numer.15.
vol.1. & d.conſ.344.num.19.vol.3. Ludou.
Morot.d.conſ.27.num.8. Rota part.4.diuerſ.
dec.662.num.3.per Farinac.collecta. Vt tan-
46 tùm voluiſſe teſtator videatur, quantum
verbis expreſſit.ad *tex.in l.Gallus.29.§.qui-*
dam rectè ff.de liber & poſthum. & ibidem
Scribent.Bald.in l.cùm in virum.C.de fidei-
commiſſis.Æmil.Perrett.reſponſ.10.num.2.
47 Et quòd viduitatis conditio non ità paſſim
adiecta videatur, contrà defuncti teſtatoris
voluntatem. vt plenè adnotat Card. *Mantic.*
de coniectur.lib.10.tit.6.num.21.in fin.cum
48 *ſequent.* Expreſſiſſet nempè, ſi id intendiſſet.
ad *tex.in d.l tale pactum 41. §.fin.ff.de pact.*
Marcus Mantua conſ.177.num.8.& 9.Car-
din.Mantic.de coniectur.lib.3. tit.19. nu.4.
Gaſpar Anton.Theſaur.forenſ.lib.3.q.84. n.
4.Rota in Tullen.Monaſterij 1597.coràm
Penia deciſ.112.num.8.post 1.volum.conſil.
Farinac.

9 Nihilominùs tamen ſi verba expenderi-
mus *text.*in *d.l.Seia 20. §. Caio Seio, ff.de*
fund.inſtruct. inſtrum.legat. ad quæ com-
mentum *Bart.* agit, illa pro nobis magis, quã
contrà inuenerimus. Sceuola quippè *dict.§.*
Caio Seio ſic fatur: *Caio Seio alumno meo*
fundos meos, illum,& illum, ità vt inſtructi
ſunt,& domum ſuperiorem dari volo.Quæſi-
tum eſt,an etiam domum inſtructam dari
voluerit? Reſpondi, ſecundùm ea, quæ pro-
ponerentur; ità videri dediſſe: niſi is, à quo
peterentur, aliud teſtatorem ſenſiſſe, manife-
ſtè doceret. his Sceuola.

50 Audiſtin Sceuolam loquentem? Excipe
Bart. commentum agentem, qui ſummam
tex. detrahens: *Virtus copulæ* (inquit) *quali-*
tatem præcedentis legati, repetit in ſequen-
ti. opponit tamen ſibi: Quòd qualitas adie-
cta in vno legato, repetita in alio alterius rei
non cenſeatur, Soluitq; , vt procedat, quan-
do duę res copulantur in eadem oratione;
vt tunc qualitas adiecta vni, videatur in alia
repetita: ſecùs verò in diuerſis oratio-
nibus. allegat *text.* in *l.in repetendis. 61. ff.*
de legat.3. cuius textus verba ſunt Iu-
liani.

51 *In repetendis legatis* (dicentis) *hæc ver-*
ba, quæ adyci ſolent: Item dare damnas eſto;
& ad conditiones, & ad dies legatorum
eoſdem repetendos referri, Sabinus reſpon-
dit.

52 Summat textum Bartolus: *Vbi perſonarũ,*
vel rerum identitas eſt, dictio. Item, inducit
repetitionem præcedentis qualitatis.

53 Ad rem itàq; Bartoli ſententia eſt, exau-
diturq; in legatis vna oratione connexis, &
ità quoq; coniunctis re, vt ſeparari minimè
valeant; niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe docea-
tur, ac manifeſtè. vt Sceuola *d.§.Caio Seio.*
dixit.

In hoc verò noſtro facto diuiſim teſtator
Catharinæ biſcentum quinquaginta poſt
dotes reliquit; atq; diuiſim quoq; illam do-
minam,& patronam demandauit: *Nel qual*
tempo come di ſopra (loquens) *ſia domina,*
& patrona, mentre oſſeruarà, & ſtarà con
Donato Antonio da madre, & attenderà al
gouerno tanto di detto Donato Antonio, quã-
to delli ſuoi beni. Diuerſimoda quoq; vtriuſ-
què legati ratio videbatur: Nàmq; illa bi-
ſcentum quinquaginta, ſemel quoad pro-
prietatem Catharinæ quærebantur, vt in ſu-
54 perioribus oſtendimus. in hoc verò legato
viuente filio alimenta honorabili modo
ei præſtari mandauit, cùm dominam, & pa-
tronam dixit, ſicuti cùm ipſe viuebat; in ho-
norem matrimonij. iuxta Cai ſenſum in
l.nam in honorem 2. ff. rerum amotarum.
55 quin etiam vſufructuariam adiecit, quæ ſa-
nè adiectio, viuentibus liberis alimenta
important. ſecundùm *Gloſſ.* receptam in
auth.hoc locum habet. in verbo *derogari.cir-*
cà fin. iuxtà Bulgari conſuetudinem vbiquè
receptam. *C.ſi ſecundo nupſerit mulier.* &
ibidem Doctores. præſertimq; *Bartol.col.3.*
idem in *l. Titia cum teſtamento 35. § final.*
num.4.ff.de legat.2. & conſ.9. lib.1. Roland.
à Valle conſ.74.à num.6.cum ſeqq.& num.
26.volum.2. noſter *Maranta conſil.33.nu.5.*
Tobias Nonius conſil.29. num.15. & plenius
conſil.65. num.7. & ſeqq. Berous conſil.33.
num.3.& conſ.34.num.1. cum ſeqq. lib.2.
Ma-

Marius Antonin.Maceraten. variar.reſolut.
lib.2.reſolut.35.num.1. Rota part.1.diuerſ.
dec.762.num.1.& 3.cumſeqq. & deciſ.740.
num.1.cumſeqq.part.4.diuerſorum per Fa-
*rinac.*Card.*Mantica de coniectur.vltim.vo-*
lunt.lib.9.tit.7.Menoch. de præſumpt. lib.4.
præſumpt.139.& 140.& præſumpt.180.nu.
27.Natta conſ.459.nu.5.& 6.volum.2.Ga-
briel.tit.de vſufruct.concluſ.3.num.3.Surd.
de aliment.tit.2.quæſt.8.& quæſt.15.n.162.
Rota apud Sanct.memor.Greg.XV.dec.460.
*nu.7.& 8.& ibid.Beltramin.*Audens *nu.17.*
Grat.forenſ.diſcept.p.5.c.919. nu.14.& 15.
56 Immò defuncto filio, cùm alij non ſuper-
eſſent, plenum vſumfructum conſequuta
fuit.Fideicommiſſarios nempè ipſe teſtator
poſt Donati Antonij filij,Catharinæque ſu-
57 prema funera vocauit. Nihilq; itàq; contrà
defuncti teſtatoris voluntatem,apertamquè
diſpoſitionem attentandũ.ad *text.in l.nulli.*
28.C.de Epiſcop.& Cleric. l.1. C.de Sacroſ.
Eccl.§.diſponat.in auth.de nupt.collat.4. di-
ſpoſueruntq; id apertiſſimè Imperiales le-
ges in *l.matres.3.& l.mater.5.C.ad Senatus*
Conſultum Tertullianum. ſequiturq; *Affl.*
d.dec.75.Gabriel.d.concluſ.3.num.37. Card.
Mantic.de coniect.d.lib.9.tit.7.num.31. To-
bias Nonius d.conſ.29.nu.16.Roland.à Valle
d conſ.74.num.26.lib.2. Marius Antonin.d.
reſolut.35.num.2.lib.2.Honded.conſ.63.nu.
135.volum.1.Petrus PecKius de teſtament.
coniugum lib.5.capit.3.per tot. Rota apud
S.mem.Gregor.XV.dict.deciſ.460.numer.8.
& ibidem *Beltram.dict.nu.17.in fin. verſic.*
ceſſat autem.
58 Erit ergò Catharinæ palma concedenda,
Aduerſariorum diſijectis telis, vt magna in
omnibus mulierum dicatur potentia, quæ
Regibus dominantur; vino ſunt fortiores,
hominibus præualent. Dicamus igitur: *O*
viri.Cur non ſunt fortiores mulieres? cum
Zorobabele, vt vndè cępit oratio, occaſum
videat.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto me-
liori,reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Catharinæ hæredibus data palma fuit in
Tribunali Nuntiaturæ Apoſtolicæ, in quo
iudicium agitabatur, Cauſæ Commiſſario
59 Illuſtriſſimo Domino Aſcanio Turamino
tunc Auditore, nunc Epiſcopo Roſſeti, cùm
60 Nuntiaturę præſideret Eminentiſs. nunc
Cardinalis Eichius.

SVMMARIVM.

1 *Quod fieri non poteſt, nec incipiendum qui-*
dem eſt.
2 *Inanis ſpei ſterilis exitus. Pindari di-*
ctum.
3 *Modus cuiuſq; rei videndus.ex Pindaro.*
Nàm eſt via,quæ videtur homini iuſta,
nouiſſima autem eius ducũt ad mortem.
ex Salomone n.4.
4 *Locus Salomonis Prouerbiorum* 14.12. *Eſt*
via,quæ videtur homini iuſta; nouiſſi-
ma autem eius ducunt ad mortem: ex-
penditur.
5 *Exitus rerum attendendus,antequàm quic-*
quam ordiamur.
Nam fruſtrà quis tentat, quod effectum
ſortiri minimè poteſt.
6 *Decanus eſt prima dignitas in Cathedrali*
Eccleſia Conſentina.
7 *Conſeruatores Iudices Regularium quibus*
qualitatibus præditi eſſe debeant, ex
Gregorij XV. Conſtitutione expendi-
tur.& n.20.
Verba afferuntur eiuſdem.
Eaq; perpenduntur.nu.8.
Illaq; formam indicunt.n.9.
10 *Forma à lege,vel Conſtitutione indicta om-*
nimodò ſeruanda erit.
Alioquin quicquid agitur, inutilitèr agi-
tur.& n.12.
Mandatiq; fines excedit,qui citrà formam
præſcriptam facit.n.11.
Forma ceſſante,formatum deperit. nu.13.
Nihilq; actum eſſe dicitur.
Quia in his,quæ ſunt de forma ſeruatur
rigor.n.14.
15 *Forma eſt indiuiſibilis,atq; indiuidua.*
Et rei cuiq; dat eſſe.
Vndè mutata forma rei, ſubſtantia depe-
rit.n.16.
Vel tota itàq; forma ſeruabitur, vel com-
poſitum deſtruetur.n.17
Forma à lege præſcripta, ab homine mu-
tari non poteſt.n.18
19 *Forma quando à lege indicta cenſeatur, &*
quomodò?
Formæ defectus, nullitatem operatur.
nu.21.
Maximè verò ſi forma ſit indicta per ver-
ba negatiua.n.22.
Nàm quicquid ſit,nullum omninò eſt,&
inualidum.n.23.
22 *Lex, vel Conſtitutio per verba negatiua*
rogata maiorem vim obtinet, vt obli-
gent.
Quia maiorem Legiſlatoris intentionem
oſtendunt.n.24.
Vt etiam ad mortale obligent.nu.25.in
mandato potiſſimùm Papæ.
Præſertim ob pœnam adiectam.
Et hac ſententia tutior æſtimatur.nu.26.

Quia de effugiendo peccato agitur.
27 *Periculum qui amat in illo peribit.*
28 *Conſeruatores Iudices eligentes, illiſq; vtentes contra formam Constitutionis Gregorij XV. in pœnas dant illa Constitutione inflictas.*
Semel tamen electi legitimè mutari non poſſunt, niſi quinquennio exacto.
Et cauſa à S. Sede, vel Ordinarijs probanda. n. 29.
Exacto tamen quinquennio eorum expirat iuriſdictio. ex Sacri Tridentini Cōcilij ſanctione. n. 30.
Eodem modo Gregoriana Constitutio exaudiri debebit. n. 33.
31 *Vſusfructus ſi in biennium relictus fuerit, nec datus, alio biennio non debetur.*
Sed intereſſe tantùm.
Eodem modo ſi Ciuitati relinquatur, & illa defecerit. nec debebitur. n. 36.
32 *Ad tempus conceſſum, tempore exacto negatur.*
Temporiſquè ratio constitutionem mutat.
34 *Lex vna per aliam declaratur, & concordatur.*
35 *Qualitates requiſitæ à lege, vel Constitutione, vt aliquis eligatur ad aliquod officium, electionis tempore adeſſe debent.*
Et probandæ erunt. n. 39.
Quia ſunt fundamentum intentionis aſſerentium.
37 *Mutatio facit rem deſinere eſſe.*
38 *Legatum deficit qualitate deficiente, ſub qua legatum fuit.*
39 *Fundamentum intentionis probari debet per aſſerentem.*
40 *Qualitas adiecta verbo, ad tempus ipſum verbi probari debet.*
41 *D. Annibal Ferrettus V. I. D. celebratur.*
42 *Franciſcus Paulucius Sacræ Congregationis Secretarius extollitur.*

ARGVMENTVM.

Cōſeruatores Iudices Regulariū, vt eligi, ac deputari poſſint, quibus qualitatibus præditos eos eſſe oporteat, ex noua Gregorij XV. Constitutione. Et an illæ pro forma perquirantur? & an copulatim exquirantur omnes? vt electionis, deputationiſq; tempore illæ adeſſe debeant. non inutilitèr diſſeritur.

RESPONSIO XLII.

1 QVod fieri non poteſt, nec incipiendum quidèm eſt. Sic in adagijs receptum erat. quod alijs verbis expreſſit Sophocles in Antigone.

Quæ efficere nequas, nec vel ordiri decet.

verba ſunt Iſmenes deterrentis Antigonem, ne Polycenen ſepeliat aduerſùs Regium edictum.

2 Nàm, vt Pindarus ait: *Inanis ſpei ſterilis exitus.*

vndè ſecundùm eundem in Phytijs hymno tertio.

3 *Oportet autem apud ſe ſemper cuiuſquè rei.*
Videre modum.

4 Quippè, vt Salomon *Prouerbiorum* 14. 12. admonet. *Eſt via, quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius ducunt ad mortem.*

5 Attendendus proinde eſt exitus, antequam quidquam ordiamur. fruſtraneè enim quis tentat, quod effectum ſortiri minimè poteſt. ex Vlpiani ſenſu lib. 3. ad edictum *in l. 1. §. fin. ff. quod quiſq; iuris.* Hoc vtiq; attendere debuiſſent, qui pro Domino Decano Conſentino ſunt, non incipere quod fieri non poteſt. Quia inanis ſpei ſterilis eſt exitus.

6 Dominus itaq; Decanus Metropolitanæ Eccleſiæ Conſentinæ eſt prima dignitas in illa; hic annis proximè defluxis vnus ex ſynodalibus Iudicibus creatus, à quibuſdam ex Regularibus in Conſeruatorem Iudicem electus fuit. In nouiſſima verò ſynodo, neque inter ſynodales Iudices nominatus, neq; approbatus, neq; agnitus fuit; alijs præter eū nominatis, approbatiſq; Patres tamē Ordinis Prædicatorum in Conſeruatorem eundem Decanum nominarūt, & apud acta Archiepiſcopalis Curiæ nominationis documenta exhibuere, eundem confirmari petentes. Fit tamen eis ſcrupulus, ex Gregorij XV. fœlicis memoriæ Constitutione anno 1621. Pontificatus ſui anno primo edita, quæ incipit (*Sāctiſſimus in Christo Pater*) deeſſe nunc Decano qualitates per illā perquiſitas. Conſeruatorem proindè eligi haud potuiſſe, vt in talem haberi minimè valeat. Facti itaq; deciſio ex verbis pendet Constitutionis. In medium ea afferamus oportet. Sic nempè illa §. 2.

7 *Infuturum verò Sanctitas ſua hac generali, & perpetuò valitura Cōſtitutione, ſtatuit, & decreuit, vt Iudices conſeruatores huiuſmodi, ſiuè principales, ſiuè ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint; niſi non*

Digitized by Google

non ſolùm habeant qualitates requiſitas. &
deſcriptas in Conſtitutione ſimilis recorda-
tionis Bonifacij Papę Octaui, etiam prędę-
ceſſoris ſui, qua incipit(Statutum) *ita vt*
vel Dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel per-
ſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathe-
dralium Canonici exiſtant; ſed etiam in Cō-
cilijs Prouincialibus, aut Diœceſanis iuxta
decretum Concilij prędicti Iudices electi, ſeu
deſignati ſint.
8 Duo ergò copulatim Coſtitutio omninò
exigit, vt in Conſeruatores eligi, ac deputa-
ri valeant. Vnum quippè, vt eligendi, in Di-
gnitate Eccleſiaſtica ſint conſtituti, vel Per-
ſonatum obtineant vel Cathedralium Ec-
cleſiarum Canonici ſint. Alterum verò, vt in
Concilijs Prouincialibus, aut Diœceſanis
Iudices electi, ſeu deſignati ſint. Vnum pro-
9 indè eorum ſi deſit, electio nulla erit. Quia
nimirum Summus Pontifex Gregorius for-
mam in hac re ſeruandam præſcripſit, ſta-
10 tuit, atq; decreuit. Erit igitur omnimodis
ſeruanda viribus, diligenterquè cuſtodien-
da, alioqnin inaniter agitur, quicquid agitur.
cap. cùm dilecta, 22. §. cùm enim. de reſcriptis
extra. Percipe Innocentij III. Archiepiſcopo,
& Magiſtro VIV. Canonico Mâdeburgen.
illo Capitulo verba: *Ipſi formam mandati*
Apoſtolici tranſponentes, illo capitulo prę-
termiſſo, de alijs articulis inordinatè pluri-
mùm cognouerant: propter quod proceſſū ip-
ſorum, contra noſtri formam reſcripti, ac
iuris ordinem attentatum, irritum decerni-
mus, & inane. Rationem excipe ex Celeſti-
no III. in *cap. prudentiam. 21. de offic. dele-*
11 *gati. in fine principij.* dicentis: *Mandati ſi-*
quidèm excedere fines probaretur; ſi quis ci-
trà formam reſcripti accepti præſumeret iu-
dicare. & ſimile decernit Gregor. IX. in *cap.*
Piſanis 19. de reſtitut. ſpoliator. & ibidem
12 *Gloſſ. fin.* verbo *irritum*, & ipſa dicens: *Et*
ita patet, quòd Iudex quãdo non ſeruat for-
mam mandati, ipſo iure irritum eſt, quod
13 *facit. ſupra de reſcriptis. cùm dilecta.* Quia
profectò forma ceſſante, formatum deperit.
ad *tex. in cap. cùm ceſſante 60. de appellat.*
Rota apud Cardin. *Manticam decis. 286. nu.*
2. Nihilq; actum eſſe dicitur, ſi quid deſit eo-
rum, quæ pro forma indicta ſunt. ad *tex. in*
cap. 1. de baptiſmo. & ibidem *Gloſſ. fin. Rota*
in Veronen penſionis. 3. Iulij 1592. coram
Card. Mellino apud Marcheſan. par. 1. decis.
11. nu. 2. 3. & 4. fol. 611. & apud *Saluſtium*
Tiberium in praxi A. C. lib. 3. cap. 4 num. 4.
Carolus de Graſſis de effectibus clericat. ef-
fectu 1. num. 1170. & *de exceptionib. except.*
33. nu. 6. & except. 39. n. 2. Paris. de reſignat.
benefic. lib. 9. q. 17. nu. 116. Garſias de benefic.
par. 8. cap. 1. nu. 108 & par. 9. cap. 2. nu. 230.
Ad formam propterea ſeruandam in Co-
ſtitutione præſcripta vnum deficit ex requi-
ſitis. fuit idcircò nulla electio.
14 In his namq; quę ſunt de forma, ri-
gor ſeruatur, poſt *Ruinum in rub. de noui*
operis nunciat. nu. 9. dixit *Rota par. 1. in re-*
cent. tom. 1. deciſ. 175. n. 2. Gratianus forens.
par. 1. cap. 166. nu. 16.
15 Quia nimirùm indiuiſibilis, atq; indiui-
dua eſt forma à lege, vel Conſtitutione præ-
ſcripta, quæ rei cuiq; dat eſſe. poſt Philoſo-
phos, Vlpianus lib. 24. ad edictum in *l. Iu-*
lianus. 6. §. ſi quis rem. ff. ad exhibendum ra-
16 tionem ex Marcello reddit: *Nam mutata*
forma, (inquiens) *propè interimi ſubſtantiā*
rei Marcellus ſcribit. ſequitur *Gloſſ. in can. ſi*
motum 19. verbo *altare. de conſecrat. diſt. 1.*
& *Gloſſ. in cap. in Ciuitate 6.* verbo *ex tali*
forma. de vſuris. Rota deciſ. 11. nu. 5. de iure
patronat. in antiquis. ſecutaq; fuit in *Brixię.*
locationis 10. Decembris 1594. coram Pegna
17 *deciſ. 30. nu. 3. par. 1. in recentiorib.* Quam
ob cauſam vel tota ſeruabitur, vel compoſi-
tum corruet, forma deficiente. ad Cai ſensū
in *l. ſi is, qui quadringenta 79. §. quędam le-*
gata ff. ad legem Falcidiam, diximus *reſpōſ.*
18 noſtra 32. *nu. 74. & ſeq. par. 3.* Quia à lege,
vel conſtitutione præſcripta forma, ab ho-
mine mutari minimè poteſt. *Rota d. decis.*
175. ſub nu 4. part. 1. in recent.
19 Forma verò à ſtatuto, vel conſtitutione
indita cenſetur, quando mandat fieri actum
alitèr, quàm à ſolo iure comuni diſpoſitum
fuerat. vel quid addit, vel diminuit; ſiuè per
prius, vel poſterius fieri quid præcipit. *Are-*
tin. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Felinus. d.
cap. cùm dilecta. nu. 10. de reſcriptis. ſequuta
fuit *Rota apud Duranum* Epiſcopum Vr-
gellen. *deciſ. 18. nu. 17. part. 1. Pariſ. de reſi-*
gnat. lib. 8 q. 8. nu. 103.
20 Vtraq; itaq; qualitas ex forma per Gre-
gorianam cōſtitutionem electionis, vel de-
putationis tempore coniunctim perquiri-
tur in Iudice conſeruatore deligendo; &
quòd ſit perſona in dignitate conſtituta, ſiuè
perſonatum obtinens, vel Cathedraliū Ec-
cleſiarum Canonicus: & quòd in Prouincia-
libus, aut Diœceſanis Concilijs Iudices ele-
cti, aut deſignati ſint. Vna proindè ex his
qualitatibus ſi electionis, vel deputationis
21 tempore deſit, electio nulla redditur ex de-
fectu formæ, quæ nullitatem ſemper opera-
tur actus, qui forma non ſeruata, fit. ad *tex.*
in l non dubium 5. C. de legibus. ex Vlpiani
etiam ſenſu lib. 24. ad edictum in *l. tempori-*
bus 1. §. fin. ff. de ventre inſpiciendo. regula
Quæ contrà 64. de regul. iur. in 6. regula *qui*
ex timore 8. de regul. iur. extrà. Caleaneus
conſ. 8. nu. 27. & 29. Gloſſa in Clement. vt cō-
ſtitutio 1. in verbo *inhibentes. de iure patro-*
nat. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. diſput.
5. ſub nu. 2. verſ. 2 quia in fin. noſter *Maran-*
ta conſ. 42. nu. 4. 5. & ſeq. & conſ. 84. nu. 6. in
fin. Rota part. 1. diuerſ. deciſ. 226. num. 2. &
apud Sanctæ memor. Gregor. XV. deciſ. 23.
nu. 2. & deciſ. 518. nu. 3. & 4. & ità in termi-
nis huius Conſtitutionis ſequitur de *Peiri-*
nis

Digitized by Google

nis de priuileg. regular. tom. 2. in 5. conſtitu. Gregorij XV. §. 2. num. 10. Maßobrius de ſynodo diœceſana cap. 4. dub. 13. ſequiturq; *Lezana in quæſtionibus regular. par. 2. cap. 10. de conſeruatoribus nu. 50.*

22 Conſtitutio nempè ipſa fotmam hanc
diſpoſuit per verba negatiua; *Vt Iudices* Cō-
*ſeruatores huiuſmodi, ſiuè principales, ſiuè
ſubrogati,* (inquiens) *eligi, nominari, aut de-
putari non poſſint, niſi, non ſolùm habeant
&c.* addendo quoq; pœnam, ſi ſecus fiat.
23 Quicquid igitur factum fuerit forma data
minimè ſeruata, & contra legis prohibitio-
nem, nullum omninò, atq; inualidum erit:
Namq; *ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fue-
rint facta, non ſolum inutilia; ſed pro infe-
ctis etiam habeãtur; licèt* Legiſlator *fieri pro-
hibuerit tantùm, nec ſpeciaitèr dixerit inu-
tile eſſe debere, quod factum eſt.* verba ſunt
Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani in
d. l. non dubium 5. C. de legib. & ibidē *Gloſſ.*
verbo *pro infectis.* pleneq; *Bald. num. 28. &
29. Rota apud Creſcentium deciſ. 18. num. 2.
& 3. de præbend.* & apud *Cardin. Manticã
d. deciſ. 286. num. 2. & ſeq.* diximus alios re-
ferent *in reſponſ.* noſtra 25. *nu. 13. par. 2. Ro-
ta apud Card.* Caualer. *deciſ. 7. nu. 5. Lapus
allegat. 86. ſub nu. 2. verſ. ſufficit enim con-
ſtitutionem. Syluester verbo lex. §. 28. Mo-
lina de iuſtit. & iur. tomo. 1. diſput. 88. in fi.
verſ. moueor autem. Rota apud eund. Card.*
24 *Caualer. decis.* 102. *num. 2.* Ratio redditur à
*Card. Toleto lib. 8. inſtitut. ſacerdot. cap. 20.
nu. 4. & 5.* Quia nimitùm maiorem oſten-
dunt Legis latoris intentionem obſtringēdi
ſubiectos, nedùm ad legis, ſiuè Cōſtitutio-
nis obſeruantiam, verùm etiam ad mortale,
25 ſi ſecus fiat; ob pœnæ, illiuſq; grauis, adie-
ctionem. ex *Syluestro, Soto, Armilla,* & alijs.
ex *Gloſſ. in cap. quæ in Eccleſiarum 7.* verbo
*conſtituerunt in princip. de conſtitutionib.
Cenedus canonicar. quæſtion. q. 17. num. 8.
Viuius. decis. 106. nu. 1. & ſeq. Conar. in ca.
cùm eſſes nu. 6. de teſtament. Gloſſ. in extra-
uagant. Ioann. XXII. quorundã. 1. § quocir-
ca.* verbo *mandantes. de verbor. ſignificat.*
Quia mandatum eſt Papæ, vt *Gloſſella* mar-
ginalis ibidem adnotat. *S. Thom. 2. 2. q. 96. ar.
4. in reſpons. Bonacina tract. de legib. diſput.
1. q. 1. punct. 7. §. 4. num. 26. & de clauſura
monialium, q. 3. punct. 4. in 3. propoſit. nu. 41
Pater Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis par.
1. cap. 4. & 5.* Tutioremq; hanc exiſtimat
26 ſententiam, cùm de mortali effugiendo aga-
tur, neq; ſe in dubio, mortalis piaculi peri-
culo exponere quiſquam debeat, ne pereat.
iuxta illud Salomonis Prouerbiorum 3. 27.
27 *Qui amat periculum, in illo peribit.* perpen-
dimuſq; nos plura referentes *reſpons.* noſtra
*2. nu. 72. & ſeq. par. 3. Tolet. d. cap. 20. nu. 5.
& ibid. Victorellus.*
28 Pœnas proindè non abs re Gregorius hac
ſua conſtitutione inflixit, & ſuſpenſionis per
annum ab officio Cōſeruatoris, & priuatio-
nis vocis actiuæ, & paſſiuæ quoad nominã-
res, eligentes, ſeu deputantes, eiſq; ſic electis
vtentes. perpendit *Alphonſus de Leone de
cenſuris recollect. 4. littera C. verbo Conſer-
uatores. fol. 300.*
29 Neq; obſtaculum facit vllum, quod pro
Decano obijcitur ex eadem Gregoriana
Conſtitutione §. 8. ſemel legitimè electos
Conſeruatores, ſine cauſa à Sancta Sede, aut
locorum Ordinarijs probanda, durante
quinquennio amoueri minimè poſſe. ſequē-
tibus nempè Conſtitutio. *Quòdq; Conſer-
uatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati,
niſi ex legitima cauſa à Sede Apoſtolica aut
locorum Ordinarijs, prout eiſdem Regulari-
bus, & alijs ſupradictis libuerit, approbãda,
durante quinquennio à die deputationis,
amoueri, aut mutari nullatènus poſſint, aut
valeant.*

Non prohiberi proindè Decano, quin in
iam olim facta legitimè deputatione, & ele-
ctione, exacto etiam quinquennio, volenti-
bus Regularibus, continuare poſſit, & va-
leat.
30 Et quidē ex Sacri Tridentini Concilij de-
creto *ſeſſ. 14. capit. 5. de reformat. circa fin.*
(Nemo etiam ſimilium litteratum benefi-
cio (dicente) vltrà quinquennium gaudere
poſſit.) vt exacto quinquennio Conſeruato-
ris quoq; deputatio, & iuriſdictio completa
videatur. Aliud enim quinquennium vide-
retur eſſe. ad Pomponij ſensū in *l. ſi vſuſfru-
ctus mihi in biennium 6. ff. de vſu, & vſufr.*
31 *legato.* quatènus probat: vſufructu in bien-
nium legato, ſi hæredis culpa illum non
perceperim, biennium quidem exactum eſ-
ſe, neq; vſumfructum deberi; deberi verò
intereſſe. Rationem reddit *Gloß.* ibidem ver-
bo *futurus*. quia alius eſſet vſuſfructus, ſi
denuò conſtitueretur: indè æſtimatio tan-
32 tùm debetur. Et conceſſum ad tempus, po-
ſteà negatur exacto tempore: quia ratio
temporis mutat conſtitutionem, vt *Gloſſ.*
loquitur *can. ponderet vnuſquiſq; 14.* verbo
tempore. diſtinct. 50. ad *text. in can. fraterni-
tatis 7. diſtinct. 34.* ſequitur *Rota apud Du-
ranum dec. 365. num. 19. & ſeq. & deciſ. 402.
n. 2. p. 2.*
33 Vt eodem pœnè modo Conſtitutio hæc
34 Gregoriana exaudiri debeat, vt vna lex per
aliam declaretur, concordeturq; ad *text. in
l. nō eſt nouum. 26. ff. de legibus, & Senatus-
conſultis. l. vnica. C. de inoff. dotibus. Gloß.
in cap. cùm dilectus 8. §. cæterùm.* verbo *nec
iuri communi de conſuetud. l. præcipimus,
32. C. de appellat. Oldrad. conſ. 152. factum
tale eſt. num. 3. in fin. quæſt. 3. Roman. conſil.
40. num. 5. Nauarr conſ. 24. an Clerici. num.
1. lib. 5. de priuileg. Perez de Lara de an-
niuerſar. & capellan. lib. 1. cap. 11. num. 45.
& 46.*

Tamē hic nō de cōtinuatione agitur, ſed
de

Digitized by Google

de noua electione,& deputatione in noua
Synodo facta. Debuit proindè ſeruari forma
in Gregoriana Conſtitutione tradita : vt is
eligeretur, qui vtraq; qualitate præditus eſ-
35 ſet. Tempore namq; electionis,& deputa-
tionis qualitates illæ duæ; & dignitatis, ſiuè
præſtimonij, vel Canonicatus. ad *text.in cap.*
ſtatutum 11.*de reſcript.in* 6.& vt in Conci-
lijs Prouincialibus, aut Diœceſanis Iudices
electi, ſeù deſignati ſint, perquirebantur. ſicut
etiam ex decreto Sacri Concilij *ſeſſ.*25.*cap.*
10.*de reformat.* quòad Iudices in Synodo
deligendos. Vna earum illo defecit tempo-
re, quia in Synodo Iudex Synodalis Deca-
nus deputatus minimè fuit, nec nominatus.
Eligi proindè in Conſeruatorem ob quali-
tatis illius defectum minimè potuit. Argu-
mento huic pondus adijcit Modeſtinus Ma-
gnus ille inter Iureconſultos lib. 3. differen-
tiarum in *l.ſi vſusfructus Ciuitati.*21.*ff.qui-*
bus modis vſusfructus amittatur. probat
nempè ibi Modeſtinus, ſi Ciuitati vſusfru-
36 ctus relinquatur,& illa Ciuitas eſſe deſierit,
quia deficit qualitas, ob quam vſusfructus
relictus fuerat, & vſus ipſe fructus deperit.
Rationem venamur ex Vlpiano lib. 11. ad
edictum in *l.tutelas* 7.*in fin.princ.ff.de capitis*
37 *diminut.* dicente: *Quia deſinunt eſſe, familia*
mutata.

Indè quippè (dicamus nos) Decanus Cō-
ſeruator eſſe non poteſt, quia deſijt eſſe Iu-
dex, mutato tempore nouæ, ſiuè Prouincia-
lis, ſiuè Diœceſanæ Synodi. accipiat robur
perpenſio ex Serbidio Sceuola in *l. pater fi-*
lii 36.§.*Tuſculanus.ff.de leg.*3. quatènus p-
38 bat: deſinere legatum, qualitate deficiente,
ſub qua legatum fuerat. ſequiturq; *Aymon*
*conſ.*202.*num.*31. Probandæ igitur qualita-
39 tes illæ erunt èt copulatiuè per Patres Do-
minicanos, ambas nominationis,& electio-
nis tempore in Decano adfuiſſe, vt electio le-
gitima habeatur. Quia ſunt illæ fundamen-
tum intentionis eorum. ad *tex.in cap.Statu-*
tum 22. *de elect. in* 6. *& per Felin.in cap.*2.
*num.*24.25.*& ſeqq.de reſcript.Nauarr.conſ.*
13.*num.*3.*lib.*3.*de celebratione miſſarum.Io.*
*Azor. inſtitutionum moralium par.*2.*lib.*3.
*cap.*9.*q.*15.*verſ.ſed mihi veriùs videtur.Ro-*
*ta apud Verallum dec.*98.*num.*2.*p.*3.*Gratia.*
*forenſ.p.*4.*c.*741.*n.*66.*& ſeqq.& c.*745. *nu.*
56.*&* 57. & qualitas adiecta verbo probari
40 debet ad tempus verbi. ſic Marcellus in
l.Titius 26.& ibidem *Bart. ff. de militari te-*
ſtam.& Paulus in *l in delictis.*4.§.1.*vbi Bal.*
ff.de noxalib.action. Rota apud Card. Caua-
*ler.dec.*196.*num.*3.*& dec.*231.*nu.*1.& ità in
his terminis ſequūtur *Peirinus, Meſſobrius,*
& Lezana locis ſuprà citatis in initio. *Gra-*
*tian.forenſium diſceptationum par.*5.*c.*976.
*num.*14.

Non itàquè incipi debuit, quod fieri
non potuit; quia inanis ſpei ſterilis eſt
exitus.

Atquè ità ex his, iudicio non abiecto
ſaniori, actioriquè, reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

41 Hanc reſponſionem dedimus requiſiti à
Domino Annibale Ferretto V.I.D. viro &
doctrina,& moribus ſupra quam dici poteſt
ſuauiſſimis refertus, nobis à multis annis
amicitia aſtricto, nunc Illuſtriſſimi Domi-
ni Archiepiſcopi Conſentini Generali Vi-
cario. A quo ex familiaribus litteris habui-
mus hoc ipſum voce reſpondiſſe Illuſtriſſi-
mum Fagnanum olim Sacræ Congregatio-
nis Secretarium, atq; Illuſtriſſimum nunc
42 Secretarium Franciſcum Paulutium: Virum
ſanè indefeſſum, & Iuriſdictionis Eccleſia-
ſticæ indeuincibilem tutorem, doctrina non
mediocritèr inſtructum, pietate plenum, vir-
tutibuſq; omnibus ornatum.

Voluit tamen, vt replicationibus pro Do-
mino Decano iterum datis reſponderem,
quod & præſtiti ſequenti reſponſione.

SVMMARIVM.

1 *Ingenia hominum varia ſunt.*
Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.
*Charitas autem ea in vnum cogit. n.*66.
2 *Vita iucundiſſima eſt, in nihil ſapiendo.*
Quia caret curioſa anxietate, ſcrutandi ea,
quæ ſub Sole fiunt.
Eſt quidèm malum, ſed doloris expers.
3 *Sapientia ſinè dolore, ac labore eſſe minimè*
poteſt. ex Salomone.
4 *Thraſylai Axenonen. fœlix inſania.*
5 *Paulo Feſtus inſanire eum ex multis litteris*
dixit.
6 *Cōſtitutio Gregorij XV. de Conſeruatoribus*
eligendis per Regulares, duo præſertim
quærit.
Eaq; copulatiuè.
Concinit Conſtitutioni Bonifacij VIII.
*nu.*22.
Vtrùm eā loqui indeterminatè, & exau-
diri de Iudicibus ſynodalibus etiam
prateritis, & ſi non actu deſignatis, vo-
*lunt. n.*7.
*Sed refelluntur. num.*9. *& num.*22. *&* 23.
& 29.
8 *A veritate qui aberrant, non intelligunt, quæ*
dicunt, neq; de quibus affirmant.
10 *Negatiua dictiones malignantis natura aſ-*
feruntur.
Totamq; orationem negant, cui fuerint
adiectæ.
*Totumq; tempus inficiunt. n.*12.
Et plus tollit negatio, quam ponit affir-
*matio. n.*13.
Omnimodamq; denotant reſiſtentiam, ſi ſe-
cus

Digitized by Google

eus ſtat.n.14.

Præciſamq; indicant neceſſitatem.

Ac Iudices omni priuant potentia.

21 Legatum relictum mulieri, ſi Titio non nupſerit: viuente Titio non debetur.

23 Negatio plus tollit, quàm ponat affirmatio.

15 Dictio (nullatènus) verbo (poſſum) iuncta omnimodam neceſſitatem importat.

16 Statera iuſta res ſunt appendendæ.

17 Dictiones.niſi.non ſolùm,non poſſint.expenduntur.

Quod orationem, cui adijciuntur ſatis arctant.

Conditionemq; important.

Et formam omnimodis ſeruandam referunt.n.19.

20 Renunciatio per Nouitium emittenda, antè duos menſes antè profeſſionem fieri debet, & cum licẽtia Epiſcopi, ſeu eius Vicary.

Per Sacrum Trident. Concilium.

Quod in hoc formam tradit.n.21.

22 Conſeruator, vt quis eligi valeat eſſe debet actu in dignitate.

Atq; etiam ſynodalis Iudex.n.23.

Quia qualitates vbi plures in vna re perquirũtur, omnes coniũctim adeſſe oportebit.nu.24.

Aduerſariorum circa hoc ſententia, nu.45.

Quæ refellitur.n.46.

24 Qualitas, quæ fuit, nec eſt, pro nihilo æſtimatur.

Qualitates, vbi plures in aliqua re perquiruntur, omnes coniunctim adeſſe oportebit.

Qualitatem à ſtatuto, vel conſtitutione perquiſitam, qui dicit adeſſe, probare etiã debebit, illam adeſſe tempore, quo fit actus.n.28.

Quod ſi non verificetur de illo tempore, actus eſt nullus.n.63.

25 Lex, vel Conſtitutio quod non dicit, nequè nos dicere debemus.

Qui autem dixerit dicere, probare oportebit.n.27.

26 Papa Summus eſt omnium Pater, Chiſti, Deiq; Vicarius.

27 Iudæi non credentes dicebant Chriſto: numquid tu maior es patre noſtro Abraam, qui mortuus eſt?

28 Exceptionem dicens à lege, probare tenetur.

30 Deſipiunt, qui malè ſapiunt.

31 Epiſcopus in ſynodo deſignare debet Iudices, quibus à Sancta Sede cauſæ committi valeant. ex Sacro Tridentino Concilio.

Qui debent eſſe qualitatibus præditi, iuſta Bonifacij VIII. Conſtitutionem, in cap. ſtatutum 11. de reſcript. in 6.

32 Iudex in [illegible] ab arbitrio dependent, carpendus non eſt.

Quia potuit iuſta ex cauſa moueri.

Et ita præſumitur.

33 Lezana in ſumm. quæſtion. regular. part. 2. cap. 10. n. 54. malè per Aduerſarios propoſitus, ad rectum ſenſum expeditur, & n.53.

34 Canonici Cathedralium Eccleſiarum eligi poſſunt in Iudices Synodales, non verò Collegiatarum.

35 Iudices Synodales eligendi in Synodo, quibus debent eſſe qualitatibus præditi?

36 Conſequentia de præterito tempore ad præſens non rectè infertur.

In his præſertim, quæ tempore variantur.

37 Qualitas adiecta verbo, ſecundùm verbi tẽpus regitur.

38 Lex, vel Conſtitutio ſi de aliquo non loquatur, dici poteſt ei, lex de te, vel Conſtitutio non loquitur.

39 Peirini verba in Conſtitutionem Gregorij XV. malè ab Aduerſarijs intellecta.

Interpretantur. & n.41. & 42.

40 Forma è potentia materiæ educitur ſecundùm Philoſophos.

41 Prouerbium. Palàm loqui, & Prouerbium Nullum dicere. aſſertur.

42 Pronomen Aliquis, Aliqua, ſecundùm ſubiectã materiam interpretatur, & ad vnam ex enumeratis in Conſtitutione cauſis refertur.

43 Intellectum qui in tenebris obſcuratum habent, alienati à vita Dei per ignorantiam veritatem intelligere non valent.

44 Voluptas ſua cuiq; cura eſt.

Eumq; trahit.

47 Tempus præſens, & præteritum, diſtincta vt tempora habentur quòad Grammaticos.

Et apud Legiſtas. n.50.

Et vnum tempus non includit aliud. cùm ſint inter ſeſe diſtincta. d.n.47.

48 S. Auguſtinus magnus Chriſtianæ eloquentiæ Cicero.

49 Tempora diſtribuenda ſunt, vt concordet ſcriptura.

Alioquin fit confuſio.

50 Tempus determinato modo prolatum, temporis alterius functionem non admittit.

Et diſtinctam rerum intelligentiam facit.

Temporis ratio Conſtitutionem mutat. nu.52.

51 Legatum vſusfructus intra biennium, ſi intra non ſoluatur, vſusfructus quidem non debebitur.

Sed eius æſtimatio.

54 Tempus electionis attendi debet quòad qualitates eligẽdorum, & vacationis, quòad regulam reſeruatoriam 8. menſium.

55 Pro-

55 *Prouerbium. Sapienti, ac philoſophico ore prolata ſententia.*
56 *Æquiuoca diuidenda prius, definienda poſtmodùm.*
57 *Synodus, & decreta ſynodalia inter ſe diſtinguuntur,*
Vnde Synodus dicatur n. 58.
58 *Concilium unde dictum?*
59 *Decreta Synodalia ſunt, quæ in ipſa Synodo decernuntur, & Conſtitutiones Synodales nuncupantur.*
Non ſunt tamen Synodus n. 64.
Niſi in ſenſu compoſito, non diuiſo n. 65.
70 *Leges decernuntur, vt earum merito humana coerceatur audacia, & iuſti tutè viuant.*
61 *Argumentum quæ inductio dicitur, ſiue à ſufficienti partium enumeratione optimum.*
Quod negatiuè quoq; procedit.
62 *Regulares Conſeruatores ex Iudicibus ſynodalibus eligere tenētur ex Gregorij XV. Conſtitutione.*
Non ex ſynodalibus Cōſtitutionibus Epiſcoporum.
Et electio contra formam facta eſt nulla. nu. 63.
66 *Charitas quæ diuerſa ſunt vnit.*
Eiuſq; virtutes, & effectus enumerat Apoſtolus Paulus n. 68.
67 *Chriſtianorum in primitiua Eccleſia erat cor vnum, & anima vna.*

ARGVMENTVM.

In eandem materiam, ad interpretationem Conſtitutionis Gregorij XV. de qualitatibus in Conſeruatoribus deligendis perquiſitis, ac præſertim, quòd ſint Iudices in Synodo, vel Prouinciali, vel Diœceſana electi, ſeù deſignati; an actu perquirantur, cùm electio fit, vel ſufficiat in antecedentibus Synodis fuiſſe quandoq; electos? Et quid diſtent Synodus, & decreta Synodalia, & an ſint idem?

RESPONSIO XLIII.

1 Varia omninò ſunt hominum ingenia. vtque dixit Perſius Satyr. 5.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.
Velle ſuum cuiquè eſt, nec voto viuitur vno.

& Terentius in Phormione.

Quot homines tot ſententiæ: ſuus cuique mos.

Ouidius quoq; 1. de Arte.

Pectoribus mores tot ſunt, quot in Orbe figuræ:
Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.

2 Hanc ob cauſam non defuere, qui putarent: In nihil ſapiendo iucundiſſimam eſſe vitam: quòd non anxius curet eorum, quæ ſub Sole fiunt, qui nihil omninò ſapit, ſic Aiax qui ab inſania reſipuerat apud Sophoclem fatur.

Suauiſſima hic eſt vita, ſi ſapias nihil.
Nam ſapere nil, doloris expers eſt malum.

3 Vt contra Salomon *Eccleſiaſtes* 1. 17. rerum Mundi expertiſſimus, ſapientiam ſibi dolore magno eſſe non poſſe dixit: *Dedique cor meum, vt ſcirem prudentiam, atq; doctrinam, erroreſq; & ſtultitiam; & agnoui, quòd in his quoq; eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eo quod in multa ſapientia ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem; ſiuè dolorem, vt alij legunt.* Heraclides Ponticus

4 apud Athenæum auctor eſt, Thraſylaum Axenonenſem Pythodori filiū, hoc inſaniæ genere correptum fuiſſe, vt exiſtimaret naues omnes, quæ in Pireum appellerent, ſuas eſſe. Eas appellentes ſumma cum voluptate recipiebat. Soluentes dimittebat, ac proſequebatur in ſumma fœlix erat, perinde quaſi tantarū rerū dominus. Si quid perijſſet, nō requirebat: ſi quid eſſet incolume, vehemētèr gaudebat, alijs iactitans ſuam fortunam. donec Crito frater è Sicilia reuerſus correptum hominem traderet Medico. Cæterùm is ad ſe reuerſus, negauit vnquàm ſuauiùs vixiſſe ſe, quàm cum eo mentis errore teneretur. Siquidèm cùm tantùm adeſſet voluptatum, nihil vnquam ſenſiſſe moleſtiæ. Non æquè nunc accidit Aduerſarijs noſtris pro Domino Decano Conſentino reſpōdētibus.

5 Numquid nè illud eis, quod Feſtus Paulo In concilio Agrippa Rege aſſidente, magna voce dixit? Actuum 26. 24 *Inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam conuertunt.* Reſpondimus nempè nos alia noſtra reſponſione:

Conſtitutionem à fœlicis memoriæ Gregorio XV. de Conſeruatoribus per Regula-

res eligendis decretam, cui initium eſt (*San-*
ctiſſimus in Chriſto Pater) duo in ſe copu-
latiuè in perſonis deligendis exquirere:
Vnum, vt eligendi in Dignitate Eccleſiaſti-
ca ſint conſtituti, vel Perſonatum obtincant,
vel Cathedralium Eccleſiarum Canonici
ſint. Alterum, vt in Concilijs Prouincialibus,
aut Diœceſanis Iudices electi, ſeù deſignati
ſint. Si aliter fiat electio, nulla erit.

Hoc ſecundum, quod nõ illis arrideat, ad-
dentes ſcientiam, conſeqnentèrq; dolorem,
quin non indignationem, interpretationem
ad verba afferunt Gregorij ſatis aptam, (quin
7 non dixeris deridendam?) Conſtitutionem
loqui *indeterminatè, non ſe aſtringendo ad*
Iudices Synodales actuales. igitur debet in-
telligi de Iudicibus Synodalibus tàm actua-
8 *libus, quàm præteritis.* ſic philophantur ipſi,
non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq;
de quibus affirmant. vti de quibuſdam, qui à
veritate aberrabant, Paulus loquutus fuit
Apoſtolus ad Thimothæum ſcribens. 1. *Thi-*
9 *mot.* 1. 7. Ità quippè determinatè Conſtitu-
tio verba facit de Iudicibus Conſeruatori-
bus deligendis illos tunc temporis, cùm eli-
guntur, in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutos
eſſe debere; Iudiceſq; vel in Prouinciali, vel
in Diocœſana Synodo electos, ſeù deſigna-
tos, vt non quibuſcunq; verbis loquatur,
ſed per negatiua, illaq; repetita. ſic nempè
ait:

Iudices Conſeruatores huiuſmodi eligi, no-
minari, aut deputari non poſſint, niſi non ſo-
lùm habeant qualitates requiſitas in Conſti-
tutione fœlicis recordationis Bonifacij VIII.
quæ incipit (Statutum) *ità vt vel dignitate*
Eccleſiaſtica ſint præditi, vel Perſonatum
obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium
Canonici exiſtant: ſed etiam in Concilijs
Prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxtà de-
cretum Concilij prædicti, Iudices electi, ſeù
deſignati ſint.

10 Negatiuæ verò dictiones ità malignantis
eſſe naturæ intelliguntur, vt totam oratio-
nem, cui adiectæ fuerint, negent, illamq; pro-
ruant, ſi ſecùs fiat. Accedat rei huiuſcè teſtis
ocularus Iulianns in *l. hoc genus legati* 105.
ff. de conditionibus, & demonſtrationib. Le-
11 gatum quippè, Semproniæ fortaſsè relictũ, ſi
Titio nõ nupſerit; nullo modo Titio viuente
deberi, quamuis Mutianam præſtare cau-
tionem voluerit; niſi Titio vita functo. adde
12 *Gloſſ. fin.* ibidem *in fin.* quia totum tempus
negatio illa inficit, donec vixerit Titius, cùm
poſſit accidere, vt illi nubat; at ſi ſemel or-
13 chum perierit, non æquè. Semperq; plus tol-
lat negatio, quàm ponat affirmatio. vt *Gloſſ.*
& ipſa ſatur in *cap. cùm dilectus.* 8. §. *quia*
nobis. verbo *à ſuſpenſis. circa medium. de*
conſuetud. Dec. in cap. nàm concupiſcentiam
4. *in* 1. *lect. & in* 3. *notab. num.* 5 *& ſeqq. de*
conſtitution. Aymon conſ. 146. *num.* 4. *Tor-*
niola conſ. 4. *num.* 28. *&* 29. *Perez de Lara*
de capellan. lib. 2. *cap.* 4. *nu.* 113. *Menoch. de*
arbitr. lib. 1. *quæſt.* 30. *num.* 6. *Nauarr. conſ.*
40. *peto primò. num.* 9. *lib.* 5. *de pænit. & re-*
miſſion. Hieronymus de Federic. reſolution.
crimin. reſol. 51. *num.* 2. *poſt ſecundum vo-*
lumen conſiliorum. Farinac. Grat. forenſ. di-
ſceptat. par. 4. *cap.* 755. *num.* 32. Quinimmò
14 omnimodam denotant reſiſtentiam, ſi ſecùs
fiat, atq; ſtatutum eſt; præciſamq; indicant
neceſſitatem; Iudiceſq; omni priuant poten-
tia, alitèr exequendi. *Roland. conſ.* 2. *nu.* 40.
lib. 4. *Gratian.* Rotæ Marchiæ *dec.* 188. *n.* 7. &
forenſium d. cap. 755. *n.* 32. *in fin.* noſter *Ma-*
ranta conſ. 31. *num.* 2. *Barboſ. in collectan. ad*
Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. *c.* 2.
de reformat. num. 66. de dictione *nullatènus*
15 loquens, verbo (poſſunt) adiuncta, quæ om-
nimodam neceſſitatem importat. At per-
pendant ipſi, quòd dictiones, illæq; negatiuæ,
in hac coincidant Conſtitutionis huius ora-
tione (*Non poſſint, niſi non ſolùm habeant,*
&c.) vt omnimodam voluiſſe neceſſitatem
ità faciendi, inferre ſe, ſummus ille Pontifex
16 innueret. Et quidem ſi in ſtatera appende-
rint iuſta, vt Sanctus *Iob.* 31. 6. deſiderabat.
decernitq; Innocentius IV in Concilio Lug-
dunen. in *cap. cùm æterni* 1. *de ſentent. & re*
iudic. in 6. dict. orem (lat.: (*niſi*) cui ſuc-
17 cedit & illa alia negatiua (*non ſolùm*) ſequi-
turq; & illam præcedentem (*non poſſint*) in-
uenient certè, ità materiam hanc reſtrictam
fuiſſe, & coarctatam cancellis illis negati-
uis, vt nullo alio modo, quam quo præ-
ſcriptum eſt, (vtramq; ſcilicet quantitatem
eodem tempore concurrere debere) deter-
minari valeat. aduertit hoc *Alba Mandellus*
conſ. 116. *num.* 7. *& conſ.* 246. *num.* 20. *Cor-*
nazanus deciſ. Lucenſi 76. *num.* 18. ſequuta-
què fuit *Rota apud Cardinalem Caualerium*
dec. 77. *nu.* 1. *ad text. in l. actione* 4. *vbi Gloſſ.*
verbo *niſi. & ibid. Iaſ. num.* 3. *C. de tranſact.*
Bart. in l. ſi cum. 10. §. *qui iniuriarum. num.*
4. *&* 5. *ff. ſi quis cautionibus. Surd. conſ.* 71.
num. 6. *lib.* 1. *Riccius deciſ.* 397. *ſub num.* 1.
par. 4. *Rota apud Coccinum dec.* 244. *num.* 1.
Barboſ. de diction. dict. 217. *num.* 5. Quinim-
mò ità materiam illam ſtrictam, limitibuſq;
18 clauſam reddunt, vt conditionem indicant,
nè alitèr fiat, quàm præſcriptum fuit. tradit
Oſaſcus dec. 145. *num.* 5. eumq; ſequitur *An-*
tonius Monachus deciſ. Lucenſi 67. *num.* 33.
34. *&* 35. & *Rota par.* 2. *tom.* 1. *in recentiorib.*
19 *dec.* 167. *num.* 6. *&* 7. formamq; omnimodè
ſeruandam referant. *Oſaſcus deciſ.* 274. *num.*
2. *& Rota d. dec.* 167. *num* 6. *&* 7. *par.* 2. *in*
recentior. Barboſ. dict. diction. 217. *num.* 10.
Et vt colophonem addamus: perpende
(quæſo) mecum, diſpoſitionem Sacri Tridẽ-
tini Concilij *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de regularibus.*
20 in renunciatione per Nouitium emittenda
loquens: nè illa fiat: *niſi cum licentia Epi-*
ſcopi, ſiuè eius Vicarij intrà duos menſes pro-
ximos antè profeſſionem, ac non aliàs intelli-
gatur

Digitized by Google

gatur effectum ſortiri,niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiam ſi cùm huiuſ fauoris expreſſa renunciatione,etiam iurata,ſit irri-
21 *ta,& nullius effectus.* Dat itaq; Sacrum Cõcilium formam, quo pacto renunciatio per Nouitium fiat; & vt id diſponat, dictione vtitur, *(niſi)*,& *(non niſi)* idem ergò in hac re noſtra erit.

Firmioremq; perpenſionem,vt hãc facia-
22 mus. reſpondeant mihi,obſecro,Aduerſarij, ſi Decanus (fingamus factum) renunciaſſet Decanatui, dignitatiq; poterit ne qui Decanus fuit,non eſt autem nũc, quamuis Iudex ſit deſignatus Synodalis; in Conſeruatorem eligi per Regulares ? Reſpondebis vtiquè non poterit : quia deficit ei qualitas illa dignitatis, omninò neceſſaria ex Conſtitutione,tàm Bonifacij VIII. in *cap. ſtatutum* 11. *de reſcrip. in* 6.quàm dicti Gregorij XV. ità in terminis hiſce noſtris *Peirinus tom.*2.*Priuilegior.minimor.in Conſtit.* 5. *Gregor.XV.* §.2.*num.*20. *Maſſobrius de Synodo Diœceſana cap.*4.*dub.*13.*& Ioannes Baptiſta Lezana in ſumm.quæſtion.regular.par.*2.*cap.*10. *num.* 50.nec ipſi diffitentur Aduerſarij, quin vltrò concedunt,quorum verba inſerius pẽ-
23 ſabimus.Eodem quoq; modo,& quòad qualitatem illam, quòd ex Iudicibus ſit in Prouinciali, vel Diœceſana Synodo deſignatis; vt actu ſit;nec ſufficiat,quandoq; deſignatũ, electumq;fuiſſe ex præterito,niſi & in præſenti, actuq., atq; in exercitio ſit deſignatus,
24 electuſq;,reſpondere oportebit. Quid enim qualitas illa, fuiſſe quandoq; & non eſſe nunc;cùm pro nihilo habeatur? iuxta Cai ſenſum lib.3.ad edictum Prouinciale in *l.*1. *§.quod ſi nemo*, *ff. quod cuiuſq; vniuerſitat. nomine*,ibidemq; *Gloſſ.* verbo *aut inhabilis*. & ex Parabolis Salomonis in *cap.nam et ego* 3. & ibidẽ *Gloſſ.* verbo *quaſi numquàm eſſet. de regulis iuris extrà.*

Qualitates nempè vbi plures in vna, eademq; re perquiruntur,(coniunctim præſertim) omnes ſimul adeſſe oportebit, omnibuſq; parendum,teſtatam hanc rem tibi facit Paulus in *l.ſi hæredi plures.* 5. *ff. de conditionib.inſtitutionum.* & *§.penult.Inſtitut.de hæredibus inſtituend.*ad Bonifacij VIII.ſenſum in *cap ſicut nobis* 5. *aliàs fin.in fin.de verbor.ſignificat.lib.*6. *Tiraquellus de retractu Lignagier*, *§.*8. *Gloſſ.*7. *num.* 1. *& ſeqq. Maſcard. de probationibus concluſion.*1254. *num.*9.*&* 10.*Gonzalez ad regul.*8. *Gloſſ.*13. *n.*100.*& Gloſſ.*43.*n.*94.

Inepta eſt ergò conſequentia illa, qua inferunt;*Igitur debet intelligi de Iudicibus Synodalibus,tàm actualibus, quàm præteritis.*
25 hoc enim de præteritis Conſtitutio non vtiq; dicit.ergò fœliciori conſequentia, nec nos dicere, aſſerere q; debemus.Audi quæſo Auguſtinum relatum *can. quod ſi dormierit.* 13.*q.*1. ſic ipſum,rectius,quàm Aduerſarij noſtri faciunt,inferentem: *nec nobis definiendum eſt* , *quod non definit Apoſtolus.* quo loco *Gloſſ.* verb. *nec nobis definiendum.* dicit:*hic arguitur: Quod non licet alicui definire, vel determinare, vel excipere, quod canon non excipit,vel definit,vel determinat.* concinit *text.*in *can. conſuluiſti* 20.2.*q.*4.nec extrà rem quoq;Fabianus Papa in *can.ſignificaſti.*85.*in fi.* 1.*q.*1.his verbis hoc noſtrũ argumentum aperiens: *Nã Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, neq; habendam docuere*.ergò nec nos.*Gloſſ.*ibidem verbo *docuerunt*,non ineptè infert conſequentiã. *Nauarr.conſ.*6.*n.*2.*lib.*2. *de appellat. & conſ.*6.*num.*3.*lib.*3. *de donat.* Non ergò eorũ ſolo marte dicere debent Aduerſarij, atquè inferre,quòd Conſtitutio ità ſtrictè, præ ſeq; diſponens,non dixit; ne temerè intuliſſe videantur. Sicuti apertiſſimè videntur facere,cùm inferunt;*(& non coarctatur eorum facultas eligendi vnum de Iudicibus Syno-*
26 *dalibus actualibus.)* Nunquid maiores ipſi ſunt,quàm Pater omnium Summus Romanus Pontifex,Chriſti, Deiquè Vicarius? *cap. quanto perſonam.*3. *de translat.Epiſcop. & cap.licet in tantum* 4.*eod. extrauag.* Ioann. XXII. *cùm ad Sacroſanctæ.vnic. in princip. de ſentent.excommunicat.* vt ſaltim illis verbis
27 compellamus eos, quibus Iudæi Chriſtum apud *Ioann.*8. 53.cum non credentes verbis eius, quibus dicebat: *Si quis ſermonem meum ſeruauerit,mortem non videbit in æternum*: Dixerunt ei: *Numquid tu maior es patre noſtro Abraam,qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt.* Cùm Summus ille Pontifex de Iudicibus in Synodo electis, & deſignatis,& conſequẽter actualibus loquatur.An ſanè in hoc caſu dumtaxat ; ſi Decanum Conſentinum olim Iudicem Synodalem electum,ac deſignatum; nũc verò neq; electum, neq; deſignatum,elegerint, excep-
28 tio hæc dari debebit? At hoc ipſos probãdi manet neceſſitas.ad Celſi lib.6. digeſtorum ſententiam in *l.cùm de lege* 17.*ff.de probationibus. Rota apud Verallum deciſ.*364. *numer.*2. *&* 3. *part.*2. *Surd.deciſion.*195. *num.*4.

Quia nimirùm qui dicit qualitatem adeſſe à Statuto, vel à Conſtitutione requiſitam, probare vtiq; tenetur,eo tempore illã adeſſe,quo actus perficitur. conſequenterq; tempore electionis in Conſeruatorem. ad *text. in cap.*1.*de homicid.in* 6. ibidemq; *Ioan.Andreas,alijq; Rota coram Robuſterio.par.*1.*diuerſorum.deciſ.*551.*num.*1. & ſequuta fuit eadem *Rota in Melcuitana penſionis* 18.*Februarij* 1636. *coram Ghiſlerio deciſion.*98. *n.*8.*par.*7.*in recentiorib.per Rubeum.*
29 Quemadmodùm & ſimili vitio eorum laborat ratio, qua eorum, quamuis futilem aſſertionem,firmam tamen reddere conantur, inferentes:*Nã facultas eligendi Cõſeruatores hoc modo, non eſſet tantũ penès Religioſos,ſed etiam penès Ordinarios, qui haberent ſaltem*

nominationem perſonarum in Conſeruato-
res eligendarum ; quod eſt contra mentem
Summorum Pontificum in Conſtitutionibus
30 *prædictis.* Decipiuntur planè, quin deſipiunt,
ſi ſic ſapiunt, verbis alloquiniur eos Inno-
centij Tertij in *cap. niſi cùm pridèm* 10. §. *cer-*
tè deſipis. de renunciat. Aliud eſt enim Iudices
31 Synodales eligere, & deſignare, quibus cau-
ſæ à Sancta Sede committi valeant, iuxtà di-
ſpoſita per Sacroſanctam Tridentinam Syno-
dum *ſeſſ.* 25 *cap.* 10. *de reformat.* qui qualita-
tibus prædıti eſſe debent à Conſtitutione
præfata Bonifacij VIII. in *d. cap. ſtatutum* 11.
de reſcript. in 6. perquiſitis: quod ad Epiſco-
pos in Diœceſana, vel Archiepiſcopos in Pro-
uinciali Synodo ſpectat: aliud verò ex dictis
Iudicibus, ſic qualitatibus illis præditis, eli-
gere ſibi vnum, quem maluerint Regulares.
non itaq; eorum electio à facultate pendebit
Epiſcoporum. Quemadmodùm a facultate
pependit Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Conſen-
tini Decanum in Iudicem Synodalem
eligere, & deſignare; vel non eligere, nequè
32 deſignare. At hoc ipſe noluit arbitrari. non
itaq; carpendus, quòd arbitratus non fuerit,
cùm iuſta ex cauſa moueri potuerit, vti mo-
tus præſumitur. iuxtà *Abb.* ſententiam in
cap. conſuluit nos. 24. *num.* 2. *de offic. delegat.*
Caſtrenſ. conſ. 299. *viſa inquiſitione ſub*
num. 4. *in fin. lib.* 2. *Aymon conſ.* 78. *num.* 8.
Menochius de arbitrar. lib. 1. *quaſt.* 70. *num.*
7. *&* 8. *Farinac. in praxi queſt.* 17. *num.* 27.
Triuiſan. deciſ. 23. *num.* 16. *lib.* 2. *Franciſcus*
Merlinus dec. Lucenſ. 13. *num.* 7. *Rota apud*
Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 106. *num.* 2.
Maceraten. variarum reſolutionum lib. 3.
reſolut. 12 *ſub num.* 5. Rota quoq; Macera-
ten. apud *Marcum Antonium Thomati*, nunc
Epiſcopum Biteeten. *deciſion.* 14. *num.* 25.
26. *&* 27. *Regens Scipio Rouitus deciſ.* 55.
num. 10.

33 Neq; minori peruerſione conſequentia
notatur; qua ex doctrina *Lezana in ſumma*
quaſt. regular. p. 2. *d. cap.* 10. *nu.* 54. inferunt:
Igitur cùm Iudex Synodalis in antecedenti-
bus Synodis electus, talis ſit; declaratus
aptus ſecũdùm ætatem, mores, & doctrinã, li-
cèt non ſit actualitèr Iudex Synodalis poteſt
eligi in Conſeruatorem. Peruerſa, inquam
conſequentia eſt: primò ex ipſo *Lezana*, qui
non illud dicit, ad quod allegatur. Infert
34 enim ipſe ibidem: Cùm ex Conſtitutione
Bonifacij Octaui *d. cap. ſtatutum* 11. *de re-*
ſcript. in 6. Soli Cathedralium Eccleſiarum
Canonici, inter alias perſonas in dignitate
Eccleſiaſtica conſtitutas, enumerentur, qui
Synodales Iudices eligi valeant: non poſſe
35 vtiq; ex hoc eligi Collegiatarum Eccleſia-
rum Canonicos, quàmuis alias ſint illi, per-
ſonæ aptæ ſecundùm ſcientiam, ætatem, &
mores. iuxtà *text. in cap. cùm in cunctis.* 7. *de*
elect. Quia nimirùm ex diſpoſitione, tam di-
cti Bonifacij VIII. *d. cap. ſtatutum*, quàm Sa-
croſanctæ Tridentinæ Synodi *d. cap.* 10. *ſeſſ.*
25. *de reformat.* omninò vel perſonæ in di-
gnitate Eccleſiaſtica conſtitutæ eſſe debent,
vel perſonatum obtinentes, vel Cathedra-
lium Eccleſiarum Canonici. Hiq; omnes eo
ipſo tempore, & actu, cum eliguntur tales eſ-
ſe debent; nec fuiſſe tales quandoq; ſatis
erit. & hoc ipſum apertiſſimè antè *Lezanam*,
quem ipſe allegat, perpenderat de *Peiri-*
nis in dict. Conſtitut. 5. *Gregor. XV.* §. 2.
num. 18.

36 Deindè quia non rectè infertur conſequẽ-
tia de præterito ad præſens, in his præſertim,
quæ tempore variantur. ad *tex. in l. ex perſo-*
na 3. & ibidem *Bald. C. de probat.* & *l. ſiuè poſ-*
ſidetis 16. & ibidem *Gloſſ.* poſt caſus figura-
tionem *in* 1. *notab. & Bald. C. eod.* ibidemq;
Doctores. Alciat. de præſump. reg. 2. *præſumpt.*
26. *num.* 2. *Iacobus Berretta conſ.* 116. *num.* 4.
Rota Genuæ apud *Marcum Antonium Bel-*
lonum dec. 16. *nu.* 20. vtputà ſi dicas: homo
currit: non vtiq; exaudiri propoſitio poterit
de homine iam mortuo, qui fuit homo, nunc
non eſt, neq; poteſt de eo verificari curſus: ità
prorſus poteſt eligi Conſeruator, Iudex Sy-
nodalis in Synodo, vel Prouinciali, vel Diœ-
ceſana electus, vel deſignatus, ſed non, qui
iàm fuit, & non eſt, quia de eo, vti quaſi de
mortuo (quoad hanc partem Iudicis Syno-
dalis) verificari propoſitio non poteſt. quo-
37 niam verbo adiecta qualitas, ad tempus ip-
ſius verbi regitur, atq; moderatur. vt in prio-
ribus noſtris ſcriptis firmauimus. Et ſat, ſu-
perq; fuerit ad excludendum Dominum De-
canum prædictum, dicere: de te non omnes
verificantur qualitates, quę ex Gregorij XV.
Conſtitutione perquiruntur, vt Conſeruator
eligi valeas. non ergo potes eligi. & electus te
ingerere non vales, obſiſtẽte tibi Gregoriana
38 Conſtitutione, quia de te Conſtitutio non
loquitur. ad *text. in l. ſi ſeruum* 70. §. *prætor*
ait, ibi: non dixit Prætor. *ff. de acquirend. ha-*
redit. l. item apud Labeonem 15. §. *ait prætor.*
ff. de iniur. l. diſſidentis. 5. *C. de repud. cap. illa*
2. *de Sede vacant. cap.* 2. §. *vndè ſi circa trans-*
lationem de translatione prælat. can. mono-
machiam 22. 2. *q.* 5. *Nauarr. de orat. & horis*
canonic. cap. 5 *num.* 8. *Surd. dec.* 48. *n.* 5. *& dec.*
239. *n.* 3. *Sanchez de matrim. lib.* 6. *diſput.* 36.
ſub num. 2. *Rota p.* 2. *tom.* 2. *in recent. dec.* 660.
num. 5.

Nec ſufficiet dicere: eſſe ſe præditum qua-
litatibus alijs, quibus habilis, idoneuſq; ha-
betur, quòad ætatem, mores, ſcientiam, atquè
ſufficientiam; fuiſſeq; ſemel Iudicem Syno-
dalem electum, vt ſemper talis perduret, quò-
ad omnes has qualitates. potuiſſe proindè in
Conſeruatorem eligi, qui in Synodo Iudex
39 ſemel fuerat deputatus. Vt ſuam autèm
hanc faciant firmam ſententiam, allegant
Peirin. d. Conſtit. Gregor. XV. §. 1. *num.* 1. Is
nempè in 1. *notab.* duo in Conſtitutione eriã
Clementis VIII. quam innouauit Gregor.
XV.

Digitized by Google

XV.præcepta fuiſſe perpendit.*Primum, quòd*
Conſeruatores habeant conditiones requiſi-
tas in cap.ſtatutum de reſcriptis in 6. Secun-
dum. Quòd ſint deputati Iudices Synodales
in aliqua ſynodo, vel Prouinciali, vel Diœce-
ſana. ſic Peirinus. Argumenta autem, vim
ex illo pronomine educunt (quaſi formam è
40 potentia materiæ, vt Philoſophi loquuntur)
in *aliqua ſynodo.* vt ly aliqua (vt ipſi philo-
ſophantur) verificetur de Iudicibus ſyno-
dalibus, tàm actualibus, quàm præteritis.
Nil minus Edepol, vt hoc eorum excogita-
41 tum verum fiet: Et quod non id aſſerat *Pei-*
rinus, cuius verba apertiſſima ſunt, & palam
loquitur, & prouerbiū nullum dicit. verbis
& nos loquimur Sanctorum Apoſtolorum
ad Chriſtum Dominum, & Seruatorem no-
ſtrum *Ioan.* 19.29. Et quòd pronomen illud
42 (*aliqua*) interpretationem admittit, exau-
diturq; ſecundùm ſubiectam materiam. *Ro-*
ta apud Coccinum deciſ. 215.*nu.* 8. Pontifex
autem Gregorius ad mentem Sacri Tridē-
tini Concilij *d.cap.* 10.*ſeſſ.* 25.*de reform.* de
Iudicibus actu in ſynodo eligendis verba
facit; nō quòd ſemel electus ſemper electus
perduret. Hanc proindè interpretationem
nec ſanè aliam, admittent verba illa *Peirini*
in aliqua ſynodo; vel ſcilicet Prouinciali,
vel Diœceſana: non autem (vt perperam
Aduerſarij) vel actuali, vel præterita: quod
eſſet, ſi immutabiliter eligerentur, at non eſt
ita. Ad vnam quippè ex illis duabus ſynodis
pronomen illud (*aliqua*) refertur, ſiue Pro-
uincialem, ſiuè Diœceſanam, de quibus Cō-
ſtitutio verba facit; ad Cai ſenſum lib. 1. ad
edictum prouinciale in *l. creditorum* 11.*ff.*
de verbor. ſignificat. & *Gloſſ.* ibidem verbo.
ex aliqua cauſa, vel Ciuili, vel etiam ex de-
licto exponens. ſequiturq; *Rebuff. eodem lo-*
co. col. 2. *poſt medium. verſ. interdum quali-*
bet. & *Gratian. diſceptat. forenſ. par.* 2. *c.* 229.
nu. 3. non verò ad actualem, vel præteritam.
43 vti, nec rectè, putauere Aduerſarij. Qui ni-
ſi, *tenebris obſcuratum habeant intellectum,*
alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt
in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum. vt
de quibuſdam dixit Apoſtolus ad *Ephesios*
4.18. intelligere vtiq; deberent, quàm longè
ab aſſequenda diſtent veritate in re ſatis ex
ſe ipſa manifeſta. ſic

44 *Nil niſi turpe iuuat; cura eſt ſua cuiq;*
voluptas.

Ouid. 1. de Arte dixit. & *Virgil.* eglog. 2.

Trahit ſua quemq; voluptas.

& *Propert.* lib. 3.

Natura ſequitur ſemina quiſq; ſua.

45 Hinc porrò eſt, quòd elucidantes magis
ſuam ſententiam, quin (non dixerim) ſuas
tenebras manifeſtantes, proſequuntur ra-
tionem eorum dicti referentes: *Nam Bulla*
præfata, quæ requirit neceſſariò, vt eligendus
in conſeruatorem ſit actualiter in dignitate
Eccleſiaſtica conſtitutus, *vtitur verbis de-*
monſtrantibus actualitatem; nam dicit di-
gnitate Eccleſiaſtica præditi, perſonatum
obtinentes, vel Canonici exiſtant. (ly prædi-
ti, obtinentes, & exiſtant) *ſunt verba quæ nō*
poſſunt verificari, niſi de præſenti: ac proin-
dè Doctores apud Lezam nu. 50. *concludunt,*
quòd qui actu non habet dignitatem, ſed illā
dimiſerit, non poteſt eligi in Conſeruatorem.
Cùm verò loquitur, quòd eligendus in con-
ſeruatorē debet eſſe deſtinatus Iudex ſyno-
dalis, vtitur verbis, quæ poſſunt verificari de
præſenti, & de præterito; nam dicit: electi &
deſignati ſint Iudices, &c. ly deſignati ſint)
faciunt eundem ſenſum etiam apud Gram-
maticos, et Legiſtas, ac deſignati, fuerint. igi-
tur &c.

46 Sed hoc eſt quod per ipſos probandum
vtiq; eſſet, & apud Grammaticos, & apud
Legiſtas, illud (*deſignati ſint*) facere eundem
ſenſum, ac deſignati fuerint; ſed nihil pro-
47 bant, quod non vtiq: illis occurrit. Et planè
apud Grammaticos diſtincta ſunt tempora
vt (*ſint*) ſit ſubiunctiui præſentis; fuerint ve-
rò præteriti. tempus autem præſens, & præ-
teritum non ſunt idem; nam præteritum
actum iam factum, quiq; præterijt, denotat;
præſens verò actum de præſenti, & in exer-
citio, vt loquuntur etiam Philoſophi: & vnū
tempus, (cùm diſtincta inter ſe ſint tempo-
ra) aliud minimè includat, deturq; inter tē-
pora ipſa diſtinctio. ex Vlpiano in *l. ſi colono*
89. vbi *Paulus* Caſtrēnſis. & Paulus Iure
conſultus in *l. cum ſtipulamur.* 125. *ff. de ver-*
borum obligation. vbi *Bart. Hondedeus conſ.*
63.*n.*62.*lib.*1. *Gratianus forenſ. par.* 4.*c.*699.
48 *nu.* 5. *&* 6. Non ab re proindè Magnus ille
Chriſtianæ eloquentiæ Cicero Auguſtinus
ſermon. 16. de verbis Domini, relatus à Gra-
tiano *in can. ſi peccauerit* 19. §. *ergo ipſa*
corripienda. 2.*q.* 1. præceptum tradidit, ne in
ſcripturis intelligendis erremus, temporum
49 diſtinctione nos vti debere: dicens: *Diſtri-*
buite tempora, & concordat ſcriptura. Si ve-
rò tempora confundantur, non vtiq; con-
cordabit ſcriptura: & fiet confuſio mortis
magna in Ciuitate, iuxta verba 1. *Regum* 5.
6. & totum hoc fit ab eis, vt aſſerant, Deca-
num potuiſſe eligi in conſeruatorē, quamuis
non eſſet ſynodalis Iudex in proxima ſyno-
do electus, ac conſequenter actualis, & in
50 exercitio. Quò verò ad Legiſtas: quis vnquā
in dubium apud eos reuocauit, tempus de-
terminato modo prolatum, functionem al-
terius temporis non admittere, cùm ſint
diſtincta tempora, vt diſtinctam rerum fa-
ciant intelligentiam. Teſtem huius rei exci-
pe Pomponium Magnum illum inter Iure
Conſultos in *l. ſi vſusfructus mihi* 6. *ff. de*
51 *vſu, & vſufructu legato.* Quærebatur apud
Pomponium, ſi legatus mihi vſusfructus
fuerit. intra biennium debendum; hæreſq;
in ſoluendo negligens fuerit, ſitq; biennium
euolutum: debebitur ne amplius vſusfru-
ctus?

ctus? non deberi reſpondet Pomponius:
verbis dicens: *Vt peti quidèm iam vſusfru-
ctus, qui legatus ſit, non poſſit: quia alius fu-
turus ſit, quàm qui legatus fuerit: ſed æſti-
matio eius bima dumtaxat facienda ſit*. ſic
Pomponius. Vides igitur non pro eodem
tempore apud Iuriſperitos vſurpari tẽpus
præſens ſubiunctiui (*ſit*) & *fuerit*, ſed vti di-
ſtincta æſtimari. neq; ab hoc iudicio Paulus
lib. 3. ad edictum aberrare videtur *in l. ſi
vnus ex argentarijs* 28. *§. ſi cum reo. ff. de
pact.* cùm decernit: Cum reo ad certum
tempus pactionem factam; vltrà illud, nequè
reo, neq; fideiuſſori prodeſſe: Quia tempo-
rum diſtinctio datur. & vnum aliud non in-
cludit, vt diximus. Eiuſdemquè ſenſus eſt
Aphricanus lib. 7. quæſtionum in *l. quæſi-
tum* 44 *ff. de vſufruct. & l. qui vſumfructum*
43. *§. fin. ff. eod.* Rationem accipe ex *Gloſſ.* in
can. ponderet vnuſquiſq; 14. *in princ.* verbo
52 *tempore diſt.* 50. dicente illa: *Nàm ratio
temporis mutat conſtitutionem.* faciuntquè
Vlpiani verba lib. 3. ad edictum in *l. 1. cum
ibi notat. ff. quod quiſq; iuris.* ſequutaq; fuit
Rota apud Sanct. mem. Gregor. XV. dec. 338.
num. 4. *&* 5. *& dec.* 371. *n.* 1. *& apud Coccin.
dec.* 414. *num.* 3. *& apud Duranum dec.* 365.
à num. 19. *cum ſequent. & deciſ.* 402. *num.*
2. *part.* 2. *Gratianus dict. capit.* 755. *num.* 31.
part. 4.

53 Neq; ipſi multum inſudauerunt, vt
Doctores apud *Lezanam d. num.* 50. relatos,
exaudirent, cùm non integrè ea perluſtra-
rint; ſed dimidiatè. nam eſt ſiquidèm dicto
num. 50. debere eſſe in dignitate Eccleſiaſti-
ca eligendos dicit, & de præſenti, non quòd
ſolùm de futuro fuerint. tamen *n.* 53. *&* 54.
de qualitate, quòd etiam ſint Iudices Syno-
dales in Synodo electi, & deſignati, nũquàm
aliquid dicit; ſufficere, vt fuerint deſignati
pro præterito, nec ſint actu deſignati de præ-
ſenti, & in exercitio.

Quod ſanè verba ipſa Conſtitutionis
Gregorianæ, omnimodò exquirunt, ſicut &
alias qualitates requiſitas per Conſtitutio-
nem Bonifacij VIII. *in cap. ſtatutum* 11. *de
54 reſcript. in* 6. Vt tempus attendi electionis
debeat, non præteritum. Quemadmodùm
vt regula locum habeat reſeruatoria octo
menſium tempus attenditur vacationis.
Caſſadorus deciſ. 8. *num.* 9. *de præbend. Rota
coràm Tholomæo deciſ.* 774. *n.* 10. *par.* 3. *lib.* 3.
diuerſor. Gonzalez ad reg. 8. *Cancell. Gloſſ.* 53.
n. 35. *& n.* 41.

Deprehenſos tandèm ſe agnoſcentes Ad-
uerſarij ad confugium ſe vertunt dicentes,
tempore illo electionis iam Synodalem Iu-
dicem electum, & deſignatum perſeueraſſe
Dominum Decanum: Quia nimirùm Illu-
ſtriſſimus Dominus Epiſcopus mandauit,
ſuas Synodales Conſtitutiones non incipere
obligare, niſi poſtquàm Typis impreſſæ fuiſ-
ſent. Erat proindè Dominus Decanus tunc,
cùm electio facta fuit, vnus ex Synodalibus
Iudicibus: quia nondùm eius expirauerat
deputatio, perdurante adhùc tempore, quo
Typis imprimi debebant Conſtitutiones
Synodales.

55 Scitâ quidèm inſtantia, ac ſapienti, & phi-
loſophico ore prolata ſententia; quo loquẽ-
di genere vſus fuit Gratianus in *can. Eccle-
ſia.* 1. *§. arguitis nos.* 13. *q.* 1. Verùm in palàm
faciunt, illos vel non intellexiſſe, vel diffu-
gere voluiſſe, quæ in illa inuoluitur æquiuo-
56 catio. Æquiuoca autèm ex Philoſophi ſen-
tentia diuidenda priùs, poſtmodùm verò
definienda, vti ex noſtratibus quoquè in
*rubrica Inſtitution. de iure naturali, gen-
tium, & ciuili.* ſequuntur. ad *text. in cap. cùm
Ioannes* 10. *§ ad hoc autem. & ibidem Abb.
ſub num.* 16. *de fide inſtrumentorum. cap. in
præſentia.* 8. *§. quare cùm conſtit.* 10. *de prob.
Mandoſius conſ.* 51. *num.* 4. *Rota in Medio-
lanen. iuris patronatus* 8. *Iunij* 1618. *coràm
Pirouano dec.* 74. *num.* 4. *apud Viuian. in
praxi iuris patron.* diximus *reſponſ.* noſtra
20. *n.* 8 *p.* 3.

Diuidamus ergò æquiuoca oportet, vt
poſtmodùm reſpõſionem definitam demus.
57 Aliud nempè Synodus eſt, aliud verò de-
creta Synodalia. Et quidèm Synodus (ex
Iſidoro in libris Ethymologiarum *lib.* 6. *c.* 16.
& ex eo Gratianus in *can. canones.* 1. *§. Sy-
58 nodus autem. diſt.* 15.) ex Græco interpreta-
tur, Comitatus, vel Cœtus. ſicuti Concilij no-
men tractum eſt ex more Romano. Tempo-
re enim, quo cauſæ agebantur, conueniebãt
omnes in vnum, communiq; intentione
tractabant. Vndè Concilium à communi in-
tentione dictum eſt, quaſi conſilium: Con-
ſilium quaſi conſidium, d. in l. litteram
trãſeunte; vel Concilium dictum eſt à com-
muni intentione, eo quòd in vnum dirigant
omnem mentis obtutum: Cœtus verò con-
uentus eſt, vel congregatio, à coeundo, ideſt,
à conueniendo in vnum. ità ibi. & *Gloſſ.* in
can. Epiſcopus 1. verbo *Synodum* 6. *quæſt.* 2.
& ipſa ſic docet: *Synodum, id eſt conuentum
59 Clericorum, qui concilium appellatur.* De-
creta verò Synodalia ſunt, quæ in ipſa Sy-
nodo, in ipſo Cœtu, in ipſo Comitatu agun-
tur, pertractantur, definiuntur. quæ alio no-
mine Conſtitutiones Synodales, & Eccleſia-
ſticæ nuncupantur. ex *Gloſſ. in ſumma diſt.*
3. verbo *omnes*. Conſtitutiones autem ipſæ
60 fiunt, quemadmodùm & leges decernuntur,
*vt eorum metu humana coerceatur auda-
cia, tutaq; ſit inter improbos innocentia: &
in ipſis improbis formidato ſupplicio refre-
netur nocendi facultas.* vt ex Iſidoro eodem
lib. Ethymologiarum *cap.* 20. definit Gratia-
nus *can. facta autem leges* 1. *diſt.* 4.

Quando ergò per Illuſtriſſimum Domi-
num Archiepiſcopum Conſentinum facta
fuit Synodus, Congregatus Cœtus, Comita-
tus, Concilium coactum, & in eo decreta

Syno-

Synodalia communi intentione definita;le-
cta,& publicata: tunc in ea noui Iudices Sy-
nodales iuxtà formam Sacri Tridentini
Concilij *d.ſeſſ.25.cap.10.de reformat.*electi,
& deſignati fuere, inter quos Dominus De-
canus neq; electus, neq; deſignatus fuit.

Ceſſauit vtiq; tunc in ipſa Synodo eius
officium,eius prior electio, & deſignatio in
Iudicem Synodalem.non itàq; iam ampliùs
vnus ex Synodalibus Iudicibus in Synodo,
vel Prouinciali, vel Diœceſana electus, ſeù
deſignatus. non habebat proindè ampliùs
tunc qualitatem illam Iudicis Synodalis in
Prouinciali,vel Diœceſana Synodo electi,&
deputati, iuxtà formam dicti decreti Sacro-
ſanctæ Synodi. Nudatus idcircò erat quali-
tate illa Iudicis Synodalis in Prouinciali, vel
Diœceſana Synodo electi,ſeù deſignati.Non
ergò poterat ampliùs eligi in Conſeruato-
rem,ex vi Gregorianæ Conſtitutionis, quæ
formaliter mandatum fuit,præter alias qua-
litates, debere habere,vt in Prouinciali,aut
Diœceſana Synodo Iudices electi, ſeù deſi-
gnati ſint. Electus idcircò;malè electus fuit,
ac contra formam à Gregoriana Conſtitu-
tione perquiſitam. Nulla eſt ergò eius ele-
61 ctio.Dicitur hoc argumentum inductio, ſi-
uè à ſufficiēti partium enumeratione,quod
ſatis firmum æſtimatur;etiam negatiuè,quo
Gregorius Magnus ille primus ad Ioannem
Rauennaten, Epiſcopum ſcribens vſus fuit
in *can.cōtra morem* 8.§.*quod ſi hoc diſt.*100.
eodemquè modo Alexander Secundus in
can.ad Sedem Apoſtolicam 2.§.*quid igitur
dicent.*35.*q.*5.

62 Nequè portò Regulares ex Synodalibus
Conſtitutionibus, vel in Prouincialibus, vel
Diœceſanis Synodis, publicatis ad eligen-
dum in Conſeruatorem perſonas illis quali-
tatibus prææditas tenentur; ſed ex Summo-
rum Pontificum Conſtitutionibus, Grego-
rij XV. præſertim. Nihil ergò quòad illos,
quòd Illuſtriſſimus Archiepiſcopus manda-
uit,Synodales Conſtitutiones vim obligan-
di non habere, niſi poſtquàm fuiſſent prælis
impreſſæ. Illi enim poterant adhuc non eli-
gere Conſeruatorem, vt Ordinarius ipſe,Il-
luſtriſſimus ſcilicèt Archiepiſcopus,Conſer-
uator permaneret:quando verò illum elige-
re decreuere,omnimodis tenebantur, iuxtà
formam Gregorianæ Conſtitutionis, illum
eligere.Non itàq; potuere D.Decanum non
adhuc in Synodo Iudicem electum, ſeù de-
ſignatum:quia profectò qualitate hac Iudi-
cis Synodalis in Prouinciali, ſeù Diœceſana
Synodo electi,ſeù deſignati,carebat. Nulla
63 ergò fuit electio contra formam facta, vt in
ſuperioribus noſtra reſponſione latè dedu-
ximus. & probat *Bald. in l.neq; mater. num.
6. C.de iure dot. Aymon conſ.*142.*num.*10.
*Surd.conſ.*192.*num.*35.*lib.*2.*Rota in Roma-
na hæreditatis* 5.*Martij* 1636.*corā Mo*[illegible]*a-
no deciſ.*100.*n.*16.*p.*7.*in recent.per Rubeum.*

64 Synodales autem Conſtitutiones in Syno-
do factæ,lectæ, & publicatæ, Synodus non
ſunt,ſed Conſtitutiones,& decreta Synoda-
lia.

Hæc vtiq; dilata fuere, nè obligare inci-
perent,niſi poſtquam Typis fuiſſent impreſ-
ſa,non ſanè Synodus,quę iam completa fue-
65 rat,atq; concluſa. Nā etiam dicere malueris,
Conſtitutiones Synodum appellari in ſenſu
vtiq; compoſito, quia in Synodo decretæ
fuere;quemadmodum Sacroſanctę Triden-
tinæ Synodi decreta, Synodus Tridentina
nuncupantur, in ſenſu quidèm compoſito;
non in ſenſu diuiſo,in hoc nempè ſenſu,tunc
Synodus dicitur,cùm perdurat illa Clerico-
rum Congregatio, ille Cœtus, ille Comita-
tus,illud Concilium.ex Iſidori definitione
in ſuperioribus tradita. Vanum eſt ergò
quod ex hoc capite ſomniare viſi ſunt Ad-
uerſarij. Decidit proindè præcipiti ruina
turris,quam ipſi extruere viſi fuere, cuiquè
confidebant.in quam ſe tuti reciperant.& vt
in prouerbijs habetur: Somnio diuites,ſe
eſſe putauere.

66 Varia itàq; ſunt hominum ingenia,& velle
ſuum cuiq; eſt: ſed hoc facit charitas, vt vo-
to viuatur vno. ſic Lucas *actuum* 4.42.de
primitiua illa Eccleſia in Hieroſolymis te-
67 ſtatur: *Multitudinis autem credentium*
(inquiens) *erat cor vnum, & anima vna*.
& Chriſtus Dominus noſter *Ioann.* 13. 35.
nos docuit dicens: *In hoc cognoſcent om-
nes, quòd Diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionem
68 habueritis ad inuicem.* Charitas autem (vt
Apoſtolus ait 1.*ad Corinth.*13. 4.) patiens
eſt,benigna eſt: Charitas non æmulatur,non
agit perperàm,non inflatur, non eſt ambi-
tioſa,non quęrit quæ nō ſua ſunt,non irrita-
tur,non cogitat malū,non gaudet ſuper ini-
quitate,congaudet autem veritati: omnia
ſuffert, omnia credit,omnia ſperat,omnia
ſuſtinet. Si charitatem itàq; habuerimus
ad inuicem, quod erat varium ingenium,
vnum fiet, & anima vna, diſſidiaquè ceſſa-
bunt.

Atq; ità ex his, quæ Ariſtarchi indicio
ſubijcimus, virgæq; reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Sacra quæ ſunt,à prophanis longè abeſſe de-
bent.*
Vt neq; quidèm ſacra prophani audiant.
*Quidue antiquitus apud Gentiles ſerua-
batur.n.*2.
*Socratis in hoc obſeruantia.n.*3.
2 *Prouerbium.Oſtium obdite prophani.*

Si-

Siue: Forei occludite quiq; propbani. expenditur.

4 *Vendit facilè, qui emit. ex Saeris Authoribus illuſtratur.*

Et paratior eſt alijs vendere, qui emit.

Et retinere nemo poteſt, quod vendit. nu. 14.

Vendere nemo poteſt id, cuius non eſt Dominus. n. 19.

5 *Simonia à Simone Magno inuecta.*

Qui pecuniam Apoſtolis obtulit, vt Spiritum Sanctum emiret.

Et donum Dei pecunia poſſidere æſtimauit.

Vt venderit. n. 6. & n. 7.

Deteſtandum planè ſcelus & execrãdum. rum. 8.

7 *Simon ille Magus ficè ad fidem conuerſus fuit.*

9 *Spiritum Sanctum Macedoniani hæretici delirando creaturam, & ſeruum Dei Patris, & Filij, peſſimè aſſeruerunt.*

Deterius verò ſimoniaci ſuum ſeruum efficere tentant. n. 10.

Et quomodò.

10 *Simoniaci Spiritum Sanctum ſuum ſeruum emendo, & vendendo efficere tentant. & nu. 11.*

Et ideò ab hæreſi non longè diſtant. nu. 12. ex S. Thom.

Idcircò à Spiritus Sancti gratia alieni ſunt. n. 13.

Exemplis declaratur. n. 14.

Ideò excommunicati ſunt. n. 15.

Etiam per Conſtitutionem Pauli Secundi. n. 16.

Ratio affertur. n. 23.

11 *Spiritus Sanctus Deus à Patre, Filioq; procedit.*

12 *Simonia hæreſis dicitur, ac ſimoniaca hæreſis.*

Quoniam Spiritus Sancti donum pretio comparari exiſtimat. n. 13.

Simoniæ labe infecti, ſunt excommunicati. n. 16.

Ratio triplex affertur. n. 17.

Quarè ſimonia prohibita. ex S. Thom.

Et eſt ſacrilegium. n. 21.

14 *Retinere nemo poteſt, quod vendit.*

17 *S. Thomas, Abyſſus interpretatur. quaſi doctrina Abyſſus.*

Angelus dicitur.

18 *Sapientia cunctis opibus pretioſior, nec omnia alia ei comparari valent.*

19 *Prelati Eccleſiarum non ſunt domini rerum Eccleſiaſticarum ſpiritualium, ſed diſpenſatores.*

Idcireò vendere eas non poſſunt.

20 *Spiritualium origo ex gratuita voluntate Dei dependet.*

Ideò vendi non poſſunt.

Et omnis pactio, omniſq; contractus ab his abijcitur. num. 27. & 28. in fin. & nu. 30.

21 *Sacrilegium ſacræ rei eſt violatio, & irreuerentia.*

22 *Sacrilegi pœna conueniens, eſt excommunicatio.*

Et quarè?

24 *Simonia quid?*

Quarè dicatur ſtudioſa voluntas? n. 25.

Et quid emptionis, & venditionis nomine comprehendatur. n. 26.

Simonia dupliciter conſideratur. n. 28.

In primo capite eſt indiſpenſabilis etiam per Papam.

In ſecundo capite tantùm per Papam, vt puta in beneficialibus.

25 *Virtutes, & vitia in voluntate inſident tanquàm in ſubiecto. & n. 41.*

29 *Renunciatio beneficij formaliter ob pecuniã facta, etiam in gratiam collitigantis, ſimoniaca eſt.*

Ratio affertur.

Secus verò ſi ob lites ſedandas, & ob vexationes inuicem effugiendas, expenſaſq; vitandas fiat. n. 31.

Ob bonum pacis. nu. 36. quid detur, non à primario.

Neq; in pretium renunciationis.

Quia licuit vexationem, damnumq; ſuum redimere. n. 32.

Quod etiam ex Diui Thomæ ſententia cõprobatur. n. 33.

Ratio affertur. n. 34.

Et circa temporalitatem concordia cadat, non circa ſpirituale. n. 35.

Potiſſimùm verò ſi renunciatio facta fuerit reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & non aliàs. n. 37.

Quia conditionalis dicitur. n. 39.

38 *Aſſenſus Apoſtolici reſeruatio in renunciatione beneficij ad fauorem collitigantis, refectis expenſis, omnem tollit ſimoniæ labem.*

Atq; ſimoniæ ſuſpitionem.

Et conditionalis renunciatio dicitur. nu. 39.

39 *Conditio nihil in eſſe ponit, donec ipſa exierit.*

40 *Simoniæ crimen ex ſola pendet voluntate.*

Sicut & vſura.

In dubio verò, interpretatio, quæ ſimoniã excludit, deſumitur. n. 42.

Præſertim accedente clauſula reſeruationis aſſenſus Apoſtolici. n. 43.

Simonia ex actu licito non contrahitur. nu. 44.

45 *Hæres ex defuncti crimine non tenetur.*

Niſi quatènus eſt in hæreditate.

Si ad reſtitutionem ille tenetur.

Ratio affertur: Nè alieno ſcelere ditetur. nu. 46.

Non

Non tamen in anima grauatur. n.47.
Ratio affertur.n.48.
48 *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, nec filius patris iniquitatem portabit, nec filij pater.*

ARGVMENTVM.

Simoniæ crimen peſſimum, ac deteſtandum; quidq; illa ſit, & quotuplex. & an ceſſio Canonicatus, & renunciatio liti inter duos litigantes cum ſolutione certæ quantitatis propter expenſas, & ad vexationes inuicem remouendas, non in pretium, ſed gratioſè, ac reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & non aliàs, ſimoniaca videatur? & quid in dubio, an ſimoniæ crimen remoueatur? nùm verò poſt vltima renunciantis funera pro ſimoniæ crimine hæredes in iudicium compellari valeant?

RESPONSIO XLIV.

1 SAcra, quæ ſunt, à prophanis longè abeſſe debent; vt ne quidèm ſacra prophani audiant, permittitur. Sic olim
2 cùm de ſacris verba fierent: *Oſtium obdite propbani*; dicebatur, ſiuè *fores occludite quiquè propbani.* ſumpta alluſione ex Orpheo carmine illo

Fas quibus eſt audire loquar, vos turba propbana
Obturate fores.

Iubet enim, vt prophani oſtium auribus imponant, ne quid arcani ſermonis poſſit ingredi. Huc ſanè reſpexit Horatius, cùm ſcribit in Odis:

Odi propbanum vulgus, & arceo,
Fauete linguis, carmina non prius
Audita, Muſarum Sacerdos
Virginibus, puerisq; canto.

3 Hinc Socrates apud Platonem in Theæteto diſputaturus de rebus ſubtilioribus: *Obſerua iam circunſpiciens, ne quis propbanus exaudiat.* dixit. Imitatus facilè Pythagoram, qui ſic præfatur:

Cordatis cantabo, fores tamen obde propbane.

Ne ſacra audiant, arcanorumue ſecreta excipiant, prophani arcêtur, ne vili ea habeāt, neue contemnant: admittentur ne, vt ea tractent? vt ea emant, in ſuamq; transferant
4 proprietatem? non vtiquam. facilè nempè vendit, qui emit. non enim hoc eſt excogitatum, ſed Gregorij illius Magni in *can. quibuſdam narrantibus* 117. §. *qui videlicet error.* 1.*q.*1. rationem huiuſce rei reddentis: *Nam ipſe quoq;* (inquientis) *qui ad ſacrum ordinem perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice vitiatus, paratior eſt alijs vendere, quod emit.* eodemq; pœnæ ſenſu in *can. audiuimus* 1.1.*q.*3. verbis loquens: *Iſte quippè donum Dei emere, hic autem præſumit vendere.* Facilè ergo qui emit, vendit.
5 Nec alia profectò ex cauſa Simon ille Magus, à quo ſceleſtiſſimo, ſimoniæ ctimen inuexit, pecuniam obtulit Apoſtolis, vt Spiritum ſanctum emeret, niſi vt venderet: *Cùm vidiſſet autem Simon* (Lucas fatur Euangeliſta *actuum* 8.18) *quia per impoſitionē manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunq; impoſuero ma-*
6 *nus accipiat Spiritum ſanctum.* Vt venderet itaq; Spiritum ſanctum, emere tentabat; cuius cor non erat rectum coràm Deo, qui donum Dei pecunia poſſideri exiſtimabat. vt Petrus improperans eidem dixit. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Quod Vrbanus ſecundus *can. Saluator.* 8.1.
7 *q.*3. ſic explicat, loquens: *Simon Magus, qui ad fidem ficte acceſſit, non Spiritum ſanctum propter Spiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus; (quoniam, vt ſcriptum eſt* (Sapient. 1.) *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed ideò, quantum in ipſo erat, emere voluit, vt ex venditione ſignorum, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur.* quem locum *S. Thomas* retulit, & ipſe in hunc ſenſum. 2.2.*q.*110.*ar.*1.*ad quar-*
8 *tum.* Deteſtandum plane ſcelus, & execrandum, neq; ab hæreſis crimine alienum. Quā autem Deteſtandum, execrandumq; ſit crimen, excipe ex epiſtola Taraſij Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Hadrianum Papam conſcripta, relata à Gratiano *can. eos, qui* 21. 1.*q.*1. & refert *S. Thom. d. q.* 100. *art.* 1. *in pri-*
9 *mo argumento* ſic nempè Taraſius: *Tolerabilior eſt enim Macedonij & eorum, qui circa ipſum ſunt, Spiritus ſancti impugnatorū impia hæreſis. Illi enim creaturam, & ſeruū Dei Patris, & Filij Spiritum ſanctum deli-*
10 *rando fatentur. Illi verò eundem Spiritum ſanctum efficiunt ſuum ſeruum. Omnis enim Dominus quod habet, ſi vult, vendit, ſiuè ſeruum, ſiuè aliquid aliud eorum, quæ poſſidet. Similiter & qui emit Dominus eius volens eſſe, quod emerit, per pretium pecuniæ illud*

acquirit. Ita & qui hanc iniquam actionem
operantur, detrahunt Spiritui ſancto. ſic
11 Taraſius. An non deteſtandum eſt crimen:
Spiritum ſanctum Dominum Deum, qui ex
Patre, Filioq; procedit; (Deus eſt enim Pa-
ter, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, vt ex
Athanaſio in ſymbolo ſancta profitetur Ec-
cleſia) ſuum ſeruum per pecuniam efficere
velle? Deteſtandum ſanè, & execrandum, &
12 proindè ab hæreſi non alienum. rationem
reddit Angelicus Doctor *d. art. 1. in corpor.*
dicens: *Secundum hoc ergo ſimonia, hæreſis*
dicitur, ſecundum exteriorem proteſtationẽ:
quia in hoc, quod aliquis vendit Donum Spi-
ritus ſancti, quodammodò proteſtatur, ſe eſ-
ſe Dominum ſpiritualis doni. quod eſt hære-
ticum. ita ille. & hoc ipſum Nanzianzenus
Magnus ille, Theologus cognomento ap-
pellatus, à Gratiano relatus *can. qui ſtudet*
11. 1. *q.* 1. proteſtatus fuit, rationem reddẽs:
13 *Nam Spiritus ſancti donum pretio compa-*
rari, quid aliud eſt, quàm capitale crimen, &
ſimoniaca hæreſis? quod quàm deteſtabiliter
in vtroq; teſtamento vindicatum ſit, multo-
rum exemplis facilè apparet. Idcircò ipſi à
14 Spiritus ſancti gratia extorres fiunt: *Quia*
nemo poteſt retinere, quod vendidit. ſubne-
ctit idem. comprobat autem: dicens: *Domi-*
nus etiam, vt vendentes, & ementes huius
gratiæ expertes oſtenderet, cunctos peccato-
res per gratiam in Templo dimiſit; ſingula-
riter vendentes, & ementes increpans, &
flagellans de templo eijecit; in quo vendito-
res, & emptores ſuos gratia Spiritus ſancti
conſtat deſtitutos eſſe, & vacuos. Quos enim
Chriſtus eijecit de templo, numquid Spiri-
tus Chriſti faciet ſibi templum? ita Nanziã-
15 zenus. Eiecti ſunt vendentes, & ementes à
Chriſto Domino extra templum, & à tem-
plo extorres facti. à templo proindè ſepara-
ti. Excomunicati propterea. Et quidèm iu-
ſtè. *Nam Giezi* (idem Nanziãzenus ibidem
ſubnectit) *gratiam ſanitatis Naaman ſyro*
vendidit, eandem gratiam ſanitatis, Heliſeo
vindicante, leproſus factus amiſit. Iudas om-
nium Redemptorem vẽdidit, mox laqueo ſu-
ſpenſus, eandem Redemptoris gratiam, non
obtinuit. Simon etiam Magus cùm eandem
Spiritus ſancti gratiam emere vellet, dam-
nationis ſententiam à Petro audiuit: (Pecu-
nia tua tecum ſit in perditionem; quia donũ
Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere.
16 Propter hanc idcircò cauſam per Paulum
ſecundum in *extrauaganti cùm deteſtabi-*
le. 2. de ſimon. inter comunes. ſimoniæ labe
infecti excomunicationis reſti ligantur, ſũ-
mo ipſo Romano Pontifici retento; confir-
mando etiam, & innouando, omnes pœnas,
& cenſuras contra, & aduerſus ſimoniacos
per prædeceſſores ſuos inflictas, ipſaſq; ip-
17 ſo facto incurrere declarando. Ratio autẽ
eſt triplex ex S. *Thoma d. q.* 100. *art.* 1. *in cor-*
por. audias quæſo *Abyſſum* doctrinę, ſic eius
interpretatur nomen ex Hieronymo; neq;
enim fas eſt, locum eſſe alterius cuiuſq; ver-
bis, vbi Angeli verba ſonant. *Primò quidem*
(inquit ille) *quia res ſpiritualis non poteſt*
18 *aliquo terreno pretio compenſari, vt de Sa-*
pientia dicitur Prouerb. 3. *Pretioſior eſt*
cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur,
huic non valent comparari. ideò etiam Pe-
trus in ipſa ſui radice ſimoniacam prauita-
tem condemnans, dixit: Pecunia tua tecum ſit
in perditionem: quoniam donum Dei exiſti-
19 *maſti pecunia poſſidere. Secundò, quia id nõ*
poteſt eſſe debita venditionis materia, cuius
venditor non eſt dominus, vt patet in autho-
ritate ſupra inducta. Prælatus autem Eccle-
ſiæ non eſt dominus ſpiritualium rerum, ſed
diſpenſator; ſecundum illud 1. ad Corinth.
4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chri-*
20 *ſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei.*
Tertiò, quia venditio repugnat ſpiritualiũ
origini, quæ ex gratuita voluntate Dei pro-
ueniunt. Vnde & Dominus dicit: Matth. 10.
Gratis accepiſtis, gratis date. Et ideò aliquis
emendo, vel vendendo rem ſpiritualem, irre-
uerentiam exhibet Deo, & rebus diuinis:
propter quod peccat peccato irreligioſitatis.
21 Eſt ergò ſacrilegium. Sacrilegium verò ſa-
cræ rei eſt violatio, & irreuerentia. *S. Thom.*
2. 2. q. 99. art. 1. 2. 3. & 4. in corpor. Gloſſ. 1. in
can. ſacrilegium. 4. 17. q. 4. diximus *reſponſ.*
noſtra *36. nu. 65. & reſponſ. 38. nu. 12. par. 3.*
22 Conueniens autem pœna ſacrilegi, qui ſa-
cris iniuriam infert, eſt excomunicatio, per
quam à ſacris arcetur. idem *S. Doctor d. q.*
99. art. 4. in corpor. Bonifacius Papa in *can.*
nulli liceat ignorare 3. in fin. & Gregorius
ſeptimus *can. quicunq; militum 4. 1x. q. 2.*
Ioannes Papa *can. quiſquis inuentus* 21. 17.
q. 4. & ex Gregorio Nanzianzeno *d. can. qui*
ſtudet. 11. in princ. 1. q. 2. Gregorius, IX. in *c.*
23 *conqueſtus 16. de foro compet.* iurè ergo ſi-
moniaci, qui tam grauem ſacris iniuriam
venditione, emptioneue inferunt, à com-
munione ſegregantur, ita vt ſecundũ Apo-
ſtolum nemini fidelium miſceatur, vt Ioan-
nes Papa loquitur *d. can. quiſquis inuentus.*
21. § ſi quis domum in fin. 17. q. 4.

Verùm an ij, de quibus factum narramus
in crimen dederint ſimoniæ, non mediocris
quæſtionis fuit. Factum itaq: tale eſt. Lis
agitabátur, (nec à paucis diebus) in Sacra
Romana Rota inter Subdiaconum Donatũ
Saggeſium prouiſum Apoſtolicum, & D.
Nuntium de Gregorio ab Ordinario proui-
ſum, ſuper Canonicatu in Cathedrali Sancti
Angeli Lombardorum; cùm verò litium ca-
lor vtriq; parti damno eſſet, vellentque ſibi
partes per concordiam conſulere, ad tran-
ſactionem inuicem deuenere anno 1625.
rogato in his publico Inſtrumento. Et qui-
dèm Donatus Saggeſius, quem nos tueba-
mur, pro Nuntio Canonicatui ceſſit, & liti;
Nuntius verò, eiuſq; Mater, beneuolentiæ
ergò

ergò,atq; ad futuras euitandas inter eos ve-
xationes,quòd ſit litium euentus incertus,
vt belli; & pro expenſis in lite huc vſq; ero-
gatis, & quæ erogari potuiſſent, Donato
quingentos ducatos monetæ Regni, & pro
eis quodam domus pretium in ſolutum de-
derunt.proteſtatione tamen præmiſſa,qua-
tènus contractus ſimoniacam ſortaſsè labē
ſaperet,quod ipſi nullo modo intendebant,
eſſet pro non facto initus, & pro non facto
haberetur:reſeruato quoq; aſſenſu Apoſto-
lico deſuper impetrando. nec aliàs,nec alio
modo.Decimo exacto anno,Donato ex hu-
manis aſſumpto,per Illuſtriſſimum loci Or-
dinarium, & Nuntius iam à tanto tempore
Canonicus, & Donati hæredes in iudicium
compellantur ſuper ſimoniæ crimine re-
ſponſuri:quòd in pœnas,cenſuraſq; dederint
dictæ *extrauagantis Pauli 2. cùm deteſtabi-
le 2.de ſimon.* ob reſignationem prænarrato
modo factam. Fit itaq; cauſæ ſtatus;ſimo-
niaca ne,& ſimoniæ infecta labe ceſſio fuerit
Canonicatui, & liti per Donatum Nuntio
facta, ob ſolutionem illam quingentorum
ſuper domo in ſolutum data,vel à crimine
excuſari valeat?

Hanc vt diſſoluamus propoſitam diffi-
cultatem,ſupponendum primò videtur, ſi-
24 moniam definiri: Eſt ſtudioſa voluntas vē-
dendi,vel emendi pretio rem ſpiritualem,
vel ſpiritualitati annexam.*S.Thom.d.q.*100.
*art.*1.*Gloſſ.in ſumma* 1.*q.*1.verbo *quidam*.
deducitur ex *tex.in d.can.*Saluator.8. 1. *q.*3.
Rota apud Coccinum *deciſ.*468.*num.*5. dixi-
mus *reſponſ.noſtra* 39.*num.*12.*par.*3.*Card.
Tolet.inſtruct.Sacerdot.lib.*5.*cap.*84. *nu.*2.
eamq;ſequitur Nauar.*conſ.*49.*num.*1.*lib.*5.
*de ſimonia.& in manuali cap.*23. *num.*100.
25 Studioſam voluntatem diximus,quia nimi-
rùm ſicut iuſtitia,omneſq; partes eius in vo-
luntate inſunt,tanquàm in ſubiecto;ità pari-
què modo,& eidem oppoſita vitia in volun-
tate erunt vti in ſubiecto. pariq; modo &
ſimonia in voluntate reſidebit. S. Doctor
*d.q.*100.*art.*1.*ad* 2. *Card.Tolet.* vbi paulò
26 antè;alijq;. Emptionis verò,venditioniſq;
nomine omnis comprehenditur contractus,
non gratuitus, per quem res ſpiritualis pro
temporali datur,pretio, vel alterius rei pre-
tio æſtimabilis,vel pactio intercedit,vel quid
27 aliud,quo ſpirituale pro temporali transfer-
tur,quando omnis pactio, omniſq; contra-
ctus ab his longè abeſſe debeat.ex Grego-
rii IX.ſanctione in *cap.pactiones* 8. *aliàs fin.*
ibiq;notatis *de pact.S.Thom.d.q.*100.*art.*1.
ad 5.*Card. Toletus d.cap.*84. diximus *dict.
reſponſ.*39.*num.*13.*Nauarr. man.d.cap.*23.
*n.*100.
28 Supponimus ſecundò,ſimoniam duplici-
tèr in perpenſionem deuenire poſſe; vel vt
in his cadere poteſt,quæ ex ſui intrinſeca
natura ſimoniaca ſunt, in veteri,vel nouo
teſtamento expreſſa,Sacramenta ſcilicet vē-
dere,emereq; hiſq; ſimilia:& hoc planè mo-
do dicuntur, emptio, & venditio prohibita,
quia ſimonia eſt hæc ipſa emere,vendereq;
& in his nulla cadere poteſt diſpenſatio,neq;
etiam Papæ;quia nullam in his ſpiritualibus
obtinet ad hunc finem poteſtatem:Vel verò
perpēdetur ſimonia, vt in his cadere poteſt,
quæ non ex ſui intrinſeca natura, ſed ex Ec-
cleſiæ conſtitutione, ex poteſtate ſuperna-
turalitèr,& diuinitùs ei tradita, prohibita
ſunt,& conſequentèr ſimoniaca, vt in bene-
ficiorum permutationibus,reſignationibus,
& ſimilibus paciſci, quæ conſtitutione Ec-
cleſiæ prohibita ſunt.*d.cap.fin.de pactis*.quæ
dicuntur ſimoniaca,quia prohibita:& in his
quidèm Summus Pontifex diſpenſare valet.
diſtinctionem hanc habes ex *Gloſſ. in capit.
cùm pridèm.*4.verbo *illicitæ pactionis.in fin.
de pact.*neq; illam horret, quin adiuuat,fo-
uetq;*Gloſſ. in cap. ex parte N.*12. in verbo
dimittere.de offic.deleg. quam approbat *Sot.
de iuſtitia.& iur.lib.*9.*q.*5.*art.*2. & videtur
ex mente *S.Thom.d.q.*100.*art.*1. *ad* 5.6.*&
7.& in* 4.*diſt.*25.*q.*3.*art.*3.*Card.Tolet.d.lib.*
5.*cap.*86. *Sylueſter ſumm.verbo ſimonia*
§.4.*Couarr.in reg.peccatum par.*2.§.8.*n.*8.
& 9.*Nauarr.manual.d.cap.*23.*numer.*100.
*verſ.ſecundo,quod duplex.*Garſias *de benefic.
par.*1.*cap.*2.*num.*8.*&* 9. *& ſeqq.* concilians
differentiam inter Theologos,& Canoniſtas
in hac re,& ſententiam Canoniſtarum ma-
gis receptam dicit *num.* 12. *& ſeqq. Man-
doſ.conſ.*8.*num.*15.*cum ſeqq. Rota part.*4.
*diuerſorum per Farinac.collecta deciſ.*701.
*nu.*1.*& in Hiſpalen.benefic.*6. *Martij* 1592.
coram Card.Mellino *dec.*88.*num.*1.*per eun-
dem Farinac.poſt primum volum.conſilior.
& in Coſentina prætenſa confidentia* 1595.
*coràm Orano dec.*102. *num.*7. *&* 9. *eod.vol.
& in Albiganen.Canonicat.vltim.Februarij*
1578.*coram Card.Lancellott.dec.*13.*num.*2.
vol.eod.

His ſuppoſitis excuſari Donatum,paritèr-
què Nuntium à ſimoniæ crimine ob hanc
ceſſionem inuicem factam,& ſolutionem il-
lam quingentorum, reſpondere viſum fuit.
29 nec quidèm ſine ratione. Nàm & ſiquidèm,
ſi ceſſio hæc,litiſq;renunciatio à Donato pro
Nuntio facta,ob illam pecuniarum ſolutio-
nem quingentorum, formalitèr exequuta
fuiſſet,in pretium ceſſionis Canonicatui, ac
liti, propter quam vterq; eorum præpedie-
batur, nè Canonicatus liberum effectum
conſequeretur, à ſimoniæ crimine eorum
vterq; non longè abijſſet,quin intrà ſtetiſſet;
quod hoc modo ſtudioſa voluntas fuiſſet
vendendi, vel cedendi pretio rem ſpiritua-
lem,vel ſpiritualitati annexam,iuxtà finitio-
30 nem ſimoniæ in primo ſuppoſito datam,
cùm in his omnis pactio,omniſq; conuentio
ceſſare debeat.*d.cap.fin.*Gregorij IX.*de pact.*
ibidemq;*Gloſſ.* verbo *ceſſare*. & ex Lucio
Tertio in *cap.præterea* 9.*de tranſactionibus.*

&*Gloſſ*. ibi verbo *ſimoniaca*. & apertiſſimè
ex Innocentio III. in *cap. tua nos duxit*. 34.
de ſimon.& Vrbano etiam III. in *cap. quæſi-
tum*.5. *de rerum permutation*. ibidemq;
Gloſſ. verbo *ſimonia*,& Scribentes,& expreſ-
ſiſſimè Alexander III. in *d. cap. cùm pridem*
*4. de pactis. Sanchez in opuſculis. lib. 2. cap. 3.
dub. 25. Carolus Anton Theſaurus de pœnis
eccleſiaſticis par. 2. praxis verbo ſimonia cap.
2. num. 1.*
31 Non ita tamen in hoc facto fuit, nulla
equidèm ſtudioſa interceſſit voluntas ven-
dendi, vel emendi conuento pretio rem ſpi-
ritualem, vel ſpiritualitati annexã, iuxta da-
tã ſimoniæ finitionẽ; ſed purè, quia lis vtri-
què eorum maximum afferebat incõmodũ,
& pecuniæ in ipſa lite in Romana Rota non
modicæ inſumebantur; eratq; incertus li-
tis euentus, quis eorum vinceret, cùm diu
in lite ſtetiſſent, cogitauere, inter ſe ſe con-
cordare, atq; Donatus purè Canonicatui,
litiq; pro Nuntio ceſſit; Nuntius verò, ne di-
ſpendium nimium Donatus pateretur ob
impenſas in expeditione bullarum, & in ipſa
lite in Rota proſequenda factas, erogataſq;
gratiosè, non ex pacto, nec primariò, ſed ſe-
cundariò, non in pretium renunciationis, &
ceſſionis quingenta obtulit, deditq; vt in
cauſæ propoſitione narratum fuit. nulla
propterea ſimoniæ labes ſe ingeſſit, ſed li-
32 cuit vnicuiq; eorum vexationem, damnũq;
ſuum redimere, cùm ius vterq; in Canoni-
catu habere præſumeret. iuxta *Gloſſ. in d. c.
cùm pridem* 4. verbo *illicitæ pactionis. de
pactis*, & tradita per Cœleſtinum tertium in
cap. dilectus filius R. 28. de ſimonia, ibidemq;
pleniſſimè *Gloſſ*. verbo *reſtituere, quod ac-
cepit*. argumento etiam petito ex *can quæſi-
tum* 4. 1. *q*. 3. & notatis per *Gloſſ*. ibidem, &
in caſus figuratione. & verbo *triginta*. quẽ
tex. allegat *Gloſſ. prædicta in d. cap. cùm pri-
33 dem* 4. verbo *illicitę pactionis*: probaturq;
non immeritò ex Doctoris Angelici doctri-
na *d. q*. 100. *art*. 2. *ad quintum* ſequentibus
docentis: *ſed poſtquam ius alicui acquiſitũ
eſt, licèt per pecuniam iniuſta impedimenta
remouere*. ita Sanctus Doctor, & *Turrecre-
mata Cardinalis Sancti Sixti in d. can. quę-
ſitum* 4. 1. *q*. 3. *Nauar. d. conſ*. 49. *nu*. 2 *de ſi-
mon*. & *ibid. conſ*. 47. *nu*. 1. *in* 2. *argumento*.
& *nu*. 4. *in fin. conſilij*, & magis ſtrictè in his
terminis noſtræ cauſæ *conſ*. 46. *per tot. eod.
tit. de ſimon. Proſper de Auguſtino in addi-
tionib. ad Quarant. in ſumma bullarum*. ver-
bo *Beneficiorum poſſeſſio littera B*. §. *qui
34 poſt bullas fol. mihi* 96. Fuit enim quædam
hæc redemptio litis, & vexationis, quã vnus
alteri inferebat, cùm vterq; ius fundatum
in Canonicatu habere præſumeret; neq;
Donatus Canonicatui ceſſit, & liti, vt quin-
gentā lucraretur, ſed vt ſe ab expenſis quo-
tidianis, atq; vexationibus propter litem, &
Procuratoribus, & Aduocatis ſumminiſtrã-
dis eximeret; pariterq; Nuntius ſatiùs æſti-
mauit quingenta ſtatim dare, quàm in in-
certo, & ipſe viuere, quotidieq; impendere.
35 circa temporalitatem itaq; concordia fuit,
nõ vt temporale pro ſpirituali inuicem per-
36 mutarent, ſed pro bono pacis, ne amplius in
æmulatione eſſent. ad *tex*. Alexandri III. in
cap. niſi eſſent viri. 21. ibidemq; *Gloſſ*. verbo
ex iuſſione de præbend. quod perpendit ap-
primè ad rem *Bonacina tom*. 1. *de ſimonia
diſput*. 1. *q*. 0. *punct*. 5. *nu*. 1. & *ſeq*. & *num*. 8.
Nauar. in man d. cap. 23. *nu*. 102. *verſ octa-
uo, quod neq; Petrus Binfeldius in enchiri-
dion Theologię paſtoralis par*. 4 *de ſuſtit*. &
iniuſtit. quoad beneficia cap. 5. §. 1. *concluſ*.
6. *Cardin. Tolet. d. lib*. 5 *Inſtruction. ſacer-
dotal. cap*. 91. *nu*. 3. ibidemq; *Victorellus* ad-
dens. *Rota in Feretrana beneficij* 27. *Maij*
1583. *coram Bubalo deciſ*. 26. *n*. 2. & *in Lu-
nen. Sarzanen. confidẽtiæ* 1600. *coram Card.
Pamphilio deciſ*. 135. *nu*. 4. & 5 *poſt* 1. *volu.
conſu. Farinac*.
37 Facitq; perpenſionem hanc firmiorem,
quod concordiam iniuere reſeruato aſſenſu
Apoſtolico, & quatènus omnis ſimoniæ la-
bes abeſſet, nec alias, nec alio modo; alio-
quin eſſet ipſe contractus, ipſaq; ceſſio, &
concordia nulla, nullumq; ſentiret effectum.
38 Hæc autem ipſa reſeruatio aſſenſus Apo-
ſtolici ob Summi Pontificis authoritatem
in hac beneficiorum materia (ex diſtinctio-
ne in ſecundo ſuppoſito tradita) quæ maxi-
ma eſt, omnem præſeruat ſimoniæ criminis
ſuſpitionem. iuxta *Gloſſ*. receptam in *d. cap.
cùm pridem* 4. verbo *illicitæ pactionis*, & *ibi
Doctor. de pactis. Pariſ. de reſignat. benefic.
lib*. 14. *q*. 5. *nu*. 9. & *ſeq. Rota in Hiſpalen. be-
neficij*. 6. *Martij* 1592. *coram Card. Mellino
deciſ*. 88. *num*. 1. & *in Aretina confidentię*
1595. *coram Lita deciſ*. 101. *nu*. 7. & *in Co-
ſentina pręte[n]ſę confidentiæ* 1595. *coram
Orano deciſ*. 102. *num*. 7. & 9. & *in d Lunen.
Sarzanen. coram Pamphilio d. deciſ*. 135. *nu*.
5. *in fin. poſt primum volumen conſil. Fari-
nac*. & *par*. 4. *diuerſorum collecta per Fari-
nac. deciſ*. 701. *nu*. 1. *Nauar. conſ*. 48. *num*. 1.
lib. 5. *de ſimon*. Pater *Theſaurus d*. verbo *ſi-
monia cap*. 2. *in fin. in vltima limitat*. Vel
itaq; aſſenſus acceſſit Apoſtolicus, (vt dilẽ-
mate hoc vtamur) vel non adhuc acceſſit; ſi
primum difficultas omnis iam abijt. ſi verò
ſecundum, ſalua res eſt adhuc pro Donato,
qui eatènus ceſſit, quatènus aſſenſus acceſ-
ſerit Apoſtolicus, & non aliter, qui à Nuntio
39 impetrari debebat. Fuit proindè Donati
ceſſio conditionalis, nihil propterea in eſſe
poſuit, donec exiret conditio. *cap. fin. in fin.
de tranſlat. epiſ. extra. cap*. 1. *de ſponſalib. in
6. l. non omnis*. 19. *ff. de rebus credit*. & *ſi cer-
tum petatur. l. hoc iure utimur* 10. *ff. de uer-
bor. obligat. l. cedere diem* 213. §. *ubi ſub con-
ditione, ff. de uerbor. ſignificat. l. unica* §. *ſi
autem aliquid ſub conditione* C. *de caducis
tollend*.

tollend.Cardin.Tuſcus tom.2. lit.C.concluſ.
593.*Rota in recent.p.1.deciſ.*101.*num.*1. *&*
*apud Card.Cauaher.dec.*181.*n.*1. *& dec.*183.
*n.*2.*& dec.*251.*n.*1.

40 Quatènus verò in dubium reuocaretur: eſſet nè, vel non eſſet ſimoniaca hæc ceſſio, litiq; renunciatio, cùm non ad vendendum, emendumq; Canonicatum facta fuerit, crimenq; hoc ex ſola pendeat voluntate, ex finitione deſuper data ſimoniæ, & voluntas non fuerit talis, vt diximus, quemadmodum vſura ex ſola voluntate pendet. vt dixit *Gloſſ.* in *d.cap.ex parte* 12. verbo *dimittere.de offic.deleg.* & *Gloſſ.*in *d.cap.tua nos.*34. verbo *culpabiles.de ſimonia.* Quia ſicut virtutes, ità
41 & vitia in voluntate tanquàm in ſubiecto ſedem habent, vt in ſuperioribus ex *S.Thom. d.quæſt.*100.*art.*1.*ad* 2.diximus. *Nauarr.in manual.d.c.*23.*num.*100. Ea potiùs inter-
42 pretatio ſumenda eſſet, quę crimen excludit. apud *Puteum dec.*381. *lib.*1. & dictum fuit in *Meliten. Canonicatus* 9. *Martij* 1595. *coràm* Card.*Mellino dec.*12. *num.*3. *apud Marcheſanum par.*1.*fol.*612. quę eſt etiam in impreſſis apud *Farinac poſt* 1.*vol. conſil. deciſ.*104.*num.*3.*in fin.* & in dicta *Aretina Confidentia coram Litta dec.*101.*& in Tarviſina pratenſa ſimonia* 1596.*coram Corduba dec.*111.*à num.*4.*& ſeqq. poſt dictum primum volumen conſil.Farinac.* Acceden-
43 te potiſſimùm clauſula reſeruationis aſſenſus Apoſtolici, vt in hac cauſa. iuxtà tradita per *Rot.apud Card.* *Seraphinum deciſ.*1425. *num.*8.

Ex his verò, quæ diximus, in nullum dedere ſimoniæ crimen, qui pro bono pacis, & expenſas in litibus effugiendas, non vt venderent, emerentq; ad hanc deuenere concordiam, reſeruato etiam Apoſtolico aſſenſu: Quod licuit facere. in crimen proindè ſi-
44 moniæ haud dedere, quod ſanè ex actu licito minimè contrahitur. vt dictum fuit in dicta *Meliten. Canonicatus coram Mellino d.dec.*104.*num.*1. *apud Farinacium vol.*1. *conſil.*

Inane eſt autem, quòd poſt ſuprema Donati funera pro prætenſo ſimoniæ crimine interpellentur hæredes.

Et quòd, vt diximus, in nullum hi ſimo-
45 niæ crimen dedere. Et quòd (ſac illos dediſſe) ex defuncti crimine hæres non tenetur, niſi quatenus in hęreditate fuerit; ſi ad reſtitutionem ille teneatur. ex Gregorio IX. in *cap.Parochiano tuo.*14. *& fin. de ſepulturis.* Ibidemq; *Gloſſ.* verbo *ſed eius hæredes.* & Alexandro Tertio in *cap. in litteris.*5. *cum Gloſſ.* verbo *hæredes.de raptorib.* & ex Gregorio *can. ſi Epiſcopum.* 3. *cum Gloſſ.* verbo *reddantur* 16.*quæſt.*6. ex ratione, quam reddidere Diocletianus, & Maximinianus Cæſares in *l.*1 *in fin. C.ex delictis defunctor.*
46 dicẽtes: *ne alieno ſcelere ditentur.* ibidemq; *Gloſſ.fin.Federic.de* Senis *conſ.*26.*&* 27.*Abb. conſ.*34.*in* 2.*dub.colum fin verſ.*nam *de iure Canonico.p.*3. & in *d cap.fin.num.*5. *in Gloſſ.*
47 *fin.de ſepultur.* Non ſanè quòd hæres ex defuncti crimine in anima grauetur, cùm eſſe
48 non poſſit. *Anima enim, quæ peccauerit, ipſa morietur. filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum.* Ezechiel. 18. 20. *can. iàm itàq;* 8.*in fin.*1.*q* 4 *can. ſi habes.*1. §.*tunc quidem* 24.*quæſt.*3. *& can.quæris à me* 129. *poſt princip.de conſecrat. diſt.*4. Et morietur anima hæredis pro defuncto? Non vtiquè.

Atq; ità ex his, quę iudicio ſubijcimus ſaniori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenaten.

Deſtitit à proſequendo Fiſcus his cognitis, vel quòd Illuſtriſſimus Epiſcopus veritate perſpecta non procedi mandarit; vel quòd etiam Nuntius de Apoſtolico docuerit aſſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Firmum nihil ſub Sole, ſed omnia vanitatem eſſe Sapiens dixit. & n* 6.
Solum autem ſapientiam permanere.
2 *Sapientia à ſtultitia differt, ſicut lux à tenebris.*
*Et ipſa ſola permanet. & n.*1.
*Ipſaq; quaſi lucerna lucet in caliginoſo loco.n.*3.
*Et Res eſt Sanctiſſima.n.*67.
4 *Abbas eligi quis non poteſt in Cæleſtinorum Religione, niſi poſt quartodecimum annum à profeſſione laudabiliter vixerit.*
*Et per tres annos Prioratus officio functus. & n.*12.
5 *Lectores Philoſophiæ, ſiuè Theologiæ, qui per nouem annos legerint in Religione Cæleſtinorum, votum habent actiuum, & paſſiuum in Capitulis Generalibus, ab anno* 1633.
*Sicuti & Secretarius Reuerendiſſimi, eiuſquè ſocius, alijq; n.*35.
6 *Humanæ res omnes inſtabiles, viciſſitudiniq; ſubiectæ.*
Nihilq; ſub Sole firmum.
Sed fluunt omnia vt aqua.
7 *Mors importuna omne ſacrum prophanat.*
Omnibuſq; manus inijcit.
8 *Reſponſio debet eſſe correſpondens, ac congruens petitioni.*
Eiq; cathegorica.
*Per quam, reſponſiones petenti, quis obligatur.n.*9.

Non

Non eſt tamen neceſſe eiſdem verbis omnia repetere.n.10.

Ratio aſſertur.n.11.

13 *Miles nemo fieri debet, antequàm tyro.*

Neq; Magiſter antequàm diſcipulus.

14 *Magiſter nemo fieri debet antequàm diſcipulus.& n.12.in fin.*

Et multò tempore diſcenda, quæ poſtmodùm doceamus.

Magiſtrum eum fieri, qui nondùm didicit eſſe diſcipulus, miſerum. n.15.

16 *Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm peritus.*

Nec qui non peccat, quàm qui peccat. n.17.

18 *Reſpublicas beatas fore dixit Boetius, ſi eas vel Sapientes, vel ſapientiæ amatores gubernarent.*

19 *Laboranti ex iuſtitia merces debetur.*

Dignuſq; eſt operarius mercede ſua.

Quod explicat Paulus 1.ad Timoth.5. 17. num.20.

20 *Locus Pauli 1.ad Timoth.5.17.Non alligabis os boui trituranti. expenditur.*

Et 1.ad Corinth.9.9.n.21.

22 *Labor ſine fructu eſſe minimè debet.*

Nec pœnitere quenquam debet duros ſubijſſe labores.

Nam optat pręmia quiſq; labor. n.23.

24 *Votum actiuum, & paſſiuum in electionibus habere, quid importet?*

Declaratur apertiùs.n.54.

25 *Ratio eſt quæ dictum regulat, dirigitq; ad normam rationis ipſius.*

Nè diſcordans à ratione dictum videatur.

26 *Diſpenſatione rigor relaxatur, quo quis iure communi detinetur, nè quid faciat.*

Diſpenſatio quid? n.27.

28 *Confirmans nihil noui addit, nec continet, quàm quod res confirmata contineat.*

Quamuis clarioribus verbis rem confirmet.nu.29.

Namq; declaratio erit prioris.nu.30.

30 *Teſtator poſt factum teſtamentum poteſt quod obſcurum eſt in illo declarare.*

31 *Declarans nihil noui dat, ſed datum ſignificat.*

Sicut qui ſpicas excutit, non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt detegit. nu.32.

Quia nimirùm declaratio actui, cui accedit, iam ineſt, nihilq; noui addit. nu.33.

Operatur autem, vt habeamus veram, & effectualem prouiſionem ab initio. nu.34.

36 *Sapientiam contra pugnam ineunt, bellumq; mouent ſtulti.*

Hos enim ex Salomone habet inimicos.

37 *Sapere eſt, poſſe vbicunq; opus eſt animum inflectere.*

Sicuti & prauidere quæ futura ſint.

Nec admittere, quæ cauere poſſis.

38 *Sapientes maioribus beneficijs honorandi.*

Et hic gradus cæteros antecellere debet.

Quin in cœleſti Patria fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.n.39.

Et quaſi Stellæ in perpetuas æternitates.

Eodemquè modo in militanti Eccleſia. nu.40.

Ratio refertur.n.41.

39 *Locus Danielis 12. 3. Qui docti fuerint multos fulgebunt, &c. expenditur.*

Etiam de Eccleſia militanti.n.40.

42 *Capitulum Generale Cœleſtinorum, nequè Generalis ipſe diſpenſare poteſt ſuper qualitatibus eligendorum. niſi certo modo.*

Qui exprimitur.n.46.

43 *Dictio (Aut) quæ diſiunctiua eſt, expenditur, declaraturq;*

44 *In alternatiuis ſat erit vnam ex alternatis partibus impleri.*

Siuè affirmatiuè, ſiuè negatiuè propoſitio feratur.n.45.

47 *Dictio (niſi prius) ordinem denotat gerendorum.*

48 *Patres ij dicuntur in Cæleſtinorum Religione, qui Diffinitores ſunt.*

49 *Vota ſecreta quomodò dicantur.*

50 *Duabus propoſitis propoſitionibus, qui vnā negat, alteram affirmare videtur.*

Vel ſi vnum affirmat, non ſtatim alterum negaſſe æſtimabitur,

Præſertim ſi vtrumq; dictum eandem habeat rationem.n.51.

Et vnum cum altero ſtare poſſit.

Quod in omni materia locum habet.n.52.

53 *Diſpenſatio omnis odioſa eſt, ideò ſtrictè interpretanda.*

Quod exaudi quòad eos quidèm, quibus cùm diſpenſatur.n.55.

Secus verò quòad facultatem ipſam diſpenſandi, & perſonas, quibus facultas data fuit.n.56.

Vel niſi Princeps alitèr ipſe declarauerit. nu.58.

Nequè diſpenſationes omnes odioſæ ſunt. nu.59.

Namq; fauorabiles dicuntur, quæ publicum reſpiciunt commodum.n.60.

57 *Beneficia Principum ſunt interpretanda largiſſimè.*

60 *Eligi eos ad dignitates, qui maximè digni ſunt, fauor eſt publicus.*

Nequè ex hoc alicui fit præiudicium. nu.63.

Niſi acceſſorium, atq; non attendendum. nu.64.

61 *Doctorum ordo eſt præcipuus in Eccleſia Dei.*

Præcipuus, hoc eſt priuilegiatus. ex Gloſſa.

62 *Fauor publicus priuato pręfertur.*

64 *Præ-*

64 *Præiudicium quod acceſſorium eſt, ac ſecundarium, non ità attendendum vt principale.*

65 *Parochiales Eccleſiæ indè per concurſum ex Sacro Concilio conferuntur:*

Vt quantum fieri poteſt dignioribus, atq; litteratis conferantur.

Quod confirmauit Pius V.

66 *Eligi is debet ad Sacerdotium, qui præſtantior, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior. ex Hieronymo.*

68 *Clauſula (ſupplentes omnes, & quoſcunquè defectus) poteſtatis importat plenitudinem etiam cum tertij præiudicio.*

Tollitq; omnes ſolemnitates à iure poſitiuo requiſitas.

Nec anteà adhibitas.

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem loci Conſtitutionum Sacræ Religionis Cœleſtinorum. pro Lectoribus, qui nouennio Philoſophiam, ſeù Theologiam in publicis Religionis Studijs legerunt, ad votum actiuum, & paſſiuum in Capitulis Generalibus admiſſis, atq; Prioribus, qui per triennium Prioratus officio functi fuerint, æquatis. Reſponſionem petitioni congruam eſſe debere. Quiduè votum importet actiuum, & paſſiuum? Doctis viris remunerationem iure deberi, & ex iuſtitia. Quid ſit diſpenſatio? & an ſtrictè interpretanda? an verò omnis odioſa ſit? Quiduè fauore publico perpenſo? Declaratio nil noui facit, ſed factum detegit, manifeſtiùſq; aperit.

RESPONSIO XLV.

1 REm admiratione dignam, Sapiens ille quondam Salomon *Eccleſiaſtes* 2. 11. propoſuit: nihil eſſe ſub Sole firmum admirans, quin omnia vnitatem: ſolam autem permanere Sapientiam. ſic nempè rem hanc ipſe propoſuit.

Cùmq; *me conuertiſſem* (inquiens) *ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vnitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub Sole. Tranſiui ad contemplandam Sapientiam, erroreſq; & ſtultitiam (quid eſt, inquam homo, vt ſequi poſſit Regem Doctorem ſuum.) & vidi*
2 *quòd tantùm præcederet Sapientia ſtultitiam, quantùm differt lux à tenebris.* ſic ille.

Quæ autem ſocietas lucis ad tenebras? Apoſtolus loquitur Paulus 2. *ad Corinth.* 6. 14. Nulla prorſus. Sunt vanitas res omnes humanæ; ſola verò remanet ſapientia. Hanc
3 proindè ſapientiam agnoſcentes, quaſi lucernã lucere in caliginoſo loco. iuxtà Principis Apoſtolorum verba *epiſtola* 2. 1. 19. Patres Illuſtriſſimæ Religionis Cœleſtinorum. vt dignam aliquam remunerationem ſapientiæ profeſſoribus tribuerent, anno 1633. Indulgentiam quandam Lectoribus Philoſophię, Sacræq; Theologiæ fecerunt, vt ipſi ſi per nouem annos in publicis Religionis Studijs, Philoſophiam, ſeù Theologiam legiſſent, valerent in Capitulis Generalibus voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legi-
4 timos gaudere, ac perfrui. In præfata quippè Religione Abbatum electio fieri non poteſt, niſi de eo, qui quatuordecim annos in regulari obſeruantia ab emiſſa profeſſione vixerit; & qui priùs per tres annos Prioratus officium exercuerit. ità in Conſtitutionibus nouiſſimè per Sanctiſſimum Vrbanum VIII. confirmatis, *tract.* 2. *c.* 6. §. 15.

Anno proptereà 1633. in Capitulo Generali congregatis Patribus, per Scribam Capituli, inſtantibus Lectoribus ſcientiarum, ſequens dubium propoſitum fuit.

An Lectores, qui per nouem annos Philoſophiam, ſeù etiam Theologiam in publicis Religionis Studijs hactènus legerunt, vel in poſterum legerint, gaudere valeant in Capitulo Generali voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legitimos, quemadmodùm gaudere, & frui poſſunt, & gaudent cæteri Priores locales in dicto Capitulo Generali?

5 Ad quod dubium die 25. Aprilis anni eiuſdem 1633. reſponderunt Patres.

Quia dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarum profeſſoribus debita laboribus egregijs merces præbeatur; & virtutes in Religione floreſcant: Vnanimi voto placuit omni-

Digitized by Google

omnibus, & ſingulis Patribus præſcriptis Capituli Generalis, admittere prænominatos Lectores ad votum actiuum, & paſſiuum prout præſentis vigore decreti admiſit, & conceſſit. iſto, & omni meliori modo.

Eadem die congregatis iterum Patribus Diffinitorialibus Capituli Generalis in ſolito diffinitorij loco vnanimi voto omniũ Patrum Diffinitorialium propter ſuffragia eius Capituli Generalis decretum prætatum confirmatum fuit, expreſsèq; diſpenſatum quoàd Lectores ſuper præſcripta qualitate Prioratus: *Ità vt huiuſmodi non obſtante impedimento, gaudebant omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, & praeminentijs, quibus gaudent Priores locales vbiq; locorum; & habeantur, ac reputentur. ac ſi per tres annos Prioratus officium exercuiſſent, ad hoc vt immediatè ad Abbatiatus dignitatem, & officium aſſumi valeant, & debeant.*

Hæc ipſa decreta, in actis Capituli Generalis præfati anni 1633. redacta fuere, & à Patribus omnibus ſubſcripta.

6 Vt verò ſint res omnes humanæ inſtabiles, viciſſitudiniq; ſubiectæ, nihilq; ſub Sole firmum. *Eccleſiaſtes* 1. 10. ſed vt Ouid. 15. metamorph.

Nihil eſt toto quod perſtet in Orbe.
Cuncta fluunt, omniſq; vagans formatur imago.
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu.
Non ſecus ac flumen: neq; enim conſiſtere flumen,
Nec leuis hora poteſt; ſed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetquè priorem,
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur.
Et noua ſunt ſemper: nàm quod fuit ante relictum eſt,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Qui fuerant Abbates anteà, morte vltima, venientibus fecere locum.

7 *Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat.*
Omnibus obſcuras inijcit illa manus

vt Ouid. 1. amor. canit. Hinc qui Priores erãt, atq; triennio Prioratus officio functi fuerãt, in proximis futuris Comitijs Capituli Generalis, nè Lectores ex diſpenſatione illis facta, vacantia implerent Abbatum loca verentes, non leues illis excitauere difficultates. Primò: Decretum anno 1633. pro Lectoribus, qui nouennio Lectoris officio defuncti fuerint, ad vocem actiuam, & paſſiuam illos admittere, nullam autem prærogatiuam aliam illis addere. non poſſe proptereà Priorum iuribus præiudicium inferre. Deindè Decretum ſecundum à Diffinitoribus latum, cùm relatiuum ſit ad primũ nil amplius concedere poſſe quàm primum. Tertiò, quòd latum fuerit per Diffinitores Capituli, non per totum Capitulum: eſſe proptereà nullum, non ſeruata forma diſpẽſandi ex Conſtitutionibus facta.

Eſt itàq; in hoc cauſæ ſtatus: Præmant ne Lectores, anguſtiiſq; coarctent, per Priores hæ illis obiectæ difficultates? Nihil eos omninò præmere; ſed poſſe eos, ac ſi triennio Priores fuiſſent, qui nouennio Philoſophiæ, vel Theologiæ lectionis officio in publicis Religionis ſtudijs inſudauere, immediatè ad Abbatiatus dignitatem aſſumi, reſpondendum cenſuimus.

Submouemus autem priorem difficultatem: ſi propoſitum Lectorum nomine in Generali Capitulo anno 1633. dubium, Patrumq; ſubſequutam reſponſionem, vt par eſt perpenderimus, iuſtaq; trutina penſauerimus. Et ſanè dubium fuit.

An Lectores, qui per nouennium Philoſophiam, ſeù Theologiam in publicis Religionis Studijs hactènus legerunt, vel in poſterum legerint, gaudere poſſint in Capitulo Generali, voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legitimos, quemadmodùm gaudere, ac frui poſſunt, & gaudent cæteri Priores vocales in Capitulo Generali?

Ad hoc ipſum dubium reſpondit Capitulum:

Quia dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarum profeſſoribus debita laboribus egregijs merces præbeatur, & virtutes clarius in Religione floreſcant: vnanimi voto placuit omnibus, ac ſingulis Patribus præſcriptis Capituli Generalis, admittere prænominatos Lectores ad votum actiuum, & paſſiuum, prout præſẽtis vigore decreti admiſit, & conceſſit. iſto, & omni meliori modo.

Fuit ergò cathegorica Patrum reſponſio ad propoſitum dubium, annuendo Lectoribus, qui per nouennium Philoſophiam, vel Theologiam legiſſent, votum actiuum, & paſſiuum. vtiq; ſicut illud Priores vocales habent. Poterunt proindè & hi, ſicut Priores vocales immediatè ad Abbatiatus dignitatem aſſumi. Cæteroquin neq; cathegorica, ac ſimplex, neq; correſpondens petitioni Lectorum, Patrum reſponſio fuiſſet, cùm
8 contrà, petitioni, interrogationiuè correſpõdens, ac congruens debeat eſſe reſponſio. Propoſitionis huiuſce teſtem accipe Celſum lib. 5. digeſtorum in *l. ſi defenſor.* 10. §. *qui interrogatus ff. de interrogat. action.* ſequẽtibus porrò ille rem hanc totam aperit. *Qui interrogatus hæredem ſe eſſe* (inquiens) *reſponderit; nec adiecerit ex qua parte: ex aſſe reſpondiſſe dicendus eſt; niſi fortè ità interrogetur, an ex dimidia parte hæres ſit; & reſponderit hæres ſum: hic enim magis eum puto ad interrogatum reſpondiſſe.* ſic Celſus. Non nè ad interrogata Lectoribus cathegoricè

Digitized by Google

ricè reſponderunt Patres, cùm illi interro-
gauere voto actiuo, & paſſiuo ad omnes
actus gaudere, quemadmodùm & Priores
vocales gaudent;& illi ad votum actiuum, &
paſſiuum admiſerunt eos? Vtique.

Namq;vti Vlpianus lib.22.ad edictum in *l.
de ætate* 12.§.*qui interrogatus.ff.eod. de in-
terrogator.actionib.*reſpondit, & ipſe: *Qui*
9 *interrogatus reſpondit, ſic tenetur quaſi ex
contractu eius obligatus, pro quo pulſaba-
tur,dùm ab aduerſario interrogaretur.*eodē
plane modo & Patres firmum habere de-
cretum tenebuntur Lectoribus,vt ab eis in-
terrogati reſponſum dederunt. neq; neceſ-
ſe fuit eiſdemmet verbis, & omnia repetijſ-
10 ſe,ſed ſubſtantialia conceſſiſſe,nempè votū
actiuum,& paſſiuum. Rationem accipe ab
Imperatore in §.*præterea inutilis eſt.Inſti-
tut.de inutilibus ſtipulationib.* qui in fine
ſic rem manifeſtā facit: *Neque enim neceſſe
eſt*(inquit) *in reſpondēdo eadem omnino re-
peti, quę ſtipulator expreſſerit.* Rationiſq;
huius, *Gloſſ.* verbo *expreſſerit* firmitatem
11 & ipſa reddit: *Quæ enim in præfationibus
dicuntur, in contractibus repetita credun-
tur.*accepit autem iſta ex Paulo lib. 15. re-
ſponſorum in *l. Titia, quę* 134. §. *idem re-
ſpondi. ff. de verborum obligation.* qui ſic
fatur;*Idem reſpondi: Plerunq; quæ in præ-
fationibus conueniſſe concipiuntur,etiam in
ſtipulationibus repetita creduntur.ſic tamē
vt non ex ea repetitione inutilis efficiatur
ſtipulatio.*ſic Paulus. Ideòq; inutilis Patrum
reſponſio fuiſſet, ſi ad votum actiuum, &
paſſiuum Lectores admittentes, non eos
poſſe ad Abbatiatus dignitatem immedia-
tè aſſumi,vt Priores vocales,annuiſſent. hoc
nempè erat, quod ab eis petitione poſce-
batur. & perpendit non ab re *Beccius conſ.
55.nu. 5.& 6.vol.1.Menochius conſ.47.nu.
1.& conſ.82.nu.31.vol.1.Franciſcus Mer-
linus Rotæ Lucenſ.decìſ.18.nu.2.Barboſ. de
dictionib.dict.349.nu. 1.2. & 3. Bart.in l ſi
quis intentione ambigua 66.ff.de Iudic.Rui-
nus conſ.50.nu.9.lib.1.*Quia reſponſio a pe-
titione normam, regulamq; ſumit.*Surdus
conſ.281.nu.27.28.& 29.lib.2.*

Et planè ſi Aduerſariorum adhæſerimus
mēti,obluctationiq;nihil omnino erit,quod
Patres Lectoribus conceſſerunt,eritq; eorū
decretum inutile, quin non magis ridiculū,
futiliſq; reſponſio ad petitū dubium. Quip-
pè ex Conſtitutionibus *d.tract.2. cap.6. §.
15. in fin.* Qui per duodecim annos in reli-
12 gione laudabilitèr vixerit,ad Prioratus of-
ficium eligi iure poterit, & deindè poſt tres
Prioratus localis annos ad Abbatiatus di-
gnitatem promoueri. Qui verò per nouem
annos Philoſophiam, vel Theologiam pu-
blicis in Religionis ſtudijs legerunt, non ita
ſtatim à nouitiatu ad legendum aſſumpti
fuere, cùm oportuerit eos primùm ſtuduiſ-
ſe,atq; diſcipulos fuiſſe,vt Magiſtri fieri po-
tuiſſent.iuxta Innocentij III.ſenſum in *cap.
officij tui 38.* §.*nos autem de elect.extrà.*ne
13 milites ante quàm tyrones, ne prius ma-
giſtri,quam diſcipuli fieri amauiſſent. cōtra
Hieronymi ſenſum a Gratiano relatum in
*can.ſi clericatus 27.16.q.1.*quin eodem do-
ctore Hieronymo *can ſic viue 20.ead.cau-
14 ſa,& queſt.* multo tempore diſcenda ſunt;
quæ poſtmodum doceamus, & *Gloſſ.*ibidē,
15 verbo *multo tempore*. Alioquin miſerū eſt,
eum fieri magiſtrum, qui non dum didicit
eſſe diſcipulus.docet hoc Innocentius Papa
can.miſerū 4.diſt.61. & Gratianus in *ſum-
ma in fin. diſt.48.* vt minimum verò per
quinquennium antè ſtudijs ipſi vacauere,
quam ad Lectoris officium admitterentur;
nouem verò legerunt; quatuordecim ergo
annis in Religione laudabilitèr vixere. nihil
eis obeſt aliud, ne immediatè ad Abbatia-
tus dignitatem aſciſcantur, niſi quod per
triennium Priores non fuere locales; At
vacabunt nihilominus lectionibus Philo-
ſophiæ,vel Theologiæ, & ad Prioratus offi-
cium non aſſumentur,ne à lectionibus cum
Religionis detrimento remoueantur. Erunt
ergo peioris conditionis ipſi,quàm alij, qui
16 ſtudijs non vacauere. Eritq; melioris con-
ditionis ſtultus,quàm peritus, quod Boni-
facius VIII.in *cap.eum, qui 18. de preben.&
in 6.*abſolutè abnuit. *Gloſſ.* in ſumma *diſt.
51.* verbo *adijcit quoq; in fin.*dicens, quod
17 *non debet eſſe melioris conditionis qui pec-
cat, quàm qui non peccat.* eiſdemq; verbis,
eodemq; ſenſu dixerat quòq; Venuleius in
l.Seruius etiam 4.in fin.ff.quod vi,aut clam.
ne melioris conditionis ſint ſtulti,quàm pe-
riti. Si hæc itaq; illis ratio arridet,qui Prio-
res ſunt,nec litteris,ſtudijſq; vacauere, ipſi
18 Iudices ſunto. Non nè Beatas futuras Reſ-
publicas(*Boetius* teſtatus fuit) ſi continge-
ret illas,vel à ſapientibus,vel ſapientiæ ama-
toribus gubernari? Hanc proindè ob cau-
ſam, quando Lectorum petitioni annuen-
tes reſponderunt Patres, dignam planè ip-
ſorum pietate rationem protulere; *Quia
dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarū
profeſſoribus debita laboribus egregijs mer-
ces prębeatur.& uirtutes clarius in religio-
ne floreſcant.*Nihil porrò eorum ratio pro-
ficeret,nihilq; momenti haberet, ſi in labo-
rum remunerationem,eorumq; mercedem,
non hoc illis dediſſent, per votum actiuum,
& paſſiuum, vt immediatè ad Abbatiatus
dignitatem,quamuis neq; per trienniū Prio-
19 res locales fuiſſent,aſſumi poſſent. Laborā-
ti quippè ex iuſtitia merces debetur. Quia
nimirùm dignus eſt operarius mercede ſua.
Lucæ 10. 7. & Paulus Apoſtolus *1. ad Ti-
moth.5.18.*& ex Cōcilio Toletano IV.Gra-
tianus in *can.quicunq; 63.in fin.12.q.2.*Bo-
nifacius quoquè in *extrauagant.ſuper ca-
thedram 2.§.uerùm ne Parochiales.de ſepul-
20 turis inter communes.*Paulus autèm Apoſto-

lus d. t. *ad Timoth.* 5. 17. ad rem hanc noſtram, ita loca ſuperius allata interpretatur, dicens: *Qui bené præſunt presbyteri, dupli ci honore digni habeantur; maximè qui laborant verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os boui trituranti: Et*
21 *dignus eſt operarius mercede ſua,* Dilucidioremq; locum illum Deuteronom. 25. 4. *non alligabis os boui trituranti.* facit 1. *ad Corinth.* 9. 9. & 10. inferens: *Numquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtiq. hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. Quoniã debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.* Rationem venamur nos ex *Gloſſ.* in *can. charitatem* 45. *in fi.* 12. *q.* 2. verbo *ſtipendium in fin.* dicente:
22 *Quia labor non debet eſſe ſine fructu.* & Gregorius Papa in *can. eccleſiaſticis.* 67. *in princ.* 12. *q.* 2. Rationem & ipſe à priori reddit: *Eccleſiaſticis* (inquiens) *vtilitatibus deſudantes, Eccleſiaſtica dignum eſt vtilitate gaudere: vt qui ſe voluntarijs obſequiorum neceſſitatibus ſpontè ſubijciunt; dignè noſtris prouiſionibus conſolentur.* ſic Gregor.

Concinitq; quod Tibullus cecinit

Nec te pœniteat duros ſubijſſe labores,
Aut operi inſuetas attenuaſſe manus.

23 Quia profectò: *Optat præmia quiſq; labor.*

vt *Gloſſ.* refert in *can. ibi adunati* 49. verbo *laborem* 7. *q.* 1. concinitq; Imperator in *authentico de Iudicib. collat.* 6. *§. neq; autem circa hoc.* deduximuſq; nos *reſponſ.* noſtra 27. *à nu.* 32. *cum ſeq.* & *reſponſ.* 51. *nu.* 43. & *ſeq. par.* 3.

Dignum proindè, ac iuſtum fuit hanc Lectoribus, qui per nouennium lectionibus vacauere meritiſſimam dare mercedem, vt
24 votum haberent actiuum, atq; paſſiuum; poſſent videlicèt eligere, quod votum actiuum eſt, atq; viciſſim eligi, votum quod eſt paſſiuum, patiuntur enim ipſi, non dant ele-
25 ctionem. Vt ex hac Patrum ratione dictum ipſum, atq; reſponſio apertiſſimam admitteret declarationem, quin non magis dilatationem; futilis namq; ratio, quam Patres reddidere, fuiſſet, ſi non hanc interpretationem acciperet, vt ratio ipſa reddita ſuadet ad Papiniani ſenſum, mentemq; in *l. cùm pater.* 79. *§. dulciſſimis fratribus meis.* ibidẽque *Bart. ff. de legat.* 2. pariq; modo Scæuolæ in *l. pater filium* 36. *§ fundum Titianum. ff. de legat.* 3. idemq; Papinianus in *l. cùm auus.* 101. *ff de condition. & demonſt.* & ex Clemente V. in Concilio Viennenſi in *Clement.* 1. *in fin. de præbend. Crauetta conſ.* 243. *nu.* 3. & 4. *Surdus conſ.* 67. *num.* 20. & *ſeq. lib.* 1. *Pariſius de reſignat. benefic. lib.* 9. *q.* 25 *num.* 47. *Rota par.* 1. *diuerſorum deciſ.* 698. *nu.* 5. & *in recentior. par.* 1. *tom.* 1. *dec.* 193. *nu.* 7. & *deciſ.* 300. *nu.* 16. *in fin.* & *n.* 22. *Barboſa axiomat.* 197. *num.* 11. diximus *reſponſ.* noſtra 24. *nu.* 86. *par.* 1.

Cùm ergo ad actiuum, atq; paſſiuum votum in Capitulis Generalibus dandum, accipiendumq; admiſſi fuerint Lectores, qui per nouennium in publicis Religionis ſtudijs Philoſophiam legere, vel Theologiam; admiſſi paritèr fuere, vt immediatè ad Abbatiatus dignitatem, ſicuti Priores vocales, qui triennio Prioratus officio defuncti fuere, admitti & ipſi valeant. neq; aliqua alia diſpenſatio perquirebatur, vt Priores obijciunt. Ipſum quippè votum actiuum, quo vocem in eligendo alios, obtinent: & votum paſſiuum, quo habiles, vt eligi valeant, paſſiue redduntur, diſpenſationem hanc, quam
26 perquirunt Priores, implicitè importat. Relaxatus quippè fuit eis (Lectoribus dicimus) rigor ille, quoad ſuffragium, vel dandum, vel recipiendum detinebantur, ni per triennium Prioratus officio defuncti fuiſſent, admiſſique, vt & ſuffragium dare, illudq; recipere valerẽt. Diſpenſatum proindè cum eis
27 fuit. Hoc namq; diſpenſatio eſt: Iuris comunis relaxatio, facta cum cauſæ cognitione, ab eo, qui ius habet relaxandi. *Gloſſ. in can. requiſitis* 4. *§. niſi rigor,* verbo, *vt pleriſq;* 1. *q.* 7. *Lexicon nouum Iuridicum* verbo *Diſpenſare. Sanchez de matrimon. tom.* 2. *lib.* 8. *diſput.* 1. *nu.* 1. *Ioannes Azor. Inſtitut. moralium par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *in princ. Melchior Lotterius de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 161. & 166. & *lib.* 2. *q.* 47. *nu.* 25. *Pirrus Corradus in praxi diſpenſationum Apoſtolicarum lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 3. diximus *reſponſ.* noſtra 86 *nu.* 25. *par.* 3.

Submouimus propreteà priorem, quam excitarant Priores Lectoribus difficultatũ Achillem, ſubmouebimus & reliquas. Et planè ſecundum: Decretum à Diffinitoribus latum, fuiſſe prioris confirmatiuum, cùm ad
28 prius ſe referat. Nil igitur magis continere, concedereq; videtur, quàm primum ipſum valet, conceditq; *l. aſſe toto.* 77. *ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi ita ſcripſero.* 38. *ff. de condit. & demonſtrat. l. ait prætor.* 5. *§.* 1. *ff. de ſent. & re iudicat. Aymon conſ.* 45. *num.* 4. noſter Proauus *Robertus Maranta conſ.* 67. *nu.* 2. Rota *par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 40. *num.* 11. & *apud Verallum deciſ.* 365. *num.* 2. *par.* 2. & *apud* Card. *Caualer. deciſ.* 352. *nu.* 2. *Maceraten. variarum reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 4. *num.* 6. & *apud* Card. *Caualer. decis.* 94. *nu.* 7. & *apud Sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.* 433. *nu.* 9. *Barbos. axiomat.* 201. *nu.* 1.

29 Neq; porrò hoc nos abnuimus; affirmamus autem, hoc ſecundum decretum magis explicitè declarare, quod in primo implicitè continebatur, vt verba ipſa ſecundi huius decreti, quæ in initio nos retulimus demõſtratione per quam lucidiſſima oſtendunt Admiſſio enim ad votum actiuum, & paſſiuum hoc idem ipſum indicat, importatq; quod in ſecundo clarioribus dictum verbis fuit, explicuerunt, non denuò Diffinitores

Pa-

Patres conceſſerunt, quod iam antea in ipſo
decreto breuibus,& eſſentialiter totum ip-
ſum Capitulum Lectoribus iuſtiſſima ex
30 cauſa dederat,conceſſeratuè. Aſſertionem
hanc verbis firmamus Vlpiani lib. 2. ad Sa-
binum in *l.hæredes palam* 21. *§.ſed ſi quid
poſt factum teſtamentum.in fin.ff de teſtam.*
Poſt factum teſtamentum poſſe,quod obſcu-
rum eſt in illo,teſtatorem declarare,affirmat
31 Vlpianus: *Nihil enim nunc dat,ſed datum
ſignificat.* inquiendo. Idem ipſe lib.17. ad
edictum in *l ſicuti autem.8.§.ſed ſi quæra-
tur.ff ſi ſeruit. vindicet.* illis in verbis: *Sed
quæ eſt,declarari.* Nihil enim qui declarat
facit ampliùs,quàm quod eſt,declarat,aper-
32 tiuſq; enucleat. *Sicut qui ſpicas excutit,non
nouam ſpeciem facit,ſed eam,quæ eſt detegit.*
verba ſunt Cai in *l. adeò quidem* 7. *§. cùm
quis ex aliena. in fin. ff. de acquirendo re-
rum dominio. Fulgoſ. conſil.*148. *in fin.
Roland.conſil.*15.*num.*27.*volum.*4. *Maran-
ta dict.conſ.*67.*num.*7.*Rota deciſ.*14.*num.*3.
*de teſtib.in antiquis.& apud Cardin. Man-
ticam dec.*375.*num.*2.*Maceraten.variar.re-
ſolut.lib.*1.*reſolut.*3.*nu.*12. diximus *reſponſ.*
noſtra 12.*num.*38.*part.*3.Declaratio nempè
33 actui ipſi,cui accedit,iam ineſt.nihil prom-
dè noui addit.*Gabriel de reg.iur.concluſ.*3.
*num.*1.*Rota apud Card.Caualer. deciſ.*117.
*num.*7. *Nauarr.conſ.*6. *N.Frater Ordinis.
num.*14.*circà fin.lib.*3.*de donationib.* Sed id
34 dumtaxat operatur, vt habeamus veram,&
effectualem prouiſionem ab initio. vt dixit
Rota apud eundem Cardinal. Caualer.deciſ.
145.*n.*4.

35 Illuſtramus perpenſionem hanc nec infe-
riori lumine.nempè,quòd eodem tempore,
eodemq; decreto,Patres præfati in Generali
coacti Capitulo, nè dumtaxat ad votum
actiuum, paſſiuumq; Lectores admiſere,vt
proloquuti fuimus;verùm & Secretarium,
& Reuerendiſſimi Patris Generalis pro tem-
pore Socium,Decanum,paritèrq; Vicarium
Caſtrorum Abbatiæ, ac Procuratorem in
Curia Neapolitana, qui triennio ſuo defun-
cti fuerint officio. Cùm de his alijs Priores
non conquærantur; Quid ſanè eſt,quod de
ſolis Lectoribus,qui nouennio Philoſophiã,
ſiuè Theologiam in publicis Religionis
Gymnaſijs legerint, quærelam habent, ob-
murmurantquè? An quòd cum ſapientia
36 bellum ineant,certamenq; conſerant? Num-
quid nè cum ipſis morietur ſapientia? *Iob.*vt
loquitur 12.2. equidèm Sapientiſſimus te-
ſtatur Salomon.*prouerbiorum* 1.7. quos ſa-
pientia habeat inimicos aperiens: *Sapien-
tiam,atq; doctrinam* (inquiens) *ſtulti deſpi-
ciunt.*

Ni fortaſſis quod à Terentiano Comico
didicerunt in Hecyra.

37 *Iſthuc eſt ſapere; qui vbicunq; opus eſt,
animum poſſis flectere.*

vel ab eodem in Adelphis.

*Iſthuc eſt ſapere,non quod ante pedes mo-
do eſt.*
*Videre;ſed etiam illa,quæ futura ſunt pro-
ſpicere.*

& eiuſdem in Eunucho.

*Quod cauere poſſis,ſtultum eſt, admitte-
re.*

Fortaſſis præuident ſibi, hos Lectores, ob
38 ſapientiæ notam, præferendos eis. Tales
enim maioribus ſunt beneficijs honorandi,
vt verbis vtamur Innocentij III. in Concilio
Generali in *cap.de multa* 28.*in fin. de præb.
extrà.* Vt is gradus cæteros antecedat,quem
labor prolixior fecerit anteire. verba ſunt
Valentiniani,& Theodoſij Cæſarum in *l. ne-
mo agentium.*2. *in fin. C.de officio Magiſtri
officiorum.*quæ ſequuta fuit *Gloſſ.in d.cap. de
multa.*28.verbo *ſublimes,& litteratas. de
præbend.* & *Gloß.* in *cap.cùm dilectus filius.*
32.*§.verùm B.*verbo *digniores. de elect.* Sa-
crum Tridentinum Concilium *ſeſſ.*5. *cap.*1.
*in fin.§.docentes verò.de reform.*diximus *re-
ſponſ.*noſtra 51.*num.*11.*par.*3.Et quid ſanè
39 mirum, Cùm in Cœleſti quoquè Patria ex
Daniele 12. 3. *Qui docti fuerint,fulgebunt
quaſi ſplendor firmamenti:& qui ad iuſti-
tiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpe-
40 tuas æternitates.* Quod ad militantem quoq;
Eccleſiam tranſtulit Honorius Tertius in
cap.ſuper ſpeculam 5.*aliàs fin.de Magiſtris.*
& idem in *cap.licet vobis.*32.*de præbend.* &
Conſtitutio noua Federici Cæſaris in *auth.
41 habita C.ne filius pro patre.* qui indè ſub
Imperiali protectione eos ſubijcit: *quorum
ſcientia totus illuminatur Mundus, & ad
obediendum Deo, eiuſq; Miniſtris vita ſub-
iectorum informatur.* & ſequuta fuit *Rota in
Melten.Canonicatus* 9. *Martij* 1595. *coram
Cardin.Mellino apud* Marcheſanum *part.*1.
*deciſ.*12.*num.*2.*fol.*611. quæ eſt etiam in
impreſſis apud *Farin.deciſ.*104.*nu.*2.*poſt* 1.
vol.conſil.

Reliquum tandèm eſt,vt tertium ſubmo-
ueamus obſtaculum; Quo de nullitate
obiecere decreti præfati;quòd non ſeruata
forma in Conſtitutionibus tradita,atq; præ-
ſcripta *dict.cap.*6. §.17. datum, latumquè
fuerit.

Verùm in medium nos Conſtitutionis
præfatæ verba afferamus oportet, illa namq;
elucidata,omnem difficultatem ſubmouent.
ſic illa.

42 *Neq; ſuper prædictorum eligendorum
Officialium qualitates,omnes,& ſingulas per
Abbatem Generalem,aut per Capitulum Ge-
nerale diſpenſari poſſit,niſi per priùs per vo-
ta ſecreta Patrum cum duabus ex tribus
partibus votorum, fuerit diſpenſatum.* his
Conſtitutio.

43 Aduertenda itaq; primitùs erit,diſiuncti-
ua illa dictio,ſiuè alternatiua (aut) *aut per
Capitulum Generale.* hæc quippè diſiuncti-
uè ponitur,atq; ſenſum,verba,& ipſas perſo-

pas diſtinguit,ac cuilibet in ſolidum actum
attribuit.apertiſſimè Pomponius lib. 2. ad
Sabinum in *l. ſi ex toto fundo.8.§.ſi ita ſcrip-
tum ſit. ff de legat. 1.* eiuſdemq; ſenſus Pau-
lus in *l. ille, aut ille 25.ff.de legat. 3. Gloſſ.1.
in princ.in cap.cùm plures 8.de officio deleg.
in 6.*regula *in alternatiuis 70. de regul. iur.*
44 *lib.6.*Sat itaq; erit, alteram ex duabus par-
tibus in oratione diſiunctiua illa (*aut*) poſi-
tis,veram eſſe, atq; actum ab vna ex illis
adimpleri. Sic nempè Pomponius *d.§. ſi ita
ſcriptum.*rem aperit: *Si ita ſcriptum ſit: Lu-
cius Titius hæres meus, aut Meuius heres
meus decem Seio dato; cùm vero velit Seius
aget: vt ſi cum uno actum ſit, & ſolutum,
alter liberetur; quaſi ſi duo rei promittendi
in ſolidum obligati fuiſſent.* Eiuſdemq; ſen-
ſus eſt Sceuola lib.12. quæſtionũ in *l. ſi quis
ita ſtipulatus fuerit 129.§.at ſi ſic.ff de uer-
borum obligat.*qui ſequentibus effatur. *At
ſi ſic; Dabis ſi nauis uenit, aut ſi Titius Con-
ſul factus ſit: ſufficit unum factum.* Clemẽs
quoq; V.in *Clement.1.§.quin etiam* & ibidẽ
Gloſſ. verbo *aut. de præbend. can. ſi quis*
45 *uiduã 12 diſt.34.*Siuè affirmatiuè, ſiuè ne-
gatiuè diſpoſitio proferatur, patet ex Sce-
uolæ verbis d.§.at ſi ſic: *Dabis ſi nauis non
uenit, aut Titius conſul factus non eſt? ſuffi-
cit vnun non eſſe factum,* ſequitur *Cenedus
ſingular.6.numer.2.& 3. Cardin. Tuſcus
tom. 2. littera D. concluſ.244. num. 8. &
ſeq. Barboſa de dictionib. dict.46. num.1.
2.& 3. Rota apud Cardinal. Manticam
deciſ.81. numer.4. & apud Card. Seraphi-
num deciſ.1165. nu 8. in Cæſaraguſtana
ſtatus 1588.coram Card. Bubalo deciſ.56.
nu.11.poſt 1.volum.conſil.Farinae.& apud
Coccinum deciſ.263.nu.2. apud Cardin. Ca-
ualer.deciſ.265.nu.3. & apud Duranum*
Epiſcopum Vrgellen.*deciſ.286.nu.1.par.2.*

Poteſt ergo Generalis cum duabus ex
tribus partibus votorum,vel etiam Capitu-
46 lum Generale diſpenſare. Non itaq; neceſ-
ſe erit ex Conſtitutione præfata, cuius ver-
ba iam ante retulimus, vt eodem tempore
in Capitulo Generali per vota ſecreta Patrũ
diſpenſatio exeat: ſat autem erit, ſi prius per
vota Patrum cum duabus ex tribus parti-
bus diſpenſatio concludatur, poſtmodùm
verò, vel per ſolum Abbatem Generalem,
vel per Capitulum Generale diſpẽſatio fiat,
exequaturue, ac publicetur. Hanc autem
mentem eſſe Conſtitutionis, nobis non ob-
47 ſcurè dictio illa (*niſi priùs*) deteget, quæ in
hac re ordinem reſpectu gerendorum de-
notat. ſecundum *Butrium in cap. litteris.5.
nu.12.verſ.& hoc procedit intelligẽdo, quòd
dictio prius, &c. de reſtitut. ſpoliator. Paulus
Caſtrenſ. cons.232. In cauſa, quę vertitur,
num.2.lib.1.Card Tuſcus tom.2. littera D.
conclus.341.nu.3.Barboſa dict.286.nu.1.*

Hoc autem modo, ordineq; decretũ pre-
fatum pro Lectoribus proceſſit. Firmum er-
go erit.

48 Patres verò, ij hac in re dicuntur, qui in
Diffinitorio votum habent. Conſtitutiones
ipſæ per quam manifeſte aperiunt. *tract.2.
cap.12.§.1* dicentes; *Poſt nonam* (de quar-
ta die Capituli Generalis decernentes)
*conueniant Abbas Generalis, & cum eo Pa-
tres omnes, qui in Diffinitoriali Capitulo
uotum habent.* Non itaq; omnes, qui in Ca-
pitulo Generali intercedunt, Patrum nomi-
ne exaudiuntur; ſed qui in Diffinitoriali Ca-
pitulo votum habent. Quin diſtinctio non
modica datur inter Capitulum Generale,
atq; Diffinitoriale Capitulum, vt ex eadem
ipſa Conſtitutione *eod.cap.12.§.2.* non ob-
ſcurè carpitur. *Deindè* (conſtitutio loquitur)
*pro cæteris ipſius Capituli patribus Diffini-
torialibus.*& §.3.in fin.ibidem. *De comuni
conſilio omnium Patrum Diffinitorialium.*
& alibi quoq.

49 Nec vrget pili inſtantia, quòd in Decre-
to; Vnanimini voto, (dicatur) ac ſuffragijs
omnium Patrum Diffinitorialium: quaſi
oſtendatur non per vota ſecreta proceſſum
fuiſſe.

Inſulſa quidèm inſtantia. Non enim hoc
inferet, quod non per vota ſecreta proceſſe-
rint Patres; ſed, quòd ita vnanimes in ipſis
ſecretis votis fuerint, vt omnes eãdem ſen-
tentiam, vt rationi conſonam, admiſerint,
ſecutiq; fuerint. reſponſionis huius firmita-
tem petimus ex Gregorio Magno illo in c.
50 *non ne 5.de præſumpt.in fine* dicente: *Duo
quippè ei illata fuerunt: vnum negauit, al-
terum tacendo affirmauit,* pariq; modo qui
ex duobus vnum affirmat, non ſtatim alte-
51 rum negaſſe videtur. Quod præſertim locũ
habet, ſi vtrumq; dictum eandem habeat
rationem, vt vnum cum altero ſtare poſſit;
quòd non ſibi inuicem aduerſentur, (vti
hoc in noſtro facto eſt.) Aduertit id *Surdus
deciſ.195.num 12.ex Bald in l.data opera
nu.34 C.qui accuſare nõ poſſunt,* ſequiturq;
Barboſa in collectan.ad dict.cap. non ne. n.4.
52 Hoc verò ita laxè exauditur, vt in quacũq;
materia locum ſibi faciat, docet *Aymon
conſ.174.nu.2.* ſequiturq; *Rota apud Card.
Seraphinum deciſ.447.nu 2.*

53 Neq; præterea dicant, diſpenſationes eſſe
odioſas, reſtringendas propterea, arctèq; in-
terpretandas, non dilaxandas. *cap. quamuis
4 de prębend.in 6. Cauallos comunium con-
tra comun.tom.3.q.829.n.4.5.& 6.cap. cùm
in illis 16.& cap.non poteſt 21.de prębend.
in 6. cap.1.§.fin. de filijs prębyteror. in 6.
Garſias de benefic.par.1.cap.6.nu.58.59. &
ſeq.*

54 Primò, quia decipiuntur ipſi; nulla enim
hic admiſcetur dilatatio, ſed ex natura rei
hoc ipſum (votum actiuum, & paſſiuum)
importat, eligere, & eligi poſſe. neq; porrò
alia in electionibus datur diſtinctio, quàm
eligere, quod votum actiuum nuncupatur,
& eligi poſſe, quod votum appellatur paſſi-
uum,

Digitized by Google

uum, vti apertiſſimè ex Gregorio in paſto-
rali cap.11.relato à Gratiano *can. hinc ete-
nim* 1. & ex Hieronymo ſuper Malachiam
cap.1.*in can.ſacerdotes* 2.*diſt*.49. & ex Ro-
mana ſynodo 1.cap.4. per Symmachum
Papam in *can.ſi tranſitus papæ* 10. *diſt*.79.
& ex Innocentio III.in *cap.per inquiſitionē*
36.& Honorio III.in *c.cùm poſt petitam* 46.
de elect. extra.nec difficulter colligitur, &
apud Doctores omnes de electione tractã-
tes. *Emanuel Sà in aphoriſmis* verbo *ele-
ctio.Diana in ſumma* verbo *electio, num.* 3.
& 4.

55 Deindè,vt dubio faciamus ſatis, Quam-
uis diſpenſatio quoad eos, quibus cùm di-
ſpenſatur,odioſa habeatur, & propter hanc
cauſam retinenda, nec dilaxanda ſit vltra
terminos,de quibus agitur.ad *tex.in d.cap.*
1.*de filijs presbyterorum in* 6.*& cap.cùm in
illis* 16.*& cap.non poteſt*.21.*de præbend. in
c.quamuis* 4.*eod.Monal.conſ*.111.*n*.5.*vol*.2.
Barboſa de offic.Epiſcop.par.2.*alleg*.45.*n*.
1.*& ſeq.Cauallos comun. contrà comunes.
tom*.3.*q*.829.*num*.4.5.*&* 6.*Garſias d.cap*.6.
nu.60.*& ſeq*.in materia loquens beneficia-
56 li. Eſt tamen illa quatenùs perſonas reſpi-
cit, quibus diſpenſandi datur facultas, &
quoad facultatem ipſam, in eorum potiſſi-
mùm præiudicium,laxè interpretanda. ex
Gregorio IX. apertiſſimè in *cap. mandato
noſtro* 46.quod eſt *fin.de ſimon*.& ibidem
Gloſſ.verbo *Abbates, & Abb.eod. loco* ex
Innocentio III.in *cap. olim tibi* 16. *de ver-
bor.ſignificat*.quatenus habet 1 Beneficia
57 Principum eſſe interpretanda largiſſimè.
Barboſa qui alios refert. *de offic.Epiſco.par*.
2.*allegat*.37.*num*.24. *&* 25.*Gratianus fo-
renſ.diſceptat par*.5.*cap*.982. *num*.2.*&* 23.
Miranda in manuali paſtorum par.2. *q*.30.
art.12.*concluſ*.1.*&* 2.*Emanuel Sà in apho-
riſmis* verbo *diſpenſatio nu*.7.*Cauallos d.q.*
829.*nu*.17.ad *d.tex.in cap. quamuis* 4.*§.fin.*
58 *de præbend.in* 6. quo loco Summus Ponti-
fex Bonifacius VIII. ex verbis, quibus di-
ſpenſando loquitur,fieri interpretationem
laxiorem innuit,etiam ex perſonis, quibus
prouideri voluit. & *d.cap. cùm in illis* 16.§.
1.*&* 2.*Garſias d.cap*.6.*nu*.73.

59 Neq; prætereà ſemper, & vbiq; diſpenſa-
tio omni, inter odioſa æſtimabitur, cùm
non deſint diſpenſationes aliquæ, quæ fauo-
rabiles habeantur,vt poſt *Abb.in cap.ad au-
res* 8.*nu*.8.*de reſcript.& Dec.in cap.at ſi cle-
rici* 4.*§.de adulterijs nu*.91.*de Iudic*.ſequu-
ta fuit *Rota coram Aldabrandino* poſtmo-
dùm Clemente VIII. *deciſ*.240. *num*.19. *&*
20.*par*.1.*diuerſorum*.& proſequitur *Garſias
d.cap*.6.*à nu*.73.*cum ſeq*. veluti hæc ipſa di-
ſpenſatio Lectoribus facta, cùm fauorem
60 publicum reſpiciat,vt perſonæ, quæ ſtudijs
inſudarunt,atq; inſtruendis alijs,informan-
diſq; vitam inſumpſere.ad dignitates,& præ-
laturas admittantur,fauorabilis non ab re
æſtimabitur; vt qui maximè digni ſunt eli-
gantur, viriſq; litteratis fauor impertiatur;
nec deſint,qui in Religionibus ſcientijs dent
61 operam; Doctorum ordo ſit præcipuus in
Dei Eccleſia.ex Innocentio III. in *c.cùm ex
iniuncto* 12.*§.cùm igitur de hæret*. quo loco
ad rē *Gloſſ*.verbo *præcipuus*,hoc eſt priuile-
giatus,explicat.deduximuſq; nos non in ab-
ſimili facto *d.reſponſ*.51.*n*.12.*p*.3.Fauor vtri-
62 què publicus priuato Priorum commodo
anteferendus erit.ad *text.in can.ſcias*.35. &
ibidem *Gloſſ*.7.*q*.1.*cap.bona* 3.vbi *Gloſſ*.ver-
bo *communem.de poſtulat. prælatorum.cap.
licèt* 18.*de regular.Nauarr.conſ*.6.*numer*.1.
lib.2.*de conſtitutionib.& de oratione, & ho-
ris canonic.cap*.19.*num*.61. *S.Thomas* 2.2. *q*.
26. *art*.3.*&* 4. *ad* 2. *Ioannes Azor. inſtitut.
moralium par*.2.*lib*.12 *cap*.4. *&* 5. *Gratian.
diſcept.forenſ. part*.1.*cap*.176.*num*.8.9.*&
nu*.16.

63 Nec præiudicium ſit aliquod Prioribus,
quòd plures ſint, qui digniſſimi ad dignita-
tes in Religione eligi poſſint, neq; illis locus
ſecluditur, quin ſi digni ſint,eligi valeant.&
quatènus eis præiudicium fieri inſtabunt,
64 quòd Lectores digniores erunt; erit eorum
præiudicium ſecundarium,non principale,
atq; conſequentèr acceſſorium,neq; æſtimã-
dum. ad *text.in cap.tua nobis*.32. *& ibidem
Abb. num*.4. *de verbor.ſignificat. Caſſaneus
conſ*.65.*numer*.63. *Sarnenſis de iure quæſito
non tollendo.quæſt*.16. *Rota* coram Clemen-
te VIII.*d.dec*.240 *n*.22.*&* 23.*par*.1 *diuerſor.*
65 Indè quippè Sacrum Concilium *ſeſſ*.24.
cap.18. *de reformat*. Parochiales per con-
curſum conferri mandauit,vt quantum fieri
poteſt dignioribus, atq; litteratis viris con-
ferrentur, itaq; Conſtitutione, quæ incipit
(*In conferendis*) firmiorem diſpoſitionem
illam reddidit Pius V.Sanctiſſimus Pontifex.
quam refert *Quaranta in ſumma Bullarum.*
verbo *Beneficiorum Parochialium collatio.
fol. mihi* 90.

Concinitq; nec incongruè,quod Paulus V.
Sanctæ memoriæ in Conſtitutione ſua, cui
caput eſt:(*Ad Sacram Beati Petri Sedem*.)
pro hac ipſa Religione Cœleſtinorum ad cal-
cem relata Conſtitutionum *fol*.252. §.3. de
Prioribus loquens ſtatuit.

Priores (inquiens) *Abbatibus decedenti-
bus,Monaſterijs maioribus per gradum,pro-
ut eorum virtutum merita, & adminiſtra-
tionis ratio poſtulare videbitur canonicè
præficiantur.*

Non ad Prioratus quippè gradum reſpe-
xit Paulus V.ſed ad virtutum merita oculos,
diſpoſitionemq; ſuam coniecit. Vt qui præ-
66 ſtantior eſt, qui doctior, qui ſanctior, qui
omni virtute eminentior,ille eligatur ad Sa-
cerdotium.Hieronymus vt loquitur *can.li-
cet. ergò*.15.8.*quæſt*.1.nec longè ſatis Impe-
rator abijt in *§.fin. in auth.de Monachis col-
lat*.1.& Gregorius IX. in *cap.ſtatuimus*.15.

de

de maiorit.& obedient. Eſt enim res quidèm
67 ſanctiſſima ſapiētia, iuxta Vlpiani ſenſum, & verba lib.2. de omnibus Tribunalibus. in *l.1.§.proindè nec turis quidèm. ff. de var.& extra ordin.cognit.*

Quibus omnibus pro coronide accedit, quod decreta præfata pro Lectoribus, & alijs in dicto Generali Capitulo promulgata, per Sanctam Sedem Apoſtolicam, peculiari Breue ſub Piſcatoris annulo confirmata fuere,
68 cum clauſula (*ſupplentes omnes, & quoſcũq; defectus, &c.*) vt nihil ſit vltra quærendum; ſiquidèm illa poteſtatis importat plenitudinem, etiam cum tertij præiudicio, tollatquè ſolemnitates à iure poſitiuo perquiſitas, nec antea fortaſsè adhibitas. *Card.Tuſcus tom.1. lit.C.concluſ.343. num.1.3.& 12. Moneta tract.de commutation.vltim.volunt. capit.7. num.158. Barboſ.de clauſul.clauſ.177.nu.2. & 4.*

Firmus ergò perſtat locus Lectoribus, qui nouem annis vel Philoſophiam, vel Theologiam in publicis Religionis Studijs legerunt votum actiuum, & paſſiuum habendi, vt eligi poſſint, & eligere. quicquid illis obſtrepere Priores.

Atq; ita ex his, iudicio non abiecto Ariſtarchi reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates ad Eccleſiaſticas non omnes paſſim aſſumendi.*
Neq; id expedit.
Nè animarum cura vileſcat.
2 *Abbates qui aſſumi debeant in Religione Cæleſtinorum.*
Et per quot annos in diſciplina regulari probati?
Tempus autem hoc annorum debet eſſe completum.n.9.& n.16.
Ordines ad Sacros promoueri vt quis poſſit, non antè id fieri poteſt.
In Subdiaconatus ordine ante vigeſimum ſecundum ætatis annum.n.6.
In Diaconatus ante vigeſimum tertium.
In Presbyteratus ante vigeſimum quintum. ex Sacro Tridentino Concilio.
Sat tamen erit, ſi annus fuerit inceptus.n.4.& n.8.
Ratio redditur.n.31.& 32.
Antiquiùs tamen ex Clemente V. in ſubdiaconatus ordine erat in 18. anno. num.5.
In Diaconatus in vigeſimo. in Presbyteratu in vigeſimo quinto.
Sed reformauit Sacrum Tridentinum Concilium.n.6.
Vt ſuggerat promouendum in ætate eſſe conſtitutum.n.7.& n.31.
8 *Curam animarũ ad ſuſcipiendum aſſumi nemo poteſt niſi vigeſimum quintum ætatis annum attigerit.*
9 *Annorum numerus à Conſtitutione præfinitus, vt probatus quis ad dignitates aſſumatur, debet eſſe completus.*
Quia eſt fauor publicus, vt magis probati præficiantur.
Vnde tempus omninò completum eſſe debebit.n.12.
Præſertim verò ſi Conſtitutio per verba negatiua loquatur.n.13.
10 *Dignitates ijs debentur, quos labor prolixior fecerit anteire.*
Quiq; meliores, præſtantiores, ſanctiores, quiq; omni virtute eminentiores ſunt, ij ad Sacerdotium eligendi.n.11.
Et quibus nihil ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ. ex Hieronymo.
Non itàquè in ijs dandis feſtinandum. nu.12.
14 *Dictio (Per) tempori adiuncta perfectionem, atq; continuationem temporis totius denotat.*
15 *Pernoctare dicitur qui per totam noctem ſteterit.*
17 *Legatum relictum puero cùm quatuordecim annis erit, tunc debebitur, cùm quartodecimus annus completus fuerit.*
18 *Annus certus, certuſq; annorum numerus à Conſtitutione aliqua exquiſitus, de anno completo exauditur, per tercentos ſexaginta quinq; dies.*
19 *Annus naturalis numeratur tercentis ſexaginta quinq; diebus.& n.21.*
Præſertim verò in odioſis.n.22.
Vel ſi annus per accuſatiuum caſum, ſiuè in plurali proferatur.n.23.
Vel de fauore agatur publico.nu.24.
Vt putà de præficiendis ad dignitates, vel ad Curata.
Ratio redditur.n.25.
20 *Alciatus Doctiſſimus vir, humanis litteris apprimè excultus celebratur.*
25 *Tempus cùm à lege, vel Conſtitutione ad alicuius actus perfectionem, & complementum exquiritur, completum eſſe debet, atq; perfectum.*
Quia non fruſtrà adiectum æſtimatur.
Præſertim ſi ad probatam vitam experiendam, adiectum fuit, vel pro forma. nu 33.
26 *Prima clericali tonſura initiari quis valeat, ſeptem vt minimum annos completos natus eſſe debet.*
Ante enim dicitur infans, neq; initiari poterit.n.27.
27 *Infans dicitur minor ſeptennio.*

Neq;

Neq; capax, vt prima tonſura clericali initiari valeat.

28 *Profeſſionem vt emittere quiſq; valeat in Religione ex approbatis, duo requiruntur ex Sacro Tridentino Concilio.*

Ætas ſexdecim annorum completorum.

Et annus expletus in nouitiatu, ſeù probatione.

Alioquin profeſſio erit nulla.

Quia pro forma vtrumq; tempus exquiritur.n.29.

29 *Dies termini in termino non computatur.*

In fauorabilibus quidèm.

Secùs in odioſis.n.35.

Vel pro publico commodo.

33 *Tex.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.23.c.12. de reformat.perpenditur.*

34 *Forma in ſpecie implenda venit.*

Quia ipſa opus perfectum habet.

36 *Periculum vbi maiùs, cautiùs agendum, pleniùſq; conſulendum.*

Magiſq; conſulendum eſt ijs, quibus maius periculum intenditur.n.37.

Præſertim vbi de anima periculo agitur. nu.38.

38 *Animæ de ſalute vbi agitur, & periculo, cautiùs eſt agendum.& n.40.*

39 *Rationem adminiſtrationis ſuæ quilibet reddere tenetur Deo.*

40 *Subiectorum agitur commodum, vt illi Prælatum virtutibus ornatum ſortiantur.*

ARGVMENTVM.

Tempus quatuordecim annorum, duodecim à profeſſione, & trium in Prioratu, vt promoueri quis poſſit ad Abbatiæ dignitatem ex Conſtitutione, debet nè omninò completum eſſe, vel verò ſufficiat, ſi vltimus annus fuerit inceptus, nondùm completus? Quemadmodùm ad ſacros ordines vt promoueri quis valeat, vigeſimus ſecundus ad Subdiaconatus, vigeſimus tertius ad Diaconatus, & vigeſimus quintus ad Presbyteratus ordinem ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ.23. cap.12. de reformat.* ſat erit ſi inceptus, nondùm completus fuerit? Completos illos annos eſſe debere definitur. eodem modo, quo completum debet eſſe ſeptemnium pro prima Clericali corona. & completus decimus ſextus, vt profeſſio valida ſit, atquè completus quoq; nouitiatus annus. alioquin profeſſio inualida erit ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ.25. cap.15. de regular.*

RESPONSIO XLVI.

Diſſeruimus in ſuperiori reſponſione, qui ad Abbatiatus dignitatem in Illuſtriſſima Cœleſtinorum Religione aſſumi debeant, ad quam ex diſpenſatione Capituli Generalis locus factus fuit Lectoribus, qui in publicis Religionis eiuſdem ſtudijs nouem annis in Philoſophia, vel Sacra Theologia legiſſent.

1 Verùm quia ad tàm ſublimem dignitatem ex Conſtitutionibus non ità paſſim omnes aſſumi debent, neq; expedit in Domino, nè animarum cura vileſcat, ſi gregatim omnes admittantur, ſequentibus ex Conſtitutionibus præfatis *tract.2.cap.6.* §.15. ſtatutum fuit.

2 *In Abbatem Conuentualem, & Priorem eligantur viri probi, & fideles, monaſtica, regulariſq; vita moribus ſufficientèr inſtructi: & in Abbatem prædictum non præficiatur, qui per annos quatuordecim ſimilitèr in regulari obſeruantia non vixerit ab emiſſa profeſſione; & qui priùs per annos tres Prioratus officium non exercuerit. Nec ad Prioratus officium aſſumatur, qui per annos duodecim in Congregatione ſimili modo laudabilitèr non vixerit.*

Hac facta occaſione exquiſiuit à me Reuerendiſſimus Pater Generalis Dominus Dominicus Chimentus à Tarento: eſſe ne deberent completi anni in Conſtitutione præſcripti. videlicet decimus quartus, vt Abbas eligi valeat, ab emiſſa profeſſione, duodecimus vt Prior, & ipſe tertius in Prioratu, vt ad Abbatis culmen euehi valeat?

3 Dabat dubio cauſam, quòd vt promoueri quiſquam ad ordines valeat, etiam Sacros, etiam Presbyteratus, ſat vtiq; erit, ſi annus requiſitus, fuerit inceptus; & quidèm in Presbyte-

ſbyteratus ordine apertiſſimè id habetur
ex ſacro ſancta Tridentina ſynodo *ſeſſ.* 2 4.
cap. 12. *de reformat.* non longè ab initio di-
cente; *Nemo igitur deinceps ad dignita-
tes quaſcunquè, quibus animarum cura
ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem vige-
ſimum quintum ſuæ ætatis annum attige-
rit.*
4 Vt ita eſſe pari quoq; modo debeat in
alijs quoquè ſacris Ordinibus, vt annus
ſtatutus inceptus ſufficiat, quemadmodum
Gloſſ. docet in *clement. generalem* 3. verbo in
decimo octauo. de ætat. & qual. perpendens
5 illud præſertim, quod Clemens V. in *d. cle-
ment.* loquitur. *poſſi: quis liberè in decimo
octauo ad ſubdiaconatus: & vigeſimo ad
Diaconatus; & in vigeſimo quinto ætatis ſuę
anno ad præsbyteratus ordines promoueri.*
non igitur requirit canon, vt ſit decem, &
octo annorum, atq; viginti, & viginti quinq;
ſed vt ſit in decimo octauo, vigeſimo, atq;
vigeſimo quinto, ſufficiatq; proindè annum
6 eſſe cœptum, non verò completum. Nec ab-
ſimiliter Sacrum Concilium *ſeſſ.* 23. *cap.* 12.
de reformat. decernit: reformans quidem id,
quod à Clemente V. in d. Clement. *generalē*
ſtatutum fuerat quoad Subdiaconatus, atq;
Diaconatus ordinem, dicens: *Nullus* (in-
quiens) *in poſterum ad ſubdiaconatus ordi-
nem ante vigeſimum ſecundum, ad diacona-
tus ante vigeſimum tertium, ad Præsbyte-
ratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ*
7 *annum promoueatur.* Sufficiet propterea in
ætate eſſe conſtitutum anni vigeſimi ſecun-
di, atq; vigeſimum primum exceſſiſſe, vt in
vigeſimo ſecundo conſtitutus dicatur. con-
cluit diſpoſitio Alexandri III. in Concilio
Lateranen. in *cap. cùm in cunctis* 7. §. *infe-
riora etiam. de electione extrà.* decernens,
8 neminem ad dignitatem curam animarum
habentem aſſumi poſſe; *niſi qui iam vigeſi-
mum quintum annum ætatis attigerit.* ſe-
quiturque *Nauar. in man. cap.* 25. *nu.* 116.
& conſ. 4. *an qui eſt. nu.* 2. *lib.* 1. *de ætate; &
qualitate ordinand. & conſ.* 9. *de temporibus
ordinand. Quaranta in ſumma bullarum*
verbo *ordo.* §. *colligantur ex dicta Pij IV
Conſtitutione. fol. mihi* 371. *Diana reſolut.
moralium par.* 1. *tract.* 16. *reſolut.* 29. *in
initio.*

Abſolutè annum debere eſſe completum
reſpondi, nec ſufficere decimum quartum
inceptum eſſe, & ita duodecimum, atq; po-
ſtremò tertium in prioratu. Monebar ſanè
9 nec ſine ratione. Principio quidem, quia
hic annorum numerus à Conſtitutione
perquiſitus, non fauore præficiendorum
exquiritur, ſed Religionis; vt ij ad dignitates
aſſumantur, qui per annos exquiſitos regu-
lares obſeruantiæ, vitæq; probitate, moribusq;
10 integritate in regulari vita profecerint: atq;
quos labor prolixior fecerit anteire, vt per-
pendere Valentinianus, & Theodoſius Cæ-
ſares in *l. nemo agentium* 2. *in fin.* C. *de offi-
cio magiſtri officiorum.* Rationem autem
refert Hieronymus in librum Leuitici, rela-
tus *can. licet ergo Dominus.* 15. 8. *q.* 1. dicens
11 nec manibus verbis: *Quia qui præſtantior
ert ex omni populo. qui doctior, qui ſanctior,
qui in omni virtute eminentior, ille eligitur
ad ſacerdotium. Vt nihil in eis* (qui eligendi
ſunt) ſubſequitur ipſe idem) *ſapientiæ, nihil
ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ.* ſic Hieronym.
hoc verò totum, annorum curſu: experimē-
12 toq; ſcitur, dignoſciturq;. non itaq; feſtinā-
dum; ſed in exquiſito tempore demoran-
dum, quod publici fauoris ergo adiectum
æſtimatur. pro completo haud itaq; habe-
bitur. *Gloſſ.* notabilis in *cap. ad noſtram* 8.
verbo *ante conſumationem. de regularib.* &
ibidem *Abb. nu.* 5. *verſ. in Gloſſ. ſecunda. An-
charanus* quoq; *nu.* 3. *Archidiacon. in cap.
fin. in princip de Iudic. lib.* 6. *Nauar. manua-
li d. cap.* 25. *num.* 116. *Bellemera deciſ.* 726.
Surdus deciſ. 178. *nu.* 12. 13. *& ſeq. Sfortius
Oddus de reſtitut. in integrum par.* 1. *q.* 2. *ar.*
8. *num.* 51. *&* 52. *Gratianus forenſ. diſcept.*
13 *par.* 5. *cap.* 946. *nu.* 30. *&* 31. Deinde quia
Conſtitutio ipſa orationem diſpoſitionis
ſuæ per negatiuam proſequitur, dicendo:
*Et in Abbatem prędictum non præficiatur,
qui per annos quatuordecim ſimiliter in re-
gulari obſeruantia non vixerit ab emiſſa
profeſſione; & qui prius per annos tres prio-
ratus officium non exercuerit. Nec ad prio-
ratus officium aſſumatur, qui per annos duo-
decim in Congregatione ſimili modo lauda-*
14 *biliter non vixerit.* ſic Conſtitutio. Aduer-
tenda idcircò dictio illa erit (*Per*) quæ tem-
pori adiuncta, (*per annos*, ſcilicet) *quatuor-
decim*) perfectionem, atq; continuationem
temporis totius denotat. Probatam facit
rem hāc Pomponius lib. 6. ad Sabinum in *l.
Vrbana familia* 166. §. *pernoctare. ff. de ver-
borum ſignificat.* qui diſertis loquitur ver-
15 bis: *Pernoctare* (inquiens) *extra Vrbem in-
telligendus eſt, qui nulla parte noctis in Vr-
be eſt. Per totam enim noctem ſignificat.* his
Pomponius: Per annos igitur quatuorde-
cim, hoc eſt totis quatuordecim annis lau-
dabiliter in religione vixiſſe oportebit. ſe-
quiturq; hunc ſenſum *Gonzalez ad regu.* 8.
cancellariæ Gloſſ. 9. *in annotationib nu.* 84.
Cardinal. Tuſcus tom. 2. *littera D. concluſ.*
324 *nu.* 1. 2. *&* 3. *Cenedus ſingular.* 76. *n.* 1.
& 4. *Barboſa de dictionib. dict.* 250. *nu.* 2. *&*
3. *Rota in Peruſina Ciuilitatis* 26. *Ianuarij*
1615. *coram Manzanedo deciſ.* 637. *num.* 3.
par. 2. *tom.* 2. *in recentior. Surdus d. deciſ.* 178.
nu. 6. *Sanchez de matrimon. tom.* 1. *lib.* 4. *di-
ſput.* 24. *ſub nu.* 9. *Gratianus forenſ. par.* 3. *c.*
413. *nu.* 26. 27. *& ſeq.*
16 Perquiritur ergo ad Conſtitutionis men-
tem, vt præficiendus in Abbatem, toto ipſo
quatuordecim annorum tempore in regu-
lari obſeruantia vixerit ab emiſſa profeſſio-
ne:

ne: atq; per annos tres prioratus officium exercuerit, vixeritq; per duodecim annos ſimili modo laudabiliter. Audias (quæſo) Vlpianum lib. 13. ad Sabinum in *l. ſi cui legetur. 51. in princ. ff. de legat. 1.* Qui ſatis cōcinnè, breuibus tamen, rem hanc teſtatam
17 reddit, dicens: *Si cui legetur: Cùm quatuordecim annis erit. certo iure vtimur, vt tunc ſit quatuordecim annorum, cùm eos impleuerit. & ita Imperatorem decreuiſſe Martianus ſcripſit.* Tunc itaq; per quatuordecim annos laudabiliter in regulari diſciplina vixiſſe, qui ad Abbatis dignitatem erit aſſumendus, dicetur, cùm totos quatuorde-
18 cim annos impleuerit. Quia nimirùm ex natura rei venit, vbi lex, vel conſtitutio certi anni, vel certorum annorum meminit. vt anni nomine, non niſi de perfecto exaudiatur, completoque per tercentos ſexaginta quinq; dies. id docet ſine prouerbio Paulus lib. 1. ad leg. Iuliam, & Papiam in *l. anniculus 134. ff. de verbor. ſignificat.* non vulgaribus loquens verbis: *Anniculus* (inquiens) *non ſtatim vt natus eſt, ſed tercenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die: Quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, ſed ad dies numera-*
19 *mus.* ſic nempè annus numeratur naturalis. vti *Gloſſ.* ibidem verbo *tercenteſimo ſexage-*
20 *ſimo quinto.* ibidemq; *Alciatus* doctiſſimus, erudiciſſimuſq; pariter ille vir, humanarūq; litterarum apprimè eruditus. *nu. 1. 2. & 3.* Concinitq; magis adamuſſim ipſemet Paulus lib. 5. ad Sabinum in *l. cùm hæres 4. §. ſeruire. ff. de ſtatuliberis.* qui verbis loquitur ad rem noſtram ſatis accomodatis. *Seruire Titio anno, et liber eſſe iuſſus, Titio mortuo, non ſtatim liber fiet: ſed cum annus trāſierit: quod uidetur non tantum ſub conditione, ſed etiam ex tempore data libertas.* hoc idem reperit §. Stichus. ſubnectens, *Sti-*
21 *chus ſi hæredi meo anno ſeruierit liber eſto: quærendum eſt, annus quomodò accipi debeat: an qui continuis diebus 365. conſtat; an qui biſſexto? Sed ſuperius magis intelligendum Pomponius ſcribit.* Qui ſcilicet cōſtat 365. diebus. vti *Gloſſ.* ibidem verbo *ſuperius* exprimit. allegat Iulianum lib. 86. digeſtorum in *l. ſi ita vulneratus. 52. §. æſtimatio autem. ff. ad legē Aquiliam.* qui annū intelligit, qui tercentis ſexaginta quinq; diebus conſtat. Tunc ergo conditio extabit per quatuordecim annos in regulari diſciplina profeſſum ſtetiſſe, cùm decimus quartus ipſe annus ex toto expletus fuerit per tercentos ſexaginta quinque dies. & hanc perpenſionem ſequuta fuit *Rota in Granaten. profeſſionis 9. Februarij 1609. corā Domino Lugdunen. deciſ. 175. ſub nu. 7. par. 1. tom. 1. in recent. Gloſſ. in cap. quam ſit. 6. §. cupientes.* verbo *menſem. de elect. lib. 6.* po-
22 tiſſimùm verò in odioſis, in quibus de momento ad momentum fit computatio. vt
23 *Alciat.* aduertit *d. l. anniculus. num. 3.* Vel vbi de anno ſit mentio per accuſatiuum, atq; in plurali numero. quam ampliationem ſecundum communem præter *Bald. Alexan. & Iaſonem in d. l. ſi cui legatum 51. de legat. 1.* ſequitur *Nauar. in man. d. cap. 25. nu. 116. Surdus d. deciſ. 178. nu. 5. & 6.* vel ſi de
24 fauore agatur publico. in ætate potiſſimùm ad dignitates, & curata præficiendorum. ad tex in *dicto cap. cùm in cunctis 7. de elect. extrà.* & ex Concilio Agathenſi cap. 16. & 17. relato à Gratiano in *can. Epiſcopus 6. diſt. 77. & can. ſi quis triginta 1.* & *can. nemo præsbyter. 2. diſtinct. 78. Sfortius Oddus d. q. 2. art. 8. num. 52. uerſ. aut non agitur ſimul. Surd. d. deciſ. 178. num. 8. Gratianus forenſ. par. 5. d. cap. 946. num. 31.*
25 Rationem accipe. Quia profectò cùm tempus exquiritur ad actus alicuius complementum, atq; perfectionem, illud de forma æſtimatur, quare completum deſideratur, nō enim fruſtra tempus penſatur, determinatumq exquiritur. ex Vlpiani ſenſu, argumento petito in *l. ſi non ſortem. 26. §. libertus cum ſe ff de conditione indebiti.* illis in verbis: *nam plerunq; robur hominis, ætas, temporiſq; opportunitas, naturalem cauſam operarum mutat.* ſequiturq; neq; extra rem perpendit Proauus meus *Robertus Maranta conſ. 119 nu. 7. & 8.* qui refert *Iaſonem in l. non erit. § ſi neq; ff. de iureiurand.*
26 Hinc ſanè eſt quòd, vt prima clericali tōſura initiari quis valeat ſeptennium expletum perquiritur, nec ſufficiat inceptus,
27 tunc nempè infans dicitur ad *tex. in l. ſi infanti. 18. in princ. C. de iure deliberand.* nec initiari poterit. *cap. nullus. 4.* & ibidem *Gloſſ.* verbo *infanti. de temporib. ordinat. in 6. can. de ijs, quos voluntas. 5. in princ.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *Infantia. diſt. 28. can. in ſingulis 2.* cum *Gloſſ.* verbo *ab infantia diſt. 77. Card. Tolet. lib. 1. Inſtructionis ſacerdotalis cap. 78. nu. 2. Campanil. in diuerſor. iur. canon. rub. 7. cap. 1. nu. 3. & 4. Barboſ. de offic. Epiſcopi par. 3. allegat. 111. nu. 4.*
28 Profeſſionem autem vt quis emittere iure valeat in religione ex approbatis duo copulatim exquiruntur: & vt decimum ſextum ætatis annum expleuerit: & vt per annum in nouitiatu, ſine probatione perſteterit: vt neq; in vltimo anni die, vel 16. ætatis non expleto, vel nouitiatus, illo non perfecto, profeſſio validè emittatur. ſic nempè Sacroſancta Tridentina ſynodus *ſeſſ. 25. cap. 15. de regularib.* rem hanc teſtatam facit. *In quacunq; religione* (diſponens) *tàm uirorum, quàm mulierum profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, nec qui minori tempore, quam per annum, poſt ſuſceptum habitum, in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullamq; inducat obligationem ad alicuius Regulæ, uel religio-*

Non eſt tamen neceſſe eiſdem verbis omnia repetere.n.10.

Ratio aſſertur.n.11.

13 Miles nemo fieri debet, antequàm tyro.

Neq; Magiſter antequàm diſcipulus.

14 Magiſter nemo fieri debet antequàm diſcipulus.& n.12.in fin.

Et multò tempore diſcenda, quæ poſtmodùm doceamus.

Magiſtrum eum fieri, qui nondùm didicit eſſe diſcipulus, miſerum. n.15.

16 Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm peritus.

Nec qui non peccat, quàm qui peccat. n.17.

18 Reſpublicas beatas fore dixit Boetius, ſi eas vel Sapientes, vel ſapientiæ amatores gubernarent.

19 Laboranti ex iuſtitia merces debetur.

Dignuſq; eſt operarius mercede ſua.

Quod explicat Paulus 1.ad Timoth.5. 17. num.20.

20 Locus Pauli 1.ad Timoth.5.17.Non alligabis os boui trituranti. expenditur.

Et 1.ad Corinth.9.9.n.21.

22 Labor ſine fructu eſſe minimè debet.

Nec pœnitere quemquam debet duros ſubijſſe labores.

Nam optat pręmia quiſq; labor. n.23.

24 Votum actiuum, & paſſiuum in electionibus habere, quid importet?

Declaratur apertiùs.n.54.

25 Ratio eſt quæ dictum regulat, dirigitq; ad normam rationis ipſius.

Nè diſcordans à ratione dictum videatur.

26 Diſpenſatione rigor relaxatur, quo quis iure communi detinetur, nè quid faciat.

Diſpenſatio quid?n.27.

28 Confirmans nihil noui addit, nec continet, quàm quod res confirmata contineat.

Quamuis clarioribus verbis rem confirmet.nu.29.

Namq; declaratio erit prioris.nu.30.

30 Teſtator poſt factum teſtamentum poteſt quod obſcurum eſt in illo declarare.

31 Declarans nihil noui dat, ſed datum ſignificat.

Sicut qui ſpicas excutit, non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt detegit. nu.32.

Quia nimirùm declaratio actui, cui accedit, iam ineſt, nihilq; noui addit. nu.33.

Operatur autem, vt habeamus veram, & effectualem prouiſionem ab initio. nu.34.

36 Sapientiam contra pugnam ineunt, bellumq; mouent ſtulti.

Hos enim ex Salomone habet inimicos.

37 Sapere eſt, poſſe vbicunq; opus eſt animum inflectere.

Sicuti & prauidere quæ futura ſint.

Nec admittere, quæ cauere poſſis.

38 Sapientes maioribus beneficijs honorandi.

Et hic gradus cæteros antecellere debet.

Quin in cœleſti Patria fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.n.39.

Et quaſi Stellæ in perpetuas æternitates.

Eodemquè modo in militanti Eccleſia. nu.40.

Ratio refertur.n.41.

39 Locus Danielis 12. 3. Qui docti fuerint multos fulgebunt, &c. expenditur.

Etiam de Eccleſia militanti.n.40.

42 Capitulum Generale Cœleſtinorum, nequè Generalis ipſe diſpenſare poteſt ſuper qualitatibus eligendorum. niſi certo modo.

Qui exprimitur.n.46.

43 Dictio (Aut) quæ diſiunctiua eſt, expenditur, declaraturq;

44 In alternatiuis ſat erit vnam ex alternatis partibus impleri.

Siuè affirmatiuè, ſiuè negatiuè propoſitio feratur.n.45.

47 Dictio (niſi prius) ordinem denotat gerendorum.

48 Patres ij dicuntur in Cœleſtinorum Religione, qui Diffinitores ſunt.

49 Vota ſecreta quomodò dicantur.

50 Duabus propoſitis propoſitionibus, qui vnā negat, alteram affirmare videtur.

Vel ſi vnum affirmat, non ſtatim alterum negaſſe æſtimabitur,

Præſertim ſi vtrumq; dictum eandem habeat rationem.n.51.

Et vnum cum altero ſtare poſſit.

Quod in omni materia locum habet.n.52.

53 Diſpenſatio omnis odioſa eſt ideò ſtrictè interpretanda.

Quod ex audi quòad eos quidèm, quibus cùm diſpenſatur.n.55.

Secus verò quòad facultatem ipſam diſpēſandi, & perſonas, quibus facultas data fuit.n.56.

Vel niſi Princeps alitèr ipſe declarauerit. nu.58.

Nequè diſpenſationes omnes odioſæ ſunt. nu.59.

Namq; fauorabiles dicuntur, quæ publicum reſpiciunt commodum.n.60.

57 Beneficia Principum ſunt interpretanda largiſſimè.

60 Eligi eos ad dignitates, qui maximè digni ſunt, fauor eſt publicus.

Nequè ex hoc alicui fit præiudicium. nu.63.

Niſi acceſſorium, atq; non attendendum. nu.64.

61 Doctorum ordo eſt præcipuus in Eccleſia Dei.

Præcipuus, hoc eſt priuilegiatus. ex Gloſſa.

62 Fauor publicus priuato pręfertur.

64 Præ-

Digitized by Google

64 *Praiudicium quod acceſſorium eſt, ac ſecundarium, non ità attendendum vt principale.*

65 *Parochiales Eccleſiæ indè per concurſum ex Sacro Concilio conferuntur:*

Vt quantum fieri poteſt dignioribus, atq; litteratis conferantur.

Quod confirmauit Pius V.

66 *Eligi is debet ad Sacerdotium, qui præſtantior, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior. ex Hieronymo.*

68 *Clauſula (ſupplentes omnes, & quoſcunquè defectus) poteſtatis importat plenitudinem. etiam cum tertij præiudicio.*

Tollitq; omnes ſolemnitates à iure poſitiuo requiſitas.

Nec anteà adhibitas.

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem loci Conſtitutionum Sacræ Religionis Cœleſtinorum. pro Lectoribus, qui nouennio Philoſophiam, ſeù Theologiam in publicis Religionis Studijs legerunt, ad votum actiuum, & paſſiuum in Capitulis Generalibus admiſſis, atq; Prioribus, qui per triennium Prioratus officio functi fuerint, æquatis. Reſponſionem petitioni congruam eſſe debere. Quiduè votum importet actiuum, & paſſiuum? Doctis viris remunerationem iure deberi, & ex iuſtitia. Quid ſit diſpenſatio? & an ſtrictè interpretanda? an verò omnis odioſa ſit? Quiduè fauore publico perpenſo? Declaratio nil noui facit, ſed factum detegit, manifeſtiùſq; aperit.

RESPONSIO XLV.

REm admiratione dignam, Sapiens
1 ille quondam Salomon *Eccleſiaſtes* 2. 11. propoſuit: nihil eſſe ſub
Sole firmum admirans, quin omnia vnitatem: ſolam autem permanere Sapientiam. ſic nempè rem hanc ipſe propoſuit.

Cùmq; me conuertiſſem (inquiens) *ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vnitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub Sole. Tranſiui ad contemplandam Sapientiam, erroreſq; & ſtultitiam (quid eſt, inquam homo, vt ſequi poſſit Regem Doctorem ſuum.) & vidi*
2 *quòd tantùm præcederet Sapientia ſtultitiam, quantùm differt lux à tenebris.* ſic ille.

Quæ autem ſocietas lucis ad tenebras? Apoſtolus loquitur Paulus 2. *ad Corinth.* 6. 14. Nulla prorſus. Sunt vanitas res omnes humanæ; ſola verò remanet ſapientia. Hanc
3 proindè ſapientiam agnoſcentes, quaſi lucernã lucere in caliginoſo loco. iuxtà Principis Apoſtolorum verba *epiſtola* 2. 1. 19. Patres Illuſtriſſimæ Religionis Cœleſtinorum, vt dignam aliquam remunerationem ſapientiæ profeſſoribus tribuerent, anno 1633. Indulgentiam quandam Lectoribus Philoſophiæ, Sacræq; Theologiæ fecerunt, vt ipſi ſi per nouem annos in publicis Religionis Studijs, Philoſophiam, ſeù Theologiam legiſſent, valerent in Capitulis Generalibus voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legi-
4 timos gaudere, ac perfrui. In præfata quippè Religione Abbatum electio fieri non poteſt, niſi de eo, qui quatuordecim annos in regulari obſeruantia ab emiſſa profeſſione vixerit; & qui priùs per tres annos Prioratus officium exercuerit. ità in Conſtitutionibus nouiſſimè per Sanctiſſimum Vrbanum VIII. confirmatis, *tract.* 2. *c.* 6. §. 15.

Anno propereà 1633. in Capitulo Generali congregatis Patribus, per Scribam Capituli, inſtantibus Lectoribus ſcientiarum, ſequens dubium propoſitum fuit.

An Lectores, qui per nouem annos Philoſophiam, ſeù etiam Theologiam in publicis Religionis Studijs hactènus legerunt, vel in poſterum legerint, gaudere valeant in Capitulo Generali voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legitimos, quemadmodùm gaudere, & frui poſſunt, & gaudent cæteri Priores locales in dicto Capitulo Generali?

5 Ad quod dubium die 25. Aprilis anni eiuſdem 1633. reſponderunt Patres.

Quia dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarum profeſſoribus debita laboribus egregijs merces præbeatur; & virtutes in Religione floreſcant: Vnanimi voto placuit

omni-

omnibus, & ſingulis Patribus præſcriptis Capituli Generalis, admittere prænominatos Lectores ad votum actiuum, & paſſiuum prout præſentis vigore decreti admiſit, & conceſſit. iſto, & omni meliori modo.

Eadem die congregatis iterum Patribus Diffinitorialibus Capituli Generalis in ſolito diffinitorij loco vnanimi voto omniũ Patrum Diffinitorialium propter ſuffragia eius Capituli Generalis decretum præfatum confirmatum fuit, expreſſèq; diſpenſatum quoàd Lectores ſuper præſcripta qualitate Prioratus: *Ità vt huiuſmodi non obſtante impedimento, gaudebant omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, & præminentijs, quibus gaudent Priores locales vbiq; locorum; & habeantur, ac reputentur. ac ſi per tres annos Prioratus officium exercuiſſent, ad hoc vt immediatè ad Abbatiatus dignitatem, & officium aſſumi valeant, & debeant.*

Hæc ipſa decreta, in actis Capituli Generalis præfati anni 1633. redacta fuere, & à Patribus omnibus ſubſcripta.

6 Vt verò ſunt res omnes humanæ inſtabiles, viciſſitudiniq; ſubiectæ, nihilq; ſub Sole firmum. *Eccleſiaſtes* 1. 10. ſed vt Ouid. 15. metamorph.

Nihil eſt toto quod perſtet in Orbe.
Cunctaq; fluunt, omniſq; vagans formatur imago.
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu.
Non *ſecus ac flumen: neq; enim conſiſtere flumen,*
Nec leuis hora poteſt; ſed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetquè priorem,
Tempora ſic fugiunt paritèr, paritèrq; ſequuntur.
Et noua ſunt ſempèr: nàm quod fuit antè relictum eſt,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Qui fuerant Abbates anteà, morte vltima, venientibus fecere locum.

7 *Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat.*
Omnibus obſcuras inijcit illa manus

vt Ouid. 1. amor. canit. Hinc qui Priores erãt, atq; triennio Prioratus officio functi fuerãt, in proximis futuris Comitijs Capituli Generalis, nè Lectores ex diſpenſatione illis facta, vacantia implerent Abbatum loca verentes, non leues illis excitauere difficultates. Primò: Decretum anno 1633. pro Lectoribus, qui nouennio Lectoris officio defuncti fuerint, ad vocem actiuam, & paſſiuam illos admittere, nullam autem prærogatiuam aliam illis addere. non poſſe proptereà Priorum iuribus præiudicium inferre. Deindè Decretum ſecundum à Diffinitoribus latum, cùm relatiuum ſit ad primũ nil amplius concedere poſſe quàm primum. Tertiò, quòd latum fuerit per Diffinitores Capituli, non per totum Capitulum: eſſe proptereà nullum, non ſeruata forma diſpẽſandi ex Conſtitutionibus facta.

Eſt itàq; in hoc cauſæ ſtatus: Præmant nè Lectores, anguſtiiſq; coarctent, per Priores hæ illis obiectæ difficultates? Nihil eos omninò præmere; ſed poſſe eos, ac ſi triennio Priores fuiſſent, qui nouennio Philoſophiæ, vel Theologiæ lectionis officio in publicis Religionis ſtudijs inſudauere, immediatè ad Abbatiatus dignitatem aſſumi, reſpondendum cenſuimus.

Submouemus autem priorem difficultatem: ſi propoſitum Lectorum nomine in Generali Capitulo anno 1633. dubium, Patrumq; ſubſequutam reſponſionem, vt par eſt perpenderimus, iuſtaq; trutina penſauerimus. Et ſanè dubium fuit.

An Lectores, qui per nouennium Philoſophiam, ſeu Theologiam in publicis Religionis Studijs hactènus legerunt, vel in poſterum legerint, gaudere poſſint in Capitulo Generali, voto actiuo, & paſſiuo ad omnes actus legitimos, quemadmodùm gaudere, ac frui poſſunt, & gaudent cæteri Priores vocales in Capitulo Generali?

Ad hoc ipſum dubium reſpondit Capitulum:

Quia dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarum profeſſoribus debita laboribus egregijs merces præbeatur, & virtutes clariùs in Religione floreſcant: vnanimi voto placuit omnibus, ac ſingulis Patribus præſcriptis Capituli Generalis, admittere prænominatos Lectores ad votum actiuum, & paſſiuum, prout præſentis vigore decreti admiſit, & conceſſit. iſto, & omni meliori modo.

Fuit ergò cathegorica Patrum reſponſio ad propoſitum dubium, annuendo Lectoribus, qui per nouennium Philoſophiam, vel Theologiam legiſſent, votum actiuum, & paſſiuum. vtiq; ſicut illud Priores vocales habent. Poterunt proindè & hi, ſicut Priores vocales immediatè ad Abbatiatus dignitatem aſſumi. Cæteroquin neq; cathegorica, ac ſimplex, neq; correſpondens petitioni Lectorum, Patrum reſponſio fuiſſet, cùm
8 contrà, petitioni, interrogationiuè correſpõdens, ac congruens debeat eſſe reſponſio. Propoſitionis huiuſce teſtem accipe Celſum lib. 5. digeſtorum in *l. ſi defenſor.* 10. §. *qui interrogatus ff. de interrogat. action.* ſequẽtibus porrò ille rem hanc totam aperit. *Qui interrogatus hæredem ſe eſſe* (inquiens) *reſponderit; nec adiecerit ex qua parte: ex aſſe reſpondiſſe dicendus eſt; niſi fortè ità interrogetur, an ex dimidia parte hæres ſit; & reſponderit hæres ſum: hic enim magis eum puto ad interrogatum reſpondiſſe.* ſic Celſus. Non nè ad interrogata Lectoribus cathegoricè

Digitized by Google

ricè reſponderunt Patres, cùm illi interro-
gauere voto actiuo, & paſſiuo ad omnes
actus gaudere, quemadmodùm & Priores
vocales gaudent; & illi ad votum actiuum, &
paſſiuum admiſerunt eos? Vtique.
Namq; vti Vlpianus lib. 22. ad edictum in *l.
de ætate* 12. *§. qui interrogatus. ff. eod. de in-
terrogator. actionib.* reſpondit, & ipſe: *Qui*
9 *interrogatus reſpondit, ſic tenetur quaſi ex
contractu eius obligatus, pro quo pulſaba-
tur, dùm ab aduerſario interrogaretur.* eodē
plane modo & Patres firmum habere de-
cretum tenebuntur Lectoribus, vt ab eis in-
terrogati reſponſum dederunt. neq; neceſ-
ſe fuit eiſdemmet verbis, & omnia repetijſ-
10 ſe, ſed ſubſtantialia conceſſiſſe, nempè votū
actiuum, & paſſiuum. Rationem accipe ab
Imperatore in *§. præterea inutilis eſt. Inſti-
tut. de inutilibus ſtipulationib.* qui in fine
ſic rem manifeſtā facit: *Neque enim neceſſe
eſt* (inquit) *in reſpondēdo eadem omnino re-
peti, quę ſtipulator expreſſerit.* Rationiſq;
huius, *Gloſſ.* verbo *expreſſerit* firmitatem
11 & ipſa reddit: *Quæ enim in præfationibus
dicuntur, in contractibus repetita creduntur.*
accepit autem iſta ex Paulo lib. 15. re-
ſponſorum in *l. Titia, quę* 134. *§. idem re-
ſpondi. ff. de verborum obligation.* qui ſic
fatur; *Idem reſpondi: Plerunq; quæ in præ-
fationibus conueniſſe concipiuntur, etiam in
ſtipulationibus repetita creduntur, ſic tamē
vt non ex ea repetitione inutilis efficiatur
ſtipulatio.* ſic Paulus. Ideòq; inutilis Patrum
reſponſio fuiſſet, ſi ad votum actiuum, &
paſſiuum Lectores admittentes, non eos
poſſe ad Abbatiatus dignitatem immedia-
tè aſſumi, vt Priores vocales, annuiſſent. hoc
nempè erat, quod ab eis petitione poſce-
batur. & perpendit non ab re *Beccius conſ.
55. nu. 5. & 6. vol. 1. Menochius conſ. 47. nu.
1. & conſ. 82. nu. 31. vol. 1. Franciſcus Mer-
linus Rotæ Lucenſ. deciſ. 18. nu. 2. Barboſ. de
dictionib. dict. 349. nu. 1. 2. & 3. Bart. in l. ſi
quis intentione ambigua 66. ff. de Iudic. Rui-
nus conſ. 50. nu. 9. lib. 1.* Quia reſponſio à pe-
titione normam, regulamq; ſumit. *Surdus
conſ. 281. nu. 27. 28. & 29. lib. 2.*
Et planè ſi Aduerſariorum adhæſerimus
mēti, obluctationiq; nihil omnino erit, quod
Patres Lectoribus conceſſerunt, eritq; eorū
decretum inutile, quin non magis ridiculū,
futiliſq; reſponſio ad petitū dubium. Quip-
pè ex Conſtitutionibus *d. tract. 2. cap. 6. §.
15. in fin.* Qui per duodecim annos in reli-
12 gione laudabilitèr vixerit, ad Prioratus of-
ficium eligi iure poterit, & deindè poſt tres
Prioratus localis annos ad Abbatiatus di-
gnitatem promoueri. Qui verò per nouem
annos Philoſophiam, vel Theologiam pu-
blicis in Religionis ſtudijs legerunt, non ita
ſtatim à nouitiatu ad legendum aſſumpti
fuere, cùm oportuerit eos primùm ſtuduiſ-
ſe, atq; diſcipulos fuiſſe, vt Magiſtri fieri po-
tuiſſent. iuxta Innocentij III. ſenſum in *cap.
officij tui* 38. *§. nos autem de elect. extrà.* ne
13 milites ante quam tyrones, ne prius ma-
giſtri, quam diſcipuli fieri amauiſſent. cōtra
Hieronymi ſenſum a Gratiano relatum in
can. ſi clericatus 27. 16. *q.* 1. quin eodem do-
ctore Hieronymo *can. ſic viue* 20. *ead. cau-
14 ſa, & quæſt.* multo tempore diſcenda ſunt;
quæ poſtmodum doceamus. & *Gloſſ.* ibidē,
15 verbo *multo tempore*. Alioquin miſeru eſt,
eum fieri magiſtrum, qui non dum didicit
eſſe diſcipulus. docet hoc Innocentius Papa
can. miſerū 4. *diſt.* 61. & Gratianus in *ſum-
ma in fin. diſt.* 48. vt minimum verò per
quinquennium antè ſtudijs ipſi vacauere,
quam ad Lectoris officium admitterentur;
nouem verò legerunt; quatuordecim ergo
annis in Religione laudabilitèr vixere. nihil
eis obeſt aliud, ne immediatè ad Abbatia-
tus dignitatem aſciſcantur, niſi quod per
triennium Priores non fuere locales; At
vacabunt nihilominus lectionibus Philo-
ſophiæ, vel Theologiæ, & ad Prioratus offi-
cium non aſſumentur, ne à lectionibus cum
Religionis detrimento remoueantur. Erunt
ergo peioris conditionis ipſi, quàm alij, qui
16 ſtudijs non vacauere. Eritq; melioris con-
ditionis ſtultus, quàm peritus, quod Boni-
facius VIII. in *cap. eum, qui* 18. *de præben. l.
in* 6. abſolutè abnuit. *Gloſſ.* in ſumma *diſt.*
51. verbo *adijcit quoq; in fin.* dicens, quòd
17 *non debet eſſe melioris conditionis qui pec-
cat, quàm qui non peccat.* eiſdemq; verbis,
eodemq; ſenſu dixerat quoq; Venuleius in
l. Seruius etiam 4. *in fin. ff. quod vi, aut clam.*
ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm pe-
riti. Si hæc itaq; illis ratio arridet, qui Prio-
res ſunt, nec litteris, ſtudijſq; vacauere, ipſi
18 Iudices ſunto. Non ne Beatas futuras Reſ-
publicas (*Boetius* teſtatus fuit) ſi continge-
ret illas, vel à ſapientibus, vel ſapientiæ ama-
toribus gubernari? Hanc proinde ob cau-
ſam, quando Lectorum petitioni annuen-
tes reſponderunt Patres, dignam planè ip-
ſorum pietate rationem protulere: *Quia
dignum, ac iuſtum viſum fuit, vt ſcientiarū
profeſſoribus debita laboribus egregijs mer-
ces præbeatur. & virtutes clarius in religio-
ne floreſcant.* Nihil porrò eorum ratio pro-
ficeret, nihilq; momenti haberet, ſi in labo-
rum remunerationem, eorumq; mercedem,
non hoc illis dediſſent, per votum actiuum,
& paſſiuum, vt immediatè ad Abbatiatus
dignitatem, quamuis neq; per trienniū Prio-
19 res locales fuiſſent, aſſumi poſſent. Laborā-
ti quippè ex iuſtitia merces debetur. Quia
nimirùm dignus eſt operarius mercede ſua.
Lucæ 10. 7. & Paulus Apoſtolus 1. *ad Ti-
moth.* 5. 18. & ex Cōcilio Toletano IV. Gra-
tianus in *can. quicunq;* 63. *in fin.* 12. *q.* 2. Bo-
nifacius quoquè in *extrauagant. ſuper ca-
thedram* 2. *§. uerùm ne Parochiales. de ſepul-
20 turis inter comunes.* Paulus autèm Apoſto-

KK lus

Digitized by Google

Patres conceſſerunt, quod iam antea in ipſo
decreto breuibus,& eſſentialiter totum ipſum
ſum Capitulum Lectoribus iuſtiſſima ex
30 cauſa dederat,conceſſeratuè. Aſſertionem
hanc verbis firmamus Vlpiani lib. 2. ad Sabinum
binum in *l.hæredes palam* 21. *§.ſed ſi quid
poſt factum teſtamentum in fin.ff de teſtam.*
Poſt factum teſtamentum poſſe,quod obſcurum
rum eſt in illo,teſtatorem declarare,affirmat
31 Vlpianus: *Nihil enim nunc dat,ſed datum
ſignificat.* inquiendo. Idem ipſe lib.17. ad
edictum in *l ſicuti autem.8.§.ſed ſi quæratur.
tur.ff ſi ſeruit. vindicet.* illis in verbis: *Sed
qua eſt,declarari.* Nihil enim qui declarat
facit ampliùs,quàm quod eſt,declarat,aper-
32 tiuſq; enucleat. *Sicut qui ſpicas excutit,non
nouam ſpeciem facit,ſed eam,quæ eſt detegit.*
verba ſunt Cai in *l.adeò quidem* 7. *§. cùm
quis ex aliena. in fin. ff. de acquirendo rerum
rum dominio. Fulgoſ. conſil.* 148. *in fin.
Roland.conſil.*15.*num.*27.*volum.*4. *Maranta
ta dict.conſ.*67.*num*.7.*Rota deciſ.*14.*num.*3.
*de teſtib.in antiquis.& apud Cardin. Manticam
ticam dec.*375.*num.*2.*Maceraten.variar.reſolut.
ſolut.lib.*1.*reſolut.*3.*nu.*12. diximus *reſponſ.*
noſtra 12.*num.*38.*part.*3.Declaratio nempè
33 actui ipſi,cui accedit,iàm ineſt.nihil proindè
dè noui addit.*Gabriel de reg.iur.concluſ.*3.
*num.*1. *Rota apud Card.Caualer. deciſ.*117.
*num.*7. *Nauarr.conſ.*6. *N.Frater Ordinis.
num.*14.*circà fin.lib.*3.*de donationib.* Sed id
34 dumtaxat operatur, vt habeamus veram,&
effectualem prouiſionem ab initio. vt dixit
Rota apud eundem Cardinal. Caualer.deciſ.
145.*n.*4.

35 Illuſtramus perpenſionem hanc nec inferiori
riori lumine.nempè,quòd eodem tempore,
eodemq; decreto,Patres præfati in Generali
coacti Capitulo, nè dumtaxat ad votum
actiuum, paſſiuumq; Lectores admiſere,vt
proloquuti fuimus;verùm & Secretarium,
& Reuerendiſſimi Patris Generalis pro tempore
pore Socium,Decanum,paritèrq; Vicarium
Caſtrorum Abbatiæ, ac Procuratorem in
Curia Neapolitana, qui triennio ſuo defuncti
cti fuerint officio. Cùm de his alijs Priores
non conquærantur; Quid ſanè eſt,quod de
ſolis Lectoribus,qui nouennio Philoſophiã,
ſiuè Theologiam in publicis Religionis
Gymnaſijs legerint, quærelam habent, obmurmurantquè?
murmurantquè? An quòd cum ſapientia
36 bellum ineant,certamenq; conſerant?Numqnid
qnid nè cum ipſis morietur ſapientia? *Iob.*vt
loquitur 12.2. equidèm Sapientiſſimus teſtatur
ſtatur Salomon.*prouerbiorum* 1.7. qnos ſapientia
pientia habeat inimicos aperiens: *Sapientiam,atq;
tiam,atq; doctrinam* (inquiens) *ſtulti deſpiciunt.*
ciunt.

Ni ſortaſſis quod à Terentiano Comico
didicerunt in Hecyra.

37 *Iſtbuc eſt ſapere; qui vbicunq; opus eſt,
animum poſſis flectere.*

vel ab eodem in Adelphis.

*Iſtbuc eſt ſapere,non quod ante pedes modò eſt.
Videre;ſed etiam illa,quæ futura ſunt proſpicere.*

& eiuſdem in Eunucho.

Quod cauere poſſis,ſtultum eſt, admittere.

Fortaſſis præuident ſibi, hos Lectores, ob
38 ſapientiæ notam, præferendos eis. Tales
enim maioribus ſunt beneficijs honorandi,
vt verbis vtamur Innocentij III. in Concilio
Generali in *cap.de multa* 28.*in fin. de præb.
extrà.* Vt is gradus cæteros antecedat,quem
labor prolixior fecerit anteire. verba ſunt
Valentiniani,& Theodoſij Cæſarum in *l. nemo
mo agentium.*2. *in fin. C.de officio Magiſtri
officiorum.* quæ ſequuta fuit *Gloſſ.in d.cap. de
multa.*28.verbo *ſublimes,& litteratas. de
præbend.* & *Gloſſ.* in *cap.cùm dilectus filius.*
32.*§.verùm B.*verbo *digniores. de elect.* Sacrum
crum Tridentinum Concilium *ſeſſ.*5.*cap.*1.
*in fin.§.docentes verò.de reform.*diximus *reſponſ.*
*ſponſ.*noſtra 51.*num.*11.*par.*3.Et quid ſanè
39 mirum, Cùm in Cœleſti quoquè Patria ex
Daniele 12. 3. *Qui docti fuerint.fulgebunt
quaſi ſplendor firmamenti:& qui ad iuſtitiam
tiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpe-
40 tuas æternitates.* Quod ad militantem quoq;
Eccleſiam transtulit Honorius Tertius in
cap.ſuper ſpeculam 5.*aliàs fin.de Magiſtris.*
& idem in *cap.licet vobis.*32.*de præbend.* &
Conſtitutio noua Federici Cæſaris in *auth.
41 habita C.ne filius pro patre.* qui indè ſub
Imperiali protectione eos ſubijcit: *quorum
ſcientia totus illuminatur Mundus, & ad
obediendum Deo, eiuſq; Miniſtris vita ſubiectorum
iectorum informatur.* & ſequuta fuit *Rota in
Meliten.Canonicatus 9. Martij* 1595.*coram
Cardin.Mellino apud Marcheſanum part.*1.
*deciſ.*12.*num.*2.*fol.*611. quæ eſt etiam in
impreſſis apud *Farin.deciſ.*104.*nu.*2.*poſt* 1.
vol.conſil.

Reliquum tandèm eſt,vt tertium ſubmoueamus
ueamus obſtaculum; Quo de nullitate
obiecere decreti pręfati;quòd non ſeruata
forma in Conſtitutionibus tradita,atq; præſcripta
ſcripta *dict.cap.*6. §.17. datum, latumquè
fuerit.

Verùm in medium nos Conſtitutionis
præfatæ verba afferamus oportet, illa namq;
elucidata,omnem difficultatem ſubmouent.
ſic illa.

42 *Neq; ſuper prædictorum eligendorum
Officialium qualitates,omnes,& ſingulas per
Abbatem Generalem,aut per* Capitulum *Generale
nerale diſpenſari poſſit,niſi per priùs per vota
ta ſecreta Patrum cum duabus ex tribus
partibus votorum, fuerit diſpenſatum.* his
Conſtitutio.

43 Aduertenda itaq; primitùs erit,diſiunctiua
ua illa dictio,ſiuè alternatiua (aut) *aut per
Capitulum Generale.* hæc quippè diſiunctiuè
uè ponitur,atq; ſenſum,verba,& ipſas perſo-

nas diſtinguit,ac cuilibet in ſolidum actum
attribuit.apertiſſimè Pomponius lib. 2. ad
Sabinum in *l.ſi ex toto fundo.8.§.ſi ita ſcrip-
tum ſit. ff de legat.* 1. eiuſdemq; ſenſus Pau-
lus in *l.ille,aut ille 25.ff.de legat.* 3. *Gloſſ.*1.
*in prine.in cap.cùm plures 8.de officio deleg.
in 6.*regula *in alternatiuis* 70. *de regul. iur.*
44 *lib.6.*Sat itaq; erit, alteram ex duabus par-
tibus in oratione diſiunctiua illa(*aut*) poſi-
tis,veram eſſe,atq; actum ab vna ex illis
adimpleri. Sic nempè Pomponius *d.§. ſi ita
ſcriptum.*rem aperit:*Si ita ſcriptum ſit:Lu-
cius Titius hæres meus, aut Meuius hæres
meus decem Seio dato; cùm verò velit Seius
aget: vt ſi cum uno actum ſit, & ſolutum,
alter liberetur; quaſi ſi duo rei promittendi
in ſolidum obligati fuiſſent.*Eiuſdemq; ſen-
ſus eſt Sceuola lib.12. quæſtionũ in *l. ſi quis
ita ſtipulatus fuerit* 129.*§.at ſi ſic.ff de uer-
borum obligat.*qui ſequentibus effatur. *At
ſi ſic;Dabis ſi nauis uenit,aut ſi Titius Con-
ſul factus ſit:ſufficit unum factum.* Clemẽs
quoq; V.in *Clement.*1.*§.quin etiam* & ibidẽ
Gloſſ. verbo *aut. de prabend.can. ſi quis
45 uiduã 12.diſt.*34.Siuè affirmatiuè, ſiuè ne-
gatiuè diſpoſitio proferatur, patet ex Sce-
uolæ verbis d.§.at ſi ſic; *Dabis ſi nauis non
uenit,aut Titius conſul factus non eſt:ſuffi-
cit vnum non eſſe factum.* ſequitur *Ceneáus
ſingular.6.numer.2.& 3. Cardin. Tuſcus
tom. 2. littera D. concluſ.244. num. 8. &
ſeq. Barboſa de dictionib. dict.46. num.1.
2.& 3. Rota apud Cardinal. Manticam
deciſ.81. numer.4. & apud Card. Seraphi-
num deciſ.*1165. *nu* 8. *in Cæſarauguſtana
ſtatus* 1588.*coram Card. Bubalo deciſ.56.
nu.11.poſt 1.volum.conſil.Farinac.& apud
Coccinum deciſ.263.nu.2. apud Cardin. Ca-
ualer.deciſ.*265.*nu.*3. *& apud Duranum*
Epiſcopum Vrgellen.*deciſ.*286. *nu.1.par.2.*

Poteſt ergo Generalis cum duabus ex
tribus partibus votorum,vel etiam Capitu-
46 lum Generale diſpenſare. Non itaq; neceſ-
ſe erit ex Conſtitutione præfata, cuius ver-
ba iam ante retulimus, vt eodem tempore
in Capitulo Generali per vota ſecreta Patrũ
diſpenſatio exeat:ſat autem erit,ſi prius per
vota Patrum cum duabus ex tribus parti-
bus diſpenſatio concludatur, poſtmodùm
verò, vel per ſolum Abbatem Generalem,
vel per Capitulum Generale diſpẽſatio fiat,
exequaturue,ac publicetur. Hanc autem
mentem eſſe Conſtitutionis,nobis non ob-
47 ſcurè dictio illa(*niſi priùs*)deteget, quæ in
hac re ordinem reſpectu gerendorum de-
notat. ſecundum *Butrium in cap. litteris.*5.
*nu.*12.*verſ.& hoc procedit intelligẽdo,quòd
dictio prius,&c.de reſtitut.ſpoliator.Paulus
Caſtrenſ.conſ.*232. *In cauſa, quæ vertitur,
num.2.lib.1.Card Tuſcus tom.2. littera D.
conclus.*341.*nu.*3.*Barboſa dict.*286.*nu.*1.

Hoc autem modo,ordineq; decretũ pręfatum
pro Lectoribus proceſſit.Firmum er-
go erit,

48 Patres verò,ij hac in re dicuntur, qui in
Diffinitorio votum habent. Conſtitutiones
ipſæ per quam maniſeſte aperiunt. *tract.*2.
*cap.*12.§.1 dicentes;*Poſt nonam*(de quar-
ta die Capituli Generalis decernentes)
*conueniant Abbas Generalis, & cum eo Pa-
tres omnes, qui in Diffinitoriali Capitulo
uotum habent.*Non itaq; omnes,qui in Ca-
pitulo Generali intercedunt,Patrum nomi-
ne exaudiuntur;ſed qui in Diffinitoriali Ca-
pitulo votum habent. Quin diſtinctio non
modica datur inter Capitulum Generale,
atq; Diffinitoriale Capitulum, vt ex eadem
ipſa Conſtitutione *eod.cap.*12.§.2. non ob-
ſcurè carpitur.*Deindè*(conſtitutio loquitur)
*pro cæteris ipſius Capituli patribus Diffini-
torialibus.*& §.3.in fin.ibidem. *De comuni
conſilio omnium Patrum Diffinitorialium.*
& alibi quoq.

49 Nec vrget pili inſtantia, quòd in Decre-
to;Vnanimini voto, (dicatur) ac ſuffragijs
omnium Patrum Diffinitorialium: quaſi
oſtendatur non per vota ſecreta proceſſum
fuiſſe.

Inſulſa quidèm inſtantia. Non enim hoc
infert, quòd non per vota ſecreta proceſſe-
rint Patres; ſed, quòd ita vnanimes in ipſis
ſecretis votis fuerint, vt omnes eãdem ſen-
tentiam,vtì rationi conſonam, admiſerint,
ſecutiq; fuerint. reſponſionis huius firmita-
tem petimus ex Gregorio,Magno illo in *c.
50 non ne 5.de præſumpt.in fine* dicente: *Duo
quippè ei illata fuerunt: vnum negauit, al-
terum tacendo affirmauit.* patiq. modo qui
ex duobus vnum affirmat, non ſtatim alte-
51 rum negaſſe videtur. Quod præſertim locũ
habet, ſi vtrumq; dictum eandem habeat
rationem,vt vnum cum altero ſtare poſſit;
quòd non ſibi inuicem aduerſentur, (vti
hoc in noſtro facto eſt.)Aduertit id *Surdus
deciſ.*195.*num* 12.*ex Bald in l.data opera
nu.*34 *C.qui accuſare nõ poſſunt.* ſequiturq;
*Barboſa in collectan.ad dict.cap. non ne. n.*4.
52 Hoc verò ita laxè exauditur, vt in quacũq;
materia locum ſibi faciat, docet *Aymon
conſ.*174.*nu.*2. ſequiturq; *Rota apud Card.
Seraphinum deciſ.*447. *nu* 2.

53 Neq; prætereà dicant,diſpenſationes eſſe
odioſas,retinendas propterea, arctèq; in-
terpretandas, non dilaxandas.*cap. quamuis
4 de prębend.in 6.Cauallos comunium con-
tra comun.tom.3.q.829.n.4.5.& 6.cap. cùm
in illis 16.& cap.non poteſt 21.de prębend.
in 6. cap.1.§.fin. de filijs prębyteror. in 6.
Garſias de beneſic.par.1.cap.6.nu.*58.59. *&
ſeq.*

54 Primò,quia decipiuntur ipſi; nulla enim
hic admiſcetur dilatatio, ſed ex natura rei
hoc ipſum(votum actiuum, & paſſiuum)
importat,eligere,& eligi poſſe. neq; porrò
alia in electionibus datur diſtinctio, quàm
eligere,quod votum actiuum nuncupatur,
& eligi poſſe,quod votum appellatur paſſi-
uum,

Digitized by Google

uum, vti apertiſſimè ex Gregorio in paſto-
rali cap.11.relato à Gratiano *can. hinc ete-
nim* 1. & ex Hieronymo ſuper Malachiam
cap.1.*in can.ſacerdotes* 2.*diſt*.49.& ex Ro-
mana ſynodo 1.cap.4. per Symmachum
Papam in *can.ſi tranſitus papæ* 10. *diſt*.79.
& ex Innocentio III.in *cap.per inquiſitionē*
36.& Honorio III.in *c.cùm poſt petitam* 46.
de elect. extra,nec difficulter colligitur, &
apud Doctores omnes de electione tractā-
tes. *Emanuel Sà in aphoriſmis* verbo *ele-
ctio.Diana in ſumma* verbo *electio. num*. 3.
& 4.

55 Deindè,vt dubio faciamus ſatis, Quam-
uis diſpenſatio quoad eos, quibus cùm di-
ſpenſatur,odioſa habeatur, & propter hanc
cauſam retinenda, nec dilaxanda ſit vltra
terminos,de quibus agitur.ad *tex.in d. cap.*
1.*de filijs presbyterorum in* 6.*& cap. cùm in
illis* 16.*& cap.non poteſt*.21.*de præbend. in
c.quamuis* 4.*eod.Monal.conſ*.111.*n*.5.*vol*.2.
Barboſa de offic. Epiſcop.par.2.*alleg*.45.*n*.
1.*& ſeq.Cauallos comun. contrà comunes.
tom*.3.*q*.829.*num*.4.5.*&* 6.*Garſias d.cap*.6.
nu.60.*& ſeq*.in materia loquens beneficia-
56 li. Eſt tamen illa quatenùs perſonas reſpi-
cit, quibus diſpenſandi datur facultas, &
quoad facultatem ipſam, in eorum potiſſi-
mùm præiudicium,laxè interpretanda. ex
Gregorio IX. apertiſſimè in *cap. mandato
noſtro* 46.quod eſt *fin.de ſimon*.& ibidèm
Gloſſ.verbo *Abbates, & Abb.eod. loco* ex
Innocentio III.in *cap. olim tibi* 16. *de ver-
bor.ſignificat*.quatènus habet: Beneficia
57 Principum eſſe interpretanda largiſſimè.
Barboſa qui alios refert. *de offic.Epiſco.par*.
2.*allegat*.37.*num*.24. *&* 25.*Gratianus fo-
renſ.diſceptat par*.5.*cap*.982. *num*.2.*&* 23.
Miranda in manuali paſtorum par.2. *q*.30.
art.12.*concluſ*.1.*&* 2.*Emanuel Sà in apho-
riſmis* verbo *diſpensatio nu*.7.*Cauallos d.q.*
829.*nu*.17.ad *d.tex.in cap. quàmuis* 4.*§.fin*.
58 *de præbend.in* 6. quo loco Summus Ponti-
fex Bonifacius VIII. ex verbis, quibus di-
ſpenſando loquitur,fieri interpretationem
laxiorem innuit,etiam ex perſonis, quibus
prouideri voluit. & *d.cap. cùm in illis* 16.§.
1.*&* 2.*Garſias d.cap*.6.*nu*.73.

59 Neq; prætereà ſemper, & vbiq; diſpenſa-
tio omnis inter odioſa æſtimabitur, cùm
non deſint diſpenſationes aliquæ, quæ fauo-
rabiles habeantur, vt poſt *Abb.in cap.ad au-
res* 8.*nu*.8.*de reſcript.& Dec.in cap.at ſi cle-
rici* 4.§.*de adulterijs nu*.91.*de Iudic*.ſequu-
ta fuit *Rota coram Aldobrandino* poſtmo-
dùm Clemente VIII. *deciſ*.240.*num*.19. *&*
20.*par*.1.*diuerſorum*.& proſequitur *Garſias
d.cap*.6.*à nu*.73.*cum ſeq*. veluti hæc ipſa di-
ſpenſatio Lectoribus facta, cùm fauorem
60 publicum reſpiciat, vt perſonæ, quæ ſtudijs
inſudarunt,atq; inſtruendis alijs,informan-
diſq; vitam inſumpſere.ad dignitates,& præ-
laturas admittantur,fauorabilis non ab re
æſtimabitur; vt qui maximè digni ſunt eli-
gantur, vitiiſq; litteratis fauor impertiatur;
nec deſint,qui in Religionibus ſcientijs dent
61 operam; Doctorum ordo ſit præcipuus in
Dei Eccleſia.ex Innocentio III. in *c.cùm ex
iniuncto* 12.§.*cùm igitur de hæret*. quo loco
ad rē *Gloſſ*.verbo *præcipuus*,hoc eſt priuile-
giatus,explicat.deduximuſq; nos non in ab-
ſimili facto *d.reſponſ*.51.*n*.12.*p*.3.Fauor vti-
62 què publicus priuato Priorum commodo
anteferendus erit.ad *text.in can.ſcias*.35. &
ibidem *Gloſſ*.7.*q*.1.*cap.bona* 3.vbi *Gloſſ*.ver-
bo *communem.de poſtulat. prælatorum.cap.
licèt* 18.*de regular.Nauarr.conſ*.6.*numer*.1.
lib.2.*de conſtitutionib.& de oratione, & ho-
ris canonic.cap*. 19.*num*.61. *S.Thomas* 2.2. *q*.
26. *art*.3. *&* 4. *ad* 2. *Ioannes Azor. inſtitut.
moralium par*.2.*lib*.12 *cap*.4. *&* 5. *Gratian.
diſcept.forenſ. part*.1.*cap*. 176. *num*.8.9.*&
nu*. 16.

63 Nec præiudicium ſit aliquod Prioribus,
quòd plures ſint, qui digniſſimi ad dignita-
tes in Religione eligi poſſint, neq; illis locus
ſecluditur, quin ſi digni ſint,eligi valeant.&
quatènus eis præiudicium fieri inſtabunt,
64 quòd Lectores digniores erunt; erit eorum
præiudicium ſecundarium,non principale,
atq; conſequentèr acceſſorium,neq; æſtimā-
dum. ad *text.in cap.tua nobis*.32. *& ibidem
Abb. num*.4. *de verbor.ſignificat. Caſſaneus
conſ*.65.*numer*.63. *Sarnenſis de iure quæſito
non tollendo.quæſt*. 16. *Rota* coram Clemen-
te VIII.*d.dec*.240.*n*.22.*&* 23.*par*.1 *diuerſor*.
65 Indè quippè Sacrum Concilium *ſeſſ*. 24.
cap.18. *de reformat*. Parochiales per con-
curſum conferri mandauit, vt quantum fieri
poteſt dignioribus, atq; litteratis viris con-
ferrentur, ſuaq; Conſtitutione, quæ incipit
(*In conferendis*) firmiorem diſpoſitionem
illam reddidit Pius V.Sanctiſſimus Pontifex.
quam refert *Quaranta in ſumma Bullarum*.
verbo *Beneficiorum Parochialium collatio.
fol. mihi* 90.

Concinitq;nec incongruè,quod Paulus V.
Sanctæ memoriæ in Conſtitutione ſua, cui
caput eſt:(*Ad Sacram Beati Petri Sedem*.)
pro hac ipſa Religione Cœleſtinorum ad cal-
cem relata Conſtitutionum *fol*.252. §.3. de
Prioribus loquens ſtatuit.

Priores (inquiens) *Abbatibus decedenti-
bus, Monaſterijs maioribus per gradum, pro-
ùt eorum virtutum merita, & adminiſtra-
tionis ratio poſtulare videbitur canonicè
præficiantur*.

Non ad Prioratus quippè gradum reſpe-
xit Paulus V.ſed ad virtutum merita oculos,
diſpoſitionemq; ſuam coniecit. Vt qui præ-
66 ſtantior eſt, qui doctior, qui ſanctior, qui
omni virtute eminentior,ille eligatur ad Sa-
cerdotium. Hieronymus vt loquitur *can. li-
cet ergò*.15.8.*quæſt*.1.nec longè ſatis Impe-
rator abijt in §.*fin. in auth.de Monachis col-
lat*.1.& Gregorius IX. in *cap. ſtatuimus*.15.

de

Digitized by Google

Neq; capax, vt prima tonſura clericali initiari valeat.

28 *Profeſſionem vt emittere quiſq; valeat in Religione ex approbatis, duo requiruntur ex Sacro Tridentino Concilio.*

Ætas ſexdecim annorum completorum.

Et annus expletus in nouitiatu, ſeù probatione.

Alioquin profeſſio erit nulla.

Quia pro forma vtrumq; tempus exquiritur. n.29.

29 *Dies termini in termino non computatur.*

In fauorabilibus quidèm.

Secùs in odioſis. n.35.

Vel pro publico commodo.

33 *Tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.23. c.12. de reformat. perpenditur.*

34 *Forma in ſpecie implenda venit.*

Quia ipſa opus perfectum babet.

36 *Periculum vbi maius, cautiùs agendum, pleniùsq; conſulendum.*

Magiſq; conſulendum eſt ijs, quibus maius periculum intenditur. n.37.

Præſertim vbi de animæ periculo agitur. nu.38.

38 *Animæ de ſalute vbi agitur, & periculo, cautiùs eſt agendum. & n.40.*

39 *Rationem adminiſtrationis ſuæ quilibet reddere tenetur Deo.*

40 *Subiectorum agitur commodum, vt illi Prælatum virtutibus ornatum ſortiantur.*

ARGVMENTVM.

Tempus quatuordecim annorum, duodecim à profeſſione, & trium in Prioratu, vt promoueri quis poſſit ad Abbatiæ dignitatem ex Conſtitutione, debet nè omninò completum eſſe, vel verò ſufficiat, ſi vltimus annus fuerit inceptus, nondùm completus? Quemadmodùm ad ſacros ordines vt promoueri quis valeat, vigeſimus ſecundus ad Subdiaconatus, vigeſimus tertius ad Diaconatus, & vigeſimus quintus ad Presbyteratus ordinem ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ.23. cap.12. de reformat.* ſat erit ſi inceptus, nondùm completus fuerit? Completos illos annos eſſe debere definitur. eodem modo, quo completum debet eſſe ſeptemnium pro prima Clericali corona. & completus decimus ſextus, vt profeſſio valida ſit, atquè completus quoq; nouitiatus annus. alioquin profeſſio inualida erit ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ.25. cap.15. de regular.*

RESPONSIO XLVI.

DIſſeruimus in ſuperiori reſponſione, qui ad Abbatiatus dignitatem in Illuſtriſſima Cœleſtinorum Religione aſſumi debeant, ad quam ex diſpenſatione Capituli Generalis locus factus fuit Lectoribus, qui in publicis Religionis eiuſdem ſtudijs nouem annis in Philoſophia, vel Sacra Theologia legiſſent.

1 Verùm quia ad tàm ſublimem dignitatem ex Conſtitutionibus non ità paſſim omnes aſſumi debent, neq; expedit in Domino, nè animarum cura vileſcat, ſi gregatim omnes admittantur, ſequentibus ex Conſtitutionibus præfatis *tract.2. cap.6. §.15.* ſtatutum fuit.

2 *In Abbatem Conuentualem, & Priorem eligantur viri probi, & fideles, monaſticæ, regulariſq; vitæ moribus ſufficientèr inſtructi: & in Abbatem prædictum non præficiatur, qui per annos quatuordecim ſimilitèr in regulari obſeruantia non vixerit ab emiſſa profeſſione; & qui priùs per annos tres Prioratus officium non exercuerit. Nec ad Prioratus officium aſſumatur, qui per annos duodecim in Congregatione ſimili modo laudabilitèr non vixerit.*

Hac facta occaſione exquiſiuit à me Reuerendiſſimus Pater Generalis Dominus Dominicus Chimentus à Tarento: eſſe ne deberent completi anni in Conſtitutione præſcripti. videlicet decimus quartus, vt Abbas eligi valeat, ab emiſſa profeſſione; duodecimus vt Prior, & ipſe tertius in Prioratu, vt ad Abbatis culmen euehi valeat?

3 Dabat dubio cauſam, quòd vt promoueri quiſquam ad ordines valeat, etiam Sacros, etiam Presbyteratus, ſat vtiq; erit, ſi annus requiſitus, fuerit inceptus; & quidèm in Presbyte-

ſbyteratus ordine apertiſſimè id habetur
ex ſacro ſancta Tridentina ſynodo *ſeſſ.* 24.
cap. 12. *de reformat.* non longè ab initio di-
cente; *Nemo igitur deinceps ad dignita-
tes quaſcunquè, quibus animarum cura
ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem vige-
ſimum quintum ſuæ ætatis annum attige-
rit.*
4 Vt ita eſſe pari quoq; modo debeat in
alijs quoque ſacris Ordinibus, vt annus
ſtatutus incœptus ſufficiat, quemadmodum
Gloſſ. docet in *clement. generalem* 3. verbo in
decimo octauo. de ætat. & qual. perpendens
5 illud præſertim, quod Clemens V. in *d. cle-
ment.* loquitur. *poſſit quis liberè in decimo
octauo ad ſubdiaconatus: & vigeſimo ad
Diaconatus; & in vigeſimo quinto ætatis ſuę
anno ad præsbyteratus ordines promoueri.*
non igitur requirit canon, vt ſit decem, &
octo annorum, atq; viginti, & viginti quinq;
ſed vt ſit in decimo octauo, vigeſimo, atq;
vigeſimo quinto, ſufficiatq; pruindè annum
6 eſſe cœptum, non verò completum. Nec ab-
ſimiliter Sacrum Concilium *ſeſſ.* 23. *cap.* 12.
de reformat. decernit: reformans quidem id,
quod à Clemente V. in d. Clement. *generalē*
ſtatutum fuerat quoad Subdiaconatus, atq;
Diaconatus ordinem, dicens: *Nullus* (in-
quiens) *in poſterum ad ſubdiaconatus ordi-
nem ante vigeſimum ſecundum, ad diacona-
tus ante vigeſimum tertium, ad Præsbyte-
ratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ*
7 *annum promoueatur.* Sufficiet propterea in
ætate eſſe conſtitutum anni vigeſimi ſecun-
di, atq; vigeſimum primum exceſſiſſe, vt in
vigeſimo ſecundo conſtitutus dicatur. con-
cluit diſpoſitio Alexandri III. in Concilio
Lateranen. in *cap. cùm in cunctis* 7. §. *infe-
riora etiam. de electione extrà.* decernens,
8 neminem ad dignitatem curam animarum
habentem aſſumi poſſe; *niſi qui iam vigeſi-
mum quintum annum ætatis attigerit.* ſe-
quitur quoque *Nauar. in man. cap.* 25. *nu.* 116.
& conſ. 4. *an qui eſt. nu.* 2. *lib.* 1. *de ætate, &
qualitate ordinand. & conſ.* 9. *de temporibus
ordinand. Quaranta in ſumma bullarum*
verbo *ordo.* §. *colligantur ex dicta Pij IV.
Conſtitutione. fol. mihi* 371. *Diana reſolut.
moralium par.* 1. *tract.* 16. *reſolut.* 29. *in
initio.*
Abſolutè annum debere eſſe completum
reſpondi, nec ſufficere decimum quartum
incœptum eſſe, & ita duodecimum, atq; po-
ſtremò tertium in prioratu. Mouebar ſanè,
9 nec ſine ratione. Principio quidem, quia
hic annorum numerus à Conſtitutione
perquiſitus, non fauore præficiendorum
exquiritur, ſed Religionis; vt ij ad dignitates
aſſumantur, qui per annos exquiſitos regu-
laris obſeruantiæ, vitæq; probitate, moribuſq;
10 integritate in regulari vita profecerint: atq;
quos labor prolixior fecerit anteire, vt per-
pendere Valentinianus, & Theodoſius Cæ-
ſares in *l. nemo agentium* 2. *in fin. C. de offi-
cio magiſtri officiorum.* Rationem autem
refert Hieronymus in librum Leuitici, rela-
tus *can. licet ergo Dominus.* 15. 8. *q.* 1. dicens
11 nec manibus verbis: *Quiſquis præſtantior
eſt ex omni populo. qui doctior, quis ſanctior,
qui in omni virtute eminentior, ille eligitur
ad ſacerdotium. Vt nihil in eis* (qui eligendi
ſunt) ſubſequitur ipſe idem) *ſapientiæ, nihil
ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ.* ſic Hieronym.
hoc verò totum, annorum curſu: experimē-
12 toq; ſciatur, dignoſciturq;. non itaq; feſtinā-
dum; ſed in exquiſito tempore demoran-
dum, quod publici fauoris ergo adiectum
æſtimatur. pro completo haud itaq; habe-
bitur. *Gloſſ.* nurabilis in *cap. ad noſtram* 8.
verbo *ante conſumationem. de regularib.* &
ibidem *Abb. nu.* 5. *verſ. in Gloſſ. ſecunda. An-
charanus* quoq; *nu.* 3. *Archidiacon. in cap.
fin. in princip. de Iudic. lib.* 6. *Nauar. manua-
li d. cap.* 25. *num.* 116. *Bellemera deciſ.* 726.
Surdus deciſ. 178. *nu.* 12. 13. *& ſeq. Sfortius
Oddus de reſtitut. in integrum par.* 1. *q.* 2. *ar.*
8. *num.* 51. *&* 52. *Gratianus forenſ. diſcept.*
13 *par.* 5. *cap.* 946. *nu.* 30. *&* 31. Deinde quia
Conſtitutio ipſa orationem diſpoſitionis
ſuæ per negatiuam proſequitur, dicendo:
*Et in Abbatem prędictum non præficiatur,
qui per annos quatuordecim ſimiliter in re-
gulari obſeruantia non vixerit ab emiſſa
profeſſione; & qui prius per annos tres prio-
ratus officium non exercuerit. Nec ad prio-
ratus officium aſſumatur, qui per annos duo-
decim in Congregatione ſimili modo lauda-
14 biliter non vixerit.* ſic Conſtitutio. Aduer-
tenda idcircò dictio illa erit (*Per*) quę tem-
pori adiuncta, (*per annos*, ſcilicet) *quatuor-
decim*) perfectionem, atq; continuationem
temporis totius denotat. Probatam facit
rem hāc Pomponius lib. 6. ad Sabinum in *l.
Vrbana familia* 166. §. *pernoctare. ff. de ver-
borum ſignificat.* qui diſertis loquitur ver-
15 bis: *Pernoctare* (inquiens) *extra Vrbem in-
telligendus eſt, qui nulla parte noctis in Vr-
be eſt. Per totam enim noctem ſignificat.* his
Pomponius: Per annos igitur quatuorde-
cim, hoc eſt totis quatuordecim annis lau-
dabiliter in religione vixiſſe oportebit. ſe-
quiturq; hunc ſenſum *Gonzalez ad regu.* 8.
cancellariæ Gloſſ. 9. *in annotationib. nu.* 84.
Cardinal. Tuſcus tom. 2. *littera D. concluſ.*
324 *nu.* 1. 2. *&* 3. *Cenedus ſingular.* 76. *n.* 1.
& 4. *Barboſa de dictionib. dict.* 250. *nu.* 2. *&*
3. *Rota in Peruſina Ciuilitatis* 26. *Ianuarij*
1615. *coram Manzanedo deciſ.* 637. *num.* 3.
par. 2. *tom.* 2. *in recentior. Surdus d. deciſ.* 178.
nu. 6. *Sanchez de matrimon. tom.* 1. *lib.* 4. *di-
ſput.* 24. *ſub nu.* 9. *Gratianus forenſ. par.* 3. *c.*
413. *nu.* 26. 27. *& ſeq.*
16 Perquiritur ergo ad Conſtitutionis men-
tem, vt præficiendus in Abbatem, toto ipſo
quatuordecim annorum tempore in regu-
lari obſeruantia vixerit ab emiſſa profeſſio-
ne:

Digitized by Google

ne: atq; per annos tres prioratus officium
exercuerit, vixeritq; per duodecim annos
ſimili modo laudabitur. Audias (quæſo)
Vlpianum lib. 13. ad Sabinum in *l. ſi cui le-*
getur. 51. in princ. ff. de legat. 1. Qui ſatis cō-
cinnè, breuibus tamen, rem hanc teſtatam
17 reddit, dicens: *Si cui legetur: Cùm quatuor-*
decim annis erit. certo iure vtimur, vt tunc
ſit quatuordecim annorum, cùm eos imple-
uerit. & ita Imperatorem decreuiſſe Mar-
tianus ſcripſit. Tunc itaq; per quatuorde-
cim annos laudabiliter in regulari diſciplina
vixiſſe, qui ad Abbatis dignitatem erit aſ-
ſumendus, dicetur, cùm totos quatuorde-
18 cim annos impleuerit. Quia nimirùm ex
natura rei venit, vbi lex, vel conſtitutio cer-
ti anni, vel certorum annorum meminit, vt
anni nomine, non niſi de perfecto exaudia-
tur, completoque per tercentos ſexaginta
quinq; dies. id docet ſine prouerbio Paulus
lib. 1. ad leg. Iuliam, & Papiam *in l. anniculus*
134. ff. de verbor. ſignificat. non vulgaribus
loquens verbis: *Anniculus* (inquiens) *non*
ſtatim vt natus eſt, ſed tercenteſimo ſexa-
geſimo quinto die dicitur, incipiente planè,
non exacto die: Quia annum ciuiliter non
ad momenta temporum, ſed ad dies numera-
19 *mus.* ſic nempè annus numeratur naturalis.
vti *Gloſſ.* ibidem verbo *tercenteſimo ſexage-*
20 *ſimo quinto.* ibidemq; *Alciatus* doctiſſimus,
eruditiſſimuſq; pariter ille vir, humanarūq;
litterarum apprimè eruditus. *nu. 1. 2. & 3.*
Concinitq; magis adamuſſim ipſemet Pau-
lus lib. 5. ad Sabinum in *l. cùm hæres 4. §.*
ſeruire. ff. de ſtatuliberis. qui verbis loqui-
tur ad rem noſtram ſatis accomodatis. *Ser-*
uire Titio anno, et liber eſſe iuſſus, Titio mor-
tuo, non ſtatim liber fiet: ſed cùm annus trā-
ſierit: quod uidetur non tantum ſub condi-
tione, ſed etiam ex tempore data libertas.
hoc idem repetit *§. Stichus.* ſubnectens, *Sti-*
21 *chus ſi hæredi meo anno ſeruierit liber eſto:*
quærendum eſt, annus quomodò accipi de-
beat: an qui continuis diebus 365. conſtat;
an qui biſſexto? Sed ſuperius magis in telli-
gendum Pomponius ſcribit. Qui ſcilicet cō-
ſtat 365. diebus. vti *Gloſſ.* ibidem verbo *ſu-*
perius exprimit. allegat Iulianum lib. 86. di-
geſtorum in *l. ſi ita vulneratus. 52. §. æſti-*
matio autem, ff. ad legē Aquiliam. qui annū
intelligit, qui tercentis ſexaginta quinq; die-
bus conſtat. Tunc ergo conditio extabit
per quatuordecim annos in regulari diſci-
plina profeſſum ſtetiſſe, cùm decimus quar-
tus ipſe annus ex toto expletus fuerit per
tercentos ſexaginta quinque dies. & hanc
perpenſionem ſequuta fuit *Rota in Grana-*
ten. profeſſionis 9. Februarij 1609. corā Do-
mino Lugdunen. deciſ. 175. ſub nu. 7. par. 1.
tom. 1. in recent. *Gloſſ.* in *cap. quam ſit. 6. §.*
cupientes. verbo *menſem. de elect. lib. 6.* po-
22 tiſſimùm verò in odioſis, in quibus de mo-
mento ad momentum ſit computatio. vt

23 *Alciat.* aduertit *d. l. anniculus. num. 3.* Vel
vbi de anno ſit mentio per accuſatiuum,
atq; in plurali numero. quam ampliationem
ſecundùm comunem præter *Bald. Alexan.*
& Iaſonem in d. l. ſi cui legatum 51. de le-
gat. 1. ſequitur *Nauar. in man. d. cap. 25. nu.*
116. Surdus d. deciſ. 178. nu. 5. & 6. vel ſi de
24 fauore agatur publico. in ætate potiſſimùm
ad dignitates, & curata præficiendorum. ad
tex in *dicto cap. cùm in cunctis 7. de elect. ex-*
trà. & ex Concilio Agathenſi cap. 16. & 17.
relato à Gratiano in *can. Epiſcopus 6. diſt.*
77. & can. ſi quis triginta. 1. & *can. nemo*
præsbyter. 2. diſtinct. 78. Sfortius Oddus d. q.
2. art. 8. num. 52. verſ. aut non agitur ſimul.
Surd. d. deciſ. 178. num. 8. Gratianus forenſ.
par. 5. d. cap. 946. num. 31.
25 Rationem accipe. Quia profectò cùm
tempus exquiritur ad actus alicuius com-
plementum, atq; perfectionem, illud de for-
ma æſtimatur, quare completum deſide-
ratur. nō enim fruſtra tempus penſatur, de-
terminatumq exquiritur. ex Vlpiani ſenſu.
argumento petito in *l. ſi non ſortem. 26. §. li-*
bertus cum ſe ff de conditione indebiti. illis
in verbis: *nam plerunq; robur hominis, ætas,*
temporiſq; opportunitas, naturalem cauſam
operarum mutat. ſequiturq; neq; extra rem
perpendit Proauus meus *Robertus Maran-*
ta conſ. 119 nu. 7. & 8. qui refert *Iaſonem in*
l. non erit. § ſi neq; ff. de iureiurand.
26 Hinc ſanè eſt quòd, vt prima clericali tō-
ſura initiari quis valeat ſeptennium ex-
pletum perquiritur, nec ſufficiat incœptus.
27 tunc nempè infans dicitur ad *tex. in l. ſi in-*
fanti. 18. in princ. C. de iure deliberand. nec
initiari poterit. *cap. nullus. 4.* & ibidèm
Gloſſ verbo *infanti. de temporib. ordinat. in*
6. can. de ijs, quos voluntas. 5. in princ. ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo *Infantia. diſt. 28. can. in*
ſingulis 2. cum *Gloſſ.* verbo *ab infantia diſt.*
77. Card. Tolet. lib. 1. Inſtructionis ſacer-
dotalis cap. 78. nu. 2. Campanil. in diuerſor.
iur. canon. rub. 7. cap. 1. nu. 3. & 4. Barboſ. de
offic. Epiſcopi par. 3. allegat. 111. nu. 4.
28 Profeſſionem autem vt quis emittere iu-
re valeat in religione ex approbatis duo
copulatim exquiruntur: & vt decimum ſex-
tum ætatis annum expleuerit: & vt per an-
num in nouitiatu, ſiuè probatione perſtete-
rit: vt neq; in vltimo anni die, vel 16. ætatis
non expleto, vel nouitiatus, illo non perfe-
cto, profeſſio validè emittatur. ſic nempè
Sacroſancta Tridentina ſynodus *ſeſſ. 25. cap.*
15. de regularib. rem hanc teſtatam facit.
In quacunq; religione (diſponens) *tàm ui-*
rorum, quàm mulierum profeſſio non fiat
ante decimum ſextum annum expletum,
nec qui minori tempore, quàm per annum,
poſt ſusceptum habitum, in probatione ſte-
terit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio
autem antea facta ſit nulla, nullamq; indu-
cat obligationem ad alicuius Regulæ, uel re-

ligionis,vel Ordinis obſeruationem , *aut ad alios quoſcunq; effectus.* Fueratq; antea per
Innocentium IV.in *c.is, qui Monaſterium.*
1.& per Alexandrum etiam IV.in *cap.non*
ſolùm.2.de regul.in 6. ſtatutum; annum de-
29 bere eſſe completum . Quia nimirùm pro
forma tempus illud,vel anni 16.ætatis, vel
anni nouitiatus,ſiue probationis exquiritur,
vt omitti forma præſtituta nullo poſſit mo-
do.*Nauarr.conſ.17.n.2.& conſ.32.n.3.in*
fin.lib.3.de regular.Grat.forenſ. diſcept.p.1.
cap.166.num.14.15.& 16. & Rotæ Marchiæ
dec.35.in addit.n.2.Campanil.in diuerſ.iur.
canonic.rub.12.c.4.nu.2.& 3. Sanchez in
opere moral.tom.2.lib.5.cap.4.nu.31.& 32.
Rota in dicta Granaten.profeſſionis coram
Lugdun.d.dec.175.n.2.p.1.recent.Barboſa
in collect. ad Sacrum Tridentinum d.c.15.
n.18.& nu.30.Eminent.Card.Bellarmin.ad
eundem Sacr.Concil.tex.d.c.15. in obſerua-
*tionibus doctrinalibus.*verbo *per annum* , &
in addition.*n.2.*& dictum fuit in *Firmana*
profeſſionis 2.Decembris 1639. coram Royas
impreſſa per Dianam ad calcem par.6. ſua-
rum reſol.moral f.218.impreſſione Veneta.&
idem in *ſum.*verbo *profeſſio num.7.& 10.&*
n.12.& p.3.ſuar.moral.reſol.tract.2.reſolut.
*57.& p.5.tract.5.reſolut.*18.deduximus *re-*
*ſponſ.*noſtra 53.*n.6.& 7.p.3.*

Nullo verò pacto proficere , quod initio
aſſumebatur de promouendis ad ſacros or-
dines,ſufficere annum 22.23. & 25. eſſe in-
30 cęptos,quod in fauorabilibus dies termini,
in ipſo termino minimè computetur. poſt
Oltrad.conſ.49.nu.1.Gratianus par.3.d.cap.
413.num.18.& 19.idem hic quoq; eſſe de-
bere.

31 Cùm quòd, vt in ſuperioribus quoq; di-
ximus, promouendorum ad ſacros ordines
ætas,vel per diſpoſitionem Clementis V. in
d.clem generalem.3. de ætate,& qualitate.
per dictionem (*in*)exquiritur,vt ſatis,ſuper-
què ſit,tempus attigiſſe illius ætatis , ſecun-
dùm *Gloſſ* ibidem verbo *in decimo octauo.*
32 vel etiam dicti Sacri Tridentini Concilij in
d.c.12.ſeſſ.23. de reform. quæ ad præſens at-
tenditur,exquiriturq; per dictionem (*ante*)
dicendo Sacrum Concilium: *Nullus in po-*
ſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante
vigeſimum ſecundum, ad diaconatus ante
vigeſimum tertium, ad presbyteratus ante
vigeſimum quintum ætatis ſuę annum
promoueatur . Sat itàq; erit ætatem illam
attigiſſe 22.23. & 25. vt non ante illam
ætatem promotus dicatur. iuxtà diſpoſita
per Alexandrum Tertium *dict.cap.cùm in*
cunctis.7.§.inferiora etiam. de elect. & in ſu-
perioribus diximus.

33 Tùm,quòd non par eſt ratio vnius ad al-
terum ; hic nempè in noſtro hoc quæſito,
ætas illa quatuordecim annorum , ad com-
plementum probatæ vitæ , atq; frequentio-
ris obſequij ergà Religionem,vt ad altiora
promoueri valeat,exquiritur,conſequentèr-
34 que pro forma. Forma autem in ſpecie im-
plenda venit. quia ipſa opus perfectum ha-
bet.ad *tex.in cap.cùm dilecta 22.de reſcript.*
cap.piſanis 19.de reſtitut.ſpoliat.clement.vt
Conſtitutio 1. & ibidem *Gloſſ.*verbo *inhi-*
bentes. de iure patronat. regula *quæ contra.*
64.de reg.iur.in 6.l.non dubium 5.C.de leg.
cap.qui ex timore.8.de reg. iur. extra. plenè
Felin.in d.cap.cùm dilecta.col.7.num 10.&
ſeqq. ſequiturq; meus *Maranta conſ.47.n.4.*
5.6.& ſeqq.& conſ.84.n.6. & 7. Rota apud
Duranum deciſ.18. num.17. par.1. & in
recentiorib.deciſion.175.ſub num.4.part.1.
tom.1.

35 Neq; nos hic in fauorabilibus pro pro-
mouendis ſumus,ſed in odioſis; fauorabili-
bus tamen pro publico commodo , vt qui
magis probati ſunt, quiquè perfectiores ad
dignitates,& Monachorũ regenda Monaſte-
36 ria,in Abbatijs præficiantur. vt vbi maius
eſt periculum,cautiùs ſit agendum,pleniùſq;
conſulendum . iuxtà Gregorij Decimi in
Concilio Lugdunen. aſſioma in *cap vbi pe-*
riculum.3.in princ.de elect.lib.6. cap.quia
in inſulis.6.de regular.extra Bonifacij VIII.
in *extrauaganti iniunctæ nobis.1.in princ. de*
*electione inter communes.*ad Vlpiani quoq;
ſenſum lib.41.ad edictum in *l. ſi cuiq;* 1. §.
ſed & ſi quis.ff.de carboniano edicto. dicentis
37 ad rem : *Nàm & magis conſulendum eſt ijs,*
quibus maius periculum intenditur. Quibus
ſanè verbis non ab re inferri poteſt ; indè
magis ad annorum complementum inſi-
ſtendum eſſe; vt per præficiendorum explo-
ratam vitam , probatam conuerſationem ;
38 & ipſis conſulatur præficiendis , quorum
de animæ periculo agitur.ad Innocentij III.
ſenſum in *cap.cùm infirmitat. 13. de pœnit.*
& remiſſion. & perpenſum fuit per Rotam
in *Marſicen.iuriſdictionis.20.Octobris 1620.*
coràm Buratto dec.165.n.2.& 3.in impreſſis
per eundem.

39 Cùm idcircò præficiantur, vt rationem
deindè exactiſſimo Iudici reddant eorum
bonæ adminiſtrationis, iuxtà illud Lucæ 16.
2. *Redde rationem villicationis tuæ.* & ipſis
40 ſubiectis, quibus præficiendi erunt,vt pro-
batæ vitæ patrem,& in rebus agendis exper-
tum,verſatumq; ſortiantur; vndè tranquil-
lam vitam in Domino agere valeant;hoc to-
tum autem periculoſum eſt , cautiùs igitur
agendum, pleniùſq; conſulendum.*d.cap.vbi*
*periculum.3.de elect.in 6.*completum proin-
dè tempus expectandum.

Atq; ità ex his,prudentiori iudicio,& ſub-
iectis , & experito , reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Certamen non admittit cauſationes, ſiuè excuſationes, ex Platone.*
Quarè certare oportet cùm ad bellum excitamur.

2 *Coabbates, qui Generalis officio defuncti fuere in Religione Cœleſtinorum ſocij ſunt Generalis, & primam poſt ipſum Sedem merentur, ac reuerentiam.*
Poſſunt ſibi eligere Abbatiam, quam maluerint pro reſidentia.n.3.
Hoc autem ſine ratione non videtur. num.5.
Quo autem ordine hoc facere debeant Aduerſarij proponunt.n.14.
Sed refelluntur.n.32.
Germanaquè interpretatio datur. nu.33. & 34.
Quia eſt hoc peculiare eorum priuilegium. nu.17.

4 *Officia omnia in Religione Cœleſtinorum ad triennium ſunt.*
Ità quidèm vt exacto triennio officij, alio triennio vacare debeant.
Et perpetuitas omnimodò ablata eſt. nu.15.
Excipiuntur tamen Coabbates.n.16.

6 *Dignitatis priſtinæ memoria prodeſt, non obeſt.*
Vndè ſeruus etiam poſtquàm diſtractus, venditusq; fuit, contra priorem Dominum non deponit, in memoriam prioris dominij.n.7.
Dignitatiq; perſonę eſt deferendum. num.8.
Etiam in corrigendis exceſſibus. n.9.

10 *Diabolus Lucifer dictus initio ipſo creationis in ſuperbiam elatus primatum appetijt.*
Sed in Infernum detractus fuit in profundum laci.
Conturbat terram, Zizaniorum Sator. nu.11.
Paciſq; æmulus.
Inimicus ille, qui ſuper ſeminauit zizania, in medio tritici.
Hoſtis verſutus, qui habet mille nocendi modus.n.12.
Callidus hoſtis, qui inſidias tendit, vt rapiat.
Fallit, & ſtudio fallendi inuida voluntate errore hominum lætatur.n.13.
Excitat ſpiritum quandoq; Fratrum, vt diffidia ponant.

18 *Poſſe non dicimur, quod liberè non poſſumus.*
Poſſe autem dicimur, quod liberè, ac nullo contradicente poſſumus.
Neq; neceſſitate adigimur, vt agamus.

19 *Lex, vel Conſtitutio contraria, ſibiq; aduerſantia diſponere, ac loqui non debet.*
Neq; præſumendum.
Alioquin firma non ſtabit.

20 *Potentia illa inanis eſt, quæ ad actum non reducitur.*
Neq; reduci poteſt.
Et pro non potentia habetur.
Potentia vbi deeſt, actus eſt irritus. num.21.
Idem eſt enim deeſſe potentiam, nec operari poſſe.

22 *Verba cum effectu exaudiri debent.*
Etiam cum effectu extrinſeco.n.24.
Ni aliàs ex mente appareat diſponentis.
Nàm debet id ſolùm, ac totum fieri, quod verba propriè ſignificant.n.23.
Verbum vllum eſſe debet ſine operationis effectu.n.25.
Nè fruſtrà adiectum videatur. & nu.26.
Potiſſimùm ex conſuetudine.n.28.

26 *Diſpoſitio nulla debet ſine effectu eſſe, atquè ludibrio rogata videri.*

27 *Argumentum à minori ad maius ritè procedit.*
Præſertim negatiuè.
Et à ſolitis, & conſuetis validum eſt argumentum.n.28.

29 *Conſuetudo antiqua poſſeſſionem tribuit.*
Atq; propterea ſeruanda.
Et firmiſſima habenda.n.30.
Vimq; obtinet priuilegij.n.31.

33 *Dictio (&) ſtat copulatiuè.*
Et qualitatem præcedentis extremi tribuit ſequentibus.
Eaq; vniformitèr coniungit.

34 *Senſus compoſitus, & diuiſus, diſtinguit res ad ſanam doctrinam habendam.*

35 *Abbates Generales in Religione Cœleſtinorum, qui proximè Generalis officio defuncti fuere, poſſunt ſibi eligere Abbatiam, quam maluerint, iuxtà Conſtitutiones.*
Non tamen Abbatiam S. Euſebij in Vrbe Roma.
Neq; Collegium in eadem Vrbe.
Ex Vrbani VIII. Conſtitutione.

26 *Lex quod non dicit, neq; nos dicere debemus.*

37 *Reſeruatio iurium mentem declarat reſeruantis.*
Nolle præiudicium inferre.
Sed magis conſeruare iura.

ARGVMENTVM.

Coabbates, qui Generalis officio in Congregatione Patrum Cœleſtinorum defuncti ſunt, poſſunt ſibi vnam ex Abbatijs, quam maluerint eligere; & ſi tamen ſingulis triennijs dimittere, & renunciare illam debeant, poſſunt tamen poſt renunciationem iterùm ad illam redire. Diſceptatum proindè fuit, àn hæc noua eorum electio ità fieri debeat, vt ordinatè iuxta benedictionis ordinem, qui prior fuerit, eligat ſuam, & deindè alij, vt vnus alterius Abbatiam deligere valeat, an verò coniunctim, vt vnuſquiſquè ad ſuam, iàm priùs electam, reuertatur? Res in declaratione conſtat verborum Conſtitutionis, pluraq; in hac ipſa re deducuntur.

RESPONSIO XLVII.

1 SApiens ille Philophorum primus Plato, diuinus nuncupatus, ſexto de legibus, non ſine ſale dixit: *Verùm aiunt, Certamen non admittere cauſationes*. Cùm enim ad bellum excitamur, certare oportet, neq; cauſandum, excuſandumq; certamen. Non ergò cunctandum, neq; excuſandum prælium, ad quod Coabbates in Illuſtriſſima Cœleſtinotum Religione excitantur; ſed tueri ſua iura, ne opprimantur, oportet.

2 In Religione itaq; Cœleſtinorũ, Coabbates, qui Abbatiatus Generalis munere decorati fuere, & per Catholicum Epiſcopum benedicti, poſt depoſitum Generalatus munus; tanquàm Socij Generalis in tempore exiſtentis, atq; in officio collegæ, *primum locum poſt Abbatem Generalem vbicunquè ſederint, vel conuenerint tenere*, eos oportet.
3 Aliudq; obtinent priuilegium: *Vt nullo etiam præcedente ſcrutinio, aut voto, ſeù ſuffragio ſingula ſibi loca, & Monaſteria, ipſorumq; locorum, & Monaſteriorum officia (Patrum accedente beneplacito) eligere valeant*. Sic Conſtitutio *tract.2. cap.15. §.3.* Hi nempè Coabbates, *tam ex vigore Conſtitutionum, quàm ex antiqua conſuetudine, poſſunt ſibi*
4 *eligere eadem Monaſteria*. quod ſanè alijs denegatum eſt: nullatènus enim hi ad eadem officia aſſumi valent; ſed omnes vacēt per integrum triennium ab eodem officio. nec ſuper id Capitulum ipſum diſpenſare poſſit. *eod. tract.2. cap.6. §.4.*

5 Neq; hoc à ratione videtur alienum, vt qui in dignitate fuerunt primi, militiciq; corporis Congregationis caput, poſt dimiſſum officium, nõ inferiora, neq; ignobiliora membra remaneant, ſed poſt caput ipſum præcipua dignoſcantur; ac priſtinæ dignitatis
6 memoria proſit, non obſit eis. quod non vulgari modo perpendit Paulus lib.1. quæſtionum in *l. de Decurione 14. al. ds fin. ff. de decurionibus*. perpenderatq; ipſemet lib.5. ſententiarum in *l. leuius facinoris. 18. §. ſeruus in eius caput. ff. de quæſtionibus*: di-
7 cens, non poſſe *interrogari ſeruum in eius caput, à quo distractus eſt, cuiq; aliquando ſeruiuit, in memoriam prioris dominij*. Idemq; ſtatuere Arcadius, & Honorius Cæſares in *l. nihil ſibi. 17. in fin. C. de quæſtionib.* rationem ſubdentes: *Nam & ipſe propter priſtinam dignitatem quæſtionem non patitur*. aliam etiam in antecedentibus verbis rationem referentes: *Habeat* (inquientes) *hanc mercedem laboris multorum munerum teſtimonijs cõmendata deuotio*. Quia
8 nimirùm dignitati perſonæ deferendum eſt. ex Innocentij Tertij ſenſu in *cap. paſtoralis 28. in fin. princip. de officio delegati*. & Alexãdri pari modo Tertij in *cap. ſanè 11. eod. tit.* & ex Concilio Agathenſi *cap.2.* in *can. contumaces Clerici. 21. diſt. 50.* quo loco etiam in corrigendis exceſſibus dignitatis reſpe-
9 ctum habendum eſſe Concilium ſanxit. pariquè modo ex Concilio Bracharenſi 3. *cap.6.* in *can. cùm Beatus Apoſtolus 8. diſt. 45.* honorabiliorum Eccleſiæ membrorum non mediocrem curam tenendam, habetur. facitq; *text.* Innocentij Tertij in *cap. per tuas 7. de maiorit. & obedient.* ſequiturquè pluribus *Petrus Plaza in Epithome delictorum lib.1. cap.6. nu 6.7. & 8. & ſeq. Cotta in memorabilib.* verb. *Dignitas. Grammaticus voto 1. num. 13. 14. & ſeq.* ad *text.* in *leg. quoties 17. de dignitatib. lib.12.* & plenè *Felin. d. cap. paſtoralis 28. à n.1. cum ſeq. de offic. delegati.*

10 Sed, qui in initio creationis rerum omniũ in ſuperbiam elatus Lucifer, qui mane oriebatur, qui dicebat in corde ſuo: *In Cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſoliũ meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nu-*

nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Iſaiæ 14.13. Ad
Infernum detractus eſt, in profundum laci.
11 quiq; conturbat terram; Zizaniorum ſator,
paciſq; æmulus. vt Bonifacius VIII. loquitur
in *extrauaganti ſuper cathedram* 2. §. *ab
olim ſiquidem. de ſepultur. inter communes.*
Inimicus ille, qui cum dormirent homines,
venit, & ſuperſeminauit Zizania in medio
12 tritici, & abijt. *Matthæi* 13.25. Hoſtis vetuſtus,
qui habet mille nocendi modos. vt Ioãnes
Papa Iſaac Syracuſano Epiſcopo teſtatur
ſcribens *can. Viſis litteris.* 1. paulò poſt
princip. 16. *q.* 2. Callidus hoſtis, qui inſidias
tendit, vt rapiat. ex Gregorio *can. poſtquàm
13 hoſtilis impietas* 49. 16. *q.* 1. Qui fallit, & ſtudio
fallendi, & inuida voluntate, qua hominum
errore lætatur. Auguſtino Doctore de
diuinatione dæmon. cap. 3. relato à Gratiano
can. ſciendum eſt 2. § *fallunt.* 26. *q.* 3. excitauit
ſpiritum quorundam Fratrum, vt exiret
Sermo iſte inter eos: *Ioann.* 21. 23. Quòd
non poſſint Coabbates, poſt renunciationẽ
(vt morale eſt Congregationi) in manibus
Generalis factam, iterùm ad priora ſemel
electa Monaſteria reuerti, eaq; denuò eligere,
vt peruetuſtum in Congregatione eſt, &
14 in Conſtitutionibus probatum. Huius eorum
aſſertionis fundamentum faciunt ex *d.
tract.* 2. *cap.* 12. §. 1. illis in verbis: *Primò Abbas
Generalis, qui proximè renunciauit, &
cæteri Coabbates eligant ſibi Monaſteria,
&c.* Hoc autem facient ordine, quoad Generalatum
aſſumpti fuere, atq; Abbates benedicti.
Qui prior ergò erit, primus eliget.
Non teneretur propterea ad renunciatum
Monaſterium quiſq; vt optarat, ſi alter in
eligendo ſequentem præuenerit. Erit igitur
cauſæ ſtatus; Reuerti ne poterint ad renunciata,
ſemel electa Monaſteria Coabbates,
an verò detur inter eos præuentio?

In verbis itaquè Conſtitutionis cauſæ diſcuſſio
erit. Ea autem ſic ſe habent. Narrat
Conſtitutio quid agendum ſit Quarta die
Capituli Generalis, decernitq; vt *poſt nonã
conueniant Abbas Generalis, & cum eo Patres
omnes, qui in Diffinitoriali Capitulo votum
habent: ibiq; inuocato Diuino auxilio
pro agendis in præſenti ſeſſione, exequantur,
quæ ſequuntur.*

*Primò, Abbas Generalis, qui proximè renunciauit,
& cæteri Coabbates eligant ſibi
Monaſteria pro Abbatiatus officio, ſiuè reſidentia,
de conſenſu tamen, ac beneplacito
Capituli Diffinitorialis quod ſuũ in hoc aſſenſũ,
ac beneplacitũ præſtare teneatur, niſi
prædicti Coabbates tali ſe re indignos ob malè
actã ipſorũ vitã reddiderint, declaratione,
& ſententia ſuper id præcedẽte.* his Conſtitutio.

15 Et quidẽ certum, indubitatumq; eſt ex
Conſtitutionibus præfatis; eſſe omnibus Officialibus,
omnibuſq; Prælatis, etiam Abbatibus
Generalibus, perpetuitatem omninò
ablatam; quam ob cauſam Generalis ipſius
electionem triennio tantum durare diſpoſuit,
vt ita ex tẽporaneo officiorũ exercitio
ad tyramnidẽ, atq; ſuperbiã declinationem
amoueret. *d. tract.* 2. *cap* 6. §. 3. dicens:

*Et vt Prælatis, & Officialibus, ad tyramnidem,
ſuperbiam, aut officiorum perpetuitatem
via omnimodò occludatur, Abbatis Generalis
electio ad trienniũ dumtaxat iuxtà
Inſtitutoris noſtri Sanctiſſimi Cæleſtini
Bullam fiat. Qui in finito triennio ſui Generalatus
liberè ſuo muneri cedat, nec ex quauis
vrgentiſſima cauſa iterùm in Abbatem
Generalem aſſumi, aut eligi poſſit, niſi poſt
lapſos tres integros annos.*

Hanc verò legem debere eſſe generalem
ad omnia Religionis officia, ſiuè Viſitatores,
ſiuè Officiales Diffinitoriales, vt omnes vacent
per integrum triennium ab eodem officio.
*Cæteri quoq; Abbates, Priores, & Vicarij
ſimiliter à locis vacent, quibus præſident:
niſi fortè rationabilis cauſa, aut inſignis
vtilitas aliud poſtulet: In quo caſu
iterum ad eadem loca eligi queant per Patres
Diffinitoriales capitulariter ad tres ſequentes
annos dumtaxat:*
16 Exceptis *Coabbatibus, qui tàm ex vigore
Conſtitutionum, quàm ex antiqua conſuetudine
poſſunt ſibi eligere eadem Monaſteria.*
17 Eſt ergò peculiare hoc Coabbatum priuilegium,
vt poſſint ſibi eligere eadem Monaſteria,
quæ vtriq; ſibi anteà elegerant: *De
conſenſu tamen, ac beneplacito Capituli Diffinitorialis;
quod ſuum in hoc aſſenſum, ac
beneplacitum præſtare teneatur.* vt iàm antè
ex *cap.* 6. §. 1. in ſuperioribus retulimus. Non
itaq; procedet ex hoc, poſſe aliquem ex Coabbatibus,
(quando plures fortaſsè erunt)
qui prior ſit in ordine, alterius, qui poſterior
eſt, Monaſterium eligere. Quod Aduerſarij
perſuaſum ſibi habent. Fruſtraneum
nempè priuilegium hoc Coabbatum eſſet,
ſi alius Monaſterium, quod ſibi elegerat,
18 præocupare valeret. Non enim poſſe dicimur,
quod liberè non poſſumus; vt contrà,
id poſſe videor, quod liberè, ac nullo contradicente
poſſum, neq; neceſſitate adigor,
vt agam. ad Iuliani lib. 1. digeſtorum ſenſum
in *l. ſæpè audiui* 8. & *Gloſ.* ibidèm verb. *neceſſitatem.
ff. de officio Præſidis. Gloſſ.* in regula
Beneficiũ prima, verb. *nõ poteſt. de regul. iur.
in* 6. *Gloſſ. in cap. de multa* 28. §. *circa ſublimes,*
verbo *per Sedem Apoſtolicam. de præbend.
extrà.* & ex Gratiano *can. placuit.* 2. §.
item in criminali. 4. *q.* 3. quod accepit ex
Venuleo lib. 1. de iudicijs publicis in *l. producti
teſtis.* 23. *ff. de teſtibus. Rota in recentioribus
part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 329. *num.* 3. docuitq;
non obſcurè Proculus lib. 5. Epiſtolarum
in *l. nepos Proculo.* 125. *ff. de verborum
ſignificat.* excipiturquè ex Alexandro
Tertio in *cap. cùm teneamur* 6. ibidemquè
ex *Gloſſ.* verbo. *ſi non poteſt. de præbend. extrà.*

trà. argumento etiam ducto ex his, quæ Pa-
pinianus habet in l filius, qui fuit in poteſta-
te. 15 ff. de condition. inſtitut. Maranta conſ.
77. nu. 5. in fin. & n. 6. & conſ. 131. n. 5. Aſſl.
dec. 179. num. 4. Barboſa de diction. dict. 208.
num. 1.

Cæteroquin ſi hoc ipſum, quod Aduer-
19 ſarij aſſerunt, daretur, diſſidium eſſet ponere
in ipſis Conſtitutionibus, quæ contraria, ſi-
biquè repugnantia loquerentur, non eſſent
proinde firmæ, ad Valentis IureConſulti
ſenſum lib. 1. fideicommiſſorum in l. non ad
ea dumtaxat. 88. in fin. ibidemq; Gloſſ. verbo
præſens in fin. ff. de condit. & demonſtrat.
atq; etiam Iuliani lib. 24. ad Sabinum in l. ſi
ſeruus plurium. 53. § ſi numerus. fin. ff. de
legat. 1. Rota coram Vicecomite deciſ. 640.
nu. 20. part. 1. diuerſor. Card. Tuſcus tom. 2.
lit. C. concluſ. 1036. & 1037. Barboſa axio-
mat 60. nu. 1. & ſeqq. Alciatus de præſumpt.
regul. 1. præſumpt. 28. num. 1. cum ſeqq. ad 10.
Grat. forenſ diſcept. p. 4. cap. 648. num. 8. 9.
& 11.

Vt quid enim (quæſo te) hæc poteſtas eli-
gendi iterum eadem Monaſteria, ſi illa ad
actum non reduceretur; quia alter, electum
Monaſterium præoccuparet ſibi? Porrò ina-
30 nis eſt illa potentia, quæ ad actum non re-
ducitur. Et quid valet potentia, quæ nihil
operatur, nec ad operandum reduci poteſt
actu? idem eſt enim, ac ſi non eſſet, vt apud
Philoſophos eſt peruulgatum. & apud No-
ſtrates non obſcurè dignoſcitur. ex Vlpiano
in l. hæ enim cauſæ. 4. §. ſi Prætor ſententia. ff.
de ſuſpectis tut. Idem quippè æſtimat Vl-
pianus eſſe, ſi Prætor ſententia ſua tutorem
gerere prohibuerit, atq; eum à tutela remo-
uiſſe, tutoremq; non eſſe. eiuſdem ſenſus Vl-
pianus eſt in l. nàm eum 3. ff. quando dies leg.
vel fideicommiſſ. cedat. ad tex. in ſimili in leg.
multum intereſt. 6. in fin. C ſi quis alteri, vel
ſibi. & ad mẽtem, ſenſumq; Innocentij Tertij
in cap. paſtoralis 14. §. quoniam autem. in
fin. & ibidem Gloſſ. verbo iuriſdictionem.
& Dec. in 2. notabil. de reſcript. extrà. Bald.
in l fin. colum. fin. C. de fideicommiſſ. dicens:
21 quod vbi poteſtas deeſt, ibi actus eſt irritus.
Idem eſt ergò deeſſe potentiam; nec ope-
rari poſſe. Baldum ſequitur Maranta
conſ. 31. ſub num. 2. & Barboſa aſſiomat. 184.
num. 1.

De duobus alterum itàq; concedant Ad-
uerſarij, oportet: vel fruſtrà locutas Conſti-
tutiones fuiſſe: vel ſi seriò annuerint, vt opor-
tet, eorum decidet aſſumptum. Verba quip-
22 pè cum effectu excipi, & exaudiri debent.
ex Vlpiano lib. 5. ad edictum in l. ſi per
alium 5. §. docere. ff. ſi quis eum, qui
in ius vocatus eſt, vi eximat. Qui rationem
reddens, quarè in pœna non ſit ille, qui exe-
miſſe vocatum ad iudicium, defertur, ſi nihi-
lominùs productus eſt? Quoniam (inquiens)
verba cum effectu ſunt accipienda. & Gloſſ.
ibidem verbo cum effectu. & ipſe idem Vl-
pianus lib. 62. ad edictum in l. 1. §. hoc edicto.
ff. nè vis fiat ei, qui in poſſeſſionẽ miſſus eſt. &
Alexander Tertius in cap. relatum. 4 §. cùm
igitur verba accipienda ſint cum effectu. de
cleric. non reſidentib. ibidemq; Gloſſ. verbo
cum effectu. Gratianus can. hæc autem verba
17. de pœnit. diſt. 1. quem canonem excepit
ex Vlpiano lib. 3. ad edictum in l. 1. §. hæc au-
tem verba, ff. quod quiſq; iuris in alterum
ſtatuit. Ambroſ. can. re ... 69. in finalibus
verbis de conſecrat. diſtinct. 2. dicens, neq;
ab re: Quod ſermo tenet, effectus ſentiat.
argumento text. in can. ſi quis ſuadente Dia-
bolo. 29. 17. q. 4. Caſſiadorus dec. vnic. num. 1.
in fin. de clericis non reſidentib. Guid. Papa
conſ. 66. num. 6. Viuius dec. 188. num. 5. Na-
uarr. ad d can. hæc autem verba. 17. de pœnit.
diſt. 1. ad Gloſſ. num. 8. pluribus rem expli-
23 cans, atq; concludentèr inferens; vt fiat to-
tum, & ſolùm id, quod verba propriè ſignifi-
cant. ſequiturq; conſ. 19. num. 1. & 2. lib. 5. de
ſentent. excommunicat. dicens: Verba eſſe in-
24 telligenda cum effectu, etiam extrinſeco,
quem intendit Legiſlator, vel alius diſponens,
de cuius intentione conſtat expreſſè, vel taci-
25 tè. Quia profectò verbum eſſe nullum debet
ſine operationis effectu; nè fruſtrà adiectum
videatur. ex Baldo in rubr. C. de contrahend.
empt. num. 16. in 9. quæſtione. ex Vlpiani ſen-
ſu lib. 22. ad edictum in l. ait prætor. 2 ff de
iur. iurand. illis verbis. nec fruſtrà adycitur,
conditione delata. & ibidem Alexander nu. 3.
Aymon conſ. 105. num. 7. Rota apud Cardin.
Manticam deciſ. 4. num. 7. & in Cæſaragu-
ſtana penſionis 18. Iunij 1610. coram Card.
Lancellotto Iuniore apud Marcheſanum
part. 1. fol. 641. ſub num. 2. & apud Cardin.
Cantaler. deciſ. 147. nu. 5. Et planè ſi verbum:
26 quid (quæſo te) oratio, atq; integra ipſa di-
ſpoſitio: debet nè ipſa ſine effectu remanere,
atq; ludibrio appoſita videri? ad text. in can.
tenere debet. 4. & can. nàm ſicut. 5. diſtin. 31.
can. in laicis. 3. diſt. 38. can. diſpenſatio 5. vbi
Gloſſ. verbo quanto magis. diſt. 43. can. præ-
cipimus. 24. 12. quæſt. 1. & can. ſexta actione
1. in fin. & can Epiſcopus 7. 15. quæſt. 7. au-
thent. multò magis. C. de Epiſcop. & Clericis.
27 quod quidèm argumentum negatiuè per
quam optimè ſequitur; vt noſter Maranta
non ingratè adnotat conſ. 8. num. 17. verſ.
28 prætereà ſi iſtud. Potiſſimum verò, quòd ità
inueterata, atq; cana conſuetudo in Con-
gregatione peruaſit, & ità ex Conſtitutioni-
bus ſtatutum: vt multò magis à ſolitis, con-
ſuetiſq; deductum hoc argumentum vali-
dum, firmumq; perſeueret. ex Vlpiani ſenſu
lib. 26. ad edictum in l. certi condictio 9. §. ſi nũ-
mos meos. in fin. ff. ſi certum petatur, & de
rebus credit. & ibidem Gloſſ. verbo quotidie.
& Bart. atq; Scribent. ibiq; Gloſſella margi-
ginalis ex eodem Vlpiano. in l. prætor ait. 2.
§. meritò ait prætor ff ne quid in loco publico,
illis

Digitized by Google

illis verbis:& itá ſolet Princeps. *l.certi* 15.*C.*
*de iudicijs.Gloſſ. in l. neq; natales.*10. verbo
cùm nihil. circa fin. C.de probation. & ex
Concilio Sardicenſi in *cap.*1.*in fin. de Cleric.*
*non reſidentibus.*ibidemq; *Abb.num.*4.*Bald.*
*in cap.*1.*in* 2. *lectur. num.*7. *de iudic. Rota*
*apud Cardinalem Manticam deciſ.*6.*num.*3.
noſter *Maranta dict.conſil.*78. *num.*4.*Rota*
apud Duranum *deciſ.*368.*numer.*17.*part.*2.
*& apud Sanct.memor.Gregor.XV. dec.*326.
*num.*29.

29 Quæ certè conſuetudo itá peruetuſta,
poſſeſſionem omnibus Coabbatibus ſem-
per ad hanc vſq; diem tribuit, quæ ſeruanda
erit. ex Pelagio Papa in *can. Eleuterius.* 30.
*in fin.*18.*q.*2. cuius verba ad hanc rem ſatis
concinnè faciunt. *Hac igitur omnia* (inquit
ipſe) *diligentèr te examinare iubemus: & ſi*
apud te euidenti ratione conſtiterit; Quia
tempore, quo dedicatum eſt ipſum Monaſte-
rium, conditiones ſuperiùs poſita conuene-
rint; ſeruari eas ex noſtra authoritate praci-
pimus. Cur enim in hac re dumtaxat tàm
peruetuſta conſuetudo non ſeruabitur, nec
30 firma erit? immò firmiſſima, vt docet ex
Clementis Tertij ſenſu in *cap. videtur nobis.*
3.& *Gloſſ.*ibidem verbo *antiqua conſuetudi-*
ne. qui matrim. accuſare poſſunt. Quando ſi
31 illa, non aliàs ex ipſis Conſtitutionibus fir-
maretur; vim tamen obtineat priuilegij.
*Gloſſ in can. quia per ambitiones.*6. verbo *an-*
*tiquitas. diſt.*64. ex Innocentio III. in *capit.*
*ſuper quibuſdam.*26. §. *praterea cùm peda-*
gia. & ibidem *Gloſſ* verbo *non extat memo-*
ria. de verb. ſignif. & ex Pomponio in *l. hoc iu-*
*re.*3.§.*ductus aqua. ff. de aqua quotidiana,*
& aſtiua. ſequiturq; *Nauarr. conſ.*16.*nu.*1.
& 2.*lib.*5.*de ſentent. excommunicat. Rota*
*apud Coccinum dec.*367.*num.*5.*&* 6.*& dec.*
401.*num.*3. *Grilenzonius conſ.*6.*num* 3. *&*
9.*S. Thom.*1.2. *q.*97. *art.*3. *Bellencin. de cha-*
*ritatiuo ſubſid. quaſt.*42. *num.*4. *volum.*15.
tractat.

Ex interpretatione itàq; verborum Con-
32 ſtitutionis præfatæ tota hæc ſtat deciſio. Nō
enim itá illa ſonant, vt nouè Aduerſarij, ad
diſſidia generanda, intulere. Vt primò ſcilicet
Abbas Generalis, qui proximè renunciauit
ſuam eligat Abbatiam. ſecundò primus in
ordine Coabbas, & deindè cæteri Coabba-
tes, ordine ſcilicet benedictionis. Non hanc
diſtinctionem Conſtitutio in verbis ſupe-
riùs relatis dedit; ſed commixtim loquitur:
Primò Abbas Generalis (inquiens) *qui pro-*
ximè renunciauit, & cateri Coabbates eli-
gant ſibi Monaſteria pro Abbatiatus officio,
ſiuè reſidentia. Et quidèm quòad Abbatem
Generalem, qui proximè renunciauit, non
mirum eſt, ſi primò ipſe eligat: & quia primò
nūc á Generalatu excidit: & quia nō adhuc
Abbatiā elegit, in qua ꝑ reſidētia permaneat;
debet proindè ipſe nūc eligere; cæteri verò
Coabbates nō habēt, quod nouū eligāt Mo-
naſterium, cùm ad iam proximè renuncia-
tum, ex perſona, atq; recepta Religionis con-
ſuetudine ad illa reuerti poſſit, de conſenſu
& beneplacito Capituli Diffinitorialis, quod
ſuum in hoc conſenſum, & beneplacitum
33 præſtare teneatur. Perpendēda proindè di-
ctio illa erit, (&) quæ copulatiue ſtat, quali-
tatemque præcedentis extremi tribuit ſe-
quentibus, eaq; vniformiter coniūgit. vt poſt
Signorol. *conſ.*199. *ſub num.*2. ſequuta fuit
Rota *apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.*
308 *num.*3. Quam ob cauſam oratio illa:
(*Primò Abbas Generalis, qui proximè renū-*
ciauit, & cateri Coabbates eligant ſibi Mo-
34 *naſteria, &c.*) exaudietur vtiq; in ſenſu cō-
poſito, non ſanè in ſenſu diuiſo. iuxta *Gloſſ.*
in can. cùm renunciatur 9. *in Gloſſ.*1. *circà fin.*
32.*quaſt.*1. & tradita per Doctiſſimum *Al-*
*ciatum lib.*9. *reſponſ. conſil.* 39. *num.* 19. ſe-
quiturq; *Barboſ. dict.*100. *num.*2. vt primò
quidèm Abbas Generalis eligat ſibi ſuam,
cùm nouus in eligendo ſit; & alij Coabbates
ſuas iàm electas iterùm eligant, & ad illas re-
uertantur.

Neq; faciet obſtaculum Breue Sanctiſſimi
Domini N. Papæ Vrbani VIII. anno 1627.
quo declarauit Sanctitas Sua.

35 *Vt Abbates Generales, qui Generalatus*
officio functi fuere, non poſſint ſibi eligere
Monaſterium S. Euſebij in Vrbe, neq; Col-
legium eiuſdem Congregationis in eadem
Vrbe erigendum. Salua tamen eorum prero-
gatiua in vim Conſtitutionum eiuſdem
Congregationis à Sede Apoſtolica confirma-
tarum, illis competente, eligendi quod malue-
rint dicta Congregationis Monaſterium,
præter ſupradictum, & Collegium huiuſmo-
di. Qua quidèm Monaſteria per illos ſic eli-
genda, per triennium tantùm, proùt in alijs
Congregationis Monaſterijs fieri conſueuit,
regere, & gubernare valeant; eadem Apoſto-
lica authoritate tenore præſentium ſtatui-
mus, & ordinamus.

Non, inquam, facit obſtaculum Breue
præfatum; quin magis proficit; innouat nem-
pè facultatem in vim Conſtitutionum Con-
gregationis, eligendi, quod maluerint dictæ
Congregationis Monaſterium, modò tamen
non ſit illud Sancti Euſebij in Vrbe, quia in
illo reſidere ſolet Abbas Generalis, neq; Col-
legium in eadem Vrbe. Quod verò voluit, vt
per triennium tantùm illa regere, & guber-
nare valeant. Id ſanè Conſtitutionibus ipſis
conforme eſt; Cùm omnibus, ex illis, deman-
datum ſit, vt exacto triennio, officijs omnes
renuncient, neq; ad illa, niſi exacto alio triē-
nio, reuerti per electionem poſſint. Exceptis
tantummodò Coabbatibus, qui ex inuete-
rata, & approbata in Congregatione con-
ſuetudine ad ſemel electa Monaſteria reuer-
ti poſſunt, accedente tamen Capituli Diffini-
torialis aſſenſu, & beneplacito, quod tamen
præſtare teneatur. Nihil itaq; contra, & ad-
uerſum

uerſum Conſtitutiones Breue præfatum diſponit, quin magis conforme ſatis illis; vt
36 quod breue præfatũ non dicit, neq; noſtri dicere Aduerſarij debent. ad *text. in can. conſuluiſti* 18. §. *& quod Sanctorum*. 2. *q*. 5. *c*. 2. *ne ſede vacant. leg. diſſidentis* 5. C. *de*
37 *repudijs*. Quinimmò cum reſeruat Summus Pontifex Vrbanus Abbatibus Generalibus prærogatiuam in vim Cõſtitutionum eligendi ſibi Monaſterium, quod maluerint; declarat vtiq; mentẽ ſuã eſſe, nullum præiudicium inferre Conſtitutionibus in hoc, quin illã conſeruare, intendere. iuxta tradita per *Aymon. conſ*. 214. *nu*. 14. ſequiturq; *Rota apud Sanct. Memor. Gregor XV. deciſion*. 85. *num*. 16. Ius eſt ergò Coabbatibus ad renũciata, ſemelq; electa Monaſteria, reuerti ad factam illis ex Conſtitutionibus prærogatiuã. taceant proindè Aduerſarij, & à certamine victi recedant, quod nos ſine cauſatione ſubſtinuimus, ac ſuperauimus.

Atq; ita ex his, iudicio emunctioris naris non abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mortuos rurſum occidere ſatis peruerſum. dilucidatur Adagium.*
2 *In ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt.*
3 *Mortuos iugulare nulla fortitudo eſt.*
Neq; eis inſultare.
Eorumq; miſera conditione non moueri. ſatis durum. n. 5.
4 *Excommunicatus denunciatus Eccleſiaſtica ſepultura priuatur.*
Quòd ſi Eccleſiaſticæ traditus ſepulturæ fuerit, inde exhumandus erit. nu. 7.
6 *Adagium. Cum mortuis non niſi Laruæ luctantur.*
Et mortuo leoni etiam lepores inſultant.
8 *Cui communicamus viuo, & mortuo etiam communicamus. & n*. 30. *& n*. 39.
Quæ regula etiam negatiuè procedit. nu. 31.
9 *Mortis in articulo nulla eſt caſuum, nequè cenſurarum reſeruatio ex Sacro Tridentino Concilio.*
Et Sacerdotes omnes ab Eccleſia poteſtatem accipiunt illo tempore abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris. nu. 10.
Ratio, nè quiſquam pereat illo caſu.
11 *Abſoluto in mortis articulo à peccatis, & cenſuris vigore Tridentini Concilij nullum aliud remanet vinculum abſoluendum.*
Vndè poterit Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ. n. 22.
12 *Eccleſiæ in Petro dictum à Chriſto Domino fuit: Quodcunq; ſolueris ſuper terram.*
13 *Lazarum ſuſcitatum ab Apoſtolis ſolui imperauit Chriſtus, & vt finerent eum abire.*
14 *Solutus non dicitur, qui adhuc ligamine præpeditus retinetur.*
15 *Soluitur quod ligatum eſt.*
Et ſoluitur qui cum Columba (Spiritu Sãcto ſcilicet) pacem habuerit. n. 16.
Et Eccleſia ſoluit. n. 20.
7 *Eccleſia pia Mater eſt, filiorumq; ſuorum neceſſitatibus prouidere tenetur.*
Nulliq; claudit gremium redeunti.
Neque perſecutionem facit, dum peccata perſequitur, vel animarum ſalutem quærit. n. 18.
Gladium non habet niſi ſpiritualem. nu. 19.
Nec occidit, ſed viuificat.
Et quos ſoluit in terris, ſoluti ſunt in Cœlis n. 20.
21 *Vinculum, quo quis ligatus apud Eccleſiam, cum ſententia remittitur, relaxatur.*
22 *Excommunicatus denũciatus in mortis articulo abſolutus poteſt eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ.*
Neque abſolutione alia aliqua indigebit.
Probatur aſſertio textibus, & ratione, & authoritate. numer. 23. 24. *&* 25. *&* 32.
23 *Text. in capit. Parochiano tuo fin. de ſepult. expenditur.*
Et text. in cap. in litteris 5. *de raptoribus. n*. 24.
26 *Pater Diana celebratur.*
27 *Excommunicatum in mortis articulo etiam laicus abſoluere poteſt.*
Ratio *affertur.*
Et etiam Hæreticus Sacerdos, *Schiſmaticus, & Excommunicatus. n*. 28.
Ratio redditur à Diana ex Sacro Tridentino Concilio. *& n*. 29.
29 *Reſeruatio nulla retinetur in articulo mortis.*
33 *Textus in cap. à nobis*. 28. *& cap. ſacris*. 38. *de ſentent. excommunication. expenduntur.*
34 *Excommunicati, qui in mortis articulo euidentia pœnitentiæ ſigna dederunt, ſed temporis anguſtia abſolui non potuere, vt Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi valeãt, abſolutione indigent.*
Secùs verò illi, qui à Sacerdote abſolutionem obtinuere. n. 35.
36 *Text. in capit. Epiſcoporum*. 8. *de priuileg. in* 6.
Et clement. eos, qui 1. *de ſepultur. expendun-*

Digitized by Google

duntur.& nu.38.

37 *Verba diſpoſitionis, ſiuè Canonis, vel Conſtitutionis ſi non conueniunt, neq; diſpoſitio ipſa conueniet.*

40 *Excommunicatum toleratum ſi Eccleſiaſticæ quis tradiderit ſepulturæ in pœnas, & cenſuras in cap. Epiſcoporum 8. de priuileg. in 6. & in clementin. 1. de ſepulturis, non dare, tuetur Diana.*

41 *Verbum (Præſumpſerint) dolum, atq; temeritatem denotat.*

42 *Mortuos ſepelire pium opus eſt.*

43 *Iure quod ſit pèrmittente, nullam meretur pœnam.*

Si iurè, ergò iuſtè, ſi iuſtè, ergò benè. nu. 44.

Ex Auguſtini inductione.

44 *Legem qui ſequitur non peccat.*

45 *Adagium. Vt quis ſementem fecerit, ſic metet.*

46 *Morimur omnes, labimurq; ſæuo rapiente fato.*

Meminerimus proindè, quòd ſicut alÿ mortui ſunt, moriemur & nos ex Eccleſiaſtici 38.23.n.47.

Et qua hora non putamus mors veniet.

48 *D. Carolus Carafa modernus Auerſanus Epiſcopus celebratur.*

ARGVMENTVM.

Mortis in articulo quilibet Sacerdos à peccatis, & cenſuris omnibus abſoluere poteſt. Nùm verò ità abſolutus, publicè excommunicatus, Eccleſiaſticæ tradi poſſit ſepulturæ? an noua in exteriori foro abſolutione indigeat? Quid verò de eo, qui excommunicatus euidẽtia, pœnitentiæ ſigna oſtendit? ad ornatum *tex. Sac. Trid. Concilÿ ſeſſ. 14. cap. 7. de Sacramento pœnitentia. de caſuum reſeruatione.* & expenduntur *text. in cap. à nobis. 28. & cap. ſacris 38. de ſentent. excommunicat.* pluraq; ad rem non inutilitèr traduntur.

RESPONSIO XLVIII.

1 MOrtuos rurſum occidere; ſatis peruerſum apud veteres Sapientes æſtimatum ſemper fuit.
2 In ſepulturis enim Chriſtianorum requies defunctorum eſt. Ambroſius ait *lib. 2. de officÿs cap. 28*, à Gratiano relatus *can. aurum. 70. §. nemo enim. 12. q. 2.* Nulla
3 itàq; fortitudo mortuos iugulare. vt adagio fertur. & Sophocles in Antigone dixit.

Quæ fortitudo eſt mortuum necare rurſum?

Tereſia quoq; ad Creontem ſic loquitur.

Age, mortuo concede, nec qui extinctus eſt,

Stimulato: quæ nam eſt fortitudo, mortuum.

Necare rurſum?

Vt enim Homerus fatur:

Non ſanctum eſt viris interfectis inſultare.

Cecinitq; Maro Vergilius.

Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis.

Inani itàq; nunc labore decertant, qui Clericum Ioannem Andream de Candeloro loci Iuliani Auerſanen. Diœceſis, iam ſe-
4 pultum, perſequuntur, vt malè ſepulturæ datum Eccleſiaſticæ, velint, quòd excommunicatione nodatus deceſſerit. *cap. ſacris. 38. de ſentent. excommunicat. extra. & clement. 1. de ſepultur.* Is nàmq; cùm ob patrata facinora in contumaciam excommunicationis tarthareo fune ligatus per Curiam Epiſcopalem Auerſanam fuiſſet: & in ea permaneret, neq; ſe moriturum cogitaret; in rixa vulneratus, cùm ad mortem properaret, proprio Parocho ſua Sacramentali confeſſione peccata aperit; & ab eo à cenſuris, & peccatis abſoluitur, Sacramentis reficitur, demùm moritur. mortuus Eccleſiaſticæ ſo-
5 lemni ritu ſepulturæ traditur. Qui nec mortuis parcunt, vt illum iugulent iterum, quod neq; ſuprema illius die, miſeraq; ſorte exatu-
6 rati; quando *cum mortuis non niſi Laruæ luctantur.* in adagÿs vt fertur, neſcÿ. *Mortuo leoni etiam lepores inſultare.* vndè lepidè ſatis Morus ille Anglicus Martyr cecinit.

Proÿcite meum Danai poſt fata cadauer.
Non metuunt lepores defuncti membra leonis.

Ipſi aduerſus mortuum ſæuientes, Curiæ Epiſcopali nunciant aduerſus Parochum, & Sanctæ Sophiæ Eccleſiæ Sacellarium, quòd Ioannis Andreæ Clerici excommunicatione connexi, cadauer Eccleſiaſticæ tradiderint ſepulturæ, pœna dignos eſſe, in illos propterea animaduertendum, exhumandumq; cadauer. *d. cap. Sacris. 12. de ſepulturis. et d. clement. 1. de ſepultur. & cap. Epi-*
7 *ſcoporum. 8. de priuileg. in 6.* Per Curiam

proptereà ad iudicium prouocantur Ci-
tati.

.Conſulunt ipſi nos:dederint ne in aliquas
pœnas,cũ iam ſoluti abſolutione à cenſuris,
& peccatis , defuncti Clerici cadauer,ac Sa-
cramentis refecti, Eccleſiaſticæ tradiderint
8 ſepulturæ? Communicauere cum eo viuo,
poſſe, ſcrupulo omni ſemoto, cum mortuo
communicare, iuxta Innocentij III. regulã
in *cap à nobis* 28. §. *non obſtat.de ſentent.
excommunicat.extrà. & cap.ex parte* 11.*in
fin.de ſepultur.*

In nullas dediſſe pœnas,neq; peccatum
aliquod; abſolutè reſpondendum cenſui-
mus.

9 Quia profectò Sacrum Tridentinum Cõ-
cilium *ſeſſ.*14.*c.*7.*in fi de Sacramento pœnit.*
de caſuum reſeruatione decernens, ſequen-
tibus rem hanc omnem aperuit.

Veruntamen (inquiens) *piè admodum ne
hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadẽ Ec-
cleſia Dei cuſtoditũ ſemper fuit,vt nulla ſit
reſeruatio in articulo mortis:atq; ideò omnes
Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis
peccatis,& cenſuris abſoluere poſſunt.* his Sa-
crum Concilium.

10 Accipiunt proptereà Sacerdotes omnes
ab Eccleſia poteſtatem à peccatis , & cen-
ſuris omnibus quoslibet pœnitẽtes in mor-
tis articulo abſoluendi . ea ſanè ratione ,
quia in illo articulo nulla eſt reſeruatio,nul-
la caſuum,neq; cenſurarum retentio,ne hac
occaſione aliquis pereat.

Ab Eccleſia ergò poteſtatem accepit Sa-
cerdos, Ioannem Andream abſoluendi in
illo mortis articulo conſtitutum , à pecca-
11 tis, & cenſuris ; illumq; abſoluit.ergò vali-
dè. nullum proindè vinculum aliquod re-
manſit, quin non ſolutum fuerit. ſiuè in in-
teriori, ſiuè in foro exteriori. Quia Eccleſiæ
12 illum authoritate ſoluit.Eccleſiæ nempè in
Petro dictum à Domino fuit : Quodcunq;
ſolueris ſuper terram,erit ſolutum,& in Cœ-
lis. *Matth.*16.19. & ex Auguſtino Gratianus
can. quodcunq; 6. 24. *q.*1. licuit ideò liberũ
illum abire,qui ſolutus iàm fuerat. Sic Ieſus
13 Dominus,& Seruator noſter, *Ioann.*11.44.
de Lazaro,quem ſuſcitauerat à monumento
fœtidum,Apoſtolis mandauit.*ſoluite eum*:
14 (inquiens) *& ſinite abire.*Cæteroquin ſolu-
tus non diceretur.ſi ligamine adhùc præpe-
15 ditus aliquo permaneret.Nã ſoluitur. quod
ligatum eſt. *auth.de nuptijs collat.*4. §. *nup-
tias.in fin.Gloßa in cap.fraternitatis* 6.ver-
bo.*diuinum miraculum. in princ.de frigid.*
16 *& maleficiat.*At ſoluitur,qui cum Columba
(Spiritu ſancto ſcilicèt)fecerit pacem.vt Au-
guſtinus loquitur. *can. remiſſionem peccato-
rum.*29. *in fin.*1.*q.*1. Pacem iniuit Ioannes
Andreas cum Columba per pœnitentiam,
à Confeſſario abſolutus. ſolutus ergò fuit.
Si ergò ſolutus ; nullo ligamine ampliùs
retentus permanſit. nulla ergò alia ſolutio-
ne , neq; in foro indiguit exteriori, qui in
vtroq; Eccleſiæ authoritate ſolutus fuerat.
17 Eſt quippè Eccleſia pia mater , quæ proui-
dere tenetur filiorum ſuorum neceſſitati-
bus. ex Concilio Lateranenſi in *cap.*1. *de
Magiſtris in princ.* nullique claudit gremiũ
redeunti.*cap.ſuper eo* 4.*de hæret.in* 6. *& cap.
vt officium* 11.*in prin.*ibidẽq;*Gl.*verb.*Eccle-
18 ſia.eod.tit.& lib.*Neq; perſecutionẽ facit,dũ
vel ea,quæ committuntur reprimit, vel ani-
marum ſalutem quærit , non vtiq; perſequi-
tur,ſed diligit , vt verbis loquamur Pelagij
Papæ in *can. non vos.*42. 23.*q.*5. Eccleſia
19 enim gladium non habet,niſi ſpiritualem:
non occidit , ſed viuificat. Nicolaus Papa
Albino Archiepiſcopo ſcribit *can. inter hæc
20 ſanctitas.*6.*in fin.*33.*q.*2. Ipſa vtiq; Sancta
Eccleſia huuc reſoluit à vinculo peccati in-
tertis , vt per ipſius gratiam , qui eam ſuo
ſanguine acquiſiuit,ſolutus eſſet in cœlis. vt
Stephanus Papa Gaſtulpho perſuadet in *can.
admonere te cum lachrymis.*8.*in fin.*33. *q.*2.
Quis itaq; eum ligatum dicere audebit,quẽ
Sancta Mater Eccleſia ſoluit? Nulla igitur
ſolutione aliqua alia indiguit, qui iàm ſolu-
21 tus erat. Vinculum enim, quo quis ligatus
eſt apud Eccleſiam , cùm ſententia remitti-
tur, relaxatur. verba ſunt Innocentij Tertij
*d.cap.à nobis.*28.§ *nos igitur.de ſent.excom-
municat.* At iudicio Eccleſiæ ſententia re-
miſſa Ioanni Andreæ fuit , quando à pecca-
tis, & cenſuris ſolutus fuit. Relaxatum ergò
vinculum fuit excommunicationis,nec am-
pliùs remanſit. nullus ergò ſuperfectis ſcru-
pulus innodationis excommunicationis,
quæ relaxata, ac remiſſa per abſolutionem
22 fuit. Et hanc ſententiam poſt *Panormitan.
d.cap.à nobis.*28.*num.*10. *de ſentent excom-
municat.* ſequitur per quam optimè Ma-
gnus ille Sacrorum Canonũ Magiſter *Mar-
tinus Nauarr. in man.cap.*27. *num.*272. ex
dicto decreto Sacri Concilij *ſeſſ.*14.*cap.*7. *de
Sacramento pœnitent.* Quia in tali (articulo
(inquiens) mortis ſcilicèt)non ſolum habet
facultatem abſoluendi à peccatis, etiam re-
ſeruatis. ſed etiam à cenſuris. nec iterum
23 oporteret eum abſolui. ità *Nau.*& ipſe in et
*conſil.*4.*ex communicatus propter debitum
num.*2. *lib.*3. *de ſepulturis. Felin.in cap.pa-
ſtoralis.*11.§.*præterea.* in 4.*fallent. nu.* 12
de officio iudic.ordin. eſtq;*Gloſſ.*notab. in *d.*
§.*prætereà.*verbo *præterquam in mortis ar-
ticulo,*idem *Nauarr. conſ.*23.*an poſſit quis
in mortis articulo.nu.*1.2.*&* 3.*lib.*5. *de pœ-
nit.& remiſſion.Emanuel Sà in aphoriſmis.*
verbo *abſolutio.nu.*3.*Bonacina tom.*1. *ope-
rum in tract. de cenſuris diſputation.*1.*q.*3.
*punct.*3.*in propoſit. n.*8.*&* 10. Verum hanc
ipſam ſententiã apertius determinauit Gre-
gorius Nonus in *cap.Parochiano tuo* 14.*aliàs
fin. de ſepultur. extra*. Sequentibus di-
cens:

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro

ma-

manifeſtis exceſſibus fuit, dùm ageret in extremis, per Presbytorum ſuum, iuxta formam Eccleſiæ abſolutus, non debent cœmeterium, & alia Eccleſiæ ſuffragia denegari. ſic Summus Pontifex Gregorius.

Quid ergò ad hæc? Rationem autem duplicem Gloſſ. in verbo *denegari.* affert. primā: *Quia ex quo communicauimus ei viuo,* (dicens) *& mortuo communicare debemus. ſupra eodem ex parte. & 24.q.2.* ſanè. Alteram: *Quia cui vnum Sacramentum conceditur, vel negatur, & alia intelliguntur conceſſa, vel negata. 5.diſt. ad eius. 95.diſt. il-*
24 *lud. & 13.q.2.can. vltim.* Et hoc ipſum euidentiſſimè eruitur ex Alexādri Tertij diſpoſitione in *cap. in litteris. 5. de raptoribus,* quo loco excommunicatum raptorem, qui in ægritudine conſtitutus, & accepta pœnitentia de commiſſis per manum Cappellani ſui fuit à ſententia anathematis abſolutus; Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ appellatione poſtpoſita Claremonten. Epiſcopo Alexander Tertius mandat; neq; ei præcipit, vt exterius abſoluatur ampliùs, qui iàm à Sacerdote mortis in articulo abſolutus fuerat. Quia in articulo mortis nulla eſt caſuum reſeruatio. neq; illa in extrema retinetur neceſſitate. vt *Gl.* aduertit *ibid.* verb. *anathematis.* & *Gloſſella marginalis eodē loco.* ex dicto tex. Sacri
25 Concilij. Hanc ſententiam poſt *Innocent. d. cap. à nobis. 28. & Hoſtienſ. in ſumma tit. de ſepultur. quibus interdicatur,* ſequitur apertiſſimè *Cardin. Tolet. lib. 1. inſtructionis Sacerdotalis. cap. 16. nu 9. §. octauò abſolutus, & nu. 10. Ioannes Bertachinus Firmanus tract. de Epiſcop. part. 3. lib. 4. q. 13. num. 26. vol. 2. tractat. fol. mihi* 170. & hanc
26 ſequitur quoq; Pater *Diana*, vir ſanè ſine vlla difficultate doctiſſimus helluo (vt ita dicam) librorum, qui ſcriptores omnes peruoluit, *part. 5. reſolut. moralium tract. 3. de caſibus occurrentibus tempore mortis. reſolut.* 77. ſubſtinens cum *Philippo della Cruz* Hiſpano, & *Philiberto Marchino*, atquè *Trullenk*, & *Thoma Sanchez*, etiam Laicum
27 mortis in articulo excommunicatione nodatum abſoluere poſſe à cenſuris, quod *Nauarr. d. n. 172.* contra Panormitanum negauerat. ea planè ratione; quòd nolit Sancta Mater Eccleſia pia noſtra mater illo articulo quenquam ſine remedio remanere, neminemq; velit perire. ſententiamq; probabilē appellat. & dixerat ipſe quoq; *part. 3. tract. 4. de Sacramentis. reſolut.* 133 ex *Io. Valero. de differentijs inter vtrumq; forum. verbo abſolutio, different. 13. num. 2. & 3. Carolus Anton. Theſaurus* è Societate Ieſu. *de pœnis Eccleſiaſticis. part. 1. cap. 24. §. reſpondeo. 4.* idē *Diana in ſumma* verbo *confeſſarius quòad iuriſdictionem. n. 14. & part. 4. tract. 4. mi-*
28 *ſcellaneo reſolut.* 235. ſubſtinens etiam hæreticum Sacerdotem, ſchiſmaticum, & excommunicatum poſſe in mortis articulo abſoluere: Quia nimirùm Sacrum Trident. Concilium *d. cap. 7. ſeſſ. 14.* ſatis laxè diſponit, de omnibus Sacerdotibus; & de quibuslibet pœnitentibus, & à quibuſuis peccatis, & cenſuris. vt nihil non comprehenſum dimiſerit; ex ratione, quam affert; quia in Eccleſia Dei ſemper cuſtoditū fuit,
29 vt in articulo mortis nulla ſit reſeruatio. quod notatur expreſſis verbis in *d. cap. paſtoralis. 11. §. præterea poſtulaſti.* vbi etiam *Gloſſ.* verbo *præterquam in mortis articulo. de officio ordinarij.* & *Felinus* ibidem *nu. 12.* quem etiam in ſuperioribus retulimus. *Bonacina d. diſput. 1. q. 3. punct. 3. in 2. propoſit. num. 3. & diſputatione 2. q. 2. punct. 3. §. 3. num. 7.* expreſſiſſimis verbis hoc dicens. Data proinde abſolutione ex Eccleſiæ authoritate; nullum aliud ſupereſt impedimentū,
30 quin cum eo, quo cum viuo communicauimus, & mortuo communicare valeamus, Eccleſiaſticæ eum tradendo ſepulturæ, & pro eo orando, ex regula Leonis Papæ in *can. de communione. 1. 24. q. 2.* & ibidem *Gl.* verb. *non cōicauimus,* quam ſequitur quoq; Gelaſius Papa *in can. quicunq; 37. in fin. 11. q. 3. & Gloſſ.* in *can. Eccleſiam. 27.* verbo *celebrare. de conſecrat. diſt. 1. d. cap. ex parte 11. in fin. de ſepultur. & dict. cap. à nobis. 28.*
31 *§. nec obſtat. de ſent. excommunicat.* quæ ſanè regula etiam negatiuè locum habet; vt mortuo, quo cum non communicauimus viuo, nec tunc etiam communicemus mortuo, ex dictis ſacris Canonibus. & Vrbani II. verbis in *can. ſanè quod ſuper. 3. 24. q. 2.* & Fabiani Papæ *can. illi, qui. 3. in fi. 6. q. 1 Gl. in can. placuit. 12.* verbo *commemoratio 23. q. 5. dicto cap. ſacris. 12. in princ. de ſepultur.* & hanc eandem ſententiam ſequi videtur nouiſſimè *Pater Alphonſus de Leone tract. de cenſuris. recollectione 1. num. 502. 503. & ſeq. in 4. concluſ. & recollect. 3. num. 200. in 4. ampliatione.* & hoc ipſum apertiſſimè do-
32 cet *Gloſſ. in d. cap. Sacris* 12. verbo *non communicemus. de ſepultur.* quæ ſequentibus loquitur. *Niſi viuentes reconciliationem petierint, nec per eos ſtetiſſet: quia tunc abſoluendi ſunt poſt mortem. infra de ſent. excommunicat. à nobis.* Secus igitur erit ſi viuentes adhuc in mortis articulo abſoluti fuerint: quia nulla alia indigent abſolutione. *Nauarr. d. cap. 27. num. 272. & d. conſ. 4. de ſepultur. Bonacina d. q. 3. punct. 3. in 4. propoſit. num. 8. & 10. & d. diſput. 2. q. 2. punct. 3. §. 3. num. 7. ex Vgolino, Sayro, & Filiucio.*

Nec quicquam monſtrare; (obſtaculum quippe nullum facit,) quod ipſi obijciunt, ex
33 Innocentio Tertio *dicto cap. à nobis 28. de ſent. excommunicat. & dict. cap. Sacris 38. eod.* quibus Sacris Canonibus Innocentius, abſolutionis beneficium poſt mortem impendendum eſſe ijs excommunicatis decernit, qui cum pœnitentiæ ſignis deceſſerunt.

Satis nempè diuerſa, atq; diſtita ratio eſt

34 in vtroq; illis enim capitibus Innocentius
Tertius de ijs loquitur excommunicatis,
qui euidentia quidem pœnitentiæ ſigna animam agentes oſtendere, ſe ſuorum pœnitere peccatorum, morte tamen præuenti abſolutionis nõ potuere beneficiũ obtinere, vndè quamuìs apud Deum abſoluti credantur, non tamen habendi ſunt apud Ecclesiã abſoluti; quam ob cauſam, decernit Summus Pontifex Innocentius: vt ſi de ipſorum viuentium pœnitentia per euidentia ſigna conſtiterit, defunctis etiam abſolutionis be-
35 neficium impendatur. Nos verò hoc in facto in eo ſumus, qui in mortis articulo à proprio Parocho poteſtate ſibi facta à Sacris Canonibus, & à ſacro Tridentino Concilio (ab Eccleſia ſcilicet) à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſolutus fuit. Nulla proindè alia indiget abſolutione; Cùm & apud Deum, & apud Eccleſiam (cuius mandato proceſſit Sacerdos) abſolutus fuerit, & hanc diſtinctionem ſequitur *Nauarr. dict. man. capit. 27. numer. 272. & can. ſi quis poſitus. 2. de pœnit. diſt. 7. nu. 3. in fin. & in man. cap. 26. num. 31. & 32. & d. conſ. 4. de ſepultur. lib. 3. Gloſſ. d. cap. paſtoralis 11. §. præterea. verb. præterquam in mortis articulo. de offic. Ordin.* Toletus *Cardinal. d. cap. 16. num.* 10. palàmq; illam facit *tex. in cap. ſuper eo 2. & d. cap. in litteris 5. de raptoribus.* & ſequi quoquè videtur diſtinctionem hanc *d. Alphonſus de Leone de cenſur. d. recollect. 1. d. concluſ. 4. à n.* 502. *vſq; ad* 508. *& dict. recollect. 3. in 4. ampliat. num.* 198. *cum ſeq. ad nu.* 201. *Gratianus forenſ. part. 3. cap.* 410. *num. 5. & ſeqq. Emanuel* Rodriquez *in ſumm. part. 1. cap. 59. num. 18. in 16. concluſ. Victorellus in additionib. ad Nauarr. in man. d. cap. 27. ad d. num. 272. ex Suar. tom. 5. diſput. 12. ſect. 4. Bonacina d. q. 3. punct. 3. in 4. propoſit. nu. 8. & 10. & d. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 3. §. 3. n. 7.*
36 Neq; moueare quoq; ex *tex. in cap. Epiſcoporum. 8. de priuileg. in 6. & clement. eos, qui 1. de ſepult.* prohibentes excommunicatos publicè, Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ poſſe. tradentes verò in pœnas, & cenſuras illis Canonibus inflictas, dare.

Profectò quia textus prædicti in eos inſurgunt, pœnis, atq; cenſuris, qui excommunicatos publicè ad Eccleſiaſticam ſepulturam admittunt. Hic verò Ioannes Andreas excommunicatus haud erat, quando Eccleſiaſticæ traditus ſepulturæ fuit, iam ante mortem à proprio Parocho Sacrorum Canonum, atq; Tridentini Concilij facultate, à peccatis, & cenſuris abſolutus, ac Sacramẽ-
37 tis refectus. Non itaq; conueniunt verba dictorum textuum, vt eorum quoq; diſpoſitio nec conuenire debeat. *cap. indemnitatibus. 43. §. penult. de elect. lib. 6. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto. l. ita tamen. 5 ff. de adminiſtrat. & periculo tutor. Rota apud Card. Mantic. dec. 163. n. 5,* diximus *reſponſ* noſtra *62. n. 32. part. 3.*
38 Deinde quia Clemens V. in Concilio Viennenſi in *d. clement. 1 eos qui,* de ijs loquitur, atq; decernit, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, & excommunicatos publicè ſcienter ſepelire præſumunt, eoſq; ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere decernit. Hoc verò in facto nulla temeritatis propriæ audacia, neq; præſumptio intercesſit, cùm iure abſolutũ a peccatis, & cẽſuris, in mortis articulo, atq; Sacramentis refectum, defunctum iam, atq; ab humanis abreptũ, iurè, nec ſanè temerè, nec præſumptiuè Eccleſiaſticæ tradi-
39 derint ſepulturę. Quia ſi licuit cum eo communicare viuo; cur non etiã licuit cõmunicare mortuo, eumq; Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ? quam rationem nõ ineptam putauit *Diana part. 5. tract. 9. de excommuni-*
40 *catione reſolut. 97.* de ijs loquens, qui excommunicatum toleratum, Eccleſiaſticæ tradiderant ſepulturæ, quòd in pœnas dictorum textuum minimè dederint. & *ibid. reſolut. 88. §. non deſinam tamen,* & *ead. part. tract. 3. reſolut. 140.* & *in ſumma verbo ſepultura in loco Sacro. nu. 3.* ſequutuſq; fuit *Pater Alphonſus de Leone de cenſur. dict. recoll. 3. n. 198. & 199. Bonac. d. tract. de cenſ. diſp. 2. q. 2. punct. 3. §. 3. in 3. prop. n. 8. & ſeq.*
41 Verbum verò præſumpſerint, dolum, atq; temeritatem denotat: quam ob cauſam cõplectitur minimè eos, qui non dolo, nec temeritate, ſed bona fide, vel ſimplicitate quicquam fecerunt, quod eſſet alias ſub verbo ipſo præſumpſerint vetitum, docet *Card. Zabarella in clement. 1 num. 22. de priuileg. Nauarr. conſ. 19. de rebus Eccleſ. non alien. lib 3.* ſequiturq: *Quaranta in ſum. bullar. verbo alienatio. n. 9. & n. 50.*

Quis autem dolus, queue temeritas in eo perpendi poteſt, qui iure permittente fecit, atq; nõ excõmunicatum, ſed abſolutum iã, Sanctæ Matris Eccleſiæ facultate, Eccleſiaſticæ tradidit ſepulturæ? atq; opus tam piũ
42 impleuit, vt eſt mortuos ſepelire? *Tobiæ. 1. & 2 & cap. 12. 12.* Sic enim Angelus eidem.

Quando orabas eum lacrymis, & ſepeliebas mortuos; & derelinquebas prandium tuum, & mortuos aſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.
43 Iure ergò permittente Eccleſiaſticæ ſepulturæ Ioannis Andreæ Clerici cadauer traditum fuit. Nullam proindè pœnam merentur, qui tam pium opus fecere. ad *text. in l. Graccbus 4. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, l. fi. ff. quod quiſq; iuris. Gloſſ. in cap. conſultationib. 19.* verb. *remoueri. de iure patron.*
44 Si iurè, ergo iuſtè. Si iuſtè, ergò benè. Auguſtinus vti inductione argumentatur in *can. quid dicam 11. in fin. 14. q. 4.* Nec enim peccat, legem qui ſequitur. Ambroſius loquitur *can. quod Chriſtus. 26. circa fin. 23.*

q. 4.

Digitized by Google

q.4.& ibidèm eodem ſenſu Auguſtinus *can. qui peccat* 40.& *can. illud etiam* 46. ibidèm. Deſinant proindè & mortuos iugulare, & viuos perſequi. Nam, vt prouerbio fertur.
45 *Vt quis ſementem fecerit, ſic metet.* & omnes
46 *Labimur ſæuo rapiente fato.*
Seneca in Oed. dixit. atquè Lucretius lib.5.

Certè equidèm finis vitæ mortalibus adſtat.

Nec deuitari lætbum pote, quin obeamus.

Obiuit Ioannes Andreas, obibimus & nos. Audi Spiritumſanctum (*Eccleſiaſtici* 38.23.)
47 Sapientis ore monentem: *Memor eſto iudicij mei; ſic enim erit & tuum: mibi beri, & tibi bodiè.* & quia qua hora non putamus, filius hominis veniet. *Luc.* 12.40. Hæc cogita, hiſque immorare, ne excidas.

Atq; ità ex his, virga haud abiecta Sapiẽtis, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

48 Hac reſponſione perſpecta, eaq; perpenſa: Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus D. Carolus Carafa Excellentiſſimi Roccellæ Principis natus, Modernus Epiſcopus Auerſanus, D. Petrum Paulum Magliolam Sancti Ioannis Parochum, qui Ioannem Andream in mortis abſoluerat articulo, eiq; ſacramenta adminiſtrauerat viuenti, mortuũq; ad ſepulturam extulerat; quem carceri, ſcelere, quod putarat, peſſimo cõmotus, quòd excõmunicatum ſepultura donaſſet Eccleſiaſtica, detrudi mãdauerat, abſolutum, quòd nõ peccaſſet, abire permiſit. Quin ſanctè, planè, iuſtèq; quam ab alijs Sacerdotibus, qui funeri interfuerant, compoſitionem eius exceperant Miniſtri, reſtitui imperauit. Dignum ſanè tanti Præſulis facinus.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio, quæ Epiſcopo ſoluitur viſitanti pro victu debetur.*
*Qui ad perſonæ qualitatem, & conuictorum quantitatem debebitur.nu.*2.
*Ratione tamen babita moderantiæ.n.*24.
Modeſtiq; æquitatus, famulatuſq;
*Et boneſtus, & competens eſſe victus debet.n.*16.
*Eſt tamen in viſitandorum arbitrio, an illam in pecunia, vel victualibus ſoluere voluerint.n.*7.
2 *Alimenta ad perſonæ qualitatem, & conuictorum quantitatem dantur.*
Nec temerè illa taxanda.
*Quia non viuitur vento.n.*3.
*Pupillis pro modo facultatis conſtituuntur.n.*4.
*In dubio verò id, quod conſuetum eſt, decerni debet.n.*5.
*Quod ſi prætereatur ſit iniuria ei, cui debentur.n.*8.
*Ideò in bis ſeruanda conſuetudo.n.*13.
*Moderationis tamen, & neceſſitatis ratio babebitur.n.*24.
6 *Quod non mutatur, ſtare probiberi non poteſt.*
7 *Sacrum Tridentinum Concilium ſeſſion.*24. *cap.*3. *de reformat. de procuratione viſitanti ſoluenda deducitur, perpenditurq; & n.*23. *&* 24. *&* 37.
9 *Conſuetum quod eſt, ſeruari debet.*
Non tamen illicita perpetranda.
*Et id decernere Iudex debet, quod conſuetum eſt.n.*13.
10 *Definita iuſtè, differri non debent.*
11 *Malè fit, quod non iure fit. ergo iniuſtè.*
12 *Iuſtitiæ contra regulam quod eſt, conſequenterq; iniquum, permitti minimè debet.*
14 *Homo ſapiens in omnibus metuet. ex Eccleſiaſtico.*18.27.
15 *Sapientiæ eſt magnæ, reuocare bominem, quòd malè loquutus eſt.*
*Suumq; corrigere errorem.n.*16.
17 *Sapientis eſt mutare conſilium in melius.*
18 *Alimentis in taxandis perpendi debet, quod neceſſarium eſt ad vitam bumanam tranſigendam.*
*Attenta perſonarum qualitate, & facultatum quantitate.n.*20.
*Vt qui alendi ſunt, commodè ſubſtentari valeant.n.*22.
19 *Epiſcopus, qui aliquem ſine titulo certo ordinauit, alimenta conuenientia eidem præſtare debebit, donec ille beneficium obtinuerit.*
21 *Dos mulieri debetur ſecundùm facultates, et dignitatem mulieris.*
25 *Carnalia meti poſſunt ab bis, quibus ſpiritualia ſubminiſtrantur.*
Quia dignus eſt operarius cibo ſuo.
27 *Alimenta qui negat, necare dicitur.*
Et qui non paſcit, occidit.
*Qui verò alimenta defraudat bomo ſanguinis eſt.n.*28.
*Et qui poteſt dare, nec dat, alimenta ſubtrabit.n.*29.
Facitq; contra præceptum ſecundę Tabulæ. Non occides.
30 *Lex, quæ peccatum nutrit, & fouet. iniuſta.*
*Et ideò abolenda.n.*31.
Legis qualitates quę? ex Iſidoro.
Deq; eius eſſentia iuſtitia eſt, & boneſtas.
*Et ad bonum commune lex ordinatur. nu.*32.
Quæ peccatum deſtruit. & proptèr tranſgreſ-

greſſiones poſita eſt.
Eſt forma,quæ hominem ad finem determinat æternum.n.34.
Et eſt quædam regula.
Ordinatq; rationem.
Quam peruertit peccatum.
33 *Peccatum eſt nihil.*
Hominemq; ad non eſſe reducit.
Rationemq; peruertit. n.34.
Peccatum quid? ex Auguſtino.n.35.
36 *Factum inciuile partis Iudex corrigere debet.*
37 *Viſitatio quãto tempore abſolui debeat, Epiſcopi relaxatur arbitrio, ex Sacro Tridentino Concilio.*
Ratio redditur.n.46.
Temporis tamen celeritas debitam diligẽtiam prçuenire non debet. n.38.
Viſitationis præcipuus ſcopus, quis? nu.39.
Charitati verò Epiſcopi demandatur. nu.40.
Et vna die vnicam Baſilicam viſitet.
Nec amplius demoretur.
Tempus exquiritur in vno quoq; facto.
Neq; quis debet ſe præcipitare, vt perueniat.
Sed viri boni arbitrio remittitur.n.42.
Et ex natura rei in facto tempus ineſt. nu.45.
Quod non præfinitum Iudicis arbitrio remittitur.& n.51.
Ratio redditur.n.52.
43 *Deus omnipotens Mundum ſex diebus condidit.*
Vt nobis innueret, nos in tempore operari debere.
44 *Homo temporalis, tempore præfinitus in tẽpore operari debet.*
Mutabilitati ſubiectus, & nunquam in eodem ſtatu permanet.
46 *Animarum cura Epiſcopis demandata.*
Multò magis temporalium.n.47.
Cùm illę prętioſiores ſint.
Pro illis rationem reddere tenentur.n.48.
Omnibus rebus anteponendæ.n.49.
48 *Epiſcopi pro animabus rationem reddent.*
Iuſtiſſimo Iudici.n.57.
Qui ſine acceptione iudicat perſonarum.
Totius plebis animę Epiſcopis demandatę.n.50.
Curare proindè debent, ne quod animabus Chriſti Domini ſanguine redẽptis damnum accidat.
Alioquin quomodò fugient à iudicio gehennę? n.59.
49 *Chriſtus Dominus Dei verbum Philoſophorum omnium Magiſter.*
53 *Abſurdum quod eſt, ne cogitandum quidèm, nec dum dicendum.*
54 *Dilationum terminum, vel breuem reddere, vel efficere longiorem ex Iudicis pendet arbitrio.*
Ratio affertur.n.55.
55 *Iudex iuſta ſemper ex cauſa motus æſtimatur in his, quæ ex eius pendent arbitrio.*
Potiſſimùm ex qualitate perſonarum. n.56.
Atq; negotiorum grauitate.
58 *Horrendum eſt incidere in manus Dei Viuentis.*
Cuius iudicium fugi non poteſt.n.59.

ARGVMENTVM.

Procuratio Epiſcopo viſitanti debita, ſemel taxata, ad minorem taxam, quam prædeceſſores habuere, reduci nè valeat? Et an certum ſtatui tempus, vt illa abſoluatur, vel ſit illud Epiſcopo arbitrarium? ad ornatum *Sacri Tridentini Concilij ſeſſion. 24. cap. 3. de reform.* vbi plura, quòd in alimentis taxandis ratio haberi debeat dignitatis perſonæ, conuictorumq; quantitatis.

RESPONSIO XLIX.

QVæ duo declarata fuere aduerſus Dominum Epiſcopum Carhacen. eo nõ audito, moderanda veniunt.

Vnum, procurationis cauſa ſex tantummodò ſcuta in ſingulos dies eum accipere debere, ità planè vt procuratio vniuerſa tercenta ſcuta minimè excedat. Alterum, vt ipſa viſitatio totius Diœceſis intra quinquaginta dies compleatur.

1 Et ſanè primum. Quoniam procuratio
2 pro victu debetur. hic verò ad perſonæ qualitatem, conuictorumq; quantitatem commenſurari debet: & ſi quidèm moderatè, ac frugaliter. ne temerè alimenta decernantur. ad Vlpiani ſenſum lib. 1. de omnibus Tribunalib. in *l. ius alimentorum* 3. ibidemq; *Gl. ff.* verbo *debet. ff. vbi pupillus educari debeat.*
3 Et quidèm: Nec enim *Vento viuitur.* quod Alexander Auguſtus in alimentis pupillo taxandis perpendit in *leg. quod plerunq;* 2. ſiue *fin. C. de alimentis pupillo præſtandis.* idem Vlpianus lib. 36. ad edictum in *l. de omnibus*

quæ.

que.1.§.ſi pupillis tutores.ff. de tutelis. & rationibus diſtrabend. decernentes, in alimentis præſtandis eorum rationem habẽdam, quibus illa præſtantur. Paulus, quoq; lib.38.ad edictum in *l. cùm plures tutelam. 13.§.fin.ff.de adminiſtrat. tutor* illis verbis. *pro dignitate natalium conſtituet.* Impenſas ſcilicet alimentorum. nec alienus Imperatoris ſenſus videtur in *auth. res, quę C. comunia de legatis.* Illis etiam verbis. *pro modo honeſtarum perſonarum congrua.* Idẽ Alexander Cæſar. *d.l.2. ſiue fin. in initio C.*
4 *de alimentis pupillo præſtandis.* dicens: *arbitrio Prætoris alimenta pro modo facultatis pupillis, vel iuuenibus conſtituantur,* & ibidem *Bart. & Bald.* quem ſenſum in hiſce alimentorum terminis admiſit *Rota apud Verallum deciſ.21.nu.3.par.1 Aymon conſ. 189.in fin. Tiraquell. de nobilitat. cap.20.n. 136.& ſeq.& nu.140.cum ſeq.* & *Rota apud Card. Manticam deciſ.331.nu.4.5.& ſeq.& nu.7.&* 8. pluribuſq; *Cauallos. q.780. à nu. 21.cum ſeq. Rota apud* Coccinum *deciſ. 390.*
5 *nu.2.* Vt id (in dubio præſertim) alimentorũ nomine decernatur, quòd ſolitum fuit pręſtari, quodq; cæteris eiuſdem ordinis datũ fuit. ex Aburnij Valentis mente lib. 1. fideicommiſſorum in *l. cùm alimenta 21. ff. de alimentis, & cibar. legat.* At præſtata fuit pro alimentis, atq; viaticis, maior ſemper ſumma prędeceſſoribus Epiſcopis, & ad hãc rationem eidem Epiſcopo pro præterito, atq; nunc taxatur ad ſex ſcuta in ſingulos dies. Illa proindè renonda, non mutanda.
6 Quarè enim ſtare renuas, quod firmum eſt, nec mutatur? placuit id, iuſtumq; viſum fuit Iuſtiniano Cæſari in *l. ſancimus 27 in princ. C. de teſtament.* Bonifacio quoq; octauo in *cap. conſtitutio 41. in fin. de electione lib.6.* dicente ipſo. *Anteriora iura (cùm per eam immutata non fuerint)* conſtitutione ſcilicet Gregorij prædeceſſoris ſui) *obſeruari oportet.* Deducimus conſequentiam, nec ſanè illiberaliter, ex Sacroſancta Tridentina Synodo *ſeſſ.24. cap.3. §. ſit tamen: de reform.* accipe verba:

7 *Sit tamen in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id, quod erat ab ipſis antea ſolui, (certa pecunia taxata) conſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare.*

Quid mirum igitur quin conſueta pecunia nunc ſolui debeat, ſicut heri, & nudius tertius, vt antea taxata fuit; ni victualia ſubminiſtrare voluerint? Vtrum quorum duorum amauerint, ex eorum pendet arbitrio; non ſanè, quòd minorem ad ſummam taxata ſemel alimenta ad perſonæ qualitatem, conuictorumq; quantitatem diminuere valeant. Idem eſt nunc Epiſcopus, qui nudius tertius fuit, & hæc ipſa percepit alimenta, ſicut & eiuſdem præ-
8 ceſſores. Non leuis ergo, ac ſine iure, fit Epiſcopo iniuria, vt minus ipſe conſueto accipiat. non permittendum propterea. do verba Gregorij ad Maximum Salonitatũ Epiſcopum. *can. quemadmodùm 9. diſt. 12.* excipe illa.
9 *Quemadmodùm illicita perpetrari nõ patimur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non negamus.* nec abſimiliter ipſemet Gregorius *can. ſicut ſine 3.2.q.1.* inquiens: *ſicut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari; ità, quæ iuſtè diffinita fuerint, nulla patimur*
10 *excuſatione differri.* Vel itaq; iuſtè diffinita præſtabuntur Epiſcopo alimenta, ſicut heri, & nudius tertius: vel ſi negauerint; illicita perpetrabunt. hoc autem non iurè fit. ergò
11 malè. ergo iniuſtè. Auguſtini in hoc vtimur argumento ad Macedonianum in *can. quid*
12 *dicam. 11. in fin. 14.q.4.* Contra iuſtitiæ prondè regulam in minorem ſummam conſueta, præfinita, ſemel taxata alimenta, iurèq; debita, reducere tentabunt. non ergò permittendum. ex Innocentij III. præfinitione in *cap. poſt electionem 7. §. quoniam conſtitit.* qui eſt *fin. de conceſſion. præbend.*
13 ſeruanda ergo conſuetudo fuerit, quæ nũc vſq; ſeruata fuit in victualibus Epiſcopo præſtandis viſitanti. Ipſeq; Iudex quod cõſuetum fuit, decernere. poſt *Ancharan. conſ. 383. in fin. & Aymon. d. conſ. 189 in fin.* ſequitur *Gratian foren. par. 3. cap. 552. nu.8.* & ſequuta fuit Rota in *Romana dotis. 14. Martij 1635. apud Merlinum deciſ. 30. nu. 25. par. 7. recentiorum per Rubeum.* Mutã-
14 da ergò hæc nouiſſima taxatio erit. Homo namq; ſapiens in omnibus metuet. vt *Ec-*
15 *cleſiaſticus cap. 18. 27.* docet. Quin, *Magna ſapientia eſt, reuocare hominem, quod malè loquutus eſt.* verba ſunt Auguſtini in *can. magna. 10. 22. q 4.* nec longè ab eo diſceſſit Innocentius III. Verſillen. Epiſcopo, & Abbati de Alero ſcribens in *cap. qualiter, & quando 18. de accuſationib.* mandans, ac di-
16 cens: *Si contra præſcriptum ordinem tanquam homines exceſſiſtis, non pudeat vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores.* Cui ſententiæ ſatis propè Iuſtinianus Imperator acceſſit in *authent. de nuptijs collat. 4. in prin. §. nos autem.* Sanctiſſimis verbis loquens: *Non enim erubeſcimus, ſi quid melius, etiam horum: quæ ipſi prius diximus, adinueniamus, hoc ſancire; & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs expectare corrigi legem.* ita Imperator. eumq; ſequuta fuit *Gloſſ. d. cap. qualiter, & quando. 18.* verbo *corrigere.* accedirq; eidem Papinianus, magnus ille inter Iure Conſultos lib. 3. quæſtionum in *l. non nunquam 8. ff. de collatione bonorum.* & ipſe id laudans: *Non nunquam Prætor* (inquiens) *varietatem nõ repellit, & conſilium mutantis non aſpernatur.* hoc verò ratione, quam *Gloſſ.* verbo
17 *mutantis.* ibidem refert: Quoniam *Sapientis eſt mutare conſilium in melius.*

Neq;

18 Neq; id quidèm ſine ratione aſſerimus.
Cùm in alimentis taxandis, perpendi de-
beat, quod neceſſarium eſt, vitæ neceſſaria,
vt habeantur, eamq; modeſtè tranſigamus.
ſubminiſtrat non obſcurè nobis argumentū
hoc Alexander Tertius in Concilio Late-
ran. in *cap. Epiſcopus 4. de præbend. extra*.
19 Statuit nempè ibi in Concilio: Epiſcopum
qui aliquem ſine certo titulo ordinauit, tā-
diù ei neceſſaria ſubminiſtrare debere, do-
nec in aliqua Eccleſia ei conuenientia ſti-
pendia militiæ Clericalis aſſignet. Neceſſa-
20 ria dixit, atq; conuenientia: *Conſideratis*
ſcilicèt, *facultatibus Eccleſię, & dignitate*
ipſius Clerici. ex commento *Gloſſ.* ibidèm
verbo *neceſſaria*. quæ allegat *text.* ex Abur-
nio Valentino in relata ſuperius *l. cùm ali-
menta 22. ff. de aliment. & cibarijs legat.*
idemq; ſtatuit Innocentius Tertius in *capit.
cùm ſecundùm Apoſtolum. 16. de præbend.*
& ex Celſo lib. 11. digeſtorum in *l. quęro. 61.*
21 *ff. de iure dotium*. quatènus decernit, dotem
mulieri decernendam eſſe ex facultatibus,
& dignitate mulieris. Penſari quippè debet
in alimentis præſtandis, vt qui alendi ſunt
22 commodè ſubſtentari valeant. ad Gregorij
Septimi, vel vt alij dicunt Octaui ſenſum in
*cap. quoniam 9. de vita, & boneſtat. Clerico-
rum*. ibidemq; *Gloſſ.* & in caſus figuratione.
& verbo *expenſis*. ſequiturq; *Roland. à Valle
conſ. 74. n. 18. & 19. lib. 2.* pluribuſq; *Io. de
Amicis. conſ. 56.* & *Camillus Borrellus conſ.
71. per tot. Antonius Gamm. dec. Luſitan. 308.
nu. 13.*
Præſtatq; argumentum hoc nobis non
23 obſcurè ſacrum Tridentinum Concilium
d. ſeſſ. 24. cap. 3. §. interimq; caueant, dum de-
cernit de alimentis viſitanti debitis, ac lo-
quens: *Exceptis tamen victualibus, quæ ſibi,
ac ſuis frugalitèr, moderatèq; pro temporis
tamen neceſſitate, & non vltra erunt mini-*
24 *ſtranda*. Moderantiæ, atq; frugalitatis in
Epiſcopo viſitante præcipuè curam habuit
Sacroſancta Tridentina Synodus, temporis
verò neceſſitatis minimè oblita, ratione
etiam inita modeſti equitatus, famulatuſq.;
quod perpenderat antea Concilium Latera-
nen. Innocentio Tertio Summo Pontifice
in *capit. cùm Apoſtolus. 6. de cenſibus extrà.*
probaueratq; Clemens Tertius in *cap. cùm
ad quorundam 7. de exceſſib prælatorum*.
dictam Concilij Lateranenſis ſanctionem
innouans. & refert Gratianus ex Concilio
Toletano Septimo cap. 4. in *can. inter cæte-
ra 8 §. cùm verò Epiſcopus. 10. q. 3.* perpen-
ditq; *Gamma* Luſitanus *d. dec. 308. num. 13.*
vecturarum memoriam faciens ad perſona-
rum dignitatem; quibus cibaria debentur,
quorumq; ratio in alimētis taxādis habē-
da erit. nec recedit *Menochius de arbitrar.
lib. 2. caſu 170. num. 28. & ſeq.* & *Surdus de
aliment. tit 4 q. 8. Cauallos. d. q. 780. num. 4.
44. & ſeq. ac n. 51. Io. Franciſcus Leo* Epiſco-
pus Theleſinus in *Theſaur. fori Eccleſiaſtic.
part. 2. cap. 16. num. 33. Barboſ. de offic. & po-
teſtat. Epiſcopi part. 3. allegat. 73. nu. 96. &
ſequ.* & ipſamet Sacra Congregatio declara-
uit pluries. & anno 1626. in vna Capuitaquen.
25 viſitationis. Cum non ſit magnum, ſi hæc
pauca carnalia metant viſitantes Epiſcopi
ab ijs, quibus ſpiritualia ſubminiſtrant. iuxta
Apoſtoli Doctoris Gentium ſententiam. 1.
ad Corinth. 9. 11. dicentis: *Si nos vobis ſpiri-
tualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos car-
nalia veſtra metamus?* Dignus eſt enim ope-
rarius cibo ſuo. *Matthæi. 10. 10.* Chriſtus
Dominus nos docuit. & ſequutus fuit Boni-
facius Octauus in *cap. fœlicis. 3. de cenſibus.*
26 *in 6.* Quia nimirum honeſtus, & competens
eſſe victus debet, qui viſitanti Epiſcopo de-
betur, vt ipſemet Gregorius Nonus in Con-
cilio Lateranen. in *d. cap. cùm Apoſtolus 6. §.
Quocirca de cenſibus extrà.* perpendit. ſe-
quutaq; fuit *Rota apud Coccinum d. dec. 390.
n. 2.* & declaraſſe Sacram Congregationem
ad dictum *cap. 3.* acti Concilij refert *Bar-
boſa in collectan. Bullarum* verbo *viſitatio
verſ. viſitationem, &c.*
27 Alioquin necare dicitur, qui alimenta de-
negat neceſſaria. Paulus docet lib. 2. ſenten-
tiarum in *leg. necare videtur. 4. ff. de liberis
agnoſcendis*. nec minori Lepore Ambroſius;
ſi non paniſti (inquiens) *occidiſti.* relatus à
Gratiano *can. paſce. 21. diſt. 86.* ibidemquè
28 *Gloſſ.* verbo. *occidiſti.* occidit quippè quis
alium per ſubtractionem panis corporalis.
hunc enim qui defraudat, homo ſanguinis
eſt. Auguſtin. *canon. immolans 2. in fin. 14. q. 5.*
Necat quippè, qui alimenta ſubtrahit ne-
ceſſaria. Benedictus XI. in *extrauaganti inter
cunctas 1. in fin. §. qui ergo non miſeretur.
de priuileg. inter communes.* Neq; vnus, qui
29 aufert, ſed qui poteſt dare, nec dat, ali-
menta ſubtrahit. *Caſſaneus* docet *conſ. 1.
part. 4. num. 12.* necat proindè. contra præ-
ceptum ergò facit ſecundæ Tabulę. *Non*
30 *occides*. Iniuſta ergò lex eſt, quę peccatum
nutrit, ac fouet. Quia naturæ repugnat. *erit
autem lex, honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundùm
naturam, & ſecundùm patriæ conſuetudinē,
loco, temporiq; conueniens, neceſſaria vtilis.*
verba ſunt Iſidori ethymologiarū lib. 2. cap.
20. relati à Gratiano *can. erit autem lex. 2.*
31 *diſt. 4.* Abolenda itaq; lex erit, quæ iniu-
ſtitiam fouet, peccatumuè nutrit. Quia ni-
mirùm de eſſentia legis eſt, iuſtitia, & hone-
ſtas. ex *S. Thoma 1. 2. q. 95. art. 3.* prænarratas
legis qualitates ex Iſidoro explicans. quem
ſequitur *Nauarr. conſ. 1. nu. 11. in fin. lib. 5.*
32 *de apoſtatis.* Nam lex ordinatur ad bonum
commune. ex eodem *S. Thom. d. art. 3. &
eadem p. 2. q. 90. art. 2.* & *part. 3. q. 70. art. 2.
ad ſecundum.* atq; peccatum deſtruit. quia
lex proptèr tranſgreſſiones poſita eſt. ad *Ga-
latas. 3. 19.* & peccatum non cognoui niſi per
legem. ad *Roman. 7. 7.* quæ deſtruit pecca-
tum.

33 tum.quod nihil eſt; hominemq; ad non eſ-
ſe ducit. Iuxta illud Ioan.1.3. *& ſine ipſo*
factum eſt nihil.vt Gloſſ (inquit)in *can.con-*
*uertimini.*24.§.*hinc etiam medici*.verbo.*ve-*
*lut ab eo,qui non eſt. de pœnitent.diſtinct.*1.
34 Quoniam lex forma eſt, quæ hominem ad
finem determinat æternum,& eſt quædam
regula, vel menſura regulata. ſecundùm
S.*Thomam. d.q.*95.*art.*3. *in corpor.* Ordi-
35 natquè rationem; quam peruertit pecca-
tum; quod eſt dictum,vel factum,vel con-
cupitum contra legem Dei æternã.ex Augu-
ſtino lib.2.contra Fauſtum cap.27.quem ſe-
quitur,refertq;*Gloſſ.* in *can. ille Rex.*25.§.
peccatum.verbo *operatrix culpæ. de pœnit.*
*diſt.*3.admittitq; *Nauarr.in man.prælud.*7.
36 *n.*5.Inciuile ergò factum ipſos Eminentiſſi-
mos Patres coercere, dignum ſanè eſt,& iu-
ſtum.Vlpianus oſtendit in *l.medicus.*3. *in fi.*
ff. de varijs, & extraordinar. cognitioni-
bus.

Secundum verò quod ex primo infer-
tur: Cùm enim procuratio vniuerſa ad
ſex ſcuta in ſingulos dies nunc nouè ta-
xetur, addaturquè dummodò procu-
ratio in totum non excedat ducatos tercẽ-
tum, vtiq; ad id temporis viſitatio refrena-
tur, vt quinquaginta dies minimè excedat.
Limitibus itaq; finitur tempus,quo Epiſco-
37 pus viſitationem abſumat. At Sacrum Cõ-
cilium *d.cap.*3.*ſeſſ.*24. *de reformat.* §. *Quæ*
autem facilius viſitantis remiſit arbitrio
dicens:*Quæ vt facilius,feliciuſq; ſuccedant,*
monentur prædicti omnes,& ſinguli, ad quos
viſitatio ſpectat,vt paterna charitate, chri-
ſtianoq; zelo omnes amplectantur, ideoq;
modeſto contenti equitatu,famulatuq; ſtu-
deant quàm celerrimè,debita tamen cum di-
ligentia viſitationem ipſam abſoluere.
38 Ita nempè omnia temperauit Sacroſan
cta ſynodus monitione prædicta,vt tempo-
ris celeritas debitam diligentiam non per-
uerteret. neq; enim ita peruolare debet vi-
ſitans Epiſcopus, vt diligentiam omnẽ poſt
ſe habeat,quam viſitando adhibere debet:
39 Cuius præcipuus ſcopus eſt:*ſanam, ortho-*
doxamq; doctrinam, expulſis hæreſibus in-
ducere,bonos mores tueri,prauos corrigere:
populum cohortationibus, & admonitioni-
bus ad religionem,pacem,innocentiamq; ac-
cendere;cætera prout locus,tempus,& occa-
ſio fuerit, ex viſitantium prudentia ad fide-
*lium fructum conſtituere.*verba ſunt eiuſdẽ
Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi *d.cap.*3. §.
viſitationum autem omnium iſtarum. Cõ-
cinitq; his, quæ ex Concilio Cabilonenſi 2.
cap.14.in *can.cauendum eſt*.7.& ex Conci-
lio Toletano ſeptimo cap.4.in *can.inter cæ-*
tera 8.10.*q.*3.refert Gratianus.qui ſacri Ca-
40 nones charitatem expoſtulauere viſitantis
Epiſcopi,*vt in confirmandis hominibus, in*
inquirendis rebus emendatione dignis, in
prædicatione verbi Dei,& in lucris anima-
rum operam dent;nec amplius, quàm vna
die per vnamquamq; Baſilicam remorandi
licentiam habeant. Neq; porrò ſine pruden-
ti hoc iudicio factum:vt vna die per vnam-
41 quamq; Baſilicam demoretur. Quia tem-
pus exquiritur in vnoquoq; qui factum de-
bet:*Vt non diebus, ac noctibus,& omni tẽ-*
peſtate contempta iter continuare cogatur,
neq; tam delicatè progredi debeat, vt repræ-
henſione dignus appareat;ſed habita ratione
temporis,ætatis,ſexus,valetudinis id agat,vt
maturè perueniat,id eſt eo tempore, quo ple-
riq; eiuſdem conditionis homines ſolent per-
uenire. verbis loquimur Venulei lib. 1. ſti-
pulationum in *l.continuus* 137. §.*cùm ita*
42 *ſtipulatus.ff.de verborum obligat.* Eſt enim
hoc viri boni arbitrio remiſſum, *qui æſti-*
met quanto tempore diligens pater familias
efficere poſſit,quod facturum ſe promiſit.idẽ
43 loquitur Venuleius eod.loco. Et ipſe Om-
nipotens rerum omnium plaſmator Deus,
vt hoc nobis innueret hominibus, in tem-
pore nos operari oportere, Mundum ſex
dierum curſu condere ſtatuit, & die ſepti-
mo requieuit ab omni opere ſuo, quod pa-
trarat.*Geneſ.*2.1. qui in inſtanti illum creare
44 ſua omnipotentia poterat. Nunquid non
multò magis tempore,illoq; opportuno,vt
factum exquirit,quod inducitur, homo tẽ-
poralis, tempore præfinitus operari debe-
bit? Cùm ipſe mutabilitati ſubiectus ſit,nec
ſẽper in vno ſtatu manere poſſit.vt ex Hyp-
pocrate,eiuſq; Interprete Galeno Hierony-
mus aduerſus Iouinianum lib.2 dicit rela-
tus à Gratiano *can. ne tales accipiamus*.29.
*de conſecrat.diſt.*5. teſtatuſq; fuit Huſſita
ille patientiſſimus Iob.14.2.de homine lo-
quens,qui *fugit velut vmbra, & nunquam*
45 *in eodem ſtatu permanet*. atq;ex rei ipſa
natura venit,vt in facto, quod quis promit-
tit, tempus inſit, quod ſi certum lege, vel
ſtatuto,vel obligatione præfinitum non fue-
rit,Iudicis, (quaſi boni viri)arbitrio remit-
titur.ex eodem Venuleio *d.l.continuus*.137.
§.*cùm ita ſtipulatus.ff. de verbor. obligat*
eodemq; modo Pomponius lib.5. ad Sabi-
num in *l ſi ita ſtipulatus eſſem*.14.*ff.de ver-*
bor.obligat. Hinc ſanè factum fuit, vt Sacri
Canones,Sacrumq;Concilium nullum præ-
finirint viſitanti Epiſcopo tempus, ſed eius
charitati,arbitrioq; remiſerint: vt *quàm ce-*
lerrimè,debita tamen cum diligentia,viſita-
46 *tionem ipſam abſoluat.* Si enim animarum
cura Epiſcopis demandata eſt: quid mirũ
ſi hoc ipſum Epiſcopis dimiſere Sacri Ca-
nones,ſacrumq; Concilium, tempus deter-
minare,quo viſitationem abſoluant? Firmã
hanc perpenſionem reddimus ab ipſis San-
ctorum Apoſtolorum canonibus cap.41. à
Gratiano relatis *can præcipimus* 24. 12. *q.*1.
de diſtributione bonorum inter fideles fa-
cienda verba facientes, decernenteſq; illam
Epiſcoporum demandauere arbitrio; hanc

Digitized by Google

47 ſubdentes rationem : *Si enim* (inquientes)
animæ hominum pretioſiores illi (Epiſcopo
ſcilicet) *ſunt creditæ; multo magis oportet eũ*
curam pecuniarum gerere . Rationem con-
firmamus ex his , quæ Magnus ille Grego-
rius Vitali Defenſori Sardiniæ lib.7.epiſt.65.
relatus a Gratiano *can.cognouimus* 19.*in fi.*
18.*q.*2. ſcribit , de Epiſcopo loquens : *Qui*
48 *pro commiſſis ſibi animabus cõpellitur red-*
dere rationem . Commiſſæ ſunt illi animæ ,
pro quibus rationem reddet ; & non com-
miſſum erit illi arbitrium, quanto tempore
viſitationem abſoluet ? dicat tibi firmũ hoc
argumentum *Gloſſ.d.can. cognouimus.* ver-
bo *animabus*. quæ maximam hãc elicit: *Cui*
maius, committitur, & minus. Animæ com-
49 miſſæ ſunt; & nõ erit tempus? Audias (quæ-
ſo) Philoſophorum omnium magiſtrũ, Dei
Verbum, Chriſtum Seruatorem (*Matthæi* 6.
25.) ſic dicentem, docentemq; *Nõ ne ani-*
ma plus eſt quàm eſca: & corpus plusquàm
veſtimẽtũ? Anima verò Epiſcopi cura de-
mandata eſt : & non tempus, quo viſitatio-
50 nem abſoluat ? Nonnè totius plebis ani-
mæ Epiſcopo videntur eſſe commiſſæ ? vt
ex Concilio Anthiocheno Gratianus refert
51 in *can. quæcunq;* 5.10.*q.*1. Et non commiſ-
ſum erit ei tempus , quod ipſe arbitretur,
quo, pro animarum ſibi commiſſarum ſalu-
te, viſitationem abſoluat? Commiſſum ſanè.
ex relatis ſacris Canonibus, ac Sacro Tri-
dentino Concilio. nec longè ab hac perpẽ-
ſione abijt *Pauinus de viſitat.q.*4.*num.*24.
& 34. *Ioannes Franciſcus Leo in Theſauro*
*fori Eccleſiaſt.part.*2.*dict.cap.*16.*ſub.n.*32.
*Barboſ.de offic.Epiſcopi d.allegat.*73.*nu.*39.
& ſeq.& nu 43.*& in Collectan. Bullarum.*
verbo *viſitatio.verſ. viſitationem intra cer-*
tum tempus. Riccius Vici olim Epiſcopus
*part.*1.*prax.reſol.*708.*num.*2. Quid enim,
52 ſi quidquam Epiſcopo viſitanti , pro ſalute
inſtanti animarum, accidat; vt intra breuiſ-
ſimi temporis ſpatium explere non poſ-
ſit: imperfectum ne relinquet , ne tantiſper
demoretur; & peribit anima, ne tantuli tẽ-
poris inſumat?
53 Satis autem hoc abſurdum eſt, cogitare,
ne dicere quidèm. ad Cai ſenſum in *l.nam*
*abſurdum videtur.*7.*ff.de bonis libertorum.*
atq; Bonifacij VIII. in *cap.dudum venerabi-*
li fratri 14. §.*nos igitur.de præbendis in* 6.
& ibidèm *Gloſſ.* verbo *abſurdum*. nec aliter
Innocentius Tertius ſentit in *cap. quemad-*
modùm 25.§.*alioquin ſi poſt huiuſmodi iu-*
ramentum. de iure iurando extra. Nauarr.
*conſ.*4 *num.*1.*verſ.*3.*facit.& conſ.*8. *num.*4.
*verſ.*7.*quod è conratrio lib.* 3. *de voto, Eue-*
*rard.in loco ab abſurdo.nu.*1.*& ſeq.Marius*
*Antoninus Maceraten.variarum reſol.lib.*2.
reſolut. 32.*n.*13.

Prudenti igitur ſatis conſilio ſacri Cano-
nes, Sacrumuè Concilium Epiſcopi viſitan-
tis arbitrio hoc dereliquere iudicium. Quẽ-
54 admodùm dilationes omnes , vel longio-
res emittere, vel angustiores ex Iudicis pen-
det arbitrio. ex *Gloſſ. magna* in verbo *plenè*
potuit. poſt medium in *can.præterea.*2. *de*
*dilationib. extra. & Abb.ibid.num.*7. pateтq;
ex Diocletiani, & Maximiniani Cæſarum
ſanctione in *leg.*1. *C. de dilationib. Menoch.*
plenè *de arbitrar. caſu* 52. *numer.*7. *& ſe-*
quent.
55 Qui ſemper iuſta ex cauſa moueri æſti-
matur , vt meritò in arbitrarijs repræhendi
minimè poſſit. ex *Caſtrenſ.conſ.*299. *viſa*
*inquiſitione ſub.n.*4.*in fin.lib.*2.*Marius An-*
*toninus Maceraten.variarum reſolut.lib.*3.
*reſolut.*12.*num.*5. *in fin. Menoch. de arbi-*
*trar.lib.*1.*q.*70.*nu.*7.*&* 8.*Triuiſan.decis.*23.
*num.*16.*part.*2. *Rota apud* 5. *Memor.Greg.*
56 *XV.dec.*106.*num.*2. Si potiſſimum perſo-
narum acceſſerit qualitas, atq; negotiorum
grauitas . vt dixit, perpenditq; *Rota apud*
*Card.Caualer. dec.*103. *num.*6. ex Vlpiani
ſententia lib.36.ad edictum in *leg.videamus*
4.§.*item videndum, ff.de in litem iurando.* il-
lis verbis: *Et magis eſt, vt ex magna cauſa,*
& poſteà repertis probationibus poſſit. ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo. *ex magna cauſa. Meno-*
*ch.de arbitrar.caſu.*207.*num.*12. Ex nego-
57 tiorum ergò grauitate tẽpus ipſum viſita-
tionis arbitrabitur Epiſcopus, ne quod ani-
mabus, Chriſti Domini sãguine redemptis,
accedat damnum . vndè ipſe iuſtiſſimo Iu-
dici, qui ſine acceptione iudicat perſonarũ ,
(*Actuum* 10.35.) rationem reddere tenea
tur; dicatq; ei, quod *Lucæ* 16. 2. de Villico
dixit: *Quid hoc audio de te? Redde rationem*
villicationis tuæ; iam enim non poteris villi-
58 *care.* At horrendum eſt incidere in manu
Dei viuentis . verba ſunt Apoſtoli Pauli ad
59 *Hebræos.* 10.31. Et quomodò fugient à iu-
dicio gehennæ? quod Chriſtus Dominus
Phariſæos , & Scribas admonuit. *Matthæi*
23.33.

Atq; ità ex his, virga non abiecta Cenſo-
ris, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Reſponſionem hanc dedimus prò Illu-
ſtriſs. Domino meo Domino Cõſaluo Ca-
puto Epiſcopo Cathacen. qui mihi retulit,
Sacram Congregationẽ remiſiſſe videndum,
an conſtaret de conſueta taxa in præteritum
60 data . Verùm , dùm hæc ipſa prælo præ-
muntur, Illuſtriſſimus Epiſcopus ad patriam
euocatus, laborum percepturus remunera-
tionem, vitæ terminum fecit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Diuitias plurimi mortales æſtimant, ſed non magni eas faciendas Sapiẽtes omnes iudicant*

Ratio affertur ex S. Paulo. n. 2.

E fortunæ arbitrio mortalibus dari, putauere Gentiles. n. 4.

3 *Diuites valdè homines, bonos non eſſe. dicebat Plato.*

5 *Diuitiæ ſapientiæ comparatione nihil ducendæ.*

Diuitias fictiles. vocauere quidam. n. 6.

Quin in damnum vertuntur Domini ſui. ex Salomone. n. 7.

Rationem refert. n. 8.

Earum poſſeſſio inanis, ſi neſcias vti illis. num. 9.

Factum narratur. n. 10.

11 *Conductor fructus omnes rei conductæ percipit, & in eum omnis tranſit illius commoditas.*

Præſertim verò ſi ad longum tempus locatio concedatur. n. 12.

Licèt ipſe non poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe dicatur. n. 13.

Etiam iuris præſentandi. num. 14. & nu. 27.

Potiſſimùm ſi ad longum tempus locatio fiat. n. 15.

Quàmuis alij, etiam ſi ad modicum tempus. nu. 16.

Ratio redditur.

13 *Poſſidere, & in poſſeſſione eſſe vti diſtinctae habentur.*

14 *Ius præſentandi ad beneficium iuris patronatus, in fructu eſſe dicitur.*

Et ad Conductorem Caſtri ſpectat.

Atq; etiam ad vſufructuariũ vniuerſitatis bonorum. n. 17.

Etiam ad mulierem habentem dotarium quoad vſumfructum ſuper Caſtro. nu. 18.

Non tamen tranſit in ſequeſtrem, ſiuè ſequeſtratarium. n. 36.

Neq; in creditorem, qui in poſſeſſionem immittitur loco pignoris. n. 42.

18 *Mulier habens dotarium quòad vſumfructum ſuper Caſtro, præſentabit ad ius patronatus Caſtro annexum.*

19 *Vſusfructus nomine omnes includũtur fructus.*

Etiam ius præſentandi, quod in fructu eſt. nu. 20.

21 *Ius patronatus cum vniuerſitate tranſit bonorum.*

Et acceſſoriè venit, atq; vniuerſitati accedit. n. 22.

Caſtro vendito, vel locato, & ius patronatus accedit. nu. 24.

23 *Locus ſacer accedit cum vniuerſitate vendita.*

25 *Ius patronatus vna tranſit, donatione facta omnium bonorum ſtabilium, mobilium, iurium, & actionum.*

Secùs verò ſi iurium, & actionum ſimplicitèr donatio fiat. n. 26.

27 *Conductor nomine poſſidet locatoris.*

Eiuſq; locum tenet. n. 29.

Quam ob cauſam & ipſe præſentabit ad ius patronatus.

Et præſentare videtur nomine locatoris. nu. 29.

28 *Præſentatio facta ab exiſtente in poſſeſſione iuris præſentandi ſubſtinetur.*

Firmaq; atq; valida habetur.

Dabiturque inſtituto manutentio interim, etiam ſi ſuper validitate diſceptetur.

30 *Conductor ſuo nomine fructus percipit, quia conductor eſt.*

Quemadmodùm & dominus illos percipit. nu. 56.

Etiam iuris præſentandi. n. 31.

Quia in fructu eſt.

Duo tamen probare oportebit.

Et ſe conductorem.

Et locatorem in poſſeſſione eſſe præſentandi.

Et per eum facta præſentatio ſubſtinetur. nu. 33.

32 *Succeſſor vt validè præſentare valeat, ſufficit ſe probare in gradu ſucceſſibili eorum, qui in poſſeſſione ſunt præſentandi.*

33 *Inſtitutus ad beneficium iuris patronatus ad præſentationem eius, de cuius titulo diſceptatur, etiam ex vſurpatione, interim manuteneri debet.*

Quia ſua poſſeſſione interim priuari minimè debet. n. 34.

34 *Poſſeſſione ſua nemo interim priuandus.*

Quamuis de titulo diſceptetur.

35 *Sequeſter, ex rebus ſequeſtro ſubiectis, fructus non percipit.*

Sed in creditum compenſat.

Quia nullum habet ius, nudum miniſterium. n. 39.

Et in eum nulla transfertur poſſeſſio, neq; ius aliud, niſi vt detineat. num. 40. & n. 43.

36 *Ius patronatus, & præſentandi in ſequeſtrem non tranſit.*

Ratio redditur duplex. n. 37.

Nec compenſationem recipit. n. 38.

Licèt alij affirment. n. 44.

Sed ad bonum ſenſum reducuntur.

37 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris nomine fructus percipit, & in ſortem computat.*

Et qui ſuperſunt, reſtituere debet.

Vndè nec præſentare ad ius patronatus poterit. n. 42.

41 *Sequeſter, ſiuè ſequeſtratarius, quis nam dicatur?*

Nudam habet detentationem. n. 43.

Nudumq; miniſterium.

Digitized by Google

Niſi actum eſſet, vt etiam poſſideret.
Sequeſter quis ex Modeſtino.

45 *Ius patronatus tranſit hæreditate, permutatione, donatione, venditione.*
Non tamen ſolitariè, ſed cum vniuerſitate.
Quia eſt ſpiritualitati annexum.

46 *Conductor quis nàm dicatur?*
Qui rei conductæ mercedem numeratò ſoluit. n. 48.

47 *Locatio, & conductio ſine mercede non contrahitur.*
Et proxima eſt emptioni, & venditioni, nu. 51.
Et quomodò inuicem differant.

49 *Definitio cui conuenit, & definitum conuenire debet.*

50 *Sequeſtrum dupliciter conſiderari poteſt, & in actu primo, & in actu ſecundo.*

51 *Emptio, & venditio ſine pretio non contrahitur.*

53 *Depoſitum quo pacto à locatione, & conductione diſcernatur.*
Depoſitum quid?

57 *Bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus idem ius habet, quod dominus.*

ARGVMENTVM.

Conductor Caſtri, cui ius patronatus annexum eſt, an iurè præſentet ad illud vacans? & nùm facta per eum præſentatio, & inſtitutio admiſſa, iurè interim ſubſtineatur, ſi ſuper præſentationis firmitate diſceptetur? & an ſequeſter, vel depoſitarius præſentandi ius obtineat? Quiduè creditor, cui pignoris loco Caſtrum datum fuerit? In quo verò inter ſe differant emptio, & venditio, locatio, & conductio. Quiſuè depoſitarius, quiſuè ſequeſter dicatur, & quis nàm conductor?

RESPONSIO L.

1 Quas plurimi æſtimant mortales diuitias, non magni faciendas amatores omnes ſapientiæ, antiquis, moderniſq; temporibus docuere. Ea ratione, vt putamus, quam Doctor Gentium Paulus Apoſtolus 1. *ad Timoth.* 6. 9.
2 reddit dicens: *Nàm qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Hanc ob cauſam Plato 5. de legi-
3 bus: *Valdè diuites homines non eſſe bonos,*
4 aiebat. Et ipſi Gentiles è fortunæ arbitrio diuitias hominibus contingere putauere, citant illud Homeri Odiſſæ 2.

Iuppiter emetitur opes mortalibus ipſe.
Sic viſum vt fuerit, cuicunq; bonouè, maloue.

5 Cordatus verò vir, & ſapiens nihil diuitias ducit ſapiẽtiæ comparatione. ſic Sapiens ille. *Sapient.* 7. 8. de ſapientia loquens: *Et propoſui illam regnis, & ſedibus; & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. nec cõparui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.* Et quidèm iure, nàm
6 quidam Sapientes: *fictiles diuitias*, vocauere, quæ vt vas figuli luteum facilè rumpitur, ſic iſtæ, quàm facillimè depereunt. quin in damnum vertuntur poſſeſſoris, ſi neſciat eis
7 vti. *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole: diuitiæ conſeruatæ in damnum domini ſui.* teſtatur hoc ditiſſimus ille quondam, & Sapientiſſimus Rex Salomon *Eccleſiaſtes* 5. 12. rationemq; reddit:
8 *Pereunt enim* (inquiens) *in afflictione peſſima: generauit filium qui in ſumma egeſtate erit. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ. ſic reuertetur. & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Quid ergò prodeſt ei, quod laborauit in ventum? Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, at in*
9 *ærumna, atq; triſtitia.* Nàm inanis eſt poſſeſſio pecuniæ, ſi vti neſcias. vt dixit ille.

Quo mihi diuitiæ, ſi non conceditur vti?

& Tibullus.

Non tu corpus eras ſine pectore? Dÿ tibi formam.
Dÿ tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.

Sed inſipiens factus es, & in ſumma egeſtate mortuus, qui diuitijs abundabas.

10 Sic diuiti cuidam accidit, qui in ſumma egeſtate mortuus eſt. eius poſt obitum magnũ æs alienum apparuit. Habebat hic poſſeſſiones multas, Terras, & feuda. Inſtantibus verò creditoribus, eius poſt ſupremum funus Regium Conſilium Neapolitanum in omnibus, quæ illius fuerant ſequeſtrum appo-

Digitized by Google

appoſuit. Locat proindè ea Colonibus: inter
alia verò D. Carolus Caraſa Caſtrum con-
duxit. In Caſtro eſt Eccleſia, in qua vti de
iurepatronatus Laicorum Caſtri Dominus
Capellanum præſentat. Vacante ergò Ec-
cleſia Dominus Carolus Conductor Cap-
10 pellanum præſentauit, qui ab Epiſcopo inſti-
tutus fuit. Ab hæredibus autem defuncti
D. Carolo quæſtio mouetur; quòd ius præ-
ſentaodi ad vacanrem Eccleſiam in eum
translatum minimè fuit. Ipſum, Caſtrum
inſtantibus creditoribus à Iudice Laico,
qui ſequeſtrum appoſuerat, conduxiſſe: Se-
queſtratarij loco haberi, nō potuiſſe propte-
reà præſentare. reuocandam idcircò factam
inſtitutionem.

Cauſæ itaq; ſtatus in hoc ſedet, atq; duo
petit: Potuerit ne Dominus Carolus vti Ca-
ſtri conductor ad præſentandum admitti?
Et nùm interim ab eo facta præſētatio ſub-
ſtineri valeat?

Et potuiſſe præſentare, præſentatio-
nemq; factam interim ſubſtineri, reſpondi-
mus.

11 Et ſanè primom. Quia ex conductione
ius omne fructus percipiendi, atquè loca-
tæ rei commoditas, in conductorem
12 tranſit: præſertim verò ſi ad longum tempus
locatio concedatur. cùm ex ea etiam poſ-
ſeſſio transferatur. ex Paulo lib. 67. ad edi-
ctum in *l. poſſideri autem 3. §. fin. in fin. ff. de
acquirend. poſſeſſione. Euerardus* in locis ar-
gumentandi *loco à feudo ad emphyteuſim
num.* 5. quem ſequitur *Carocius de locato, &
conducto part. 2. tit. vti poſſidetis nu. 2 fol.* 58.
13 Licèt alias conductor non poſſidere, ſed
magis in poſſeſſione, eſſe dicatur, cùm non
ſuo, ſed alieno nomine poſſideat: & aliud ſit
poſſidere, longè aliud in poſſeſſione eſſe. iux-
ta diſtinctionem, quam Vlpianus lib. 23. ad
edictum tradit in *l. ſi quis antè* 10. *ff. de ac-
quirenda poſſeſſ. Menoch. de recuperanda
poſſeſſ. remed. 1. num. 62. & 65. Hieronymus
Magonius* Rotæ Lucenſis *decis.* 53. *num.* 22.
& 23. & dixit *Rota in Romana Locationis
25. Iunij* 1635. *coram Cardin. Veroſpio dec.
64. num. 2. & 20. part. 7. in recentiorib. per
Rubeum. Carocius de locato, & conducto
part. 2. tit. de præcario num. 2. fol.* 27. Ius ve-
14 rò præſentandi in fructu eſt, qui, vt diximus,
ad conductorem ſpectant. *cap. ex litte-
ris* 7. & ibidèm *Gloſſ.* verbo *ad firmam de
iure patronat. vbi Abb. num. 5 & Barbo a
in collectan. num. 4. cap. cùm ſeculum* 13. *eod.
tit. cap. cùm Bertholdus.* 18. vbi *Gloſſ.* verbo
15 *patrono. de ſentent. & re iudicat.* potiſſimùm
verò ſi ad longum tempus locatio fiat, ſecù-
dùm *Petrum Barboſam in l. diuortio* 8. *§. ſi
vir. nu.* 58. *ff. ſoluto matrimon. Didacus Spi-
no in ſpeculo teſtamentorum Gloſſ 4. nu.* 118.
& 119. cum ſeq. Vincentius Anna allegat.
109. *num. 3 part. 2. Ioan. Faber in l. ſi quis
ſine perſona.* 11. *in fin. C. de vectigalibus, &
commiſſis.* Ioannes Griuellius Senatus Dolani
*dec. 37. num. 22. & 23. Vitianus in praxi
iuris patronatus lib. 1. cap. 2. num. 80. & lib.
4. cap. 5. num. 26. & 27. Campanilis* Epiſco-
pus Laquedonen. *in diuerſorio iuris Cano-
nici rub. 11. cap. 13. num. 357. & 358.* qui
16 laxiorem hanc facit rem, etiam ſi modicum
ad tempus locatio fiat. rationem addimus
nos, quia etiam ad modicum tempus fru-
ctus omnes rei locatæ percipit; & iuſpa-
tronatus in fructu eſt. Quemadmodùm &
17 vſusfructuarius, qui fructus omnes percipit.
*Rota decis. 10. de iure patronat. in nouis. In-
nocent. Anton. de Butrio. Abb. alijq; in cap.
conſultationibus 19. de iure patronat. Rota
apud Cardin. Manticam decis.* 140. *num. 5.
& num. 12. Garſias de beneficie. part. 5. cap. 9.
numer. 22. & 23. & numer. 207 Riccius in
praxi par. 1. reſolut 162. n. 5. Marius Giurba
dec. 72. n. 6. Campanilis d. rub. 11. c. 13. n. 362.*
Potuit propterea præſentare. Quemad-
18 modùm mulier habens dotarium quoad
vſumfructū ſuper Caſtro aliquo, poterit inte-
rim vacāte Eccleſia, quæ Caſtro annexa eſt,
Cappellanum præſentare: Quia nimirum ius
præſentandi in fructu eſt. ita *Bartholomæus
à Capua in capitul. Regni mulier, quæ dota-
rium. de dotibus num. 4. verſ. ſed quæro. fol.
mihi* 88. facitq; *d. deciſio* 140. apud *Cardin.
Manticam num. 7. & ſeq ac num. 12. &* 13.
19 Vſusfructus verò nomine fructus omnes
includuntur, & omnis fructus rei, nullo pe-
nitùs excluſo, ad eum pertinet, ad quem
vſusfructus. Apertiſſimè Vlpianus lib. 17 ad
Sabinum in *l. vſufructu legato 7. ff. de vſu-
fructu.* & Pomponius in *l. vſufructu bono-
rum 69. in fin. ff. ad legem falcidiam*: Nec
minori lumine Scæuola lib. 33. digeſtorum
in *l. Vxori meæ. 37. ff. de vſu, & vſufructu
legato.* Interpellatus quippè ipſe: an facto
legato vxori vſusfructus bonorum meorum
per virum; omniū bonorum debeatur vſus-
fructus: fatur ipſe: *Reſpondi, ſecundùm ea,
quæ proponerentur, omnium pertinere.* In-
20 cludetur proptereà & ius præſentandi, quod
Caſtro annexum eſt, cuius fructus omnes
percipit. *Rota apud eundem Cardinalem
Manticam dict. deciſion.* 140. *numer. 5.
6. & 7. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1.
cap. 24 num. 4. Barboſa in d. l. diuortio 8. §. ſi
vir. n. 57 & 59. ff ſoluto matrim. Garſias de
beneficie d par. 5 d. c. 9. n. 22. & n. 207.*

At Caſtri fructus omnes ex conductione
percipit D. Carolus. præſentabit proptereà:
quia præſentatio fructus eſt. neq; debet hic
fructus excludi, quin in omnium fructuum
perceptione includatur.

21 Et quidem iuſpatronatus cum vniuerſi-
tate tranſit bonorum, quibus annexum eſt.
*d. cap. ex litteris. 7. & cap. cùm ſeculum 12. de
iure patronat. d. cap. cùm Bertoldus* 18. *de
22 ſentent. & re iudicat.* acceſſoriè quippè ve-
nit, & vniuerſitati accedit, iuxtà Vlpiani lib.
28.

28.ad Sabinum in *l.in modicis* 24. *ff. de con-*
trahenda emptione. ſenſum ; dum ratio-
23 nem reddit ipſe,quare locus ſacer in vendi-
tione includatur. *Quia* (inquiens) *non ſpe-*
cialiter locus ſacer, vel religioſus venijt ; ſed
emptioni maioris partis acceſſit. ſic Vlpianus.
cui accedit *Gloſs*.ibidèm verbo *acceſſit*.quã
24 ſequitur *Romanus ſingular*.59. tranſit
proindè cum ipſo Caſtro vendito, vel loca-
to,ſicut cum eo ius omnes percipiendi fru-
ctus, tranſijt. ad regulam *acceſſorium* 42.*de*
regulis iuris in 6.*can.decernimus*.32.16.*q*.7.
Abb.d.cap.ex litteris.7.*num*. 5.*&* 10.*de iure*
patronat. Rota apud Dominum Auguſtinũ
*deciſ.*1152.*num*.1.*&* 2. *part*.3.*lib*.3. *diuerſ.*
& apud Card.Manticam deciſ.162.*nu*.2. Io.
Azor.Inſtitut.moralium part.2.*lib*.6.*capit.*
20.*q*.8.*Garſias de benefic.d.par*.5.*c*.9.*nu*.32.
33.*&* 34. *Marius Antoninus Maceraten.*
variarum reſolut.lib.1. *reſolut*.40. *num*.5.
Rota apud Cardin.Caualcr.dec.197.*num*.4.
& deciſ.399. *numer*.1. *&* 2. *in recentiorib.*
part.2.
25 Quemaemodùm item donatione facta
omnium bonorum mobilium, ſtabiliumq.,
iurium,actionumuè, iuſpatronatus illis an-
nexum , pertranſit. *Berous conſil*.66.
numer.29 *& conſ*.78. *numer*.2. *lib*.3. *Bald.*
conſil.32.*numer*.3.*lib*.1.*Ferrettus conſ*.343.
num.16.*part*.2.*Put.dec*.351.*part*.2. *Rota*
apud Dominum Auguſtin d.deciſ.1152.*n.*
3.*part*.3.*diuerſorum.& dict.dec* 399.*num*.2.
part.2.*in recentioribus. Ioſeph Ludouicus.in*
concluſionibus iuris titul. de iurepatronat.
verſ. declaratur.2. *fol.mihi*.58. *Rota apud*
Cardin.Seraphin.dec.725.*n*.1.2.*&* 3. reie-
cta ſententia *Innocentij in d.cap.ex litteris.*
7.*num*.2. *& Cardinal.ibidem,q*.11.*de iure-*
patronatus.Genuenſ.in praxi Epiſcopali cap.
101.*num*.3. *varia de iurepatronat.* impreſſa
Romæ anno 1609.& dictum fuit in *Melphit-*
ten.iuriſpatronatus 27.*Maij* 1619.*coram*
26 *Vbaldo*.in manuſcriptis. Quamuis quidèm
in donatione iurium,& actionum ſimplici-
tèr iuſpatronatus minimè includatur.vt *Ro-*
ta apud Auguſtinum tenuit *dict.deciſ*.1152.
n.4.*par*.3.*diuerſ.Genuenſ.in praxi d.c*.101.
num.3.

Secundum verò : Quòd præſentatus cùm
fuerit Rector à Conductore in poſſeſſione,
vel quaſi exiſtente iuris præſentandi ex per-
27 ſona ſui principalis, cuius nomine poſſidet
vti Conductor, eius vtiq; præſentatio firma
remanet,vt remoueri interim minimè poſſit
inſtitutus,quamuis cõtrarium poſtmodùm
appareret,ad principalem iuſpatronatus nõ
ſpectare. decernitur id quàm apertiſſimè
d.cap.cùm Bertoldus 18.*de ſentent. & re iu-*
dic. d.cap. ex litteris 7.*& cap.conſultationi-*
28 *bus*.19. *de iurepatronat.* Quia nimirùm
quaſi ipſa poſſeſſio iuris præſentandi ſatis
ſufficiens æſtimatur ad factam præſentatio-
nem firmam, validamquè habendam. *cap.*
cùm Eccleſia Sutrina 3. §. *nos igitur*.& ibi-
dem *Gloſſ*.verbo. *in trium Epiſcoporum.*
de cauſa poſſeſſionis,& proprietat. & ibidem
Scribentes,Abbas conſ.54.*n*.2.*par*.1. *Rota*
apud Card.Seraphin. dec.875.*nu*.3. *& apud*
Card.Caualer.dec.55.*n*.4.*& d dec*.197.*n*.1.
& apud S.Mem.Gregor.XV.dec.452.*n*.14.
& ſeq. & apud eundem Card Seraphin.dec.
884.*n*.3.*& apud Card.Mantic.dec*.86.*nu*.1.
& ſeq.& in recentior.part.1.*tom*.1.*dec*.224.
n.1.*& par*.2.*tom*.1.*dec*.441.*num*.3. *& apud*
Coccin.dec.464.*n*.1.*& dec*.469 *n*.1. *&* 4.*&*
apud Duranum dec.413.*n*.1. *par*.2. *Hercu-*
les Mareſcottus lib.1.*variarum reſolut.cap.*
55.*n*.16.*& ſeq.Gonzalez ad regul*.8.*Cancell.*
Gloſſ.45.§.2.*n*.6. *Maranta* noſter *tract. de*
remedijs poſſeſſor. *n*.216. *Vincent. de Fran-*
chis dec.85.*n*.2.*Rota in Romana iuriſpatro-*
natus 13. *Martij* 1630. *coram Merlino dec.*
362.*n*.2.*&* 4.*par*. 5. *diuerſorum nouiſſimar.*
ſiue recentiorum.& apud S. Memor.*Gregor.*
XV.dec.349.*n*.1. *Maceraten.variarum reſo-*
lut.lib.1.*reſolut*.104.*n*.7.
29 Neq; enim conductor proprio præſentat
nomine, ſed locatoris , cuius locum tenet,
nomineq; eius poſſidet. Paulus lib.12. ad
Sabinum in *l.quamuis* 32. §.*ſi conductor.ff.*
de acquirenda poſſeſſione.& Pomponius lib.
73. ad Quintum Mutium in *l.ſi id,quod*.25.
§.*& per colonos*. idemq; Paulus lib.10. ad
Sabinum in *l.qui vniuerſas*. 30. § *quod per*
colonum. ff.eod.de acquirenda poſſeſſ. & in
his per *Doctor*.Alexander Auguſtus in *l.qui*
ex conducto.1.*C.communia de vſucapionib.*
Magonius d.deciſ.53.*num*.24.Rotæ Lucen-
ſis.*Rota in dicta Romana locationis coràm*
Card.Veroſpio d.deciſ.64.*num*.7. *par*.7.*re-*
30 *centiorum per Rubeum.* Suo tamen nomi-
ne fructus percipit,quia conductor eſt. ex
Vlpiano lib.32.ad edictum in *l.ex conducto.*
16.§.*ſi vis tempeſtatis*.& Papiniano lib.4.re-
ſponſor.in *l.ſi vno anno*.18.& Caio lib.10.ad
edictum prouinciale in *l.ſi merces*.18. §.*vis*
maior. & Africano lib.8. quæſtionum in
l.ſi fundus 36.*ff.locati. & conducti.* & ex Ia-
boleno in *l.in fructu* 42.*aliàs penult.* & ibi-
dẽ *Gloſſ.ff.de vſu,& uſufructu legato.Caroc*
de locato,& conducto par.2.*tit.de collectione*
immatura num.1.*& ſeqq.fol.mihi* 39. In
31 fructu autem ius præſentandi eſt. ipſe igitur
iure præſentabit. Duo verò probatione præ-
ſtabit,& ſe conductorem , & locatorem in
32 poſſeſſione eſſe iuris præſentandi . Quem-
admodùm & de ſucceſſore dicitur,ſufficere
ſe probare in gradu eſſe ſucceſſibili eius, qui
in poſſeſſione eſt præſentandi. ad tradita per
Molinam de Hiſpan.primogen.lib.3.*cap*.7.
num.7.quem ſequuta fuit *Rota apud Sanct.*
mem.Gregor.XV.d.dec.349.*num*.1.& ibidem
Beltramin. addens lit.A. iuxtà tradita per
Rotam apud Creſcentium dec.9.*ſub num*.1.
de iur. patronat. quam ſequuta fuit apud
Cardin.Seraphin. deciſ.1334. *num*.7. *&* 8.

eamq;

eamq; ſequuta fuit *Rota apud Card.Caual. deciſ.395.num.1.& 2.*& in *Regien. iuris patronat.10. Iunij 1623. coram Pirouano dec. 17.nu.4.apud Viuianum in praxi iuris patronatus.*

33 Subſtinebitur proindè interim præſentatio,& inſtitutio inde ſequuta per conductorem Caſtri facta,at inſtituto manutentio dabitur; quia in poſſeſſione reperitur, donec ſaltim de iure præſentantis diſcutiatur;quiuis in præſentante præſumptio caderet vſur-
34 pationis,cùm nemo ſua ſit poſſeſſione priuandus. vt ſatis perbellè dictum fuit in vna *Toletana Beneficij 27. Iunij 1622. coràm Card.Caual.dec.609 n.6.*

Verùm quòd Domino Carolo Caſtri cōductori opponebant quidam,erat: Quòd ipſe ſuccedere videbatur loco ſequeſtratarij;nam per Iudicem ſequeſtrum appoſitum fuerat creditoribus agentibus in omnibus defuncti bonis, ipſe verò a Iudice conduxerat,ſequeſtri proindè loco habebatur. Se-
35 queſter verò fructus nō percipit, niſi q̄ in creditum compenſat; quam ob cauſam ius
36 patronatus,& præſentandi non comprehenditur,quia nullo modo ex eo, vti ex fructu ſibi ſatis fieri,poterit:quia talis fructus æſtimari nonpoteſt. vt apertiſſimè dixit *Gloſſ. fin.*paulò pòſt princip.*verſ.ſed alia ratio eſt. in d.cap.cùm Bertoldus 18.de ſentent.& re iudic.& ibid.Abb.num.2.Gloſſ.in dict.cap.ex litteris 7.*verbo *ad firmam in fin de iure pa-*
37 *tronat.* Rationem duplicem refert *Rota apud Cardin.Manticam d.dec.140. num.12.* Cum,quòd creditor debitoris nomine fructus percipit, quos, debito exoluto, reſtituere debet,vel in ſortem imputare. ex Alexandro Tertio in Concilio Turonen. in *cap. 1.*& ad Archiepiſcopum Cantuarien. in *cap. 2.de vſuris.*Idemq; dixere Imperatores Seuerus,& Antoninus in *l.1.*& Alexander Cæſar in *l.2.C.de pignoratit.act.* Tùm,quòd fru-
38 ctus, qui in præſentatione conſtat, neq; debitori,debito exoluto,reſtitui poteſt,neq; compenſationem recipit, quia cum debito compenſari minimè poterit.vt *Gloſſ.*ſequitur in *d.cap.cùm Bertoldus 18. in Gloſſ. fin.* & admiſit *Rota apud Duranum deciſ.298. num.8.part.2.& apud Card.Caualer.d.dec. 197.num.4.Garſias de benefic. par.5.cap.5. num.11.& d.cap.9.num.21.in fin.Viuianus de iure patronat.lib.1.cap.2.nu.81.*magiſq; communem hanc exiſtimat ſententiam *Cauallos commun.contra communes q.740.*
39 *num.3.& 4.* rationem reddit ipſe: quia ſequeſter nullum habet ius, ſed nudum tantummodò miniſterium.

Et quidèm hoc ipſum eorum aſſumptum ſtare vtiq;potuiſſet, quando creditores,vel quiuis alius, etiam Iudex;vel lite pendente inter duos,vel pluribus de poſſeſſione contendentibus apud Dominum Carolum Caſtrum depoſuiſſent,vt interim ſequeſter eſ-
40 ſet:Quoniam in ſequeſtrem,ſiuè ſequeſtratarium nulla transfertur poſſeſſio, neq; ius aliquod, niſi vt detineat. ex Florentino lib. 7. inſtitutionum in *l.licet deponere 17.§.*
41 *rei depoſitæ.ff.depoſit.* Sequeſter enim (vt *Gloſſ.*in *cap.examinata 15.*verbo *ſequeſtratam de iudicijs.*definit)is dicitur;apud quem res in iudicium deducta communiter a liti-
42 gantibus deponitur. Non vtiq; ipſe præſentare valuiſſet,quia fructum hunc percipere minimè potuiſſet.Nimirum,quòd ſi qui iure pignoris rem detinet, quamuis bonorum vniuerſitatem detineat, fructum hunc iuris præſentandi carpere minimè poteſt, quòd non is ſit fructus, ex quo creditor ſatisfieri valeat.vt *Rota* dixit apud *Card. Manticam d.dec.140.num.12.*& apud *Duranum d.dec. 298.num.8.par.2.Cauallos d.q.740.num.4.*

43 Multò vtiq; magis, neq; ipſe ſequeſter, apud quem nuda dumtaxat detētio manet, nudumq; miniſterium,id poterit, niſi fortaſſè aliud actum eſſet, vt etiam poſſeſſio in ipſum transferretur, quod Florentinus innuit in *d.l.licet deponere 17.§.rei depoſitæ. ff.*
44 *depoſiti*: vt hoc planè modo exaudiri debeant ij,qui nec extrà rem ſubſtinent, poſſe ſequeſtratarium Caſtri fortaſsè,vel vniuerſitatis bonorum præſentare. quos refert
45 *Cauallos d.q.740.num.1.& 2.* his nempè modis ius patronatus tranſit,vt *Gloſſ* ſequitur in *cap.cùm ſæculum.13.*verbo *emptorum. de iure patronat.*

Iura patronatus tranſire facit nouus hæres.

Res *permutata,donatio,venditioq;*

Si cum vniuerſitate ſcilicet bonorum venditorum ius patronatus tranſeat, alioquin ſolitariè inutilitèr venditur. ex *Gloſſ.* ibidem; Quia eſt ſpiritualitati annexum. ex Alexandro Tertio in *cap.de iure verò 16.de iure patronat.*

At verò Dominus Carolus non vtiq; ſequeſter, ſed eſt verè conductor. tranſiuit proindè in illum omnis commoditas, omneq; ius fructus percipiendi vniuerſos ex Caſtro conducto, vti in omnem alium conductorem tranſit,vt diximus. potuit idcircò, & hunc iuris præſentandi fructum percipere,vt alios omnes percipit conductor,cùm ius præſentandi in fructu ſit, agnoſcaturquè, vt in ſuperioribus diximus, perpendimuſq;

Minorem, quam tradidimus, adſtruimus.

46 Conductor is planè dicitur, qui rei conductæ penſionem, eamq; numeratè ſoluit. apertiſſimè Vlpianus lib.30.ad edictum in *l.1. §.ſi quis ſeruum.*& ibidem *Gloſſ.*verbo *non ſtabatur.ff.depoſiti.*idem ipſe lib.18. ad Sabinum in *l.cæterum.4. ff.de vſu, & habitatione.*ex Proculo,eum cōductorem agnoſcens, qui locatæ rei penſionem ſoluit. nec longè abijt ipſe idem in *d.l.1. §.ſi veſtimenta. ff.depoſiti*. Ex conducto eum teneri docens,

cēs,qui mercede accepta rerum cuſtodiam
receperat.& ibidem *Paulus de Caſtro*, etiā
in ſummario.apertiſſimè omnium Caius lib.
2.rerum quotidianarum in *l.locatio* 2.*ff. lo-*
47 *cati.* ſequentibus loquens: *Locatio,& con-*
ductio contrahi intelligitur , ſi de mercede
conuenerit. Mercede,in pecunia conſiſtente
Gloſſ. ibidem commentum agit. pluraq; ad
hanc materiam locationis, & conductionis
cumulat *Barnabas Briſſonius* eruditiſſimus
ille Pariſienſis Senatus Præſes *de formulis,*
& ſolemnibus Populi Romani verbis lib.6.
*fol.*573.§.*emptioni,& venditioni.& fol.*580.
plura proferens ex Iuriſconſultis conductio-
48 num exempla. Is itáq; conductor eſt,qui rei
conductæ mercedem ſoluit,eamquè nume-
ratò.ſed itá Dominus Carolus á Iudice Ca-
ſtrum accepit , vt numeratò conductionem
ſolueret. Eſt ergò conductor, non ſequeſter,
neq; depoſitarius . vt paulò antè præcitati
Iurisconſulti Vlpianus, & Caius locis ſupra
49 relatis docent . Conuenit proindè ei defi-
nitio:congruet conſequentèr & definitum.
ex Ariſtotelis regula 6.*Topicorum* . Admit-
tuntq; noſtrates ex Paulo lib.28.ad edictum
in *l.mutuum damus.2.* §.*appellata.ff. de re-*
bus creditis,& ſi certum petatur. ex Vlpia-
no lib. 1.ad edictum in *l.hoc edicto.*1.§.*do-*
lum.ff.de dolo. ibidemq; *Bart. in ſummario.*
& in *l.ſi quis ſeruo* 20.*in* 2.*notab. num.*2. C.
*de furtis. Rota in recent.part.*1. *tom.*2.*deciſ.*
509.*num.*5.diximus *reſponſ.*noſtra 39.*num.*
11.*part.*3. *Nauarr. in manual. prælud.*7.
*num.*5.

Vti conductor itáq; & hunc colligere fru-
ctum potuit Dominus Carolus præſenta-
tionis ad ius patronatus , cum in fructu ſit.
Collegit,preſentauit.firma perſtabit idcircò,
quam dedit,præſentatio,quæq; ab Epiſcopo
admiſſa fuit. Quia á poſſeſſore facta, vt in
ſuperioribus ad ſecundum quæſitum re-
ſpondimus.

Neq; profectò,ex quo á Iudice,qui rebus
hæreditarijs ſequeſtrum appoſuit, locatum
Caſtrum Dominus Carolus accepit , ideò
minus conductor ipſe erit, vt ſequeſter dici
valeat. Non enim eius nomine ſequeſtrum
appoſitum fuit, nèq; pignoris nomine Ca-
ſtrum accepit; conduxit verò, vt numeratò
mercedem ſolueret conuentam . Soluet, &
ex numeratò Iudex creditoribus ſaciet ſa-
50 tis.Licèt igitur in cauſa,atq;in actu primo,
ſiuè in potentia ſequeſtrum dicatur , quia
ex dato per Iudicem bonis defuncti ſeque-
ſtro, locatio originem trahit;in actu tamen
ſecundo, atq;in exercitio, ſiuè dicamus in
effectu, verè locatio eſt,& cōductio.vt Caius
*d.l.*2.*& §.adeò autem.ff.locati* docet:proxi-
51 ma eſt enim locatio,& conductio,emptio-
ni,venditioniq; *Nàm vt emptio,& venditio*
contrahitur.ſi de pretio conuenerit:ſic & lo-
catio,& conductio contrahi intelligitur:ſi de
mercede conuenerit. ſic Caius. Quemadmo-
dùm & Iabolenus lib. 11. epiſtolarum in
*l.conuenit mihi.*65. *ff de contrahend. empt.*
52 diſtinctionem tradit ad dignoſcendum ,
quo nam modo emptio,& venditio,ab loca-
tione,& conductione diuidátur. *Toties enim*
(reſpondens)*conductio alicuius rei eſt, quo-*
ties materia,in qua aliquid præſtatur in eo-
dem ſtatu eiuſdem manet . Quoties verò. &
mutatur, & alienatur:emptio magis,quā lo-
*catio intelligi debet.*eiuſdemq;ſenſus videtur
Pomponius lib.8. ad Sabinum in *l.Sabinus*
*reſpondit.*20.*ff.eod.de contrahend. emption.*
quam legem allegat *Gloſſ.* in *d.l.conuenit* 65.
verbo *debet*. ampliſſimè hanc materiam
emptionis, venditioniſq; pertractauit *Bar-*
nabas Briſſonius de formulis.d.lib.6. ab ipſo
*initio fol.*547.*cum ſeqq.*Eodem planè modo
53 ad dignoſcendum, an depoſitum,vel magis
locatio , vel conductio fuerit, eadem diſtin-
ctionis ratio adhibetur , vt ſi nulla merces
pro cuſtodia detur, depoſitum agnoſcatur,
ſin autem merces interceſſerit,conductio in
54 promptu eſſe dicatur . Nàm depoſitum eſt,
quod ad cuſtodiendum alicui datur , eiuſq;
fideicommiſſum.docet id Vlpianus in *d.l.*1.
in princip. & d.§.ſi veſtimenta. ff.depoſiti. &
55 *Paulus de Caſtro* ibidem. Sequeſter verò
ex Modeſtino eſt is,apud quem plures ean-
dè rem,de qua eſt cōtrouerſia,depoſuerunt.
vt Gloſſella marginalis loquitur in *l. ſi oleū,*
10.(quę eſt Labeonis)verbo *neq; ſequeſtra-*
ria. ff.de dolo malo. tradiditq; Modeſtinus
libro 6.pandectarum in *l.ſequeſter.*109.*ff.de*
verbor. ſignificat. colligiturq; ex Papiniano
lib.30.ad edictum in *l.ſi apud te.*20.*in fin. ff.*
*de præſcriptis verbis.*ſic ipſo loquente: *Non*
enim ambo pecuniam ego, & fugitiuarius
depoſuimus , vt quaſi apud ſequeſtrem ſit
depoſitum.& ex Paulo lib.31.ad edictum in
l propriè 6.*ff.depoſiti.* dicente: *Propriè in*
ſequeſtro eſt depoſitum, quod à pluribus in-
ſolidum certa conditione cuſtodiendum ,red-
*dendumq; traditur.*ſic ille.Plautus quoque
Mercato.ſcen.3.act.4.

Imò ſic ſequeſtro mihi data eſt.

& in Ruden.ſcen.3.actu 4.

Aut ad arbitrium redditur, aut ſequeſter
ponitur.

pluribuſq;vt aſſolet doctiſſimè eruditiſſimus
Barnabas Briſſonius de formulis Populi Ro-
*mani lib.6.fol.*590.*circà fin.§.ſpecies autem*
depoſiti. Eſt ergò ſequeſter , apud quem res
deponitur cuſtodiæ cauſa.Non talis autem
fuit Dominus Carolus , qui mercede pro
penſione conuenta Caſtrum accepit . Ergò
56 conductor.vt conductor igitur ſuos fructus
rei conductæ faciet, percipietq; quemad-
modùm ſi dominus eſſet. iuxtá Vlpiani ſen-
ſum lib.7. digeſtorum in *l.qui ſcit fundum.*
25.§.*in alieno.ff.de vſur.* de bonæ fidei poſ-
57 ſeſſore verba facientis,dicentiſq; *Porrò bonæ*
fidei poſſeſſor in percipiēdis fructibus id iuris
habet, quod dominis prædiorum tributū eſt.

Pote-

Digitized by Google

Poterat proindè Dominus Caſtri ſi in humanis adhuc ageret, ad vacantem Eccleſiam præſentare Rectorem, atq; fructum percipere hunc iuris præſentandi. Potuit proptereà & eundem fructum Dominus Carolus percipere, qui ex conuenta mercede numeratò ſoluenda, Caſtri, in quo iuris patronatus Eccleſia eſt, conductor fuit. Collegit i. m, atq; præſentauit Rectorem, iſq; ab Epiſcopo admiſſus fuit, atq; inſtitutus. perdurabit ergò Rector, ab eo præſentatus, qui in poſſeſſione erat Caſtri. quod in ſuperioribus in reſponſione ad ſecundum quæſitum planè deduximus.

Atq; ità ex his, prudentiori ſerutinio non excuſſo, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 Adagium. *Paxillum paxillo, clauum clauo trudere.*
2 *Profeſſionem, qui aſſerit emiſſam, ipſe docere tenetur.*
Siuè tacitam, ſiuè expreſſam. & n. 15.
3 *Monachum non facit habitus, ſed profeſſio regularis.*
Idem de moniali,
4 *Homines natura liberi naſcuntur.*
Neq; *Monachi, neq; Clerici naſcuntur, ſed fiunt. n. 16.*
5 Manutentio, *& mandatum de manutenendo poſſidenti datur tempore motę litis.*
Quoad libertatem præſertim.
In qua ex natura principio iuris quiſquè habet aſſiſtentiam, n. 6.
Qua datur etiam quòad ſtatum. n. 7.
Accedente potiſſimùm partis confeſſione. nu. 12.
8 *Sententia ſuper ſtatu, quòad omnes ius facit.*
Etiam ſi poſtmodùm ad cauſam venerint.
Et in iudicatum tranſit. n. 9.
Potiſſimùm verò ſi parte præſente lata. nu. 11.
10 *Res iudicata pro veritate habetur.*
12 *Confeſſione partis aduerſa quis conſtituitur in poſſeſſione eius, de quo confeſſa illa fuit.*
13 *Libertas ſemper præſumitur, ni ſeruitus probetur.*
14 *Attentare non dicitur, qui ſuam continuat poſſeſſionem.*
Libertatis præſertim.
16 *Clericus in ſortem Dei aſciſcitur.*
Sicut & Monachus.
Diuinoq; officio mancipatur. n. 17.
A reliquo populo ſegregatus.
In Deiq; famulatum electus.
17 *Liber homo non poſſidetur.*
18 *Conſcientiam contra faciens peccat.*
Atq; ad gehennam ædificat.
19 *Omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt. ad Roman. 14. 23.*
Ex fide id eſt conſcientia, exponitur.
20 *Tertius, & conſanguineus ad iudicium nullitatis profeſſionis admitti minimè debet.*
Præſertim ſi ipſe ad fomentandum vim, vel metum incuſſum veniat.
Ratio affertur. n. 21. & n. 53.
Neq; intendi ad intereſſe debet, quod tertio ex nullitate accederet. n. 23.
Quia hoc intereſſe monachatum non reſpicit, & coram Iudice ſæculari tractãdum. n. 25. & 58. & 59.
22 *Diſtractus à contractu regitur.*
Contractuſq; eſt diſſolutio.
Quia, quo modo actus conſtituitur, pari modo deſtruitur.
24 *Commodum ex iniquitate trahere, abominandum.*
26 *Profeſſionem tacitam emiſiſſe eam, quæ adhuc indetonſa manet, ridiculum. & nu. 31.*
Et duo ex Sacro Concilio *deſiderantur. nu. 27.*
Aetas legitima, & annus nouitiatus. & nu. 45.
28 *Annus legitimus nouitiatus quando incipere dicatur?*
Non contemnenda perpenſio. & num. 46. & 48.
Et debet eſſe integer. n. 50. cum habitus geſtatione.
29 Tex. *Sacr. Trid.* Concil. *c. 15. ſeſſ. 25. de regul. expenditur.*
30 *Profeſſio tacita, præſumpta profeſſio dicitur.*
31 Monachus, *vel Monialis non niſi voluntariè effici debet.*
Alioquin obligationem non parit.
Ratio traditur. n. 33.
Nemoq; inuitus detineatur. n. 44.
34 Coacta *ſeruitia Domino præſtanda non ſunt.*
Voluntarium militem ſibi legit Chriſtus. *nu. 35.*
36 *Oue, vna infecta, alijs ſcabies inuri non debet.*
Expedit tamen, vt ſanę à morboſis ſegregentur oues. n. 37.
Totum nè corrumpatur ouile.
38 *Profeſſio tacita, vt induci valeat, quinq; requiruntur.*
Et non incipit, niſi poſt expletum nouitiatus annum. nu. 49.
Neq; inducitur, ſi proteſtatio præceſſit. nu 45.
39 Argumentum *à ſufficienti partium enumeratione, inductio dicitur.*

40 *Nullum quod eſt, ex eo nihil ſequitur.*
Nec ratum haberi poteſt. n. 41.

41 *Ratum haberi non poteſt, quod nullum eſt.*
Neq; electum.

42 *Nemo diligit, quod non elegit, neq; optet.*
Quin facilè contemnit.

43 *Bonum nullum niſi voluntarium.*

45 *Tex. Sacr. Trid. Concil. c. 16 ſeſſ. 25. de regul. expenditur.*
Nec non cap. 17. eadem ſeſſ. de voluntatis profeſſuræ exploratione.

47 *Suſcipere verbum, actum poſitiuum denotat, ac voluntarium.*

51 *Ingreſſus in Religionem, intelligitur formalitèr, ſi in illa ſcilicet quis profiteatur, & perſeueret.*

52 *Religioſus cum effectu is dicitur, qui vel expreſsè, vel ſaltem tacite profeſſus eſt.*

54 *Contradictor in iudicio quis legitimus æſtimetur?*

55 *Appellans in ipſo iudicij veſtibulo proteſtari videtur, ſe nolle ampliùs in iudicio comparire.*

56 *In iudicium vocari debet in quem dirigitur petitio.*
Et de cuius intereſſe principali agitur.
Vel qui habet ius in re. n. 57.
Et illud conſiderabile.

59 *Conuerſorum indemnitati conſulens Sacrum Concilium Tridentinum, certam formam ſtatuit, ſeruādam ab ijs, qui de nullitate dicere voluerint.*
Et qui euocari debeant in hoc iudicium? nu. 60.
Ratio redditur. n. 62.

60 *Profeſſio vt conſtet, duabus perſonis completur, facientis, & recipientis.*

61 *Actio popularis vno agente conſumitur.*
Et an detur in matrimonio ſpirituali?

62 *Matrimonium ſpirituale cum carnali non in omnibus paria habentur.*

63 *Epiſcopi animarum curam habent.*
Omnium, qui in ſua ſunt Diœceſi.
Earumq; rationem reddent. n. 64.

65 *Rota deciſio in Meten. profeſſionis coram Vbaldo, expenditur.*

66 *Subreptitiè cauſa committi petitur in Rota, non facta memoria, illam in Sacra Cōgregatione pendere.*
Et inhibitiones emanatæ non afficiunt. n. 69.
Neq; iuriſdictionem commiſſio tribuit. nu. 68.
Quia reſcriptum dicitur auocatorium iuriſdictionis. n. 67.

67 *Reſcriptum auocatorium iuriſdictionis eſt nullum.*
Nec iuriſdictionem tribuit. n. 68.

70 *Voluntas attendi debet, non ipſum nudum factum exterius inuoluntarium, & violentum.*

ARGVMENTVM.

Profeſſio tacita ex quibus inducta videatur? ad ornatum text. *Sacri Tridentini Concilij ſeſſion. 25. cap. 15. & 16. de regularib.* Et an manuteneri in ſua libertate non profeſſionis, etiam tacitę, Monialis debeat, quæ nunquàm ſe monialem eſſe velle profeſſa eſt? Et nùm admitti conſanguinei debeāt ad contradicendum, de nullitate dicenti profeſſionis, vel ſe non profeſſum? diſſeritur nec inutilitèr.

RESPONSIO LI.

IN diſſimili ſatis paleſtra, atq; Aduerſarij noſtri ſupponunt nos vertimur. quare *paxillum paxillo, clauum clauo* (vt in adagijs habetur.) *Clauumq; clauo, perti-*
1 *camq; pertica.* trudamus, oportet. Ipſi quippè Dominam Elionoram Morra, profeſſam in Monaſterio S. Victorini Ordinis Sancti Benedicti Beneuentanæ Ciuitatis eſſe contendunt. Ex ſententia verò, ne magis decreto Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Beneuentani, & ex monialium depoſitionibus, non in tenebris apparet, dictam D. Elionoram nullam emiſiſſe profeſſionem, neq; expreſſam,
2 neque tacitam. Ipſi ergò docere debuiſſent, profeſſionem à dicta Domina Elionora emiſſam fuiſſe, expreſsā, vel ſaltim tacitā, nec
3 in ſola habitus geſtatione ſubſiſtere? Quia Monachum (eademq; eſt ratio de moniali ex *Abb. & Felin. in c. de monialibus. de ſent. excommunicat. Flores de Mena lib. 1. q. 10. num. 25.*) non facit habitus, ſed profeſſio regularis. *cap. porrectum 13. & cap. ex parte. 22. de regular. extrà. can.* Clericus. 8. *aliàs fin. diſt. 41. Gloſſ. in can. ſicut bonum. 1.* verbo *apparuerint. in fin. 27. quæſt. 1. Rota apud Cardinalem Manticam deciſ. 68. nu. 4. & 5.*

In ſua ergò libertate Domina Elionora
4 adhùc eſt. Cùm ab ipſo creari Orbis, & naturæ initio liberi homines naſcantur. *can. cùm redemptor 68. 12. q. 2. §. 1. Inſtitut. de libertinis. Gratianus forenſ. part. 5. cap. 850. nu. 13.* in ſpecie loquens libertatis mulieris. mox etiam infra referendus. In illa igitur
5 manutenenda. Quippè mandatum de manu-

nu-

nutenendo,& manutentio ipſa datur exiſtē-
ti in poſſeſſione,& ante,& de tempore motę
litis.§.hodie Inſtitutionib.de interdict.§.re-
tinendæ eod.l.1.§.interdictum autem.ff.vti
poſſidet. Rota apud Coccinum deciſ.46.& in
recentiorib.part.2.tom.2.deciſ.591.nu.1.&
apud ſanct.memor.Gregor.XV.deciſ.100.&
deciſ.160.

6 Multòq; magis cùm in hac parte Domi-
na Elionora ipſius naturæ, ne dùm iuris cō-
munis,ac poſitiui aſſiſtentiam habeat, quā
omnes homines natura liberi naſcuntur; vt
manuteneri proindè in ſua debeat libertate.
ad tex.in capit.cùm perſonæ 7.de priuileg.in
6.& c.1.de præſumptionib.eod.lib.6. Quòd
7 ad ſtatum quoq; manutentio detur. vt dixit
Rota apud ſanct.memor.Gregor.XV.d.deciſ.
169.num.3.& ibidem Beltraminus Addens.
n.6.& in Romana,ſiue Ianuen.locorum Mō-
tium coràm Buccabella deciſ.70.n.13.par.7.
diuerſorum, ſiue recentiorum per Rubeum.
8 Et ſententia ſuper ſtatu, quoad omnes ius
facit; etiam ſi poſtmodùm ad cauſam vene-
rint,vt dixit Rota corā Eminentiſſimo Card.
9 Caualer.deciſ.250.nu.4.Quin in iudicatum
tranſit;cùm quoad omnes ius faciat.Namq;
vt Vlpianus (lib.1.ad legem Iuliam, & Papiā
in l.ingenuum.25.ff.de ſtatu hominum) do-
cet: Ingenuum (dicens) accipere debemus
etiam eum, de quo ſententia lata eſt,quam-
10 uis fuerit libertinus: quia res iudicata pro
11 veritate accipitur.Potiſſimùm verò ſi parte
præſente, & acceptante lata fuerit, vt Gloſſ.
ibidem aduertit.ſequiturq; Bart.& Doctor.
ibidem.& Rota apud Duranum Epiſcopum
Vrgellen.deciſ.340.n.13.part.2.

Hic verò Moniales ipſæ per propriam cō-
feſſionem, capitulariter etiam atteſtantur,
Dominam Elionoram (non ſi doueſſe tenere
per Monaca,non hauendo fatto profeſſione,
nè tacita,nè eſpreſſa, hauendo ſempre fatto
atti contrarij alla tacita profeſſione;) conſti-
12 tuunt igitur ipſam in poſſeſſione libertatis;
cùm contra illam præſertim poſitiuos actus
nunquàm admiſerit.per doctrinam Bart. in
l.Aurelius.§.idem quæſijt.nu.2.ff.de liberat.
legata, quam ſequuta fuit Rota part.1.di-
uerſ.deciſ.802.n.2.& 3.& ſeq.& retulit Ro-
ta apud ſancta memoria Gregor.XV.deciſ.
458.num.3.4.& 5.& Beltraminus alios re-
ferens ad deciſ.200.n.5.eiuſdem ſanct.mem.
& apud Cardin.Caualer.deciſ.535.n.2.apud
Coccinum deciſ.14.n.4.apud Duranum de-
ciſ.21.nu.2.part.1.& Rota Maceraten. apud
Marcum Antonium Thomati,nunc Epiſco-
pum Bitetten.deciſ.15.n.8.& 9.

Manutenenda ergo in ſua poſſeſſione erit
13 naturalis libertatis;quę ſemper pręſumitur,
niſi in promptu ſeruitus probetur. ad tex.in
l.altius 8.& l.ſi in ædibus 9.C.de ſeruitut.&
aqua.Maceraten.variarum reſolution.lib.1.
reſolut.95.n.8. Surdus deciſ.177.n.1.

14 Ob quam cauſam haud attentaſſe ipſa di-
cetur,quòd poſt latum decretum habitum
excuſſerit, quem iniquè deferebat, ſuam
continuans libertatem, quam naturaliter
habebat,& habet,& in ſua naturali perſeue-
rat libertatis poſſeſſione. ad tex.in cap.cùm
teneamur.17.de appellat.extrà.cap.1.vbi
Abb.n.1.& 4.vt lite pend.Gloſſ.in cap.non
ſolum 7.in Gloſſ.fin.verbo reducendum poſt
med. verſ.Dic tamen ſecundùm Gar.de ap-
pellat.in 6.Pariſ.conſ.vlt.nu.8.& 14. vol.4.
quem ſequitur Rota apud Achillem de Graſ-
ſis deciſ.36.de appellationib. Maceraten.va-
riar.reſolut.lib.2.reſolut.32.num 22. Rota
apud Cardin.Manticam deciſ.71.n.1.2.& 3.
& deciſ.168.n.4.& deciſ.322.n.13.& apud
Coccin.deciſ.365.n.1.& deciſ.380.n.6.& de-
ciſ.399.n.2.& apud Card.Caualer.deciſ.615.
n.2.& 3.

15 Quiſquis igitur hanc Dominam Eliono-
ram non liberam, ſed profeſſioni regulari
obnoxiam eſſe voluerit, ipſe probatione vt
præſtet, tenebitur. Abb.& Felin. in cap.nu-
per nobis.de teſtib. Menoch.de præſumpt.
præſumpt.83.Ioan.Franciſc.Sanfelicius Re-
gens.deciſ.217.n.1.part.2. Gratianus forenſ.
part.4.cap.640.n.1.& ſeq.& n.16. quia ſuæ
fundamentum intentionis eſt. ad l.2.ff.de
probationibus.& l.actor.23. C.eod.& can.
ſciant cuncti 2.2.q.8.Rota apud Card.Man-
ticam deciſ.251.n.3.

16 Neq;enim homines Monachi,ſiue etiam
Clerici natura naſcuntur,ſed fiunt.Aſciſcun-
tur nempè per Clericatum, & Monacharum
in ſortem Dei. can.Cleros, & Clericos.1.in
princ.diſt.21.& can.Clericus.5.12.q.1.quia
17 diuino officio mancipantur,& à reliquo po-
pulo ſegregantur; ſorte in Dei famulatum
electi.can.duo ſunt genera 7.12.q.1.

Præterquam quod liber homo minimè
poſſidetur, vt Iabolenus lib.3.epiſtolarum
in l.cùm hæredes.23.§.fin.ff.de acquirenda
poſſeſſ. docet.& ad hanc rem noſtram ſequi-
tur Gratianus d.cap.640.n.1.

Hoc verò, Monaſterium, (ad quod vnum
ſpectat) præſtare haud poterit,cùm Monia-
les, ex quibus Monaſterium conſtat, non
profeſſam aſſerant;quin neq; expreſſam,neq;
tacitam profeſſionem emiſiſſe,neq; vnquàm
profeſſarum actus perfeciſſe,in conſcientia
profiteantur. Contra itaque conſcientiam
agent, ſi illam profeſſam dicere voluerint,
quam in conſciētia,non profeſſam,quia neq;
expreſſam, neq; tacitam profeſſionem emi-
18 ſerit, nouerunt,& confeſſæ fuere.Peccabunt
proindè,atq; ad gehennam ædificabunt.iux-
ta Apoſtolum ad Romanos 14.23.dicentem:
19 Omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt. ex
fide,id eſt conſcientia.vt Gratianus explicat
in can.omnes deinceps.14.§.ex his itaque.&
Gloſſ. ibidem verbo. Conſcientiam.28.q.1.
cap.litteras tuas 13.§.porrò.de reſtitut.ſpo-
liat.can.non ſanat.50.1.q.1.cap.per tuas 35.
in fin.de Simon. cap.inquiſitioni 44.de ſent.

excommunicat. Caietan. in ſumma verbo conſcientia etiam erronea. Couarruuias variarum reſolut.lib.1.cap.1.num.1. Nauar. in can. ſi quis poſitus de pœnitent.diſtinct.7. n.14.

Neq; etiam pars aduerſa D.Iſabella Morra Marchioniſſa, ſoror Dominæ Elionoræ: & quia ipſa quoque ſponte fatetur, expreſſam profeſſionem dictam Elionoram non emiſiſſe: & quia in hoc iudicio auditi minimè
20 debet: Cum, quòd ad ſomētandum metum incuſſum, viuque illatam venit. Tum quòd nihil cōmune in hoc iudicio tertius habet, vt audiatur: & quia Elionora profeſſa non
21 eſt: & quia Monachus, cùm Monaſterio cōtrahit cùm profitetur: quam ob cauſam cum ſolo Monaſterio agere debet, cum de nullitate agit, atq; conſequenter de diſtractu miri cum ipſo Monaſterio contractus per emiſſā
22 profeſſionem. A cōtractu nempè diſtractus, qui antecedētis diſſolutio eſt, regitur *ad tex. in l.ab emptione 59.ff.de pactis*, & latè nos diximus, atq; perpendimus *reſponſ.* noſtra 38. *part.2.per tot.* rationes omnes pēſantes, atq; contrarijs reſpondentes. Pari autem modo, quo conſtituitur, actus deſtruitur. ad *tex. in l.ſi in te 2.C ſi aduerſus donationem.authent. contra qui propriam.C.de non numerata pecun. Surdus deciſ.128.n.14.& 15. Rota in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis 17. Maij 1641.coram Carrillo.§ quoniam licet.in fin.* impreſſa per *Dianam* ad calcem *6.part ſuarum reſolut.fol.mihi 223.*
23 Neq; intēdi vllo pacto ad intereſſe debet, quod ipſa Marchioniſſa habere proteſtatur; vt Monialis Elionora declaretur: Cùm, quod hoc ipſum eſt, quod ei opponitur: propter hāc ſcilicet cauſam metum, vimque, vt Monaſterium ingrederetur, Elionoræ intuliſſe, vt ipſa totum haberet: dupliciq; ſubſtantia Elionoram (quamuis ſororem) ſpoliauit, &
24 bonis, & libertate. Ex ſua itaq; iniquitate commodum ferret, quod abominandum apud ſeculares etiam leges æſtimatur. *can. dictum eſt.4.*vbi *Gloſſ.* verbo *fallaciam.30. q.1.cap.tuæ 12.in fin. de cleric.non reſident. cap.Sedes Apoſtolica 15. & cap. ex tenore 16.in fin.de reſcript.*Ne ex dolo ſuo lucretur. vt dixit Vlpianus *in l.ne ex dolo.13.ff.de do-*
25 *lo.* Tùm quòd intereſſe illius, Monachatum Elionoræ non reſpicit, neq; commune quid cum illo habet; ſed donationis, ſiue renunciationis validitatem, vel inualiditatem, primò per Elionoram pro ipſa Marchioniſſa, & filijs naſcituris facta, antequàm in Monaſterium detruderetur: quod ſanè charitatem oſtētat, quarè inſtent, ne Monaſterium Elionora deſerat. Sed hoc ipſum corām laicali Iudice agendum erit, non in Tribunali Eccleſiaſtico, neq; in hac Sacra Congregatione, vti de alia Elionora reſpondit tunc temporis *Gratianus diſceptationum forenſ part.5.cap. 850.ſub n.3.verſ.nec pro intereſſe.* & deduximus nos *d.reſponſ.*noſtra 38.*n.33.part.2.*

Satis autem erroneum eſt (tac audiri illa deberet, quod non vtiq; profitemur) quod aſſerere tentauit; eſſe Dominam Elionoram tacitè, ſaltim profeſſam; obnoxiam proinde religioni. Quia hoc ipſum Moniales, quæ ſolæ norunt, illam neq; tacite, neque expreſsè profeſſam eſſe profeſſæ ſunt, & Sacramento
26 etiam depoſuere. Quia illam neq; adhuc detonſam aſſerunt: tantum a vero abeſt, vt tacitam emiſerit profeſſionem. Quo nam ergo pacto ipſa tacitè profeſſam adſtruet, quæ ad-
27 huc indetonſa permanet? Cum inter requiſita ad tacitam profeſſionem, ex *Sacro Tridentino Concilio de regularib.ſeſſ.25.cap.15. & 16.* duo præcipuè recognoſcat *Lezana in ſum.quæſtion.regularium par.4.verbo profeſſio.n.3.*ex *Azorio.Nauar.Sorbo.Layman. Santarello.Tamburrino*, & alijs. ita quoq; à *S.Fauſto in Theſauro religioſorum. lib.5. q.198.* ætatem legitimam annorū ſexdecim, & annum expletum nouitiatus: ſed annus
28 hic ne dum adhuc incępit. Nàm annus hic incipere debet poſt detonſionem, & in habitu Monachali, vt auſteritates experiri valeat religionis, atq; ita deliberare, an perſeuerare velit, vel abire. Ita enim Sacrum Concilium
29 cap.15. *In quacunq; religione tàm virorum, quàm mulierum profeſſio non fiat ante decimumſextum annum expletum; nec qui minore tempore, quam per annum poſt ſuſceptū habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur.* Duo quippe hic pro forma perquirit Sacrum Conciliū in emiſſuro profeſſionem, copulatiuè: & quòd per annum integrum in nouitiatu perſiſtat, & quòd poſt habitum ſuſceptum, in ipſo religiōnis habitu ſine interruptione toto ipſo anno perſeueret. alioquin nulla omnino erit etiam ex-
30 preſſa profeſſio, multóq; magis tacita, quæ eſt præſumpta profeſſio, vti deduximus *reſponſione* noſtra 53.*n.18.19.& ſeq.part.3.*& dixit *Rota in Meten.profeſſionis* 1614.*par.1. tom.2. in recent.deciſ.579.n.2. ex Innocent. in cap.1.in fin. & Imol.nu.16.de his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt. Gratianus.d.cap.640. n.20.& 21.ac ſequent.& d.part.5.d.cap.850.*
31 *n.15 & 16.*Sed quo nam pacto habitum induit religionis Elionora, quæ nec etiam detonſa fuit, neq; habitum ſuſcepit ad formam cęremonialis ordinis S.Benedicti; quin ſemper reluctauit, ſeq; nolle monialem agere,
32 profeſſa, & proteſtata fuit? Detonderi verò, & habitum ſuſcipere lubenter, & liberè, non inuoluntariè, ac reluctanter fieri debet, vt obligationem pariat. *can.vidua quidem.34. 27.q.1. & cap. vidua 4. de regularib. extrà cap.is, qui.1.de regularib. & tranſ. ad relig. in 6. & cap.1. de regularib. extra.* in quo ex Concilio Moguntino ſic habetur: *Nullus detondeatur, niſi in legitima ætate, & ſpontanea voluntate.* Detondeatur ſcilicet ad profitēdum, vt ſic ſit Monachus, vt *Gloſſ.* ibidem expli-

Digitized by Google

explicat. perquiritur igitur ſpontanea de-
33 tonſio. Rationem venamur ex verbis Ale-
xandri II. Landulpho in Corſica ſcribentis
in *can.votificaſti.2.in fin.33.q.5.* dicentiſq;
Non enim violentia, ſed ex pari voluntate,
(ſicut Sancti Patres dicunt) hoc fieri debet.
vt ad Monaſterium quis videlicet trāſuolet,
voluntariè, non coactè, ac corde magno, &
animo volenti. 2. *Machabeor.* 1. 3. *Lezana*
*d.p.4.*verb.*profeſſio.n.5.* Nimirū quia coacta
34 ſeruitia Domino præſtanda non ſunt. vt ex
Marcello Papa loquitur *can illud autem* 10.
35 *in fin.20.q.1.* Voluntarium nempè ſibi mi-
litem legit Chriſtus; voluntarium ſeruum
ſibi Diabolus auctionatur. vt Ambroſius &
ipſe docet *can.non eſt.10.15.q.1.*

Vndè igitur habent Aduerſarij hanc Do-
minam Elionorā Religioni obnoxiam eſſe,
quæ neq; detonſa fuit, neq; profeſſa, neq; vn-
quam pro moniali ſe geſſit, ſed in ſtatu ſæ-
culari ſemper fuit, pro ſæculari ſe habens, ſe-
cularem ſe profeſſam. ad *text. in d.cap.ex*
parte 22. & cap.Statuimus 23. de regularib.
& ibiq; notat.Clement.eos,qui 2. vbi Gloſſ.
eod.tit. ſequuta fuit *Rota apud Cardin.Man-*
ticam dec.58.num.1 Nauarr.conſ.34.per tot.
lib.3.de regularib.Gratianus forenſ.part.5.
d.cap.850.num.15. Et quam neq; Monaſte-
rium appetit, neq; Illuſtriſſimus Archiepi-
ſcopus; prudentèr ſatis, ſuperq; ſe gerens; nè
ex eius actibus, & geſtibus incompoſitis, mi-
nimèq; religioſis, monialibus, alijs, atq; præ-
36 ſertim nouitijs, ſcandalum præbeat, vndè ex
vna oue infecta in alijs ſcabies inuratur. vt
ex Origene deduxit Gratianus in *can.ſed il-*
lud non otiosè.17 in fin.diſt.45.

37 At ſummoperè expedit, ſanæ à morboſis
vt ſegregentur oues, totum nè corrumpa-
tur ouile. vti ex Auguſtino Gratianus habet.
can.corripiantur 17.in fin.24.q.4.

Si igitur ſæcularis; cur (quæſo te) tàm acris
ei quæſtio exagitatur de profeſſione tacita,
cùm nulla ab ea Religioni obligatio habea-
38 tur? Quippè vt tacita induci valeat profeſ-
ſio, hæc perquiruntur neceſſaria requiſita.
Primò, vt actus, per quos tacita infertur pro-
feſſio, eius authoritate fiant, cuius eſt in eam
Religionem admittere. Deindè vt ſponta-
nea, nec coacta voluntate fiant. prætereà vt
ſcientèr fiant. deinceps vt ijs actibus vtens,
verum profitendi habeat animum. Demùm
vt actus præfatos efficiens in ætate ſit con-
ſtitutus legitima, annorum ſexdecim. vti
enumerat, & enucleat *Lezana d.*verbo *pro-*
feſſio nu.5. alios quoq; referens, perpenditq;
Beltramin. ad ſanct. memor. Gregor. XV.
decis.385.num.6. in addition. Rota apud
Manticam d.dec.58.num.1. Sanchez de ma-
trimon.lib.7.diſput.37.num.2. eaq; enume-
rat quoq; *à Sancto Fauſto d.lib.5. q.198.*
§.verùm quinq; Regens Sanfelicius d.decis.
217.nu.4.& 5. deducitq; pluribus vt aſſo-
let ſumma doctrina doctiſſimus *Nauarr.*
commentar.4. de regularib.num.73. & 74.
eumq; ſequitur *Gratianus forenſ.d.c.604. à*
num.20. cum ſequent.ad fin. Camoanilis in
diuerſor.rub.12.cap.4.nu.3. idem *Nauar.d.*
conſ.34.n.4.de regularibus.

39 Fiat nunc (quæſo) inductio à ſufficienti
partium enumeratione argumentando, vt
argumentatū quoq; fuiſſe Magnum Grego-
rium in *canon.contra morem 8. §.quod ſi hoc*
diſt.100. conſpicimus. & inueniemus, illos
in hac re minimè intercedere Et quòad vo-
luntatem quidèm, ſatis apertè mōſtratur, il-
lam in Elionora haud adfuiſſe, ſemper au-
tem reluctaſſe, ne monialem ageret, ſe
pro ſeculari habendo, capillos nutriens, mo-
req; ſecularium mulierum illos deferens;
quos neq; depoſuit, indetonſa manens, ne-
què obediendo, neq; ad Chorum eundo,
neq; noctu ad matutinas horas ſurgendo.
Qui igitur hi ſunt actus, ex quibus tacita, ac
conſequenter præſumpta induci profeſſio
40 potuit? Nulli. Nulla ergò profeſſio dabitur
tacita. ad *text. in d.cap.Statuimus 23. de re-*
gularib. & d.clement.2.eodem. & poſt *Na-*
uarr, commentario 4.de regular.nu.73. cum
ſeqq. admittit *Gratian.d.cap.640.num.30.*
& 31.part.4.& part.5.d.cap.850. num 15.
41 Quid enim ſequi poteſt ex eo, quod nullum
eſt? ad *text.in l.quod dictum.33.ff.de pact.l.*
4.§.condemnatum. ff.de ſent. & re iudicat.
Gloſſ.in cap.ad diſſoluendum 13. verbo *ac-*
cuſari.de deſponſat.impub. Gloſſ. in cap. cùm
noſtris.6. verbo *de facto.de conceſſ.præbend.*
Sanchez de matrim.lib.3. diſput.2. num.5.
nec ratum haberi poteſt, quod nullum eſt.
can.nullus alterius.2. 9.q.2.Gloſſ.in can. re-
*gula.2.*verbo *ratum diſt.17.* neq; electum.
42 Quod verò quis non eligit, nec optat; id
profectò nec diligit; quod autem non dili-
git, facilè contemnit. argumentatur his ver-
bis Nicolaus Papa Epiſcopis omnibus in
Regno Ludouici ſcribens *can. præſens Cle-*
43 *ricus 4.§.quapropter.20.quæſt.3.* Rationem
ſubnectens; *Nullum quippè bonum niſi vo-*
luntarium. Idcircò Dominus non ferendam
in via virgam, (Math. 10.) *per quam violen-*
tia nè illi inferatur, præcepit. ità Nicolaus.
Prudentiſſimè proindè in Synodo Eugenij
Papę II. *cap.32.* relatum à Gratiano in *can.ſi-*
cut, qui 9.20.q.1. ſtatum ad rem hanc ſe-
quentibus legimus:

44 *Sicut qui Monaſteria elegerunt, à Mo-*
naſterijs egredi non permittuntur, ita hi, qui
inuiti, ſine iuſtæ offenſionis cauſa ſunt in-
tromiſſi, niſi volentes non teneantur: quia
quod non petunt, non obſeruant. Ideòq; tales
conſiderandi ſunt magis peccata committere,
quàm plangere: ſicut in decreto Sanctiſſimi
Leonis Papæ manifeſtiſſimè continetur. An
non per quàm optimè noſtræ huic rei ver-
ba ſedent? Idcircò ſequamur ea.

45 Præter quàm quòd, Sacrum Concilium
d.cap.16.ſeſſ.25.de regularib. religionum
indemni-

indemnitati conſulens,& eorum, qui ad re-
ligiones tranſeunt, ſequentibus diſpoſuit:
*Finito tempore nouitiatus, Superiores noui-
tios, quos habiles inuenerint, ad profitendum
admittant, aut Monaſterio eos eÿcient.*

Eijcienda proindè Elionora fuerat, quæ
inhabilis profeſſioni ſe reddiderat, expreſſiſ-
ſimis verbis, & proteſtationibus declaran-
do ſe monialem non eſſe, nec eſſe velle, nol-
leq; profiteri; ſe vi adactam ad habitum
admittendum. Quemadmodùm & declara-
uit, cùm voluntas explorata fuit eiuſdem,
ad *Sacri Tridentini Concilÿ* præſcriptum
eadem *ſeſſ.25.de regularib*. vndè ex hoc fa-
ctum fuit, vt expreſſam profeſſionem non
emiſerit ampliùs, quæ ſe monialem agere
minimè velle expreſſerat. quonam pacto
ergò eam tacitè profeſſam aſſeremus? vt
apertiſſimè *Gloſſ. finalis* profitetur in *d. cle-
ment. eos, qui 2. de regulbrib.* ſolam proteſta-
tionem (dicens) ſufficere ad tacitam profeſ-
ſionem impediendam. eamq; ſequitur *Na-
uarr. d. comment. 4. de regularib. num. 74. §.
aduertendum tertiò. & d. conſ. 34. num. 3. de*
46 *regularib.* Et hoc ſane, quatènus nouitiatus
annum expleuiſſet, cùm non dùm illum in-
ceperit, quæ habitum inuoluntariè, nolēſq;
atq; reluctans, paſsa ab extrinſeco erat, vt
circundarent ſibi, non quòd voluntariè in-
dueret, & quæ nullis actibus Religionis, neq;
obedientiæ ſe ſubijcirat. Ex Sacro verò
Tridentino Concilio *ſeſſ.25.cap.15.de regu-
larib.* profeſſio fieri minimè poteſt, neq; ex-
preſſa, de qua loquitur, neq; tacita, quæ in-
cluditur, non exprimitur, *antè decimum
ſextum annum expletum, nec qui minore
tempore, quàm per annum, poſt ſuſceptum
habitum in probatione ſteterit.* At hæc neq;
47 habitum voluntariè ſuſcepit. Suſcipere nē-
pè actum poſitiuum denotat. & volunta-
rium; nō paſſiuum dumtaxat, & negatiuum,
atq; inuolūtarium. argumento *text. in l. ſu-
ſceptores. 1. & 3. C. de ſuſceptorib. lib. 10. &
l. ſed & ſi 28. §. ex quibus autem, ff. de iudic.*
neq; per annum in probatione ſtetit, quæ
nullum nouitiatum, & probationis actum
48 geſſit. Non incepit igitur nouitiatus annus
ad Sacri Tridentini Concilij præſcriptum.
Nulla ergò ſequi potuit neq; expreſſa, neq;
49 multò minùs tacita profeſſio, quæ poſt ex-
pletum voluntariè nouitiatus annum inci-
pit, & vim accipit, ſi enumerati omnes paulò
antè actus, ex quibus illa inducitur, interue-
nerint. ex *Nauarr. conſ. 28. num. 5. et conſ. 13.
num. 3. de regularib. & d. conſ. 34. eod. tit.* vel
poſt ſuſceptum ſcientèr habitum profeſſo-
rum. ex Bonifacio VIII. *cap. beneficium 4. cir-
ca fin. de regular. in 6.* & *Gloſſ.* ibidem verbo
ſcientèr. in quo allegat *text. in cap. ſicut te-
nor. 15. in fin. eodem tit. extra.* quo loco In-
nocentius Tertius. ſcienter, hoc eſt, ſponta-
nea voluntate, exprimere videtur. perſeue-
rauit ergò, vt perſeuerat in laicali ſtatu Elio-
nota. Et hoc ipſum diſpoſitum antea fuerat
per Clement. V. in Concilio Viennen. in *d.
clem. eos, qui 2. de regularib.* & per Innocen-
tium IV. in *d. cap. 1. §. qui vero. de reguar. in
6.* annum geſtationis habitus voluntariè,
50 debere eſſe integrum in probatione. ſequi-
tur *Nauar. conſ. 9. nu. 2. & conſ. 34. num. 3.
lib. 3. de regular. Rota apud Card. Manticā
d. deciſ. 58. nu. 1. Beltraminus ad dictam de-
ciſ. Gregor. XV. 385. nu. 6.* idem *Nauar. co-
ment. 4. de regularibus, num. 73. & 74. & d.
conſ. 28. nu. 5. de regularib. Gratianus d. cap.
640. nu. 35. & 36. & c. 440. num. 22. & 23.
par. 3.* & tradita per *Dianam par. 6. tract. 7.
Miſcellaneo. reſolut. 56. Ioan. Baptiſta Le-
zana in ſum. queſt. regular. par. 1. cap. 2. nu.
9. 10. & 11* diximus *d. reſponſ.* noſtra 53. *nu.
23. & ſeq. par. 3.*
51 Quemadmodùm ingreſſus in religionē
non materialiter intelligi debet, ſed forma-
liter, vt ſcilicet in illa perſeueret, & profitea-
tur, atq; vel tacitè, vel expreſsè profeſſionē
ineat, vt formaliter in nouitiatus anno in-
greſſus dici minimè poſſit, niſi materialiter
tantū qui inuoluntariè, atq; reluctans velu-
ti in carcerē in Monaſterio truditur. vt aper-
tiſſimè ex Bonifacio VIII. in *c. religioſo. 21. §.
quàmuis autem. de ſent. excomunicat. in 6.*
deducitur, quatènus habet, religioſum
52 cum effectu eum haberi minimè poſſe, qui
religionem ingreſſus in nouitiatu adhuc
perdurat: donec ſit tacitè, vel expreſsè pro-
feſſus, Quia nimirùm ex *Gloſſ. ibid.* verbo *nō
poſſit:* Cras poterit laicari, & monachus nō
eſſe, quanto proindè magis quæ, nec vt no-
uitia eſſet, ingreſſa fuit, religioſa minimè ha-
bebitur? Quia ingreſſus cum effectu ęſtima-
tur, vt in religione per profeſſionem perſe-
ueret. *Authent. ingreſſi. C. de ſacroſanctis
Eccleſ.* ſequiturq; *Iulius Clarus in §. teſta-
mentum q. 28. nu. 6. Vincent. de Franch. de-
ciſ. 422. nu. 2. Paſchalis de viribus patriæ po-
teſtat. par. 1. cap. 3. num. 82. & 83. Gratianus
Rota Marchia deciſ. 35. & in addit. nu. 1. &
diſceptat. forenſ. par. 3. cap. 481. nu. 7. Ioan.
Baptiſta Coſta de retrotract. cap. 9. in 3. ca-
ſu. Tiraquell. de retract. lignagier. Gloſſ. 8. §.
1. nu. 33. 34. & ſeq. Hector Capycius Latro
Regens deciſ.* Conſilij Neapolitani 118. *nu. 1.
2. 3. & 4. & ſequent. Idem Gratianus d. cap.
640. nu. 16. & ſeq. par. 4.*

Verùm hęc puella Domina Elionora pri-
mò materialiter tantùm Monaſterium in-
greſſa fuit, pro educanda ſolùm admiſſa: &
multò magis ſecundò, quando violenter
intromiſſa, non ſpontè ingreſſa fuit, vt ipſa,
& moniales cum Sacramento depoſuere.

Confirmari igitur ex his debet in ſuæ
libertatis poſſeſſione. Autesq; denegandæ
Dominæ Iſabellæ Marchioniſſæ, quæ (eſto
53 aliàs audiri poſſet, vt inficias imus) ex hoc
vno dumtaxat à iudicio eliminaretur, quòd
ad metum, vimq; Elionoræ illatam, fomen-
tandam

tandam veniat,vt in ſuperioribus diximus.
Nullo idcircò modo ei proficiet,quòd aſſe-
rat, ſe iam admiſſam ad contradicendum
fuiſſe , legitimamq; factam fuiſſe contradi-
ctricem.

Si enim rectè ex ipſo facto perpenderi-
54 mus, nunquam illam pro contradicente in
iudicio habitam fuiſſe, quàmuis ipſa in iu-
dicio vltrò ſe ingeſſerit ; & Dominus Vica-
rius petitionem ſuam intimati partibus di-
xerit.Namq; intimata Elionora:non admit-
tendam eſſe reſpondit, ſed ſe expediri , & à
Monaſterio dimitti, inſtitit;vnde & ipſa Iſa-
55 bella Vicarium ſuſpectum habere procla-
mauit,atq;appellauit. Ex hoc nempe pro-
teſtata fuit ſe nolle amplius in iudicio cõ-
parere,ad *tex.*ſatis aptum in *cap.fin. de dolo,
& contumacia in 6.* Quam ob cauſam fa-
ctum eſt,vt nunquàm illa aliàs vti vocata,
admiſſa fuerit ; cùm neq; vocari debuiſſet .
56 Quippè ad iudicium vocari debet, in quẽ
dirigitur petitio, & de cuius intereſſe prin-
cipaliter agitur,non verò ſecundariò.Secũ-
dum doctrinam Innocentij in *cap. humilis
fin.nu.2.verſ.non tenetur Iudex alium vo-
care.de maiorit.& obed.*quem ſequitur *Bal.
in l.3.nu.17.verſ.extra Gloſſ. C.quomodo .
& quando Iudex,*Rota *apud* Card.*Caualer.
deciſ.163.nu.1.& deciſ.328. n.2.Cacheran.*
57 *deciſ.157.num.2.cum ſeq.* Vel qui habet
ius in re ipſo iudicij tempore,atq; ius tem-
pore illo conſiderabile.ad *tex. in l.cùm Ar-
temidoram.4.* C.*vt in poſſeſſionem legatorũ
Rota apud Duranum* Epiſcopum Vrgellẽ.
*deciſ.254.nu.4.& 6.Cacheran.d.deciſ. 157.
num.14.*
58 Iudicium autem hoc neq; contra illam
dirigebatur , neq; intereſſe vllum fundatum
habebat in illa re,profeſſionis videlicet; ſed
quòad intereſſe dumtaxat pecuniarum ,
quod nihil commune cum hoc iudicio pro-
feſſionis habet.vocari non vtiq; debuit ; vt
neq; nunc in iudicium admitti: vti nos di-
cta noſtra *reſpons.38.à nu.2.cum ſeq.par 2.*
59 oſtendimus.Sacrum nempè Concilium in-
demnitati religionum conſulere volens ,
atq; pariter eorum, qui vi,metuq; quãdoq;
vt religionem ingrediantur,adiguntur, cer-
tam formam ſtatuit.*cap.19 ſeſſ.25.de regu-
lar.*vt videlicet cauſas,quas ad nullitatem
emiſſæ profeſſionis protenderit,*intra quin-
quennium à die profeſſionis emiſſa coram
ſuo Superiore, & Ordinario loci deducat* :
Nihil verò de conſanguineis (quòad oppo-
nendum ſe de nullitate dicenti)meminit .
60 Religio ergò, & Ordinarij Fiſcus vocandi
erunt, vt ſe nullitates proponenti opponãt.
Religio quidèm,ſiuè Monaſterium, in quo
emiſſa profeſſio eſt , quia cum illa cõtractus
initus.diximus *d.reſpons.38.num.24.par.2.*
& *reſpons.54.nu.11.par.3.* & omnis profeſ-
ſio,vt conſtet,duabus perſonis completur,
vna,quæ ſe religioni obſtringat,altera , quæ
profitenti religionem obliget ; quia profeſ-
ſio reciprocam continet obligationem , fa-
cientis ſcilicet, & recipientis eam . *cap. ad
Apoſtolicam* 16.& ibi notatis. *de regularib.
extra. Nauarr.d.comment.4. de regular.nu.
74.in princ.*Fiſcus verò Ordinarij,qui vicem
ſubit vnius ex populo , quatènus nulla inter
profeſſum , & Monaſterium colluſio cadat.
61 Ipſo vno igitur agente (eſtò in hoc iudicio
popularis daretur actio,vt nos non dari,di-
cta noſtra *reſponſ.38.num.37.& ſeqq.par 2.*
deduximus, diuerſitatis cauſas inter carna-
le , & ſpirituale matrimonium referentes)
popularis conſumitur actio, quæ in accuſa-
tione nõ legitimi matrimonij ob peccatum,
quod in illo vertitur,conſiſtit. *l.eum,qui 30.
§ in popularibus.ff.de iure iurand.*vt ibidem
62 deduximus *num.41.* Non enim in omnibus
ſpirituale , atque carnale matrimonium pa-
ria habentur . vt poſt *Rebuffum conſ.69.
num.9.*ſequuta fuit *Rota in dict. Vlixbonen.
nullitatis profeſſionis corã* Carrillo.§.*hincq;
patet.*

Animaduertebant ſiquidèm Patres illi in
Sacro Concilio Spiritu Sancto dictante coa-
cti ſatis læſam eorum ituram libertatem,qui
de nullitate dicturi erant, ſi ij ipſi oppoſito-
res admitterẽtur,qui vel metus,vel vis cau-
ſam dediſſent;inde prudentèr ſatis prouide-
runt,cauſas proponi deberi coram Superio-
re Religionis,& loci Ordinarijs; Coram illo
quidèm, ob intereſſe fundatum,quod cum
63 profeſſo habet Monaſterium ; coram iſtis
verò ob animarum curam, quam ergà om-
nes obtinent,qui in ſua ſunt Diœceſi. Animę
enim totius plebis Epiſcopo commiſſæ ſunt.
vt ex Concilio Antiocheno habetur in *can.
quæcunq;* 5.10. *quæſt.1. & can.nullus om-*
64 *ninò* 11.16.*quæſt.7.* & quarum rationem
reddere compelletur. Gregorius,vt inquit,
Magnus in *can.agnouimus.19. in fin.18.
quæſt.2.*
65 Hinc ſanè fit ; ſatis erroneè Aduerſarios
pro ſe afferre Rotæ deciſionem in *Meten.
profeſſionis* 25. *Maij* 1615. *coram Vbaldo
dec.179.vol.2.poſthum.*

Porrò termini,admodùm diuerſi,diſſitiq;
ſunt deciſionis illius ab iſtis noſtris: in illa
enim de profeſſione agebatur,vel tacitè,vel
expreſsè emiſſa;hic verò neq; expreſſa, neq;
tacita manet profeſſio. quemadmodùm in
alia eiuſdem *Meten. profeſſionis* 1614. 18.
*Aprilis deciſ.579. part.1. tom.2. in recen-
tiorib.* euidentiſſimè legentibus fit ma-
nifeſtum. & apud *Sanct.mem. Gregor.XV.
dec.385.*

Non itàq; demùm fundamentum facient.
(quod maximè eorum patefacit ani-
mum , non aliud Aduerſarios intendere ,
quàm ſua libertate hanc ſpoliare puellam)
quòd in Rota iàm cauſa commiſſa fue-
rit,& ab illa emanarint inhibitoriales lit-
teræ.

Quia

Google

Quia nimirum recurſus primitùs ipſi habuerunt ad Sacram Congregationem, apud quam cauſam introduxere; & inhibere fecerunt Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo,
66 qui acta tranſmiſit. Subreptitiè igitur poſtmodùm obtinuere, nulla facta memoria,
67 cauſam pendere in Sacra Congregatione, illam in Rota committi. fuit itaq; nulla commiſſio, & reſcriptum, vti auocatorium iuriſdictionis, & idcirco nullum, ad *tex. in cap. ſuper litteris 20. vbi Innocent. Hoſtienſ. & Ioannes Andreas de reſcript. cap. ex litter 1. 29.* poſt princip. & ibidem *Hoſtienſ. col. 2. de offic. delegat. cap. ad hæc. 12. de ſent. excommunicat. Caſſadorus deciſ. 2. n. 6 de appellat.* & dictum fuit in *Senen. bonorum 4. Iulij 1614. coràm Buratto part. 1. tom. 2. in recent. deciſ. 655. n. 2.* quæ eſt etiam repetita *part. 2. tom. 2. in eiſdem recent. deciſ. 582. Gratian. forenſ. par. 4. cap. 628. n. 19. & d. cap. 850. n. 1.*
68 *& 2. par. 5.* Nullam proindè iuriſdictionem tribuit, vt dictum fuit in *Veneta legitimationis 1587. coràm Card. Seraphino deciſ. 40. n. 2. in fin. poſt 1. vol. conſil. Farinac. Gratianus d. cap. 850. n. 2. & 3.*
69 Inhibitoriales idcirco abſq; iuriſdictione emanauerunt, atquè proindè nulliter. non propterea afficiunt. ad *tex. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iudic. cap. 2. ſiue fin. in fin. de conſtitut. lib. 6. Clement. vt calumnijs 1. de ſent. & re iudic. Triuiſanus deciſ. 68. n. 4. lib. 1. Gratian. d. cap. 850. n. 3.* Manutenenda idcirco in ſua libertatis poſſeſſione puella hæc erit, quæ in animum nunquàm induxit, vt Monialem ageret; multo minus vt tacitè profiteretur, quę expreſsè proteſtata ſemper fuit, ſe laicam eſſe velle, non Monialem.
70 Voluntas igitur attendēda, non verò externum tantummodò factum inuoluntarium, & violentum. ad *tex. in can quiſquis 9. cum §. 1.* & ibidem *Gloſſ.* verbo *ambulauerit. de pœnit. diſt. 1.*

Atq; ex his ita reſpondendum cenſuimus, meliori non abiecto iudicio.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Diaboli eſt circuire, & quærere quem deuoret.*
Vt quietam animi, ſinceramq; tranquillitatem perturbet.
2 *Regularis de vna in aliam religionem iuſtis ex cauſis facta ſibi licentia per Superiores prioris. licitè tranſit.*
Potiſſimùm verò ſi licentia acceſſerit Papæ.
3 *Iure qui facit permittente, nullo mali tenetur ſcrupulo.*
Quia ſi iurè. ergo iuſtè, ſi iuſtè. ergo benè vt argumentatur Auguſtinus. n. 4.
5 *Sacrum Tridētinum Concilium ſeſſ. 14. cap. 11. de reform. modum tradidit, quo Regulares de vna in aliam tranſire poſſint religionem.*
Vt omnem vagandi, apoſtatandiq; anſam reprimeret.
6 *Mutatum quod non inuenitur, ſtare prohiberi non poteſt.*
7 *Profeſſio in religione etiam ex malo fine, irrita minimè fit.*
8 *Tex. in cap. licet 18. de regularibus. expenditur. & n. 18.*
9 *Poſſidet qui bona fide, à poſſeſſione dimouendus non eſt.*
Quia poſſidentis conditio melior æſtimatur. n. 10.
Et in profeſſione in religione extenditur. n. 11.
Si quis bono zelo, iuſtiſq; cauſis de vna ad aliam tranſiens religionem in ea profeſſus fuerit. n. 12.
Ratio affertur. nu. 16. etiam ſi ad æqualem tranſijt. n. 17.
13 *Profeſſio eſt contractus vltro, citroq; obligatorius.*
Religionis, & profeſſi. vtriuſque conſenſu perficitur. n. 15.
Poteſt vtriuſq; diſſenſu infirmari.
Quoad trāſitum videlicet ad aliam. n. 14.
14 *Contractus ſicuti vtriuſq; conſenſu firmātur.*
Pariq; modo vtriuſq; diſſenſu infirmantur. & nu. 15.
18 *Superioris eſt iudicium, an ex charitate, vel temeritate quis ad aliam tranſeat religionem, vel arctiorem, vel laxiorem.*
19 *Conſtitutio Bonifacij IX. pro Patribus Predicatoribus, ne ad alias admittantur Mendicantium religiones, ni tranſiens, & à qua tranſit, & ad quas, meminerit. refertur.*
Expenditur n. 22. & 31.
Detractum eidem fuit per diſpoſitionem Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 14. cap. 11. de reformat. n. 20.
Neq; ex motu proprio, ſed ad Patrum ſupplicationem proceſſit. n. 25.
21 *Legi veteri per poſteriorem derogatur.*
23 *Quicunq; pronomen, omnia comprehendit.*
Nihilq; excludit.
24 *Indefinita loquutio, vniuerſali æquipollet.*
26 *Volenti, & conſentienti nulla fit iniuria.*
27 *Manuteneri quis debet in poſſeſſione, in qua iuſtè reperitur.*
Nemine potiſſimùm conquærente. n. 30.
28 *Poſſidentis conditio potior eſt in pari cauſa.*
29 *Religio reſtitutionem habet in integrum ad petēdum regularem, qui cum eius damno ad aliam tranſijt.*
30 *Semel admiſſus manuteneri debet.*
31 *Clauſula (ſi ſuper his à quoquam quauis authoritate, &c.)* Ex-

Expenditur de authoritate priuata.
Non de Summi Pontificis, vel ſucceſſoris. n.12.

33 *Pape authoritas immenſa dicitur, & eſt.*

34 *Attentare, eſt contrà ius, faſq; atque in alterius præiudicium priuata authoritate tentare.*

35 *Superior, qui in translatione Monachi de vna in aliam religionem aſſenſum præſtare debet, Religionis, ſiue Conuentus Superior exauditur.*

ARGVMENTVM.

Regularis, qui ex ordine Prædicatorum ad aliam Mendicantium æqualem, à religione priori facta ſibi licentia, ac facultate Summi Pontificis trãſeundi ad quamcunq; ex approbatis, tranſijt, in eaquè per plures perdurauit annos; an iurè perſiſtere poſſit, quòd cuiuſdam priuilegij Bonifacij IX. in gratia à Summo Pontifice, non meminit? Diſcutitur proindè priuilegium præfatũ ad ornatum *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 14. cap. 11. de reformat.*

RESPONSIO LII.

Regularis quidam ex ordine Prædicatorum, vigeſimo ab hinc anno, annuentibus ſuæ Religionis Prælatis, facultare obtẽta à Sancta Sede Apoſtolica per Breue Sanctiſſimi tunc temporis Papæ ad quamcunq; aliam ex approbatis tranſeundi, ad aliam ex approbatis Mendicantium religionem tranſiuit, atq; in ea profeſſionem ſuo emiſit tempore ſolemnem, in eaque ſub regulari obſeruantia intra viuit
1 Clauſtra, ſui ſub Superioris obedientia. Verùm, vt eſt aduerſarij noſtri Diaboli circuire, ac quærere, quem deuoret. 1. *Petri* 5. *Iob* 2.2. ſummè intenſas in hunc immittit cogitationes, eius vt animi quietem, tranquillãq; ſerenitatem perturbet; tuta eum conſcientia in hac, ad quam tranſijt, religione permanere haud poſſe: quòd nulla in ea emiſſa profeſſio fuerit, nullus tranſitus: quòd in Breui præfato à Sancta Sede Apoſtolica obtento, cuiuſdam Conſtitutionis à Bonifacio IX. anno Pontificatus ſui 16. quæ incipit; *Sacræ Religionis ſub qua, &c.* eidem Religioni Prædicatorum indultæ, memoriam minimè fecit; vt nulla ſe poſſit pace firmare. Animi verò perturbationẽ impellit acriùs; quod nonnullos Patres Theologiæ profeſſores, non leuis nominis, Hiſpanos, conſuluit, ijq; etiam ſcripto eidem reſponderunt, perpenſis nonnullis eiuſdem Bonifacij Conſtitutionis verbis, eſſe profeſſionem in ſecunda, ad quam tranſiuit, religione, nullam, inualidamquè. ad priorem proinde religionem tranſuolare debere. Conſulit tandem nos, vt noſtrum aperiremus ſenſum. Perpenſis propterea omnibus hinc inde: Tutum eum in hac, ad quam ſecundò tranſiuit ex approbatis; Religione, & in qua profeſſionem emiſit, per-
2 manere, reſpõdere viſum eſt. Quia nimirum hic tranſitus de priori ad hanc ſecundam religionem, in qua profeſſionem regularem denuò emiſit, non temerè, ſed licitè proceſſit, habita à prioris Religionis Ordinis Prædicatorum ſuperioribus iuſtis ex cauſis licẽtia, atq; à Sancta Sede Apoſtolica per Breue facultate ad quamcunq; ex approbatis tranſeundi. ad *text. in cap. non eſt. 7. & cap. ſanè* 10. *& cap. licet* 18. *de regularib. & can. virgines. 1. cum tribus ſequentibus.* 20. *q.* 4. *S. Thom.* 2.2. *q.* 189. *art.* 8. *Nauarr. conſ.* 88. *lib.* 3. *de regular. Rodriq. quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 8. *Bartholomæus à S Fauſto in Theſauro Religioſorum. lib.* 5. *q.* 293. *Lezana in ſum. quæſt. regularium. part.* 4. *verbo. trãſeuntes regulares. n.* 1. *cum ſeq. Bonacina de clauſura q.* 2. *punct.* 9. §. 1. *n.* 1. *&* §. 3. *Nauar. tract.* 4. *de regularib. ad can. ſtatuimus.* 19. *q.* 4. *nu.* 10. *Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis part.* 2. *verbo religioſi cap.* 4. *in princip.*

Nullus proindè ei ſcrupulus ingenerari debebit, ſe ad priorem tranſire religionem
3 teneri. Cùm iurè fecerit tranſeundo, nullo ergo tenetur mali ſcrupulo, qui iure fecit, iureq; permittente. ad *text. in l. Grachus* 4. *C. ad l. Iuliam de adulter. l. fin. ff. quod quiſq; iuris. l. nemo damnum* 194 *vbi Decius, & Cagnol. ff. de regul. iur. Gloſſ in cap. conſultationibus* 19. verbo *remoueri. de iure patron.*
4 vti etiam argumentatur inductione Auguſtinus in *can. quid dicam* 11. *in fin.* 14. *q.* 4. ſi iure. ergo iuſte; ſi iuſtè ergo benè. Similiquè modo argumentatur Gregorius in *can. ad eius verò* 4 §. *ſi igitur benè. diſt.* 5. ſequiturq; *Federicus de Senis conſ.* 36. *n.* 2.

5 Deindè quòd Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſione* 14. *cap.* 11. *de reformat.* omnẽ vagandi regularibus, atq; apoſtatandi conſequenter anſam amouere intendens; de vna ad aliã religionem tranſeuntibus diſponens, præter ea, quæ à ſacris Canonibus definita fuerant, ſequentibus ſtatuit.

Quia verò Regulares de vno ad alium or-

dinem tranſlati facilè à ſuo Superiore licen-
tiam ſtandi extrà Monaſterium obtinere
ſolent, ex quo vagandi, & apoſtatandi occa-
ſio tribuitur: nemo cuiuſcunq; Ordinis *Præ-*
latus, vel Superior vigore cuiuſcunq; facul-
tatis, aliquem ad habitum, vel profeſſionem
admittere poſſit, niſi in Ordine *ipſo, ad quem*
transfertur, ſub ſui Superioris *obedientia in*
Clauſtro perpetuò maneat. ſic Sacrum Con-
cilium.

Hic verò regularis à priori ordine ad ſe-
cundum hunc admiſſus, profeſſione ſolemni
præuia, ſub ſuo Superiore perpetuò viuit, &
vixit, a Superiore Religionis ſecundæ facul-
tate accedente Sanctę Sedis Apoſtolicę, & li-
cētia Superiorū prioris Religionis, admiſſus.
ergò iurè. Nullus ergò iurè ei ſcrupulus in-
generari valet de ſecundæ huius profeſſio-
6 nis validitate, firmitateq;. Quid enim ſtare
prohibeamus, quod mutatum non eſt? vt
ſenſu vtamur, & verbis Iuſtiniani Cæſaris in
l. ſancimus 27. C. *de teſtam. & l. præcipimus*
32. *in fin.* C. *de appellat.* §. *fin. in auth. de ad-*
miniſtrat. officia. collat. 3. *cap. conſtitutio.* 41.
in fin. de elect. lib. 6. firmumq. redditur ar-
gumentum ex his, quæ habet *Lezana d. p.* 4.
7 verbo *tranſeuntes. num.* 2. non irritari tran-
ſitum ad aliam Religionem, quàmuis ille
ex animi leuitate factus fuerit: cùm malus
finis profeſſionis, ſi contra ſubſtantiam eius
non fiat, illam haud irritam faciat. *Bonacina*
d. punct. 9. §. 3. *diffic.* 1. *n.* 7.

8 Accedit perpenſioni huic, cui non mino-
rem addit lapidem, diſpoſitio *text. in d. cap.*
licet. 18. *de regularib. in fin.* dùm Summus
Pontifex Innocentius Tertius ſequentibus
decernit:

Mandamus, (inquiens) *quatènus ſuper eo,*
quod de corde puro, & conſcientia bona, &
fide non ficta feciſſe dignoſcitur, eum nulla-
tènus moleſtetis.

Tranſiuit autem regularis hic ad ſecun-
dam Religionem, in qua profeſſionem emi-
ſit, corde puro, conſcientia bona, & fide non
ficta, licentia ſibi facta à Superioribus prio-
ris Religionis Ordinis Prædicatotum, atquè
facultate à Sancta Sede Apoſtolica per Bre-
ue Sanctiſſimi Papæ, tranſeundi ad quam-
cunq; ex approbatis. Nullo igitur pacto
moleſtia afficiendus, neq ſcrupulis angen-
9 dus. Quid enim à iuſta poſſeſſione dimoueas,
qui bona fide poſſidet? ad regulam *poſſeſſor*
10 *de regul. iur. in* 6. & cuius conditio ſemper
melior æſtimatur. vt diſponit Alexander
Tertius in *cap. ad aures.* 6. *de præſcriptionib.*
decreuit hoc ipſum idem Alexander Tertius
d. cap. ſanè 10 *in fin.* ſic loquens Ambianen-
11 ſi Epiſcopo ſcribens: (Monaſterio ſcilicet
ad quod tranſierat) *cum pura conſcientia*
remanere permittas. quo loco *Gloſſ.* verbo
permittas differentiam definiens, dicit. *Illud*
intellige, quando cauſa leuitatis, vel vanita-
tis non petita licentia tranſijt; hic quando
cauſa maioris Religionis, & bono zelo. infrà
12 *eod. licet.* Bono hic zelo, iuſtiſq; ex cauſis
tranſijt, atq; facultate ſibi facta à Sancta Se-
de Apoſtolica. nullo ergò detineri iurè ſcru-
pulo poterit. *Bonacina de clauſur. quæſt.* 2.
punct. 9. §. 3. *difficultat.* 1. *per tot. præſertim*
num. 7. & 8. & *difficultat.* 2. *num.* 1. & *ſeqq.*
Lezana d. verbo *tranſeuntes regulares. n.* 2.
in fin. & *num.* 4. & 9.

13 Præterea eſt profeſſio contractus vltrò
citròq; obligatorius, quo profeſſionem emit-
tens Monaſterio, ſeu Religioni ſe obſtringit
ad eidem ſecundùm regulam ſeruiendum;
& viciſſim Religio ad alendum, & tractan-
dum eundem, ſecundùm regulam *cap. por-*
rectum. 13. & *cap. ad Apoſtolicam* 16. *de re-*
gular. Nauarr. conſ. 26. *num,* 1. *lib.* 3. *de regu-*
laribus. diximus *reſponſ.* noſtra 38. *num.* 24.
par. 2. & *reſponſ.* 54. *num.* 21. *par.* 3. Potuit
14 ergò contractus hic vtriuſq; conſenſu infir-
mari (quatènus Religioni quis obſtringitur,)
vt ad aliam tranſire, vel æqualem, vel ſtri-
ctiorem valeret. ad *text. in l. in omnibus ne-*
gotijs 56. *ff. de actionib. & obligation. l. ſicut*
initio 5. C. *eod.*

Acceſſit autem per Religionis Superiorē
expreſſus conſenſus, atq; Sanctæ Sedis Apo-
ſtolicæ facultas, vt Regularis hic ad aliam
quamcunq; Religionem ex approbatis tran-
ſiret. Nullus itàq; ſcrupulus iurè ei fieri po-
tuit, qui iurè tranſijt, nulloq; obloquente;
15 Cùm negotium hoc vtriuſq; contrahen-
tium conſenſu perfectum fuerit, non vnius
tantùm, iuſtiſq; ex cauſis. *d. cap. porrectum*
13. & *cap. ſicut tenor.* 15. & *d. cap. ad Apo-*
ſtolicam 16. *de regularib. extrà. cap.* 1. & 2.
eod. tit. lib. 6. diximus *d. reſponſ.* noſtra 54. *n.*
12. & 13 *par.* 3. *Bonacina vbi ſuprà. & diffi-*
cultat. 2. *num.* 4. *Lezana num.* 3. Ratione ſa-
tis euidenti, quam affert *Bonacina d. num.* 4.
16 quia nullo iure huiuſcemodi tranſitus, &
profeſſio ità emiſſa irrita habetur, vt firma
proindè eſſe debeat. argumento *text. in d.*
cap. non eſt. 7. *de regular.* à contrario ſenſu
ducto, dùm Alexander Tertius *d. cap.* man-
dat. reuocari illos regulares ad priora Mo-
naſteria, qui ſine Abbatum licentia ad alia
tranſiere. vt ſecùs eſſe debeat ſi cum licentia
17 trāſierint, etiam ad æqualem. vt *Gloſſ.* docet
ibidèm verbo *permittatis in fin.* pureq; ex
ratione, quam Innocentius Tertius *d. capit.*
licet. 18. §. *ſi verò probabilitèr. de regularib.*
18 vtitur. Superioris eſſe iudicium requiren-
dum, an ex charitate, an ex temeritate, ar-
ctiorem, aut laxiorem quis petit Religio-
nem. Superioris authoritate, ac Summi Pon-
tificis facultate hic ſecundam petijt Reli-
gionem iuſtis ex cauſis. Nulli proindè ſcru-
pulo ſubijciendus.

Neq; obſtaculum vllum facit, quod de
Conſtitutione Bonifacij Noni objicitur; &
in illa fundamentum ſatis firmum (vt puta-
uere) iecere, qui aduerſæ adhæſerunt ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiæ pro nullitate reſpondentes ſecundæ
proteſſionis. Non enim ad omnia in dicta
Conſtitutione diſpoſita animum, vt decet,
19 intendere: verba proindè nos in medium
afferamus Conſtitutionis præfati Bonifacij,
quam refert *Confectius in collect priuilegio-
rum mendicantium* in Bonifacio IX. *conſti-
tut.* 1. *fol.mihi* 21. Confirmans nempè dictus
Bonifacius IX. priuilegia per alios Summos
Pontifices prædeceſſores ſuos, vt puta Ho-
norium IV. Clementem IV. & Bonifacium
VIII. eidem religioni Patrum Prædicatorũ
indulta, demùm ſequentibus ad hanc rem
infert.

Et inſuper ſtatuimus, (inquiens) *& etiam
ordinamus, quòd quorumcunq; mendicantiũ
ordinum Fratres, huiuſmodi Prædicatorum
ordinis Fratres, aut Sorores ſubiectas eiſdẽ,
in eorum Confratres, aut ſorores, etiam vi-
gore litterarum Apoſtolicarum, ſuper hoc
hactènus forſan conceſſarum, vel in poſterum
concedendarum, etiam quòd ad parem, vel
arctiorem poſſint tranſire ordinem continen-
tium; niſi in eis de Ordinibus, à quibus rece-
dunt; & ad quos transferendi ſe licentiam
obtinuerint, nec non de præſentibus, & eorũ
toto tenore ſpecialis, & expreſſa mentio ha-
beatur; non poſſint recipere.* ſic Conſtitutio.

Nihil igitur ex Conſtitutione prædicta
contra nos.

20 Tum quidèm, quod ſat fuit prædicto rè-
gulari, qui ad ſecundam tranſijt; diſpoſitionẽ
dicti Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.* prædicta
14. *cap.* 11. in ſuperioribus ad verbum rela-
tam, ſeruaſſe. Diſpoſitio nempè dicti Sacri
Concilij poſterior fuit. Derogauit proindè
antecedenti dicti Bonifacij. Cùm Sacrum
Concilium ad reformationem intendens
morum, & ad impediendas regularium va-
gandi, atq; ſimul apoſtatandi anſas; certam
tradiderit formam in translationibus de
vna in aliam religionem tranſeundi, omni-
modis ſeruandam; ſat itaq; fuit ad aliam ſe
tranſtuliſſe religionem fratrem hunc ad Sa-
cri Tridẽtini Concilij formam, vt nihil aliud
curandum ſit de dicta Bonifacij IX. Conſti-
21 tutione, cùm ei, vt puta veteri, per dictam
Concilij diſpoſitionem, (nouam vti legem)
detractum fuerit per ea, quæ nouitèr ſeruan-
da exprimuntur. ad *text.in l.præcipimus* 32.
*C.de appellat.cap.*2.*de translat.Epiſcop.Na-
uarr.conſ.*24.*an clerici.n.*1.*lib.*5.*de priuileg.
& man.cap.*4.*n.*7.*in fin.verſ.per quæ verba.
Gregor.Sayrus deciſ.*26.*in fin. de priuileg.
lib.*5.

22 Tum quòd ipſa Bonifacij Conſtitutio, non
vtiq; decernit, petentem tranſire ad aliam,
debere exprimere ſpeciatim locum, ad quẽ
tranſire intendit; ſed Fratribus mendicanti-
bus inhibet, ne fratres ex ordine Prædicato-
rum, etiam vigore litterarum Apoſtolicarũ
admittant, niſi de ordinibus, à quibus rece-
dunt, & ad quos transferendi ſe licentiam
obtinuerint, meminerint: Hic verò in facul-
tate obtenta a Papa ſe de ordine Prædicato-
rum tranſire, ad quamcunque aliam ex ap-
probatis, expreſſit, atq; apertiſſimè obtinuit,
cum clauſulis derogatorijs (*non obſtantibus
&c.*) Omnem igitur alium ordinem expreſ-
ſit, qui facultatem habuit ad quamcunquè
ex approbatis religionibus tranſiendi. ad
23 *tex.in cap.ſolita* 6. *§.nobis autem.de maio-
rit.& obedient.* dùm Innocentius III. ad ver-
ba Chriſti Domini ad Petrum, *Quodcunquè
ligaueris ſuper terram, &c.* adijcit; *nihil exci-
piens, qui dixit quodcunq;* diximuſq; plura
referentes *reſponſ.noſtra* 21.*num.*12. *&* 13.
*part.*2. Neq; Bonifacius IX. in ſingulari dixit,
& ad quem, ſed in plurali, & *ad quos transfe-
rendi ſe licentiam obtinuerint.* vt omnem
aliam comprehenderet ex approbatis, (ex
24 mendicantibus præſertim) ex indefinita
Pontificis locutione, quæ vniuerſali æqui-
pollet, ex regula Ariſtotelica, quam appro-
bat Pomponius Iure Conſultus lib.4. ad
Quintum Mutium *in l.ſi pluribus hæredibus*
45.*ff.de legat.*2. *Bart.in l.omnes populi n.*57.
*ff.de iuſtit.& iure.Cagnol.in l.*1.*n.*10.*de re-
gul.iur.* diximus *reſponſ.* noſtra. 36. *num.* 36.
*part.*3. & in noſtro *Apologetico* pro iuribus
Eccleſiæ *n.*215.

25 Tum præterea, quòd Conſtitutio ipſa
Bonifacij non ex certa ſcientia, ſed ad Patrũ
Prædicatorum petitionem rogata fuit: *Hinc
eſt,* (Bonifacius inquit) *quod nos ipſorum
Magiſtri, priorum, & fratrum in hac parte
deuotis ſupplicationibus inclinati, &c.* Fratrũ
26 igitur fauore Conſtitutio rogata fuit. non
itaq; iniuria vlla illis irrogata fuit per tranſ-
lationem ad aliam religionem ex approbatis
quamcunq; per hunc Fratrem, cùm ipſi vo-
luntariè aſſenſum præſtiterint, vt ſe transfer-
ret. ex regula *ſcienti.*27.*de regulis iuris in* 6.
*l.*1.*§.vſq; adeo ff.de iniurijs.*

Nec Religio ipſa Patrum Prædicatorum;
nec quiſquam alius ex eadem religione, de
tranſitu huiuſmodi conquæſtus vnquàm ad-
uerſus fratrem hunc fuit, neq; conquæritur.
27 In poſſeſſione eſt igitur in hac permanendi
religione, in qua profeſſus denuò, nec illegi-
timè reperitur; vt nullus propterea ei ſcru-
pulus refricandus ſit, quin in ea manutenẽ-
dus ſit. ad regulam *text.in §.hodie.Inſtitut.
de interdict.* & tradita per *Ripam in cap.cùm
Eccleſia Sutrina.n.*53.*& ſeq.de cauſa poſſeſ-
28 ſionis, & proprietat.* Quòd in pari cauſa poſ-
ſidentis conditio ſemper potior eſſe debeat.
ad regulam *in pari* 65. *de regulis iuris in* 6.
29 ſi quid enim damni ex hoc tranſitu priori
Religioni eueniret, ius eſſet eidem reſtitu-
tionem in integrum petendi. vt *Bonacina d.
difficultate* 2. *propoſitione* 2.*nu.*4. *& Lezana
d.nu.*3. *ex cap.*1.*de reſtitutione in integrum.
& Sanchez lib.*6.*moral.cap.*7.*n.*11. *& n.*29.
30 *alijq; apud eos.* deducunt. Interim verò nul-
lo conquærente. Vt quid ſcrupulum huic

Digitized by Google

moueas regulari,qui iuſtè,ſanctèq; ad ſecũ-
dam hanc,mendicantium quoque,religionẽ
tranſijt,in eaque,per decẽ & octo,& ampliùs
annos permanſit,& permanet? iureq; poſſi-
det. Manutenendus vtique in qua reperitur
poſſeſſione ex conſcientia bona quia ſemel
admiſſus fuit,vndè manuteneri debet.ad re-
gulam,*quod ſemel.21.de regul.iur.in 6.* Gra-
tianus ex Ambroſio in *can. horrendus, &
incultus.* 17. 32. *q.*5. & ibidem *Gloſſ.* verbo
ſemel. dicens: ſufficere ſemel conſentire.
Triuiſan. deciſ. 11.*n.*3 *part.*1.
31 Nec vis facienda eſt vlla in clauſula illa in
fine Conſtitutionis Bonifacij adiecta:*Decer-
nentes* (inquiendo) *ex nunc irritum, & inane
ſi ſecus ſuper his.à quoquam quauis autho-
ritate ſcienter, vel ignoranter contingerit
attentari.*
32 Quia nimirum verba prædicta de autho-
ritate exaudiuntur priuata,nõ verò de Sum-
mi Pontificis authoritate conſtituentis, Bo-
nifacij ſucceſſoris; qui, vt potuit Bonifacij
totam Conſtitutionem deijcere;potuit mul-
to magis facultatem huic Regulari iuſtis ex
cauſis facere ad quamcunq; aliam religionẽ
ex approbatis tranſeundi;potiſſimùm verò,
quòd, (vt ſupra diximus) ex decreto Sacri
Tridentini Concilij *.d.ſeſſ.* 14. *cap.* 11. huic
Bonifacij Conſtitutioni in hac parte detractũ
fuit; vt ſat,ſuperque fuerit dictam formam à
Sacro Concilio præfinitam,ſeruatam fuiſſe.
33 Immenſa verò Papæ eſt authoritas.ad *tex.
in cap.ad honorem.4.de authorit. & vſu pal-
lij:Geminian.conſ.*14.*in princ.Rota in Vlix-
bonen.Monaſterij* 19. *Nouembris* 1625.*co-
ràm Coccino Decano deciſ.*461. *nu.*3.*in ſup-
plemento* 5.*part.recent.per Rubeum.* Firmio-
34 remq; perpẽſionem hanc reddit, ipſummet
verbum, (*attentare,*) quod hoc ſignificat,
priuata authoritate contra ius, faſq; in alte-
rius præiudicium aliquid tentare. ad *tex.in
l.ſi quis non dicam rapere* 5.vbi *Gloſſ.* verbo
attentare. C.de Epiſcopis, & clericis, canoni-
zata in *can.ſi quis non dicam.*33.*q.*3. quæ eſt
*diſtinct.*1.*de pœnit.* vbi etiam *Gloſſ.* & Paulus
Iure Conſultus in *l.attentari* 10.*ff. de iniu-
rijs.* & Vlpianus in *l.item apud Labeonem*
15. *§.tenetur hoc edicto ff.eodem.* diximuſq;
reſponſ. noſtra 78.*nu.*138.*&* 139.*part.*3. Hic
verò nihil temerè priuata authoritate tenta-
tum, vel attentatum fuit, ſed Summi Roma-
ni Pontificis facultate frater hic ad aliam ex
approbatis religionem tranſijt, atq; ſeruata
Sacri Tridentini Concilij diſpoſitione; neq;
in tertij præiudicium; cùm aſſenſus præceſ-
ſerit Religionis Patrum Prędicatorum,à qua
35 tranſijt: qua de re ipſe ſolus religionis Præ-
dicatorum ſuperioris conſenſus, legitimis
exigentibus cauſis, ſat erat, vt legitimè, iu-
rèq; tranſiret. ex *tex. in d.cap.licet.*18. *de re-
gularibus.* & in hac ipſa re de religione Præ-
dicatorum. ſequitur à *Sancto Fauſto dicto
tract. Theſauri religioſorum lib.* 5.*q.* 300.
iuxtà *Gloſſ.* receptã in *cap.cum ſingula* 32.
§.*prohibemus.* verbo *canonicè. de præbend.
in* 6. quam ſequitur, approbatquè. *Nauarr.
commentar.*4.*de regular.n.* 10.referẽs quoq;
verba Conſtitutionis dicti Bonifacij, inter
Cõſtitutiones Prædicatorum §.*item ſtatui-
mus cap.*17.*diſt.*2. nullam memoriã faciens,
de nullitate ſi ſecus fiat. *Lezana d.* verbo *trã-
ſeuntes regulares n.*11.*tom.*4.plenèq; diſſerit
Bonacina d. §. 3.*punct.* 9. *difficultat.* 1.*in* 2.
*propoſit.n.*9.*& ſequentib.* Hic verò nedùm
Religionis, ſed Summi Pontificis per Breue
ſanctitatis ſuę licentia tranſeundi ad quam-
cunq; ex approbatis intercеſſit.

Nihil eſt ergo quòd regulari huic ſcrupu-
lum faciat, quin tutè in religione, ad quam
tranſiuit, permanere debeat. Vt ex his me-
liori minimè abiecto, quin non magis expe-
tito conſilio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Iudicare, ordinare, vel excommunicare nul-
lus debet Epiſcopus alterius iuriſdi-
ctionis Parochianum.*
*Sed quilibet ſuis terminis ſe continere de-
bet. & n.*44.
2 *Iudici ſine iuriſdictione iudicanti poteſt im-
punè non pareri.*
*Quia ſine iuriſdictione iudicium nullum
ſubſiſtit.*
3 *Iudicum animi motus ſedatos eſſe oportet.*
Vt paſſionibus non moueantur.
Ratio redditur.
4 *Brachium impartiri non debet Iudex in ſuæ
iuriſdictionis praiudicium.*
Neq; illam negligere.
*Ratio redditur n.*5.
*Decretum declaratur Sacrę Congregatio-
nis.n.*36.
5 *Charitas ordinata à ſe primùm incipit.*
6 *Iudex nemini poſtulanti iuſtitiam denegare
debet.*
*Quin iuſta poſtulantium preces exau-
dienda.*
*Non tamen iniuſtitiam ſibi fieri pati de-
bet.n.*7.
8 *Merces alienas, qui ſeruandarum ſuarum
rerum cauſa, in mari proiecerit, nulla
tenetur actione.*
Ni dolo, vel ſine cauſa id fecerit.
9 *Executor nemo contra ſeipſum eſſe debet, etiã
iuſta ſententia.*
Non igitur permittendum.
*Quin ſatis peruerſum æſtimatur.n.*10.
11 *Brachium imploratus Iudex poteſt partem
citare ad dicendum contrà.*
*Præſertim ſi à non competente Iudice im-
ploretur.n.*12.

Atq;

Digitized by Google

Atq; brachium denegare ſi defectus detegatur.n.14.
Præſertim citationis.n.22.
Vel ſi modus ſeruatus non fuerit.n.27.
13 *Sententia à non ſuo Iudice lata, non tenet.*
15 *Exceptio incompetentiæ Iudicis, executionē impedit.*
Ratio affertur.n.16.
16 *Iniuſtitiæ omnis actus, mortale.*
17 *Iudex inſipiens æſtimatur, qui contra ſuam ordinariam iuriſdictionem quicquid admittit.*
Quin illam tueri tenetur, nè iuſtitia contemnatur.
Neq; ſententiam ſuo ex corde, ſed ex præcepto Diuino proferat.n.18.
Siuè condendet, ſiuè iuſtificet.
Neq; amicorum rationem habeat.n.19.
Neq; paupertate, neq; diuitijs moueatur.
20 *Citationis defectus ſententiam reddit nullam.*
Quiq; dicit citatum fuiſſe, probatione præſtabit.
Et inſanabilis hic dicitur defectus.nu.24.
In cauſa præſertim cenſurarum. & n.23. & n.34.
22 *Non probat hoc eſſe, à quo contingit abeſſe.*
22 *Brachium implorare debet, qui in alieno territorio quemquam citare vult. vt præſertim valeat quis cenſuris innodari.n.23.*
Vel ſi exequi mandatum debeat.nu.28.
24 *Citatum quem non fuiſſe ex reuolutione probatur actorum.*
25 *Excommunicatio nulla eſt, ſine cauſa prolata.*
Et in ſubſidium venire debet, in cauſa ciuili.
Ex Sacri Tridentini Concilij decreto.
29 *Contractus ratione forum quis ſortitur in loco contractus.*
Quod tamen non ità abſolutè procedit.
Sed domicilium requiritur, vel ſaltim reſidentia.n.30.
Poterit tamen illum citare, non verò ad comparendum arctare.n.32.
Neq; excommunicare, poterit tamen contumacem habere.n.33.
31 *Actor rei forum ſequitur, ordine verò conuerſo, reus actoris.*
35 *In Iudicem conſentire reus non poteſt in ſui Ordinarij præiudicium.*
36 *Lex iuſta eſſe debebit, vt liget.*
Iniuſta eſt, quæ tertio præiudicium infert. nu.37.
Quia à ratione diſtat.
38 *Princeps nunquàm in tertij præiudicium decernere quicquam videtur.*
Quia ille omnia cum cauſa, & ratione facere videtur.nu.39.
Vt Deus, quem ſequi debet.
40 *Obſeruantia ſubſequuta multum facit ad iuriſdictionem fundandam.*
Præſertim verò quæ à iure fomentum ſortitur.
Et vetuſta, atq; inuariabilis.nu.41.
Quæ priuilegij, atq; decreti vim obtinet.
Indueitq; ratificationem.n.42.
Præſertim verò in contradictorio obtenta.n.43.
44 *Terminis ſuis quemque ſe continere, iuſtum.*
Eoſq; tranſgrediens maledictione feritur

ARGVMENTVM.

Brachium an impartiri debeat Epiſcopus in ſua Diœceſi Epiſcopo, qui implorati Iudidicis Parochianum excommunicatione nodauit, quòd debitam ſuæ menſæ pecuniam non ſoluiſſet? & nùm ſolius contractus ratione forum quis ſortiatur? ad interpretationem *text. in cap. Romana* 1. *§. contrahentes, de foro competent. in* 6. Cùm Iudex ſuam tueri iuriſdictionem teneatur, non illam proruere.

RESPONSIO LIII.

NVllam iuſtam quærelæ cauſam habet, vel habere poteſt Illuſtriſſimus Epiſcopus Noui aduerſus Illuſtriſſimum Epiſcopum Sauonen. quòd cedulones excommunicationis aduerſus Gateram per ipſum relaxatos, noluerit in ſua Diœceſi publicari, vel affigi permittere. Habet enim, habuitq; iuſtam denegandi cauſam: Quia nimirùm Gatera eſt ſubditus Diœceſis Sauonen. non itàq; pati debebat, ſibi ſubiectum, ac Diœceſanum ab alieno Epiſcopo excommunicari. Quippè nouerat quid Caliſtus Papa ad Epiſcopos Galliæ reſcripſerat in *can. nullus. 1. 9. q. 2.* dicens, atq; decernens:

1 *Nullus alterius terminos vſurpet, nec alterius Parochianum, iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius Iudicis, niſi*

ſi ſui ſententia tenebitur, aut damnabitur.
Vndè & Dominus loquitur,dicens: nè tranſ-
grediaris terminos antiquos,quos poſuerunt
patres tui.ſic Caliſtus.
At Noui Epiſcopus alterius Diœceſis Pa-
rochianum,Sauonen.Epiſcopo ſubiectum
excõmunicationi ſubiecit.Rata igitur haud
2 eſſe debebit,nec vires vllas obtinere.Quin
potuit ei iurè per dictum Gateram impunè
non pareri, quia à non ſuo Paſtore iudica-
tus,& extrà ſuæ iuriſdictionis territorium.ſi-
ne iuriſdictione propterea,ſine qua iudiciũ
nullum ſubſiſtit, iuxtà Pauli Iuriſconſulti
determinationem lib.1.ad edictum in *l.fin.*
ff.de iuriſdict.omnium iudic. atq; Bonifacij
VIII.in *cap.2. in fin.de conſtitut.in 6.Sanct.*
Thom.par.2.ſum.quæſt.69.art.1. in corpor.
3 Iudicum proindè animi motus ſedatos eſſe
oportet, vt nihil intemperans, nihilq; quod
non graue ſit,& conſtans,firmumq; tentent,
neq; paſſionibus moueantur. ex *Ariſtot.lib.*
4.de moribus.ſequiturq, Calliſtratus lib.1.de
cognitionibus.in *l.obſeruandum 19.ff.de*
officio præſidis.aduertitq; *Tuillius* ad Alciati
emblema 145.verbo *quia mente graues*: ra-
tionemq; reddit Vlpianus lib.5. fideicom-
miſſor.in *l.generalitèr.*24 §. *quis ergò ſta-*
tuet.ff.de fideicommiſſar.libertatib. dicens:
Nè aliquã ambitionis,vel gratiæ ſuſpitionẽ
Prætor ſubeat. Vt multò magis Dominus
4 Sauonen. brachium eidem impartiri, in iu-
dicatione nulla in ſibi ſubiectum per alie-
num Epiſcopum lata,denegare iurè potue-
rit. Quia profectò cùm de ſuo ipſius iure
ageretur,propter iuriſdictionis exercitium,
cui præiudicium per hoc parabatur; negli-
gere illud debeat minimè.ex ratione, quam
refert Innocentius Tertius in *cap. licet Ma-*
giſter.3. de ſupplend.negligentia prælato-
rum.in illis verbis: *Nè igitur ius noſtrum*
negligere videamur.rationemq; reddit *Gloſſ.*
5 ibidem verbo *videamur*. Quia ordinata
charitas à ſe incipit. *can.qui vult.19. de pœ-*
nit.diſt.3.l.præſes 6.C.de ſeruitut. & aqua.
*cap.niſi ſpecialis.3.& ibid.Gloſſ.*verbo.*elige-*
mus.de authoritat.& vſu pallij.Gloſſ in cap.
*1.*verbo *ſicut ſeipſum.de ſacra vnctione*.
ſequitur Rota *apud Cardin. Manticam dec.*
10.*nu.*7.diximus *reſponſ.*noſtra 3.*num.*45.
part.1.
6 Quemadmodùm verò nemini poſtulanti
iuſtitiam denegare Iudex debet. *cap. inter*
*quatuor.*8.in finalibus verbis. *de maiorit.&*
obedient. quia iuſtæ poſtulantium preces
exaudiendæ ſunt. ex Gregorio *can. cùm*
*multa.*5.ibidemq; *Gloſſ.* verbo *vt negare*
*diſt.*86.tritumq; eſt illud è Solonis elegijs.

Magiſtratum gerens audi, & iuſta, &
iniuſta.

7 Ità, pariq; ratione, quin multò magis,ſibi
per ſeipſum iniuſtitiam fieri pati minimè
8 debet. Veluti qui ſeruandarum ſuarum re-
rum cauſa,alienas merces in mari proijcit,
nulla tenetur actione;ni dolo, vel ſine cauſa
id fecerit.ex Iuliani ſenſu lib.41.ad Sabinum
in *l.qui ſeruandarum.15.in princ.ff.de præ-*
ſcript.verbis. & ſequitur *Gloſſ.in d.can.qui*
vult.19. verbo *ſe ipſo.de pœnit. diſt.3.* Cur
enim Sauonenſis Epiſcopus præiudicium
ſibi parari per Epiſcopum Noui in ſuamet
iuriſdictione pati debebat;ſeq; met cõtra ſe
9 ipſum exequutorem præſtare?ad *Gloſſ.*rece-
ptam in *can.fraternitas tua 11.* verbo *cum*
augmento in fin.12.quæſt.2. quam ſequitur
Nauarr.conſ.92.num.3. lib.5.de ſimon. &
conſ.4.lib.5.de iniur.& damno dato. ex *S.*
Thom.2.2.quæſt.62.art.3.in corpor. idem
Nauarr.in man.cap.23.num.66.& cap.25.
nu.118.Felin.in cap.1.de conſtitut.in 6.fal-
lent.num.41.in 3.caſu.Pariſ. de reſignat.lib.
10.quæſt.9.num.12.Sanctarell.variar.reſo-
lut.q.27.num.9.quæſt.4.num.41.Couarr.in
reg.peccatum par.2. relect.§.2.num.6. verſ.
10 *ex tartia concluſ.* At hoc fieri nullo debuit,
nec modo potuit. Non permitti proindè.
quin hoc ſatis peruerſum æſtimatur, vt pro
alterius,etiam malè facto,ſua quiſquam re
priuetur, vel in illa damnum patiatur. ad
text.in can. ſatis peruerſum.7.diſt.56. &
*cap.2.de conſtit.*ad regulam *tex.*in *l.id,quod*
noſtrum.11 ff.de reg.iur.
11 Hanc ob cauſam proindè prudenti ſatis
conſilio vſus eſt Sauonen. Epiſcopus, vt
partem citaret (Gateram ſcilicet) ad dicen-
dum contra cedulones relaxatos ab Noui
Epiſcopo, vt ex illo ſaltim ſciret, noſſetquè
quanta cum iuſtitia ad cedulones relaxan-
12 dos proceſſiſſet.Cùm præſertim noſſet,à nõ
competente Iudice illos relaxatos fuiſſe.ad
*text.in cap.at ſi Clerici.4.de iudic.*ex ratione,
quam affert ibi Alexander Tertius Salerni-
13 tano Archiepiſcopo ſcribens: *quia ſententia*
à non ſuo Iudice lata.non tenet.& toto *tit.*C.
14 *ſi à non compet.iudic.*potuit propterea peti-
tam executionem denegare, atq; in affigen-
dis malè relaxatis cedulonibus ſuperſedere.
ad *text.in cap.de cætero.5.* & ibidem *Gloſſ.*
verbo *fraus.de ſentent.& re iudicat.*dicens:
nec ſententiam debet mandare executioni.
ſequiturq; *ibid.Abb.& Felin.alijq; Scribent.*
ex Bart in l.à Diuo Pio.*num.9. de ſent. &*
*re iudic.Antonius Gamma Luſitan.dec.*207.
num.6.Marius Antonin.Maceraten.variar.
reſolut. lib.1.reſolut.39. num.4. Ioachim.
Minſyngerius *ſingular.obſeruat. centur.3.*
*obſeruat.69.*præſertim *num.3.*volens: Exce-
15 ptionem hanc incompetentiæ Iudicis exe-
cutionem impedire,teneriq; Iudicem,à quo
executio petitur partem audire, & ſi contra
faciat in iniuſtitiam dare, non ſine expreſſi
16 piaculi conſcientia. Cùm iniuſtitiæ omnis
actus mortalis ſit.ex *S.Thom.2.2.quæſt.58.*
art.4.& ſequitur *Nauarr.in repetit.cap.cùm*
contingat.de reſcrip.in nona cauſa nullitatis.
*& remed.*1.*a num.6.cum ſeqq.Rota coram*
Robuſterio dec.85.num.2.cum ſeqq. part.1.
di-

diuerſ.& coràm Cantuccio deciſ.33.n.1.par.
2.diuerſorum. Caualcan.deciſ.Fiuizan.10.
nu.30.par.1. Menoch.de arbitrar.lib.1.q.38.
per tot.Vantius de nullitat.tit.de nullitate
ex defectu iuriſdict.n.54.55.& ſeq. Aluarus
Valaſcus Luſitan.conſultat.48.nu.12.& 13.
Gratian.forenſ.part.1.cap.146.nu.3.4.& 6.
& ita in praxi ſeruari pluribus proſequitur
Iacob.Cancer.lib.2.variar.reſolut.cap.15.
n.12.13.& 14.Hector Capycius latro Regens
deciſ.82.n.15.& 16.
17 Satis enim inſipiens Iudex eſſet, ſi contra
ſuam ordinariam iuriſdictionem quidquam
admitteret: cùm magis illam tueri debeat,
ne iuſtitia contemnatur. ad tex.in cap.1.de
offic.delegat.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſco-
pi part.3.allegat.84.num.28.in fin.vt iuxta
18 Gregorij admonitionem in can.ſummoperè
70.in fin.11.q.3. Non ex corde noſtro, ſed ex
præcepto Diuino condemnationis, vel iuſti-
ficationis ſententiam proferamus, vtq; Cice-
ro 3.officiorum monuit.
19 Neque amicorum habeamus rationem,
modò iuſtitiam ſeruemus, neq; pauperrate,
neq; diuitijs moueamur. iuxta Auguſtinum
relatum can.ne amiſſo.34.23.q.4.
Accedit & his etiam, & alia nec præcedē-
tibus inferior nullitatis cauſa, quam Gatera
20 opponit. Defectus nempè citationis. Ipſe
quippè ab Noui Epiſcopo citatus minimè
fuit: non ſanè in territorio, & Diœceſi Noui,
quia in illa non fuit, neq; tunc temporis re-
periebatur. Epiſcopi igitur erit probare, illū
in ſuo territorio, & Diœceſi tunc fuiſſe, atquè
etiam citaſſe. ex regula illa apud iuris pro-
21 feſſores ſatis decantata: non probat hoc eſ-
ſe, à quo contingit abeſſe.in l.nequè natales.
10. & ibidem Gloſſ.verbo.cùm nihil C.de
probat.l.non hoc 4. vbi etiam Gloſſ. verbo.
quærendum.C.vndè legitim.Rota apud Car-
din.Seraphin.deciſ.1171.nu.1.ſi enim aberat
tunc Gatera à territorio Noui; quo pacto
dici vllo poterit modo, illum in territorio
citatum fuiſſe Noui? Non verò in territorio,
22 & Diœceſi Sauonen. in illo enim brachium
implorare oportuiſſet Epiſcopi Sauonen.
cuius erat ſubditus, & Parochianus, quem
citare intendebat.ad tex in cap.fin.vbi Gloſſ.
verbo citatio non præceſſit. & ibid.Scribent.
de officio Iudic.delegati extrà. cap.ſtatutum
11.§ in nullo quoq; vbi Gloſſ.de reſcript.in 6.
Rota deciſ.15.de offic. delegati in nouis, &
apud Card.Caualer.deciſ.254.n.1.& 2. Ric-
cius part.2.deciſ.188.nu.10.& 11.Gratian.fo-
renſ.part.1.cap.127.nu.11.& in ſpecie Noua-
rius forenſ.part.2.q.34.per tot. Hector Ca-
pycius latro d.deciſ.82.n.16.& 17.magiſq; ad
23 rem noſtram ſtrictim, de citatione ad finē,
vt valeat quis cenſuris nodari.Gemin.in cap.
Romana 1.§.contrahētes.de foro compet.in 6.
n.12.& 13.& ibidem quoq; Francus.
24 Citationis verò hic defectus inſanabilis
eſt, & ex reuolutione probatur actorum, in
quibus de citatione non apparet. Rota apud
ſanct.memor.Gregor.XV.deciſ.416.nu.2.5.
& 6.& ibid.Beltramin.Addens n.8.& apud
Cardin.Seraphin.deciſ.1276.num.4.& apud
Card.Caualer.deciſ.35.n.1.& 2.& in recēt.
part.2.tom.1.deciſ.486.n.5.Gloſſ.in clement.
ſæpè.2.verbo defenſiones.de verborum ſigni-
ficat. Rota part.1.tom.1. in recentiorib.deciſ.
179.nu.2. & apud eundem Cardin.Caualer.
deciſ.53.n.1.& ſeq.& deciſ.396.n.1. & 6.
25 Præterea fuit excommunicatio prædicta
nulla, quia abſquè cauſa lata. cap.ſacro 48.
§.caueat. de ſentent. excommunicat. extrà.
26 Illa quippè in ſubſidium venit: quando vi-
delicèt nullum aliud ſupereſſet remedium,
ad habendum id, quod Eccleſiæ debebatur,
vel Epiſcopo ipſi Noui. Debebat proindè
præcedere mandatum exequutiuum aduer-
ſus Gateram legitimè relaxatum, & exequu-
tio mandati, cum relatione Nuncij, non re-
periſſe bona, ſuper quibus exequeretur, &
tunc demùm in iuris ſubſidium ad excom-
municationis remedium conuolare: vt per
Sacroſanctam Tridentinam Synodum ſeſſ.
25.cap.3.§.in cauſis verò iudicialibus.de re-
format.diſpoſitum fuit; præcipiendo Iudici-
bus Eccleſiaſticis, cuiuſcunq; dignitatis exi-
ſtant, vt abſtineant ſe tàm in procedendo,
quàm in definiendo ab Eccleſiaſticis cenſu-
ris, ſeù interdicto in cauſis ciuilibus ad forū
Eccleſiaſticum quomodolibet pertinētibus.
27 Propter hanc vnam itaquè cauſam, quando
aliæ nullæ eſſent, poterat Epiſcopus Sauonē.
ſuperſedere in publicatione cedulonum.
Satis enim, ſuperquè ipſe nouerat euidenter,
mandatum exequutiuum contra Gateram
relaxatum minimè fuiſſe, neq; illud aduerſus
28 eum exequutum. Quia nimirum ſi exequi
debuiſſet, in eius territorio, & Diœceſi exe-
qui oportebat, in qua Gatera demoratur,
bonaq; habet. oportebat itaquè antequàm
exequutio fieri debuiſſet, brachium implo-
rare Epiſcopum Noui in aliena Diœceſi iu-
riſdictionem exercere volentem per ſuos,
vel alienos exequutores, vt iam in ſuperio-
ribus dictum eſt, ex d.etiam Sacro Trident.
Concilio d.cap.3.ſeſſ.25. & tex.in cap.Roma-
na 1. §.contrahentes. de foro compet.in 6.
mox accuratius expendendo.Hector.Capy-
cius latro d.deciſ.82.n.20. & per totam illam
deciſionem.
29 Neq; obſtaculum vllum facit; Gateram in
Ciuitate Noui ſe Epiſcopo per contractum,
ſiuè obligationem adſtrinxiſſe, vt illius ra-
tione forum ſortiatur.ad tex.Innocentij IV.
in Concilio Lugdunen. in cap.1.§.nunquid
ergo.de priuileg.in 6.cap.Romana 1.§.con-
trahentes.vbi Franc.n.2.& 3.& Geminian.
nu.3.de foro compet.in 6.cap.dilecti filij.17.
§.verum. ibidemq; Gloſſ.verbo certo loco.de
foro compet.extrà.& ibid. Anton.de Butrio.
n.4.& Abb.nu.5.& 6. Rota apud Seraphin.
deciſ.1018.n.2.Monald.conſ.129.nu.6.vol.2.
Merli-

Merlinus Rota Lucenſis deciſ.42. n.10.

30 Namquè, ſi rectè, vt fieri oportet, expen-
datur *tex.in d.§.contrahentes.* vt illum *Gloſſ.*
in caſus figuratione explicat.atque ex ipſius
contextu legitimus eius carpitur ſenſus, ap-
parebit: ſolius contractus ratione forum
quem nõ ſortiri,ſed pariter requiri,vel quòd
domicilium in loco habeat,vel reſidentiam
ſaltim in illo faciat, mercantiam operando.
31 vti *Gloſſ.ibid* loquitur in *Gloſſ.* 1.ne alioquin
iuris ordine conuerſo,non actor rei forum,
ſed reus actoris ſequatur. vti Diocletianus,
& Maximinianus Cæſares loquuntur in *l.iu-
ris ordinem.2.C.de iuriſd.omn.iudic.*ita qui-
32 dem, quòd licèt ratione ſolius contractus
poſſit, valeatq; eum, qui in ſuo ſe territorio
inſtrumenti obſtrinxit obligatione, citare
extra illud;non tamen poterit illum ad com-
parendum arctare, neq; excommunicatio-
33 nis ligare vinculo poterit; & ſi poſſit contu-
macem æſtimare ad effectum tantummodò
decernendi immiſſionem ex primo decreto
in bonis, implorato tamen quòad miſſionẽ
Iudicis loci bonorum brachio:vt contextus
habet Innocentij IV. *in d.§. contrahentes in
fin.* dicens: *Sed tunc loci Diœceſanus ad de-
nunciationem ipſorum,* (Archiepiſcopi ſcili-
cet, & ſuorum Officialium, vt *Gloſſ.* etiam
ibid. verbo *ipſorum* aduertit) *faciet huiuſ-
modi miſſionem.*Et ita præter *Gloſſ.*rem hanc
ſuis commentarijs apertam faciunt *Philip-
pus Francus ibidem n.2.& 3.*& *Gemin.n.3.*
probatq; *tex.in cap.ſanè 3.& cap.fin.de foro
compet.extrà. l.hæres abſens 19. §.apud La-
beonem. ff.de iudicijs.l.fin.C.vbi in rem actio.
l.ſi prædium 16. C. de prædijs minorum.* ad
tex.in cap.1.de priuileg.in 6 & Gloſſ ibidem
verbo *aut rei.Couarru.practicar.quæſt.cap.*
10.*nu.6.* ſequiturq; *Gayl practicar.obſeruat.
lib.2.obſeru.36.n.14. Vincent.Anna allegat.
74.nu.1.& ſeq.Rota apud Card.Seraphin d.
deciſ.1018.n.2.& ſeq.*& ſequuta fuit eadem
Rota in *Auximana cenſus 10.Martij 1636.
coràm Ghiſilerio.deciſ.305.n.5.6.& 7. parte
7 recentiorum nouiſſimarum per Rubeum.
Gratianus forenſ part 5.cap.868.nu.12. He-
ctor Capycius latro.d.deciſ.82.num. 26.Rota
apud ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 279.
n.17.*

34 Non itaq; vim obtinet excommunicatio
aduerſus Gateram prolata ab Noui Epiſco-
po, cùm illa nulla omnino ſit propter nota-
tos defectus, ac præſertim iuriſdictionis,qui
ex ſe ipſo omnem ſententiam,atq; excom-
municationis præſertim,nullam reddit. vt in
ſuperioribus diximus. Non ergo debebat
Dominus Sauonen. brachium impartiri er-
ga alienum Parochianum, ab alieno Iudice
latæ excommunicationis ſententiæ,neq; ce-
dulones affigi permittere.

35 Præterquàm quòd ſine ſui conſenſu in
ſuæ iuriſdictionis præiudicium, nec poterat
in alienum Iudicem Gatera conſentire,iux-
tà diſpoſita per Gregorium IX.ad Abbatem
Frecen.in *cap.ſignificaſti nobis 18. de foro
compet.extrà.*& concinit Africanus Iure Cõ-
ſultus lib.3. quæſtionum in *l.ſi conuenerit
18.ff. de iuriſd.omnium iudic. Cartharius
Rotæ Genuæ deciſ.6.nu.3.& ſeq. Caualcan.
part.1.deciſ.1.num.6. Lancellott.de attentat.
part.2.cap.4.limitat.15.nu.7.* & ſequuta fuit
*Rota in dicta Auximana cenſus coràm Ghi-
ſilerio d.deciſ.305.nu.12.& 13.part.7.recen-
tiorum nouiſſimarum.*

36 Hanc ob cauſam proindè,neq; officit de-
cretum Sacræ Congregationis. Quia illud
exauditur (quatènus de iure requiſitus Iu-
dex brachium impartiri debeat) ad *tex.in
37 can.erit autẽ lex.4.diſt.4.*quatènus probat,
iuſtam debere eſſe legem,vt ligare ſubiectos
valeat. Iniuſta autem eſt,quæ tertio præiu-
dicium infert. vndè nec ligat. *S.Thom.1.2.q.
96.art.4.in corpor.*Quia à ratione diſtat,quæ
ſola legem dirigit.ad *tex.in cap.cùm ceſſante
60.de appellat.extrà. Caſſador.deciſ.10.de
præbend.nu.5. S.Thom d.1.2.q.95.art.3.Na-
uar.conſ.24. an Clerici.num 2.in fin.lib.5.de
priuileg.& conſ.1.nu.11.in fin.lib.eod.5. de
apoſtat.*

Neq; talis mens fuiſſe videtur Eminentiſ-
ſimorum Patrum in declaratione facta in
38 caſu in genere propoſito; cùm nunquàm
Princeps in tertij præiudicium quicquam
decernere videatur.*cap.quãuis 8 de reſcript.
in 6.cap.ex tuarum 5. de authoritat. & vſu
palli extrà.l.2.§.merito. & §.ſi quis à Prin-
cipe ff.ne quid in loco publico.Rota in Sutri-
na Monaſterij 29. Aprilis 1598.coràm Orano
deciſ.126.nu.2.in fin.poſt primum vol.conſi-
lior.Farinac.* diximus *reſponſ.*noſtra 43.*nu.
30. part.2.& reſponſ 68.n.80. part.3.*

39 Quia nimirùm Princeps omnia cum cau-
ſa, atq; proindè cum ratione,ſicut Deus,quẽ
ſequi debet,facere videtur.ad *tex.in §.illud
in fin.in authent.Conſtitutio,quæ de digni-
tatibus,collat.6.* ſequiturq; *Andreas de Iſer-
nia in vſibus feudorum,quæ ſint regalia cap.
vnico.*verbo *flumina nauigabilia num.7.in
princip.*

40 Quibus omnibus nec minorem addit la-
pidem,ſemper ità ſubſequuta obſeruantia
per prædeceſſores Epiſcopos Noui,qui in ſi-
milibus ad Epiſcopum Sauonen.recurſum
habuere, quo coram debentes Epiſcopali
eorum Menſæ conuenire conſueuere. vt
ſtandum proindè huic ſit obſeruantiæ, quæ
in ipſa præſertim canonum diſpoſitione
fundamentum habet. *Rota part.1.diuerſor.
deciſ.574.num.3. Cabedus Luſit.deciſ.205.
num.2.part.1.Rota apud Card.Manticam
deciſ.3.num.3. in fin. & deciſ.82. num.2.
Minadous deciſ.11.num.2.*

41 Obſeruantia quippè,quando omne aliud
deeſſet fundamentum, vetuſta præſertim, &
inuariabilis,vim obtinet decreti, conſuetu-
dinis,priuilegij,ac pacti. *Dec.conſ.586.num.*

2.&

2.& 6. *Io.Cephal.conſ.*26.*num.*2.*Io.Koppen*
42 *deciſ.German.*20.*num.*5. inducitq; ratifica tionem. *Rota apud Card.Canaler.deciſ.*61. *num.*5.

Quia nimirùm hæc obſeruantia ſubſequuta fuit ex ipſa iuris Sacrorum Canonum diſpoſitione, vt ab initio dictum fuit. & dictū fuit in *Rota part.*1.*diuerſor.deciſ.*598.*num.*5.
43 *in fin.* potiſſimùm verò cùm in contradictorio obtenta fuerit, vt omnem propterea difficultatem ſubmoueat. *Iaſ.conſ.*128. *num.*7.*volum.*1. *Crauetta conſ.*201. *num.*10.*lib.*2.*Rota in recentiorib.par.*2.*tom.*2.*deciſ.*608. *num.*5.

44 Iuſtum eſt ergò, vt ſuis terminis, ſuiſquè finibus quiſq; in ſua Diœceſi contineat ſe. Cùm maledictus ſit omnis, qui proximi ſui terminos tranſgreditur, eoſquè transfert. *Deutoronom.*27.17.*can.in legibus ſaculi* 10. 32.*q.*2.

Atq; ità ex his, emunctioris naris iudicio non abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa* 9. *in decreto à Gratiano compilato elucidatur.*
2 *Epiſcopus non poteſt Clericos alterius ſine proprijs litteris ordinare.*
3 *Terminos alterius nullus vſurpare debet.*
*Et maledictus eſt omnis, qui tranſfert terminos proximi ſui.n.*6.
4 *Text.in can.nullus.*1.9.*q.*2. *expenditur, quòd de Epiſcopis loquatur.*
5 *Nullus, pronomen eſt negatiuum.*
7 *Text.in can.nullus primas.*3.9.*quaſt.*2.*elucidatur.*
8 *Epiſcopus Iudex eſt competens in ſua Eccleſia cauſa.*
*Quia non eſt cauſa perſona, ſed Eccleſię. num.*9.
*Explicatur propoſitio.nu.*10.
Nè poſſit Epiſcopus vti ſuſpectus propter hoc haberi.
*Non quòd poſſit propterea ſua iuriſdictionis terminos in alienos ſubditos tranſgredi.n.*11.
*Alioquin peccabit, nulliterq; aget.n.*21.
12 *Iudex alienam vſurpans iuriſdictionem peccat, & nulliter agit.*
*Eiq; ſine iuriſdictione ius dicenti non paretur impunè.n.*13.
*Et perindè acta habentur, ac ſi facta minimè fuiſſent.n.*14.
*Ratio affertur.n.*15.
16 *Iuriſdictio poteſt per partem prorogari.*
*In ſui ſcilicèt præiudicium, non alterius. num.*17.
Iuriſdictionis verò prorogationem qui aſſerit, ipſe probatione præſtabit.
*Nec ſuffuciet præſumptiua probatio.n.*18.
*Conſenſus autem expreſſus requiritur. num.*29.
*Quia materia hæc eſt odioſa, atq; proptereà reſtringenda.n.*19.
10 *Tex.in cap. ſignificaſti* 18. *de foro compet. expenditur.& n.*24.*& n.*26.
21 *Sequela nulla ſequitur à diuerſis, & ſeparatis.*
22 *Argumentum à contrario ſenſu non rectè ſemper ducitur.*
Quia coniectura quædam eſt.
Non expreſſa deciſio.
*Nec locum habet, ſi contrarium ſtatutum iure inueniatur.n.*23.
25 *Fundamento ſubmoto ædificium diruit.*
27 *Laicus non poteſt in alienum Epiſcopum conſentire, vt ab eo ordinetur.*
Sine ſui Ordinarij licentia.
28 *Ordinari nemo poteſt ab alieno Epiſcopo.*
Siuè Laicus.
Siuè Clericus.

ARGVMENTVM.

Eandem proſequitur materiam: vndè quamplura traduntur ad intellectum *text. in can. nullus.* 1.9.*q.*2. plenèq; diſcutitur aſſioma: Epiſcopum Iudicem eſſe competentem ſuæ in cauſa Eccleſię. & nùm valeat prorogari iuriſdictio in proprij Iudicis præiudicium? diſcutiturq; *text. in cap. ſignificaſti* 18.*de foro competent.*

RESPONSIO LIV.

DVo ſunt, quæ iterùm opponuntur aduerſus Dominum Epiſcopum Sauonen. per Dominum Noli Epiſcopum.

Primum, canonem *nullus.* 1.9. *q.*2. non loqui de Epiſcopis. Licuiſſe proindè aduerſus Sauonen. Diœceſis ſubiectum pro cauſa ſuæ Eccleſiæ, dicto Domino Noli Epiſcopo, procedere, quàmuis extrà Diœceſim Nolien. degentem.

Secundum, Epiſcopi eſſe iudicium in ſuæ cauſa Eccleſiæ. Non ergò Epiſcopus Noli ſine iudicauit iuriſdictione.

indemnitati conſulens,& eorum, qui ad re-
ligiones tranſeunt, ſequentibus diſpoſuit:
*Finito tempore nouitiatus,Superiores noui-
tios,quos habiles inuenerint, ad profitendum
admittant,aut Monaſterio eos eijcient.*

Eijcienda proindè Elionora fuerat, quæ
inhabilis profeſſioni ſe reddiderat,expreſſiſ-
ſimis verbis, & proteſtationibus declaran-
do ſe monialem non eſſe,nec eſſe velle,nol-
leq;profiteri; ſe vi adactam ad habitum
admittendum. Quemadmodùm & declara-
nit, cùm voluntas explorata fuit eiuſdem,
ad *Sacri Tridentini Concilij* præſcriptum
eadem *ſeſſ.15.de regularib.* vndè ex hoc fa-
ctum fuit, vt expreſſam profeſſionem non
emiſerit ampliùs, quæ ſe monialem agere
minimè velle expreſſerat. quonàm pacto
ergò eam tacitè profeſſam aſſeremus? vt
apertiſſimè *Gloſſ finalis* profitetur in *d. cle-
ment.eos,qui 2.de regulbrib.* ſolam proteſta-
tionem (dicens) ſufficere ad tacitam profeſ-
ſionem impediendam. eamq; ſequitur *Na-
uarr.d.comment.4.de regularib. num.74.§.
aduertendum tertiò.& d.conſ.34.num.3.de*
46 *regularib.* Et hoc ſane,quatènus nouitiatus
annum expleuiſſet, cùm non dùm illum in-
ceperit,quæ habitum inuoluntariè, nolēſq;
atq; reluctans, paſsa ab extrinſeco erat, vt
circundarent ſibi, non quòd voluntariè in-
duerat,& quæ nullis actibus Religionis,neq;
obedientiæ ſe ſubijcirat. Ex Sacro verò
Tridentino Concilio *ſeſſ.25.cap.15.de regu-
larib.* profeſſio fieri minimè poteſt, neq; ex-
preſſa, de qua loquitur, neq; tacita, quæ in-
cluditur, non exprimitur, *antè decimum
ſextum annum expletum, nec qui minore
tempore, quàm per annum, poſt ſuſceptum
habitum in probatione ſteterit.* At hæc neq;
47 habitum voluntariè ſuſcepit. Suſcipere nē-
pè actum poſitiuum denotat. & volunta-
rium; nō paſſiuum dumtaxat,& negatiuum,
atq; inuolūtarium. argumento *text.in l.ſu-
ſceptores.1.& 3.C.de ſuſceptorib. lib.10.&
l.ſed & ſi 28.§.ex quibus autem, ff.de iudic.*
neq; per annum in probatione ſtetit, quæ
nullum nouitiarum, & probationis actum
48 geſſit. Non incępit igitur nouitiatus annus
ad Sacri Tridentini Concilij præſcriptum.
Nulla ergò ſequi potuit neq; expreſſa, neq;
49 multò minùs tacita profeſſio, quæ poſt ex-
pletum voluntariè nouitiatus annum inci-
pit,& vim accipit,ſi enumerati omnes paulò
antè actus,ex quibus illa inducitur,interue-
nerint. ex *Nauarr.conſ.28.num.5.et conſ.13.
num.3.de regularib.& d.conſ.34.eod.tit.* vel
poſt ſuſceptum ſcientèr habitum profeſſo-
rum. ex Boniſacio VIII. *cap.beneficium 4.cir-
ca fin.de regular.in 6.* & *Gloſſ.* ibidem verbo
ſcientèr. in quo allegat *text.in cap.ſicut te-
nor.15.in fin.eodem tit.extra.* quo loco In-
nocentius Tertius. ſcienter,hoc eſt,ſponta-
nea voluntate,exprimere videtur. perſeue-
rauit ergò,vt perſeuerat in laicali ſtatu Elio-
nora. Et hoc ipſum diſpoſitum antea fuerat
per Clement.V. in Concilio Viennen. in *d.
clem.eos,qui 2.de regularib.* & per Innocen-
tium IV. in *d.cap.1.§.qui vero.de reguar. in
6.* annum geſtationis habitus volunrariè,
50 debere eſſe integrum in probatione. ſequi-
tur *Nauar.conſ.9.nu.2.& conſ.34. num.3.
lib.3.de regular. Rota apud Card. Manticā
d.deciſ.58. nu.1. Beltraminus ad dictam de-
ciſ.Gregor.XV.385.nu.6.* idem *Nauar.co-
ment.4.de regularibus,num.73.& 74.& d.
conſ.28.nu.5.de regularib.Gratianus d.cap.
640.nu.35.& 36.& c.440.num.22. & 23.
par.3.* & tradita per *Dianam par.6. tract.7.
Miſcellaneo.reſolut.56. Ioan.Baptiſta Le-
zana in ſum.quaſt.regulàr.par.1.cap.2.nu.
9.10.& 11* diximus *d.reſponſ.* noſtra 53.*nu.
23.& ſeq.par.3.*

51 Quemadmodùm ingreſſus in religionē
non materialiter intelligi debet,ſed forma-
liter,vt ſcilicet in illa perſeueret, & profitea-
tur,atq; vel tacitè, vel expreſsè profeſſionē
ineat, vt formaliter in nouitiatus anno in-
greſſus dici minimè poſſit, niſi materialiter
tantū qui inuoluntariè,atq;reluctans velu-
ti in carcerē in Monaſterio truditur. vt aper-
tiſſimè ex Boniſacio VIII. in *c.religioſo.21.§.
quàmuis autem.de ſent. excomunicat. in 6.*
deducitur, quatènus habet, religioſum
52 cum effectu eum haberi minimè poſſe,qui
religionem ingreſſus in nouitiatu adhuc
perdurat: donec ſit tacitè,vel expreſsè pro-
feſſus,Quia nimirùm ex *Gloſſ.ibid.* verbo *nō
poſſit:* Cras poterit laicari, & monachus nō
eſſe,quanto proindè magis quæ, nec vt no-
uitia eſſet,ingreſſa fuit,religioſa minimè ha-
bebitur? Quia ingreſſus cum effectu ęſtima-
tur, vt in religione per profeſſionem perſe-
ueret. *Authent.ingreſſi. C.de ſacroſanctis
Eccleſ.* ſequiturq; *Iulius Clarus in §.teſta-
mentum q.28.nu.6.Vincent. de Franch.de-
ciſ.422.nu.2.Paſchalis de viribus patriæ po-
teſtat.par.1.cap.3.num.82.& 83.Gratianus
Rota Marchiæ deciſ.35.& in addit.nu.1.&
diſceptat.forenſ.par.3.cap.481.nu.7. Ioan.
Baptiſta Coſta de retrotract.cap.9.in 3.ca-
ſu.Tiraquell.de retract.lignagier.Gloſſ.8.§.
1.nu.33.34.& ſeq. Hector Capycius Latro
Regens deciſ.* Conſilij Neapolitani 118.*nu.1.
2.3.& 4.& ſequent. Idem Gratianus d.cap.
640.nu.16.& ſeq.par.4.*

Verùm hęc puella Domina Elionora pri-
mò materialiter tantùm Monaſterium in-
greſſa fuit,pro educanda ſolùm admiſſa: &
multò magis ſecundò, quando violenter
intromiſſa,non ſpontè ingreſſa fuit, vt ipſa,
& moniales cum Sacramento depoſuere.

Confirmari igitur ex his debet in ſuæ
libertatis poſſeſſione. Auteſq; denegandæ
Dominæ Iſabellæ Marchioniſſæ, quæ (eſto
53 aliàs audiri poſſet,vt inficias imus) ex hoc
vno dumtaxat à iudicio eliminaretur,quòd
ad metum,vimq; Elionoræ illatam, fomen-

tandam veniat,vt in ſuperioribus diximus.
Nullo idcircò modo ei proficiet,quòd aſſe-
rat, ſe iam admiſſam ad contradicendum
fuiſſe , legitimamq; factam fuiſſe contradi-
ctricem.

Si enim rectè ex ipſo facto perpenderi-
54 mus, nunquam illam pro contradicente in
iudicio habitam fuiſſe, quamuis ipſa in iu-
dicio vltrò ſe ingeſſerit ; & Dominus Vica-
rius petitionem ſuam intimari partibus di-
xerit. Namq; intimata Elionora non admit-
tendam eſſe reſpondit, ſed ſe expediri , & à
Monaſterio dimitti, inſtitit;vnde & ipſa Iſa-
55 bella Vicarium ſuſpectum habere procla-
mauit,atq;appellauit. Ex hoc nempe pro-
teſtata fuit ſe nolle amplius in iudicio cō-
parere,ad *tex.* ſatis aptum in *cap.fin. de dolo,
& contumacia in 6.* Quam ob cauſam fa-
ctum eſt,vt nunquàm illa aliàs vti vocata,
admiſſa fuerit ; cùm neq; vocari debuiſſet .
56 Quippè ad iudicium vocari debet,in quē
dirigitur petitio, & de cuius intereſſe prin-
cipaliter agitur,non verò ſecundariò.Secū-
dum doctrinam Innocentij in *cap. humilis
fin.nu.2.verſ.non tenetur Iudex alium vo-
care.de maiorit.& obed.* quem ſequitur *Bal.
in l.3.nu.17.verſ.extra Gloſſ. C.quomodo .
& quando Iudex,* Rota *apud* Card.*Caualer.
deciſ.163.nu.1.& deciſ.328. n.2. Cacheran.*
57 *deciſ.157.num.2.cum ſeq.* Vel qui habet
ius in re ipſo iudicij tempore,atq; ius tem-
pore illo conſiderabile,ad *tex. in l.cùm Ar-
temidoram.4. C.vt in poßeſſionem legatorū
Rota apud Duranum* Epiſcopum Vrgellē.
deciſ.254.nu.4.& 6.Cacheran.d.deciſ. 157.
num.14.

58 Iudicium autem hoc neq; contra illam
dirigebatur , neq; intereſſe vllum fundatum
habebat in illa re,profeſſionis videlicet; ſed
quòad intereſſe dumtaxat pecuniarum ,
quod nihil commune cum hoc iudicio pro-
feſſionis habet.vocari non vtiq; debuit ; vt
neq; nunc in iudicium admitti: vti nos di-
cta noſtra *reſpons.38.à nu.2. cum ſeq.par 2.*
59 oſtendimus.Sacrum nempè Concilium in-
demnitati religionum conſulere volens ,
atq; pariter eorum, qui vi,metuq; quādoq;
vt religionem ingrediantur,adiguntur, cer-
tam formam ſtatuit.*cap.19 .ſeß.25.de regu-
lar.*vt videlicet cauſas,quas ad nullitatem
emiſſæ profeſſionis protenderit.*intra quin-
quennium à die profeſſionis emiſſæ coram
ſuo Superiore, & Ordinario loci deducat :*
Nihil verò de conſanguineis (quòad oppo-
nendum ſe de nullitate dicenti)meminit .
60 Religio ergò, & Ordinarij Fiſcus vocandi
erunt, vt ſe nullitates proponenti opponāt.
Religio quidèm,ſiuè Monaſterium, in quo
emiſſa profeſſio eſt , quia cum illa cōtractus
initus.diximus *d.reſpons.38.num.24.par.2.*
& *reſpons.54.nu. 11 .par.3.* & omnis profeſ-
ſio,vt conſtet,duabus perſonis completur,
vna,quæ ſe religioni obſtringat,altera , quæ
profitenti religionem obliget ; quia profeſ-
ſio reciprocam continet obligationem , fa-
cientis ſcilicet, & recipientis eam . *cap.ad
Apoſtolicam* 16.& ibi notatis. *de regularib.
extra.Nauarr.d.comment.4. de regular.nu.
74.in princ.*Fiſcus verò Ordinarij,qui vicem
ſubit vnius ex populo , quatènus nulla inter
profeſſum , & Monaſterium colluſio cadat.
61 Ipſo vno igitur agente (eſtò in hoc iudicio
popularis daretur actio,vt nos non dari,di-
cta noſtra *reſponſ.38.num.37.& ſeqq.par.2.*
deduximus, diuerſitatis cauſas inter carna-
le , & ſpirituale matrimonium referentes)
popularis conſumitur actio, quæ in accuſa-
tione nō legitimi matrimonij ob peccatum,
quod in illo vertitur,conſiſtit. *l.eum,qui* 30.
*§ in popularibus.ff.de iure iurand.*vt ibidem
62 deduximus *num.41.*Non enim in omnibus
ſpirituale , atque carnale matrimonium pa-
ria habentur . vt poſt *Rebuffum conſ.69.
num.9.*ſequuta fuit *Rota in dict. Vlixbonen.
nullitatis profeſſionis corā* Carrillo.*§.hincq;
patet.*

Animaduertebant ſiquidèm Patres illi in
Sacro Concilio Spiritu Sancto dictante co-
cti ſatis læſam eorum ituram libertatem,qui
de nullitate dicturi erant, ſi ij ipſi oppoſito-
res admitterētur,qui vel metus,vel vis cau-
ſam dediſſent;inde prudentèr ſatis prouide-
runt,cauſas proponi deberi coram Superio-
re Religionis,& loci Ordinarijs; Coram illo
quidèm, ob intereſſe fundatum,quod cum
63 profeſſo habet Monaſterium ; coram iſtis
verò ob animarum curam, quam ergà om-
nes obtinent,qui in ſua ſunt Diœceſi. Animę
enim totius plebis Epiſcopo commiſſæ ſunt.
vt ex Concilio Antiocheno habetur in *can.
quæcunq; 5.10. quæſt.1. & can.nullus om-*
64 *ninò 11.16.quæſt.7.* & quarum rationem
reddere compelletur. Gregorius,vt inquit,
Magnus in *can.agnouimus.19. in fin.* 18.
quæſt.2.

65 Hinc ſanè fit ; ſatis erroneè Aduerſarios
pro ſe afferre Rotæ deciſionem in *Meten.
profeſſionis 25. Maij 1615. coram Vbaldo
dec.179.vol.2.poſthum.*

Porrò termini,admodùm diuerſi,diſſitiq;
ſunt deciſionis illius ab illis noſtris: in illa
enim de profeſſione agebatur,vel tacitè,vel
expreſsè emiſſa;hic verò neq; expreſſa, neq;
tacita manet profeſſio. quemadmodùm in
alia eiuſdem *Meten. profeſſionis* 1614. 18.
*Aprilis deciſ.579. part.1. tom.2. in recen-
tiorib.* euidentiſſimè legentibus fit ma-
nifeſtum. & apud *Sanct.mem. Gregor.XV.
dec.385.*

Non itàq; demùm fundamentum facient.
(quod maximè eorum patefacit ani-
mum , non aliud Aduerſarios intendere ,
quàm ſua libertate hanc ſpoliare puellam)
quòd in Rota iàm cauſa commiſſa fue-
rit,& ab illa emanarint inhibitoriales lit-
teræ.

Quia

Quia nimirum recurſus primitùs ipſi habuerunt ad Sacram Congregationem,apud quam cauſam introduxere;& inhibere fecerunt Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo ,
66 qui acta transmiſit. Subreptitiè igitur poſtmodùm obtinuere , nulla facta memoria ,
67 cauſam pendere in Sacra Congregatione,illam in Rota committi. fuit itaq; nulla commiſſio, & reſcriptum,vti auocatorium iuriſdictionis, & idcirco nullum . ad *tex. in cap. ſuper litteris 20. vbi Innocent. Hoſtienſ. & Ioannes Andreas de reſcript. cap.ex litter 1.* 29.poſt princip. & ibidem *Hoſtienſ.col.2. de offic.delegat. cap. ad hæc. 12.de ſent. excommunicat. Caſſadorus deciſ.2.n.6 de appellat.* & dictum fuit in *Senen. bonorum 4. Iulij* 1614.*coràm Buratto part.1.tom.2.in recent. deciſ.*655.*n.*2.quæ eſt etiam repetita *part.2. tom.2. in eiſdem recent. deciſ.* 582. *Gratian. forenſ.par.4.cap.*628.*n.*19. *& d.cap.*850.*n.*1.
68 *& 2.par.*5. Nullam proindè iuriſdictionem tribuit,vt dictum fuit in *Veneta legitimationis* 1587. *coràm Card. Seraphino deciſ.* 40. *n.2.in fin. poſt 1.vol.conſil. Farinae.Gratianus d.cap.*850.*n.*2. *&* 3.
69 Inhibitoriales idcirco abſq; iuriſdictione emanauerunt, atquè proindè nulliter. non propterea afficiunt. ad *tex.in l. fin. ff.de iuriſd.omnium iudic cap. 2. ſiue fin.in fin.de conſtitut.lib.6. Clement.vt calumnijs 1.de ſent. & re iudic. Triuiſanus deciſ.*68. *n.*4. *lib.*1.*Gratian.d.cap.*850.*n.*3. Manutenenda idcirco in ſua libertatis poſſeſſione puella hæc erit, quæ in animum nunquàm induxit, vt Monialem ageret ; multo minus vt tacitè profiteretur,quę expreſsè proteſtata ſemper fuit,ſe laicam eſſe velle,non Monialem. Vo-
70 luntas igitur attendēda,non verò externum tantummodò factum inuoluntarium,& violentum. ad *tex.in can quiſquis 9. cum* §.1.& ibidem *Gloſſ.* verbo *ambulauerit. de pœnit. diſt.* 1.

Atq; ex his ita reſpondendum cenſuimus, meliori non abiecto iudicio .

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenaçen.

SVMMARIVM.

1 *Diaboli eſt circuire,& quærere quem deuoret .*
Vt quietam animi,ſinceramq; tranquillitatem perturbet.
2 *Regularis de vna in aliam religionem iuſtis ex cauſis,facta ſibi licentia per Superiores prioris. licitè tranſit.*
Potiſſimùm verò ſi licentia acceſſerit Papa .
3 *Iure qui facit permittente,nullo mali tenetur ſcrupulo .*
*Quia ſi iurè.ergo iuſtè.ſi iuſtè.ergo benè vt argumentatur Auguſtinus . n.*4.
5 *Sacrum Tridētinum Concilium ſeſſ.*14.*cap.*11.*de reform. modum tradidit.quo Regulares de vna in aliam tranſire poſſint religionem.*
Vt omnem vagandi, apoſtatandiq; anſam reprimeret .
6 *Mutatum quod non inuenitur,ſtare prohiberi non poteſt.*
7 *Profeſſio in religione etiam ex malo fine,irrita minimè fit.*
8 *Tex.in cap.licet* 18.*de regularibus. expenditur. & n.*18.
9 *Poſſidet qui bona fide, à poſſeſſione dimouendus non eſt.*
*Quia poſſidentis conditio melior æſtimatur. n.*10.
Et in profeſſione in religione extenditur . n. 11.
*Si quis bono zelo,iuſtiſq; cauſis de vna ad aliam tranſiens religionem in ea profeſſus fuerit . n.*12.
Ratio affertur.nu. 16.*etiam ſi ad æqualem tranſijt. n.*17.
13 *Profeſſio eſt contractus vltro,citroq; obligatorius .*
*Religionis,& profeſſi. vtriuſque conſenſu perficitur .n.*15.
Poteſt vtriuſq; diſſenſu infirmari .
*Quoad trāſitum videlicet ad aliam.n.*14.
14 *Contractus ſicuti vtriuſq; conſenſu firmātur.*
*Pariq; modo vtriuſq; diſſenſu infirmantur.& nu.*15.
18 *Superioris eſt iudicium,an ex charitate,vel temeritate quis ad aliam tranſeat religionem, vel arctiorem,vel laxiorem .*
19 *Conſtitutio Bonifacij IX.pro Patribus Prædicatoribus , ne ad alias admittantur Mendicantium religiones,ni tranſiens , & à qua tranſit, & ad quas,meminerit. refertur.*
*Expenditur n.*22.*&* 31.
*Detractum eidem fuit per diſpoſitionem Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.*14. *cap.* 11.*de reformat.n.*20.
*Neq; ex motu proprio,ſed ad Patrum ſupplicationem proceſſit. n.*25.
21 *Legi veteri per poſteriorem derogatur .*
23 *Quicunq; pronomen , omnia comprehendit . Nihilq; excludit .*
24 *Indefinita loquutio,vniuerſali æquipollet.*
26 *Volenti,& conſentienti nulla fit iniuria .*
27 *Manuteneri quis debet in poſſeſſione , in qua iuſtè reperitur .*
*Nemine potiſſimùm conquærente.n.*30.
28 *Poſſidentis conditio potior eſt in pari cauſa.*
29 *Religio reſtitutionem habet in integrum ad petēdum regularem, qui eum eius damno ad aliam tranſijt .*
30 *Semel admiſſus manuteneri debet.*
31 *Clauſula(ſi ſuper his à quoquam quauis authoritate,&c.)* *Ex-*

Expenditur de authoritate priuata.
Non de Summi Pontificis, vel ſucceſſoris. n.32.
33 *Papæ authoritas immenſa dicitur, & eſt.*
34 *Attentare, eſt contrà ius, faſq; atque in alterius præiudicium priuata authoritate tentare.*
35 *Superior, qui in translatione Monachi de vna in aliam religionem aſſenſum præſtare debet, Religionis, ſiue Conuentus Superior exauditur.*

ARGVMENTVM.

Regularis, qui ex ordine Prædicatorum ad aliam Mendicantium æqualem, à religione priori facta ſibi licentia, ac facultate Summi Pontificis trãſeundi ad quamcunq; ex approbatis, tranſijt, in eaquè per plures perdurauit annos; an iurè perſiſtere poſſit, quòd cuiuſdam priuilegij Bonifacij IX. in gratia à Summo Pontifice, non meminit? Diſcutitur proindè priuilegium præfatũ ad ornatum *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 14. cap. 11. de reformat.*

RESPONSIO LII.

Regularis quidam ex ordine Prædicatorum, vigeſimo ab hinc anno, annuentibus ſuæ Religionis Prælatis, facultate obtẽta à Sancta Sede Apoſtolica per Breue Sanctiſſimi tunc temporis Papæ ad quamcunq; aliam ex approbatis tranſeundi, ad aliam ex approbatis Mendicantium religionem tranſiuit, atq; in ea profeſſionem ſuo emiſit tempore ſolemnem, in eaqne ſub regulari obſeruantia intra viuit
1 Clauſtra, ſui ſub Superioris obedientia. Verùm, vt eſt aduerſarij noſtri Diaboli circuire, ac quærere, quem deuoret. 1. *Petri* 5. *Iob* 2.2. ſummè intenſas in hunc immittit cogitationes, eius vt animi quietem, tranquillãq; ſerenitatem perturbet; tuta eum conſcientia in hac, ad quam tranſijt, religione permanere haud poſſe: quòd nulla in ea emiſſa profeſſio fuerit, nullus tranſitus: quòd in Breui præſato à Sancta Sede Apoſtolica obtento, cuiuſdam Conſtitutionis à Bonifacio IX. anno Pontificatus ſui 16. quæ incipit; *Sacræ Religionis ſub qua, &c.* eidem Religioni Prędicatorum indultæ, memoriam minimè fecit; vt nulla ſe poſſit pace firmare. Animi verò perturbationẽ impellit acriùs; quod nonnullos Patres Theologiæ profeſſores, non leuis nominis, Hiſpanos, conſuluit, ijq; etiam ſcripto eidem reſponderunt, perpenſis nonnullis eiuſdem Bonifacij Conſtitutionis verbis, eſſe profeſſionem in ſecunda, ad quam tranſiuit, religione, nullam, inualidamquè. ad priorem proinde religionem tranſuolare debere. Conſulit tandem nos, vt noſtrum aperiremus ſenſum. Perpenſis propterea omnibus hinc inde: Tutum eum in hac, ad quam ſecundò tranſiuit ex approbatis; Religione, & in qua profeſſionem emiſit, per-
2 manere, reſpõdere viſum eſt. Quia nimirum hic tranſitus de priori ad hanc ſecundam religionem, in qua profeſſionem regularem denuò emiſit, non temerè, ſed licitè proceſſit, habita à prioris Religionis Ordinis Prædicatorum ſuperioribus iuſtis ex cauſis licẽtia, atq; à Sancta Sede Apoſtolica per Breue facultate ad quamcunq; ex approbatis tranſeundi. ad *text. in cap. non eſt. 7. & cap. ſanè* 10. *& cap. licet* 18. *de regularib. & can. virgines. 1. cum tribus ſequentibus.* 20. *q.* 4. *S. Thom.* 2.2. *q.* 189. *art.* 8. *Nauarr. conſ.* 88. *lib. 3. de regular. Rodriq. quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 8. *Bartholomæus à S Fauſto in Theſauro Religioſorum. lib. 5. q.* 293. *Lezanus in ſum. quæſt. regularium. part. 4. verbo trãſeuntes regulares. n. 1. cum ſeq. Bonacina de clauſura q. 2. punct. 9. §. 1. n. 1. & §. 3. Nauar. tract. 4. de regularib. ad can. ſtatuimus.* 19. *q. 4. nu.* 10. *Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis part. 2. verbo religioſi cap. 4. in princip.*

Nullus proindè ei ſcrupulus ingenerari debebit, ſe ad priorem tranſire religionem
3 teneri. Cùm iurè fecerit tranſeundo. nullo ergo tenetur mali ſcrupulo, qui iure fecit, iureq; permittente. ad *text. in l. Grachus* 4. *C. ad l. Iuliam de adulter. l. fin. ff. quod quiſq; iuris. l. nemo damnum* 194 *vbi Decius, & Cagnol. ff. de regul. iur. Gloſſ in cap. conſultationibus* 19. verbo *remoueri. de iure patron.*
4 vti etiam argumentatur inductione Auguſtinus in *can. quid dicam* 11. *in fin.* 14. *q.* 4. ſi iure, ergo iuſtè; ſi iuſtè ergo benè. Similiquè modo argumentatur Gregorius in *can. ad eius verò* 4 *§. ſi igitur benè. diſt.* 5. ſequiturq; *Federicus de Senis conſ.* 36. *n.* 2.
5 Deindè quòd Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſione* 14. *cap.* 11. *de reformat.* omnẽ vagandi regularibus, atq; apoſtatandi conſequenter anſam amouere intendens; de vna ad aliã religionem tranſeuntibus diſponens, præter ea, quæ à ſacris Canonibus definita fuerant, ſequentibus ſtatuit.

Quia verò Regulares de vno ad alium or-

tentiæ pro nullitate reſpondentes ſecundæ
profeſſionis. Non enim ad omnia in dicta
Conſtitutione diſpoſita animum, vt decet,
19 intendere: verba proindè nos in medium
afferamus Conſtitutionis præfati Bonifacij,
quam refert *Confectius in collect priuilegio-
rum mendicantium* in Bonifacio IX. *conſti-
tut. 1. fol. mihi* 21. Confirmans nempè dictus
Bonifacius IX. priuilegia per alios Summos
Pontifices prædeceſſores ſuos, vt puta Ho-
norium IV. Clementem IV. & Bonifacium
VIII. eidem religioni Patrum Prædicatorũ
indulta, demùm ſequentibus ad hanc rem
infert.

Et inſuper ſtatuimus, (inquiens) *& etiam
ordinamus, quòd quorumcunq; mendicantiũ
ordinum Fratres, huiuſmodi Prædicatorum
ordinis Fratres, aut Sorores ſubiectas eiſdẽ,
in eorum Confratres, aut ſorores, etiam vi-
gore litterarum Apoſtolicarum, ſuper hoc
hactènus forſan conceſſarum, vel in poſterum
concedendarum, etiam quòd ad parem, vel
arctiorem poſſint tranſire ordinem continen-
tium; niſi in eis de Ordinibus, à quibus rece-
dunt; & ad quos transferendi ſe licentiam
obtinuerint, nec non de præſentibus, & eorũ
toto tenore ſpecialis, & expreſſa mentio ha-
beatur; non poſſint recipere.* ſic Conſtitutio.

Nihil igitur ex Conſtitutione prædicta
contra nos.

20 Tum quidèm, quod ſat fuit prædicto rè-
gulari, qui ad ſecundam tranſijt; diſpoſitionẽ
dicti Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.* prædicta
14. *cap.* 11. in ſuperioribus ad verbum rela-
tam, ſeruaſſe. Diſpoſitio nempè dicti Sacri
Concilij poſterior fuit. Derogauit proindè
antecedenti dicti Bonifacij. Cùm Sacrum
Concilium ad reformationem intendens
morum, & ad impediendas regularium va-
gandi, atq; ſimul apoſtatandi anſas; certam
tradiderit formam in translationibus de
vna in aliam religionem tranſeundi, omni-
modis ſeruandam; ſat itaq; fuit ad aliam ſe
tranſtuliſſe religionem fratrem hunc ad Sa-
cri Tridẽtini Concilij formam, vt nihil aliud
curandum ſit de dicta Bonifacij IX. Conſti-
21 tutione, cùm ei, vt puta veteri, per dictam
Concilij diſpoſitionem, (nouam vti legem)
detractum fuerit per ea, quæ nouitèr ſeruan-
da exprimuntur. ad *text. in l. præcipimus* 32.
C. de appellat. cap. 2. *de translat. Epiſcop. Na-
uarr. conſ.* 24. *an clerici. n.* 1. *lib.* 5. *de priuileg.
& man. cap.* 4. *n.* 7. *in fin. verſ. per quæ verba.
Gregor. Sayrus deciſ.* 26. *in fin. de priuileg.
lib.* 5.

22 Tum quòd ipſa Bonifacij Conſtitutio, non
vtiq; decernit, petentem tranſire ad aliam,
debere exprimere ſpeciatim locum, ad quẽ
tranſire intendit; ſed Fratribus mendicanti-
bus inhibet, ne fratres ex ordine Prædicato-
rum, etiam vigore litterarum Apoſtolicarũ
admittant, niſi de ordinibus, à quibus rece-
dunt, & ad quos transferendi ſe licentiam
obtinuerint, meminerint: Hic verò in facul-
tate obtenta à Papa ſe de ordine Prædicato-
rum tranſire, ad quamcunque aliam ex ap-
probatis, expreſſit, atq; apertiſſimè obtinuit,
cum clauſulis derogatorijs (*non obſtantibus
&c.*) Omnem igitur alium ordinem expreſ-
ſit, qui facultatem habuit ad quamcunquè
ex approbatis religionibus tranſiendi. ad
23 *tex. in cap. ſolitæ* 6. *§. nobis autem. de maio-
rit. & obedient.* dùm Innocentius III. ad ver-
ba Chriſti Domini ad Petrum, *Quodcunquè
ligaueris ſuper terram, &c.* adijcit; *nihil exci-
piens, qui dixit quodcunq;* diximuſq; plura
referentes *reſponſ. noſtra* 21. *num.* 12. *&* 13.
part. 2. Neq; Bonifacius IX. in ſingulari dixit,
& ad quem, ſed in plurali, & *ad quos transfe-
rendi ſe licentiam obtinuerint.* vt omnem
aliam comprehenderet ex approbatis, (ex
24 mendicantibus præſertim) ex indefinita
Pontificis locutione, quæ vniuerſali æqui-
pollet. ex regula Ariſtotelica, quam appro-
bat Pomponius Iure Conſultus lib. 4. ad
Quintum Mutium *in l. ſi pluribus hæredibus*
45. *ff. de legat.* 2. *Bart. in l. omnes populi n.* 57.
ff. de iuſtit. & iure. Cagnol. in l. 1. *n.* 10. *de re-
gul. iur.* diximus *reſponſ.* noſtra. 36. *num.* 36.
part. 3. & in noſtro *Apologetico* pro iuribus
Eccleſiæ *n.* 215.

25 Tum prætereà, quòd Conſtitutio ipſa
Bonifacij non ex certa ſcientia, ſed ad Patrũ
Prædicatorum petitionem rogata fuit: *Hinc
eſt,* (Bonifacius inquit) *quod nos ipſorum
Magiſtri, priorum, & fratrum in hac parte
deuotis ſupplicationibus inclinati, &c.* Fratrũ
26 igitur fauore Conſtitutio rogata fuit. non
itaq; iniuria vlla illis irrogata fuit per tranſ-
lationem ad aliam religionem ex approbatis
quamcunq; per hunc Fratrem, cùm ipſi vo-
luntariè aſſenſum præſtiterint, vt ſe transfer-
ret. ex regula *ſcienti.* 27. *de regulis iuris in* 6.
l. 1. *§. vſq; adeo ff. de iniurijs.*

Nec Religio ipſa Patrum Prædicatorum;
nec quiſquam alius ex eadem religione, de
tranſitu huiuſmodi conquæſtus vnquàm ad-
uerſus fratrem hunc fuit, neq; conquæritur.
27 In poſſeſſione eſt igitur in hac permanendi
religione, in qua profeſſus denuò, nec illegi-
timè reperitur; vt nullus propterea ei ſcru-
pulus refricandus ſit, quin in ea manutenẽ-
dus ſit. ad regulam *text. in §. hodie. Inſtitut.
de interdict.* & tradita per *Ripam in cap. cùm
Eccleſia Sutrina. n.* 53. *& ſeq. de cauſa poſſeſ-
28 ſionis, & proprietat.* Quòd in pari cauſa poſ-
ſidentis conditio ſemper potior eſſe debeat.
ad regulam *in pari* 65. *de regulis iuris in* 6.
29 ſi quid enim damni ex hoc tranſitu priori
Religioni eueniret, ius eſſet eidem reſtitu-
tionem in integrum petendi. vt *Bonacina d.
difficultate* 2. *propoſitione* 2. *nu.* 4. *& Lezana
d. nu.* 3. ex *cap.* 1. *de reſtitutione in integrum.
& Sanchez lib.* 6. *moral. cap.* 7. *n.* 11. *& n.* 29.
30 *alijq; apud eos.* deducunt. Interim verò nul-
lo conquærente. Vt quid ſcrupulum huic

moueas regulari,qui iuſtè,ſanctèq; ad ſecū-
dam hanc,mendicantium quoque,religionē
tranſijt,in eaque,per decē & octo,& ampliùs
annos permanſit,& permanet? iurèq; poſſi-
det. Manutenendus vtiquè in qua reperitur
poſſeſſione ex conſcientia bona.quia ſemel
admiſſus fuit,vndè manuteneri debet.ad re-
gulam,*quod ſemel.21.de regul.iur.in 6.*Gra-
tianus ex Ambroſio in *can. horrendus, & incultus. 17. 32. q. 5.* & ibidem *Gloſſ.* verbo
ſemel. dicens: ſufficere ſemel conſentire.
Triuiſan. deciſ. 12.n.3 part.1.

31 Nec vis facienda eſt vlla in clauſula illa in
fine Conſtitutionis Bonifacij adiecta:*Decer-
nentes* (inquiendo) *ex nunc irritum, & inane
ſi ſecus ſuper his.à quoquam quauis autho-
ritate ſcienter, vel ignoranter contingerit
attentari*.

32 Quia nimirum verba prædicta de autho-
ritate exaudiuntur priuata,nō verò de Sum-
mi Pontificis authoritate conſtituentis, Bo-
nifacij ſucceſſoris; qui, vt potuit Bonifacij
totam Conſtitutionem deijcere;potuit mul-
to magis facultatem huic Regulari iuſtis ex
cauſis facere ad quamcunq; aliam religionē
ex approbatis tranſeundi,potiſſimùm verò,
quòd, (vt ſupra diximus) ex decreto Sacri
Tridentini Concilij *.d.ſeſſ. 14. cap. 11.* huic
Bonifacij Conſtitutioni in hac parte detractū
fuit; vt ſat,ſuperque fuerit dictam formam à
Sacro Concilio præfinitam,ſeruatam fuiſſe.
33 Immenſa verò Papæ eſt authoritas.ad *tex.
in cap.ad honorem.4.de authorit. & vſu pal-
lij:Geminian.conſ.14.in princ.Rota in Vlix-
bonen.Monaſterij 19. Nouembris 1625.co-
ràm Coccino Decano deciſ.461. nu.3.in ſup-
plemento 5.part.recent.per Rubeum.*Firmio-
34 remq; perpēſionem hanc reddit, ipſummet
verbum, (*attentare,*) quod hoc ſignificat,
priuata authoritate contra ius, faſq; in alte-
rius præiudicium aliquid tentare. ad *tex.in
l.ſi quis non dicam rapere 5.*vbi *Gloſſ.*verbo
attentare. C.de Epiſcopis, & clericis,canoni-
zata in *can.ſi quis non dicam.33.q.3.* quæ eſt
*diſtinct.1.de pœnit.*vbi etiam *Gloſſ.*& Paulus
Iure Conſultus in *l.attentari 10.ff. de iniu-
rijs.* & Vlpianus in *l.item apud Labeonem.
15. §.tenetur hoc edicto ff.eodem.* diximuſq;
*reſponſ.*noſtra 78.*nu.*138.& 139.*part.*3. Hic
verò nihil temerè priuata authoritate tenta-
tum, vel attentatum fuit, ſed Summi Roma-
ni Pontificis facultate frater hic ad aliam ex
approbatis religionem tranſijt, atq; ſeruata
Sacri Tridentini Concilij diſpoſitione; neq;
in tertij præiudicium; cùm aſſenſus præceſ-
ſerit Religionis Patrum Prędicatorum, à qua
35 tranſijt: qua de re ipſe ſolus religionis Præ-
dicatorum ſuperioris conſenſus, legitimis
exigentibus cauſis, ſat erat, vt legitimè, iu-
rèq; tranſiret. ex *tex.in d.cap.licet.18. de re-
gularibus.* & in hac ipſa re de religione Præ-
dicatorum. ſequitur à *Sancto Fauſto dicto
tract. Theſauri religioſorum lib. 5.q. 300.*
iuxtà *Gloſſ.* receptā in *cap.cùm ſingula 32.
§.prohibemus*. verbo *canonicè. de præbend.
in 6.* quam ſequitur, approbatquè. *Nauarr.
commentar.4.de regular.n.*10.referēs quoq;
verba Conſtitutionis dicti Bonifacij, inter
Cōſtitutiones Prædicatorum *§.item ſtatui-
mus cap.17.diſt.2.* nullam memoriā faciens,
de nullitate ſi ſecus fiat. *Lezana d.*verbo *trā-
ſeuntes regulares n.11.tom.4.*plenèq; diſſerit
*Bonacina d. §. 3. punct. 9. difficultat. 1.in 2.
propoſit.n.9.& ſequentib.* Hic verò nedùm
Religionis, ſed Summi Pontificis per Breue
ſanctitatis ſuę licentia tranſeundi ad quam-
cunq; ex approbatis interceſſit.

Nihil eſt ergo quòd regulari huic ſcrupu-
lum faciat,quin tutè in religione,ad quam
tranſiuit,permanere debeat. Vt ex his me-
liori minimè abiecto,quin non magis expe-
tito conſilio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Iudicare, ordinare,vel excommunicare nullus debet Epiſcopus alterius iuriſdictionis Parochianum.*
Sed quilibet ſuis terminis ſe continere debet. & n.44.
2 *Iudici ſine iuriſdictione iudicanti poteſt impunè non pareri.*
Quia ſine iuriſdictione iudicium nullum ſubſiſtit.
3 *Iudicum animi motus ſedatos eſſe oportet.*
Vt paſſionibus non moueantur.
Ratio redditur.
4 *Brachium impartiri non debet Iudex in ſuæ iuriſdictionis præiudicium.*
Neq; illam negligere.
Ratio redditur n.5.
Decretum declaratur Sacrę Congregationis.n.36.
5 *Charitas ordinata à ſe primùm incipit.*
6 *Iudex nemini poſtulanti iuſtitiam denegare debet.*
Quin iuſta poſtulantium preces exaudienda.
Non tamen iniuſtitiam ſibi fieri pati debet.n.7.
8 *Merces alienas, qui ſeruandarum ſuarum rerum cauſa,in mari proiecerit,nulla tenetur actione.*
Ni dolo,vel ſine cauſa id fecerit.
9 *Executor nemo contra ſeipſum eſſe debet,etiā iuſta ſententia.*
Non igitur permittendum.
Quin ſatis peruerſum æſtimatur.n.10.
11 *Brachium imploratus Iudex poteſt partem citare ad dicendum contrà.*
Præſertim ſi à non competente Iudice imploretur.n.12.

Atq;

Google

Atq; brachium denegare ſi defectus detegatur.n.14.
Præſertim citationis.n.22.
Vel ſi modus ſeruatus non fuerit.n.27.
13 *Sententia à non ſuo Iudice lata, non tenet.*
15 *Exceptio incompetentiæ Iudicis, executionē impedit.*
Ratio affertur.n.16.
16 *Iniuſtitiæ omnis actus, mortale.*
17 *Iudex inſipiens æſtimatur, qui contra ſuam ordinariam iuriſdictionem quicquid admittit.*
Quin illam tueri tenetur, nè iuſtitia contemnatur.
Neq; ſententiam ſuo ex corde, ſed ex præcepto Diuino proferat.n.18.
Siuè condendet, ſiuè iuſtificet.
Neq; amicorum rationem habeat.n.19.
Neq; paupertate, neq; diuitijs moueatur.
20 Citationis *defectus ſententiam reddit nullam.*
Quiq; dicit citatum fuiſſe, probatione præſtabit.
Et inſanabilis hic dicitur defectus.nu.24.
In cauſa præſertim cenſurarum. & n.23. & n.34.
21 *Non probat hoc eſſe, à quo contingit abeſſe.*
22 *Brachium implorare debet, qui in alieno territorio quemquam citare vult. vt præſertim valeat quis cenſuris innodari.n.23.*
Vel ſi exequi mandatum debeat.nu.28.
24 Citatum *quem non fuiſſe ex reuolutione probatur actorum.*
25 *Excommunicatio nulla eſt, ſine cauſa prolata.*
Et in ſubſidium venire debet, in cauſa ciuili.
Ex Sacri Tridentini Concilij decreto.
29 Contractus *ratione forum quis ſortitur in loco contractus.*
Quod tamen non ità abſolutè procedit.
Sed domicilium requiritur, vel ſaltim reſidentia.n.30.
Poterit tamen illum citare, non verò ad comparendum arctare.n.32.
Neq; excommunicare. poterit tamen contumacem habere.n.33.
31 *Actor rei forum ſequitur, ordine verò conuerſo, reus actoris.*
35 *In Iudicem conſentire reus non poteſt in ſui Ordinarij præiudicium.*
36 *Lex iuſta eſſe debebit, vt liget.*
Iniuſta eſt, quæ tertio præiudicium infert. nu.37.
Quia à ratione diſtat.
38 *Princeps nunquàm in tertij præiudicium decernere quicquam videtur.*
Quia ille omnia cum cauſa, & ratione facere videtur.nu.39.
Vt Deus, quem ſequi debet.
40 *Obſeruantia ſubſequuta multum facit ad iuriſdictionem fundandam.*
Præſertim verò quæ à iure fomentum ſortitur.
Et vetuſta, atq; inuariabilis.nu.41.
Quæ priuilegij, atq; decreti vim obtinet.
Indueitq; ratificationem.n.42.
Præſertim verò in contradictorio obtenta.n.43.
44 *Terminis ſuis quemque ſe continere; iuſtum.*
Eoſq; tranſgrediens maledictione feritur

ARGVMENTVM.

Brachium an impartiri debeat Epiſcopus in ſua Diœceſi Epiſcopo, qui implorati Iudicis Parochianum excommunicatione nodauit, quòd debitam ſuæ menſæ pecuniam non ſoluiſſet? & nùm ſolius contractus ratione forum quis ſortiatur? ad interpretationem *text. in cap. Romana* 1. §.*contrahentes, de foro competent. in* 6. Cùm Iudex ſuam tueri iuriſdictionem teneatur, non illam proruere.

RESPONSIO LIII.

NVllam iuſtam quærelæ cauſam habet, vel habere poteſt Illuſtriſſimus Epiſcopus Noui aduerſus Illuſtriſſimum Epiſcopum Sauonen. quòd cedulones excommunicationis aduerſus Gateram per ipſum relaxatos, noluerit in ſua Diœceſi publicari, vel affigi permittere. Habet enim, habuitq; iuſtam denegandi cauſam: Quia nimirùm Gatera eſt ſubditus Diœceſis Sauonen. non itàq; pati debebat, ſibi ſubiectum, ac Diœceſanum ab alieno Epiſcopo excommunicari. Quippè nouerat quid Caliſtus Papa ad Epiſcopos Galliæ reſcripſerat in *can. nullus.* 1.9. *q.*2. dicens, atq; decernens:

1 *Nullus alterius terminos vſurpet, nec alterius Parochianum, iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius Iudicis, niſi*

ſi ſui ſententia tenebitur, aut damnabitur.
Vndè & Dominus loquitur,dicens: nè tranſ-
grediaris terminos antiquos,quos poſuerunt
patres tui.ſic Caliſtus.
At Noui Epiſcopus alterius Diœceſis Pa-
rochianum,Sauonen.Epiſcopo ſubiectum
excõmunicationi ſubiecit.Rata igitur haud
2 eſſe debebit,nec vires vllas obtinere.Quin
potuit ei iurè per dictum Gateram impunè
non pareri, quia à non ſuo Paſtore iudica-
tus,& extrà ſuæ iuriſdictionis territorium.ſi-
ne iuriſdictione propterea,ſine qua iudiciũ
nullum ſubſiſtit, iuxtà Pauli Iuriſconſulti
determinationem lib. 1.ad edictum in *l. fin.*
ff.de iuriſdict.omnium iudic. atq; Bonifacij
VIII.in *cap.2. in fin.de conſtitut.in 6.Sanct.*
Thom.par.2.ſum.quæſt.69.art.1. in corpor.
3 Iudicum proindè animi motus ſedatos eſſe
oportet, vt nihil intemperans, nihilq; quod
non graue ſit,& conſtans,firmumq; tenent,
neq; paſſionibus moueantur. ex *Ariſtot.lib.*
4.de moribus.ſequiturq, Calliſtratus lib.1.de
cognitionibus.in *l.obſeruandum 19. ff. de*
officio præſidis.aduertitq; *Tuillius* ad Alciati
emblema 145.verbo *quia mente graues*: ra-
tionemq; reddit Vlpianus lib.5. fideicom-
miſſor.in *l.generalitèr.24 §. quis ergò ſta-*
tuet. ff. de fideicommiſſar. libertatib. dicens:
Nè aliquã ambitionis,vel gratiæ ſuſpitionẽ
Prætor ſubeat. Vt multò magis Dominus
4 Sauonen. brachium eidem impartiri, in iu-
dicatione nulla in ſibi ſubiectum per alie-
num Epiſcopum lata,denegare iurè potue-
rit. Quia profectò cùm de ſuo ipſius iure
ageretur,propter iuriſdictionis exercitium,
cui præiudicium per hoc parabatur; negli-
gere illud debeat minimè.ex ratione, quam
refert Innocentius Tertius in *cap. licet Ma-*
giſter. 3. de ſupplend.negligentia prælato-
rum.in illis verbis: *Nè igitur ius noſtrum*
negligere videamur.rationemq; reddit *Gloſſ.*
5 ibidem verbo *videamur*. Quia ordinata
charitas à ſe incipit. *can.qui vult.19. de pœ-*
nit.diſt.3.l.præſes 6. C.de ſeruitut. & aqua.
cap.niſi ſpecialis.3.& ibid.Gloſſ.verbo.*elige-*
mus.de authoritat.& vſu pallij. Gloſſ in cap.
1.verbo *ſicut ſe ipſum.de ſacra vnctione*.
ſequitur Rota *apud Cardin. Manticam dec.*
10.*nu.7*.diximus *reſponſ*.noſtra 3. *num.45.*
part.1.
6 Quemadmodùm verò nemini poſtulanti
iuſtitiam denegare Iudex debet. *cap. inter*
quatuor.8.in finalibus verbis. *de maiorit.&*
obedient. quia iuſtæ poſtulantium preces
exaudiendæ ſunt. ex Gregorio *can. cùm*
multa.5.ibidemq; *Gloſſ*. verbo *vt negare*.
diſt.86.tritumq; eſt illud è Solonis elegijs.
Magiſtratum gerens audi, & iuſta, &
iniuſta.
7 Ità, pariq; ratione, quin multò magis,ſibi
per ſeipſum iniuſtitiam fieri pati minimè
8 debet. Veluti qui ſeruandarum ſuarum re-
rum cauſa,alienas merces in mari proijcit,
nulla tenetur actione;ni dolo, vel ſine cauſa
id fecerit.ex Iuliani ſenſu lib.41.ad Sabinum
in *l.qui ſeruandarum.15.in princ.ff.de præ-*
ſcript.verbis. & ſequitur *Gloſſ.in d.can.qui*
vult.19. verbo *ſe ipſo.de pœnit.diſt.3.* Cur
enim Sauonenſis Epiſcopus præiudicium
ſibi parari per Epiſcopum Noui in ſuamet
iuriſdictione pati debebat;ſeq; met cõtra ſe
9 ipſum exequutorem præſtare?ad *Gloſſ*.rece-
ptam in *can.fraternitas tua* 11. verbo *cum*
augmento in fin.12.quæſt.2. quam ſequitur
Nauarr.conſ.92.num.3. lib.5.de ſimon. &
conſ.4.lib.5.de iniur.& damno dato. ex S.
Thom.2.2.quæſt.62.art.3.in corpor. idem
Nauarr.in man.cap.23.num.66.& cap.25.
nu.118.Felin.in cap.1.de conſtitut.in 6.fal-
lent.num.41.in 3.caſu.Pariſ. de reſignat.lib.
10.quæſt.9.num.12.Sanctarell.variar.reſo-
lut.q.27.num.9.quæſt.4.num.41.Couarr.in
reg.peccatum par.2. relect. §.2.num.6. verſ.
10 *ex tertia concluſ.* At hoc fieri nullo debuit,
nec modo potuit. Non permitti proindè.
quin hoc ſatis peruerſum æſtimatur, vt pro
alterius,etiam malè facto,ſua quiſquam re
priuetur, vel in illa damnum patiatur. ad
text.in can. ſatis peruerſum.7.diſt.56. &
cap.2.de conſtit.ad regulam *tex*.in *l.id,quod*
noſtrum.11 *ff.de reg.iur.*
11 Hanc ob cauſam proindè prudenti ſatis
conſilio vſus eſt Sauonen. Epiſcopus, vt
partem citaret (Gateram ſcilicet) ad dicen-
dum contra cedulones relaxatos ab Noui
Epiſcopo, vt ex illo ſaltim ſciret, noſſetquè
quanta cum iuſtitia ad cedulones relaxan-
12 dos proceſſiſſet.Cùm præſertim noſſet,à nõ
competente Iudice illos relaxatos fuiſſe.ad
text.in cap.at ſi Clerici.4.de iudic.ex ratione,
quam affert ibi Alexander Tertius Salerni-
13 tano Archiepiſcopo ſcribens: *quia ſententia*
à non ſuo Iudice lata.non tenet.& toto *tit*.C.
14 *ſi à non compet.iudic*.potuit propterea peti-
tam executionem denegare, atq; in affigen-
dis malè relaxatis cedulonibus ſuperſedere.
ad *text.in cap.de cætero.5.* & ibidem *Gloſſ.*
verbo *fraus.de ſentent.& re iudicat*.dicens:
nec ſententiam debet mandare executioni.
ſequiturq; *ibid.Abb.& Felin.alijq; Scribent.*
ex Bart in l.à Diuo *Pio.num.9. de ſent. &*
re iudic.Antonius Gamma *Luſitan.dec.*207.
num.6.Marius Antonin.Maceraten.variar.
reſolut. lib.1.reſolut.39. num.4. Ioachim.
Minſyngerius *ſingular.obſeruat. centur.3.*
obſeruat.69.præſertim *num.3*.volens: Exce-
15 ptionem hanc incompetentiæ Iudicis exe-
cutionem impedire,teneriq; Iudicem,à quo
executio petitur partem audire, & ſi contra
faciat in iniuſtitiam dare, non ſine expreſſi
16 piaculi conſcientia. Cùm iniuſtitiæ omnis
actus mortalis ſit.ex S.*Thom.2.2.quæſt.58.*
art.4.& ſequitur *Nauarr.in repetit.cap.cùm*
contingat.de reſcrip.in nona cauſa nullitatis.
& remed.1.a num.6.cum ſeqq.Rota coram
Robuſterio dec.85.num.2.cum ſeqq. part.1.
di-

diuerſ.& coràm Cantuccio deciſ.33.n.1.par.
2.diuerſorum. Caualcan.deciſ.Fiuizan.10.
nu.30.par.1. Menoch.de arbitrar.lib.1.q.38.
per tot.Vantius de nullitat.tit.de nullitate
ex defectu iuriſdict.n.54.55.& ſeq. Aluarus
Valaſcus Luſitan.conſultat.48.nu.12.& 13.
Gratian. forenſ.part.1.cap.146.nu.3.4.& 6.
& ita in praxi ſeruari pluribus proſequitur
Iacob.Cancer. lib.2. variar. reſolut. cap. 15.
n.12.13.& 14.Hector Capycius latro Regens
deciſ.82.n.15.& 16.

17 Satis enim inſipiens Iudex eſſet, ſi contra
ſuam ordinariam iuriſdictionem quidquam
admitteret: cùm magis illam tueri debeat,
ne iuſtitia contemnatur. ad tex.in cap.1.de
offic.delegat.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſco-
pi part.3.allegat.84.num.28.in fin.vt iuxta
18 Gregorij admonitionem in can.ſummoperè
70.in fin.11.q.3. Non ex corde noſtro,ſed ex
præcepto Diuino condemnationis,vel iuſti-
ficationis ſententiam proferamus,vtq; Cice-
ro 3. officiorum monuit.

19 Neque amicorum habeamus rationem,
modò iuſtitiam ſeruemus, neq; paupertate,
neq; diuitijs moueamur. iuxta Auguſtinum
relatum can. ne amiſſo.34.23.q.4.

Accedit & his etiam,& alia nec præcedē-
tibus inferior nullitatis cauſa, quam Gatera
20 opponit. Defectus nempè citationis. Ipſe
quippè ab Noui Epiſcopo citatus minimè
fuit: non ſanè in territorio,& Diœceſi Noui,
quia in illa non fuit, neq; tunc temporis re-
periebatur. Epiſcopi igitur erit probare,illū
in ſuo territorio, & Diœceſi tunc fuiſſe,atquè
etiam citaſſe. ex regula illa apud iuris pro-
21 feſſores ſatis decantata: non probat hoc eſ-
ſe,à quo contingit abeſſe.in l.neque natales.
10. & ibidem Gloſſ.verbo.cùm nihil C.de
probat. l.non hoc 4. vbi etiam Gloſſ. verbo.
quærendum.C.vndè legitim.Rota apud Car-
din.Seraphin.deciſ.1171.nu.1.ſi enim aberat
tunc Gatera à territorio Noui; quo pacto
dici vllo poterit modo, illum in territorio
citatum fuiſſe Noui? Non verò in territorio,
22 & Diœceſi Sauonen. in illo enim brachium
implorare oportuiſſet Epiſcopi Sauonen.
cuius erat ſubditus, & Parochianus,quem
citare intendebat.ad tex in cap.fin.vbi Gloſſ.
verbo citatio non præceſſit. & ibid.Scribent.
de officio Iudic.delegati extrà. cap. ſtatutum
11.§ in nullo quoq; vbi Gloſſ.de reſcript.in 6.
Rota deciſ.15. de offic. delegati in nouis, &
apud Card.Caualer.deciſ.254.n.1.& 2. Ric-
cius part.2.deciſ.188.nu.10.& 11.Gratian.fo-
renſ.part.1.cap.127.nu.11.& in ſpecie Noua-
rius forenſ.part.2.q.34.per tot. Hector Ca-
pycius latro d.deciſ.82.n.16.& 17.magiſq; ad
23 rem noſtram ſtrictim, de citatione ad finē,
vt valeat quis cenſuris nodari.Gemin.in cap.
Romana.1.§.contrahētes.de foro compet.in 6.
n.12.& 13.& ibidem quoq; Francus.

24 Citationis verò hic defectus inſanabilis
eſt,& ex reuolutione probatur actorum, in
quibus de citatione non apparet. Rota apud
ſanct.memor.Gregor.XV.deciſ.416.nu.2.5.
& 6.& ibid.Beltramin.Addens n.8.& apud
Cardin.Seraphin.deciſ.1276.num.4.& apud
Card.Caualer.deciſ.35.n.1.& 2.& in recēt.
part.2.tom.1.deciſ.486.n.5.Gloſſ.in clement.
ſæpè.2.verbo defenſiones.de verborum ſigni-
ficat. Rota part.1.tom.1. in recentiorib.deciſ.
179.nu.2. & apud eundem Cardin.Caualer.
deciſ.53.n.1.& ſeq.& deciſ.396.n.1 & 6.

25 Præterea fuit excommunicatio prædicta
nulla, quia abſquè cauſa lata. cap. ſacro 48.
§.caueat. de ſentent. excommunicat. extrà.
26 Illa quippè in ſubſidium venit:quando vi-
delicèt nullum aliud ſupereſſet remedium,
ad habendum id,quod Eccleſiæ debebatur,
vel Epiſcopo ipſi Noui. Debebat proindè
præcedere mandatum exequutiuum aduer-
ſus Gateram legitimè relaxatum,& exequu-
tio mandati,cum relatione Nuncij, non re-
periſſe bona, ſuper quibus exequeretur,&
tunc demùm in iuris ſubſidium ad excom-
municationis remedium conuolare: vt per
Sacroſanctam Tridentinam Synodum ſeſſ.
25.cap.3.§. in cauſis verò iudicialibus.de re-
format.diſpoſitum fuit;præcipiendo Iudici-
bus Eccleſiaſticis,cuiuſcunq; dignitatis exi-
ſtant, vt abſtineant ſe tàm in procedendo,
quàm in definiendo ab Eccleſiaſticis cenſu-
ris, ſeù interdicto in cauſis ciuilibus ad forū
Eccleſiaſticum quomodolibet pertinētibus.
27 Propter hanc vnam itaquè cauſam,quando
aliæ nullæ eſſent, poterat Epiſcopus Sauonē.
ſuperſedere in publicatione cedulonum.
Satis enim,ſuperquè ipſe nouerat euidenter,
mandatum exequutiuum contra Gateram
relaxatum minimè fuiſſe,neq; illud aduerſus
28 eum exequutum. Quia nimirum ſi exequi
debuiſſet,in eius territorio, & Diœceſi exe-
qui oportebat, in qua Gatera demoratur,
bonaq; habet.oportebat itaquè antequàm
exequutio fieri debuiſſet, brachium implo-
rare Epiſcopum Noui in aliena Diœceſi iu-
riſdictionem exercere volentem per ſuos,
vel alienos exequutores, vt iam in ſuperio-
ribus dictum eſt, ex d.etiam Sacro Trident.
Concilio d.cap.3.ſeſſ.25. & tex.in cap.Roma-
na 1. §.contrahentes. de foro compet. in 6.
mox accuratius expendendo.Hector.Capy-
cius latro d.deciſ.82.n.20. & per totam illam
deciſionem.

29 Neq; obſtaculum vllum facit;Gateram in
Ciuitate Noui ſe Epiſcopo per contractum,
ſiuè obligationem adſtrinxiſſe, vt illius ra-
tione forum ſortiatur.ad tex.Innocentij IV.
in Concilio Lugdunen. in cap.1.§.nunquid
ergo.de priuileg.in 6. cap.Romana 1.§.con-
trahentes.vbi Franc.n.2.& 3.& Geminian.
nu.3.de foro compet.in 6.cap.dilecti filij.17.
§.verum. ibidemq; Gloſſ.verbo certo loco.de
foro compet.extrà.& ibid. Anton.de Butrio.
n.4.& Abb.nu.5.& 6. Rota apud Seraphin.
deciſ.1018.n.2.Monald.conſ.129.nu.6.vol.2.

Merli-

2.& 6. *Io.Cephal.conſ.26.num.2.Io.Koppen*
42 *deciſ.German.20.num.5.* inducitq; ratificationem. *Rota apud Card.Caualer.deciſ.61. num.5.*

Quia nimirùm hæc obſeruantia ſubſequuta fuit ex ipſa iuris Sacrorum Canonum diſpoſitione, vt ab initio dictum fuit. & dictū fuit in *Rota part.1.diuerſor.deciſ.598.num.5.*
43 *in fin.* potiſſimùm verò cùm in contradictorio obtenta fuerit, vt omnem propterea difficultatem ſubmoueat. *Iaſ.conſ.128. num. 7.volum.2. Crauetta conſ.201. num.10.lib. 2.Rota in recentiorib.par.2.tom.2.deciſ.608. num.5.*

44 Iuſtum eſt ergò, vt ſuis terminis, ſuiſquè finibus quiſq; in ſua Diœceſi contineat ſe. Cùm maledictus ſit omnis, qui proximi ſui terminos tranſgreditur, eoſquè transfert. *Deuteronom.27.17.can.in legibus ſaculi 10. 32.q.2.*

Atq; ità ex his, emunctioris naris iudicio non abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa 9. in decreto à Gratiano compilato elucidatur.*
2 *Epiſcopus non poteſt Clericos alterius ſine proprijs litteris ordinare.*
3 *Terminos alterius nullus vſurpare debet.*
Et maledictus eſt omnis, qui tranſfert terminos proximi ſui.n.6.
4 *Text.in can.nullus.1.9.q.2. expenditur, quòd de Epiſcopis loquatur.*
5 *Nullus, pronomen eſt negatiuum.*
7 *Text.in can.nullus primas.3.9.quaſt.2.elucidatur.*
8 *Epiſcopus Iudex eſt competens in ſua Eccleſia cauſa.*
Quia non eſt cauſa perſona, ſed Eccleſię. num.9.
Explicatur propoſitio.nu.10.
Nè poſſit Epiſcopus vti ſuſpectus propter hoc haberi.
Non quòd poſſit propterea ſua iuriſdictionis terminos in alienos ſubditos tranſgredi.n.11.
Alioquin peccabit, nulliterq; aget.n.21.
12 *Iudex alienam vſurpans iuriſdictionem peccat, & nulliter agit.*
Eiq; ſine iuriſdictione ius dicenti non paretur impunè.n.13.
Et perindè acta habentur, ac ſi facta minimè fuiſſent.n.14.
Ratio affertur.n.15.
16 *Iuriſdictio poteſt per partem prorogari.*
In ſui ſcilicèt præiudicium, non alterius. num.17.
Iuriſdictionis verò prorogationem qui aſſerit, ipſe probatione præſtabit.
Nec ſufficiet præſumptiua probatio.n.18.
Conſenſus autem expreſſus requiritur. num.29.
Quia materia hac eſt odioſa, atq; proptèreà reſtringenda.n.19.
20 *Tex.in cap.ſignificaſti 18. de foro compet. expenditur. & n.24.& n.26.*
21 *Sequela nulla ſequitur à diuerſis, & ſeparatis.*
22 *Argumentum à contrario ſenſu non rectè ſemper ducitur.*
Quia coniectura quadam eſt.
Non expreſſa deciſio.
Nec locum habet, ſi contrarium ſtatutum iure inueniatur.n.23.
25 *Fundamento ſubmoto ædificium diruit.*
27 *Laicus non poteſt in alienum Epiſcopum conſentire, vt ab eo ordinetur.*
Sine ſui Ordinarij licentia.
28 *Ordinari nemo poteſt ab alieno Epiſcopo.*
Siuè Laicus.
Siuè Clericus.

ARGVMENTVM.

Eandem proſequitur materiam: vndè quamplura traduntur ad intellectum *text. in can. nullus.* 1.9.*q.*2.plenèq; diſcutitur aſſioma: Epiſcopum Iudicem eſſe competentem ſuæ in cauſa Eccleſię. & nùm valeat prorogari iuriſdictio in proprij Iudicis præiudicium ? diſcutiturq; *text. in cap. ſignificaſti* 18.*de foro competent.*

RESPONSIO LIV.

Duo ſunt, quæ iterùm opponùntur aduerſus Dominum Epiſcopum Sauonen. per Dominum Noli Epiſcopum.

Primum, canonem *nullus.* 1.9. *q.*2. non loqui de Epiſcopis. Licuiſſe proindè aduerſus Sauonen. Diœceſis ſubiectum pro cauſa ſuæ Eccleſiæ, dicto Domino Noli Epiſcopo, procedere, quàmuis extrà Diœceſim Nolien. degentem.

Secundum, Epiſcopi eſſe iudicium in ſuæ cauſa Eccleſiæ. Non ergò Epiſcopus Noli ſine iudicauit iuriſdictione.

Status itaquè præſentis quæſtionis in his duobus enodandis conſiſtet; quod ſi prælitterimus, pro nobis palma erit. Non eſt itaq; primum contra nos.

1 Quia ex quæſtione, quam Gratianus decreti compilator proponit, apertiſſimè de Epiſcopis enim loqui patet. Sic enim ipſe quæſtionem inſtituit in *cauſa 9.* in qua tres proponit quæſtiones, atq; ſecundam ad rem noſtram, ita dicens:

Secundò, an liceat Epiſcopo, Archiepiſcopo, Primati, vel Patriarchæ Clericos alterius ſine proprÿ litteris ordinare?

Hanc proindè quæſtionem decernere intendens, atq; ſactis doctinis probare. non poſſe Epiſcopum alienæ Diœceſis ſubditum ordinare: ſic illam ſtatuit.

2 *Quòd autem Epiſcopus, vel quilibet Superiorum Clericos alterius ſine proprÿs litteris ordinare non debeat.* Affert primò ex Caliſti Papæ decretis *canonem* prædictum *nullus.* 1.9.q.2. in quo Caliſtus epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ ſcribens: dicit:

3 *Nullus alterius terminos vſurpet, nec alterius Parochianum iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat: Quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius Iudicis, niſi ſui ſententia tenebitur, aut damnabitur. Vndè & Dominus loquitur dicens: Nè transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui.* ſic Caliſtus.

4 Nullus, itaq; pronomen, de Epiſcopo exaudietur, quia de Epiſcopis ſermo erat, & de Epiſcopis quæſtio inſtituta, & ad Epiſcopos, & iudicare, & ordinare, excommunicare, atq; damnare ſpectat: Nè autẽ vnus alterius terminos occuparet, alienoſq; Parochianos vel ordinaret, iudicaret, aut excõmunicaret: ſubnectit deciſionem abſolutam per pro-
5 nomen negatiuum (nullus) inquiens. *Nullus alterius terminos vſurpet, &c.* nullus vtiquè Epiſcopus, & hunc ipſum ſenſum etiam *Gloſſ.* habuit. Ipſa nempè in caſus figuratione: ſic exorſa eſt: *Caliſtus Papa docet hic, quòd nullus Epiſcopus debet terminos alterius vſurpare: vel alterius Parochianum ordinare, damnare, aut excommunicare.* De Epiſcopis itaquè canonem hunc Caliſti intellexit etiam *Gloſſa*: Quia de Epiſcopis Summus ille Romanus Pontifex loquutus fuit. atq; tem probauit authoritate *Deuteronomÿ* 19. *& Prouerbiorum* 22. Nè trans-
6 grediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. Quia nimirùm maledictus eſt omnis, qui trãſfert terminos proximi ſui. *Deutoron.* 27.17. *can. in legibus ſeculi.* 10. 12.q.2.

Tùm quòd Caliſtus ipſe ad Epiſcopos Galliæ epiſtolam illam dedit, qua ad eorum vtiq; interrogationem reſpondit, atquè in mandatis dedit, vt: *Nullus alterius terminos vſurpet, nec alterius Parochianum iudicare, vel ordinare, atq; excommunicare præſumat.* Nullus itaq; Epiſcopus exaudietur; Quia de Epiſcopis ſermo erat, & ad Epiſcopos ſcribe-
7 bat. Fit autem hoc perſpicacius ex eadem Caliſti epiſt. quam ad eoſdem ſubnectit Gratianus *can. nullus* 3. *ead. q. & cauſa*, in qua apertiſſimis verbis de Epiſcopis loquitur, atq; præcipit Caliſtus, vt:

Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nulluſq; reliquorum Epiſcoporum alterius adeat Ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat. (quæ ad eum non pertinet, & alterius Epiſcopi eſt parochiæ) ſuper cuiuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin altèr præſumpſerit; damnabitur, & non ſolùm illi, ſed cooperatores, eiq; conſentientes: quia ſicut ordinatio, ità eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nàm, qui ordinare non poterit, qualitèr iudicabit? Nullatènus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit.

Ecce prouerbium nullum loquitur Caliſtus, & expreſſiſſimè de Epiſcopis ſtatuit, ſiuè Primatibus, ſiuè Metropolitanis. Nullus ergò Epiſcoporum alienum Parochianum iudicare poterit, ex dicta Caliſti Papę diſpoſitione. Non ergò iurè Noli Epiſcopus iudicare valuit Gateram, alienæ iuriſdictionis, (Sauonenſis videlicet) Parochianum. malè proindè, ac conſequentèr nullitèr.

Nequè etiam ſecundum ex obiectis con-
8 tra dictum Dominum Sauonen. Epiſcopum facit, quo aſſeritur: Epiſcopum eſſe Iudicem competentem in cauſa ſuæ Eccleſiæ. Fundamentum habet hæc ipſa aſſertio in *can ſi quis ergà Epiſcopum.* 16.2. *quęſtion.* 7. vbi apertiſſimè *Gloſſ.* verbo *priuetur. circà fin.* rationem reddit, dicens: *Nàm Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ: ſicut procurator Fiſci eſt Iudex in cauſa Fiſci, vt C. vbi cauſ. fiſcales l* 1. quam ſequitur *Gloſſ.* in *can. conſuetudo.* 2. verb. *Eccleſia in fi.* 16. *q.* 6. *can. prædia* 5. 12. *q.* 2. *cap. dilecto filio* 6. *de ſent. excommunicat. in* 6. *Marius Antonin. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 48. *n.* 8. Rationem reddit *Redoanus de rebus Eccleſ. non alie-*
9 *nand. q.* 78 *cap.* 8. *n.* 5. quoniam non eſt cauſa perſonæ, ſed Eccleſiæ. noſter *Maranta in ſpeculo part.* 4. *in* 11. *diſtinct. iudiciorum. iudicium aliud ſeculare, aliud Eccleſiaſticum, in* 18. *ſpeciali. n.* 26. *Bald. in l. vnica n.* 3. *C. ne quis in ſua cauſa. Capyc. decis.* 12. *n.* 11. & latius per *eund decis.* 137. *Alzed. in praxi Epiſcopali. cap.* 11. *n.* 42. & 43. *Rota apud Cęſarem de Graſſis decis.* 4. *de exceptionib. num.* 5. quæ eſt etiam in impreſſis *part.* 1. *diuerſor. dec.* 361. *n.* 1.

Quia nimirùm ex hac probatiſſima aſſertione nihil commune habet Noli Epiſcopus, vt aduerſus ſubiectum alienæ iuriſdictioni,

dictioni, ius dicere valeat, atq; diſtinctos,
alienoſq; terminos tranſgredi, iuxtà diſpoſi-
ta per dictum Caliſtum Papam *dict. can.*
nullus.1. & 3. 9. quaſt. 2. Sed exauditur
20 propoſitio; vti omnes illam audiunt
Doctores; Non poſſe Epiſcopum idcircò
refugi, nè iudicet, quod in cauſa ſuæ Eccle-
ſiæ iudicat, quaſi in propria iudicare velit,
contra iuris diſpoſitionem in *l. qui iuriſdi-*
ctioni praeſt. 10. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
quia non eſt cauſa perſonæ, ſed Eccleſiæ, vti
Redoan. d. quaſt. 78. cap. 8. numer. 5. ſequitur.
& pluribus *Maceraten. d. reſolut. 48. num. 8.*
21 Non propterea hinc ſequetur, poſſe Epiſco-
pum alienæ iuriſdictionis Parochianum ſibi
ſubijcere, quòd ipſe competens eſt Iudex in
cauſa ſuæ Eccleſiæ; nàm exaudietur propo-
ſitio terminis habilibus, ſi ſua ſit iuriſdictio,
quòad perſonas, & territorium, alioquin ex-
trà territorium ius dicens, non ei patebitur
impunè. *cap. 2. aliàs fin. de conſtit. in 6. l. fin.*
ff de iuriſdict. omn. iud. Quia nullus alterius
terminos vſurpare debet. *d. can. nullus. 1. 9.*
22 *quaſt. 2.* Quam ob cauſam peccabit Iudex
ità iudicans, atq; nullitèr aget. *S. Thom. 2. 2.*
q. 60. art. 6. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. quem
ſequitur *Nauarr. in man. cap. 12. nu. 72. verſ.*
ſecundò, qui habens. & cap. 27. nu. 8. & conſ.
77. quaritur primò. num. 2. lib. 3. de regular.
ex illo Pauli ad Roman. 14. 4. *Tu quis es, qui*
iudicas alienum ſeruum? Molina de iuſt. &
iur. tract. 5. diſput. 18. lit. D. verſ. tertiò quo-
23 *niam.* Quinimmò ex hoc ipſo principio, Iu-
dici (alias Ordinario) extrà territorium ius
dicere tentanti, vt puta in loco exempto, inrè
non paretur, quia iuriſdictione caret, qua ſi-
ne ius non dicitur, vt ſequitur *Dec. in d. l. fin.*
num. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Nauarr. d. conſ.
77. quaritur primò, num. 2. lib. 3. de regular.
24 atq, perindè acta habentur, ac ſi ioco geſta
fuiſſent. *Clement. vt calumnijs. 1. de re iudic.*
ſequitur *Triuiſan. dec. 68. num. 4. lib. 1.* Quia
25 profectò Iudices ſuos, iuſtos, & non iniquos
habere quiſq; debet, neq; etiam extraneos.
can. vnaquaq; prouincia. 15. 3. q. 6.
26 Nec ad rem facit, poſſe Iudicis, etiam non
ſui, iuriſdictionem prorogari per partem
ipſam.
17 Primò, Quia, id planè exauditur in præiu-
dicium ipſiuſmet, qui iuriſdictionem proro-
gauit, non verò in præiudicium Iudicis Or-
dinarij, cui ſubiectus præiudicium per con-
ſenſum in alienum. Iudicem facere minimè
potuit. *l. ſi conuenerit 18. ff. de iuriſdict. omn.*
iud. Carthar. dec. Rota Genuæ 6. n. 3. & ſeqq.
eſt *tex.* expreſſus de iure Sacrorum cano-
num in *cap. ſi diligenti 12. & cap. ſignificaſti*
nobis 18. de foro compet. ſequitur etiam in
obligatione camerali loquens *Galleſius de*
obligat. camerali quaſt. 7. num. 5. Caualcan.
deciſionum Fiuizanenſium *part. 1. deciſ. 1.*
num. 6. Riccius part. 4. collectan. 818. Iaffre-
dus Balbus cent. 2. deciſ. 109. & dictum fuit in
Auximana cenſus. 10. Martij 1636. coràm
Ghiſilerio dec. 305. n. 12. & 13. par. 7. recent.
nouiſſ. per Rubeum.
Deindè quia nullam in hoc facto proro-
gationem fecit Gatera iuriſdictionis Epi-
18 ſcopi Noli. Quam ob cauſam, qui proro-
gationem aſſerit, quæ in facto conſiſtit, ipſe
probatione præſtabit. *leg. 2. ff. de probatio-*
nibus. & leg. actor. 23. C. eodem. vt non
19 ſufficiat, ſi præſumptiuè probauerit. *Rota*
apud Cardin. Seraphin. dec. 1171. num. 2. &
dec. 1249. num. 3. & apud ſanct. mem. Greg.
XV. deciſ. 53. vbi Beltramin. Addent. num. 5.
Quia materia eſt odioſa, atq; propterea reti-
nenda, non dilatanda. *Gratian. forenſ. part. 1.*
cap. 66. nu. 5.
20. Neq; fundamentum aliquod firment Ad-
uerſarij pro ſe in *d. cap. ſignificaſti 18. de fo-*
ro competent. quaſi ex illo, à contrario ſenſu,
velint; poſſe laicum in non ſuum Iudicem
conſentire. potuit proindè Gatera in Epi-
ſcopi Noli, iuriſdictionem aſſenſum præ-
ſtare.
Primò. Quia nullum omninò conſenſum
in Epiſcopum Noli præſtitit Gatera, niſi for-
taſsè in eum ſe obligando, vt conductorem;
vndè caſus hic ſatis diuerſus eſt ab illo in
d. cap. ſignificaſti 18 propoſito.
21 Vt proindè à diuerſis, & ſeparatis nō iurè
ducatur ſequela. *can propoſuiſti. 2. §. ſed ea*
planè diſt. 82. l. Papinianus exuls 21. ff. de
minorib. l. naturalitèr. 12. § nihil commune.
& ibid Iaſ. n. 22. ff. de acquir. poſſeſſ.
22 Deindè quòd non rectè ſemper à contra-
rio ſenſu argumentum ducitur: Cùm non
propriè argumentum, neq; expreſſa ſit deci-
ſio, ſed coniectura quædam, & ſubauditus
potiùs quidam intellectus. ad *tex. in l apud*
antiquos. 21. vbi *Gloſſ.* verbo *coniecturam.*
C. de conditionib. inſertis. Maranta noſter
23 *in ſpeculo 3. part. princip. nu. 92.* Nec locum
habet, ſi contrarium ex iuris diſpoſitione
ſtatutum inueniatur. ad *text. in cap. à nobis.*
28. §. nec obſtat. de ſentent. excommunicat.
extrà. & pluribus deduximus nos *reſponſ.*
noſtra 68. *à num. 66. cum ſeqq. ad nu. 74. p. 3.*
Sicuti in hoc ipſo caſu, contrarium diſpo-
ſitum inuenitur, vt nullus Epiſcopus alienæ
Diœceſis Parochianum iudicare audeat, ſed
ſuis contentus ſit finibus *in d. can. nullus. 1.*
& 3. 9. q. 2.
24 Prætereà quòd textus in *d. cap. ſignifica-*
ſti nobis 18. de foro compet. pro nobis, non
contra nos eſt, ſicuti ad rem noſtram illum
deduximus: diſponit enim; non poſſe Cleri-
cum in alterius Iudicem, quàmuis Eccleſia-
ſticum, ſine ſui Epiſcopi voluntate, conſenti-
re. Haud potuit itàq; ſine Epiſcopi Sauonen.
voluntate in Noli Epiſcopi iuriſdictionem
Gatera conſentire, vt ab alieno Iudice iu-
dicaretur. Quàmuis nec Gatera ipſe in di-
ctum Epiſcopum Noli, neq; expreſsè, neq;
tacitè conſenſerit; quin expreſsè diſſenſerit,

vt mirum ſanè ſit, cur hoc ſundamentum, quod non exiſtit, ab aduerſarijs iactetur. vt
25 ſuccedat nec iniuria illis fundamento ſublato, ædificium diruere, quod ſupra illud malè ſurrexerat. ad *tex. in can. cùm Paulus* 26. 1. q. 1.

26 Præterquàm quòd tex. prædictus vniuerſaliter diſponit, vt vniuerſaliter ſit exaudiendus. Generalis enim iuris Sacrorum Canonum diſpoſitio eſt: vt nullus Epiſcopus alterius Parochianum iudicare, ordinare, vel excommunicare præſumat, ſiuè laicus, ſiuè ſit
27 Clericus. *d. can. nullus* 1. *&* 3. 9. *q.* 2. Alioquin poſſet laicus in non ſuum Epiſcopum conſentire, vt ab illo ordinaretur, quod fieri minimè poteſt. *cap. cùm nullus* 3. *de tempor. ordinat. in* 6. & ex Sacra Tridentina Synodo *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* Et Clericus
28 etiam de Epiſcopi conſenſu in laicum Iudicem conſentire valeret. quod expreſsè prohibetur, vt *Gloſſ.* aduertit *d. cap. ſignificaſti* 18. *in Gloſſ. fin.*

29 Demùm quòd conſenſus hic in alienum Iudicem expreſſus perquiritur, non ſanè tacitus, & dummodò ex errore non procedat. *l.* 1. *& l. priuilegium* 3. *C. de iuriſd. omnium Iudicum.* & aduertit *Gloſs. in d. cap. ſignificaſti* 18. *de foro compet.* verbo *priuatorum cōſenſus.* Gatera autem, neq; expreſsè, neq; tacitè in Epiſcopum Noli conſenſum præſtitit; ſed iuriſdictionem impugnauit eiuſdem, atq; à ſe repulit, nullo igitur pacto ſuffragari eidem Epiſcopo poterit, quod in *d. cap. ſignificaſti* habetur: poſſe priuatorum conſēſu eum, qui iuriſdictioni præeſſe dignoſcitur, in Iudicem conſentire. Cùm nuſquàm in eum conſenſum præſtiterit Gatera, vt diximus.

Præterquàm quòd exanditur id quidèm in conſentientis præiudicium, non, alterius, ac præſertim Ordinarij, vt ſupra deduximus. Atq; ita ex his, iudicio ſubiectis meliori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa reſeruationis penſionis (vtputà, vt cōmodiùs litterarum ſtudijs incumbere poſſis) ſi deficit, & reſeruatio quoq; ipſa deficiet.*
Potiſſimùm ſi cauſa finalis fuerit. n. 6.
2 *Litterarum ſtudium ad commune Eccleſiæ bonum cedit.*
Præſertim Theologia, & ſacrorum Canonum.
Ratio affertur. n. 3.
Proindè Studentibus, & Magiſtris multa ſunt priuilegia indulta.
Litteras nemo ſcit, qui non didicit. n. 32.
5 *Eccleſia ad ſui regimen viris litteratis permaximè indiget.*
Et maximè illuſtratur ex litterarum ſtudijs. n. 9.
7 *Cauſa deficiente, quæ ad concedendum mouit Principem, & effectus intercipitur.*
Et conceſſio ipſa facta finem videt, atq; interitum. n. 12.
8 *Datum ob cauſam, cauſa ipſa deplorata, nec datum debebitur.*
9 *Studijs qui vacant litterarum, maximo ſunt Eccleſiæ commodo.*
Et fulgent velut ſplendor per doctrinam.
Et velut ſtella in perpetuas æternitates.
10 *Operantes in vinea* Dei, *denario fraudari haud debent.*
11 *Prouerbium. Tanquàm aſinus ad liram; in ſcientiarum ſtudijs ſe habere.*
13 *Penſio ob cauſam reſeruata, cauſa deficiente, & ipſa ceſſat reſeruatio, ac interit.*
Atq; deficit, nec ſubſiſtit. n. 17.
Nec ſufficit quaſi poſſeſſio exigendi, ſi non exiſtat. n. 21. 22. *&* 23.
14 *Cauſa finalis diſpoſitionis, quænam dicatur?*
Ex qua directionem, atquè regulam ſumit diſpoſitio. n. 15.
Hac finali cauſa non exiſtente, diſperit diſpoſitum. n. 16.
Qui autem ſtare dixerit, probatione præſtabit. n. 18.
19 *Clauſula (vt aſſerit) probandi onus in aſſerentem transfundit. & n.* 21.
20 *Gratia non iuſtificata, ſubreptitia habetur.*
Et euaneſcit.
Etiam ſi Aduerſarius dicatur eſſe in poſſeſſione exigendi.
Si exceptio reſpicit ſubſtantiam gratiæ n. 21.
23 *Res primò exiſtere debet.*
Deindè rei qualitates dari.
24 *Penſionis reſeruationis materia ab authoritate dependet Papæ.*
Quæ ſola, cauſa efficiens reſeruationis dicitur.
Mente proindè deficiente Papæ. n. 25.
Et eius deficit authoritas.
Atq; proindè cadit, ſine authoritate, reſeruatio.
26 *Penſio cadit, ſi verus valor non exprimatur beneficij.*
27 *Ducati centum pro Rectore, qui remanere debent in reſeruatione penſionis, debent eſſe liberi.*
Ab omni onere, atq; grauamine. n. 30.
Neq; comprehenduntur incerti. n. 31.
Niſi dictum fuerit.
28 Clauſula *(dummodò remaneant eſtum, &c.) conditionalis dicitur.*
29 Conditio *interim nihil in eſſe ponit.*
33 *Falſus precator, in ſuæ peruerſitatis pœnã, nullum ex litteris commodum, vt conſequa-*

Digitized by Google

quatur, per quàm iuſtiſſimum æſtimatur.

34 *Pœnis mali admonentur non temnere iuſtitiam, atq; Deum.*

35 *Turpia lucra calamitates afferunt.*

36 *Pēſionarius in quaſi poſſeſſione dicitur exigendi.*

Etiam per vnicam ſolutionem.

Dabitur proindè ei manutentio. n. 37.

Et onus in Titularium transfertur probandi, non verum valorem expreſſum fuiſſe. n. 38.

Solutio tamen concludentèr probari debebit per penſionarium. n. 39.

Vt ſucceſſorē in beneficio, qui non conſenſit reſeruationi, afficiat.

Per plenas probationes. & n. 58.

Præſertim verò in tertij præiudicium. nu. 40.

Vel ſi ſucceſſor de nullitate obijciat reſeruationis. n. 42.

Vel colluſio euidenter appareat inter titularem, & reſeruatarium. n. 43.

Quòd ſint inſimul ſanguine iūcti, & ſtrictim.

Vel ſi ipſa vnica ſolutio ſuſpecta ſit. n. 44. & n. 53.

41 *Confeſſiones Prelati Predeceſſoris ſucceſſorē non afficiunt.*

Neq; Eccleſiam. & n. 54.

42 *Penſionarius debet iuſtificare narrata in ſua gratia reſeruationis.*

44 *Scriptura extracta parte non citata, nec Iudice mandante, non probat.*

Et ei per aduerſarium ſit obiectum per proteſtationem generalia contrà. n. 45.

46 *Penſio reſeruata ad fauorem nepotis per Rectorem patruum ſuſpecta habetur.*

Adijcitur proindè clauſula, ac diſpoſitio.

Vt ſi ſolutio verè, realiter, & cum effectu non ſequatur. penſio ſit nulla eo ipſo, & num. 52.

Erit ergo Penſionarij, ſolutionem fuiſſe ſolutam, verè, realiter, & cum effectu probare. n. 47. & 54.

Quod ſi non præſtiterit, penſio eccaſum videt eo ipſo.

Quod deciſum refertur à Rota apud Caualerium. n. 52.

Diciturquè conditionaliter reſeruata. nu. 56.

Neq; fruſtrà conditio ipſa adiecta. nu. 55.

Vt fraus euitaretur.

48 *Nullum quod eſt, nullum poteſt effectum producere.*

Nec poteſt eſſe alicuius generis ſpecies. nu. 49.

Et ei quod nullum eſt, licet contraire, eiq; reluctari. quia non eſt. n. 50.

Et contra legem factum.

49 *Mortuum quod eſt, nec vitam habet, & ſpiritum, vitam alteri donare minimè potens eſt.*

51 *Legis illuſor nuncupatur, qui legem contrà facit.*

52 *Clauſula (eo ipſo) nullitatem ipſo facto facit, operaturquè.*

56 *Verbum (volumus autem) conditionem operatur.*

57 *Dictio (autem) eſt aduerſatiua, & diſpoſitionis ſubſtantiam penetrat.*

59 *Solutio vt verè, realiter, & cum effectu facta dicatur, per numerationem fieri debet.*

Et per ſcripturam Notarij atteſtantis.

ARGVMENTVM.

Penſionis reſeruatio ex cauſa facta, vtputà ſtudiōrum, (vt commodiùs litterarum ſtudijs vacare poſſis) ſi cauſa ipſa deficiat, an penſio quoq; vacaſſe videatur? Quæ autèm finalis fuiſſe, vel eſſe cauſa videatur? Quid verò ſi verus valor non exprimatur, quin alteretur, an ſubreptitia reſeruatio videatur? & quid, ſi in poſſeſſione factus fuerit exigendi? & an vnicus ſufficiat actus? Et quid ſanè ſi penſio pro nepote titularis reſeruata fuerit, cum clauſula (quòd ſi dictus N. verè, realitèr, & cum effectu nō ſoluerit, penſio eo ipſo ſit nulla,) an verè, ipſo facto, vacet penſio, & annulletur non probata ſolutione?

RESPONSIO LV.

PEnſio, quæ anno 1640. ſuper Parochialis Eccleſiæ Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis Oppidi, ſeù Loci Frignani parui Auerſanen Diœceſis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis impoſita fuit annuorum ducatorum viginti octo auri de Camera, ſummam quinquaginta ducatorū monetæ Regni Neapolitani, vel circà conſtituentium, per D. Petrum de Angelis tunc

Re-

Rectorem Parochialem, pro Hiacynto de
Angelis eius ex fratre nepote, pluribus ex
cauſis ſolui non debet per D. Antonium
Palmerium modernum Rectorem Paro-
chialis præfatæ, ſucceſſoremq; dicti D. Petri:
Quia cauſa deficit, ob quam impoſita fuit, ac
reſeruata, quia non expreſſus verus valor, &
demùm quia extincta, & nulla eſt ipſa pen-
ſionis impoſitio ex ipſo vtero, ſinè, vt aliàs
dici conſueuit, ex ipſo ventre reſeruationis
penſionis præfatæ.

1 Et ſanè primum, quòd cauſa deficit, ob
quam reſeruata fuit: vt ex ipſa reſeruationis
Bulla legitur; Quia penſio ipſa reſeruata fuit,
his verbis.

*Hinc eſt, quod nos tibi, qui (vt aſſeris) in-
fraſcripti Petri ex fratre nepos exiſtis, vt
commodiùs ſuſtentari, & litterarum ſtudijs
incumbere poſsis*. Fuit igitur cauſa reſerua-
tionis præfatæ penſionis, quod ipſe Hiacyn-
tus aſſeruit, ſe ex hac reſeruatione commo-
diùs litterarum ſtudijs vacaturum. Ipſe verò
nec vacauit, nec vacat ſtudijs litterarum,
Abijt pindè cauſa reſeruationis. Quia enim
2 litterarum ſtudiū ad commune Eccleſię bo-
num cedit. vt Sacroſancta decernit Syno-
dus Tridentina *ſeſſ. 23. c. 18. de reform. col. 4.
fol. mihi* 213. præſertim Theologiæ, Sacro-
3 rumq; Canonum nàm in *his ſtudijs maximè
diuina manifeſtantur, atq; declarantur mā-
data*. ex Synodo Eugenij Papæ Secundi, re-
lata à Gratiano in *can. de quibuſdam* 12. *in
4 fin. diſt.* 37. vndè Summi Romani Pontifices,
non contemnenda tàm Studentibus, quàm
Magiſtris indulſere priuilegia, etiam de per-
cipiendis fructibus præbendarum, benefi-
ciorumq; in abſentia. ex Honorio Tertio
cap. ſuper ſpecula. 5. *aliàs fin. de magiſtris
extrà*. ex ratione, quam Bonifacius VIII. in
cap. cùm ex eo 34. *de elect. in* 6. & à priori red-
dit: ex graui Eccleſiæ vniuerſalis commodo:
5 *quæ ad ſui regimen viris litteratis perma-
ximè noſcitur indigere*. Sequutaq; fuit eadē
Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 5. cap.
1. in fin. de reformat.* & ſequitur *Horatius
Lutius de priuilegijs ſcholarium priuileg.* 98.
6 Cùm itàq; Summus Pontifex Glorioſęquè
memoriæ Vrbanus VIII. Hiacynto gratiam
indulſerit annuæ penſionis ducatorū 28. auri
de Camera, conſtituentium ſummam du-
catorum quinquaginta monetæ Regni
Neapolitani, vt commodiùs ſuſtentari, & lit-
terarum ſtudiis incumbere poſſet; fuit hæc
profectò cauſa finalis gratiæ præfatæ. At cau-
ſa ceſſat, atq; intercepta habetur, ex quo nec
vacauit, nec vacat Hiacyntus litterarum ſtu-
diis, vt dies eſt hodie.

Ceſſabit pindè, atq; intercepta erit & gra-
tia ipſa, quæ effectus eſt cauſæ conceſſionis,
7 vt ſequi haud valeat effectus, cauſa interce-
pta, quæ effectum producit. probat id aper-
tiſſimè Scenolæ ſenſus, & reſponſio in *leg.
alumnæ ſua.* 30. *§. Seia liberta. ff. de alimen-
tis legat.* interpellatus equidèm ipſe, an ſub-
lata cauſa, ob quam Lucio Titio ſexagin a
dari Seia hæredibus mandauerat, legatum
quoq; Titio deſcriptum ademerit teſtatrix?
Ademptum videri Scenola reſpondit: Quia
defecit cauſa, ob quam dari Seia Titio iuſſe-
rat. nec abſimiliter Valerianus, & Gallienus
Auguſti A. A. Gaiuicæ reſponderunt in *l. ſi
doceas* 1. *C. de donationibus, quæ ſub modo.*
8 datam ſcilicet ob cauſam, cauſa ipſa dere-
licta, non deberi. patiq; modo Innocentius
Papa in *can. quod pro remedio* 7. ibidemquè
Gloſſ. verbo *ceſſante.* 1. *queſt.* 7. Innocentius
Tertius in *cap. magna deuotionis.* 7. *§. fin. in
fin. de voto, & voti redemptione*. dicens non
ſub prouerbio: *Quia ceſſante re cauſa, faciliùs
ceſſare potuit & effectus*. nec dimittenda
Gloſſ. in *cap. ſtà quorundam.* 6. verbo *ferrum.
de Iudæis.* illam ad rem referens rationem.

*Nàm cauſatum perimit cauſa perempta
ſuum.*

Reſeruata ergò Hiacynto penſio fuit
per Summum Pontificem oculatiſſimum
Vrbanum VIII. quia ipſe aſſeruit (*vt aſſeris*)
commodiùs litterarum ſtudijs vacaturum.
Cauſa itàq; fuit, quæ potiſſimè Pontificem
ad annuendum reſeruationi mouit, ob per-
maximam, quæ vniuerſali Eccleſiæ accedit,
commoditatem, ex virorum induſtria, qui
9 ſcientiarum ſe dant ſtudijs; vndè illa poſt-
modùm illuſtratur; cùm illi ex doctrina, qua
erudiunt multos, velut ſplendor fulxerint
teſtamenti, & velut ſtellæ, in perpetuas æter-
nitates manſuri, ad iuſtitiam valeant pluri-
10 mos erudire. vt mirùm non fuerit, ſi multa
ijs concedantur: Cùm *denario fraudari non
debeant in vinea Domini operantes.* verba
ſunt Honorij Tertij *d. cap. ſuper ſpecula fin.
de magiſtris extrà*. Sed hæc abijt cauſa in
Hiacynto, vt deplorata etiam videatur, nè
litterarum ſtudijs vacare poſſit; ad quæ, vt
11 prouerbio fertur, ſe habet, *tanquàm Aſinus
12 ad Liram*: Abijt quoq; & reſeruatio ob cau-
ſam illam data, quæ ceſſans, reſeruationi fi-
nem imponit. ex Terentio Clemente lib. 8.
ad legē Iuliam, & Papiā in *l. planè eſt nupta.*
14. *ff. de operis libertorum.* atq; etiam Papi-
niano lib. 36. quæſtionum in *l. ſi adulterium:*
38. *in princ. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.*
ſequiturq; *Oltrad. conſ.* 228. *Quod Fratres
13 Prædicatores. nu.* 3. & in hiſcemet terminis
reſeruationis penſionis ob cauſam, quòd il-
la defecta, deficiat quoq; reſeruatio; dictum
fuit in *Lucana penſionis* 19. *Decembris* 1611.
coràm Vbaldo apud Marcheſanum part. 1.
fol. 647. *deciſ.* 50. *ſub nu.* 1. ex *Oltrado* quoq;
conſ. 201. *ſub num.* 1. *verſ. regula quoq;* & *Ti-
raquell. tract. ceſſante cauſa.* verbo *onere
ceſſante num.* 108. *Barboſa in collectan. ad
cap.* 1. *de cuſtodia Eucharistiæ nu* 2. 3. & 4.
14 Cauſa verò finalis illa æſtimatur, qua fine
Pontifex non conceſſiſſet, & ex qua ad gra-
tiam indulgendam reſeruationis penſionis
mo-

motus fuit, vt commodiùs litterarum ſtudijs
vacare poſſet. ad Pompoij ſenſum lib. 3. ad
Quintum Mutium in *l. damus autem.* 52. *in
fin. ff. de conditione indebit.* illis verbis: ob
rem datur, vt aliquid ſequatur: quo non ſe-
quente repetitio competit. *Bald. conſ.* 340.
colum. 2. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 20. *num.* 10. *& Sur-
dus conſ.* 164 *num.* 31. *&* 32. *lib.* 2. *Gratian.
forenſ. par.* 3. *cap.* 558. *num.* 21. *& part.* 4. *cap.*
764. *nu.* 9. *Rota par.* 1. *in recentior. tom.* 2. *dec.*
587. *n.* 4.

15 Ex hac igitur cauſa reſeruatio ipſa regu-
lam accipiet, atquè directionem; quatènus
ſcilicet ille litterarum ſtudijs operam naua-
bit, vacabitquè. *Aymon conſ.* 137. *num.* 14. &
conſ. 243. *nu.* 2. *Surdus d. conſ.* 164. *n.* 32. *lib.* 2.
Gratianus d. cap. 558. *n.* 22. *par.* 3. Rota apud
Cardin. Seraphin. decis. 1149 *ſub nu.* 11. Non
16 exiſtente propterea cauſa ipſa, quæ ad con-
cedendum finalis fuit, quia Hiacyntus, nequè
ſtudiorum litteris vacauit, nec vacat, quin
ineptum ſe reddidit, vt vacare poſſit. nec re-
17 ſeruatio ipſa locum habebit. Deficiet ergò
reſeruatio, quin non dixeris, iàm abijt. ex
Alexandro in l. ſi pater. n. 1. *&* 2. *C. de hære-
dib inſtituend. Io. Cephal conſ.* 548. *nu.* 1. *&
ſeqq. lib.* 4. *Gratian. dict. cap.* 558. *num.* 24. *&*
25. *par.* 3.

18. Quatènus verò fortaſsè ipſe ſe, & vacaſſe,
atq; vacare ſtudijs, finalemq; reſeruationis
cauſam perſtare contenderit, id probatione
verum demonſtrabit, cùm eius hoc ſit, qui
19 hoc aſſeruit, ex clauſula (*vt aſſeris*,) quæ
onus iuſtificandi gratiam in ipſum impetrā-
tem transfert. ex *Caſſador. dec.* 4. *num.* 6. *&*
9. *de probation. & dec.* 7. *de iure patronat.* ſe-
quuta fuit *Rot. apud Card. Caualer. dec.* 533.
num. 5. *& apud Duranum dec.* 254. *num.* 14.
20 *par.* 2. Vt non iuſtificata gratia, ſubreptitia
illa habeatur, atq; euaneſcat. *Petrus Gregor.
Tholoſates de reſcript. cap.* 50. *ſub numer.* 2.
cap. ſi proponente 42. *de reſcript. extrà. & cap.
ſi motu proprio.* 23. *de præbend. in* 6. *Rota
apud Card. Mantieam decis.* 358. *num.* 1. *&*
4. *& apud Cæſarem de Graſſis dec.* 12. *num.* 1.
de probat. apud Card. Caualer. dec. 265. *n.* 4.
& apud ſanct. memor. Gregor. XV. decis. 210.
n. 2. *& dec.* 314. *n.* 1 *cumſeqq.*

Quam ob cauſam haud ſuffragabitur ipſi
inanis aſſertio, ſe in poſſeſſione eſſe exigendi:
(de qua inferiùs agetur.) ad nullam teneri
aliam iuſtificationem.

21 Quia nimirùm huiuſmodi exceptio gra-
tiam ipſam, atq; exiſtentiam illius reſpicit,
cùm illa non iuſtificata hac narratiua, quæ
cauſa finalis reſeruationis penſionis fuit, &
ob quam hoc onus iuſtificandi eidem Hia-
cynto demandatū incumbit, per clauſulam
(*vt aſſeris*) vti diximus, euaneſcat, & nulla
ſit, ac ſi data minimè fuiſſet, vti ſubreptitia
ad *text. in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcript.*
22 Non exiſtente igitur penſionis reſeruatio-
ne, inanis eſt aſſertio; ſe in poſſeſſione eſſe
23 exigendi. Cùm primis enim de actus exiſtē-
tia conſtare debebit vt deinde eius dari va-
leant qualitates. ad Celſi lib. 18. digeſtorum
ſenſum in *l. eſt enim vſusfructus.* 2. *ff. de
vſufructu.* atq; etiam Africani lib. 7. quæſtio-
num in *l. eius, qui in prouincia* 41. *§. fin. ff. ſi
certum petatur, & de rebus creditis. Gloſſ. in
l.* 2. verbo *petita. C. de bonorum poſſeſſione
contra tabulas.* & ibidèm *Bald. ſub num.* 1.
& Caſtrenſ. ſub num. 3. *Gloſſ. in cap. ad diſ-
ſoluendum* 13. verbo *accuſari. de deſponſ. it.
impuberum. Bart. in l.* 1. *§ quod prætor num.* 3.
*ff quod vi, aut clam. & Rota apud A. billem
de Graſſis decis.* 4. *de reſcript.* ſequitur in his
terminis penſionis *Gratianus forenſ. part.* 3.
cap. 417. *num.* 17. *& part.* 5. *cap.* 899 *num.* 12.
Rota apud ſanct. memor. Gregor. XV. dec. 381.
n. 3. 4. *&* 5.

24 Cùm rota hæc reſeruationis penſionis
materia ab vna pendeat Summi Pontificis
concedentis, reſeruantiſquè authoritate, ac
voluntate, quæ ſola cauſa efficiens illius
eſt. ex Innocentij Tertij mente in *cap. niſi
eſſent viri prouiàs.* 21. *§. quia igitur.* & ibi-
dem *Gloſſ.* verbo *ex iuſſione. & Doctores de
præbend. extrà.* Rota apud *Dominum de
Graſſis decis.* 400. *num.* 13. *verſ. tertiò quia
part.* 1. *diuerſ. Sarnen. in compendio vtriuſq;
ſignaturæ quæſt.* 16. *num.* 86. Rota pluries, &
in *Romana penſionis* 14. *Ianuarij* 1646. *co-
ram Card. Verospio iuniore dec.* 86. *num.* 21.
25 *part.* 7. *recentiorum per Rubeum.* At Summus
Pontifex ea mente, eaq; intentione penſio-
nem hanc reſeruauit Hiacynto, quatènus
verum eſſet, eum litterarum ſtudijs vacatu-
rum. Præter igitur mentem Summi Pontifi-
cis, cuius ex authoritate, & voluntate penſio
pendet tanquàm à cauſa efficiente, vt dixi-
mus, penſio ipſa haud ſtabit. Quia caret Sum-
mi Pontificis authoritate, & voluntate, qui
alitèr illam dare non intendebat, niſi ad cau-
ſam illam, ſtudijs litterarum commodius
vacandi, ad tradita per *Felinum in cap. in
noſtra* 32. *nu.* 13. *in* 27. *corollario. verſ. con-
trarium tenet Rota de reſcript.* ex Rota *decis.*
23. *de rerum permutatione in antiquis. & d.
dec.* 400. *ſub num.* 13. *verſ. tertiò quia. part.* 1.
diuerſor. & ſequuta fuit Rota in *d. Romana
penſionis* coràm Cardin. *Verospio d. decis.* 86.
num. 9. *part.* 7. *recentiorum per Rubeum*
atq; etiam in *Meleuitana penſionis* 9. *Iunij*
1636. *coràm Ghiſilerio decis.* 595. *num.* 3. *&
ſeqq.* in reſiduo *par.* 5. *decis. recentiorum no-
uiſſimarum per Rubeum. Gigas de penſio-
nib. quæſt.* 85. *num.* 1. *&* 2. *Garſias de benefic.
par.* 1. *cap.* 5. *num.* 332. dictumquè etiam, &
perpenſum fuit in *Albaracien. penſionis* 15.
Maij 1634. *coràm eodem D. Ghiſilerio decis.*
539. *num.* 7. *&* 8. *in eodem reſiduo par.* 5. *per
Rubeum.*

26 Secundū verò; quòd verum valorem non
expreſſit, probatur. Cùm enim aliam pen-
ſionem ſuper eadem Parochiali ducatorum
aliorum

aliotum viginti octo anti de Camera pro
Antonio etiam de Angelis Clerico, reſeruaſ-
ſet, nec penſio pro Hiacynto adeſſe poſſet;
Cum Parochialis præfata vix ducentos du-
catos Regni Neapolitani impleat, centum
27 verò ducati liberi pro Rectore Parochiali
remanere deberent ex ipſiſmet Bullis reſer-
uationis cum clauſula (*dummodò ex fructi-
bus, &c.*) ipſe Hiacyntus Parochialis præfa-
tæ fructus, redditus, & prouentus, iura, &
obuentiones vniuerſas ad ducentos, & tri-
ginta ducatos auri de Camera aſcendere ex-
preſſit. Fuit itàq; valor obreptitiè expreſſus,
atq; propterea nulla reſeruatio. niſi verè per
ipſum penſionarium remanere centum li-
beros pro Rectore probarum fuerit. Quia
28 clauſula ipſa (*dummodò*) reſeruationem con-
29 ditionalē facit. Conditio verò interim nihil
in eſſe ponit *capit. 2. in fin. de ſponſalib. in 6.*
ad Sceuolæ lib. 15. reſpoſorum ſenſum in
l. Thais ancilla 41. *§. Stichus, & Dama. ff. de
fideicommiſſar. libertat. §. ex conditionali.
Inſtitution. de verborum obligat.* & dictum
fuit in *Mediolanen. translationis penſionis
16. Ianuarij 1606. coràm Litta dec. 35. apud
Marchesſanum part. 1. fol. 630. & in* Campa-
*nien. penſionis 22. Iunij 1609. coràm Iuſto
apud eundem Marchesſanum tom. 1. dec. 43.
num. 3. & 4 fol. 647.* Rota apud *Card. Caua-
ler. decis. 181 num. 1. & dec. 183. num. 1. & 2.
& dec. 251. num. 1. & dec. 383. nu. 1.* & apud
Cardinalem Seraphinum decis. 1017. *num. 4.*
30 Qui quidem ducati centum remanere de-
bent liberi ab omni onere, & abſq; vllo gra-
uamine, vt per *Garſiam de benefic. part. 1. d.
cap. 5. num. 375. & 376. cum ſeqq.* neq; com-
31 prehenduntur incerti; cùm illi comprehenſi
minimè fuerint in reſeruatione. vt in puncto
huiuſcè noſtræ reſeruationis dixit *Garſias*
ibidem *num. 379. & ſeqq.* Decreſcent pro-
pterea fructus Parochialis huius, vt multò
minùs capax reddatur penſionis ducato-
rum centum monetæ Regni Neapolitani
duobus nepotibus Petri Rectoris, vt in ſuc-
ceſſorem onus omne transferret ſoluendi,
& ex redditibus Eccleſiæ conſangnineos
ditaret. multò magis itàq; reſeruatio nulla
euaſit; aucto vero valore, vt ſummum deci-
peret Orbis, Vrbiſq; Rectorem ad penſio-
nem reſeruandam Hiacynto, vt commodiùs
litterarum ſtudijs vacare poſſet, qui nec lit-
32 teras ſcit, neq; didicit; iuxtà illud admiran-
tium Iudæorum *Ioann. 7. 15.* de Chriſto
Domino, ac dicentium: *Quomodò hic litteras
33 ſcit, cùm non didicerit?* Dignam proindè re-
cipiet mercedem, vt falſus precaror, in ſuæ
peruerſitatis pęnam, nullum ex litteris com-
modum conſequatur. verba ſic ſonant Inno-
centij Tertij in *d. cap. ſuper litteris. 20. de re-
34 ſcript.* vt ità admoneantur alij non temne-
re Diuos. iuxtà illud Maronis de Theſeo.

Sedet, æternumq; ſedebit
Infœlix Theſeus, Phlegiaſquè miſerrimus omneis.
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras:
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

Et admonuit alter.
35 *Turpia lucra calamitates afferunt.*
36 Neq; dicant: Hiacyntum eſſe in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi, etiam per vnicam ſolutio-
nem. ad *tex. in cap. cùm Eccleſia Sutrina 3.*
ibidemq; *Ripa n. 53. de cauſa poſſeſſionis, &
proprietat.* Rota *in Regien. penſionis 26. Iu-
nij 1598. coràm Vbaldo apud Marchesſan.
part. 1. decis. 19. n. 1. fol. 616. & in poſthumis
per Farinac. tom. 1. decis. 193. n. 2. & volum.
3. decis. 310. n. 1. & 2. & decis. 382. num. 1.* &
37 apud *Duranum decis. 73. n. 3.* vndè debetur
manutentio penſionario, etiam contrà ſuc-
ceſſorem, quàmuis ipſe nuſquàm ſoluerit.
§ retinendæ, Inſtitutionib. de interdict. Rota
in *recentioribus part 1. decis. 508. n. 1.* & apud
ſanct. memoriæ *Grogor. XV. decis. 313.* ibi-
demq; per *Beltraminum* addentem. *num. 6.*
qui plura cumulat; ſequiturq; *Gratianus fo-
renſ. part. 5. cap. 921. num. 6.* Rota apud *Card.
Caualer. decis. 249. n. 1. & 2.* & apud *Duranū
decis. 324. n. 1. part. 2.* idem *Gratianus forenſ.
p. 1. c. 113. n. 16. & ſeq.*
38 Translatum proindè fuiſſe in Titularem
onus hoc verum valorem elucidandi. ex *Bu-
trio in cap. cùm veniſſent. 6. num. 12. & Imol.
n. 11. de* Inſtitutionib. Rota in *poſthumis per
Farinac. tom. 1. decis. 429. nu. 4. Abb. in cap.
querelam 24. n. 2. de elect.* ad Vlpiani ſenſum
lib. 17. ad edictum in *l. ſicuti autem refectio.
8. §. ſed ſi quęratur.* & ibidem *Paulus de
Caſtro. nu. 9. ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Rota
apud *Cardin. Manticam decis. 196. n. 2.* quæ
eſt etiam in impreſſis apud *Marchesſanum
part. 1. fol. 628. decis. 33. num. 2. in Vercellen.
penſionis 26. Iunij 1592. coràm Mantica.*
Non enim hoc abnuimus; abnuimus au-
39 tem ſolutionem, quam ipſe obijcit. Hoc
enim, vt in poſſeſſione conſtituat penſiona-
rium exigēdi aduerſus nouum ſucceſſorem;
(qui penſionis reſeruationi, non vtiq; con-
ſenſit) concludentèr probari debebit per
plenas probationes. iuxtà *Alexand. conſil.
139. num. 14. lib. 6.* præſertim verò in tertij
40 præiudicium. vt perpenſum fuit in *Regien.
penſionis 18. Maij 1576. coràm Cardin. Se-
raphino dec. 302. nu. 1. & ſeq. ac per tot.* quæ
eſt in impreſſis apud *Marchesſanum part. 1.
fol. 615. decis. 17.* & in *Regien. prętenſę pen-
ſionis 28. Martij 1576. apud eundem Car-
din.* Seraphinum *decis. 292.* in qua *n. 2.* quoq;
41 aſſeritur: Confeſſiones Prælati, vel alterius
adminiſtratoris in præiudicium Eccleſiæ,
vel ſucceſſorum non tenere. ex *Butrio*, *Imo-
la, & alijs in cap fin. de præſcriptionib.* potiſ-
42 ſimùm verò, cùm Titularis ſucceſſor de nul-
litate dicat reſeruationis præfatæ penſionis.
vt perpenſum fuit in *d. decis. in fin.* & hanc
ob cauſam debere penſionarium narrata in

ſua

ſua gratia iuſtificare.ex *Ioanne Andrea, Ge-*
min. & alÿs in cap.1.de litis conteſtat. lib.6.
Felin.in cap.conſtitutus.19.num.1.in 2.caſu
*de reſcript.Crauetta conſ.*104. *num.*3. & ſe-
quuta fuit apertiſſimè Rota *in Vercellen.*
penſionis 26.Iunÿ 1592. coràm Cardinali
Mantica d.deciſ.196.num.3. in hiſcè noſtris
terminis.& dictum fuit *in Alexanen.penſio-*
nis 11.Februarÿ 1610.coràm Marquemon-
tio apud Marcheſan.part.1.deciſ.2. num.3.
fol. 605. & in Romana penſionis 13. Iunÿ
1597.coràm Cardinali Pamphilio apud eun-
dem Marcheſan.ead. par.1.fol.613. dec.14.
ſub nu.2.& in Cæſarauguſtana penſionis 30.
Ianuarÿ 1589.coràm Gyptio apud eundem
Marcheſanum dec.51.part.1.fol.648. Quod
43 ſanè adamuſſim perpendendum erit in hoc
noſtro facto, in quo agitur de penſionibus
duabus ducarorum centum per Rectorem
prædeceſſorem impoſitis ſuper Parochiali,
& patruum reſeruatarium pro ſuis nepoti-
bus,vt penſiones in damnum tranſirent ſuc-
ceſſorum,ipſe verò immunis eſſet,dùm vita-
li perfrueretur aura, quod confidentèr inſi-
mul agerent ſanguinis ſtricto coniuncti vin-
culo, vti inferius etiam perpendemus.non
minimi igitur ad rem noſtram hæc admini-
cula erunt,atq; apparentes verò ſimilitudi-
nes, vt per *Rotam* perpenſum quoq; fuit in
præcitatis deciſionibus.

44 Accedit, quòd hæc vnica ſolutio exhibe-
tur per vnam tantùm partitam præſumptam
extractam à Banco Sanctiſſimæ Annunciatę,
parte non citata ad videndum extrahi, neq;
Iudice mandante. optimè *Felin. in cap. fin.*
num.6.de fide inſtrument. ſequuta fuit *Rota*
*par.2.in recentiorib.tom.2.dec.*581. per to-
tam.& apud *Card.Manticam dec.32.num.8.*
& 9. & *in Romana legatorum de Sabellis*
1596.coràm Orano dec.110.n.1.& ſeqq.poſt
primum volumen conſiliorum Farinacÿ. &
apud *Tiberium Saluſtium in praxi A.C.lib.*
*3.cap.15.fol.mihi 352.*diximus *reſponſ.* no-
ſtra 63.*num.12.par.3.*potiſſimùm verò,cùm
45 hoc ipſum obiectum fuerit per Antonium
Titularem per oppoſitionem,generalia con-
trà.vt per *Felin.d.cap.fin.num.6.& 7.*

46 Et ex his probatur etiam tertium:Penſio-
nis reſeruationem, quatènus cætera non
obſtarent, iàm abijſſe,nè dixeris obijſſe.Sub-
odorans quippè Summus Romanus Ponti-
fex colluſionem fortaſsè facilè intercedere
inter patruum Rectorem Eccleſiæ, & nepo-
tes ex fratre,vt illo fatis abeunte Eccleſia,ac
ſucceſſores grauati remanerent ad penſionũ
ſolutionem, ſequens adiecit malagma, vt
huic auaritiæ peſti remedium adhiberet,di-
ſponendo,vt ſequitur.

Volumus autem (inquiens) *quòd ſi dictus*
Petrus in eius vita, & quandiù dictam Ec-
cleſiam obtinuerit, penſionem per præſentes
reſeruatam,verè,realiter,& cum effectu non
perſoluerit,præſens reſeruatio nulla ſit eo ip-
ſo. ſic Summus Pontifex.

47 Hiacynthi ergo erit,cuius in fauorem pẽ-
ſio reſeruata fuit,probatione concludenti in
apertũ firmare; Petrum eius patruum dùm
vixit,& in humanis nobiſcum fuit, atq; Pa-
rochialem prædictam obtinuit, (quod ſa-
nè ad ſupremum vſq; auræ halitum fuit, in
poſſeſſione Parochialis mortuus, & per cu-
ius obitum Parochialis vacauit:) *verè,reali-*
ter, & cum effectu penſionem prædictam
ſoluerit; quod ſi non præſtiterit,cùm ſit hoc
intentionis ſuæ fundamentum; penſio eo
ipſo extincta fuit,obijt, non abijt ſolùm, oc-
48 cidit,occaſum vidit,nulla eſt.Si nulla, nullũ
proindè poterit effectum parere. ex Vlpiani
ſenſu lib.40.ad edictum in *l.non putauit.8.*
§.non quæuis exhæredatio. ff.de bonorum
poſſeſſ.contra tabular. & Pauli lib.3.ad Pau-
lutium in *l.quod edictum eſt.33.in fin.ff.de*
pactis. illis verbis: *Igitur ſi mandati actio*
*nulla ſit.non prodeſſe exceptionem.*argumen-
to etiam ducto ex Cai ſenſu lib.2. rerum
quotidianarum in *l.adeo quidem 7. §.cùm*
quis ex aliena materia ff.de acquirendo rerũ
*dominio.Gloſſ.in cap.cum noſtris.6.*verbo *de*
facto .de conceſſione præbendæ.Sanchez de
49 *matrimon.lib.3.diſputat.2.nu.5.*Quia quod
nihil eſt,non poteſt eſſe alicuius generis ſpe-
cies.*S.Thom.2.2.q.94.art.1.in 3.arg.*& quod
mortuum iam eſt,vitamq; non habet,& ſpi-
ritum, alteri illam donare minimè poteſt.
Rota apud Creſcentium deciſ.18.nu.2. de re-
50 *ſcript.* Licitum ergo, atquè permiſſum erit
contraire illi, quod nullum eſt; conſequen-
terquè, eſſe non habet, & contra legem fa-
51 ctum: vndè legis illuſor nuncupatur ab Va-
leriano,& Valente Auguſtis in *l.quemadmo-*
dùm 7.in princip. C.de agricolis, & cenſitis
lib.11.& Theodoſius, & Valentinus Cæſares
52 in *l.non dubium.5.C.de legibus.* Et quidèm
ſententiam hanc, penſionem eſſe extinctam,
(eo ipſo) hoc eſt,nullam (ipſo facto)euaſiſſe,
nullumquè producere effectum amplius.ex
*Tiraq. in l.ſi vnquam.*verbo *reſeruatur nu.*
141. *C. de reuocandis donationib.* in hiſce-
met noſtris terminis,vt nomina tantum de-
eſſe videãtur,ſequuta fuit Rota *in Veronen.*
penſionis 1.Iulÿ 1592.coràm Card.Mellino.
& iterùm in *Lucana penſionis 21. Aprilis.*
1617. *coràm Pirouano.*& *in Fauentina pen-*
ſionis 12. Nouembris 1621. coràm Cardin.
*Caualerio.deciſ.569.*quæ ſanè rem hanc no-
ſtram definit, concludit,determinat.

53 Quòd verò ſolutiones non probentur,
quin non, præter ſupradicta, colluſionem
hanc fuiſſe inter patruum,& nepotem fratris
filium, vt eius poſt ſuprema funera ſucceſſor
penſionem ſolueret, & Eccleſia grauata re-
maneret; ex ipſamet deducitur informi ſcri-
ptura prætenſæ ſolutionis ducatorum quin-
quaginta anno 1643.per medium Banci San-
ctiſſimæ Annunciatæ,cum aſſertiua eiuſdem
Petri; *Che ſtà ſodisfatto per tutto lo paſſato,*

54 *ſino à S. Giouanni* 1642. quæ ſanè aſſertio
præiudicium haud parere potuit ſucceſſori
in Eccleſia, niſi de reali ſolutione probetur.
vt tenuit *Rota apud Card. Seraphin. d.dec.*
302.*num.*7. *&* 8. *& apud* Card.*Cauzler.d.*
*dec.*249.*num.* 4.ad Sceuolæ ſenſum lib. 1.re-
ſponſorum in *l.Seia mancipia emit.* 28. *ff.ad*
Senatus Conſultum Velleianum. Ruinus
*conſ.*1 46.*num.*13.*lib.*1. & ſequuta fuit *Rota*
*par.*1.*diuerſor.dec.*802.*num.*10.quam refert
etiam *Cauzler. d. dec.*240. *num.* 10. & apud
ſanct. memor. *Gregor.XV. deciſ.*404. *num.*
7. & apud *Verálium deciſ.* 170. *numer.* 7.
*part.*3.

55 Neq; enim fruſtrà Sũmus Põtifex voluit,
pẽſionem præfatam ita reſeruatam Hiacyn-
tho, verè, realiter, & cum effectu ſolui per
Petrum. Verebatur quippè futurum, vt inter
ſe ſe colluderent ipſi, dum in humanis ageret
Petrus, ne ſolueretur penſio, remaneret verò
onus hoc ſucceſſori, atq; hoc pacto per ſuc-
ceſſionem bona Eccleſiæ in nepotes transi-
rent. Huic occurrit fraudi Summus Ponti-
fex, vt ni vita perdurãte, & donec Eccleſiam
obtineret, Petrus; *verè, realiter, & cum effe-*
ctu penſionem ſolueret, eſſet reſeruatio nul-
56 la *eo ipſo.* Propter dictam proindè cauſam,
penſionem prædictam conditionaliter re-
ſeruauit; diſponens per verbum: (*Volumus*
autem:) quod ſanè conditionem operatur,
conditionatamq; reſeruationem reddit. per-
penſa præſertim dictione illa aduerſatiua
57 (autem) (*Volumus autem,*) quæ reſeruatio-
nis ipſius ſubſtantiam penetrant, operantur-
que, vt eatènus penſio debeatur, quatènus
ſolutiones, toto tempore, quo in humanis
egit Petrus, verè, realiter, & effectiuè, ſubſe-
quutæ fuerint. vt dictum, neq; ſutiliter, quin
non magiſtraliter perpenſum fuit in dicta
Albaracinen. penſionis coràm D. *Ghiſilerio.*
*d.deciſ.*539.*n.*1.*& ſeq.& n.*14. in dicto reſi-
duo *part.*5.*diuerſorum per Rubeum.* Hia-
58 cynti ergo erit probare, penſionem verè,
realiter, & cum effectu annis ſingulis ſolutã
fuiſſe, interim verò cùm hoc non præſtet, eſ-
59 ſe penſionem extinctam, atq; nullam eo ip-
ſo Numeratio quippè vera, realis, & effectiua
eſt illa, quæ fit per pecuniam numeratã, quã
recipiens ad ſe traxerit, de qua numeratio-
ne Notarius teſtetur per publicã ſcripturã,
ſecundùm ſententiam *Caſtrenſis in l.ſingu-*
laria quædam. 15.*nu.*9.*ff.de rebus creditis, &*
ſi certum petatur, & in hac materia penſio-
nis ſequuta fuit *Rota in Bergomen. penſionis*
de Treſcurio 16. *Aprilis* 1627. *coràm Illu-*
ſtriſſimo Durano Epiſcopo Vrgellen.*d.deciſ.*
73.*n.*1.*& ſeq.* Huiuſcemodi verò ſolutio nõ
probatur. Nulla propterea penſionis euaſit
reſeruatio *eo ipſo.* Solutus eſt itaquè à lege
penſionis huius Antonius Petri ſucceſſor, vt
ſicut ille dùm vitæ attrahebat auram non
ſoluit, nec iſte quod ſupereſt ei vitæ ſol-
uat.

Atquè ita ex his, Ariſtarchi virga non ex-
cuſſa, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ hominis curſus breuis eſt, breuiq; fini-*
tur tempore.
Quia omnia incerta, & nihil ſub Sole fir-
mum.
Quin vanitas vanitatum, & omnia vani-
*tas. n.*2.
Nihilquè habet, cùm ſit morti ſubiectus.
*n.*3.
Suntq; omnia homini quaſi tenui filo pẽ-
dentia.
Subitoq; caſu ruunt.
4 *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.*
5 *Oblati Religionum, qui in forma valida ſe, &*
ſua omnia obtulerunt, vtuntur omni-
bus priuilegijs, quibus regulares ipſi.
Non tamen beneficia, quæ obtinent amit-
*tunt. n.*6.9.*&* 12.
Sed illa retinent.
Neq; per oblationem vacant.
*Probatur. n.*7.
Quia neq; in nouitiatu admittuntur.
*Neq; profeſſionem faciunt. n.*12.
7 *Tex. in cap. beneficium.* 4. *de regularib. in* 6.
expenditur.
8 *Oblati, ſiue etiam Donati religionum, neq; ad*
nouitiatus annum admittuntur.
Neq; profeſſionem, vel expreſſam, vel taci-
tam faciunt.
Non vacant propterea eorum beneficia.
*n.*9. *&* 14.
Quia fieri Oblatum, vel Donatum non eſt
*culpa. n.*17.
*Nihilq; detrahit militiæ Clericali. n.*27.
9 *Beneficia Oblatorum, ſeu Donatorum alicu-*
ius religionis interim non vacant.
Sed illa iure retinent.
Probatur etiam ex decreto Sacri Triden-
*tini Concilij. n.*10.
Neq; ratio vlla eſt, nequè textus, qui con-
*trarium dicat. n.*18.
Sicut etiam beneficia, quæ obtinet noui-
tius non vacant, niſi emiſſa profeſſione.
10 *Renunciatio, quæ fit per ingreſſum Mona-*
ſterium vt valida ſit, quæ habere debeat
ex Sacro Tridentino Concilio.
*Et locum habet etiam in beneficijs. n.*11.
11 *Text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.* 25. *cap.*
16. *de regularib. locum habet etiam in*
beneficijs, quæ ingreſſus nouitius habet.
Ex communiori ſententia.
13 *Nouitius interim perdurante nouitiatus*
anno beneficia, quæ habebat iure poſſi-
det.

Et

Et fructus ſuos facit.
Vacabunt verò emiſſa profeſſione.n.14.
15 *Beneficia Eccleſiaſtica in perpetuum conferuntur.*
Donec vita firma erit beneficiarij.
Neq; poteſt obtinens illis priuari abſquè graui culpa.n.16.
Ratio affertur.n.17.
Quarè verò vacent per profeſſionem in Religione ex approbatis emiſſam.
Ratio affertur nu.19.& 20.& 21.& 23.
20 *Profeſſione ſolemni in Religione ex approbatis emiſſa, quis mutat ſtatum.*
Et fit incapax beneficiorum ſæcularium.
Quia rnunciat ſæculo.n.23.
21 *Locus Deuteron.22.non arabis in boue, & aſino.expenditur tropologicè.*
22 *Coniungi non p ſſunt, neq; inſimul cohærere, quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt.*
24 *Clericus in ſortem Dei aſſumitur per Clericatum.*
Eiq; ſacratur.
Et in ſacra militia numeratur.n.25.
Cœleſtiſq; fit miles. n.26.
Quia Clerici milites Chriſti ſunt.
Si verò Oblatus, vel Donatus Religionis alicuius fiat.
Nihil detrahit Clericatui. n.27.
Sed fortiùs dimicat contra ſpiritualia nequitia in cœleſtibus.
28 *Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt.*
29 *Bonum facere deficere nunquàm debemus.*
Tempore enim ſuo metemus bonum facientes.
Bonum præſumitur, quod à bono, animoq; recto factum eſt.n.30.
31 *Oblatus, vel Donatus Religioni ab Ordinarij iuriſdictione non eximitur.*
In criminibus præſertim.n.34.
Niſi intra ſepta ſint, & ſub obedientia viuant.n.32.
Et Religioni inſeruiant. n.33.
Quæ copulatiuè requiruntur ex decreto Sacri Tridentini Concilij.
Quò verò ad curam animarum, ſi illam obtineant.n.35.
In omnibus Ordinario ſubijciuntur.
Etiam profeſſi.
34 *Proœmium cauſam finalem diſpoſitionis indicat.*
35 *Regulares quòad animarum curam in parochialibus Epiſcoporum iuriſdictioni ſubijciuntur.*

ARGVMENTVM.

Sacerdos Parochus, ſimplicia quoq; beneficia poſſidens ſi Oblatus, vel Donatus Religionis alicuius efficiatur, non tamen profeſſus, an quæ poſſidet beneficia retinere, ac poſſidere valeat, eidemq; curæ aſſiſtere? diſceptatur. & nùm ab iuriſdictione eximatur Ordinarij Epiſcopi? Qua occaſione & *tex. in cap. beneficium 4. de regularibus in 6.* expenditur. & *Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 25. cap. 16. de regularibus* ornatur. nec non *ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat.*

RESPONSIO LVI.

1 BReuis ſatis eſt vitæ hominis curſus, breuiq; finitur tempore; quin omnia incerta, & nihil ſub Sole firmum. Expertus proindè, non ſine vtili ratione, Sapiens ille Filius Dauid Rex Ieruſa-
2 lem dixit olim Eccleſiaſtes 1. *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet ampliùs homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub Sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, ter-*
3 *ra autem in æternum ſtat.* Nihil vtiq; habet, cùm ſit morti ſubiectus, & vt Ouid. lib. 4. de Ponto.

Omnia ſunt homini tenui pendentia filo.
Et ſubito caſu, quæ valuere ruunt.

Vergilius quoq; lib. 1. Georg.

Sic omnia fatis.
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.

& lib. 3.

Optima quæquè dies miſeris mortalibus æui.
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſquè ſenectus.
Et labor, & duræ rapit inclemētia mortis.

4 Et Mundus tranſit, & concupiſcentia
eius. *Ioan. 1.2.17.* & nihil inuenerunt in manibus ſuis omnes viri diuitiarum. *pſalm. 75. 6.* Hoc perpendens quidam Sacerdos, qui Parochialem obtinet in Ciuitate Capreatum, & nonnulla alia ſimplicia beneficia, in animum induxit ſuum, offerre ſe, & ſua om-

nia, præſentia, & futura, nihil ſibi retento,
Monaſterio S. Iacobi Ordinis Carthuſiano-
rum, vel etiam ſe Donatum in Monaſterio
prædicto facere.

De duobus tamen petit: Poterit nè ſim-
plicia illa beneficia retinere, atq; etiam Pa-
rochialem; cum omnia renuntiata ſint, nec in-
compatibilitatem faciant? Et num à iuriſdi-
ctione Ordinarij erit exemptus? Conſulti
proindè reſpondimus.

5 Ad primum: Oblatos, qui ſe, & ſua omnia
præſentia, & futura, nihil ſibi reſeruato, neq;
quòad proprietatem, neq; quòad vſumfru-
ctum, atq; etiam mutato aliquo modo habi-
tu. vt per Sacram Congregationem declara-
tum fuiſſe refert *Barboſa in collectan. ad
Bullas*. verbo *oblati*. & *P. Io. Baptiſta Leza-
na* Carmelita in *ſumma quæſtionum regu-
larium. part. 2. cap. 8. de conuerſis, & oblatis.
num.* 8. Quàmuis propterea omnibus vtun-
tur priuilegijs, quibus ipſi fruuntur: Nimi-
6 lominùs tamen à beneficijs, quæ poſſident
nullo excidunt modo, neq; illa vacant. ex
verbis Bonifacij VIII. in *cap. beneficium*. 4.
7 *de regular. in* 6. res hæc manifeſta fiet: inquit
enim:

*Beneficium illius, qui Religionem ingre-
ditur, non eſt intrà probationis annum ali-
cui conferendum: niſi ad id ipſius accedat
aſſenſus, aut conſtet, quòd vitam voluerit
abſolutè mutare; vel profeſſionem expreſſam
fecerit; ſeù ſcientèr habitum receperit pro-
feſſorum. Sed interim eidem beneficio per
alium deſeruiri debebit, aſſignata ſibi con-
grua de ipſius prouentibus portione.* ità Bo-
nifacius. Loquitur itàq; Bonifacius Summus
Pontifex de eo, qui Religionem ingreditur,
vt ſit Monachus, & habitum induit mona-
chalem; & tamen beneficium non vacare
dicit, neq; alteri intra probationis annum
illud conferendum, niſi ipſe expreſsè con-
ſenſerit; vel profeſſionem expreſſam fecerit
expleto nouitiatus anno, vel tacitè ſaltim
8 profeſſus fuerit. Oblati verò, ſiuè Donati,
neq; ad nouitiatus annum admittuntur,
neq; habitum Monachorum induunt, neq;
profeſſionem, vel expreſſam, vel tacitã ſaltim
9 emittunt. Non igitur eorũ vacant beneficia,
quia licitè illa retinent. accipe perpenſionem
hanc ex Alexandro Papa Secundo in *can.
Gondiſaluus*. 1. 17. *q*. 2. qui in eo, qui in infir-
mitate feruore paſſionis preſſus, ſe mona-
chum fieri promiſerat, & beneficia in manu
Aduocati refutauerat: (atq; propterea non
legitimo modo:) quia poſtquàm conualuit
mox ſe monachum negauit fieri. Apoſtoli-
ca authoritate præcipit, *vt beneficia, & alta-
ria recipiat, habeat, & quietè retineat.* Mul-
tòq; magis Oblatus, vel Donatus, qui nec
monachum agit, nec profeſſionem emittit,
nec nouitiatum perficit, beneficia, quæ nul-
lo modo reſutat, habere, & quietè retinere
poterit. & pro hac ſententia videtur *Garſias
par. 11. cap. 7. de vacatione per ingreſſum
Religionis. num. 1. & ſeqq.* Gonzalez ad 8. re-
gulam Cancellar. Gloſſ. 15. num. 45. in 5. mo-
do vacationis. Paris de reſignat. beneficior.
lib. 7. quæſt. 14. num. 28. Sanchez in opere
morali tom. 2. lib. 7. cap. 4. num. 2. Ferdinan-
dus à Caſtro Palao part. 1. operis moralis
tract. 13. diſput. 6 punct. 2. §. 3 num. 17. verſ.
non eſt recedendum. Rota par. 2. in recentior.
dec. 531. num. 1.* quæ eſt etiam in impreſſis
apud *Duranum dec. 39. nu. 1. Lezan. p. 2. c. 2.
n. 21. & ſeqq.*

10 Confirmatur multòq; magis hæc ipſa
ſententia ex diſpoſitione Sacroſanctæ Tri-
dentinæ Synodi *ſeſſ. 25 cap. 16. de regularib.*
qua diſpoſuit, renunciationem nullam bo-
norum per ingreſſum Religionis valere, niſi
conſtituto renunciaturo in anno probatio-
nis, antè duos menſes proximos antè pro-
feſſionem, cum licentia Epiſcopi, ſiuè eius
Vicarij facta fuerit: eamq; nullam quoq; vim
habituram, niſi ſequuta profeſſione. Hanc
11 verò Sacroſanctæ Synodi ſanctionem lo-
cum habere in beneficijs quoq; ab ingreſſo
iàm reſignandis, communior admittit Do-
ctorum ſententia. vt poſt *Maiolum de irre-
gularitat. lib. 3. cap. 6. num. 2.* ſequitur, ad-
mittitq; *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 13. n.
4. & 5.* qui Sacram Congregationem ſæpiùs
ità declaraſſe refert. nec refragatur *Campa-
nilis* Epiſcopus Laquedonen. in *diuerſor.
iuris canonic. rub. 12. cap. 3. num. 10. Ioannes
Azor. Inſtitutionum moralium par. 2. lib. 7.
cap. 20. quæſt. 6. Sanchez d. lib. 7. cap. 5. num.
37. & 38. Ferdinandus à Caſtro d. diſput. 6.
punct. 2. §. 3. num. 14. Barboſ. de officio Epi-
ſcopi par. 3. allegat. 99. num. 19. & in collect.
ad dictum cap. beneficium 4. de regularib. in
6. num. 3.* & in *collectan. ad dictum cap. 16.
Sacri Tridentini Concilij num. 13. & de iure
Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 41. num. 233. Pater Sua-
rez de religione tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 12.
Bartholom. à Sancto Fauſto de ſtatu reli-
gioſorum lib. 5. q. 181.*

12 Oblati verò, ſiuè etiam Donati, nequè in
probatione ſunt, neq; etiam profeſſionem
emittunt. nunquam igitur ex eo, quòd Obla-
tus factus fuerit beneficiarius, vel etiam
Donatus, beneficia, quę iam iurè obtinebat,
vacabunt: quin ea legitimè habere, & reti-
13 nere poterit. Quemadmodùm interim
Nouitius beneficiarius, etiam Canonicus,
etiam curam habens animarum, atquè pro-
pterea curatum beneficium, donec in anno
fuerit probationis, beneficia ipſa iurè poſſi-
det, fructuſquè facit ſuos, eorumq; iuſtum
dominium retinet: vt antequàm in nouitia-
tum, probationemq; in religionem ingrede-
retur, faciebat. *Sanchez d. lib. 7. cap. 4. à nu. 2.
14 Lezana. d. cap. 2. n. 21. & ſeq.* vacabunt ramẽ
per profeſſionem, vt dictum eſt, quam Obla-
ti, atq; Donati nunquàm emittunt. Nũquàm
igitur ex hoc capite beneficia vacabunt.

Quin

Digitized by Google

Quin potuerunt per ſe ipſos beneficio deſer-
uire, etiam animarum curam exercendo, vt
antea faciebant, & poterant; cum adhuc &
Parochi, & Beneficiarij perſeuerent. ex *Azor.
part.1. Inſtitut.moralium lib.12.cap.3.q.1.
Sanchez d.lib.7.moralium cap.4.n.11.& 13.
Lezana d.cap.2.n.21.in fin.* Quia nimirùm
15 beneficia in perpetuum conferuntur; donec
videlicet in humanis nobiſcum fuerint ij,
quibus beneficia ipſa collata fuere. *can.San-
ctorum.2.diſt.70.can.inuentum.35.aliàs.38.
16.q.7.* quo Canone ex Concilio Cabilonen.
2. cap.42. diſpoſitum fuit, nullum, qui iuſtè
16 beneficium adeptus fuit, poſſe illo priuari.
*niſi graui culpa ſua, & coràm Epiſcopo ca-
nonica ſeueritate amittat* illud. *Gloſſ.* ibidem
17 verbo *niſi graui.* rationem reddit dicens:
*Quod nullus debet priuari ſuo beneficio, ſine
culpa ſua.* nulla autem Oblatorum, ſiuè Do-
natorum hæc eſt culpa, quòd Oblati, ſiuè
Donati facti fuerint. non itaquè à beneficijs
excident. retinebunt ergo iurè illa, donec vi-
ta comes eorum fuerit. *cap.vnico.de Capellis
Monachorum in 6.* & ibidem *Gloſſ.* verbo
*perpetui. cap.vnic. de Cleric.ægrotantib.ex-
trà. Nauarr.conſ.5.quidam teſtator n.1.in
fin.lib.3.de præbend. Gonzalez ad regul.8.
Gloſſ.5.nu.11.& 12.& ſeq. Sanchez d.lib.7.
cap.29.n.106. Fernand.à Caſtro Palao part.
2.tract.13.diſput.1.punct.1.n.4. Campanil.d.
rub.12.cap.3.ſub n.11.Ioan.Azor.Inſtitut.
moralium part.2.lib.3.cap.26.q.12. Rota
apud Burattum decif.224.n.4. & apud Car-
din.Caualer.decif.639.nu.9.& in Gerunden.
Perſonatus, & cauſa pia 17.Maÿ 1630.corã
Card.Verofpio decif.319.n.3.part.5 diuerſo-
rum nouiſſimarum.*
18 Neq; textus, neq; ratio eſt vlla in contra-
rium, quæ ſuadeat, hominem liberum, ex eo
quòd ſe religioni offerat, vel ſe eiuſdem Reli-
gionis Donatum efficiat, beneficia amittere,
quę poſſidebat, cùm nihil in contrarium be-
neficiorum naturæ officiat, neq; crimen ali-
quod depoſitione dignum ex hoc admittat.
iuxta ſupra tradita ex *d.can inuentum 38.in
19 fin.16.q.7.* nam quòd per profeſſionem in
religione, vel expreſse, vel etiam tacitè emiſ-
ſam, beneficia vacent, iuxta diſpoſita per Bo-
nifacium VIII. *d.cap.beneficium 4.de regula-
rib.in 6.* vt ſupra diximus; id ſanè eſt: quia
20 per profeſſionem in religione emiſſam quis
mutat ſtatum, quam ob cauſam fit incapax
beneficiorum ſecularium, ex ratione, quam
habes ex Concilio Hiſpalen. 2. cui interfuit
etiam S.Iſidorus Epiſcopus cap.9. in *can.in
nona actione.* 22.16. *quæſt.7* ex illo *Deute-
21 ronom.22.* dicente Moyſe: *Non arabis in bo-
ue ſimul, & aſino*: id eſt homines diuerſæ
profeſſionis in officio vno non ſociabis: ex
ratione, quam paulò antè reddiderat: *In
vno enim, eodemq; officio non debet diſpar
eſſe profeſſio.* & infra: *Qui in adminiſtratio-
bus Eccleſię Pontificibus ſociantur diſcre-
pare non debent nec profeſſione; nec habitu.
22 Nàm cohærere, & coniugi non poſſunt, qui-
bus & ſtudia, & vota diuerſa ſunt.* Similiſq;
eſt ratio, qua diſpoſuit Alexander Tertius
Elienſi Epiſcopo ſcribens in *cap.ſuper eo.
9.de regularib.extrà,* decernens (de mona-
chis loquẽs:) *Nec amplius in Eccleſijs ſęcu-
laribus debent aſſumi: nè contra votum,
quod Domino fecerunt, venire probentur.*
23 Quo renunciauerunt ſcilicet ſæculo. vt
Gloſſ. ibidem verbo *nè contra votum.* com-
mentum agit. nec incongruè deſumitur ex
Innocentio III. in *cap.quod Dei timorem.5.
de ſtatu Monachorum. extrà.* & ex Bonifa-
cio VIII. in *cap.cùm de beneficio 5. de præ-
bendis in 6.* & ex Clemente V. in Concilio
Viennenſi in *Clement.vnic.de ſupplenda ne-
gligentia prælatorum.* & ſequitur *Nauarr.
commentar.4. de regularibus. nu.23. Ioann.
Azor.Inſtitut moralium part.1.lib.12.cap.
19.q.13.& part.2.lib.6.cap.4.q.22. Sanchez
d.lib.7.tom.2.moralium cap.29.n.76.Lezana
part.2.d.cap.2.n.18.*
24 Nec inſtabis, Sacerdotem præfatum eſſe
iam Deo ſacrum per Sacerdotium, nulla au-
tem alia indigere oblatione, vt ſe Deo offe-
rat, cuius in ſortem per Clericatum aſſum-
ptus fuit. ex Iſidoro *can.Cleros, & Clericos
1. in princip. diſt.21.* & ex Hieronymo *can.
25 duo ſunt genera.7.12.q.1.* Et in ſacra militia
numeratus, aſcituſq; ex Syricio Papa in *can.
quicunquè.3.§.qui verò.diſt.77.Gloſſ.in can.
militare.5.* verbo *militiæ.23.q.1.* ex Gelaſio
Papa *can.Chriſtianis.12.circa fin.11.q.1.* qui
26 eos Cœleſtes nuncupat milites. ibidemquè
Gloſſ. verbo *cæleſtem militem.* rationem
reddit. dicens: *Clerici enim milites Chriſti
ſunt.* & habetur ex Auguſtino de verbis Do-
mini ſermon.19. *can.militare.5. §.non enim
tãtum.23.q.1.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *militiæ.*
Sacrum Tridentinum *ſeſſ.25.in fin.in conti-
nuatione ſeſſionis in decreto de delectu cibo-
rum.in princip.* illis verbis; *vt tanquàm boni
27 milites.* Quid enim hac obiectione? Non
detrahit Chriſti Dei militiæ; quin addit ali-
quid aliud, vt fortius dimicet, *aduerſus Prin-
cipes, & Poteſtates, aduerſus Mũdi rectores
tenebrarum harum, contra ſpiritualia, ne-
quitia in cęleſtibus.* ex Paulo Doctore Gen-
tium ad *Epheſios.6.12.* quiſquè Clericus, qui
nihilominus ſe oblatum religioni facit, vt
etiam indulgentias, aliaquè religionis illius
ſpiritualia bona lucretur. non ex hoc peccat,
nec iniuriæ quidquam irrogat Clericatui.
argumẽto petito ex verbis Auguſtini *d.can.
28 militare.5.23.q.1.in initio* dicentis: *Milita-
re non eſt delictum; ſed propter prædam mili-
tare, peccatum eſt. nec rempublicam gerere
criminoſum eſt: ſed ideò gerere rem publicã,
vt rem familiarem potiùs augeas, videtur eſſe
damnabile.* Quod bonum ergo eſt, facit. *Bo-
29 num autem facientes non deficiamus: tem-
pore enim ſuo metemus non deficientes.* iuxta

Pauli

Pauli conſilium *ad Galatas* 6.9. Bonum ve-
30 rò præſumitur, quod à bono, animoq; recto
factum eſt. argumento petito ex Pelagij Pa-
pæ verbis, ſenſuq; in *can. omnis, qui geme-
bat. 36. in princ. 7. q. 1.* Non malum ergò ſe
Oblatum Religioni facere, qui Sacerdos eſt
ſæcularis, neq; propterea à beneficijs cadet,
quæ poſſidebat, cùm hæc non ſit ratio ab ip-
ſis cadendi, vt diximus.

31 An verò ex oblationis huiuſcè cauſa, vel
quia ſe Donatum fecit à iuriſdictione exi-
matur Ordinarij? quod erat ſecundum ex
quæſitis. Reſpondemus, ex Sacroſancta Tri-
dentina Synodo *ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat.*
apertiſſimè diſpoſitu fuiſſe. *Cuicunq; Mo-
naſterio Oblatos, vel quomodocunq; addictos,
aut ſub nomine ſeruitium Militijs, ſeù Mo-
naſterijs, Hoſpitalibus, Collegijs, aut quocun-
què alio titulo, nihil ex ijs priuilegijs detra-
ctum eſſe Ordinarijs intelligatur, quominùs
ij, quibus ea conceſſa ſunt, vel in poſterum
concedi contingerit, ijſis Ordinarijs tanquàm
Apoſtolicæ Sedis Delegatis plenè in omnibus
32 ſubiecti exiſtãt. Exceptis tamen ijs, qui præ-
dictis locis, aut militijs actu ſeruiunt, & in-
trà eorum ſepta, ac domos reſident, ſubquè
eorum obedientia viuunt.* Nullo itaq; modo
Oblati à iuriſdictione Ordinariorum eximi
poterunt, quin eis tanquàm Apoſtolicæ Se-
dis Delegatis (non ſanè vt Ordinarijs) plenè
33 in omnibus ſubiecti exiſtant. Ni fortaſſis in-
trà Monaſteriorum, ac militiarum ſepta, ac
domos reſideant, & ſub obedientia viuant,
eiſq; actu inſeruiant. quæ coniunctim, ac co-
pulatiuè vna requiſita coibunt. In qua re
Donati magis, qui habitum mutant, & intrà
ſepta degunt, & viuunt, ac ſub Prioris obe-
dientia, exempti erunt. quod notauit *Leza-
na* ad mentem dicti decreti Sacri Concilij
*p. 2. ſumma quæſtion. regular. cap. 16. nu. 14.
& ſeqq. & par. 4.* verbo *Oblati, ſeù Commiſſi.
num.* 10.

34 Præſertim verò in criminibus, quibus
perturbationes in Epiſcoporum iuriſdictio-
ne excitari conſueuere, & exemptis ipſis oc-
caſio laxioris vitæ præberi. vt ipſamet Sa-
croſancta Synodus. *d. cap.* 11. in initio, atquè
in proœmio, (ex quo mens. finalis diſpo-
nentis dignoſcitur ex Triphonio lib. 21. di-
ſputationum in *l. Pactuleius* 92. quæ eſt *fin.
ff. de hæredib. inſtituend.* & ibidem *Bart.
alijq;* Rota apud *Card.* Manticam *deciſ.* 104.
num. 3. & in Romana Secretariatus *26. Iunij*
1592. *coram* Card. *Seraphin. dec. 90. num. 7.
poſt primum volumen conſiliorum Farinac.*)
oſtendere voluit. aduertitq; *d. Lezana d. cap.*
16. *num.* 14. quòad curam verò animarum
35 in omnibus iuriſdictioni ſubiectus erit
Epiſcopi, quamuis regularis fuerit, ex
Conſtitutione etiam Gregorij XV. *Barboſa
in collectan. Bullar.* verbo *Regulares* 1. *Le-
zana part. 2. cap. 1. num. 28. & dict. cap. 2.
num.* 19.

Atq; ità ex his, vtroq; quæſito faciendo
ſatis, emunctioris naris iudicio ſubiectis, re-
ſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticus ordo peruertitur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum.*

2 *Eccleſiarum duarum Sacerdos intitulari nemo debet.*

3 *Beneficia Eccleſiaſtica ſingula ſingulis diſtribuenda.*

Quod ſi ad vitam ſubſtentandam ſufficiens non ſit.

Poteſt ei aliud ſimplex ſuffieiens conferri ex Sacro Tridentino.

4 *Parochialis cum ſimplici Capellania, ſi inſufficiens vterq; beneficium fuerit, neq; ſub eodem tecto, incompatibilis.*

5 *Inſtituitur ad beneficium de iure patronatus ab Epiſcopo, qui à patronis fuerit præſentatus.*

6 *Sacerdoti ſacris operanti merces debetur pro labore.*

Et beneficij ſtipendia pro miſſarum celebratione, merces pro labore dìcitur, non fructus.

7 *Parochialis debet ad minimum centum ducatos annuos pro Parocho habere.*

9 *Beneficia omnia de iure compatibilia præſumuntur.*

Qui incompatibilia dixerit, probare tenebitur. nu. 10.

10 *Probãdi neceſſitas ei incumbit, qui agit, quiuè dicit, non qui negat.*

11 *Beneficia, quæ ſub eodem tecto ſunt, quàmuis difformia, incompatibilia æſtimantur.*

Limita in beneficijs de iure patronatus laicorum. n. 12.

Ratio affertur ex verbis Sacri Concilij Tridentini. & n. 17.

Et ità declarauit Sacra Congregatio. nu. 14.

Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare in duobus difformibus ſub eodem tecto, ſi inſufficientia fuerint. n. 15.

Verùm aliqui aſſerunt, poſſe retineri. vt Parochialis, cum ſimplici, ſi difformia ſint. n. 16.

Et inſufficientia etiam ſine diſpenſatione. & nu. 17.

Quia nullum ius hoc diſponit. nu. 18.

12 *Tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat. expenditur.*

13 *Collatio, & inſtitutio inter ſe ſe differunt.*

15 *Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt quis retineat*

neat duo difformia ſub eodem tecto, ſi inſufficientia fuerint.

Sufficit verò tacita Epiſcopi diſpenſatio per collationem, vel inſtitutionem. nu. 19. & 22.

Qui benè informatus præſumitur de ſtatu ſuæ Eccleſiæ. n.20.

Et de beneficijs, quæ in Diœceſi ſunt.

Præſumitur enim diligenter ſuam viſitare Diœceſim. n 21.

23 *Epiſcopus beneficia conferẽdo Eccleſijs prouidet non perſonis.*

Papa verò perſonis, non Eccleſijs.

Et quarè?

24 *Taciti, expreſſiq; par, atq; vna eſt virtus.*

25 *Facto magis eſt quidquam exprimere, quàm verbis.*

26 *Miſeris non inſultandum.*

27 *Nicolaus Herrera vtriuſq; Signaturæ Sanctiſſimi Referendarius, Nuncius Apoſtolicus, & Collector Generalis in Regno Neapolitano, memoria celebratur.*

ARGVMENTVM.

Sint nè incompatibilia Parochialis, & ſimplex Capellania de iure patronatus laicorum ſub eodem tecto? & quid ſi vnum ad vitam honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat? Poſſit nè Epiſcopus diſpenſare? An verò expreſſa requiratur, vel tacita ſufficiat diſpẽſatio? exornatur *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſion. 24. cap. 17.* Quid verò ſi beneficia de iure patronatus ſint laicorum, & ſub eodem tecto, an ſaltim Epiſcopi diſpenſatio requiratur, ſi illa ſufficientia non ſint?

RESPONSIO LVII.

1 PEruertitur omninò eccleſiaſticus Or-
do, quando vnus plurium officia oc-
cupat Clericorum. Hinc ſanè ex ſa-
2 cris Canonibus, ne quis duarum Ec-
cleſiarum Sacerdos intituletur, ſanctè con-
ſtitutum eſt. ex Concilio Toletano 16. cap. 4.
can. vnio noſtræ Congregationis. 3. §. ſed & hoc neceſſariò 10. q. 3. Alexander III. in *cap. præterea 14.* & *cap. cùm non ignores 15.* Innocentius III. in Concilio Generali in *cap. de multa prouidentia 28. de præbend. extrà. Gloſſ.* magna in verbo *intitulatam.* in *cap.* Gregorij IX. *dudum. 54. § licet autem de electione extrà.* Bonifacius VIII. *cap. 1. de conſuetud. in 6.* Ioannes XXII. in *Extrauaganti execrabilis. 4. in princip. de præbend. & dignitatibus. inter communes.* Sacroſancta Tridentina Synodus Spiritus ſancti afflatu inſtructa *ſeſſ. 24. cap. 17. de reformatione* iurè, ſancteq; ſtatuit.

3 *Vt in poſterùm vnicum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidē ſi ad vitam eius, cui confertur honeſtè ſuſtentandum non ſufficiat; liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens; dummodò vtrumquè perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.*

Huius occaſione diſpoſitionis ad Tribunal Apoſtolicæ Nunciaturæ Neapolim euocatur D. Petrus Muya Parochus Terræ Mãmolæ Hieracen. Diœceſis; quòd in Parochiali præfata aliud, & ſi ſimplex beneficiũ, at ſub eodem obtineat tecto. eſſe proinde incompatibilia. ad fructus teneri male perceptos.

Extrà caſum incompatibilitatis eſſe D. Petrum, nec male fructus percepiſſe, quin iurè,
4 Reſpondi. Quam obtinet nempè Parochiã
præfatus Parochus vix ſummã implet octoginta ducatorum monetæ Regni. Beneficiũ
eſſe ſimplicem Capellaniam de iure patro-
5 natus laicorum; a patronis ad illam fuiſſe
præſentatum, & ab Epiſcopo canonicè inſtitutum, ad *tex. in cap. quoniam 3. & cap. quod autem 5. cap. illud 8. cap. conſultationibus 19. de iure patronatus.* regula *Beneficium 1. de regul. iur. in 6.* redditus illius eſſe tenuiſſi-
6 mos, magis ſtipendium pro celebrante, ſacriſq; operante Sacerdote, quàm redditus; & quaſi mercedem pro labore. ex Leone III. in *cap. nos inſtituta. 1. de ſepultur.* Clemens V. in *clement. dudum 2. §. verùm cùm parochiales. de ſepultur.* Bonifacius VIII. *Extrauaganti ſuper Cathedram. 2. §. verùm ne parochiales. de ſepultur. S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 2.* ibidemquè Caietan. deduximus
7 *reſponſ.* noſtra *33. n. 1. & 2. part. 1.* Parochialem, vt minimum, centum ducatorum ſummam, ſecundùm communem valorem, pro Parocho in ſingulos annos habere debere. ex eiuſdem Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi decreto. *cap. 13. §. ad hæc in poſterùm eadem ſeſſ. 24. de reform.*

8 Non prohiberi propterea ex eodem Sacro Concilio *d. cap. 17.* cuius verba in initio retulimus, quin aliud ſimplex beneficium ſufficiens, obtinere valuerit. At neutrum horum ſufficiens ex ſe eſt. non itaq; in prohibitione fuit, quin vtrũq; obtinere, retinere-

req;

9 req; potuerit. Tum præſertim quòd benefi-
cia omnia ex iure compatibilia, præſumun-
tur. ex *Card.conſ.3. Capra regula 90.n.109.*
& ita dictum fuiſſe in vna *Calaguritana be-
neficij de Subizana* 30.*Octobris* 1577.*coràm
Brauo* refert *Garſias de benefic.part.*11.*c.*5.
*n.*81. & ſequi videtur *Gratianus forenſ.part.*
1.*cap.*133.*n.*16. qui igitur incompatibile eſſe
10 dixerit, probatione id præſtabit: quia ſem-
per neceſſitas probandi incumbit illi, qui
agit, & qui dicit, non qui negat. Paulus lib.
69. ad edictum in *l.ei incumbit* 2. & Martia-
nus lib.6. inſtitutionum in *l.verius eſt*. 21.
ff. de probationib.

11 Neq; inſiſtant: incompatibilia eſſe bene-
ficia, quæ eodem ſub tecto ſunt (eadem ſci-
licet in Eccleſia) quamuis difformia illa ſint,
vt per *Garſiam d.cap.*5.*n.*230.*& ſeq.par.*11.
Gonzalez ad regulam 8. *Cancellar. Gloſſ.* 10.
*n.*32.*& ſeq. Gratian.d.cap.*133.*nu.*20. *Ma-
rius Antoninus Maceraten. variar. reſolut.
lib.*1.*reſolut.*112.*ſiuè vlt.caſu* 68.

12 Tum quia, vt quidam ſubſtinent, incom-
patibilitas hæc ſub eodem tecto, nullum ſibi
locum inuenit in beneficijs, quæ ſunt de iu-
re patronatus laicorum. quod ſuaderi vide-
tur ex dictæ Sacroſanctę Synodi determina-
tione dicto *cap.*17. quæ verbo vtitur *confer-*
13 *ri.* collatio verò ab inſtitutione differt; cùm
hæc beneficia reſpiciat, quæ ſunt iuris pa-
tronatus; illa verò, quæ liberæ ſunt collatio-
nis. ex *Paulo de Cittadin. de iure patronat.
par.*6.*art.*3.*n.*82 *& ſeq.* atq; ita pluries Sacrã
14 declaraſſe Congregationem refert *Marius
Antoninus d.caſu* 68. *verſ. Quamuis aliquis.*
potiſſimùm verò ſi tenuuia ſint. ſecundùm
*Garſiam d.part.*11.*cap.*5.§.3.*n.*318. *Barboſ.
in collectan. ad dictum decretum Sacri Con-
cilij d.cap.*17.*n.*12.*&* 48. *Maſſobrius in pra-
xi habendi concurſum. requiſit.*7.*dub.*19.

15 Tum etiam, quòd in duobus difformibus
ſub eodem tecto, illaq; non ſufficientia, po-
teſt Epiſcopus diſpenſare. iuxta notata per
Gloſſ. in caſus figuratione *in fin.* & verbo *niſi
vnicum.* in *d.cap.*1.*de conſuetud.in* 6. quam
ſequuta ſuit *Rota in Thelesina beneficij* 31.
Ianuarij 1594.*coràm Cardin. Seraphino de-
ciſ.*1064.*n.*2. refertquè deciſionem Rota *in
Iuuenacen. Archipresbyteratus* 26. *Iunij*
1591.*coràm Pamphilio.* quam ad verbum
quoq; refert *Garſias d. part.*11.*cap.*5.§.2.*nu.*
232. & ita Sacram Congregationem decla-
raſſe §.4.*num.*377. refert, atq; etiam *Ioann.
Franciſc. Leo* in *Theſauro fori Eccleſiaſt.
part.*2.*cap.*3.*de collatione beneficiorum.nu.*
12.*Pariſ. de reſignat. beneficior. lib.*3.*q.*1.*nu.*
128.*Hoieda de incompatibilitate beneficio-
rum part.*1.*cap.*11.*n.*4. *Gonzalez ad regul.*
8.*d.Gloſſ.*10.*n.*40.*& ſeq. Marius Antoninus
d.caſu* 68. *Lapus allegat.*116.*n.*5.*& allegat.*
117.*Nauarr.conſ.*16.*& conſ.*18.*n.*1.*lib.*3.*de
prabend. Gratian.d.cap.*133.*n.*20.*& ſeq.*

16 Tum quoq; quòd beneficia difformia, vt
eſt Curata cum hac etiã Capellania ſub eo-
dẽ tecto, ſi tenuuia ſunt, & nullo modo ſuſ-
ficientia, retineri iurè poſſunt. ex Alexandro
III. in *cap.eam te.* 7.*de reſcript. d.cap.*1.*de
cõſuetud.in* 6. & in his terminis Curatæ cum
Capellania ſimplici, nec ſufficienti ſub eodẽ
tecto poſſe licitè retineri, deduxit *Lapus d.
allegat.*117.*per tot.* & eum ſequitur *Nauarr.
d.conſ.*16.*nu.*1.&*d.conſ.*18.*nu.*1.*& conſ.*24.
*nu.*5.*de præbend. Gratian.d.cap.*133.*nu.*24.
*Gonzalez d.Gloſſ.*10.*n.*34. *Garſias de benefic.
d.cap.*5.§.2.*part.*11.*nu.*235.236.*&* 237. vi-
detur textus expreſſus Boniſacij VIII. in *cap.
ſuper eo.*6. *de præbend. in* 6. quem ad hunc
effectum perpendit *Garſias d.n.*236.

Hanc ob cauſam: haud obſtabat; Muyam
de Epiſcopi diſpenſatione non docere. ob-
ſtare proindè illi incompatibilitatem, etiam
difformium ſub eodem tecto.

17 Quia duplici ex capite diſpenſatione non
indigebat: quoniam hæc Capellania de iure
patronatus laicorum erat, ipſeq; inſtitutus
fuerat, non verò ei beneficium collatum.
Sactum verò Tridentinum *d.cap.*17. de col-
latione verba facere, non verò de inſtitutio-
ne, vt in ſuperioribus diximus. Et nihilomi-
nus videbatur eidem permiſſum: cùm nullũ
18 ius in aduerſum diſponat in difformibus,
atquè etiam tenuibus, quin retineri illa va-
leant, etiam ſub eodem tecto, cùm aliàs ex
iure beneficia compatibilia præſumantur.
vt paulò antè quoquè diximus. ex *Garſia d.
n.*236.

19 Deindè quia ſat, ſuperq; erat, (quatènus
Epiſcopi diſpẽſatio eidem neceſſaria fuiſſet)
Epiſcopum per inſtitutionem cum eo di-
ſpenſaſſe; vel ſaltim putauiſſe, diſpenſatione
eum non indigere, ex rationibus iam antè
20 per nos relatis. Epiſcopus verò benè infor-
matus præſumitur de ſuæ Eccleſiæ ſtatu;
deq; beneficijs in ſua Eccleſia, Ciuitate, atq;
Diœceſi exiſtentibus. ex his, quæ habentur
à Clemente V. in Concilio Viennen. in *cle-
ment. & ſi ab Apoſtolica* 2. ibidemq; *Gloſſ.*
verbo *quibuslibet. de offic. ordinar.* namquè
21 diligenter ſuam viſitare Diœceſim præſu-
mitur, vt nihil eum latere valeat. apertiſſimè
*Felin. in cap. ad aures.*8.*nu.*15.*in* 14.*conclu-
ſione de reſcript.* ibidemquè *Berous, n.*18.*in
fin. Hoſtienſ. & Ioãnes Andreas in cap. cum
noſtris* 6.*de conceſſione præbend. Menoch. de
arbitrar. caſu* 201.*num.*70.150.*cum ſeq. ad
vſquè* 158. *Pariſ. de reſignat. lib.*8.*q.*9.*nu.*72.
*Gratianus forenſ. part.*5. *cap.*992.*num.*22.
21 Quando igitur beneficium ei contulit Pa-
rochiale, cùm in eadem Eccleſia Capellaniã
haberet de iure patronatus laicorum; vel
habentem Parochialem ad Capellaniam in-
ſtituit ad patronorum præſentationem eo-
dem ſub tecto, ſciebat hoc vtiquè, & nihilo-
minus contulit: vel itaq; non indigere eum
diſpenſatione aliqua æſtimauit, ſecundùm
ſupra enarratas Doctorum ſententias, &
de-

Digitized by Google

declarationibus quoq; Sacræ Congregationis: vel ſaltim cum eo, vel conferendo, vel eum inſtituendo diſpenſauit: quod
23 ſat, ſuperq; fuit. Ordinarius nempè cum ſatis informatus ſit de ſtatu ſuæ Eccleſiæ beneficia conferendo, Eccleſijs prouidere dicitur: cùm contrà, Papa, non ità informatus, perſonis prouideat. notat *Felin.d.cap.ad aures.8.nu.15.in 14. concluſione de reſcript.*
24 Par eſt enim, æquaq; virtus, cùm quid ex ipſa natura rei, quæ agitur, conſequenter venit, expreſſe illud exprimi, vel tacitè. ex Pomponio lib.17.ad Sabinu in *l.cùm quid 3 ff.de rebus credit. & ſi certum petatur.* & notat *Gloß.*marginalis ibidem ad verbum *quid.*ex *Angel. Inſtitution. quibus modis re contrahitur obligatio. in princ.*argumento petito quoq; ex Celſo lib.10.digeſtorum in *l.ſi cui ſimplici vſu 9.ff.de ſeruit.*illis verbis: *Nàm quædam in ſermone tacitè excipiuntur.* ibidemq; *Gloſſ.*d.verbo *excipiuntur.* quæ allegat *text.*in *d.l.cùm quid.3.* ex Pomponio, & Papiniano lib.4. reſponſorum in *l. quamquam in arbitrio 62. ff. de ritu nuptiarum.* deduciturq; ex diſpoſitis per Alexandrum Tertium in *cap.ex parte Conuentren.2.§.verùm quoniam.* ibidemq; *Gloſſ.*verbo *conditio de reſcript. Hippolytus de Marſil.ſingular.387.incipiente.* Taciti, & expreſſi. Quin
25 magis eſt, facto exprimere, quàm verbis. apertiſſimè Innocentius Tertius in *cap.dilecti filij.52.de appellationib.* illis verbis: *Cùm autem plus ſit ad Sedem Apoſtolicam facto prouocare, quàm verbo.* comprobar pluribus *Gloſſ.* ibidem verbo *facto.* ipſeq; met Innocentius in *c.cùm inter vos.13.in fin.de ſentent.& re iudic.*illis verbis: *Veritate geſtorum ſermonibus præualente.* & in illis *Gloß.*verbo *ſermonibus in fin.* totoq; titulo *C.plus valere quod agitur.* plura nos congeſſimus *reſponſ.*noſtra 53. *nu.*10.11.& 12. *part.3.*

Quatènus ergò diſpenſatione indiguiſſet Epiſcopi Muya: vt non eguit, ex ſupradictis, ſatis, & vltrà illi fuit, Epiſcopum facto diſpēſaſſe, vel per collationem; vel per inſtitutionem, benè informatum de reddituum tenuitate, & Parochialis, & Capellaniæ. Quid
26 igitur miſerum lacerant? parcant iàm pœnè ſepulto. vt ille Æneam expoſtulauit quondam.

Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto.
Parce pias ſcelerare manus.

Atq; ità ex his (nec Cenſorem abijcimus) reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Fuit demùm liber dimiſſus Muya veritate geſtorum præualente; Illuſtriſſimo Nuntio
27 Apoſtolico Nicolao Herrera, atq; Collectore Generali, Vtriuſq; Signaturæ Sanctiſſimi Referendario. Aderat tunc etiam Nunciaturæ Auditor Dominus Alphonſus Cappellettus.

SVMMARIVM.

1 *Res inter diuinas, & humanas, ex Gentilibus quoq; longa agnoſcitur differentia.*
Vt Pythagoras à quibuſdam, quod Numinibus eſſent conſecrata, abſtineri iuſſerit.n.2.
Ratio affertur ex ſacris litteris.n.4.
Quia eleuantur quę Deo ſacrantur, vt diuina quaſi fiant.n.5.
Qui ea inuadit, diripit, rapit, ſacrilegus efficitur.n.6.
Et quarè? n.7.
Alienari propterea probibentur.n.11.
Et bumanis nexibus alligari non debent. nu.78.
Et ſecundùm ſacros canones iudicanda, quia in ſacris laici nullum babent ius. nu.79.
3 *Dei ſolius eſt bumana Diuinis ſociare.*
8 *Sacrū quomodò aliquid dicatur, efficiaturq;? ex S.Thoma.*
Prophanis proindè non miſcenda, quæ ſacra ſunt.n.10.
Sacra non niſi à ſacris tractanda, ac contrectanda.n.80.
9 *Sacrilegium vndè dicatur?*
12 *Ætas bumana volabilis.*
Et tempora labuntur.
13 *Deceptores duos nouimus ex ipſis creati Mundi incunabulis.*
Ex ſacris litteris.
Diabolum, & Mulierem.
14 *Adam nè contriſtaret mulierem, delitias ſuas, pomum vetitum comedit.ex Chryſoſtomo.*
15 *Contractus bonæ fidei mutuo cōtrabentium conſenſu ſoluuntur.*
Congruit boc principio naturali.n.16.
Declara.n.72.& n.75.
Non tamen vnius tantùm conſenſu diſſolui poterunt.n.30.
Vel ſi lex actui reſiſtat. vt in rebus Eccleſiæ.n.73.
16 *Soluitur quodcunq; quo genere colligatum fuit.*
17 *Reſtitutio eſt in priorem ſtatum repoſitio.*
Suppomitq; rei identitatem.n.18.
Tunc dicitur, cùm quiſq; integrum ius ſuum recipit.n.19.
Et in æqualitate conſiſtit rei ad rem.nu. 20.& n.72.
Eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ.
Nec materialitèr tantùm eſſe debet, ſed etiam formalitèr.n.21.
Et nemo duorum in damno eſſe debet, neq;

in lucro.n.22.& n.28.
Sed damnum ex vtraq; parte compenſari debet n.23.
Tantumq; debet dari, quantum ablatum fuit..n.24.
Reſtitutionis nudum nomen alteri nocere non debet.n.26
25 Subſtantia vbi deficit,& eſſe deficit.
Quod ex materia,& forma conſtat.
Subſtantia ſi deſideratur,nec nomen erit. nu.27.
27 Nomen non eſſe poteſt, ſi ſubſtantia deficit.
29 Argumentum à poſteriori,hoc eſt ab effectu, validum.
31 Rector ſuo ſolo aſſenſu Eccleſiæ præiudicium inferre haud poteſt.
Neq; ſucceſſoribus.n.56.& 74.
32 Alienare res Eccleſiæ eſt omnibus prohibitum Sacrorum cenſura Canonum.
Atq; etiam per leges Iuſtiniani.nu.76.
Nè Eccleſia Dei ad nihilum redigatur. nu.33.
Nec etiam diſmembrare.n.34.
Nè Eccleſiæ depauperentur. n.35.
Quia ad Diuinam Religionem ordinatæ ſunt.n.77.
Alienationis eſt ſpecies,bona Eccleſiæ ab emphyteuta,qui ea deſtruxit,recipere. nu.36.
Quia diſmembrationi æquiparatur.
In alienatione duo requiruntur, vt iure fiat.
Neceſſitas,& vtilitas.n.49.
Et copulatim requiruntur.n.50.
Alioquin nulla eſt alienatio.num.51.& nu.74.
34 Diſmembratio alienationis eſt ſpecies.
37 Eccleſia ſicut alienas res rapere non debet.
Ità nec ſuas amittere,prodigereq;
Et qui eis damnum intulit ſacrilegus eſt. nu.55.
38 Beneficiarius ſicut etiam Epiſcopus non eſt dominus bonorum Eccleſiæ.
Sed adminiſtrator.
Sed defenſor.
Meliora proindè proſpicere poterit.nu.39.
Non deteriora.
Et quæ non ſit dubium profutura.
Alioquin irrita ſunt,quæ agit.n.40.
Et maleficiarius magis dicitur.n.42.
Qui in bonorum Eccleſiæ deſtructionem conſentit.
Vndè peccat.n.48.
Neq; poteſt conſenſum præſtare in damnum Eccleſiæ.n.56.
Vel ſucceſſorum.
Neq; damnorum refectionem bonorum Eccleſiæ, remittere poteſt Beneficiarius. nu.60.
Poteſt tamen emphyteuſis caducitatem remittere.n.61.
Conſentire verò in totius damnum,& deſtructionem non poteſt.n.63.
Nec poteſt alienare.
Neq; in longum tempus locare.
41 Deſipit,qui non rectè ſapit.
Et demens æſtimatur,qui peruerſi ſenſus eſt.
Ac pœnitùs deſipere.
43 Suppreſſio Canonicatuum alienationis eſt ſpecies.
Debetq; ritè fieri. vt ſubſiſtat.
44 Errans non conſentit.
Quia error voluntarium tollit.
Errantiſq; nullus eſt conſenſus.num.45. & 46.
46 Conſenſus eſt duorum, pluriumuè ſenſus in idem.
47 Matrimonium ſine vtriuſq; coniugis conſenſu eſſe minimè poteſt.
52 Soluens,vel reſtituens,cui non debet, vel eo modo,quo non debet,non liberatur.
Tenebitur nihilominùs.nu.53.
Malè ſoluit,qui formam datam non ſeruat.n.54.
55 Sacrilegus eſt,qui bona Eccleſiæ inuadit,diripit,dilapidat.
57 Emphyteuticus contractus ad meliorandum dicitur.
Non igitur ad deſtruendum.
58 Damnum qui intulit bonis Eccleſiæ, reſarcire illud debet.
Et totius temporis canones ſoluere.
59 Emphyteuta Eccleſiæ,qui rem deteriorem fecit,repelli poteſt.
Vel qui per biennium canonem non ſoluit.
Caducitatem tamen poteſt remittere Rector.n.61.
62 Alienationis bonorum Eccleſiæ nullitatis querelam nullus niſi Eccleſia ipſa dicere poteſt.
Alienationis nomine quid comprehendatur? num.65.
Etiam vſucapionem.n.66.
Et qui non vtendo amittit ſeruitutem. & nu.71.
Alienationis nomine rerum Eccleſiæ ſatis laxè Sacri Canones vtuntur n.67.
Comprehenditur etiam hypotheca.nu.69.
Et omnis modus,per quem Eccleſia bonis ſpoliatur.n.70.
64 Minus quod eſt,cui denegatur,multò magis quod maius.
68 Omne qui dicit,excludit nihil.
69 Hypotheca dominium bonorum hypothecatorum non transfert.
Sed poteſt ſuper illis pro credito experiri.
75 Leges humanæ in his, quæ Deo dicata ſunt, locum non habent.
Sed Eccleſiaſticæ.
Neq; à laicis iudicari poſſunt.nu.79.
80 Deus plagas imponit his,qui ſacris abutuntur.

AR-

ARGVMENTVM.

Res, quæ Deo offeruntur, ſacræ efficiuntur, atq; diuinum quid euadunt. vndè alienari prohibentur. An verò alienare dicatur, qui res Eccleſiæ diſmembrat, inuadit, eripit, vaſtat? vel qui in emphyteuſim datas; deteriores tamen, atq; deſtructas effectas, ab emphyteutis reſtitutas, recipit, damno minimè refecto? Et nùm qui ſic reſtituit, ad canonem nihilominùs conſtitutum teneatur? & quid reſtitutio, quid alienatio ſit? oſtenditur. nouoque philoſophandi modo omnia diſſeruntur.

RESPONSIO LVIII.

1 RES inter diuinas, & humanas nullã
ſtatui differentiam, abominãdum
apud ipſoſmet Gentiles Idololorum
Cultores, viſum eſt ſemper:
adeò vt Homerus etiã vocabula diſcernat,
quibus Dij conſueuerunt vti, à vocibus hu-
2 manis. Pythagoras quoq; ipſe à quibuſdam,
nec ſine cauſa, abſtineri iuſſit, quòd Numi-
3 nibus eſſent cõſecrata. Dei quippè ſolius eſt
humana diuinis ſociare. Ariſtophanes in Lyſiſtrata
dixit:

Quin & ſupera infera reddet.
Iuppiter Altiſremus.

4 Hominibus autem ab his abſtinendum.
Quia ſicut exaltantur Cœli à terra, ſic exaltatæ
ſunt viæ Dei à vijs noſtris, & cogitationes
Dei à cogitationibus noſtris. *Non enim
cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: nequè
viæ veſtræ viæ meæ dicit Dominus.* Iſa. 55. 9.
5 Eleuantur proindè, quæ Deo ſacrantur, vt
diuina quaſi fiant. Bonifacium Papam in
can. nulli liceat 3. 12. q 2. ſi andieris, admirari
ex his, quæ nos dicimus, deſines, ſic nempè
ille.
6 *Nulli liceat ignorare, omne, quod Domino
cõſecratur, ſiuè fuerit homo, ſiuè animal, ſiuè
ager, vel quicquid ſemel fuerit conſecratum,
Sanctum Sanctorum Domino erit, & ad ius
pertinebit Sacerdotum. Propter quod inexcuſabilis
erit omnis, qui à Domino, & Eccleſia cui competunt, aufert, vaſtat, inuadit, vel
eripit, & vſq; ad emendationem, Eccleſiæquè
ſatisfactionem, vt ſacrilegus iudicetur; & ſi
emendare noluerit excommunicetur.* ita Bonifacius.
7 Quæ ergo Deo ſacrantur, diuina quædam
quaſi efficiuntur; participant enim de illa
immenſitate. ab humanis itaq; ſegregantur,
vt diuina propterea honorari merentur. Sanctum
Angelicum Doctorẽ *Thomam*, Abyſſum
illum doctrinæ, excipe docentem. 2. 2. *q.*
99. art. 1. in corpore, atq; dicentem: *Sacrum*
8 *dicitur aliquid ex eo, quod ad Diuinum cultum
ordinatur. Sicut autem ex eo, quod aliquid
ordinatur in finem bonum, ſortitur rationem
boni: ita etiam quod aliquid deputatur
ad cultum Dei, efficitur quoddam diuinum;
& ſic ei quædam reuerentia debetur,*
9 *quæ refertur in Deum. Et ideò omne illud,
quod ad irreuerentiam rerum ſacrarum pertinet,
ad iniuriam Dei pertinet, & habet ſa-*
10 *crilegij rationem.* Sunt ergo ſacra, quæ Deo
offeruntur, atq; Diuina efficiuntur. ab humanis
itaq; ſegreganda, nec

Miſcenda ſacra prophanis.

Cur enim non facimus diſcrimen inter
res diuinas, & humanas: & quarè non competens
prærogatiua cœleſti fauori conſeruetur?
Iuſtinianus Cæſar Auguſtus in *l. ſancimus
res. 20. in fin. C de ſacroſanct. Eccleſ.*
verbis ſic ſtatuit, atquè admirans edixit, res
diuinas ab humanis ſegregari. Ex hoc itaq;
11 pendet principio, quarè Summi Romani
Pontifices in ſacris Canonibus, atq; Pontificijs
Conſtitutionibus, res Eccleſiæ alienari
prohibuere: inter cœteros verò Paulus II.
Venetus in *Extrauaganti Ambitioſæ vnic.
de rebus Eccleſiæ non alienandis inter communes.*
Quia ſunt quoddam diuinum, & ad
Miniſtrorum Dei, Eccleſiæq; ſubſtentationẽ
deputatæ.

Viam ex his ſtatuimus nobis ad ea, quæ
12 narrabimus. Annis iam elapſis, nam

Labitur occultè, fallitq; volabilis ætas.
Et nihil eſt annis velocius.
Sic tempora verti,
Atq; alias aſſumere robora gentes,
Concidere has:

Videmus, vt Ouidius cecinit 10. & 15. Metamorphoſ. vndè conſuluit Senec. in Hippolito.

Aetate fruere,
Mobili curſu fugit.

Beneficiarius quidam beneficij iuris patronatus laicorum S. Gregorio ſacri, quædã territoria aratoria, atq; vineta aſſenſu prçuio Apoſtolico in emphyteuſim dedit, conceſſitquè, reſeruato annuo canone reſponſionis annuæ decem quartarum frumenti, & duorũ pullorum pinguium Eccleſiæ, eiuſq; beneficiario annis ſingulis exſoluendo. annis multis ſolutio facta eſt. deuenerunt demum terræ ad mulierem quandam generationis, hæc

terras iam deſtructas cernens, nec vineam
ampliùs videns, damnum ſibi eſſe euidens
in canonis ſolutione experientia edocta;
modum ſe à ſoluendo liberandi, alium non
inueniens; terras reſtituere Eccleſiæ tentat,
ſenem decipit Beneficiarium, perſuadendo,
blandiſq; verbis: atq; terras aratorias, nulla
vineæ facta memoria, reſtituit; illeq; aſſen-
13 ſum præſtat. Duos enim ab ipſis conditi
Mundi incunabulis deceptores legimus;
Diabolum, & Mulierem. *Geneſ. 3. 12.* Adam
quidem protoplaſtus, primus homo: *Mu-*
lier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de
ligno, & comedi. rationē Deo reddidit, quarè
comedit (culpam in Auctorem referens na-
turæ, qui mulierem ei dedit ſociam:) quæ
pomum mihi dedit vetitum, & comedi; vtiq;
& decepit me. *Et dixit Dominus Deus ad*
mulierem: Quarè hoc feciſti? quæ reſpon-
dit: Serpens decepit me, & comedi. Serpens
14 ille tortuoſus, Diabolus primò mulierem
ſeduxit, perſuadendo, atq; decepit; illa virum,
dando; qui nè contriſtaret delitias ſuas, vt
Chryſoſtomus aduertit, deceptus comedit:
vndè maledicta terra fuit in opere viri: *Spi-*
nas, & tribulos germinabit tibi. pœnam infe-
rendo peccati, dixit Dominus eod. *Geneſ. 3.*
18. Terras itàq; accepit Beneficiarius, non
vuas ampliùs, ſed ſpinas, & tribulos germi-
nantes. poſt Beneficiarij ſuprema funera, qui
eidem ſucceſſit Octauius Rodulſuccius Ec-
cleſiam bonis deſtitutam cernens ad ſuc-
ceſſorem generis emphyteutam recurſum
habuit (nec imprudenti iudicio) vt decem
frumenti quartas, & duos ſoluat pingues
pullos, illumq; reluctantem per Fabricæ Sā-
cti Petri in illis partibus deſtinatum Com-
miſſarium damnari obtinet, canonemq; in-
terim excipit annuum. Nunc in Tribunali
Fabricæ Romæ negotio introducto;

Cauſa ſtatum accipit: Fuerint nè iurè re-
ſtituta Eccleſiæ territoria, an verò debeat
generis ſucceſſor emphyteuta, ſolutionem
adhùc facere quartarum decem frumenti, &
duorum pullorum pinguium? Qui firmum
reſtitutionis prætenſæ contractum habent,
pro ſe Neratij lib. 3. membranarum in *l. ab*
emptione. 59. in princ. ff. de pact. verba affe-
runt, quibus ille ſequentibus rem expreſſit:
15 *Ab emptione, venditione, locatione, condu-*
ctione, cæteriſq; ſimilibus obligationibus,
quin integris omnibus, conſenſu eorum, qui
inter ſe obligati ſunt recedi poſſit; dubium
non eſt. Rationem reddit Gordianus Cæſar
in *l. 1. C. quando liceat ab emptione diſcedere.*
eam ſic ſcribens: *Etenim quod conſenſu con-*
tractum eſt, contrariæ voluntatis adminicu-
lo diſſoluitur. & ibidem *Bald. Salycet. & alij.*
16 Congruitq; naturali principio, quòd eo ge-
nere quodq; diſſoluatur, quo colligatum eſt.
ex Vlpiano lib. 51. ad Sabinum in *leg. nihil*
tam naturale 36. ff. de regul. iur. qui ſubdit
quoq; maiori expreſſione, rationem infe-
rens: *Ideòq; verborum obligatio verbis tolli-*
tur: nudi cōſenſus obligatio cōtrario cōſenſu
diſſoluitur. ſequitur *Cacheran.* Olaſchi
Dominus *deciſ. 25. num. 5. Surdus conſ. 52.*
num. 54. volum. 1. Duardus de cenſib. tom. 2.
§. 5. q. 8. num. 1. At præcedens emphyteuti-
cus contractus mutuo fuit contrahentium
conſenſu eſt ſolutus, inſtrumento diſſolutio-
nis intercedente. firma proinde emphyteu-
ſis diſſolutio perſtabit.

Nos autem pro Eccleſia reſpondentes,
reſtitutionis contractum haud tenuiſſe, fir-
mumq; permanſiſſe primum, ac perſiſtere,
conceſſionis in emphyteuſim ſolemnitati-
bus vallatum inſtrumentum, teneriq; ad
præſtationem annuam generis ſucceſſorem,
non iniuria, neq; ratione ſine tuemur.

Sit primum fundamentum; à finitione pe-
titum argumentum, quod à priori æſtima-
17 tur. Reſtitutio eſt in priorem ſtatum repoſi-
tio; iteratò ſcilicet aliquem ſtatuere in poſ-
ſeſſionem, vel dominium rei ſuæ. *S. Thomas*
2. 2. q. 62. art. 1. in corpor. Non autem talis
18 fuit hæc repoſitio: ergò nec reſtitutio. mi-
nor firmatur. Quia nimirùm reſtitutio, in
quantum ſcilicet importat iterationem
quandam, ſupponit rei identitatem. *S. Thom.*
eod. art. 1. ad 2. non hic verò fuit rei identitas,
quia nec terræ in eodem ſtatu, neq; vinea;
ſed in deſolationem data omnia. non ergò
19 reſtitutio. tunc nempe reſtitutio eſt, cùm
vnuſquiſq; integrum ius ſuum recipit. Pau-
lus hoc dicit lib. 1. ad edictum in *l. quod ſi*
minor. 25. §. reſtitutio autem. ff. de minorib.
idem Antoninus Auguſtus reſpondit in *l. 1.*
C. de reputation. & in priſtinum ſtatum re-
ponitur, alioquin reſtitutio non dicitur. *Na-*
uarr. conſ. 5. lib. 5. de furtis num. 3. Non ergò
tenuit, neq; præſtitit contractus hic præten-
20 ſæ reſtitutionis tertatum. Reſtitutio quippè
in æqualitate conſiſtit rei ad rem. Cùm enim
actus ſit iuſtitiæ commutatiuæ, & iuſtitia in
æqualitate conſiſtat. *S. Thom. d. art. 1. & art.*
2. in corpor. Reſtitutio vtiq; ipſa in æqualita-
21 te quoq; eſſe debebit rei ad rem, vt non
materialiter tantùm res reddatur, ſed for-
maliter etiam. ſecundùm *S. Thom. d. art. 1. ad*
1. hic verò materialiter tantùm redditæ fue-
re terræ, non verò formaliter, quia illæ de-
ſtructæ reſtitutæ fuere, & vinea deſolata. non
ergò reſtitutio, quia in priorem ipſum ſta-
tum Eccleſia repoſita minimè fuit; ſed peio-
rem, ſed peſſimum. nulla eſt ergò rei ad rem
æqualitas. non ergò reſtitutio, quia in maxi-
22 mo damno Eccleſia eſt, in inæqualitate pro-
indè. vt etiam aduertit *Gloſſ. in cap. ad no-*
ſtram noueritis. 11. quod eſt Innocent. III.
verbo *ſufficere. de rebus Eccleſ. non alienand.*
dicens, ac rationem referens: *Nàm cùm ali-*
quis reſtituitur, omnia debent reſtitui in
priſtinum ſtatum, vt neutra pars ſit in dam-
no, vel in lucro. quod ſi fiat, iniuſtitia eſt. Te-
23 netur propterea ad recompēſationem illati
damni,

damni,& vineam reficiendo,iterumq; illam
plantandò; & terras aratorias meliorando,
atq; interim ad conuenti canonis ſolutionem; quia damno eſt interim Eccleſiæ, nec
24 fructus percipiẽdo,nec canonem.In recompenſatione ſiquidem, & comparatione rei
ad rem reſtitutio reſidet, vt tantundem ei
detur,qui minus habuit, quantum ei ablatum fuit. *S.Thom.d.art.1.& art.2.& art.5.
in corpor.*In deteriorem igitur ſtatum,quàm
priùs fuerat,Eccleſia repoſita fuit. non ergò
in æqualem,atq; eundem. neq;ergò reſtitutio.decidit proindè contractus hic prætenſæ
25 reſtitutionis,quia deficit in eo reſtitutionis
ſubſtantia,ac definitionis eiuſdem. ergò eſſe
rei,quod ex ſola materia conſtat,& forma.
præter Philoſophos. ex Innocentij Tertij
ſenſu,verbiſq; in *cap.tua nos duxit 26. in
fin.de ſponſal.*& ibidem *Gloſſ.*verbo *nec forma.Couarr.de ſponſalib.par.2.cap.3.§.1.n.1.*
26 Non ergò nudum reſtitutionis nomen Eccleſiæ nocere debebit. ad Vlpiani ſenſum
lib.3.ad Sabinum in *l.ſiuè ingenua ſit mater 2.§.ſed ſi ſint ſui hæredes. ff.ad Senatus
Conſultum Tertullianum.* illis verbis. *Nè
nudum nomen ſui hæredis noceat matri.* &
ſequuta fuit *Rot.in recent.p.2.tom.1.dec.254.*
27 *num.5.* Quin nec nomen eſſe debet,ſi ſubſtantia deſidereretur. ex Auguſtini dictis in
can.quæ ipſis Sacerdotibus.5. in fin.diſt.38.
ibidemq;*Gloſſ.*verbo *vix.*dicens:*Vbi res deeſt,nec nomen habebitur.* deficit hic rei ſubſtantia,quæ ex materia conſtat, & forma, vt
diximus,quia res(terræ videlicet)non in eadem ſubſtantia, materia nimirùm, & forma,
28 reſtitutæ fuere. Vndè Eccleſia in damno eſt,
ille verò,qui reſtituit,in lucro;quia ſe ab obligatione exemit ſoluendi. quod iniuſtitia
eſt,nec reſtitutio dici poteſt.*d l.1.C.de reputation. & d.l.quod ſi minor.25.§ reſtitutio
autem.ff.de minorib.* Deficiet ergò nomen,
vt neq; reſtitutio dicatur. Reſtitutio itàq; ſi
non fuit;quo (Aedepol) pacto admitremus,
vt à cõuento annuo canone ceſſare emphyteuta potuerit? nullo planè.

Deindè à poſteriori: quod ſanè argumen-
29 tum & à Philoſophis præcipuum habetur,&
à Iuriſperitis non reſpuitur.ex Gregorio Papà,qui eo vſus eſt,ab effectu argumentandò:*can.priuſquàm 4. in fin. diſt.38.* eoquè
etiam vſus conſpicitur Horſmida Papa in
can.ſi quis diaconus.29.§.quod ſi eos.diſt.50.
Rota apud *Burattum dec.38. num.5. in fin.*
dilemmate huiuſcemodi aduerſus emphyteutam argumentamur. Vel aſſenſum præſtitit prætenſæ reſtitutioni Beneficiarius, vel
30 non præſtit. Si hoc ſecundum; Cùm vnius
tantùm conſenſu ſemel initus contractus
diſſolui minimè poſſit.vt apud ipſos Aduerſarios in confeſſo eſt,ex ijs, quæ pro ſe, ipſi
in ſuperioribus attulere. Quòd inter homines bonæ fidei contractus,nulla ratione diſſolui ſoleant. verbis vt loquamur Gregorij
ad Boniſacium in *can.vidua à propoſito.1.*
& Innocentij quoq; Papæ in *can.hæc verò 9.
27.q.1.* pro nobis vtiq; res erit, ab emphyteuti nõ cecidiſſe generationis ſucceſſorem.
Si verò aſſenſum præſtitit, vt aſſerunt ipſi;
31 non vtiq; tenuit; quoniam præiudicium ipſe ſuo ſolo aſſenſu inferre Eccleſiæ minimè
valuit. Non ergò prætenſa tenet facta reſti-
32 turio. Sicut enim alienare Beneficiarius res
minimè poteſt Eccleſiæ: quia hoc eſt ipſi, &
cuicunq; alteri,Sacrorum canonum cenſura
prohibitum. ex Leone Papa *can.ſine exceptione 52.12.q.2.* & ibidem ex Leone IV. in
Cõcilio Generali *can.monemus.18.d.12.q.2.*
q innouatũ fuit in Concilio apud Syluanen.
in *cap.nulli liceat.5.* & Symmacum Papam
in *cap.ſi quis presbyterorum 6. de rebus Eccleſ.non alienand.extrà.* Innocentius IV. in
cap.1.eod.tit lib.6.& Clemens V.in Concilio
Viennen.in *clem.1.eodem.* Paulus Secundus
Venetus *d.extrauaganti ambitioſæ vnica
33 eod.tit.*ex ratione præſertim,quam in *d.can.
monemus.*18.in dicto Cõcilio Generali Leo
Papa IV.retulit: *Nè Eccleſia Dei*(inquiens)
ad nihilum redigatur. Rota *apud Cardinal.
Manticam dec.10.num.1.& ſeqq.* Ita pariq;
34 modo nec diſmembrare poterit. Quoniam
diſmembratio alienationis eſt ſpecies. *Rota
dec.1. de rebus Eccleſiæ non alienand. in nouis.*& apud *Achillem dec.vnic.eod.Rota apud
ſanct.memor.Gregor.XV.dec.504. num.4.*&
ibidem plura refert *Beltramin. addens nu.8.*
& dictum fuit in *Bononien.diſmembrationis
4.Iulij 1635.coràm Ghiſilerio deciſ.68.nu.1.
part.7. recentiorum nouiſſimarum per Ru-
35 beum.*nè Eccleſiæ depauperentur,quod cõcinit Leonis Papæ dictis pauló antè,nè Eccleſiæ ad nihilum redigantur. & tenuit Rota
in *Toletana Parochialis de Madrid 1. Februarij 1602.corã Pamphilio* apud *Garſiam
de benefic.par.12.cap.3. num.8.* & ſequuta
fuit in *d.Bononien.diſmembrationis coram
Ghiſilerio dict.deciſ.68.num.3.*Fuit proindè
36 diſmembrationis, quin magis dixeris deſolationis,deſtructioniſq; ſpecies, atq; conſequentèr alienationis,conſentiendo receptioni terrarum prædictarum iam deſolatarum,
vndè Eccleſia ad nihilum redigebatur, nedùm depauperabatur.prohibita propterea.
nullus proindè per eum præſtitus conſenſus fuit.

37 Sicut enim Eccleſia rapacitatis ardore
inuadere res alienas non debet, ità & proprias amittere non oportet.*can.ſicut Eccle-
38 ſia 49.12.q.2.*Nec Beneficiarius, quemadmodùm nec Epiſcopus, dominus bonorum
eſt Eccleſiæ,ſed adminiſtrator. *d.can.ſine
exceptione 52.in fin.12. q.2.* quin magis defenſor. ex Innocentij Quarti decreto *d.cap.
1.de rebus Eccleſ.non alienand.in 6.* & *Gloſſ.*
ibidem verbo *defenſore.* quam ob cauſam
39 meliora proſpicere poterit, non deteriora
Eccleſiæ, & quæ non ſit dubium, profutura.

ex

Google

ex Leone Papa *d.can.ſine exceptione* 52. At non meliora, ſed deteriora,nec profutura, ſed offectura hic Eccleſiæ prouidit. ergo nul-
40 liter.nullo ergo modo ſubſiſtent, quin irrita erunt,vt irrita illa habet, atq; declarat dictus Leo Papa *d.can.ſine exceptione*.& Innocentius IV. *d.cap.1.in fin. de rebus Eccleſia non alienand.in 6.* dictuſq; Clemens.V.*d.clement.1.in fin.eod.tit.* Symmacus Papa *d.cap. ſi quis presbyterorum 6. in fin. eod. extrà.*
41 Quis enim,ſi ſapiat ipſe, ni fortè deſipiat, ad Innocētij III.ſenſum in *cap.niſi cùm pridem* 10. *§.certè deſipis. de renunciat.* imo: Quis tàm demens,tàmq; peruerſi ſenſus,tale quid æſtimet?verbis loquimur Ioannis VIII.Vticenſi Epiſcopo in *can.miror.4.in fin.diſt.50.* Quin penitùs deſipere probatur ex Paſchalis Papæ eloquio in *can.ſi quis obiecerit 7, 1. q.3.* vt admittat, non perperàm, non iniquè,
42 non maxima cum Eccleſiæ iactura, hunc egiſſe Beneficiarium (ni Maleficiarium magis appellaris.) Qui in deſtructionem, atque Eccleſiæ bonorum deſolationem, vaſtationem, direptionem, ablationem, deniquè, atque direptionem. ex *dict. text. in capit.nulli liceat. 3.12.* quæſt.2. Bonifacij Papæ,aſſenſum præbuit? Si nempè,neq; ca-
43 nonicatuum ſuppreſſionem potuit facere Epiſcopus, etiam ob prætenſam tenuitatem fructuū,quòd ſuppreſſio ſit alienationis ſpecies,quia per eam in poſterum Canonicatus conferendi facultate priuatur Epiſcopus: ni ſolemnitates interceſſerint, & cauſæ in alienatione bonorum Eccleſiæ perquiſitæ. vt dictum fuit *in Baren.ſuppreſſionis. 10. Nouembris 1617.coram Cardin.Cauall. deciſ. 439.per tot.* poterit Beneficiarius in deſtructionem conſenſum præſtare rerum beneficij,vt Eccleſia deſoletur? Vel itaq; errauit aſſenſum hunc præbendo, fortè deceptus; vel ſciens,prudenſquè egit. Si primum,aſſenſus
44 apertiſſimè nullus eſt,quia per errorem. Errans verò non conſentit. Quia error voluntarium tollit. *Quidenim tàm contrarium cōſenſui,quàm error,qui imperitiam detegit?* Vlpiani ſunt verba lib. 3. de omnibus Tribunalibus in *l.ſi per errorem 15.*ibidemquè *Gloſſ.*verbo *detegit.ff.de iuriſdictione omn. Iudicum.*& lib.11 ad edictum in *l.nihil con-*
45 *ſenſui 117. ff.de regul.iuris.* Quià nullus eſt errantis cōſenſus. Imperatores dicunt Diocletianus, & Maximinianus.in *l.nō idcircò 9. C.de iuris,& facti ignorātia.* omniū apertiſſimè Gratianus 29.q.1.§.*his ita reſpōdetur* ſequētibus diſcurrens,de muliere loquens,
46 quæ errauit in matrimonio contrahendo: *Conſenſus eſt duorum,vel plurium ſenſus in idem. Qui autem errat,non ſentit:non ergo conſentit; ideſt ſimul cum alijs ſentit. Hac autem errauit. non ergo conſenſit; non itaq; coniux eſt appellanda;quia non fuit ibi conſenſus vtriuſq; ſine quo nullum matrimoniū*
47 *eſſe poteſt.* Errauit proinde Beneficiarius, non ergo conſenſit. non itaq; ſine conſenſu contractus tenebit. ergo irritus, inualiduſq;
48 ſi verò ſecundum, quòd videlicet ſciens, prudenſq; fecerit,& cùm in hoc apertiſſimè peccarit contra ſacrorum canonum formā, Eccleſiæ ruinæ conſentiens,damnum nullū ex ſua malitia inferre Eccleſiæ valuit. Duo
49 quippè ſunt, quæ in bonorum Eccleſiæ alienatione (idemq; in diſmēbratione erit. an non alienat qui diſſipat?)neceſſitas(videlicet) & vtilitas.*d.can.ſine exceptione 52.12. q.2.* ibidemq; *Doctor. d.cap.1. de rebus Eccleſ.non alienand.in 6.& d.clement.1.eodem. Oldradus conſ.261.in fin.Couarr.variar.reſolut.lib.2.cap.17.nu.2.& ſeq. Rota in Bononien.diſmembrationis 15.Iunij 1635.coram Ghiſilerio deciſ.6.n.1.2.& 3.& coràm eodem in eadem cauſa d. deciſ.68.per tot. d. part.7. recentiorum per Rubeum.* & dictum anteà fuerat in dicta *Toletana Parochialis coram Pamphilio apud Garſiam d.part.12.cap.3.*
50 *n.8.* quæ quidem copulatim requiruntur.vt ibidem. *Federicus de Senis.q.ſiue conſilio 249.nu.1.& 2.& apud ſanct.memor.Gregor. XV.d.deciſ.504. n.4.& 5. & Beltramin.* ibidem *nu.8.& apud Cardin. Seraphin. deciſ. 1062.n.1.& 2.*& dictum fuit *in Marſicen.diſmēbrationis fructuum 21. Februarij 1594. coram Pamphilio*, & in eadem *28. Martij. 1594. coràm eodem apud Garſiam d. cap.3. n.3.4.& 5.part.12.*Rota apud *Card.Caualer. in d. Baren. ſuppreſſionis 10. Nouem-*
51 *bris 1617. d.deciſ.439.n.1.& 2.* At nulla nequè neceſſitas, neq; vtilitas interceſſit Eccleſię,quin ſumma iniuria,ſumma iniuſtitia, ſummumq; damnum. ergo nullus aſſenſus; nullaq;atq; irrita dicta terrarum ita deſtructarum receptio. vt relati ſupra Sacri Canones apertiſſimè diſponunt, & ipſa Pauli II. Conſtitutio *d.extrauaganti ambitioſæ de rebus Eccleſ.non alienand. d.cap.ſi quis presbyterorum.6.eod.tit.extrà.* nullam itaq; firmitatem obtinet. Iurè ergò damnatus per Fabricæ S.Petri Commiſſarium fuit emphyteuta ad conſtituti canonis ſolutionem annuam,proſequendam, quia ab illa liberatus minimè fuit: quod non iurè,non rectè,non plenè reſtituit,ſed cum damno,ſed malitioſè,atq; cum euidenti Eccleſiæ deſtructione,
52 deſolationequè, direptione, vaſtatione, inuaſione,ac demùm ereptione, vt intelligat per ſe ipſum, *Quod omnì non remittitur.ſed augetur, cùm cuiquam improuidè ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum.* Innocentius III. vt diſponit in *cap.ea te credimus 22. in princ.de iure iurando.* Carolitano Epiſcopo ſcribens. ibidemq; *Gloſſ.*verbo *augetur.* argumento etiam eorum,quæ habet Paulus lib. 15.ad edictum in *l.ſi verò mihi 8.ff.de*
53 *conſtituta pecun.* quatenus decernit, eum, qui aliter, quàm tenebatur,ſoluit,teneri nihilominus.& hoc ipſum proſequitur Vlpianus lib.30. ad Sabinum in *l.vero procuratori.*

Digitized by Google

tori.12. §.ſed & ſi quis.ff.de ſolutionibus. &
ſequitur Magonius deciſ.Florent.70.nu.23.
24. & ſeq.Malè quippè ſoluit,qui formam
54 non ſeruat ad ſoluẽdum,ad dandum,ad re-
ſtituendum ſtatutam. Rota apud Coccinum
deciſ.22.nu.1.Nauarr.d.conſ.5.n.3.de furtis.
An nè ſoluiſſe, ac reſtituiſſe dicetur, qui rem
vaſtatam, deſolatam,deſtructam,dilapidatã,
non reſtituit planè, ſed a ſe tantum abdica-
uit,ne quod debebat,ſolueret,daretquè? vn-
55 dè & ſacrilegus euaſit.d.can. nulli liceat 3.
12.q.2.S.Thom.2.2.q.99.ar.1.Neq; præten-
56 ſus Beneficiarij ei ſuffragabitur aſſenſus. qui
in Eccleſiæ præiudicium, & damnum con-
ſenſum haud præſtare potuit,neq; eiuſdem
ſucceſſoris.Gloſſ.d.cap.ſi quis presbyterorũ.6.
verbo alienator.de rebus Eccleſ.non alienãd.
quam ſequitur Verallus d.deciſ.170. n.6.&
7.part. 3. & cum Rota apud ſanct. memor.
Gregor XV.d.deciſ.404.num 7.Afflict.deciſ.
101 n.3.& 4. ibidemq; Vrſillus n.1.& 2.
57 Emphiteuticus quippe contractus ad me-
liorandum dicitur, l.2. C. de iure emphyt.
Aemilius Ferrettus.conſ.21.n.19.meliorem
rem reddere debuiſſer, non peiorem, non
deſolatam,non deſtructam. ex Cuiacio in
l.1. C.de iure emphyteutico,& notat Gloſella
58 marginalis ibidem in rubric. Cùm eius cul-
pa hoc euenerit damnum. ex d.l.1.C.de iure
emphyteutico,Reſarcire vtiq; rem læſam de-
bebit,totiuſq; temporis canones ſoluere.
diſpoſitam hanc rem inuenies per Impera-
torem in auth.qui rem C.de ſacroſanct. Ec-
cleſijs,quæ etiam canonizata reperitur apud
Gratianum can. ea enim.2.§ qui rem huiuſ-
modi 10.q.2. Audias (quæſo) diſponentem
Imperatorem, quia nobiſcum eſt,atquè pro
nobis.
59 Qui rem huiuſmodi (in emphyteuſim ſci-
licet dari permiſſam, ex Gloſſ ibidem verbo
huiuſmodi.) conductam, vel in emphyteuſim
acceptam,feceris deteriorem,aut emphyteuti-
cum canonem per biennium non ſoluerit,hac
lege repelli poteſt:vt tamẽ ſoluat totius tem-
poris penſionem,& id,in quo rem læſit reſar-
ciat, non repetiturus ſi quid impendit nomi-
ne meliorationis. idem ſtatuit Gregorius IX.
in cap. potuit 4. §.emphyteuta. de locato, &
conducto. & Alexander III.in cap.querelam
10.in fin.de iure iurand.Innocentius III.in
cap.conſtitutus 6.de religioſis domib. Gloſſ.
in d.can.ea enim 2. §.qui rem.verbo per bien-
nium 10. q.2.& Gloſſella marginalis ibidem.
Federicus de Senis d. conſ.249. n.2.
60 Hanc verò refectionem datorum dam-
norum, in Eccleſiæ præiudicium remittere
haud potuiſſet Beneficiarius, ni ipſe ad illa
teneri noluiſſet. iuxta Leonis Papæ IV. di-
ſpoſitionem dicto can.monemus 18.in fin. &
ibidem Gloſſ.verbo reddere.12.q.2. Nam &
61 ſiquidèm emphyteuſis caducitatem remit-
tere valeat Eccleſiæ Rector.ad tex.in d.l.1.&
ibidem Bart. & alij C. de iure emphyteut.
cap. potuit 3.aliàs fin.& ibidem Abb.in vlt.
notab.de locato, & conducto. Magonius d.
deciſ.Florentina 70.n.1.Quaranta in ſumm.
Bullar. verbo alienatio.nu.44.in 13.limitat.
fol.33. Iulius Clarus §.emphyteuſis.q.9.10.
62 & 11. Quia nimirum de Eccleſiæ bonis
malè facta alienatione nullus præter Eccle-
ſiam ipſam, quærelam ad nullitatem dicere
poteſt.ad tex.in cap.1.ibidemq; Innocent.in
princip.de his,quæ fiunt à prælat.ſine conſen-
ſu capit. & Ioannes Andr. Hoſtienſ.& alij.
ſequuta fuit Rota apud Cantuccium d. deciſ.
133.nu.11. & 12.part.2. diuerſ.Gratian.di-
63 ſcept.forenſ.part.5.cap.819.n.19. Haud ta-
men poterit in rei totius damnum, atq; de-
ſtructionem aſſenſum præbere;quia aliena-
tionis eſt ſpecies:quam ob cauſam ſi aliena-
re non poteſt,neq; ad longum tempus loca-
re.d.cap.nulli liceat 5.& cap.ad audientiã.9.
de rebus Eccleſiæ non alienandis. & dicta ex-
trauaganti ambitioſæ Pauli 2. eod tit. inter
communes: licebit ne ei rem Eccleſiæ deſo-
late,deſtruere,auferre, diripere,eripere, va-
64 ſtare?non vtiquè.Maius eſt enim hoc,quàm
illud, denegatur illud, quod minus; multo
magis & denegabitur, ac denegatum cenſe-
bitur,quod maius;ac multo magis Eccleſiæ
præiudicium affert;cum illam deſtruat, atq;
vaſtet .ex ſexta Synodo cap.9.in can. nulli
clerico 3. ibidemq; Gloſſ verbo.quantò ma-
gis.diſt.44. Caliſtus quoq; Papa can. nullus
primas.3.in fin 9.q.2.cui Gloſſ.verbo ordina-
re. ſic commentum agit: argumentatur:ex
quo minus non licet,nec maius. quo etiam
argumenti genere vſus fuit Nicolaus Papa
Michaeli Auguſto in can.miramur.37.in fin.
ibidemquè Gloſſ.verbo.etiam cùm minimis.
24.q.1.
65 Alienationis verò nomine omne id com-
prehenditur,per quod dominium,etiam vti-
le,transfertur, & ab Eccleſiæ manibus euel-
litur,aufertur,diſtrahitur, abalienatur.d.cap.
nulli liceat 5. de rebus Eccleſiæ non alienãd.
extrà. & Gloſſ. ibidem verbo alienationis.
dicens: verbum alienationis in capite lar-
giſſimè ſumi, ſicuti largè quoq; deſinitur in
l.ſancimus.ſiue lex.7.alias finali.C.de rebus
alien. non alienandis. d.extrauaganti vnica
ambitioſæ Pauli II. de rebus Eccleſiæ non
alienand.Gloſſ.in ſumma 12.q.2.verbo.nunc
quæritur. diffuſiuſq; alienationis verbum
comprehendit Paulus lib. 21.ad edictum in
66 l.alienationis verbum.28.ff.de verborum ſi-
gnificat. vſucapionem alienationis verbo
comprehendi,docens; atq; alienare etiam
eum, qui non vtendo amiſit ſeruitutem.
Barboſa de appellatiua verborum iuris ſi-
gnificat.appellat.14.num.1. & ſeq. pluribus
Quaranta d.verbo alienatio rerum Eccleſia-
ſticarum in expoſitionem præfatæ Conſti-
tutionis Pauli II.à num.15.à prima ampliat.
cum ſequentib.fol.mihi 16.Si itaque omnis
modus, per quem res Eccleſiæ alienatur,
quamuis

quàmuis ad tempus,tamen longum (vtputà
decennium , quod longum tempus æſtima-
tur)nihilominus interdicitur,retinetur,pro-
hibetur: & non erit interdictus modus,per
quem Eccleſiæ bona tali pacto ab ea di-
mittuntur, vt deſtruantur; ad nihilum redi-
gantur,vaſtantur,diripiantur? Et quidem.
Satis nempè,ſacri canones,& dict. *extrauag.*
67 *Pauli II. ambitioſæ*. laxè loquuntur;alienа-
tionem inhibentes bonorum Eccleſiæ, om-
nem comprehendentes modum, quo alie-
natio fieri poſſit,etiam per pactum.nullum
proindè eorum excludere voluerunt , ſed
omnes comprehendere modos. Compre-
henderunt multò magis & hunc, conſenſus
in deſolationem,deſtructionemq; bonorum
Eccleſiæ;vnde illa ſpoliata bonis, deſolata,
deſtructa,inuaſa,atq; direpta manet. Nihil
68 eſt enim quod excludat , qui omne dicit.
cap. ſolitæ 6.§.nobis autem fin. de maiorit. &
69 *obedient.* aliaq; ibidem notata. Comprehen-
derunt propterea hypothecam quoq;, per
quam nullum transfertur dominium , ſed
poterit ſuper illa re hypothecata , pro ſuo
credito experiri creditor. *d.l.fin.in fin.* & ibi-
dem *Gloſſ.* verbo *vel hypothecam. C. de rebus*
alien.non alienand. Rota apud Card. Caualer.
dec.290.num.5. Gratian.forenſ.p.3.cap.580.
70 *num.6.& 7.* Et non prohibitus cenſebitur
contractus hic,atq; modus alienandi peſſi-
mus,per quem Eccleſia omnimodis ſpolia-
ta bonis remanet, vndè ad nihilum redigi-
tur?iuxtà Leonis ſenſum *dict. can. monemus.*
18.12.q.2. Quando alienare dicitur,qui non
71 vtendo amiſit ſeruitutem.ex Paulo *d.l.alie-*
nationis verbum.28.ff.de reg.iur. Rationem
reddit *Gloſſ.* ibidem verbo *non vtendo.* di-
cens: *Omittit enim facere,quod facere debet:*
ſcilicet vti. allegat eundem Paulum lib.18.
ad edictum in *l.in fraudem.4. ff. quæ in*
fraudem creditorum. quo loco non vtendo
ſeruitutibus fraudem eum facere videri di-
cit. An alienaſſe non videbitur hic, qui nè
Eccleſia re ſua vti poſſit, aſſenſum præbuit?
Neq; obſtaculum faciunt , quæ in initio
ipſi pro ſe afferebant Aduerſarij ex Neratio
in *d.l.ab emptione 59.ff.de pact.*
72 Equidèm ex Neratij ſenſu , vtriuſq; con-
trahentis conſenſu initus diſſoluitur con-
tractus;ſed *integris omnibus*: hic verò non
ſunt omnia integra;ſed magna eſt terrarum,
& vineæ deſolatio. nulla proindè æqualitas,
vt reſtitutio ad iuſtitiæ normam , atq; lan-
cem procedere potuiſſet.iuxtà *S.Thom.dict.*
q.62.artic.1. vt in ſuperioribus diximus.
eodemq; modo *tex.in l.1. C. quando liceat*
ab emptione diſcedere. Re quidèm integra
mutuo conſenſu contractus diſſoluitur. at
non ità ſi res integra non ſit, niſi actus om-
ninò ſimilis intercedat,vt æqualitas ex vtraq;
adſit parte.ex *Gloſſ.* eadem *l.* verbo *nō actus.*
73 Et prætereà lex eſt,quæ reſiſtit actui huic;nè
nudo ipſo conſenſu vtriuſq; diſſoluatur,cùm
non ſint omnia integra , vndè non reſolutio
ſola contractus,ſed alienatio perpenditur,ex
74 qua rei Eccleſiæ diſſolutio , atq; deſtructio
ſuccedit; quæ ſola Rectoris Eccleſiæ volun-
tate,ſiue conſenſu perfici minimè poteſt; ſed
requiſita quoq; intercedere debent: euidens
ſcilicet vtilitas Eccleſiæ, neceſſitas , atq; etiā
ſolemnitates,vt in ſuperioribus diximus.
Quæ autem euidens Eccleſiæ vtilitas eſſe
potuit,quando Eccleſia,quæ habebat omnia
amiſit,& terras,& vineam, atq; annuum ca-
nonem quartarum decem frumenti , duo-
rumq; pullorum pinguium? an hæc euidens
Eccleſiæ vtilitas æſtimabitur,atq; neceſſitas?
75 Leges propterea præfatæ in humanis, pro-
phaniſq; diſponunt. non par itàq; ratio in
his,quæ Deo Altiſſimo ſacra sūt; quæ(quod
iuris diuini ſint) veteres leges, humanis ne-
76 xibus non alligari ſanxerunt. diſponit hoc
Iuſtinianus religioſiſſimus Cæſar Auguſtus
in *l.ſancimus nemini 17.ſiuè 19. C.de Sacro-*
ſanct. Eccleſ. quam ob cauſam alienari, di-
ſtrahi, vendi, hypothecari, vel pignori dari,
aqua, igneuè interdixit : quin & vendicari
per Epiſcopos;atq; ad reſtitutionem aliena-
tarum, diſtractarumq; rerum omnibus mo-
dis coarctari eos,qui detinent,decreuit , iu-
77 ſſeue ſanxit,atq; præcepit. Quoniam hæ ad
diuinam Religionem ordinatæ ſunt: vt com-
petens prærogatiua cœleſti fauori conſerue-
tur. vt ipſemet Cæſar in *l.* ſequenti *ſancimus*
20.C.*eod.* dixit. Secundùm humanas leges
78 itàq;res diuinæ,Deoq;ſacræ metiendæ haud
erunt,nè humanis nexibus alligari eas con-
tingat;ſed ſecundùm diuinas, ſacroſq; cano-
nes iudicandæ, ac dirigendæ. quoniam ex
Concilio Meldenſi in *cap.1. de conſtitution.*
Nemo in actionibus,vel iudicijs Eccleſiaſti-
cis ſuo ſenſu,ſed Sacrorum canonum autho-
ritate duci debet , decreuitq; Innocentius
Tertius Abbati , & Conuentui Sancti Sylue-
ſtri ſcribens de rerum Eccleſiarum aliena-
natione diſponens in *cap. Eccleſia Sanctæ*
79 *Mariæ 10.eod.de conſtitut.* Ea ſanè ratione:
quia laicis(etiam religioſis) ſuper Eccleſijs, &
perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa fa-
cultas: quos obſequendi manet neceſſitas , non
auctoritas imperandi. Sacris verò canonibus
etiam paciſci ſuper his rebus interdictum
eſt: multò vtiq; minus alienare,deſtruere,de-
ſolare conceſſum.
Non itàq; prophanæ in his ſeruandæ le-
ges , ſed diuinæ à Summis rogatæ Pontifici-
bus in ſacris canonibus, ſactiſquè Concilijs.
non itàq;

Miſcenda ſacra prophanis.
Nè Mare , Cœlumuè in tartara ſoluas.

80 Nenè pro talibus præſumptionibus Do-
minus iratus plagas imponat Populo ſuo. vt
admonuit Sixtus Sāctiſſimus Papa in *can. in*
Sancta hac Apoſtolica.41.de conſecrat.diſt.1.
nec ſacra vaſa ab alijs, quàm à ſacratis, Do-
minoq; dicatis contrectentur hominibus,
in-

Digitized by Google

interdicens. Si contrectatio interdicitur; quid deſtructio, quid deſolatio? Tu ipſe videris.

Atque ita ex his, Ariſtarchi non abiecta cenſura, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ præſentis certitudinem non habemus.*
Sed certè nobis moriendum eſt.
Dùm ergò viuimus benè operari nos oportet.n.2.& 6.
Poſt hæc autem non ampliùs.n.3.
2 *Mortui memoria obliuioni traditur.*
4 *Merendi ſpatium hac vita circumſcribitur.*
Meritum à gratia, & libero arbitrio pendet.
5 *Gratiæ ſubiectum eſt anima, non corpus.*
7 *Vita præſens, continuus eſt fletus.*
Aleæ ludus.n.8.
Sphera inſtabilis continuò volubilis.nu.9.
Dùm ergò viuimus cogitandum quod futurum eſt.n.10.
11 *Homo Eros dicitur, hoc eſt obliuio.*
12 *Arbitrariis in rebus nemo damnandus, quòd hoc magis, quàm illud arbitratus fuerit, & n.51.*
Quia ex iuſta cauſa moueri potuit.
Declaratur.n.54.
13 *Arbitrium ſi optimum exquiſitum, non quodcunq; arbitrari poterit.*
Sed quod optimum duntaxat. & nu.15. & 19.
Quia regulatiſſimum arbitrium dimiſſum videtur. n.21.
Et viro optimo nedùm bono.
14 *Arbitrium (ſi tibi videbitur, &c.) vt bono viro, dimiſſum videtur.*
Nec altèr arbitrari poterit.
16 *Fideicommiſſum relictum vni, cui ex pluribus, cui ipſe vellet non poterit non arbitrari.*
Solùm verò quoad perſonam.
17 *Expreſſa nocent.*
18 Libertas *relicta, ſi tibi probabitur, omninò debetur.*
Quia, vt bono viro, commiſſa videtur. & nu.20.
22 M*iſſæ continuatim celebratæ ſupra modum proficiunt ad animas in Purgatorio degentes faciliùs liberandas.*
Quia per eas remedium adhibetur, vt faciliùs è pœnis ſoluantur.n.23.
Quoad inſtituentis tamen meritum, & maiorem Dei gloriam, magis proſunt perpetuò celebrandæ.n.24.
Et Deo in gloria magis anima vnitur.n.35.
Neuter tamen horum modorum reprehenditur.n.53.
25 D*ei maiorem gloriam nos pro viribus curare oportet.*
26 *Anniuerſaria propter quam cauſam Eccleſia inſtituit?*
27 *Dei gloriam quantò magis nos quærimus, tantò magis ei per charitatem vnimur.*
Atq; magis in eum tendimus.
Eiq; appropinquamus.
Quantòq; magis Deo vnimur, tãtò eo magis perfruemur.n.29.
Magiſq; proficit anima.n.33.
Et clariùs Deum videbimus.nu.53.& 55.
28 D*eo approquinquamus non paſſibus corporis, ſed mentis affectu.*
30 C*haritas, & gratia, idem ſunt.*
Vel ſaltim vna non eſt ſine altera.
31 G*loria æterna non datur, niſi ei, qui per gratiam Deo vnitus fuerit.*
32 G*ratiæ effectus vnus eſt, ad gloriam perducere æternam.*
G*ratia Spiritus Sancti conſortes efficimur diuinæ naturæ.n.34.*
Et in Filium Dei homo adoptatur.
Ac conſequentèr Regni Dei hæres efficitur.
36 *Voluntas vltima piè diſponentis omninò ſeruari debet.*
Eam non implens peccato ſe maculat.n.37.
V*ndè etiam arctari poteſt. n.38.*
Tardiùs implere peccatum eſt, multòq; magis non implere.
C*ontra ius naturale facit eam non implens.n.39.*
Quia priuat diſponentem, nè ſua voluntas effectum habeat.
Et turpitèr datam fidem fallit.n.48.
Poteſt propterea ob præuaricationem fidei à communione fidelium ſegregari. nu.49.
Ratio datur.n.50.
40 *Fidem datam fallere peccatum eſt.*
Fidem dare nemo cogitur.n.41.
Receptam tamen ſeruare tenetur.
Nihil enim tàm congruum eſt humanæ fidei, quã quæ placita fuere ſeruare.n.42.
Quia graue eſt fidem fallere. n.43.
Niſi fides eidem non ſeruetur.n.44.
Fides data etiam hoſti ſeruanda, multò magis amico.n.45.
Quia turpe eſt ſuam fidem ſoluere.n.46.
44 *Votum, iuramentum, vel promiſſum qui mutat in meliùs non peccat.*
47 *Sanctus* L*oth prætulit domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam.*
52 *Alternatiuę vnam partem ſatis eſt impleri.*
Secus ſi vna earum ſit reſtricta ad certum modum.n.56.
57 *Meliùs dicitur quod principalem gradum bonitatis habet.*
Quia eſt certæ rei ſignificatiua appellatio nu.59.
58 *Bono, meliùs datur.*
60 *Prouerbium. Funem retrahere. & Fiducia pecunias perdidi.n.61.*

Tt AR-

ARGVMENTVM.

Legatum pro ſacris faciẽdis Deo Altiſſimo in perpetuum, vel ad tempus, (*come meglio parerà*, *&c.*) ſi ille, cui exequutio demandata fuit, miſſas per aliquod tempus, donec pecuniæ inſumptę ſunt, fieri arbitratus fuerit, an benè arbitrium regularit? & an vti viro bono, an verò vt optimo? Quiduè melius ſit, miſſas continuatim offerri, an ſucceſſiuis temporibus in ſingulos annos in perpetuum? & quod magis ad Dei gloriam cedat? an eam quærere nos oporteat? ex illa verò quæſita clariùs Deum videbimus. In alternatiuis vnam partem eligere ſatis eſt: neq; in arbitrarijs quiſquam carpendus: Bono melius datur. Optimum autem principalem bonitatis gradum importat. Fidem verò fallere graue. Quæ promiſſa, etiam hoſti ſeruanda. Legata non exequens pij teſtatoris peccato ſe maculat infidelitatis.

RESPONSIO LIX.

1 NEmo eſt, qui ſemper viuat, & qui
huius rei habeat fiduciam. Sic
dixit *Eccleſiaſtes*. 9. 4. hanc ob
cauſam cùm certò nos morituros
eſſe ſciamus, & quòd mortui mercedem
2 ampliùs non habeamus; quia obliuioni tradetur
memoria noſtra. vt idem ibidem nos
admonet: dùm viuimus, dùm dies eſt, antequàm
nox adueniat, operemur bonum, vt
inueniamus illud, poſtquàm hinc demigra
uerimus, conſilium exequentes eiuſdem
Eccleſiaſtes eod.cap.9.& 10. ſanctè nos exor-
3 tantis, dicentiſquè; *Quodcunq; facere poteſt
manus tua inſtanter, operare: quia nec opus,
nec ratio, nec ſapientia; nec ſcientia erunt
4 apud Inferos, quo tu properas*, Quia profectò
metendi ſpatium hac vita circumſcribitur.
Meriti verò initium à Gratia, & libero arbitrio
*S.Thom. 1.2.q.71. art.5.ad 1. & q. 111.
art. 2. in corpore in fin. Gabriel Biel in can.
miſſæ lectione 29. verſ. pro cuius intellectu.
Nauar.man.prælud.7.n.2.* diximus *reſponſ.*
5 noſtra *67.n.32.& 33.part.3.* Gratiæ autem
ſubiectum nõ corpus, ſed anima eſt. in quam
illa agit formalitèr. ex *S.Thom. 1.2.q.111.d.
6 art.2.ad 1.* Ergo dùm tempus habemus operemur
bonum ad omnes. ex Paulo *ad Galatas.
6. 10.* nè veniat nox, quando nemo
7 operari poteſt. *Ioannis.9.4.* Vita enim præſens,
vt quidam dixit, continuus, ac ſolùm
fletus eſt: apud Martinum del Rio adagio
214.tom.1.

Et ſolùm fletus quidem voco ipſam,
Vt plenam laboribus, calamitatibus,
acribus lacbrimis.

8 Aleæ ludus videtur.

Inæqualis verſionis gratia, alterius ad alterum,
Voco autem. & aleam; quemadmodùm enim teſſeris
Aliàs alia iaciuntur; ſic in vita
Aliàs alia fiunt victibus varijs.

9 Eſt prætereà ſphera inſtabilis.

Atq; Orbem vertibilem ex inſtabilibus dico,
Continuæ verſionis gratia, atq; inordinatæ.

10 In tantis itaq; malis cùm vita noſtra verſetur,
dùm illa perſiſtit, de eo, quod futurum
eſt cogitemus; certè quidèm quòd cùm hinc
demigrauerimus, & nox ſucceſſerit, qui nobis
ſuperſtites erunt, nec cogitabunt de no-
11 bis, & obliuioni tradetur memoria noſtra.
Homo enim ab Hebræis *Enos*, hoc eſt obliuio
dicitur. Parum ab hoc diſcedit, quod accidit
factum. Iſabella Capycia Piſcicella anno
1610. in ſupremis ſuis tabulis quadringenta
reliquit ducatorum pro ſacris Deo faciendis,
hac lege, *E di detti integri duc.400.
ſe n'habbiano da celebrare Meſſe per l'anima
mia ſtatim ſecuta mia morte; e parte in perpetuum,
ò vero à tempo, come meglio parerà
al detto Signor Frãceſco mio marito; al quale
confido tale negotio. & in detto legato lo laſcio
eſecutore.* Vidit ſupremum diem Iſabella.
poſt eius exceſſum curat fieri ſacra pro
eius anima Franciſcus ſtatim; nec non per
aliquot annos, donec completus eſt numerus
denariorum 400. fit tamẽ Franciſco poſt
tempora per Tribunal Fabricæ queſtio: mẽtem
an adimplerit defunctæ vxoris Iſabellæ,
quæ miſſas in parte quatuorcentum in perpetuũ
celebrari mandarit? Ille adimpleuiſſe
ſe dicit, quod eius ſit arbitrio remiſſum, co-

me

Digitized by Google

me meglio parerà à detto Signor Franceſco.
12 In arbitrarijs vero damnandum neminem; quòd magis hoc, quàm illud arbitratus fuerit. cùm in vnoquoq; eorum iuſta ex cauſa moueri potuerit. ad *tex.in l.& ſi ſeuerior.3. C.ex quibus cauſis infamia irrogatur.* ex Vlpiani ſenſu lib.13.ad edictum. in *l.Labeo ait. 3.§.tametſi ff de receptis arbitris.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *bonum.Gloſſ.in cap.ſtatutum 11.§.aſſeſſorem.* verbo *relinquatur.de reſcript.lib.6. Caſtrenſ.conſ.199. viſa inquiſitione ſub n.4. in fin.lib.2.Aymon.conſ.78.nu.8.Menoch. de arbitrarijs lib.1.q.70.n.7.& 8. Marius Antoninus variar.reſolut.lib.3.cap.12.nu.5.in fin. verſ.confirmatur. Rota apud ſanct.memoriæ Gregor.XV. deciſ.106.nu.2.* diximus *reſponſ.* noſtra 19.*nu:22.part.*1. in non abſimili materia loquentes. qua nunc verſamur.

Conſulti proindè. Non in omnibus, vt voluerat, Iſabellæ voluntati Franciſcum feciſſe ſatis, ſed defeciſſe, reſpondimus.

Iſabella namq; non liberam voluntatem in hoc (quo ſcilicet ad miſſas perpetuò faciendas) demandauit, ſed arbitrium regulatum; immò reſtrictum, vt non quodcunq; ſequi poſſet, ſed id, quod melius ipſe æſtimaret. verba dennò afferamus teſtatricis.

E di detti integri docati 400.ſen'habbiano da celebrare meſſe per l'anima mia, ſtatim ſecuta mia morte; e parte in perpetuum, ò vero à tempo, come meglio parerà à detto Signor Franceſco mio marito, al quale confido tale negotio: & in detto legato lo laſcio eſecutore.

Duo proindè Iſabella teſtatrix his verbis ſe voluiſſe manifeſtauit: & quòd poſt ſuprema funera ſtatim miſſæ fierent, vt eius animæ abeunti, & iàm in termino conſtitutæ, fortaſſis verò in pœnis Purgatorij, præſentaneo remedio prodeſſent: & vt ex relictis quatuorcẽtum pars etiã aliqua in id impenderetur, vt in perpetuum ſacra fierent, Deoq; Altiſſimo, ad eius maiorem gloriam perpetuò offerrentur. Quam ob cauſam, & ſi alternatiuè loqui viſa fuerit, (*ò vero à tempo:*) alternatiuam tamen illam conſtrinxit, conſtipauitq; ex addito, (*come meglio parerà à det-*
13 *to Sig. Frãceſco mio marito*). Nedũ itàq; ad arbitrium Franciſci liberum alternatiuam illam non dimiſit, verùm potiorem, melioremq; ab eo expetijt voluntatem, electionemq;, atq; arbitrium regulatiſſimum, & meliùs, non tantùm bonum. vt nedùm vti vir bonus id arbitraretur, ſed vt optimus, meliorq; omnium. Vlpianum excipe ſententiæ huius ſectatorem lib.2. fideicommiſſorum in *l.fideicommiſſa 11.§.quamquam autem fideicommiſſum.ff de leg.3.* ſequentibus nempè loquitur.

Tamen ſi ità ſcriptum fuerit: ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi exiſtimaueris, ſi vtile tibi fuerit viſum, vel videbitur: debebitur.
14 *Non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, ſed quaſi viro bono, commiſſum relictum.* Vt id ſcilicet, quod æquum eſt videat, an ſit æquum: quod ſi eſt; non permittitur hæredi aliter interpretari. vt *Gloſſ.* ibidem verbo *arbitrium.* commentum agit. Quod
15 meliùs ſibi viſum fuiſſet Franciſco arbitrari teſtatrix Iſabella demandauit; non niſi, quod melius fuiſſet, arbitrari eum oportuit; cùm iàm miſſas in perpetuum fieri illa expreſſerit. Audias (quæſo) hunc ſenſum ſequentem, adumbrantemq; Caium lib.1. fideicommiſſorum in *l.vtrum ita poſthumus.8. §.cùm quidam.ff de reb.dubijs.* hæc eius ſunt verba.
16 *Cùm quidam pluribus hæredibus inſtitutis vnius fidei commiſiſſet, vt cùm moreretur, vni ex cohæredibus, cui ipſe vellet, reſtitueret eam partem hæreditatis, quæ ad eum peruenìſſet; veriſſimum eſt: Vtile eſſe fideicommiſſum. Nec enim arbitrio eius, qui rogatus, eſt, poſitum eſt, an omninò velit reſtituere; ſed cui potiùs reſtituat. Plurimum enim intereſt, vtrum in poteſtate eius, quem teſtator obligare cogitat, faciat, ſi velit dare: an impoſita neceſſitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum arbitrium concedat.* ſic Caius. Perpetuò fieri ſacra, Deoq; offerri, ex parte 400. mandauit Iſabella, & ſi tamen addiderit (*ò vero à tempo:*) temperauit id tamen addito illo *come meglio parerà à detto Signor Frãceſco mio marito.*) Quod meliùs eſſet, non quod liberè ipſe arbitraretur, dimiſit teſtatrix, id itaq; eum ſequi oportebat, quod magis probatum, meliùſq; eſſet ex expreſſione
17 in perpetuum per teſtatricem facta. Expreſſa enim nocent. vt *Gloſſ.* ibidem verbo *in arbitrio* adnotat, atq; etiam *Gloſſ.d.§ quamquam.* verbo *arbitrium in fin.* Adiungimus his quoq; non minori verborum lenocinio Sceuolam lib.15. reſponſorum in *l. Thais ancilla 41.§.ſorore ſua ff de fideicommiſſar. libertatib.* loquentem, diſſerièq; dicentem:
Sorore ſua hærede inſtituta de ſeruis, ità ca-
18 *uit: Volo, & à te peto ſoror ſuauiſſima: Stichum, & Damam actores meos, quos ego, quòad rationes retulerint, non manumiſi, tibi eſſe commendatiſſimos. Quod ſi ipſi tibi quoq; probentur, expoſui tibi meam ſententiam. Quæro, ſi paratis actoribus rationes reddere hæres libertatem non præſtet, dicendo eos non placere ſibi, an audienda eſſet? Reſpondeo, non ſpectandum, quod hæredibus diſpliceret; ſed id, quod viro bono poſſet placere, vt libertatem conſequantur.* his ſuam exprexit ſententiam Sceuola. Dixerat quidèm Thais ſorori ſuæ: *Quod ſi ipſi tibi quoq; probentur.* ſcilicet vt manumittas, vt *Gloſſ.* ibidem verbo *probentur.* commentum agit. & nihilominùs, quamuis manumittere nollet; libertatem daret damnatam eſſe Sceuola reſpondit: Quia boni viri arbitrium ſequi hæredem oportebat, non quod ſibi ex auaritia, vt ſeruos detineret, probabatur. perpetuas miſſas exprexit teſtatrix; temporales autem pro parte eatènus iniunxit, quatènus meliùs

æſtimaret Franciſcus vir, non ex eius arbi-
19 trio ſimpliciter, ſed meliori. Hoc melius
itàq; arbitrium eum ſequi oportuit, vt quod
magis expediens ſaluti animæ fuiſſet teſta-
tricis arbitraretur, vt ad maiorem Dei glo-
riam id cederet, atq; ex eius maiori gloria
exoptata, magis excreſceret ergà Deum
charitas, & ex charitate magis animæ gloria
exuperaret. vt infra probabimus. Nec mino-
ri lepore Vlpianus lib. 6. diſputationum in
*l. fideicommiſſaria libertas 46. §. cæterùm ſi
arbitrium ff. de fideicommiſſar. libertatibus.*
hunc ipſum ſenſum conſectatus eſt. verba
damus eius, vt nobis proficiant ad rē iſtam.
20 *Cæterùm ſi arbitrium illi* (hæredi ſcilicet)
*quaſi bono viro dederit, non dubitamus, quin
libertas debeatur. Nàm & eam libertatem
deberi placuit: Si tibi videbitur peto, vt ma-
numittas. Ità enim hoc accipiendum eſt, ſi
tibi, quaſi bono viro videbitur. Nàm & ità
relictum: Si voluntatem meam probaueris;
puto deberi: Quemadmodùm ſi te demerue-
rit; quaſi virum bonum. vel, ſi eum probaue-
ris. vel, ſi non reprobaueris. vel, ſi dignum
putaueris. Nàm & cùm quidam Græcis ver-
bis ità fideicommiſſo reliquiſſet: Illi, ſi proba-
uerjs, libertatem dari volo; à Diuo Seuero re-
ſcriptum eſt, fideicommiſſum peti poſſe. Quã-
quam autem in hæredis arbitrium conferri,
an debeatur, non poſſit, quando tamen debea-
tur conferri poteſt.*

Non alitèr Franciſco viro Iſabella arbi-
trari permiſit, niſi quod ſibi meliùs videre-
21 tur. Secundùm itàq; regulatiſſimum arbi-
trium eum agere exquiſiuit, nedùm ſecun-
dùm regulatum, cùm ei quod meliùs pro-
baretur iniunxit. iuxtà Alexandri Tertij re-
ſponſionem in *cap. cùm de tua. 2. de corpore
vitiatis*: illis verbis: *Vt eum conſilio ſuffra-
ganeorum ſuorum, quod exindè ſibi viſum
fuerit, exequatur.* hoc eſt, quod idoneum ſit,
& iuſtum, ſecundùm *Gloſſ.* ibidem verbo
viſum fuerit. quod magis proindè probare-
tur, ex aliorum virorum doctiorum iudicio,
hoc ſequi arbitrium Franciſcum oportebat,
non quod ſibi quoquo modo videbatur; ſed
quod melius. ex *Bart. in Gloſſ.* verbo. *videbi-
tur. in extrauaganti ad reprimendum. nu.* 8.
ſequiturq; *Nauar. conſ 12. quæſitum eſt n. 2.
lib. 1. de tempor. ordinand. Menochius latè de
arbitrar. lib 1. q. 9. & de præſumption. lib. 4.
præſumpt. 125. nu. 4. & ſeq. Cardin. Mantica
de coniectur. vltimar. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 4.
Rota apud Coccinum deciſ. 373. n. 1. & deciſ.
431. n. 1. & in recentioribus part. 2. deciſ. 329.
n 4. & apud Card. Caualer deciſ. 249. n. 1. &
deciſ. 278. n. 1. Garſias de benefic. part. 11. cap.
2. n. 8. Flores de Mena lib. 1. q. 10. n. 47.*

Probamus autem, firmioremq; hanc red-
dimus propoſitionem ex ſacrorum Theolo-
22 gorum quoq; ſententia: quòd, & ſi quidèm
animabus in Purgatorio pro reſiduis pec-
catorum purgantibus, vt indè facilius extra-
hantur, ſupra modum ſint adiumento Miſ-
ſarum ſuffragia, quæ multiplicatò offeruntur
ex Gregorio illo Magno in *can. animæ de-
functorum 22. 13. q. 2.* & ſacroſancta Triden-
tina Synodo *in decreto de purgatorio in ini-
tio ſeſſionis* 25. potiſſimum vero acceptabili
altaris ſacrificio iuuari, (dicentis) animas in
Purgatorio detentas. & ex Concilio Floren-
tino ſub Eugenio IV. in litteris vnionis
*§. Item definimus. tom. 3. Conciliorum fol.
mihi* 476. quod ſanè ſequentibus id piè ex-
primit: *Et vt à pœnis huiuſmodi releuentur*
(animæ videlicet in Purgatorio degentes)
*prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia,
Miſſarū ſcilicet ſacrificia, orationes, & elee-
moſynę, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus
fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſti-
23 tuta.* Quia nimirum remedium animabus
illis purgantibus adhibetur, vt faciliùs ab il-
lis ſoluantur, quæ quidem ſi non adhiberē-
tur, non ita facilè ſoluerentur. ex *S. Thom.
quodlibet. 6. q. 8. art 13. & in 4. ſententiarum
diſtin. 45. q. 2. art. 2. ad 4. S. Antonino in
ſum. part. 1. tit. 10. cap. 2. §. 5. in fin. verſ. item
cùm quæritur. Nauar. manuali cap. 17. n. 68.
& conſ. 9. Ex Concilij Tridentini præſcri-
pto. lib 3. de celebratione Miſſarum. nu. 2. &
ſeq.* plures alios retulimus *reſponſ.* noſtra
29. n. 25. part. 1.
24 Nihilominùs tamen, quòad inſtituētis me-
ritum, atq; propter Dei præponentis gloriam
25 maiorem, quam curare pro viribus tene-
mur. iuxta illud Ioſue 7. 19. *Fili mi: Da glo-
riam Domino Deo Iſrael.* & 1. Regum 6. 5.
Dabitis Deo Iſrael gloriam. & illud Eccleſia-
ſtici 35. 10. *Bono animo gloriam redde Deo.*
Illudq; Hieremiæ 13. 16. *Date date Domino
Deo veſtro gloriam antequàm contenebre-
ſcat.* hoc eſt dùm tempus vitæ ſupereſt. &
Ioannis 9. 24. Cœco nato, qui à Domino
Chriſto fuerat illuminatus, Phariſæi dixerūt.
Da gloriam Deo. diximuſq; *reſponſ.* noſtra
*4. num. 53. & 54. part. 2. & reſponſ. 34. num.
18. & ſeqq. part. 3.* ac meritum multitudinis
eorum, qui miſſis intererunt; maiuſq; eorum
commodum, qui eas reliquerunt, plùs va-
lent ſucceſſiuè per longa tempora conti-
26 nuata ſuffragia. propter quam cauſam inſti-
tuta anniuerſaria pro ijs, qui ex hac vita ex-
ceſſerunt, in Dei Eccleſia intuemur. poſt *Pa-
ludanum in 4. d. diſt. 45.* ſequitur S. *Antoni-
nus in ſumma d. par. 1. tit. 10. cap. 2. §. 5. in
fin. verſ. item cùm quæritur. Turrecremata*
Cardinalis S. Sixti *in can quia alij 24. 13. q. 2.
Gabriel Biel in can. miſſæ lectione 58. verſ.
ſed hic incidit. Paulus Fraxinella* ex ordine
Sancti Auguſtini *de Sacerdotum obligatio-
nibus ad miſſas celebrandas ſect. 4. concluſ. 4.
§. 6. num. 1. 2. & ſeqq. Petrus Binsfeldius
lib. receptarum in Theologia ſententiarum
ſect. 5. membr. 2. concluſ. 11. fol. mihi* 1082.
*Cenedus quæſtionum canonicarum q. 31. n.
16.* diximus *d. reſponſ.* noſtra *29. num. 26. &
27. part. 1.*

27 Quia

27 Quia profectò ex maiori, quam quærimus, Dei gloria, maior in nobis augetur ergà Deũ ipsũ ſuper omnia dilectione proſequẽdũ, charitatis augmentum. Quantò enim magis Dei gloriam in præſenti vita quærimus, magis in Deum tendimus; qui eſt vltimus finis beatitudinis noſtræ; tantòq; ma-
28 gis Deo appropinquamus (appropinquamus autem non paſſibus corporis, ſed mentis affectibus) quantò magis eum diligimus; Charitas nempè, qua Deum ſuper omnia diligimus, propinquitatem cum Deo facit, quia per ipſam mens Deo vnitur. vt *S.Tho-*
29 *mas 2.2.q.24.art.4. in corpore.* docet. At quanto magis Deo mente vnimur per charitatem, tantò magis eo perfruemur in æterna gloria, in qua perfectè ei adhærentes in eo quieſcemus, eoq; perfruemur. ex *S.Tho. d.q.24.art.9.in corpore in fin.* Qui ergo magis Dei gloriam quærunt, ei magis vniuntur
30 per charitatem, & gratiam, quæ idem ſunt, vel ſaltim vna non eſt ſine altera. vt *Gloſſ* inquit *in clement vnic. §.fin.* verbo *informant gratia.de ſumma Trinit.& fide catholica.* quam ſequitur *Nauarr.de oratione, & horis canonicis miſcellaneo 39.ſub n.63.paulò poſt initium* ex *S.Thom 1.2.q.110.nu.1.2.& 4.& eod.tract.cap 20.n.34. verſ.quarta cõcluſio.*
31 ergo magis ei vniemur per gloriam, quæ nõ datur, niſi, qui per gratiam gratum faciẽtem Deo vnitus fuerit. iuxta Cithatedi illud Pſal. 83.12. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.* & illud Apoſtoli ad Roman.6.23. *Gratia autem Dei vita æterna.* S.Thom.1.2.q.111.art.3.in corpor. quatenus probat ex quinq; gra-
32 tiæ effectibus vnum eſſe, ad gloriam peruenire. & *q.114. art.2.* probans ſine gratia neminem mereri vitam æternam. facit *text.* Gregorij Magni in *can.quælibet occulta.10. diſt.40.* quatenùs docet: ſine gratia Dei animas ſaluari non poſſe. ſequitur *Nauarr.in can ſi quis poſitus.2.de pœnitent.diſt.7.n.17.*
33 Magis ergo animæ proficuum cedit, maiorem Dei gloriam quærere; quia magis ei
34 vnitur per charitatem anima, per gratiam ſcilicèt Spiritus ſancti, per quam conſors factus homo diuinæ naturæ adoptatur in filiũ Dei, cui debetur hęreditas ex ipſo iure adoptionis, ſecundum illud *Roman.*8. ſi filij, & hæredes. vt inquit *S. Thom.1.2.q.14.art.3. in corpore in fin.* ac conſequenter eo magis
35 eidem per gloriam vnietur. per miſſarum autem perpetuò celebrandarum impoſitionem magis Dei gloria augetur, vt diximus: hanc verò maiorem Dei gloriam perquiſiuit teſtatrix cùm perpetuò fieri ſacra, Deoq; offerri, elegit; hanc ergo viam ſequi Frãciſcum oportuit, quod id meliùs in animæ cederet commodum teſtatricis. non elegit. defecit proindè à diſponentis voluntate, & mente, nec illud elegit, quod meliùs erat; & vt me-
36 liùs eligeret demandatum ei fuerat. Quia verò vltima diſponentis voluntas omnimodis ſequenda eſt, illaq; ſeruanda. ex Gregorio *can.vltima voluntas.4.13.q.2.* Qua lex eſt. *§.diſponat.in auth.de nuptijs collat.4. l.2. C.de ſacroſanctis Eccleſ.* cogendus vtiq; Franciſcus erit, vt voluntatem impleat teſtatricis, miſſas perpetuò fieri curando, vt illa demãdauit certo dato redditu in annos ſingulos, vel corpore, vndè redditus pro ſacerdotibus ſacris operaturis percipiantur. Alioquin
37 peccato ſe inficit hæres, vel piæ voluntaris exequutor, qui exequutionem demandatorum ad pia per defunctum teſtatorem, ne-
38 gligit, vndè arctari iurè poteſt *can.qui oblationes.9.& 10 13.q.2. can.Syluester 13.11. q.1.can.decimæ 68.16.q.1.* ex Auguſtino dicente: *Si tardiùs dare peccatum eſt, quantò magis peius eſt peccatum, non dediſſe?* eſt quoq; *tex.in cap.licet.6.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *priuandum. & Abb.num.5.de voto, & voti redemptione. Nauarr.man.cap.17. num.68. & num.117. & cap.25. num.65. & conſ.9. num.6. lib.3. de emption.& vendit.* Quia
39 contra ius eſt naturale, aliquem priuare, nè diſpoſitio de re ſua piè facta, effectum habeat. *Nauarr.d.conſ.9.num.9.circà fin. de celebrat.miſſarum.* diximus *reſponſ.* noſtra *7.n.9.p.1.*

Fit autem hæc noſtra magis firma ſpeculario ex ratione, quam teſtatrix adiunxit, quam ob cauſam hanc ſuam voluntatem Franciſci viri meliori demandauit arbitrio, quia in illo fidebat, dicens, atq; ſubiunges: *Al quale confido tal negotio;* miſſarum ſcilicet, perpetuò fiendarum. Fidit propterea illi tale negotium. non ergò fidem fallere ſibi demandatam oportuit Franciſcum, nè quod meliùs eſſet eligeret. Seruare proindè eum oportuit fidem ex eius perſona, quia vit eius eſſet, conceptam. Non ſeruauit, vt quod me-
40 liùs eſſet, eligeret. Fidem idcircò fefellit. peccauit proindè, malèq; egit. Fidem ergò vt ſeruet cogendus. exindè nempè executorem ſcripti legati eum reliquit, quia fidebat ei, ſubiungens: *Et in detto legato lo laſcio eſecutore.* Exequi propterea oportebat eum, quod diſponens amauerat, eiq; demandauerat; perpetuò offerri miſſas imponendo, ſe-
41 cundùm id, quod meliùs ei videretur. Nullus quippè fidem recipere cogitur, at benè, receptam retinere, atq; ſeruare. ex Auguſtino in epiſt. ad Bonifacium Comitem apud Gratianum *can.qui nos poteſt.43.in fin.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *cogentem.23.q.4.*
42 Quid enim tàm congruum eſt humanæ fidei, quàm ea, quæ inter eos placuerunt, ſeruare? Vlpianus tradit proprijs verbis lib.4.ad edictum in *l.1.in princ. ff.de pactis.* Fidem fefellit, peccauit proindè, & grauitèr:
43 *Quoniam graue eſt fidem fallere.* idem loquitur Vlpianus lib.55. ad edictum. rationem reddens in *l.1. in fin.princip. ff.de conſtitut.pecunia.* argumentumq; firmamus ex Gregorio in *can.ſi infidelis 2.28. q.2.* & ex co-

eodem in *cap.peruenit ad not.3.de iur.iur.*
44 *extrà*.quatenus ex illo habetur:non peiera-
re illum, qui iuramentum, vel promiſſum
in melius commutat;vel ſi fidem non ſeruat,
quod pariter ſeruata illi non fuerit. peiera-
bit ergò,qui promiſſis non ſtabit, vel datam
fidem,nullo in aduerſum obſiſtente, feſelle-
45 rit. Quando, quæ promittitur fides, hoſti
quoq;contra quem bellum geritur, ſit ſer-
uanda:multòq; magis amico. ex Auguſtino
ad Bonifacium epiſt.207. relato in *can.noli
aſtimare 3.§.hoc ergò.23.quaſt.1.* Turpe eſt
46 enim ſuam fidem ſoluere.ex Ambroſio lib.
officiorum 3.cap.10.à Gratiano relato *can.
innocens.23.in fin.22.q.4.* & ex eodem in
can. offerebat Sanctus Loth 12.in fin. ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo *apud Barbaras nationes.
32.q.7.* eruditiſſimis illis verbis de Sancto
47 Loth loquente:*Praferebat domus ſua vere-
cundia hoſpitalem gratiam,etiam apud Bar-*
48 *baras gentes inuiolabilem*. Turpitèr ergò
fidem feſellit defunctæ vxori Franciſcus,
quod melius eſſet,vt illa optauerat, quòad
miſſas perpetuò dicendas, non exequendo.
peccauit proindè; quia in re graui promiſ-
49 ſam ſoluit fidem. propter præuaricationem ergò
fidei, & contemptu voluntatis defunctæ
vxoris à communione, & conuiuio Catho-
licorum extraneus haberi merebitur.ex Au-
relianenſi Concilio primo. in *can.id conſti-
tuimus.36.§ſeruus etiam.in fin.17.quaſt.4.*
ex Concilio Carthaginenſi quarto in *d.can.
qui oblationes.9.*& Concilio Vatenſi *can.qui
oblationes.10.13.q.1.* rationem reddente:
*Quia vſq; ad inanitionem fidei peruenire
certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbatio-*
50 *nem: Quia,& fideles de corpore recedentes,
votorum ſuorum plenitud ne; & pauperes
conſolatu alimonia,& neceſſaria ſubſtenta-
tione fraudantur.*
51 Non itàq; obſtaculum facit,quod in initio
aſſumebatur, in arbitrarijs neminem dam-
nandum;quòd vnam magis,quàm alteram
52 ex duabus elegerit partem. Cùm ſat eſſe de-
beat vnam alternatiuæ partem exitum ha-
buiſſe.ex regula *in alternatiuis.79. de regul.
iur in 6.cap.inter cæteras.4.§ fin.* ibidemq;
*Gloſſ.*verbo *quodcunq; de reſcript. extrà. l.ſi
quis ità ſtipulatus fuerit. 129.ff.de verbor.
obligation.l.ſi haredi plures.5.ff de condition.
inſtitut* ibidemq; *Gloſſ.*verbo *cuilibet. Rota
apud Cardinal.Manticam deciſ.81. num.4.
& apud Cardinal.Seraphinum deciſ.1165.
num.8. & apud Cardin. Caualerium deciſ.
265.num.3.*diximus *reſponſ.*noſtra *29.nu.3.
& reſponſ.62.num.43.part.3.* Atq;ex S.*An-
tonino in ſumma d.p.1.tit.10. cap.2. §.5.in
fin.verſ item cùm quæritur:* neuter horum
53 modorum reprehenditur: Quia nimirùm
*fieri poteſt bona intentione, & anniuerſa-
riorum electio,vt Deus clariùs videatur per
opus magis ſibi honorificum, & multitudo
miſſarum ſimul dicendarum, vt Deus citiùs
miſereatur,nè diutiùs torqueatur.* Sanctum
Antoninum,qui ex *Paludano* accipit,ſequi-
tur *Turrecremata in d.can. quia alÿ.24.13.
q.2.Fraxinella de Sacerdotum obligationib.
actl.ſect 4.concluſ.4.§.6.num.2.in fin.* & ſe-
quuti nos fuimus,retulimuſq; *d.reſponſ.29.
nu.28.par.1.*
54 Locum id ſanè haberet, nec abnuimus, ſi
teſtatrix in arbitrium dumtaxat Franciſci
viri miſſas dicendas demandaſſet.ſatis nam-
què feciſſet vnam ex duabus partibus arbi-
trando. illa verò nè regulatum quidem ex-
quiſiuit arbitrium,verum & meliùs; vt id ſe-
queretur Franciſcus vir, quod melius ſibi
videretur. Nihil autem ſibi meliùs videri
poterat, quam quòd perpetuò ſacra in ſin-
gulos annos fierent,vt honorificentius Deus
glorificaretur, ipſaq; ex opere Deo magis
55 accepto, clarius Deum ipſum videre me-
reretur. ex S. *Antonino* paulò ante relato.
56 Non itaquè aliter eum arbitrari oportuit,
niſi quod melius eſſet,cùm ex alternatiuis,
eſſet ei omnino reſtricta, compreſſa, atquè
freno quaſi retenta, altera, vt non niſi quod
meliùs,eum ſequi maneret neceſſitas. non
ſatis proindè fuit bonum ſequi, niſi melius,
57 & optimum, (*come meglio*) vt principalem
ſcilicet bonitatis gradum haberet,ſequere-
58 tur. Et ſi enim bono meliùs ſit: *Cùm tamen
optimum quiſq; ſtipulatur ,id ſtipulari in-
telligitur,cuius bonitas principalem gradum
bonitatis habet.*verba ſunt Vlpiani lib.21.ad
edictum in *l.vbi autem 75.ff.de verborum
obligat.*ſatis concionè, affabréq; rem hanc
noſtram delineantia. Optimum quod eſſet
teſtatrix iniunxit(*più meglio*)fuit igitur cer-
59 tæ rei ſignificatiua appellatio, vt miſſæ per-
petuò fierent. vti ex verbis Vlpiani in fine
colligitur *d.l.vbi autem.*& *Gloſſ.*ibidem ver-
bo *appellatio.* ideſt *optimi.* infert.Non potuit
proindè in aliam inclinare partem arbitriū
Franciſcus, quàm in optimum, vt miſſæ in
perpetuum celebrarentur. Quia alia pars,
quàmuis bona videretur, ſibi compreſſa
erat. Quàmuis igitur bonum eligit, non ta-
men optimum. hoc damnum intulit teſta-
trici, quæ ex maiori Dei gloria, maiorem
exoptauit cum eo coniunctionem,eoq; cla-
riùs perſpecto in æternum frui, atq; in eo
60 quieſcere.Funem proindè retrahere debet,
vt prouerbio fertur, atq; miſſas in perpetuū
fieri curare, vt voluntati fiat ſatis Iſabellæ,
ipſeq; conſcientię lancinatibus ſe abſoluat,
quaſi infidelis fuerit, non defunctæ fidelis
vxori; quæ illa conqueri valeat paremia:
Fiducia pecunias perdidi.

Atq; ità ex his,iudicio non abiecto ſanio-
ri,melioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

Franciſcum cum Fabricæ Miniſtris tran-
ſegiſſe,accepimus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Verbamentem,& ſenſum indicant diſpontis.
Eis proindè inſiſtendum.n.2.
3 Vitâ vbi præfinita eſt, vt aliquis ad ſoluendum quidquam teneatur; illa extincta, & obligatio quoq; extinguitur.& n.7.
Legatum ad vitã relictum eatenus debetur, quatènus vita perdurarit, & ad tẽpus relictum, tempore expleto intercipitur. n.5.
Legatum quoq; ob cauſam datum, quatènus cauſa ſubſtiterit,debebitur. n.6.
A cauſa namq; determinatur.
Vt ipſa adempta cauſa legatum deficiat. n.8.
9 Penſio ob cauſam reſeruata, cauſa ceſſante, extinguitur.
Quocunq; modo cauſa ceſſauerit. n.10.
Determinatur ex cauſa, ob quam impoſita fuit. n.8.
11 Penſio reſeruata alteri ſoluenda, donec tu vixeris, nè diſpendium patiaris, ſicuti morte extinguitur. quemadmodùm vſusfructus. n.19.
Ita quoq; & ceſſione Eccleſia.n.31.
Quia conditionalitèr reſeruata videtur. n.41.
Vndè attendenda erit reſeruatio ipſa penſionis,vt loquitur.n.20.
12 Reſignatio, ſeu Eccleſiæ ceſſio pro morte habetur.
Quia pro mortuo habetur reſignans, cùm illius curam non obtineat ampliùs. nu.14.& n.28.quòd ſi id tentauerit,de gradu cadet.n.29.
13 Eccleſia viduata dicitur, quæ inutilem habet Epiſcopum.
Quia mortuus æſtimatur.
Cùm operari non poſſit. & n.14.& 15.
Quemadmodùm ſoluta dicitur à lege viri, per reſignationem, per quam vacat. nu.32.
Vacatquè etiam depoſitione,& renunciatione.n.28.& 41
14 Ceſſione ius omne abdicatur à cedente.ſicuti à mortuo.
15 Mortuus æſtimatur,qui operari non poteſt.
Quemadmodùm & qui capite minuitur. n.16.
Et in cuius locum alius ſuccedit. n.27.
Et qui profitetur in religione.n.29. & qui deponitur. n.41.
Et qui Eccleſiæ renunciat.n.18.
16 Societas morte extinguitur.
Sicut & deportatione.n.18.
Et publicatione bonorum.n.27.
17 Capitis diminutio quid?
18 Vita,& ſpiritu, quod caret,vitam alteri, & ſpiritum tribuere minimè poteſt.
19 Adagium.Mortui non dolent.expenditur.
20 Lazarum ſolui, Dominus præcepit, & vt eum abire ſinerent.
21 Mors naturalis vbi expenſa in diſpoſitione fuerit,non extẽdenda diſpoſitio ad mortem ciuilem.
Declara tamen n.24. & 25.
22 Fideicommiſſum aperiendum poſt mortem, de naturali exauditur, non de ciuili.
23 Cedere,& decedere inter ſe differunt.
24 Morte ſoluuntur omnia.
Mors ciuilis (quòad quadam) eundem parit effectum,atq; mors naturalis..n.25.
Præſertim verò ſi eundem effectum mors operatur ciuilis,atq; naturalis.n.28.
Ita vt matri legitima debeatur per mortem ciuilem filij per profeſſionem. n.29.
26 Translatus de vna Eccleſia in aliam, quòad primam mortuus reputatur.
Quòd ſi ſe priori immiſcuerit amplius, à gradu cadet.n.29.
28 Mulier iudicio Eccleſiæ à viro ſeparata vidua dicitur.
Et vir eius mortuus æſtimatur.& ſoluta eſt à lege viri per mortem. n.32.
29 Profeſſus in religione mortuus æſtimatur.
29 Obligatio ſicuti morte naturali extinguitur,ita etiam & ciuili.
30 Penſionis reſeruatio relatiua dicitur ad cõcordiam inter partes initam.
32 Ratio vbi eſt vna,idem ius dari debet.
33 Penſio onus eſt reale.
Licèt quòad ſoluentem perſonale dicatur. n.35.
Eccleſiam proindè ſequitur. n.34.
Qui ergo obtinet illam, penſionem ſoluere tenetur.
36 Indemnitatis promiſſio hoc natura ſua annexum habet, vt damnum probet, qui indemnis haberi voluerit.
37 Petens quod non ſibi debetur,iniquè agit.
Vt aliena rapere videatur.
38 Prouerbium. Vide nè damnum effuſi vnguenti compenſare tibi quæras. Vt Iudas.
39 Prouerbium.Sapienti, & philoſophico ore prolata ſententia.
In foueam dare,quam ipſe feciſti.n.40.
40 Decipitur,qui alios decipere tentat.
42 Nemo retinere, vel dare poteſt,quod non habet.
43 Penſio ſine aſſenſu Titularis reſeruari non poteſt.
Et reſeruata,nulla eſt.
44 Prouerbium. Conſerere manus. eſt victum ſe fateri.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata ad vitam alterius, dumtaxat, & non vltrà, nè nimium diſpendium pateretur is, qui aliàs ad ſolutionem tenebatur penſionis, cum clauſula, quòd moriente penſionario, vel ſi tu illum morte præueneris, penſio ſit caſſa, & extincta; an ſi renunciet is Eccleſiæ Parochiali, vt nullum propterea ſubſtineat ampliùs onus penſionis ſoluendæ, ſit nihilominùs penſio extincta? Et an ciuilis mors, naturali in hoc æquetur, vt quaſi mortuus per reſignationem habeatur? diſſeritur nec inutilitèr.

RESPONSIO LX.

DIdacus Florentinus Parochus Parochialis Eccleſiæ Sancti Thomæ ad Capuanã in Vrbe Neapolitana, Parochialem præfatam permutauit cum Matthæo Græco Parocho Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Niues in ſuburbio Plagæ Vrbis eiuſdem, expeditis Bullis in Romana Curia. Verùm quia ſuper fructibus Parochialis iàm dictæ Sancti Thomæ reperitur reſeruata penſio annua ducatorum auri de Camera 18. qui faciunt ſummam ducatorum triginta monetæ Regni Neapolitani pro Paulo Squillante Canonico Cathedralis Neapolitanæ: & Græcus onus hoc ſubire recuſaret; Didacus qui ſalubrioris, fœliciorisq; Cœli deſiderio tenebatur, ſe Græcum ipſum ſubleuare obtulit, vita tamen perdurante dicti Pauli dumtaxat, vel ipſius Græci, vt vno eorum decedente, penſionis paritèr onus decederet, caſſumq; eſſet. Sic in pactis firmatum inter eos, & ità quoq; à Sancta Sede indultum, Bullis expeditis. Didacus, poſt poſſeſſionem vtrinq; permutationis iurè acceptam, ſolutioni penſionis præfatæ ſtat, donec Græcus in Parochiali Sancti Thomæ Parochus perdurat. Sed, vt eſt hominis mutare conſilium, ipſe Græcus Parochiali prædictæ pro Cæſare Iacenda cedit, reſeruata ſibi penſione annua ducatorum monetæ Regni ſeptuaginta duorum, adiecto pacto, quòd Iacenda ſoluat quoquè dicto Squillanti penſionem illam annuorum ducatorum 18. auri de Camera facientium ſummam ducatorum triginta monetæ Regni. Annuit ſupplicatis Sanctiſſimus, atq; expeditis Bullis, Iacenda Parochialis Sancti Thomæ poſſeſſionem ingreditur. Græcus liber factus, & ab animarum cura, & à ſolutione penſionis prædictæ ducatorum triginta Squillanti: ſibi hoc ius ceſſiſſe penſione hac perfruendi putat. Didacus verò apertis oculis, videns *actuum. 9. 7.* penſionem iàm defeciſſe, Græco reſpondet; illam conſtituiſſe ad ſubleuamen eius, nè grauaretur ex permutatione. iàm ceſſiſſe per reſignationem pro Iacenda, (qui curæ incumbit) a Parochiali Sancti Thomæ. non teneri proindè ſibi ſoluere ampliùs, qui penſionis præfatæ ſoluendæ Squillanti onere non premitur. perindè haberi, ac ſi vita exceſſiſſet, qui à Parochiali exceſſit. Fit igitur cauſæ ſtatus: ſint nè ità firma Didaci iura: Græcum à penſione deceſſiſſe, ſicuti à Parochiali deceſſit; conſequentèrq; ab onere ſoluendi illam Squillanti; pẽſionemq; extinctam eſſe reſignatione, ſicuti diei vltimi termino periſſet?

Et quidèm Didaci iura firmiſſima eſſe aſſeueramus. Hoc autem vt præſtemus; Bullę reſeruationis penſionis præfatæ ducatorum triginta Squillanti ſoluendorum, in medium afferamus oportet. Illa quippè negotium dirimunt, tectèq; vt par eſt, expenſa Didaco
1 dant palmam. Nàmq; verbis mens aperitur, & ſenſus diſponentis. ex *Ariſtot. 1. peribermenias*. dixitq; Celſus ex Labeonis ſenſu in *l. Labeo 6. §. id Tubero. ff. de ſuppellect. legat.* & ex Diuo Gregorio 26. *moralium cap. 7.* Gratianus in *can. humanæ aures.* 11. 22. *q. 5.*
2 Verbis proindè inſiſtendum diſponentis, vt mentem teneamus eiuſdem. ex Marcello in *l. non aliter 67. in princip. ff. de legat. 3. l. voluntatis defuncti quæiſto 7. & Gloſſ. ibidem final. C. de fideicomm.*

Nos tibi (his Summus Pontifex Romanus colloquens diſponit) *nè ex reſignatione huiuſmodi nimium diſpendium patiaris de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, &c. Tibi penſionem annuam, &c. decem, & octo ducatorum, ſummam triginta ducatorum monetæ Regni Neapolitani, vt aſſeris, conſtituentium. Tibi, quòad dictus Paulus vixerit, dumtaxat, & non vltrà; Si tamen interim tu ſuperſtes eris, ſin minus donec tu vixeris dumtaxat.*

Facitq; hoc ipſum apertiſſimum, hanc fuiſſe Summi Pontificis mentem, quod ſubſequitur ex verbis eiuſdem; ſic nempè illa:

Durante tamen vita dicti Pauli dumtaxat, & non vltrà. Ità quòd illo vita defuncto; ſeù teipſi Paulo præmoriente; in vltimum euentum huiuſmodi dicta penſio per præſentes reſeruata, ceſſaſſe, intelligatur eo ipſo, & Didacus, & eius ſucceſſores prædicti ad illius ſolu-

*ſolutionem ampliùs non teneantur perſol-
uendam*, his omnibus in præfatis litteris Sū-
mus Pontifex.

Duo itaq; ex his inſerenda. Vnum, pēſio-
nem præfatam reſeruatam quidem fuiſſe
pro Mattheo Græco; nè ipſe, dùm in huma-
nis ageret ex eius ſolutione Paulo facienda
nimium diſpendium pateretur, vt hoc ferret
commodum, qui ex permutatione Didaco
ſalubriorem aerem, Cœlumq; fœliciorem
ceſſiſſet, vt ille Cęlo amęniore, ipſe verò ma-
ioribus frueretur pecunijs.

Alterum verò: nullum aliud commodum
ex reſeruatione percepturum Gręcum, niſi,
vt non ex ſuis penſionem 30. Paulo ſolueret,
releuaretur proinde a ſolutione prædicta, ex
proprijs aliàs facienda. Hac propterea ex
cauſa adiectos fuiſſe duos illos terminos,
quibus penſio huiuſmodi concluderetur.
primus; vt vita dumtaxat perdurante Pauli,
cuius ad fauorem ſuper fructibus Parochia-
lis S. Thomæ reſeruata illa fuerat, penſio ſol-
ueretur. Altera verò, vt ſi Græcum vitæ ter-
mino Paulum præueniſſe contingeret, cùm
ipſe ad penſionem ſoluendam nequaquam
ampliùs teneretur, finem videret, extingue-
returq; penſio. His ità præmiſſis, formemus
ſyllogiſmum.

Penſio hæc triginta Græco ſoluenda per
Didacum, reſeruata fuit, nè ille ex permuta-
tione cum Didaco facta; in fructibus Eccle-
ſiæ S. Thomæ, ſuper quibus talis penſio pro
Paulo conſtituta fuerat, nimium grauate-
tur, nequè diſpendium pateretur. Per
ceſſionem verò Parochialis pro Iacenda fa-
cta, nullo ipſe Græcus onere grauatur am-
pliùs, neq; diſpendio ſoluendi Paulo penſio-
nem prædictam afficitur. Ceſſauit ergò pen-
ſio, atq; fuit extincta. non itaq; eius ſoluendę
obligatio Didacum tenet ampliùs.

Maior ex ſe certa, quam nequè Græcus
abnegat. probatur nihilominùs ex verbis ip-
ſis litterarum reſeruationis, quæ non multò
antè attulimus: *Quoad dictus Paulus vixerit*
3 *dumtaxat, & non vltrà.* Perpenſa propterea
Pauli vita dumtaxat fuit, vt eatènus Didacus
ad ſoluenda triginta in ſingulos annos, pen-
ſionis nomine, Græco teneatur, quatènus
Paulus vita ſuperſtes fuerit, non vltrà. ne vi-
uente Paulo, penſionemq; extrahente, gra-
uaretur Græcus. nō quòd Græco quicquam
commodi aliud, (hoc excepto, vt releuare-
tur) accederet. Firmam rem hanc ratione
reddimus ex Modeſtino in *l. Titia cum te-
ſtamento.* 35. *§. Titia cùm nuberet. ff. de le-*
4 *gat* 2. Legarum quippè Caio Seio viro à Ti-
tia quandiù viueret relictum; eatènus eidem
deberi Modeſtinus reſpondit, quatènus vitæ
frueretur aura; poſt eius verò mortem ad
5 hæredes deuolui Titiæ. quia legatum, ſiue
quid aliud, ad tempus relictum, tempore ex-
pleto intercipitur, & finem videt. *l. vlt. C de
legat. l. legatum ita eſt* 17. *& ibid. Gloſſ.* ver-
bo *ſingulos. ff. de annuis legat. cap. nuper* 6.
de donationib. inter virū, & vxor. vbi Gloſſ.
verbo *vixerit*, quæ allegat *tex. in l. ſi pater.* 3.
C. de vſufructu, & habitat. Pariſ. conſ. 109.
n. 38. *lib* . *Surdus deciſ.* 346. *n.* 11. *Rota apud
Cardin. Mantieam deciſ.* 19. *n.* 1. *& ſeq.* dixi-
mus *reſponſ.* noſtra 48. *nu.* 27. *& ſeq. part.* 3.
6 Quemadmodum legatum, ſiuè quid aliud,
ob cauſam datum; ſecūdùm ipſammet cau-
ſam determinationem admittit, vt eatènus
debeatur, quatènus cauſa ſubſtiterit. iuxtà
Papiniani ſenſum in *l. Seio amico.* 10. *ff. de
annuis legat. & ibidem Bart.* ſequuta fuit
Rota apud Duranum Epiſcopum Vrgellen.
7 *deciſ.* 339. *nu.* 22. *part.* 2. Vbicunq; itaq; vita
exceſſiſſet Paulus, quamuis Gręcus ſuperſtes
fuiſſet, eſſet nihilominus extincta penſio;
quia cauſa ceſſaſſet, propter quam ad illam
ſoluendam erat Didaco onus iniunctum. Il-
la enim perdurāre cauſa, vita videlicèt Pau-
li, reſeruata fuerat. Illa propterea caſſa, effe-
ctus quoquè ceſſabit ſolutionis illius. teſtatā
rem hanc faciet Sceuola in *l. alumnæ ſuæ* 30.
§. Seia liberta. & ibidem *Bart. ff. de adimend.*
8 *legat.* quatènus probat: legatum ob cauſam,
factum, dempta cauſa deficere. ſequitur *Ol-
dradus conſ.* 201. *ſub nu.* 1. *verſ. regula enim.
Tiraquellus in regula ceſſante cauſa. verbo*
9 *onere ceſſante. nu.* 198. & in hiſce noſtris ter-
minis reſeruationis penſionis ſequuta fuit
Rota in Lucana pēſionis 19. *Decembris* 1611.
coram Vbaldo apud Marcheſanum. part. 1.
deciſ. 50. *ſub n.* 1. *fol.* 647. *Mareſcott. variar.
reſolut. lib.* 1. *c.* 18. *nu.* 1. & hanc etiam partem;
penſionem regi ex cauſa, ad eamq; commē-
ſurari, argumento petito ex Alexandri III.
verbis, ſenſuq; in *cap. relatum.* 12 *§. licèt au-
tem. de teſtament.* firmiorem facimus: dat ibi
reſponſionem Alexander Electo, & Capitulo
Caſſanen. poſſe Clericum de bonis Eccleſiæ
etiam in morte diſponere, in beneficium eo-
rum, *qui viuenti ſeruierant, (ſiuè conſangui-
nei ſint, ſiuè alij) aliqua iuxta ſeruitij merita
conferre.* Determinatur itaquè hæc facultas
ex cauſa meritorum. ex *Sanchez de matri-
mon. tom.* 1. *lib.* 6. *diſput.* 6. *n.* 6. & alijs admit-
tit optimè *Garſias de beneficijs part.* 1. *cap.* 5.
n. 328. ex cauſa igitur, qua penſio eſt impo-
ſita, & ipſa determinabitur. Nullum itaquè
aliud commodum ex reſeruatione præfata
penſionis, (in humanis tamen agente Paulo
dumtaxat, & non vltrà) percipiebat Græcus;
nè ipſe ex ſuo ad illam ſoluendam teneretur;
ſed Didacus hoc ſubiret onus, qui Cęlo per-
fruitur amęniore, ſalubrioriq; Quocūq; itaq;
10 modo hoc interceptum fuerit onus, ne ſu-
beat illud Græcus, vel quia Paulus fatis ceſ-
ſerit, vel ipſe diem obiuerit vltimum. inter-
ceptum quoq; videbitur Didaci onus, ne tri-
ginta ſoluat, quæ ad leuamen ſoluere ſpo-
pondit Græci, nec vltrà. Sic enim reſeruatio;
vti etiam in ſuperioribus retulimus; repeti-
mus tamen, vt lumen maius accipiant, quæ

dicimus,

*Durante tamen vita dicti Pauli dumta-
xat, & non vltrà. Ità quòd illo vita defun-
cto, ſiù te ipſi Paulo præmoriente, in vlti-
mum euentum huiuſmodi dicta penſio per
præſentes reſeruata ceſſaſſe intelligatur eo
ipſo; & Didacus, & eius ſucceſſores ad illius
ſolutionem ampliùs non teneantur perſol-
uendam.* Et: *Tibi quòad dictus Paulus vixe-
rit dumtaxat, & non vltrà. Si tamen interim
tu ſuperſtes eris, ſin minùs, donec tu vixeris
dumtaxat.*

Interceptum autem hoc onus fuit, per
Græci ceſſionem Parochialis S. Thomæ pro
Iacenda, qui ad ſolutionem tenetur annuo-
rum triginta Paulo.

Intercepta proindè obligatio quoq; fuit
Didaci, nè ad ſoluenda ipſe triginta Græco
ampliùs teneatur.

11 Probatur minor, Quia nimirùm, ſicuti
ceſſaſſet obligatio Didaci, vitæ termino Græ-
ci; ità pari modo eiuſdem ceſſione defecit.
12 Talis quippè in hoc ipſe habetur, qui Eccle-
ſiæ ceſſit Parochiali, & cuius nullum ius ob-
tinet, nullumq; onus ſubſtinet; ac ſi è vita
exceſſiſſet, pro mortuo enim habetur. Sta-
bilem probationem hanc facit tibi non
quiuis hominum, ſed Summus iſte Modera-
tor Orbis Innocentius Tertius in *cap. inter
corporalia. 2. §. ſed neq; illud. de translation.*
13 *Epiſcop.* Viduatam nempè illam docet Ec-
cleſiam, quæ inutilem habet Epiſcopum,
quia pro mortuo ille habetur, mortuoq; ſi-
milis eſt, qui operari non poteſt. Parochialis
Sancti Thomæ Græcum Parochum non ha-
bet ampliùs, quia ceſſit illi; eſtq; illius Paro-
chus Iacenda. Mortuus eſt ergò Græcus
Parochiali prædictæ, & pro mortuo habetur:
14 Cùm illius curam non ſubſtineat amplius,
neq; habere poſſit, neq; onera ſubeat, nequè
ſubire teneatur. *Pariſ. conſ. 93. num. 13. 19.
20. & 21. volum. 4. Rota apud Cardinalem
Lancellottum dec. 597. num. 1. par. 1. diuerſor.
& apud Card. Caualerium deciſ. 47. n. 2. & 3.*

Ceſſione porrò ius omne à cedente abdi-
catur, ſicuti & morte. *Rota dec. 1. de renun-
ciat. in nouis. & apud Verallum deciſ. 319.
num. 3. patr. 1. aliàs 75. de conceſſ. præbend.*
& annotatis ibidem in apoſtillis. faciunt no-
tata per *Gratian. forenſ. par. 1. cap. 191. n. 20.
& ſeqq. Achill deciſ. 10. de reſtitut. ſpoliator.
Rota apud Cardinal. Caualerium deciſ. 104.*
15 *num. 2.* An viuere dicemus hunc, qui ope-
rari minimè poteſt ampliùs? Non vtiq;. Acce-
dat, vt fidem tibi hanc faciat, Vlpianus ille
Magnus lib. 31. ad edictum in *l. verum eſt
64 § ſocietas, aliàs fin. ff pro ſocio.* inter cæ-
16 tera quippè, quibus ſocietas ſoluatur con-
tracta, mortem agnoſcit. *Intereunt autem
homines quidem* (ſubiungit) *maxima, aut
media capitis diminutione, aut morte.* Eſt au-
17 tem capitis diminutio prioris ſtatus com-
mutatio. *§. 1. Inſtitutionibus de capit. di-
minut.* Græcus ſtatum priorem commuta-
uit, e Parochò, non Parochus effectus. Inte-
riit proindè vt Parochus. inter mortuos er-
gò (ſaltim ciuiliter, & ad hunc ſenſum) agno-
ſcitur. deputaturq;. Inter mortuos quippè,
qui capite minutus fuit, agnoſcitur. capite
hic minutus fuit Græcus per ſtatus muta-
tionem. ergò mortuus. ergò inter mortuos
deputatur. Nec abſimile eſt argumentum,
quod Paulus nobis præſtat in *l. ſi necem. 4. §.
ſi deportatus, ff. de bonis libertorum.* depor-
18 tatum mortui loco haberi docens; quia
regredi minimè poteſt. An non magis mor-
tui loco Græcus habebitur, qui Parochiali
ceſſit, & ad illam regredi minimè poteſt am-
pliùs? quia ſpiritu in hoc caret, nec poteſt al-
teri vitam tribuere. ad Vlpiani ſenſum in
*l. non putauit. 8. §. non quæuis exhæredatio.
ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* quatè-
nus habet non quamuis exhæredationem
ſufficere, ſed quæ ritè facta eſt. & ibidem
Bart. quem ſequitur *Felin. in cap. ex tenore
16. colum. 4. in 2. num. in fin. verſ. regula non
præſtat. de reſcript.* quia, quod eſt inualidū,
& mortuum, & ſine ſpiritu, alteri vitam, ſpiri-
tumquè tribuere minimè poteſt. *Rota
apud Creſcentium dec. 18. num. 2. de conſue-
tud.* Vt ſedear, nec extrà rem illud, quod ada-
19 gio fertur: *Mortui non dolent.*

Nàm mortuum dolere video neminem,
vt dixit quidam. Non dolet ampliùs Græcus,
quòd penſionem ſoluat Paulo, quia per Pa-
rochialis ceſſionem, ad illam non tenetur
ampliùs. mortuus eſt ergò. Caſſa proindè
penſio remanſit, cùm primùm ipſe Paro-
chiali ceſſit, conſequentèrq; inter mortuos
in hoc agnitus. morte ſiquidèm penſio de-
ficit, quemadmodùm & vſusfructus. *§ fini-
tur. Inſtit. de vſufructu. cap. fin. de pignorib.
extrà. Gigas de penſionib. q. 1. num. 5. Rota
apud Verallum dec. 303. num. 12. p. 2. Garſias
de benefic. p. 1. cap. 5. §. 1. num. 239.* Non ergò
ampliùs ad penſionem ſoluendam Didacus
tenetur, Non nè hoc vinculo ſolutus eſt
morte ciuili Græci? Cur (quæſo) retinetis
20 eum? *Soluite eum, & ſinite abire.* de Lazaro
è monumento fœtido rediuiuo, Dominus
Apoſtolis imperauit. *Ioann. 11. 44.* ſinant
ergò hunc abire, quià ſoluendo ſolutus eſt.
Clara namq; penſionis eſt reſeruatio, vt ea-
tènus debeatur, quatènus vterq; ſuperſtes
fuerit. defecit nunc Græcus per ceſſionem:
defecit proindè & penſio. ſiuè ius attenda-
tur illam percipiendi, ſiuè fructus ipſos. iu-
xtà diſtinctionem traditam per Rotam apud
Cardinalem Seraphinum dec. 1168. num. 3. &
ſequuta fuit eadem Rota *in Mediolanen.
penſionis 19. Ianuarij 1635. coràm Merlino
deciſ. 3. num. 16. & 17. part. 7. recentior. per
Rubeum.*

21 Neq; facit obſtaculum, Summum Ponti-
ficem de morte verba feciſſe naturali: non
extendenda propterea vltrà metam ad mor-
tem

tem ciuilem. Sic enim ille: *Durante vita di-*
cti Pauli dumtaxat, & non vltrà. Ità quòd
illo vita defuncto; ſeu te ipſi Paulo præmo-
riente. Et; *quòad dictus Paulus vixerit dum-*
taxat, & non vltrà; Si tamen interim tu ſu-
perſtes eris, ſin minus donec tu vixeris dum-
taxat. De morte itaq; naturali diſpoſitum
fuit, non ſanè de ciuili. non protelanda idcir-
cò diſpoſitio. probat, hoc Paulus lib. 2. de-
cretorum in *l. Statius Florus. 48. §. Cornelio*
Felici. ff. de iure Fiſci. quatènus docet. Hæ-
22 redem rogatam poſt mortem ſuam, hære-
ditatem alteri reſtituere, ſi interim damnata
fuerit; hæreditatem reſtituere non teneri,
quia mortua non adhùc naturalitèr eſt, quã-
uis ciuilitèr mortua dicatur. nec diuerſimo-
dè Papinianus in *l. ex ea parte 121. §. in in-*
ſulam. & ibidem Bart. ſummarium. ff. de
verbor. obligat. & ibidem *Gloſſ.* verbo *niſi*
moriente eo. Gloſſ. in cap. ſuſceptum. 6. in fin.
verbo *morte. de reſcrip. in 6.* notãs ad rẽ: aliud
23 eſſe cedere, aliud decedere. *Felin. in cap. licèt*
vndiq; 30. ſub num. 2. de officio Iudicis deleg.
Rota apud Cardinal. Caualerium *dict. deciſ.*
104 *num. 9.* deduximus nos *reſponſ.* noſtra
86. *n. 22. p. 3.*

Si nempè finem, mentemq; animaduer-
terimus Summi Pontificis reſeruantis, de
morte naturali illum loquutum fuiſſe dice-
24 mus, quia id frequentius euenit; vt res om-
nes morte ſoluantur. *§. deinceps. in auth. de*
nupt. collat. 4. § ſimili modo. Inſtitut. quibus
modis tutela finitur. ad *text. in l. eius, qui in*
prouincia. 41. & notatis ibidem *ff. ſi certum*
petatur. non excluſiſſe tamen in hac re mor-
tem ciuilem, quæ per ceſſionem euenit, eun-
25 demq; parit (quòad hoc tamen) effectum,
atq; naturalis mors. Audias (quæſo) Gratia-
num hoc apertiſſimè docentem in *can. in*
apibus 41. § ecce in quibus. 7. q. 1. nè noſtram
putares excogitationem hanc eſſe: ille quip-
pè rationem huiuſce reddens excogitatio-
26 nis, ſic loquitur: *Translatus enim ab vna*
Ciuitate in aliam, deſinit eſſe Epiſcopus illius
Ciuitatis, à qua trãsfertur, atq; ideò, qui huic
ſuccedit, non viuenti, ſed defuncto quodam-
modò Epiſcopo, probatur ſubſtitui. Ex tranſ-
latione ergò, quia deficit Epiſcopus illius
eſſe Eccleſiæ, vti mortuus æſtimatur. Ratio-
nem *Gloſſ.* reddit ibidem verbo defuncto.
Cùm enim in locum eius ſuccedit, pro mor-
tuo habetur. ſic Gloſſ. quæ allegat *text.* Pauli
lib. 3. ad edictum in *l. actione 66. §. publica-*
27 *tione quoq; ff. pro ſocio.* publicatione bono-
rum ſocietatem diſtrahi docens: Sic ratio-
nem reddit: *Nàm cùm in eius locum alius*
ſuccedit, pro mortuo habetur. An pro mor-
tuo in hoc Græcus non habebitur, cùm eius
locum ceſſione facenda ſucceſſerit in Paro-
chiali Sancti Thomæ? & quidèm. proteſta-
tur hoc ibi *Gloſſ. in d. cap. ſuſceptum. 6.* verbo
non morte. de reſcript. in 6. hiſcè loquens
28 verbis: *Sed non nè renuncians, quòad Eccle-*
ſiam, habetur pro mortuo? Sicut & vir ab
vxore iudicio Eccleſiæ ſeparatus, quantum
ad ipſam pro mortuo reputatur. 33. q. 2. in
ſumma in princip. ſic nempè ibi Gratianus:
Mortuus eſt enim ſibi vir eius. Ex quo iudi-
cio Eccleſiæ ab eo ſeparata ab eius lege ſo-
luta eſt. & hanc ſententiam, vti veriorem, in
caſu præſenti, quando eundem effectum
mors operatur ciuilis, atq; naturalis, ſequi-
tur perquam optimè ex *Bart. in d. l. ex ea*
parte 121 §. in inſulam. ff. de verbor. obligat.
Anton. & Imola, alijſq; Felin. d. cap. licet vn-
diq; 30. toto num. 2. de offic. delegat. qui affert
inter alia, argumentum ex *clem. nè Romani,*
2. de elect. quæ in electione facienda loquitur
Summi Romani Pontificis eo mortuo; &
nihilominùs vendicat ſibi locum, ſi Sedes
vel per ceſſionem, vel etiam per depoſitio-
nem, ac conſequentèr per mortem ciuilem
vacauerit. Quia profectò eadem eſt ratio, ac
ſi per mortem naturalem vacans ſit Sedes:
nè aliàs Romano Pontifice diù vacans Se-
des remaneat. & quamplurima quoq; ſatis
ad rem hanc noſtram aptã, atq; adamuſſim
concinna refert; inter cætera verò *Gloſſ. in*
cap. ſi propter. 10. verbo *vacabunt. de reſcrip.*
in 6. quæ commentum ibidem agens. vaca-
bunt. *morte ſcilicet, renunciatione, depoſitio-*
ne, translatione, vel quocunq; modo. ratio-
nem reddit ibi Dominicus à Sancto Gemi-
niano; quia *in odioſis* (inquiens) *venit vacatio*
ciuilis. facitq; notabilis *Gloſſ.* ad rem in *cap.*
1. verbo *prædeceſſor. de renunciat in 6.* do-
cens; quomodocunq; vacet prælatura, *quòad*
illam deceſſiſſe putatur. quia à lege ſoluitur
Eccleſiæ. A lege verò Parochialis Eccleſiæ
Sancti Thomæ per ceſſionem pro facenda,
liberatus Græcus fuit. mortuus ergò habe-
tur. & pro mortuo æſtimatur. Quia nihil
ampliùs commune cum illa habet, nec ha-
29 bere valet, quod ſi id tentauerit, à gradu
proprio cadet. vt Sancta decreuit Calcedo-
nenſis Synodus cap. 10. in *can. ſi quis iàm*
translatus. 3. 11. q. 3. & ità perbellè proſe-
quitur *Cardin. Zabarella conſ. 110. num. 2.*
& ſequuta fuit *Rota apud Cardin. Caualer.*
d. deciſ. 104. num. 8. Pariſ. de reſignat. benefic.
lib. 9. q. 32. num. 3. cum ſeqq. admiſitq; *Rota*
in Nouarien. legitimæ 11. Maij 1629 coram
Ghiſilerio dec. 503 num. 2. & ſeqq. in reſiduo
par. 5. recentior. per Rubeum. in non abſimili
caſu loquens de Monachi profeſſione, per
quam quis mortuus æſtimatur, ità vt matri
legitima debeatur, ſicuti per mortem natu-
ralem, pariq; modo in ſimili caſu mortis ci-
uilis per profeſſionem dixit *Hector* Capye.
Latro Reg. dec. Conſilii Neapolitani 118. *nu.*
17. 18. *& ſeqq. Diana in ſumma verbo pro-*
feſſio. num. 20. & part. 6. reſolut. moralium
tract. 7. reſolut. 55. Obligatio verò ſicuti
morte diſſoluitur naturali. ad *text. in d. §. de-*
inceps. in auth. de nuptijs. ità pariq; modo, &
morte ciuili. *Alberic. d. l. actione. 66. §. publi-*

*cationepoſt princ.ff.pro ſocio.*ſequitur *Gratianus foreuſ.tom.3.cap.413.num.5.& ſeq. & num.8.9.&* 10. & firmauit *Gloſſ.in can. placuit* 8. verbo *mortuus.16.q.1.Rota apud Caualer.d.dec.104.n.9.*

Et planè fit hoc perſpicuum, hanc Summi Pontificis mentem fuiſſe, qui partium in hoc conuentioni ſuum præſtare aſſenſum
30 voluit. Quemadmodùm paſſim penſionis
reſeruatio relatiua dicitur ad concordiam
inter partes initam. vti dictum fuit in *Aſſiſien.penſionis 22.Iunij 1607.coram Cardin. Sacrato apud Marcheſan.dec.10.part.1.fol. 610.& apud Mohedan.deciſ.326.aliàs 8.de iure patronat.* & in *Cremonen penſionis coram Orano apud Cencium de cenſibus.deciſ. 219.num.6.part.1.* Quod hoc vnum Sum-
31 mus ipſe perſpexit; ne in ſoluenda penſio-
ne præfata grauaretur Græcus; Inde illam & durante vita Pauli dumtaxat, & non vltrà, & ipſo quoq; ſuperſtite reſeruauit. vt ſi Paulum ipſe diei termino præuenitet vltimo, eſſet penſio caſſa. Idem proindè ius erit nunc,
32 quando Eccleſiæ ceſſit Græcus, nec onus
penſionis ſoluendæ ſubſtinet ampliùs, & pro mortuo habetur, mortuo ſin illis, qui neq; apparere in illa pôt ampliùs, neq; præcipere, neq; dominari, ſoluta iàm Eccleſia, huius à lege viri. vt verbis vtamur Apoſtoli *ad Roman.7.2.* & *1.ad Corinth.7.39.* & *cap.cùm ſecundùm Apoſtolum 5.de ſecund. nupt.* quod eſt Innocentij Tertij. & *cap.ſuper illa.4. ibidem.* quod eſt Vrbani Tertij. Eadē porrò eſt ratio *cap.ſuper eo.4* & ibidem *Gloſſ.* verbo *in vtroq;* & *Scrib.de parochijs extrà.Gloſſ.in cap.2.*verbo *Italiæ.de tempor.ordinand.lib.6.* & *in clem.1.*verbo *eligantur.de election. can. præcepit 19. & Gloſſ. ibidem* verbo *redundat.& can.apud nos.20.*ibidemq; *Gloſſ.* verbo *pari 32.q.5.l.à Titio 108.in fin.princip. ff.de verbor obligation.l.illud 32.ff.ad legem Aquiliam.Caſſador.dec.4.num.5.de iure patronat. & dec.6.eod.tit. Aymon Crauetta conſ.190. num.2. Rota apud Cardinalem Manticam deciſ.225.num.3.in fin. & apud S.mem.Greg.XV.dec.293.n.14.*

33 Equidèm penſio onus eſt reale. *cap. niſi
eſſent 21.* & ibidem *Doct. de præbend.extrà. can.ſi quis laicus 42 16.q.1.* & beneficium
34 ſequitur & Eccleſiam. quam ob cauſam qui
illam obtinet, penſionem quoq; ſoluere tenetur. *Rota apud Cardinalem Manticam deciſ.273.num.2. & apud Sanct.mem.Greg. XV.deciſ.507.num.1.Gonzalez ad regul.8. Cancellar.Gloſſ 34.num 46.in fin. Pariſ.de reſignat beneſic.lib.6.quæſt.2. num 92. cum ſeqq. ad num.97. Gratian. diſceptat.forenſ. tom 3. cap.535.num.4.* Onus idcircò penſionem Paulo ſoluendi ad Iacendam, qui Parochialem poſſidet, tranſlatum eſt. Libet ergò ab hoc onere, reſignatione, factus eſt Græcus. Nullo propterea Didaci eget ſubleuamine, vt indemnis à ſolutione fiat. iàm
35 enim liberatus eſt. Nimirùm quia quòad
ipſum onus hoc perſonale fuit, donec ſcilicet Eccleſiam obtineret. vt dictum fuit in *Firmana penſionis 26. Februarij 1625. coram Remboldo dec.452.num.19 & 20.in addit. ad part.5. recentiorum per Rubeum.* Eccleſiæ ipſe ceſſit; penſionem non ipſe ſoluit; Cur (quæſo te) Didacum adhuc pulſat, vt ab onere, quod non ſubit, ſubleuet eum,
36 indemnemq; faciat? Hoc nempè natura in-
fixum ſibi indemnitatis habet promiſſio; vt de damno appareat, a quo ſubleuari petit, pro quo indemnitas ſponſa eſt. ſecundùm *Bart.*doctrinam communiter receptam in *l.1.C.de conuen. fiſcal.debitorib. lib.10. & in l.quæro in princ.num.4. ff.locati. Bal.l.in l.ſi tutelæ.ff.de tutelis, & rationib. diſtrabend.Vincent.de Franch.deciſ.200.num.22. & ſeqq & num.27.* & ſequuta fuit *Rota apud Card.Seraphin dec.593.n.2.*

37 Inciuilitèr idcircò, quin non iniquè agit,
id petens, quod minimè ſibi debetur, ideò non ſua perſequens, aliena rapere videtur. verbis vtimur Gratiani in *can Eccleſias 1. §.arguitis nos. 13. q.1.* Videat proindè nè
38 damnum effuſi vnguenti recompenſare
ſibi quærat. vt idem ibidem loquitur.

Neq; demùm vrgeat. penſionem hanc reſeruatam ſibi fuiſſe per nouiſſimas Bullas reſeruationis penſionis ducatorum 71. ob reſignationem pro Iacenda factam. Expreſſit quippè ipſe, ſe hanc penſionem ducatorum 30. annuam poſſidere.

39 Sapienti certè, & philoſophico ore prola-
ta ſententia. vt verbis loquamur Gratiani eodem *can. Eccleſias 1.§.arguitis nos.13 q.1.* Expreſſit quidèm ipſe ſe poſſidere, quod nō ſuum erat. At malè. Deceptus enim fuit, qui
40 decipere alios tentauit, & in foueam dedit,
41 quam ipſe fecit. *Pſalm.7.16.* Conditionalitèr
quippè reſeruata penſio, præſata fuerat, nè grauaretur, Paulo ſoluendo. ſicuti verò, ſi ipſe deceſſiſſet, vel Paulus, penſio extincta fuiſſet, pari quoq; modo, & cedendo, caſſa, irrita, atquè nulla euaſit. quod huc vſq; probamus. Quemadmodùm ſi depoſitione aliquis eorum defeciſſet. ad *Gloſſ in d cap.ſi propter tua. 10.* verbo *vacabunt. de reſcript.in 6.* & tradita per *Felinum d.cap. licèt vndiquè 30. n.2.de officio delegati. Gloſſ in cap cupientes. 16.in princ.* verbo *vacationib. de elect.lib.6.* dicens: *quomodocunquè vacauerint; ſiuè per mortem Prælati, ſiuè per ceſſionem, depoſitionem, vel alio modo, cùm eadem ſit ratio in quolibet præmiſſorum.* Similiq; modo. *Gloſſ. in cap.quia ſæpe.15.*verbo. *vacat.de præbēd. in 6.& Gloſſ.in cap.1.*verbo. *prædeceſſor.de renunciat.in 6.*docens; quòd quomodocūq; vacet prælatura, quòad illam deceſſiſſe pu-
42 tetur. Hoc autem ipſe Papæ non expreſſit,
nihil igitur retinere potuit, quod minimè habebat. *can. ventum eſt 18. §.ſed è contrario. 1.q.1.can. Daibertum 24.in fin. 1.q 7.*

can.

Digitized by Google

*can.preſbyterum 16.diſt.28.cap.dudùm.31. § fin.vbi Gloſ.*verbo *non potuerint.de decimis extrà*. regula *nemo poteſt. 79. de regulis iuris in 6. Gloſſ in cap.cæterum 3.*verbo *ratum. de donationib.*

43 Nequè profeciſſet ſi id tantum Papæ expreſſiſſet, ni nouus Didaci acceſſiſſet aſsẽſus; porrò noua fuiſſet penſio, quæ nouo egebat Didaci conſenſu, ſine quo etiam reſeruata; nullitèr fuiſſet. ex regula *Cancellariæ* de cõſenſu in reſeruatione penſionis. *Rota apud Cardin.Caualer.deciſ.47.nu.5.* Vt retineret, itaquè quod habuiſſet, expreſſio neceſſaria fuiſſet, non vt quod falſo ſe habere aſſeruit,
44 obtinere potuiſſet. Conſerat proindè manus, & cedat, qui ad prælium non victurus acceſſit. vt prouerbio fertur.

Atquè ità ex his, prudentiori non excuſſo Conſilio reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenaten.

Negotio coràm A.C.diù diſcuſſo, patrocinium ferente V. I. D. D.Hieronymo Lanza; licèt prius ſuperſederi in relaxando mandato exequutiuo dictum fuerit. meliùs vt iura Didaci audirentur: demùm rei veritate perſpecta; D.Didacus Florentinus ab onere ſoluendæ penſionis prędictæ liberatus fuit. ſententiæ verò tenorem hic ſubnectere à re inſtituta alienum viſum minimè fuit, quin magis appi imè opportunum.

Chryſtophorus Vidman, &c.

Chriſti nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam; quam de iuris peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis. In cauſa, & cauſis, quæ coràm nobis in prima, ſeu alia veriori verſæ ſunt, & vertuntur inſtantijs inter R.D.Matthæũ Græcum actorem ex vna, & R.D.Didacum Florentinum reum conuentum, partibus, ex altera de, & ſuper ſolutione penſionis ducatorum decem, & octo auri de Camera ſummam ducatorũ triginta monetæ Regni Neapolitani conſtituentium ad fauorem d. R.D. Matthæi Græci reſeruatæ ſuper Parochiali Eccleſia S. Mariæ ad Niues, ad vitam tamen R.D.Pauli Squillantis, ad cuius fauorem reperiebatur, & grauata exiſtit Eccleſia Parochialis S. Thomæ ad Capuanam penſione eiuſdem quantitatis, & valoris, ſi interim d. R.D. Matthæus Græcus ſuperſtiterit; ſin minus quouſq; ipſe R.Matthæus vixerit, & aliàs iuxta formam litterarum Apoſtolicarũ expeditarum Anno Incarnationis Dominicę 1639. octauo Kalendas Octobris. Pontificatus ſanctiſſimi Vrbani VIII. anno 17. & poſtmodùm per dictum R.D.Matthæum Græcum reſignata dicta Parochiali Eccleſia S.Thomæ ad Capuanam ad fauorem R.D. Cæſaris Iacendæ, vt ex litteris Apoſtolicis ſub datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1644. tertiodecimo Kalend. Aprilis. Pontificatus eiuſdem Vrbani VIII. anno 21. &c. & per dictum Iacendam capta poſſeſſione de dicta Parochiali die 7. May 1644. & in actis infraſcripti Notary pro parte d. R.D.Didaci Florentini producti ſub die 7. Auguſti præteriti, ſeu, &c. & aliàs prout latius in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi continetur. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus. Litteras Apoſtolicas reſeruationis dictæ penſionis ad fauorem d. R. D. Matthæi Græci expeditas octauo Kalendas Octobris 1639 vt ſupra, &c. non eſſe exequendas, & proindè d.R.D.Didacum Florentinum nõ teneri, nec obligatum eſſe ſoluere dictam annuam penſionem ducatorum 18. auri de Camera ſummam ducatorum triginta monetæ Regni, vt ſupra, &c. conſtituentium, ſed abſoluendum fore & eſſe à ſolutione dictæ penſionis: prout abſoluimus, & liberamus, & pro abſoluto, & liberato haberi volumus; ipſũq; R.D. Didacum ampliùs occaſione dictæ penſionis non moleſtari mandamus, præfatamq; penſionem, nec non mandatum, ſeu mandata quæcunq; pro terminis poſt reſignationem decurſis ſuper ſolutione dictæ penſionis per nos hucuſq, relaxata cum omnibus inde ſequutis reuocamus, caſſamus, abolemus, & annullamus, & pro caſſis, abolitis, reuocatis, & annullatis haberi volumus, & mãdamus. Inſtantias, & petitiones à d. R.D.Matthæo Græco ſuper ſolutione dictæ penſionis coràm nobis factas contra d.R.D.Didacum Florentinum fuiſſe iniuſtas, & temerarias. Et ità dicimus, pronunciamus, decernimus, reuocamus, caſſamus, & reſpectiuè ſententiamus. non ſolum iſto, ſed & omni, &c.

Ita pronunciaui Ego Cæſar Argelius Locumtenens, & Commiſſarius.

Pro Dominico Buratto Notario.

Auguſtinus Theulus
Locumtenens.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Deciſa rationabilitèr, & ordinata, retractari minimè debent.
Et hoc Eccleſiaſticæ moderationi eſſe omninò conuenient.
2 Mutanda non ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.
3 Edere, vt quis cogi poſſit ſcripturas, vel acta, ſiue proceſſum, duo requiruntur.
Intereſſe petentis; & ſcripturarum exiſtẽtia.
Et poteſt compelli etiam ſucceſſor, ſi eius præceſſor compelli poterat. n.10.
Quia ſuccedit in vitio. n.12.
Et in lite. n.21.
4 Iuriſdictionis præſcriptio quòad omnem iuriſdictionem aduerſus Epiſcopum ex longiſſimi temporis curſu procedit.
Ex immemorabili præſertim.
5 Immemorialis probatur per teſtes non minus quinquaginta quatuor annos natos.
Deponere debent de viſu à 40. annis.
Et antè motam litem.
Et deindè in antea à ſuis audiuiſſe maioribus.
6 Lucrum ex alterius detrimento ferre nemo debet.
Quia malitia, & dolus nulli patrocinari debet. & n.27.
7 Malitia, & dolus nulli patrocinari debet.
In dolo verò præſumitur eſſe, qui id occulit, quod propalare tenetur. n.8.
9 Pœna peccantem proſequitur.
Nec ſine peccato, & culpa datur pœna.
11 Lis, & inſtantia in ſucceſſorem in dignitate tranſit.
Ratio duplex affertur.
12 Succeſſor in dignitate, ſuccedit etiam in vitio, & ſpolio prædeceſſoris.
Vndè tenetur ſicut ille. n.20.
Et in lite. n.21. & nu.32.
13 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.
14 Producere qui tenetur aliquam ſcripturam, ſi facto ipſius accidat, nè producatur, producta habetur, prout deterius, contra ipſum. & n.32.
Et audientia denegatur ei. n.33.
15 Teſtamentum pro publicato habetur cõtrà impedientem, ne publicetur.
16 Scripturæ copia fidem facit aduerſus eum, qui originale occupauit. & n.18.
17 Fraudibus via ſternenda non eſt.
19 Iuramento non ſtatur alterius pro ſe in re graui, & maximi præiudicij.
Vel ſi contra ſe iuris præſumptionem habeat.
22 Iniuriam paſſo ſuccurrendum eſt.
Ne, quę contra fas geſta fuere, eidem noceant.
23 Iudicium fugit, qui de ſua diffidit iuſtitia. & n.24.
24 Fuga, iniquitatis indicium redolet.
Quia qui iudicium refugit, de iuſtitia diffidere indicat.
25 Pœna ſuos tenere debet auctores.
Et nemo ex alieno crimine puniri.
Nulliq; ſubueniendum ſit cum alterius iniuria.
26 Conſciẽtia cuiq; propria teſtimonium perhibet.
27 Fraus, & dolus nulli patrocinium præſtare debet.
28 Cõditionem ſuã ex alterius delicto meliorem nemo facere debet.
Cum tertij damno.
29 Arbitrium Iudicis præiudicio ſine tertij eſſe debet.
30 Tempus immemorabile priuilegij vim obtinet.
Etiam in his, quæ ſunt Principi reſeruata. n.31.
Et qui illud habet, allegare poteſt quemcunq; titulum, etiam meliorem de Mundo.
33 Succurrendum non eſt delinquentibus.
Qui Prætoris decreto non parent. n.34.
35 Concordia perſonalis in ſucceſſorem non tranſit.
36 Humana mutabilia ſunt, nihil eſt in illis perpetuum.
37 Cœlius Bichius Rotę Romanę Auditor celebratur.

ARGVMENTVM.

Scripturas, actaquè, ſiuè proceſſũ edere cogi vt quis valeat, quæ requirantur? nùm verò in ſucceſſorem hoc vitium pertrãſeat, ſi prædeceſſor ſcripturas occulit? Acta, quæ vitio, doloq; non producuntur Aduerſarij, prout deterius ei, producta habentur. Immemorabilis ex quibus probetur? Et quot annos nati eſſe debent teſtes de immemorabili deponentes? Ex quibus deneganda audientia videtur ei, qui dolo ſe geſſit, alterius in damnum. Tempus immemorabile priuilegij vice habetur.

RE-

RESPONSIO LXI.

1 QVæ ordinata fuere, & rationabiliter
deciſa, nulla in poſterùm debent
refragatione mutari. hoc nempè
Eccleſiaſticæ moderationi eſt
omninò conueniens. Magnus
ille dixit Gregorius. à Gratiano relatus *can.*
Eccleſiaſticę. 12. 25. *q*. 2. Et quod benè ſe-
mel definitum eſt, atquè deliberatum, nulla
debet iteratione retractari. Nicolaus Papa
teſtatur ab eodem relatus Gratiano in *can.*
quod benè 6. 6. *q*. 4. ibidemq; optimè *Gloſſ* in
caſus figuratione; atq; ad rem, quam inſtitui-
mus: *Quæſitum fuit à Nicolao Papa; vtrum*
ſententia ſemel benè lata, iuramentis etiam
interpoſitis, poſſit retractari? Reſpondetur
quod non. Rationem accipe à Paulo lib. 4. ad
Paulutium. in *l. minimè* 23. *ff. de legibus*. qui
2 ſequentibus loquitur. *Minimè ſunt mutan-*
da, quæ interpretationem certam ſemper ha-
buerunt. Recedendum proindè haud erit à
deciſis 3 Iulij. & 20. Nouembris 1617. coràm
Buratto pro Archipresbytero Terræ Sapo-
nariæ nullius Diœceſis. Duo idcirco ſunt de
quibus nunc diſceptatio in Rota proponi-
tur; vnum: Recedendum nè ſit à deciſis præ-
dictis pro dicto Archipresbytero? Alterum,
an intret arbitrium Rotæ, vt Epiſcopo Mar-
ſicen. concedenda ſit audientia, etiam quod
proceſſus, & acta non exhibeat, quæ ab eodē
Epiſcopo petit Archipresbyter, vel ſit eidē
Epiſcopo ob non exhibitionem proceſſus,
actorumq; prędictorum perpetuum ſilentiū
indicendum?

Ad primum verò, ſtandum eſſe in deciſis
ſuadent, nec ineptè. Quia duo potiſſimùm
3 perquiruntur, vt cogi quiſquam poſſit ſcri-
pturas edere, de quibus lis agitur: intereſſe
ſcilicet petentis, & ſcripturarum exiſtentia.
ex Vlpiano lib. 24. ad edictum in *l. in hac*
actione. 3. §. *ſciendum eſt autem*. *ff ad exhi-*
bendum. *Iaſon in* §. *præterea*. *n*. 42. *& ſequēt.*
Inſtitut. de actionibus. dictum fuit in *Va-*
lentina illegitimitatis 9. *Decembris* 1609.
coràm Card. Sacrato deciſ. 278. *n*. 1. *& in Co-*
lonien. Canonicatus 18. *Martij* 1611. *coram*
Penia deciſ. 318. *poſt ſecundum volumen*
conſiliorum Farinac. plenèq; *part*. 4. *diuer-*
ſorum per eundem *Farinacium* collecta
deciſ. 235. 236. *&* 237. & apud *Cardinalem*
Seraphinum deciſ. 1224. *num*. 1. *& ſeqq. &*
apud Cardinalem Caualerium dec. 82. *nu*. 1.
& apud ſanctæ memoriæ *Gregor. XV. deciſ.*
129. *num*. 2. & ibidem *Beltramin*. Addens
à num. 5. *cum ſeqq*. *Cardin. Tuſcus tom* 3. *lit.*
E. concluſ. 41. *num*. 1. *& concluſ*. 43. *num*. 7.
Marius Giurba deciſ. 94. *num*. 1. *&* 2. *Ric-*
cius p. 2. *dec*. 36. *n*. 2. *Gratian. forenſ*. *p*. 4. *cap.*
736. *n*. 10. 11. *& ſeqq.*

Et quidèm Archipresbyteri de intereſſe
ſatis euidentèr apparet: Quia ex proceſſu
prædicto probata fuit immemorabilis quò-
ad exercitium omne iuriſdictionis, etiam
4 priuatiuè ad Epiſcopum. Quod ſanè conce-
ditur ex longiſſimi temporis curſu, imme-
morabilis præſertim. ex Innocentio III. in
capit. irrefragabili. 13. § *exceſſus tamen*. ibi-
demq; *Gloſſ*. verbo. *per Capitulum*. *de offic.*
ordinar. *Calderin. conſ*. 2. *de præſcriptionib.*
Balbus tract. de præſcriptionibus par. 5. *prin-*
cip. q. 11. *n*. 8. *fol. mihi* 445. *in minori impreſ-*
ſione. *Rota apud Cardin. Manticam. deciſ.*
296. *n*. 1. *& apud Coccinum Decanum deciſ.*
346. *n*. 1. *Alexander Trentacinq. conſ*. 74 *n*. 7.
lib. 1.

Satis proindè enormiter læditur Archi-
presbyter, ni proceſſus edatur, ex quo de
ſuo apparet intereſſe formato; cùm impoſſi-
bile tactu ſit, immemorialem amplius ex te-
ſtibus probare, illis omnibus, qui de ea de-
ponere poſſent, de medio vitæ termino ſub-
5 latis. Vt minimum quippè, de immemora-
bili qui deponere debent, quinquaginta
quatuor annos natos eſſe oportet, deq; viſu
deponere à quadraginta annis, & antè mo-
tam litem, atq; deindè in antea ſuis audiuiſ-
ſe à maioribus. ex *Gloſſ fin. in cap*. 1. §. *fin de*
præſcript. in 6. *Rota apud Card. Manticam*
deciſ. 289. *nu*. 3. *& ſeq. apud Coccinum deciſ.*
345. *nu*. 3. *&* 4. *& deciſ*. 448. *nu*. 12. *&* 11. &
apud ſanct. memor. *Gregor. XV. deciſ*. 196.
n. 1. *& ſequent*. ibidemq; *Beltramin. littera,*
A. & deciſ. 205. *n*. 4. *& deciſ*. 252. *nu*. 3. *& de-*
ciſ. 298. *n*. 1. *& ſequent. & apud Card. Sera-*
phin. deciſ. 1102. *n*. 2. *& deciſ*. 1450. *n*. 2. *& in*
recentioribus part. 1. *deciſ*. 254. *n*. 1. *& par*. 2.
deciſ. 360. *num*. 13. *Couarr. in regula poſſeſſor*
part. 2. *relection*. §. 3. *nu*. 7. *verſ. teſtes*. *Vincēt.*
de Franchis. deciſ. 56. *nu*. 21. *&* 22. *Polydorus*
Ripa obſeru. 201. *Rota in Signina pęnarum*
20. *Nouembris* 1609. *coràm Ortombergo de-*
ciſ. 276. *nu*. 4. *&* 5. *per Farinac. poſt* 2. *volum.*
conſilior. apud Card. Caualer. deciſ. 174. *n*. 1.
& deciſ. 213. *n*. 1. *et* 2.

Hoc autem factu impoſſibile eſt, vt pro-
bari nunc poſſit per Archipresbyterum. Eſt
ergo certum, atq; fundatum eius intereſſe.

Exiſtentia verò proceſſus, & actorum, ſatis
ſuperq; deducta fuit, atq; fundata ex alijs re-
ſolutis in præcedētibus deciſionibus coràm
bonæ memoriæ Buratto. Ab illis propterea
recedendum minimè.

6 Cœteroquin lucrum referret modernus
Epiſcopus, proceſſum prædictum non eden-
do. quod inſectatur Alexander III. in *cap. ex*
litteris. 2. §. *verùm quoniam*. *de dolo, et contu-*
mac. rationem reddens: *nos attendentes ma-*
7 *litiam* (inquiens) *et dolum nulli patrocinari*
debere. Eiquè proficeret anteceſſoris dolus.
ex Pauli ſenſu lib. 11. ad edictum in *l. et ele-*
ganter. 7. ibiq; notatis per *Doctores ff. de do-*
8 *lo*. Non equidèm à dolo abeſſe modernus
præſumitur Epiſcopus, qui proceſſum nunc
exhibere renuit, qui ad eius manus deuenit,
& deuenire debuit. vt poſt *Bald. conſ*. 152.
col. 2.

col.2.lib.3. dictum fuit in *Romana compu-
torum 3.Octobris 159;.coram Card. Arrigo-
gonio dec.237 n.3.p.4.diuerſ.*

Obſtaculum haud proindè faciet: quòd
proceſſus ad manus peruenerit Cæſaris Pa-
riſij, prædefuncti Epiſcopi nepotis: illum ad
edendum, arctandum, impellendumq; non
Modernum Epiſcopum, qui nihil peccauit;
9 Peccantem ſiquidem pœna ſequitur. ex
Gregorio in *cap.2.de conſtitut.* illa propoſi-
tione: *Rem, quæ culpa caret, in damnum vo-
cari non conuenit.* ſequiturq; *Gloſſ.* in *clem.
eos, qui vnic.de conſanguinit. & affinit.* ver-
bo *eos in fin.* quæ ſic notat: *Nunc ceſſat cul-
pa. ergò & pœna.*

Prætereà quàm quòd enim aliter in facto
ſupponitur, in ſummario pro Archipresby-
tero.

Nihilominùs; Cùm per dictum Epiſco-
pum Pariſium prædeceſſorem, proceſſus oc-
cultatus reperiatur. (vt in alijs deciſionibus
coram Buratto bonæ memoriæ ſatis abun-
10 dè deductum fuit) quam ob cauſam ſi in-
humanis ipſe ageret, edere illum deberet,
compelliq; poſſet, oneriq; huic ſubiaceret
non iniuria. ſubiacebit nec minori ratione
& eius ſucceſſor in Dignitate, & Epiſcopatu:
11 ſicuti in eundem lis, atq; inſtantia tranſijt.
ad *tex.* in *cap.dilecti filij 17. in princ. de foro
compet.* ibidemq; *Gloſſ* verbo *contrà.* quæ
duplicem rationem refert: quia nomine
Eccleſiæ, & pro Eccleſiæ vtilitate agit: &
quia in hoc vna perſona intelligitur, & præ-
deceſſor, & ſucceſſor. Gloſſam firmiorem
reddit *Gloſſella marginalis* ibidem. Idemq;
addit *Gloſſ.* in *clem.ſuſcepti vnica.* verbo *va-
cantium colum.1.verſ.* Mors enim naturalis.
nè Sede vacante.inter communes. quæ dicit:
litem inceptam prius cum mortuo, ad ſuc-
ceſſorem tranſire. ex *text.* in argumentum
ducto. in *cap. ſæpè 18. de reſtitut. ſpoliator.*
12 in illis verbis: *Cùm ſpoliatori quaſi ſucce-
dat in vitium.* ibidemq; *Gloſſ* & *Abb.in cap.
quia V.41.num.10.& 11. verſ. tertius caſus
eſt. de iudic.* ibidemq; *Barboſa num.2.Pariſ.
conſ.108.num.2. & 3.lib.1.Probus ad Mo-
nachum in cap ſi bi contrà quos.num.3.verſ.
nihil igitur. vt lite pendente in 6.Pariſ.de re-
ſignat.lib.1. quæſt.16. num.15. Mohedan.
deciſ.41.aliàs 1.de iudic.* Rota apud Tholo-
lomæum *deciſ.908 par.3 lib.3.diuerſorum.
Capra regul.36.nu.7. & ſeqq. Gratian. dict.
cap.736.num.14.15.& 16.& ſeqq.* qui me-
minit deciſionis in hac cauſa Marſicen. Iu-
riſdictionis 20. Nouembris 1617. coram
Buratto, quæ eſt in impreſſis apud ipſum
13 *dec* 565. Neq; porrò decens eſt, vt per factũ
doloſum dicti Pariſij prædeceſſoris Epiſco-
pi, cui in dignitate Modernus ſucceſſit; ita
iniqua noſtro huic Archipresbytero condi-
tio inferatur. quod nulla iuris, neq; naturæ
patitur ratio. *regula non debet aliquis.22.de
regul.iur.in 6.& l.non debet 75. ff.eodem.*
Card.Tuſcus tom.1.lit.A.concl.313.

14 Facto nempè vtriuſq; Epiſcopi, & Moder-
ni, & prædeceſſoris præpeditur Archipresby-
ter, ſuum nè conſequi ius valeat, propter
proceſſum, quem occupauere, occulere, de-
perdere. pro producto proindè habebitur,
prout deterius illis, & ſucceſſoribus in Epi-
ſcopatu. ex *Gloſſ.* in *cap.cùm cauſam.37. §.
quod ſi fortè.* verbo *compellas. verſ.* vide
quod debet haberi pro producto. *de teſtib.
Ancharan.in clem.1. §.cæterum.num.9. in
fin.verſ.quid iuris, ſi ille, qui tenetur. de vſur.
Felin.in cap. G.perpetuus.12. colum.3.num.
13.in 4. ampliat de fide inſtrumen.Vincent.
Anna part.1.allegat.5.num.9. Genuenſ.in
practicabilibus Eccleſiaſt.quæſt.780. nu.4.*
15 Quemadmodum pro publicato teſtamen-
tum habetur aduerſus illum, qui nè publi-
16 cetur, in culpa eſt. Probatq; fidemq; copia
facit publicam, ſi Aduerſarij aſtu, malitiauè
factum ſit, nè originale producatur. nè frau-
17 dibus ſatis lata via proſternatur, meliorisq;
conditionis fraudulentus habeatur, quàm
qui recta graditur via. ex Bonifacio VIII. in
*cap.eum, qui.18.§.nõ enim decet.de præbend.
in 6.Gloſſ in cap ſi verè 34.*verbo *reportare
de ſentent.excommunicat. extrà. Gloſſ.in
ſumma diſtinct.51.*verbo *adiecit quoq; in
fin.*& ex Venuleio in *l.Seruius etiam.4. in
fin.ff.quod vi, aut clàm.* doctrina eſt *Bald.in
l.præſentati.2.quæſt.8.num.8. C.de teſtam.*
18 quærens enim ipſe: Si eſt originale, & ha-
bens non vult producere, an credatur co-
piæ? Affirmatiuè reſpondet. allegat *text.* in
*l.Chyrographis 58. in 1. reſponſ. ff.de admi-
niſtrat.tutor.* ſequitur *Dec.conſ.36.num.2.
verſ.ſed ratio iſta ceſſat. & verſ.quintò, &
vltimò.lib.1.* Rota *part.1.diuerſorum. deciſ.
5.nu.5.*

19 Neq; credendum Moderno Epiſcopo, ſe
proceſſum non habere, aſſerẽti, neq; eius in
hoc ſtandum Sacramento: & quòd contrà
ſe iuris præſumptionem habeat; & quòd de
re agitur maximi momenti. ex *Gloſſ.* in *cle-
ment.1.§.cæterum quia.* verbo *compellendos.
de vſur. Marius Giurba d.deciſ.94. num.1.
in fin.Menoch.de præſumptionib.lib.7.præ-
ſumpt.21.num.11.& 13.Gratian.d.cap.736.
num.14.Rota d.Valentina illegitimitatis co-
ram Cardin.Sacrato deciſ.276.num.7.& 8.
poſt ſecundum volumen conſiliorum Fari-
nac.*& aqud *Cardinal.Caualer.dict.deciſ.82.
nu.7.&* 8.

Excuſationi quippè locus haud eſſe ei po-
teſt, quin exhibeat proceſſum, ſi velit audiri,
(ſac pœnès ipſum proceſſus non ſit.) Quia
20 nimirùm prædeceſſoris ſui dolo factum
eſt, nè proceſſum edere valeat, cuius in lo-
cum ipſe ſucceſſit, atq; in lite, in inſtantia, vi-
tiouè. ex Venuleio in *dict.l.3.§.ſciendum
eſt autem.*& Pomponio in *l.4.* eodemq; Vl-
piano in *l. Celſus ſcribit.5.§.idem Iulianus
in fin.ff.ad exhibendum.* in illis verbis: *Vel*

do-

Digitized by Google

dolo malo fecerit, quòminus poſſideat Rota,
apud *Card. Manticam deciſ.*298. *n.*1. ſubij-
cientem;ſæpè Rotam ita reſoluiſſe.

Neq; obſtaculum operabitur: motam li-
tem fuiſſe poſtquàm proceſſus in poſſe per-
uenerat Cæſaris nepotis Epiſcopi Pariſij
prædefuncti.

Cùm quod apertè ex facto deducitur;litẽ
motam fuiſſe in humanis adhùc Pariſio Epi-
ſcopo agẽte.Ipſe enim D.Fœlicem Romam
miſit, vt è Procuratoris manibus redhibe-
ret proceſſum.quod ſanè factum fuit. Exin-
dè verò proceſſus non apparuit,quem ipſe
21 occulit. Lis autem prædeceſſoris,in ſucceſ-
ſorem tranſlata fuit, neq; alia,ſed eadem ex
cauſa, vt proceſſum edat cõpellatur ſucceſ-
ſor,quæ in eodem ſtatu,& terminis cum ipſo
perſeuerat;ipſeq; eſt,qui nunc aduerſus Ar-
chipresbyterum agit,quando certus eſt,iura
ſua oſtendere illum non poſſe,quę occultata
fuere,proceſſu non apparente.vt dictum fuit
in Verdunen. Abbatiæ 20. *Februarij* 1615.
*coràm eodem Buratto part.*2. *in recentiorib.*
*deciſ.*652.*ſub n.*2.

Tum quod(fac,poſtquàm in poſſe Cæſaris
proceſſus deuenit, motam litem fuiſſe) ad-
hùc tamen in modernum Epiſcopum onus
transfuſum fuit edendi proceſſum.Ipſe nem-
pè in litem ſucceſſit,& vitium prædeceſſoris
propter iuriſdictionis exercitium, quod in
Saponariæ Terra prætendit;cùm Archipreſ-
byteri ab immemorabili contra Epiſcopum
illam præſcripſerint,vitioq; Epiſcopi Pariſij,
qui proceſſum occulit,factum ſit,ne ſua pro-
22 ducere iura valeat Archipresbyter. Iurè
proindè, nec ſanè iniuria ſuccurrendum ei-
dem erit: *Vt quæ contra fas*,iuſq; *geſta fue-
re, caliditatis fructum obtinere non poſſint.*
Diocletianus, & Maximianus Cæſares hoc
prouiderunt in *l.dubium non eſt.*3.*§.cæterũ
C.de repudijs. Menochius.lib.*6. *d. præſumpt.*
61.*n.*10.*&* 11.*Gratianus.d.cap.*736.*nu.*14.
15. 16. *& ſeq.* in quibus meminit eiuſdem
deciſionis Marſicen. iuriſdictionis 20. *No-
uembris* 1617. *coràm Buratto. Abb.conſ.*42.
col. 1.*lib.*2.

Secundum verò dubium: an Rotæ intret
arbitrium, vt Epiſcopum audiat; vel verò
perpetuum imponat eidem ſilentium, ni
proceſſum exhibuerit?

Non intrare arbitrium, vt illum audiat,
abſolutè verò, vt perpetuum ei imponat ſi-
lentium,dicimus.

Profectò,quòd nõ modica intret pręſum-
ptio; indè proceſſum nolle Epiſcopum pro-
ducere, quòd nouerit contrà ſe illum eſſe
23 immemorabilem probans ad exercitium
omne iuriſdictionis.malam proindè ipſum
fouere cauſam. ſubterſugio propterea ſibi
conſulere.*l.fin.C.de fide inſtrumentorum.*
*l.ſi quis ex argentarijs.*6. *§.fin.ff.de edendo.*
dixitq; Boniſacius Papa in *capit. nullus du-
bitat.*4. *de præſumptionib.* docet enim,illum
à iudicio fugere,qui de cauſa diffidit.ibidẽq;
*Gloſſ.*verbo.*ſubterfugit.*& *Abb.alijque ſcri-
bentes.* Rationem habes à Gelaſio Papa in
*can.Chriſtianis.*12. *in fin.* 11.*q.*1. qui teſta-
24 tur dicens:*Quia,qui iudicium refugit,appa-
ret eum de iuſtitia diffiſum.*& ex eodem Bo-
niſacio Papa in *can. decernimus.* 10. 3.*q.*9.
ibidemque *Gloſſ.* verbo *manifeſtum eſt.* &
Gregorius Magnus in *can. Honoratus Ar-
chidiaconus* 8.*circa fin. diſt.*74. *Gozadinus
conſ.*17.*nu.*11. *Roland.conſ.*49.*num.*33.*vol.*1.
*Aymon conſ.*134.*n.*17. *Menochius de præſu-
ptionib.lib.*2.*præſumpt.*91.*nu.*4.*Cardin.Tu-
ſcus tom.*3. *littera E. concluſ.*41.*n.*4.*& con-
cluſ.*43.*n.*19.*Giurba d.deciſ.*94.*n.*7.

Neq; ſubterſugio ſibi conſulat altero;pro-
ceſſum non producere;quia apud ipſum non
eſt. Confeſſionem hanc habere ab ipſis Ad-
uerſarijs, cùm aſſeramus ab Epiſcopo præ-
deceſſore Pariſio proceſſum occultatum.
non decere proindè ex alieno crimine pœ-
25 nam ipſum exhaurire.*Namq; vnuſquiſq; ex
ſuo admiſſo ſorti ſubijcitur,nec alieni crimi-
nis ſucceſſor conſtituitur.*ex verbis Calliſtra-
ti lib.1.de cognition. in *l.crimen paternum.*
26.*ff.de pœnis,*à Gratiano inter canones re-
poſita in *can.crimen* 6. 1. *quæſt.*4. Nulliq;
ſubueniendum ſit cum alterius iniuria. *can.
deniq;* 10.ibidemq; *Gloſſ* verbo *neutrum.*
14.*q.*5.

26 Reſpondebunt enim ei labia ſua. Iob.15.
6. Teſtimonium ſibi perhibente conſcientia
ſua.iuxtà illud Pauli ad *Roman* 9.1.dicente:
*Teſtimonium mihi perhibente conſcientia
mea in Spiritu Sancto.*Obeſſe ſibi prædeceſ-
ſoris vitium, quod in ipſum ſucceſſorem
tranſijt,ſicuti & lis,& inſtantia,vt in ſuperio-
27 ribus diximus. Non itàq; ſuffragium ex an-
teceſſoris feret fraude,quę nulli patrocinium
præſtare debet,ſicuti,nec dolus *cap.tuę fra-
ternitatis.* 12.*in fin.de Cleric. non reſidentib.*

28 Nè ex anteceſſoris delicto conditionem
ſuam meliorem faciat Modernus Epiſcopus,
qui litigium ad iuriſdictionis exercitium ip-
ſe proſequitur aduerſus Archipresbyterum,
ad *text.in l.*3.*§.*1.*ff de donation.inter virum,
& vxorem.Gloſſ.in d.cap.eum,qui* 18.verbo
exiſtat.de præbend.in 6.

29 Iurè igitur,nec ſanè iniuria Rotæ arbitriũ
intrare debet, quod præiudicio ſine tertij,
Archipresbyteri videlicèt,eſſe debet.ad *text.
in l.*2 *§.meritò,& §.ſi quis à Principe. ff. nè
quid in loco publico. Rota in dict. Verdunen.
Abbatia coram Buratto part.*2. *in recentior.
d.dec.*652.*ſub nu.*2. Vt Epiſcopo perpetuum
imponat ſilentium, eiq; aures deneget: nè
tamdiù in ſuo iuriſdictionis exercitio, quod
ab immemorabili tenet, Saponariæ Archi-
30 presbyter moleſtijs afficiatur.Neq; id planè
ſine ratione.Ipſum quippè immemorabile
tempus priuilegij vim obtinet. *cap. ſuper
quibuſdam.*26.*§.prætereà.in fin.* ibiq; *Gloſſ.*
verbo *memoria de verbor. ſignificat.*Gabriel

*lib.5.de præſcript.concluſ.*1. *num.*1. *Marius*
*Antoninus variar.reſolut. lib.3. reſolut.*12.
31 *num.*9. Adeò quidèm expanſum,vt acqui-
ſita quoq; videantur, quæ ſunt Principi re-
ſeruata. quin poteſt illud obtineus, quem-
cunq; allegare titulum, etiam meliorem de
Mundo.vt dictum fuit in *Nonantulana, ſeù*
nullius bonorum 18. *&* 22. *Martij* 1597. *co-*
*ram Mantica dec.*11. *num.*2. *& ſeqq. part.*2.
in recentior. & in *Plocen.* Canonicatus 15.
Decembris 1614. *coram Coccino dec.*614. *p.*2.
*in eiſdem recentior. Put.dec.*205. *num.*2. *lib.*
2. *Achill.deciſ.*4. *de iure patronat.* & in *d.Si-*
grin a pœnarum coram Ortombergo d. deciſ.
276. *num.*3. *poſt ſecundum volumen conſi-*
*liorum Farinac.Gratian.forenſ.par.*5. *capit.*
871. *n.*36.

Obſtaculum propterea nec faciet; quòd
ex proceſſu prædicto non probetur imme-
morialis quòad omnimodam iuriſdictio-
nem; Cùm in ſententia Paritij Epiſcopi, qui
tunc temporis Epiſcopi prædeceſſoris Vica-
rius erat, excerptæ ſint matrimoniales, gra-
uioreſq; cauſæ.

Non ex hoc enim onus exhibendi pro-
ceſſum Epiſcopo minuitur, quin augeſcit
magis: Cum quod ex illo elucesſcere pro ſe
poſſit an verè probata immemorabilis ap-
pareat: Tùm quòd ſaltim in reliquis (matri-
monialibus, atq; grauioribus exceptis) ex
partis etiam confeſſione, atq; ex ſententia,
probata iura apparebunt Archipresbyteri.
32 Cæteroquin ſi nec ità proceſſum exhibne-
rit, iurè, nec ſanè iniquè proùt deterius pro-
ductus habebitur aduerſus Epiſcopũ, eiuſq;
ſucceſſores, in quos prædeceſſorum vitium,
quaſi in oſſibus fundatum pertranſit, vt au-
res eis non ampliùs præſtentur. Dolo quippè
malo hoc fecerunt, nè contra ſeipſos pro
33 Archipresbytero iura paterent. Non itàquè
ipſis ſuccurrendum. *Ipſis enim delinquenti-*
bus Prætor non ſubuenit. ex Vlpiani verbis,
ſenſuq; lib.12. ad edictum in *l.ſed & ſi præ-*
torem 26. *§.ait prætor circa fin. ff. ex qubus*
cauſis maiores. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *decreto.*
*in fin. Lapus allegat.*58. *Prælatus Eccleſiæ.*
*num.*18. *verſ.& ſi non exhibeatur. Felin.d.*
*cap.cùm G. perpetuus.*12. *colum.*2. *num.*11.
verſ.& pro hac ampliatione de fide inſtrum.
*Guido Papa dec.*245. *num.*1. *Vrſillus ad Affl.*
*dec.*33c. *num.*3. *Vincentius de Franch.deciſ.*
271. *num. Vincent.* Anna *d.alleg.*5. *num.*
10. *par.*1. & dictum fuit in hac eadem cauſa
Marſicen.iuriſdictionis 3. *Iunij* 1617. *coram*
bonæ memoriæ Buratto.

Præter quàm quòd, ex voto Orani, & re-
latione Archiepiſcopi Salernitani, ſatis, ſu-
perq; etiam in præfatis deciſionibus coram
Buratto deductum ſuit, apparere ex dicto
proceſſu de immemorabili quòad omnimo-
dam iuriſdictionem in omnibus cauſis, etiã
priuatiuè quòad Epiſcopum: vt nihil vltrà
quærendum ſit ampliùs. Erit proindè dene-
ganda Epiſcopo audientia, eiq; aures auer-
tendæ, perpetuumq; indicendum ſilentium.
34 Quid enim ſubuenias delinquenti, qui Præ-
toris decreto non obtemperat? non alia
feriendo pœna, niſi vt iuriſdictionem ſuam
ei deneget. ex Vlpiano *d.l ſed & ſi per præ-*
*torem.*26. *§. ait prætor in fin. & §. ſed & ſi*
dum.ex quib.cauſ.maior.

Neq; demùm inſiſtant, concordiam ob-
ijcientes cum dicto Epiſcopo Pariſio. Et
quòd effectum non habuit: Et quòd merè
35 perſonalis ſuit, quæ ad ſucceſſores non per-
tranſijt. iuxtà *Gloſſ. in d. extrauag. ſuſcepti*
vnic. verbo *vacantium.colum.*1. *in fin.verſ.*
mort enim. nè Sede vacante. & *Probum ad*
Monachum in d. cap. ſi hi contra quos. num.
3. *verſ. nihil igitur. vt lite pendente in* 6.

Atq; ità ex his, iudicio non excuſſo me-
liori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Propoſita iterùm cauſa per Eminentiſſi-
mum nunc Cardinalem Veroſpium Iunio-
rem, tunc Rotæ Auditorem. *Veneris* 16. *Fe-*
bruarij 1629. An intraret arbitrium, vt Epi-
ſcopo Marſicen. audientia præſtaretur: Do-
mini perſtiterunt in deciſis. denegandam
eſſe illi audientiam.

Deciſionem hanc prælo preſſam dedi-
mus *part.*3. noſtrarum reſponſionum ad cal-
cem *reſponſ.*40. quam pro Archibresbyte-
ro contra Modernum Epiſcopum dedimus.
propter hanc cauſam hic iterùm illam non
repetimus.

36 *Vt ſunt autem humana, nihil eſt perpe-*
tum datum.

Plautus in Ciſtellar. dixit.

Cùm idem Modernus Epiſcopus iterùm
in Sacra Rota inſtetiſſet audiri: factis etiam
hinc indè nouis probationibus, demùm *Ve-*
neris 28. *Ianuarij* 1644. R.P.D.
Bichio Ponente.
In Marſicana Iuriſdictionis.
fuit Epiſcopo data audientia.

37 Deciſionem propterea hic imprimen-
dam curauimus, eſt enim dictus Illuſtriſſi-
mus Dominus ſatis doctus, & eruditus, mi-
hiq; ſingulari venerandus obſeruantia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis loquens generalitèr, declaratur ab alio deponente in ſpecie.*
Deponens de certa ſcientia iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat.n.2.
Cõcurrẽtibus præſertim adminiculis.n.3.
Propter quæ vnico teſti præſtatur fides.
Adminicula enumerantur.n.4.
5 *Confeſſio etiam implicita partis, quæ declaratur ex adminiculis, & veriſimilitudine, in ſupplicatione facta, probat.*
Et coadiuuat dicta teſtium pro aduerſario.n.6.
7 *Verum in parte, in toto verum præſumitur.*
8 *Doli præſumptionem inducit tarditas in opponendo tempore opportuno.*
Et oppoſitio poſt mortẽ facta aduerſarij.
Sicuti nolle exhibere ſcripturas, quæ apud ipſum erant.nu.9.
10 *Scripturas retinere occultatas non præſumitur, qui illis exhibitis poſſet pro ſuo ſaltim partiali intereſſe iuuari.*
11 *Proceſſum fuiſſe originalem probant diligentiæ pro ipſo habendo factæ.*
Et ex expenſis factis pro illo redhibendo. nu.12.
13 *Teſtibus de Vniuerſitate eius ad fauorẽ deponentibus non creditur, præſertim ſi contrarium alij teſtes deponant.*
Et in cauſa graui, & ardua.n.14.
15 *Probatio plena, & concludens requiritur de exiſtentia proceſſus, vt quis cogi poſſit ad illum edendum.*
Et vt ei denegari poſſit audientia.
16 *Scripturarum cuſtodia ad Epiſcopum non ſpectat.*
Sed ad Notarium Actuarium.
Præſertim ad Epiſcopum ſucceſſorem, & mediatum.n.17.
18 *Præſumptio non procedit ſi ſcripturæ fuerint occupatæ.*
Ergò probationem continet intentionis, occupatas illas aſſerentis.
Præſertim in præiudiciũ ſucceſſoris. n.19.
19 *Prælati delictum Eccleſię non nocet.*
Neq; afficit ſucceſſorem.n.21.
20 *Inſtantia cœpta cum prędeceſſore, in ſucceſſorem tranſit.*
22 *Audientia denegatur ob non editionem ſcripturarum, quę occupatę pręſumuntur ab illam petente.*
23 *Sententia dat pręſumptionem boni iuris.*
Pręſertim in iudicatum tranſacta.
Quàmuis aduerſus rem iudicatam conceſſa fuerit reſtitutio in integrum.
24 *Epiſcopo ſuffragatur aſſiſtentia iuris quoad iuriſdictionem in omnes, qui intra fines ſuę Diœceſis ſunt.*
25 *Teſtium dicta ſi ſunt releuantia ſunt de actis facienda.*
Quàmuis aliàs dictum fuiſſet, reponenda eſſe ad partes.

Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio in cauſa Marſicen. Iuriſdictionis.

Ven. 28. *Ianuarij* 1644.

FActis hinc indè nouis probationibus per teſtes, quorum examen fuit poſitũ ad partes, & vltrò pro parte Reuerendiſſ. Epiſcopi compulſatis diuerſis ſcripturis, dubitaui. An D. Epiſcopo ſit danda audientia, ac teſtes ſint faciendi de actis? & affirmatiuè in vtroquè reſolutum fuit.

Contumacia enim Epiſcopi in exhibendo proceſſum compilatum in hac cauſa, de anno 1577. inter Epiſcopũ Marſicen. & Archipresbyterum Terrę Saponariæ, vel in cogendo Archiuiſtam Curiæ Epiſcopalis, vt exhibeat, ob quam Rota ter cenſuit, denegandam eſſe Epiſcopo audientiam, nempè bis coràm bonæ memoriæ *Buratto*, vt in *deciſ.266. & 276.* inter eius impreſſas, & ſemel coràm Eminentiſſ. D. Cardinali Hieronymo Veroſpio 6. Februarij 1629. hodiè penitùs euaneſcit; cùm fuerit probatum, quòd ſtatim mortuo de anno 1614. Aſcanio Pariſio Epiſcopo Marſicenſi, cum quo lis hæc cœpta, & completa fuit coràm bon. memor. Manzanedo, Cæſar eius nepos, è quodam ſcrinio patrui, proceſſum originalem prædictum ſurripuit, & Cioffo Archipresbytero tunc Saponariæ conſignauit; motus tùm amore ſcutorum 200. quæ à Cioffo in præmium recepit, tùm odio in Epiſcopum ſucceſſorem, & in vindictam ſibi denegati Vicariatus, & iudicij criminalis contra ſe moti, occaſione concubinatus. De quibus omnibus deponunt plures teſtes nupèr examinati, & ſignantèr quintus ſuper tertio affirmat ſpecificè, quòd Cæſar, vt ſupra, habuit proceſſum originalem, & duodecimus teſtatur de viſu, & certa ſcientia, quia præſens fuit, quando Cæſar proceſſum è ſcrinio extraxit;
qui duodecimus teſtis, quàmuis loquatur
1 de proceſſu generalitèr, declaratur à quinto, deponente in ſpecie de proceſſu originali, *Socin. iun. conſ.69. num.16. lib.1. Gramm. conſil. ciuil.79. num.9. Caſ. de Graſſ. deciſ.8. num.8. de cauſ. poſſ. ff. & proprietat. Gregor. XV. deciſ.344. num.13. Rot deciſ.16. num.17. part.5. recent.* & in alijs allegatis per *Adden.*
2 *ad Buratt deciſ.430. num.4* Et cùm deponat de certa ſcientia, iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probant, *Rot. deciſ.340. num.3.*
3 *par.3. recent.* quo magis concurrentibus adminiculis, propter quæ etiam vnico teſti fides adhibetur, *Bart. in l.1. §. ijdem Cornelio. ff. de quæſt. Bald. conſ.136. ſub num.5. verſ. et perſuadentes igitur lib.2. Cęſ. de Graſſ. dec.3. num.6. de probat. Rot. deciſ.247. num.6. & 7.*

coràm ſanct.mem. Greg.*XV.dec.87.num.9.*
par.6.recent.
4 Primùm adminiculum præbent alij teſtes
deponentes de auditu, *Summario Epiſcopi*
num.9. & 10. ad tradita *in deciſ.Mant. 39.*
nu.8 deciſ.237.num.3. par.1.recent.deciſ.16.
num.7.part.5. Alterum confeſſio ipſius Ar-
chipresbyteri Cioffi in commiſſione reſti-
tutionis in integrum, obtenta poſt mortem
Epiſcopi Pariſij, *Summario num.11.*in qua
narrauit Papæ, quòd proceſſus fuerat occu-
patus ab Epiſcopo defuncto, eiuſquè pars à
nepote Epiſcopi ſibi reſtituta,& ſic faſſus fuit,
proceſſum mortuo patruo deueniſſe ad ma-
nus nepotis,& quamuis non exprimat,an il-
le proceſſus eſſet originalis, quia tamen oc-
cupatio proceſſus facta à defuncto, quam
pro ratione motiua obtinendi reſtitutionem
in integrum, expoſuit Papæ, non eſſet rele-
uans,niſi intelligeretur de proceſſu originali;
nam aliàs imputari potuiſſet oratori, ſi ori-
ginalem,mediante compulſoria,non procu-
5 rauit; narratiua,& confeſſio huiuſmodi im-
plicitè concludit de originali, quod ſufficit,
Aegid.deciſ.683.antè num.1.Rota deciſ.242.
num.4.deciſ.347.num.1. par.2.recent.

Tertium adminiculum reſultat,quia con-
ſequutiuè ad narrata in dicta commiſſione,
partem dicti proceſſus originalis, fuiſſe ſibi
traditam à nepote dicti Epiſcopi Pariſij de-
functi, aliàs idem Cioffus inter informādum
faſſus fuit,inferendo,quòd proceſſus,qui fuit
in manibus Epiſcopi Pariſij viuentis erat
originalis,quia originalia sūt folia dicti pro-
ceſſus, ſibi mortuo Epiſcopo reſtitura à ne-
6 pote, *Summario Epiſcopi num.* 21. Et licèt
prædictæ cōfeſſiones Archipresbyteri Ciof-
fi non concludant, quòd ei traditus fuerit
totus proceſſus originalis, negari nō poteſt,
quin valdè coadiuuent dicta teſtium depo-
nentium de traditione totius proceſſus ori-
7 ginalis, quia cùm eorum depoſitio,ex dictis
confeſſionibus,verificetur in parte,vera etiā
præſumitur in reliquo, *Dec.conſ.563.sub nu.*
10.Aym.conſ.158.num.6.in fin. Rota coràm
Greg.XV.deciſ.62. num.7. deciſ.160.num.2.
par.7.recent.

Quartum,quia toto tempore,quo viuen-
te Epiſcopo Pariſio, lis hæc agebatur coràm
bonę memorię Manzanedo,qui tandem tu-
lit ſententiam pro Epiſcopo, eaquè tranſijt
in iudicatum.Quamuis Cioffus certam ſciē-
tiam haberet dicti proceſſus, & contentorum
in eo, mediante copia relationis Archiepi-
ſcopi Salernitani, à ſemet coràm bonæ me-
moriæ Manzanedo, ſeptem ab illinc annis,
producta, in qua habetur mentio de dicto
proceſſu, & quòd in illo examinati fuerant
24. teſtes, ſuper immemorabili de iuriſdi-
ctione Archipresbyteri in Terra Saponariæ:
nuſquàm tamen ex aduerſo fuit oppoſitum,
quòd idem Epiſcopus, proceſſum originalē
occultauerit, imò tunc Archipresbyter,no-
uos teſtes examinari fecit ad probandam
immemorabilem,quæ hodiè aſſeritur in an-
tiquo proceſſu probata,ſciens,probationem
contentam in proceſſu antiquo non releua-
re;idquè facilè conuinci poſſe per eiuſdem
proceſſus,tunc exiſtentis apud Epiſcopum,
ſiuè eius Archiuium exhibitionem. Mortuo
verò Epiſcopo, Archipresbyter petijt reſti-
tutionem in integrum,aduerſus rem iudica-
tam,ſub prætextu, quòd Epiſcopus fraudu-
lenter proceſſum antiquum occupaſſet,quia
nimirum ſciebat,non poſſe amplius exhibe-
ri à ſucceſſore in Epiſcopatu; cùm ipſe illum
habuiſſet è manibus nepotis Epiſcopi de-
8 functi,vt deponunt teſtes; hæc enim tarditas
in opponēdo de occupatione proceſſus poſt
rem iudicatam Rotalem,& mortem Epiſco-
pi Pariſij inducit contra Archipresbyterum
præſumptionem doli. *Cephal.conſ.8. per tot.*
Menoch.præsumpt.135.nu.19.& seqq.lib.3.
Rota in Maceraten.cenſus 18.Iunij 1642.co-
ràm R.P.D.meo Ghiſilerio,quæ augetur,quia
9 Archipresbyter monitus iudicialitèr,vt ex-
hiberet folia originalia antiqui proceſſus,
quæ ad ſe perueniſſe faſſus, vt ſupra, fuerat,
*Summario Epiſcopi num.*20. noluit exhibe-
re. *Aym.conſ.6.num.8.Menoch.præsumpt.91.*
num.4.lib.2. Monac.deciſ.Lucenſ.57.num.
10.Greg.XV.deciſ.521.num.6.
10 Quintum, quia cùm ſententia Pariſij lata
ſuper antiquo proceſſu concederet Archi-
presbytero iuriſdictionem in certis caſibus
dumtaxàt, hodiè verò ob aſſertam occulta-
tionem dicti proceſſus,Epiſcopi Marſicenſes
priuati remaneant totali, & omnimoda iu-
riſdictione,veriſimile omninò eſt,quòd Epi-
ſcopus, vt ſaltem partem iuriſdictionis ad
formam dictę ſententiæ recuperaret,dictum
proceſſum exhiberet,ſi penès ſe reperiretur,
nec ad manus Aduerſarij tranſmigraſſet.

Quibus poſitis ſuperfluum eſt quærere,
an proceſſus,ab Epiſcopo Pariſio dùm viue-
ret, tranſmiſſus de ordine Sacræ Congrega-
tionis ſuper negotijs Epiſcoporum, ad Ar-
chiepiſcopum Salernitanum, & ab hoc ad
eandem Congregationem, eſſet originalis,
vel copia; cùm ad excludendam occultatio-
nem originalis, Epiſcopo Pariſio obiectam
poſtquàm deceſſerat,ſatis ſit probaſſe,quòd
eo mortuo, originalis fuit, vt ſuprà, ſubtra-
ctus à Cæſare nepote, ac traditus Archipreſ-
bytero.
11 Præter quòd, teſtes Epiſcopi deponunt,
proceſſum tranſmiſſum fuiſſe originalem,
idemquè demonſtrat eximia diligentia Epi-
ſcopi Pariſij pro eo deindè rehabendo è ma-
nibus Bellini Procuratoris in Curia,cui ſuc-
ceſſiuè idem proceſſus conſignatus fuerat,
miſit namquè ad Bellinum nuncium ſpecia-
lem, & per epiſtolam ſignificauit, quòd ne-
ceſſe habebat videre dictum proceſſum an-
tequàm Archipresbyter, qui tunc futuro
examini incumbebat, inciperet examen in
par-

partibus;ideoquè mittebat certum nũcium,
pro eo tranſportando;non confidens de Ta-
bellario, nec de alijs portitoribus: & ſanè
inanis fuiſſet hæc diligentia,ſi proceſſus trãſ-
miſſus, & apud Bellinum exiſtens,copia fuiſ-
ſet, quia Epiſcopus idem intentum cõſequi,
12 abſquè impenſa poterat, ex lectura origina-
lis, qui ſecundùm ſenſum aduerſarij in Ar-
chiuio Epiſcopali remanſerat. Nec obſtant
teſtes Archipresbyteri, quia vnus tantùm
deponit de certa ſcientia, iſquè plures pati-
tur exceptiones adductas per Informantes
pro Epiſcopo, prout patiuntur alij teſtes de
auditu; & omnes ſunt incolæ Terræ Sapona-
riæ, quæ ſibi communem hanc litem profi-
13 tetur. nec verò creditur teſtibus de Vniuer-
ſitate ad eius fauorem deponentibus,quan-
do contrarium alij Teſtes deponunt, vt fuit
dictum in *Calaguritana de Alzola* 20. *Mar-
tij, & 22. Iunij* 1620. *coram bon. mem. Cocci-
no*, præſertim in cauſa graui, & ardua ſuper
14 magna iuriſdictione. *Felin. in cap. inſuper. n.
5. verſ. idem dicit. de teſt.* Marſil. *in l.* 1. §. *ſe-
ruus municipum. nu.* 9. *ff de quæſt.* Menoch.
de arbitrar. caſ. 106. *nu.* 11. *Coccin. deciſ.* 140.
nu. 12.

15 Vel ſaltèm ex prædictis negari nõ poteſt,
quin prætenſa occultatio, vel exiſtentia pro-
ceſſus originalis penès Epiſcopum ſit du-
bia, cùm tamen nec ſufficiat præſumptiua
illius probatio, ſed requiratur plena, & con-
cludens, vt ex hoc capite denegetur audiē-
tia, aut Epiſcopus cogi poſſit ad exhibēdum.
Rota deciſ. 199. *ſub num.* 3. *coràm ſanct. mem.
Gregor XV*, *deciſ.* 259 *num.* 1. *part.* 1. *recent.
deciſ.* 267. *ſub num.* 3. *deciſ.* 296. *num.* 1. *poſt
lib.* 2. *conſ. Farinae.* Maximè quia cuſtodia
16 ſcripturarum Curię Epiſcopalis non ſpectat
ad Epiſcopum, ſed ad Notarium Actuarium,
vt in his terminis aduertit *Rota deciſ.* 541.
per tot. coràm bona mem. Caualer. *& deciſ.*
166. *num.* 1. *& ſeqq. coràm Reuerendiſſ. Vr-
gellen.* Eòquè magis in caſu noſtro, quo ex-
17 hibitio ſcripturarum exigitur à ſucceſſore
mediato in Epiſcopatu illius Epiſcopi, quo
viuente ſcripturæ compoſitæ fuerunt, contra
quem non ſatis eſſet probaſſe exiſtentiam
ſcripturarum apud anteceſſorem: nec, (eſto
quòd anteceſſor ſcripturas per dolum occu-
18 paſſet) procedit præſumptio, quòd huiuſ-
modi ſcripturæ contineant probationem in-
tentionis partis aduerſæ, vt benè *Felin. in
cap. accepimus ſub num.* 15. *de fid. inſtr.* vbi
reprobata ſententia *Abb.* allegati in deciſio-
nibus contrarijs, firmat, quòd laceratio ſcri-
pturæ facta ab Archiepiſcopo anteceſſore
nullo caſu operatur probationem ibi con-
19 tentorum in præiudicium ſucceſſoris: quia
alioquin temeritas anteceſſoris noceret Ec-
cleſiæ. contra *tex. in cap. cùm venerabilis de
except.* & facit *Hoſtienſ. in dicto cap. accepi-
mus ſub num.* 2. *verſ. vel ideò*, quem ſequitur
ibidem Io. Andr. num. 3. *verſ. vel ideò. Aegid.
ſub num.* 1. *eod. verſ. Anton. de Butr. num.* 5.
in fine.

20 Nec obſtat, quòd inſtantia cepta cum an-
teceſſore tranſeat in ſucceſſorem in Eccleſia;
cum enim modernus Epiſcopus non vene-
rit ad cauſam, proſequendo factum præde-
ceſſoris ſuper prætenſa occultatione, ſed ſo-
lùm defendendo iura Eccleſiæ, ſuper iuriſdi-
ctione, de qua agitur, afficitur quidèm in
21 hoc inſtantia cepta cum defuncto, nõ autem
prætenſa occultatione, quia in hac non eſt
ſucceſſor, vt in proximis terminis *Rota deciſ.*
705. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* & in puncto *Reue-
rendiſſ. Vrgellen. dicta deciſ.* 166. *num.* 5. *et
ſeqq.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs.

Vndè dum non probatur, proceſſum exi-
ſtere apud ſucceſſorem, & factis diligentijs in
Archiuio Epiſcopali, ibi non reperitur, im-
putari nõ poteſt ſucceſſori, quòd proceſſum
non exhibet, aut non cogit Archiuiſtam, vt
exhibeat, & per conſequens nulla ratio ſua-
det, vt reddita impoſſibili exhibitione pro-
ceſſus abſq; culpa ſucceſſoris, & Eccleſiæ,
contra ipſum adhibeatur remedium dene-
gationis audientiæ, quo Rota vti ſolet con-
22 tra illos, in quorum poteſtate eſt, exhibere
ſcripturam, de qua quæritur. Tantò minus,
23 quia Eccleſia habet pro ſe præſumptionem
boni iuris, tùm propter ſententiam fauora-
rabilem reportatam in *Rota coràm bo. mem.
Manzanedo*, & in iudicatum tranſactam, &
ſi aduerſus rem iudicatam conceſſa fuerit
reſtitutio in integrum. ad tradita per *Couar.
pract. quaeſt. cap.* 6. *ſub num.* 6. *Surd de alim.
tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 10. *&* 11. *Rot. deciſ.*
250. *ſub num.* 2. *par.* 1. *recentior. deciſ.* 748.
ſub num. 2. *par.* 2. *recentior.* Tùm ex eo, quòd
in *deciſ.* 578 *coràm bo. mem. Buratto* firma-
24 tum fuit. Terram Saponariæ ſitam eſſe in-
trà fines Diœceſis Marſicenſis, ideòq; ſuper
ea ſuffragatur Epiſcopo iuris aſſiſtentia, quò
ad iuriſdictionem. *cap. conquerente. de offic.
Ordin. cap. Soſpite. de cenſib. Mareſcott. va-
riar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. *Rota deciſ.*
396. *num.* 1. *par.* 1 *recentior. & in Salisbur-
gen. Iuriſdictionis* 1. *Iulij* 1643. *coràm R. P.
D. meo Royas.*

Meritò igitur deciſum fuit, dandam eſſe
Epiſcopo audientiam, ac teſtes examinatos,
ad partes eſſe faciendos de actis, vt ſolet,
25 quando eorum dicta ſunt releuantia, vt per
Veſtr. in prax. lib. 6. *c.* 2. *ſub n.* 24.

Et ità, &c. vtraq; &c.

SVMMARIVM.

1 Ratio quidèm Hercle apparet, Argentum minimè. ex Plauto adagium. vel ex Terentio. Non ratio, ſed Argentum deeſt. perpenditur.
Siuè: Rationes reddidit, ſed argenti ratio nequaquàm comparet. n. 4.
2 Rationes reddere, quid?
Non tantùm inſtrumenta exhibere importat.
Sed & reliqua ſoluere, & n. 26.
Quoq; ordine ſint reddenda. n. 5.
3 Inſtruere, hoc eſt docere de ſingulis, explicatur.
6 Rationes, qui reddidit, ſi vt oportuit ſe geſſit, in damno eſſe haud debet.
Si quid verò detinet, condemnari.
Vel ſi quid dolo geſſit. n. 7.
Tunc nempè rationes improbè reddit, vel ſi quid dolo occulit. n. 9.
8 Cauſa redditionis rationum ſtatus.
10 Fraudis, improbitatiſq; ſua commodũ nemo percipere debet.
Quin contrà, fructum recipiet calliditatis ſuę.
Vt ſuam ſentiat iacturam, qui alij nocendum exiſtimauit. n. 11.
Et quiſquè ex ſuo admiſſo ſorti ſubijciatur.
12 Nemo debet alterius cum iactura locupletari.
Quod natura ipſa æquum æſtimatur. & nu. 41.
Ratio refertur. n. 13.
14 Dolis, apertiſq; aliorum machinationibus ſacra occurrere leges.
15 Pati quiſq; contra ſe debet, quod pro ſe fieri appetijt.
Iuſtèq; quis patitur, quod iniuſtè fecit. nu. 16.
17 Creditor ſub conditione, interim creditor non dicitur.
Simpliciter, & vt ſic.
Sed cùm extiterit conditio.
Quatenus enim actionem aliquam habeat, illam tamen exceptione elidibilem habet. n. 18.
Vndè debitor eidem interim non tenetur. nu. 19.
Quia ipſe creditor non eſt. n. 20.
Nullaq; ei competit actio.
Non dùm enim ceſſit dies. n. 21.
Nec petere antè tempus poſſum. n. 22.
Quia incertum eſt, an exeat conditio.
Præſertim ſi probare adhuc ſe creditorem debet. n. 24.
Petere proindè interim non poteſt. nu. 40.
22 Antè tempus petere creditor non poteſt.
Si præſertim ſub conditione eidem debeatur.
Quia incertum eſt, an exeat conditio.
Et qui antè diem agit, malè agit. n. 23.
Quin iniquè agit. n. 52.
Quia interim exploratum non eſt, an debeatur.
23 Petit qui antè tempus, malè petit, nec ei debetur.
Quia qui antè diem agit, malè agit.
25 Belli euentus varius eſt. ex Dauide.
Ergò incertus.
26 Soluere debet, qui alienas detinet pecunias.
Potiſſimùm qui rationes reddidit, & detinet adhùc ex geſtis. & n. 53.
Cùm primis autem, ſi de eius non clara fide appareat. n. 27.
Quin magis dolo.
Vndè damnari merebitur. n. 28.
Duplici ratione.
Et propter fidem.
Et quia detinet.
Soluiſſe qui dicit, oſtendere tenetur. n. 45.
29 Reddere tenetur qui debet. ex Domini ſententia. Matth. 18. 23. Redde quod debes.
Et redde, eum, qui debet, ſequitur. n. 31.
30 Locus Matthæi 18. 23. de Domino, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. expenditur. & redde quod debes. ibidem.
31 Debita omnibus reddenda. ex Paulo Apoſtolo.
32 Debitor liquidus, liquidè ſoluere debet.
33 Adminiſtrator quilibet rationem reddere tenetur.
Et quod tenet ſoluere.
Ex ſacro Euangelio Lucæ 16. 1. probatur.
Redde rationem villicationis tuæ. n. 34.
Et ex natura negotij venit, vt qui aliena negotia gerit, rationes reddat. n. 35.
Siui negotiorum ſit geſtor, ſiuè procurator.
Siuè quis alius.
Et nihil apud eum ex geſtis remanere debet. n. 36.
Præſertim verò ſi fraus detegatur. nu. 38.
Ratio redditur. n. 39.
34 Locus Lucæ 16. 1. de Villico iniquitatis. expenditur.
35 Negotia qui gerit aliena, ex natura ſua rationes reddere debet.
Nihilq; apud ſe retinere ex geſtis. nu. 36.
Sicuti neq; damnum pati. n. 37.
39 Reſtituere qui poteſt, & non reſtituit, dolo facere videtur.
Probare is tenetur, qui dicit. & quod obſcurum eſt.
42 Cõtrapoſitio partitarum compenſationis eſt ſpecies.
Quæ inter mercatores locum habet. n. 43.
Inter quos de partitarum veritate conſtat.
Neq; ſint dubia. n. 45.
Neq; ſint ſeparata, nec connexa. nu. 46.
43 Liquidum dicitur quod nullam diſceptationem

tionem admittit.

Et de quo conſtat Iudici.

Quomodò verò ſeparatæ dicantur. ibidem.

44 *Compenſatio fieri non poteſt, ſi de veritate non conſtet partitarum.*

Neq; ſi debitum non purum, ſed in diem fuerit. n. 47.

Neq; certum.

Quia tunc non exiſtere videtur.

45 *Probationi indè locus datur, vt quod incertum, & obſcurum eſt, certum fiat, atq; elareſcat.*

48 *Compenſatio de liquido ad illiquidum locum non habet.*

Quãnus breui liquidatio ſperaretur. n. 49.

Multò minùs ſi dubium, incertum, illiquidum, captioſumq; ſit debitum. n. 50.

Et hoc animaduertere Iudices oportet. nu. 51.

Nec ità faciles in admittendis compenſationibus.

Si liquidæ illæ non fuerint.

52 *Illiquidum quod eſt, nec exploratum, an debetur, non attendendum, nec interim timendum.*

ARGVMENTVM.

Rationes reddere quid ſit? quiduè hoc ipſum inferat, quouè reddendæ ordine? Nùm partitarum contrapoſitio admittatur in procuratore rationes reddente? & an compenſatio fieri valeat, quouè modo? Quid verò ſi creditum ſit incertum, dubium, & illiquidum? & nùm ſub conditione creditor, creditor nihilominùs dici valeat, vt compenſare poſſit? Reddere verò tenetur qui debet. nec expectandus, ſi poſſit. Quilibetq; adminiſtrator, negotiorumq; geſtor, & procurator rationem reddere tenetur, & quod detinet ſoluere.

RESPONSIO LXII.

1 Ratio quidèm Hercle apparet, Argentum autem minimè. *Plautus* in Trinummo dixit. vel vt Geta Terentianus in Phormione. *Non ratio nobis; ſed argentum deeſt.* Argentum quærit Dominus Marchio Cuſani à N. N. non rationes tantum. Hoc eſt nempè ra-
2 tiones reddere; reliqua ſoluere. Aphricanus reſpondit in *l. quamuis rationes. 32. ff. de condition. & demonſtrationib.* Cui accedit non abſimilitèr Calliſtratus in *l. cùm ſeruus 81. ff. de condition. & demonſtrat.* in fine præſertim; quid rationes reddere importet, enucleans: *Si rationes reddiderit* (inquiens) *non hanc ſolam habet ſignificationem, ſi cautiones, inſtrumentaq; omnia actus ſui exhibuerit hæredi; ſed & ſi reliqua ſolue rit.* hoc ipſum & Vlpianus lib. 5. diſputationum in *l ſi ità fuerit. 13. §. quæſtio hæc. ff. de manumiſſ. teſtament.* habet: ſi reliqua exſoluerit, & ipſa rationum volumina reddantur. Ipſe idem lib. 5. fideicommiſſorum in *leg. ſi purè data ſit. 37. ff. de fideicommiſſar. libertat. in fin.* ſic rem docet: *Corpora planè rationum, & ſi quas res, vel pecunias ex his detinet, cogendus eſt per Prætorem reſtituere,*
3 *item de ſingulis inſtruere.* hoc eſt, docere qualitèr geſta ſunt. vt *Gloſſ. fin.* ibidem
4 aduertit. Rationes itàquè reddidit N. ſed Argenti ratio nequaquàm comparet. ſic in
5 Trinummo *Plautus.* Rationes reddidit: Quia *legendas obtulit rationes primùm; deindè computandas, vt explorari poſſet, computationes probè, an improbè referrentur: accepta rectè relata, an non rectè. Ità enim incipit quidèm res à facto, peruenit autem ad pecuniam.* Computationẽ hanc hoc tradit ordine Calliſtratus in *d. l. cùm ſeruus 81. §. nàm non vtiq; ff. de condit. & demonſtrat.* ſequiturq; *Rota* Ianuæ apud *Marcum Antonium Bellonum deciſ. 116. num. 3.* Argenti itàq; ratio comparere debet, vt rationes reddidiſſe
6 N. dicatur. *Et ſanè ſicut æquum eſt ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quicquid vel non, vt oportuit, geſſit, vel ex his negotijs retinet. ità ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtilitèr geſſit, præſtari ei quicquid eo nomine, vel abeſt ei, vel abfuturum eſt.* Verbis ſic loquimur Caii lib. 3. ad edictum prouinciale in *l. ſi quis abſentis. 2. §. & ſi ſanè. ff. de negot. geſt.*

At nihil N. certum hucuſquè deduxit, quòd vtilitèr geſſerit, & ex negotijs adhùc retinet: æquum eſt igitur quicquid geſtorum negotiorum nomine detinet, condemnari.
7 Neq; enim impeditur reliquas exigere Dominus Marchio, quas N. reliquatus eſt, & ſi quid dolo geſſit. ex Vlpiano in *l. ſi quis rationes. 10. ff. de liberat. legat.* ex eo dumtaxat, quòd datus ſit terminus ad eas clariores reddendas partitas, quas N. in rationibus

8 bus poſuit. Et hoc ſanè eſt quod cauſæ huius
ſtatum facit. Condemnari nè debeat N.
interim ad reliqua reddenda, quæ reliqua-
tus fuit, vel expectandus ſit exitus partita-
rum, quas ipſe non adhùc luculentas præſti-
tit? N. quippè, cùm rationes reddidiſſet
negotiorum geſtorum, rationeſq; compu-
tandas dediſſet. vt explorari potuiſſet, probè,
an improbè computationes referrentur; &
detinere apparuiſſet ducatos 28. 3. 11. ad il-
los reddendos damnatus fuit. Adhibitis ma-
ioribus diligentijs per Dominum Marchio-
nem; in acceptum non dediſſe in rationibus
N. ducatos 801. apparuit. Ad rationes
ſuper his reddendas, quòd dolo id feciſſet,
interpellatus; exactionem non diffitetur; ob-
ijcit tamen, nè ad reliquata cogatur; non
alia, neq; noua, ſed ea ipſa, quæ in prioribus
rationibus non liquida, non luculenta, neç
certa retulerat; ſuper quibus elucidandis
terminus datus fuerat. Verùm retinere ipſum
ducatos 693.4.13. relatus fuit. Ad hæc reli-
quata condemnari eum Marchio inſtat: ille
autem expectandum exitum partitarum,
quæ in dato termino elucidandæ erunt, re-
fricat. Cui igitur auſcultandum? Cauſæ ſta-
tus erit.

Condemnari N. ad reliquata nos inſta-
9 mus. Improbè, non ſanè probè rationes re-
tulit, doloquè fecit in acceptum nè referret
ducatos 801.

Si nempè hæc retuliſſet, vt retinere duc.
28.3.11. apparuit; pari modo & hos duc.
801. relatus fuiſſet, ac ſoluere condemnatus.
10 Quam ob cauſam proindè nunc ſuæ frau-
dis, improbitatiſq; ſuæ, ſuiq; doli commodũ
feret? Omnimodò autem hoc inhibendum
eſſe cenſuit Iuſtinianus Cæſar in *l. ſi legata-
rius* 25. C. *de legatis*. vt non accipiat fructum
ſuæ calliditatis, qui Dominum voluit re ſua
11 defraudare. Quin *qui alij nocendum eſſe
exiſtimauit, ipſe ſuam ſentiat iacturam*. ſatis
iuſtum æſtimatur. Vt vnuſquiſq; ex ſuo ad-
miſſo ſorti ſubijciatur ex Calliſtrati ſenten-
tia lib. 1. de cognitionibus *in l. crimen pater-
num* 26. *ff. de pœnis*. quam legem canonizatã
à Gratiano inuenies in *can crimen* 6. 1. *q.* 4.
quo loco rationem reddit *Gloſſ. in Gloſſ.* 1.
non enim (dicens) debet aliquis alieno odio
12 prægrauari. *Nam hoc natura æquum eſt;
neminem cum alterius iactura locupletari*.
Pomponius id docuit lib. 21. ad Sabinum in
l. nam hoc natura 14. *ff. de condit. indebiti*, &
regula vetuit ſacrorum Canonum. *regula
locupletari* 48. *de regul. iur. in* 6. Rationem
percipe ex eodem Pomponio lib. 14. ad Sa-
binum in *l. iure ſuccurſum* 7. *in fin. ff. de iure
13 dotium*. dicente. *Quia bono, et æquo non
conuenit, aut lucrari aliquem cum damno
alterius, aut damnum ſentire pro alterius lu-
cro*. Iurè ergo damnari debet N. vt hos
ſoluat ducatos 693.4.13. ne; non quidèm oc-
14 cultis dolis; verùm apertis, manifeſtiſq; ma-
chinationibus, in occurſum ſacræ videantur
diminiſſe locum leges. quod abominandum
æſtimauit Iuſtinianus Cæſar in *l. cenſemus*. 4.
§. ſin autem. C. de litigioſis.

Verum huic noſtro reſpondeant dilem-
mati Aduerſarij. Vel in apertum contrapoſi-
tas partitas deducet N. eaſque veras pro-
batione deteget: vel in probando deficiet. Si
deteget, eaſq; liquidas demonſtrabit, mani-
feſta erit Marchionis damnatio; illaſq; reti-
nebit N. eiquè hoc pacto ſuccurſum erit.
ſi non oſtendet: cur (quæſo te) ex ſua fraude
interim, & machinatione commodum per-
cipiet; quod non ferre ſacras leges, paulò an-
15 tè oſtendimus? non iniquè ergo pati contra
ſe debet, quod pro ſe fieri mordicùs tuetur.
*Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici,
quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit?* Vlpianus
lib. 3. ad edictum in *l.* 1. *in princip.* & ibidem
per plura *Iaſon ff. quod quiſq; iuris. cap. cùm
omnes* 6. *§. cùm igitur. de conſtitutionib. can.
qui non probauerit* 3. 2. *q.* 3. iuſtèq; quis pa-
16 tiatur, quod iniuſtè fecit. *can. nullus Epiſco-
pus* 11. *in fin.* 2. *q.* 1. *can. de illicita*. 6. 24. *q.* 3.
Rationem reddente Vlpiano eodem in *d. l.* 1.
§. qui magiſtratum. in fin. ac dicente: *Vt
quod ipſe in alterius perſona æquum eſſe cre-
didit, id in ipſius quoq; perſona valere patia-
tur*. noſter *Maranta conſ.* 45. *ſub num.* 14. *in
fin.*

17 Præterquàm quòd, ipſe (fac creditorem
eſſe) creditor tamen ſub conditione erit, nõ
ex ſcriptura, neq; ex inſtrumento, ſed per vo-
luntarias, quas deduxit, contraq; poſuit par-
titas, quatenus illas in apertum probatione
deduxerit. Eſt itaq; creditor ſub conditione,
non ergo ſimplicitèr, & vt ſic, (philoſophicè
vt loquamur) creditor. non ergo creditor. ni-
ſi probauerit; atq; tunc cùm extiterit condi-
18 tio. nam quatènus fortaſsè actionem ali-
quam, vel apparentem, vel ciuilem habeat,
eam exceptione elidibilem, (quin non magis
eliſam, ſubmotamq; dixeris) habet. non ergo
creditor. Crede Vlpiano magno illo viro, Iu-
re Conſulto, ipſe namq; hanc tribuit termi-
norum diuiſionem. in *l. is, cui ſub conditio-
ne* 41. *ff. de actionib. & obligation.* ſequiturq;
Surdus deciſ. 283. *n.* 1. *& ſeq. Mandoſ. ad re-
gulas Cancellar. regula* 32. *de impetratione
beneficior. vacant. per mortem familiarium
q.* 18. *n.* 8. Ad nihilum propterea tenetur præ-
19 tenſus debitor, niſi conditione per proba-
20 tionem à creditore adimpleta. Neq; profe-
ctò ipſe interim creditor eſt, nec ille debitor.
nulla idcircò ei competit actio, probatam
hanc facit aſſertionem Vlpianus lib. 50. ad
edictum in *l. ſi quis ſub conditione dandorũ*.
8. *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*. Quia
21 neq; ceſſit, neq; venit dies, pendente adhuc
conditione. Vlpianus idem lib. 1. reſponſorũ
in *l. cedere diem*. 213. *§. vbi ſub conditione ff.
de verborum ſignificat*. docuit. Rota apud
Coccinum deciſ. 275. *nu.* 1. *apud Cardin. Ca-
ualer.*

ualer.decif.251.n.1.& decif.561.n.3.Camillus Borrellus conſ.47.n.44.& 45. Griuellus
ex Senatu Dolano decif.133.num.9. Aymon
conſ 10.num.15.Gratianus forenſ.diſceptat.
part.5.cap.949.nu.10.Regens Scipio Rouitus
decif.57.num.4. Marcus Antonius Thomati
nunc Epiſcopus Bitetten. Rotæ Marchiæ decif.104.nu.4. Rota part.5.diuerſorum apud
Rubeum decif.47.n.7.ſequutuſq; fuit Regens
Hector Capy. ius Latro decif.114.n.6.& n.8.
vbi de communi teſtatur. Rationem à priori putatam,non à quouis homine,ſed excipe
à Iaboleno lib.1. epiſtolarum in l.pecuniam
36.ff de rebus creditis,& ſi certum petatur.
21 in fine enim ipſe ſic infert:Pendente autem
cauſa cōditionis petere non poſſum: quoniam
cùm incertum ſit,an ex ea ſtipulatione deberi poſſit,antè tempus petere videor. Perindè
igitur habetur hæc ipſa N. prætenſio,
non eueniente conditione,ac ſi illa non fuiſſet,quia incertum perdurat adhuc,an probè
partitas illas,vel improbè retulerit.petit itaque
23 antè tempus. male propterea. hoc ipſo
modo argumentatur Vlpianus lib.7. ad Sabinū in l.1.§ fin.in fin.ff.quando dies vſusfructus legati cedat.rationem reddens: Quamuis aliàs, (inquiens) qui ante diem agit, malè
agit. ſequiturq; Ioſeph.Ludouic.decif.Peruſina 13.num.16. Fariſ.conſ.8.num.25.lib.3.
Rota part.5.diuerſ.d.decif.47.ſub num.7.&
apud S. Memoria Gregorium XV. dec.555.
24 nu.3.Non eſt itaq; N.interim creditor,quia
ſub conditione creditor, quatènus probatione manifeſtauerit probè computationes
proceſſiſſe in partitis cōtrapoſitis.vt ex Caliſtrato d.l.cùm ſeruus.81. §.nam non vtiq;
ff.de conditionib.& demonſtrat. in ſuperio-
25 ribus oſtendimus. Varius enim euentus eſt
belli vti Dauid Magnus ille præliator teſtatur,2.Regum 11.25.incertus propterea.iuxtà
Sceuolæ ſenſum lib.2.quæſtionum in l.quod
debetur.52.ff de peculio, in illis verbis: &
euentus exequutionis poſſit eſſe incertus. ſequiturq; Gratianus forenſ. part.5. cap.850.
n.4.Debitor autem ipſe,liquidus,certus,atq;
denunciatus eſt, in computationibus factis.
26 Quas ergo detinet pecunias ſoluet. Quia
nulla ſubmouetur exceptione,quin ſoluere
teneatur. Cùm hoc ſit reddere rationes, vt
initio oſtendimus, reliquata ſoluere. docet
id quoq; Pomponius lib.6.ad Sabinum in
l.boues.89.§.inter reddere.ff de verborum ſignificat.& ibidem apertiſſimè Gloſſ final. in
fin. luculentiſſimè id decreuit Iuſtinianus
Cæſar in §.Oeconomos autem in authent.de
ſanctiſſimis Epiſcopis collat.9.illis verbis: Et
rationem ſua gubernationis facere,& exigi
quod ex ipſis (rationibus ſcilicet) debentes
oſtenduntur.ſequitur q; Gloſſ.fin.in l.cum teſtamento.4.vbi Bald.num.4.C.de man. miſſ.
teſtamēto. Afflict.decif.157 n.1.& 2.Viuius
decif.153. Menochius de arbitrar.caſu.109.
n.21.& ſeq. Præuius noſter Robertus Maranta conſ.143 n.3. Marc.Anton.de Amatis
decif.Rotæ Ferrarienſ.28.n.3. Rota Maceraten. apud Marcum Antonium Thomati decif 27.nu.6. Cardin.Tuſcus tom.1.littera A.
concluſ.205. & tom.6.littera R. concluſ. 40.
Rota apud Card.Caualer. decif.225.num 4.
Rota Ianuenſis decif.173.n.15.& apud Marcum Antonium Bellonum decif.191.num 4.
27 Potiſſimum verò,quod etiam ex ipſius N.
confeſſione,qui nouiſſimè partitas repertas,
deductaſq; acceptauit, de debito appareat,
deq; eius non clara fide,verùm doloſa machinatione partitas ipſas iam exactas occulendo, neq; in acceptum in rationibus referendo. ad dicti Calliſtrati ſenſum in d.l.cùm
ſeruus.81. circa fin.de conditionibus, & demonſtrat. Aymon.conſ.494 n.16.circa fin.&
ſequuta fuit Rota apud Caualer.d.decif.225.
28 n.4.ex hoc ipſo igitur condemnari merebitur: & quòd, vt non oportuit in rationibus
ſe geſſit;& quòd quæ ex negotiis excepit exigendo, detinet adhuc. iuxtà Cai ſenſum in
d.l.ſi quis abſenti 2.§.& ſanè.ff.de negot.geſtis. & in Neapolitano Conſilio decretum
fuit apud Afflictum d.decif.157.num.1.& 2.
29 Quiſquis nempè debet; reddere tenetur.nō
nè teſtatum hoc faciet Chriſti Domini ſententia? Matth.18.23. dùm docuit nos: Re-
30 gnum Cœlorum aſſimilatum eſſe homini
Regi; qui voluit rationem ponere cum ſeruis
ſuis. Et cùm cœpiſſet rationem ponere oblatus
eſt ei vnus,qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet,
iuſſit eum Dominus eius venundari, et vxore
eius,& filios,& omnia,qua habebat et reddi.
Primò rationem poſuit; inuentus eſt deindè
qui debebat;iuſſus demùm eſt reddere. Sic
ille etiam ſeruus nequam, eodem Matth.
18.28. qui inuenit vnum de conſeruis ſuis,
qui debebat ei centum denarios, & tenens
31 ſuffocabat eum,dicens.Redde quod debes. ſequitur ergò eum,qui debet,Redde.ſic Paulus ad Romanos 13.7.Reddite ergò omnibus
debita.dixit.Debita ergò redduntur. Debet
N. Reddat oportet. quod debet. Quia
32 liquidus eſt debitor.liquidè igitur ſoluet.ex
Pomponii ſenſu lib.9.ad Sabinum in l.ſtatuliber.5.in princ. ff.de ſtatuliber. illis verbis:
Statu liber rationem reddere iuſſus; reliquū
quod apparet ſoluit. ſequiturque Bald.conſ.
152.ad euidentiam colum.2.verſ.de calculatis autem.lib.3.Nec enim de his partitis iam
exactis,in controuerſia eſt. Soluet proindè.
ex Vlpiani ſenſu lib 42.ad Sabinum in l.1.ff.
de ſolut.& ibidem Gloſſ. verbo non eſt in
controuerſia. certum,& liquidum debere
33 ſolui,atteſtans. Tenetur verò ipſe: quia ex
negotijs geſtis obligationem contraxit,alienaq; adminiſtrauit. præſtare idcircò eum
oportet,quod conſequutus eſt.Vlpianus hoc
docet lib.11.ad edictum in l.idemq; & in
fundo 10.§.ſi ex fundo & § ſi mandatu meo.ff.
mandati. d.l.ſi quis abſenti 2.in fin. ff de ne-

got.geſt. idem Vlpianus lib.36. ad edictum
in *l.1.§.officio tutoris.* & ibidem *Bart.ff.de*
tutelis,& rationibus diſtrahend. Vlpianus
ipſe lib.3.ad edictum in *l.quædam ſunt per-*
ſonæ.9.in princ ff.de edend.l.tutori 20.& ibi-
dem notatis. *C.de negotijs geſt. Rota apud*
Cardinalem Caualerium dec.412.num.2.&
dec.647.num.4.Rota Maceraten.apud Tho-
mati dec.53 num.17.& 18. Gratian.forenſ.
diſceptat.part.2.cap.395.num.8.& 10.Rota
apud Coccinum *dec.302.num.1.cum ſeqq.* &
in *Lunen.Sarzanen.confidentiæ anno* 1600.
coràm *deciſ.135.n.2. poſt primum*
volumen conſilior.Farinac.& in recentiorib.
part.1.tom.1.deciſ.355.n.4.Berous conſ.33.
n 5 vol.2. Rota Ferrarienſ.apud *Marcum*
Antonium de Amatis deciſ.28. Caualcanus
deciſ.40.& vlt.nu.2 & 3.vol.5.Marius An-
toninus Maceraten.*variar.reſolut.lib.2 reſol.*
46.num.12.& ſequent.Rota Ianuenſis apud
Marcum Antonium Bellonum *deciſ.80.n.3.*
& deciſ.81,n.2.& d.deciſ.116.n.1.2.& 3.&
34 *d.deciſ.191.nu.2 3.& 4.* Villico quippè,qui
bona ſua adminiſtrauerat, (*Lucæ* 16.1.& 2.)
quidiffamatus fuerat apud eū, quaſi diſſipaſ-
ſet bona ſua, Dominus dixit: *Redde ratio-*
nem villicationis tuæ: iàm enim non poteris
35 *villicare.* Quaſi enim ex natura venit nego-
tij,vt qui res, negotiaq;gerit alterius,is ra-
tiones actus ſui reddat, ſiuè negotiorum ſit
geſtor.*d.l.2.in fin. ff de negot.geſt.* ſiuè pro-
curator *d.l.quædam ſunt perſonæ 9.& l.ar-*
gentarius 10. ff de edendo. d.l.idemq;10.§.ſi
procurator & l.ex mandato 20 ff. mandati.
ſiuè quiuis alius. *d. l. quædam 9. de edendo.*
Rota Genuæ apud Bellonum d dec.116.nu.1.
& d.dec. 19 .n.4.& 5.
36 Geſſit proindè Domini Marchionis ne-
gotia, vti procurator, N.rationes vtiq;red-
det. hoc ſanè modo, vt nihil apud eum
remanere oporteat. vti Paulus lib.1.ad Sa-
binum *d.l.ex mandato 20. in princ. ff. man-*
dati. docet. quo loco *Gloſſ.1.*verbo *oportet,*
ita illud exaudit; *vt omnia reddere debeat,*
37 *& nihil lucrari.* iniuſtè videlicet:ſicut,nec
damnum pati debet,vt idem Paulus ibidem
ſubnectit. *Quia iuſtum eſt,ſi vtilitèr geſſit,*
præſtari ei,quidquid eo nomine,vel abeſt ei,
vel abfuturum eſt. vt ex Calliſtrato in *d.l.2.*
in fin.ff de negot.geſt. in ſuperioribus dedu-
ximus .*Bellon.d.dec.191.n.5.*
38 Iniuſtum autem non eſt, vt interim ipſe
(qui præſertim dolo ſe geſſit partitas iàm
exactas, neq;in infima pecuniarum ſum-
39 ma)occultando: Quia dolo facere videtur,
qui id, quod poteſt reſtitnere,non reſtituit.
Vlpianus vt loquitur in *l.ſi procuratorem.*8.
*§.dolo autem.ff mandati.*multòq; magis qui
occulit,nè ſciretur, neq; conſequentèr reſti-
tueret)quæ retinet adhùc, pecunias videli-
cet, ad quas liquidus, certuſq; ac præſenta-
neus debitor declaratus fuit,non reſtituat,
eo ſolùm prætextu(vt diximus) quia termi-
nus datus fuit, vt contra poſitas ex libito
partitas, in apertum deducat. Hoc nempè
eius gratia geſtum fuit,ſi poſſit probatione
elucidare,quod vſq; adhuc obſcurum eſt. &
incertum,an ſibi debeatur.ex Pauli sēſu lib.
69.ad edictū in *l.ei incumbit.2. ff de probat.*
Rota par.1.diuerſor deciſ.400.num.4 vt pe-
40 tere minime interim illud valeat; multòquè
minus detinere.vt ex Iaboleni ſenſu,verbiſ-
què in *d.l.pecuniam 36.in fin.ff.de rebus cre-*
*ditis,*non in abſimili excogitato in ſuperiori-
bus deduximus. atq;ita deciſum fuiſſe per
Rotam Genuæ refert *Marcus Antonius Bel-*
*lonus deciſ.11.nu 7.*ob difficultatem quippè
partitarum,reſeruatæ illæ fuerunt in alio iu-
dicio,facta ſcilicet,illarum liquidatione.& in
ſimili anteà multò tempore iudicatum fue-
rat in Conſilio Neapolitano apud *Affl,deciſ.*
381.*num.3. 5.& 6.* quòd partitæ non eſſent
certæ,neq;liquidæ,non fuiſſe dandam com-
penſationem. Liquidum nempè dicitur,
quod nullam diſceptationem admittit.*Gra-*
tianus Rotæ Marchiæ *deciſ.43.num.7.* ad
Vlpiani ſenſum lib.50. ad edictum in *l. hæc*
autem.5.§.non defendi.ff. quibus ex cauſis in
*poſſeſſion.eatur.*quatènus docet: id liquere,
de quo conſtat. *Rota apud ſanct.mem.Greg.*
*XV.dec.224.num.1.4.& 5.*Id ergò eſt liqui-
dum, de quo conſtat Iudici. Et quid ſanè
41 cauſæ eſt, vt N. interim in lucro ſit re-
tinendo alienas pecunias; Dominus verò
Marchio, cuius ſunt pecuniæ in damno?
quod fieri nec naturalis ratio patitur. vt in
ſuperioribus diximus.
42 Contrapoſitio verò partitarum, quæ cō-
penſationis ſpecies eſt.vt per *Socin. conſ.65.*
verſ. nàm ex tali deſcriptione. lib.4. Ma-
ſcard.de probation.concluſ.1319.num.5.Ro-
ta Ianuen.deciſ.60.num.8.Rota apud Cardi-
nalem Caualerium deciſ.165.num.1. ſequi-
turq; *Beltraminus ad deciſ. Gregor.XV.366.*
*num.8.*idemq;*Gregor.* ibidem *num.3.* nihil
interim operatur, vt ſuperſederi debeat
43 ab N. in ſoluendo. Quia nimirùm hæc
partitarum contrapoſitio inter mercato-
res locum habet, qui accepti, expenſiq;
inter ſeipſos libros conficiunt;& conſtat in-
ter eos de partitarum veritate,vt compenſa-
44 tio fieri valeat.*Si conſtat enim pecuniam in-*
uicem deberi,ipſo iure pro ſoluto compenſa-
tionem haberi oportet. Imperator Alexander
decernit in *l ſi conſtat.4.C.de compenſatio-*
nib.Corneus conſ.3.nu.4.Rota Ianuen.apud
Bellonum d.deciſ.11.n.6.in fin.& nu 7.& d.
deciſ.191.n.4.in fin.& n.5.Beltramin.ad di-
ctam deciſ Gregor.XV.366.n.8.Surdus conſ.
7.n.23.vol.1.& deciſ.333.nu.15. Rota apud
Duranum Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.245.*
nu.1.part.1.& deciſ.32.n.1.2.& 3.apud eun-
dem. quæ ſanè deciſio fuit pro Marchioniſſa
Cuſani hærede quondam Bernardini de Ba-
rionouo. & pro Marchione Cuſani noſtra
hæc eſt diſceptatio.hic verò nullo pacto cō-
ſtat

ſtat de pattitis contrapoſitis, quia obſcurę ſunt, quin magis dubię, quin non dixerim
45 erroneæ. Indè enim ad probandum N. terminus datus ſuit; vt quod dubium, obſcurum eſt, & erroneum, probatione clarũ, certum, atq; verum faciat. ad *text.* ibiq; notata in *cap. in præſentia.*8. *de probationib. extrà.* & ſequuta fuit *Rota* in tribus deciſionibus penès *Marcheſanum part.* 1. *fol.* 885. teſtaturq; Beltraminus ad *deciſion. Gregor. XV.* 377. *num.* 2. *in fin. Afflict. d. deciſ.* 381. *num.* 3. 5. *&* 6. dixitq; *Rota* in his terminis compenſationis apud *Duranum deciſ.* 175. *num.* 1. *in fin. verſ. tùm etiam quia exceptio compenſationis. & num.* 2. *part.* 1. ea ſanè ratione, quæ ex Pauli ſenſu lib. 3. quæſtionum in *l. cùm de indebito* 25. §. *ſin autem is. ff. de probation.* non obſcurè excipitur. Eum, qui ſoluiſſe ſe dicit: oſtendere debere. ſequiturq; *Rota Genuæ apud Bellonum d. deciſ.* 191. *n.* 1.
46 Deindè, quia hæc partitarum contrapoſitio, neq; inter mercatores ipſos locũ inuenit, ſi partitæ ſint ſeparatæ, nec connexæ. ex *Alex. in l. vnica. num.* 10. *vt quæ deſunt aduocat. & conſ.* 85. *ponderatis narratis. num.* 7. *volum.* 3. *Rota Ianuen. apud Bellonum d. deciſ.* 11. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 16. *num.* 8. *& Rota apud Cardin. Caualer. d. dec.* 165 *num.* 2. quo verò pacto partitæ, vel connexæ, vel ſeparatæ dicantur. ex *l. etiam ſi patre.* 30. §. *ex cauſa, ff. de minoribus* 25. *annis. & Eſcobar de ratiocin. cap.* 13. *num.* 21. *&* 22. deduxit Regens *Hector* Capycius *Latro deciſ.* 113. *num.* 19. 20. *& ſeqq.*

47 Prætereà nec compenſatio intrat, ſi debitum purum, liquidumq; non fuerit, neq; certum; quemadmodùm nec compenſatio locum habet, ſi debitum in diem debeatur. Vlpianus in *l. quod in diem* 6. *&* §. *fin. in fin.* ibi: Quaſi non exiſtente debito. *ff. de compenſation.* noſter *Maranta conſ.* 139. *ſub nu.* 6. *in fin.* & Papinianus *l. ſi cùm militi* 16. §. *fin. ff. eod. de compenſation.* & ibidem *Doctor.* communitèr. *Socin. conſ.* 17. *num.* 5. *lib.* 3. *Capycius dec.* 167. *num.* 5. *verſ. applicando ad caſum noſtrum. Gerius Spin. conſ.* 83. *num.* 12. *Bellonus d. dec.* 191. *n.* 4. *in fin.*

48 Cæterùm nec locum habet compenſatio de liquido ad illiquidum. excipe Iuſtinianum Cæſarem in *l. fin. C. de compenſation.* ſequentibus dicentem, mandantemq; *Ità tamen compenſationes obyci iubemus, ſi cauſa, ex qua compenſatur liquida ſit, & non multis ambagibus innoluta ſed poſſit Iudici facilem exitũ ſui præſtare.* ita ibi. & § *in bonæ fidei. Inſtit. de action. cap. cùm Ioannes.* 10. *in princip.* & ibidem *Gloſſ.* verbo *compenſare. de fide inſtrum. Afflict. d. deciſ.* 381. *nu.* 6. *Surd. deciſ.* 184. *nu.* 6 *Rota apud Card. Manticam deciſ.* 221. *num* 8. *& apud Coccinum deciſ.* 326. *num.* 3. *& deciſ.* 358. *num.* 2. *& part.* 2. *tom.* 1. *recentiorum deciſ.* 524. *num.* 5. *& apud Duranum d. deciſ* 32. *num.* 1. 2. *&* 3. *par.* 1. *& dec.* 282. *num.* 1. *par.* 2. *Rota Maceraten. apud Thomati deciſ.* 19. *num.* 26. *&* 27. *& apud Bellonum d. deciſ.* 191. *num* 6.
49 Quamuis breui liquidatio ſperaretur. ex *Alexandro conſ.* 93. 94. *&* 95. *lib.* 4. idem *Thomati d. dec.* 19. *n.* 26. *&* 27.

50 N. verò creditum, eſt pretenſum, dubium, obſcurum, incertum, quin non magis improbum, calumnioſumq; vt ex ipſis partitis contrapoſitis manifeſtum apparet, nec ità breui liquidandum. nullam proinde, vel cõtrapoſitionem, neq; compenſationem admittet. Conſequentiæ huius veritatem excipe ex Iuſtiniano Cæſare eadem *l. fin. de compenſationib.* ad precedentia relata conſequẽte. *Satis enim miſerabile eſt, poſt multa fortè, variaq; certamina, cùm iam res fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ iam pænè conuicta eſt, opponi compenſationem iam certo, & indubitato debito, & moratorijs ambagibus ſpem condemnationis excludi.*
51 Hoc autem animaduertere Iudices oportere, ne in hoc faciles ſint: Idem ipſe Iuſtinianus iubens edicit: *Hoc itaq;* (inquiens) *Iudices obſeruent, & non procliuiores ad admittendas compenſationes exiſtant: nec molli animo, eas ſuſcipiant: ſed iure ſtricto vtentes, ſi inuenerint eas maiorem, & ampliorem expoſcere indaginem, eas quidem alij iudicio reſeruent: litem autem priſtinam iam pænè expeditam ſententia terminali cõponãt.* Ità Iuſtinianus legis conditor. Vel cõpenſationem prætendit N. ex partitis illiquidis, dubijs, in certis; & certa lex illi obeſt, nõ illi competere, vt diximus. Vel dilationem prætendit, donec ipſe probatione claras,
52 certáſq; nec improbas partitas oſtenderit: & cùm interim certus non ſit creditor, iniquè vtiquè agit antè diem petendo. vt ex Iaboleno *d. l. pecuniam* 36. *in fin. ff. ſi certum petatur* in ſuperioribus demonſtrauimus.
53 Quia interim exploratum non eſt, (ante ſcilicèt claram probationem) an debeatur. ad Pomponij ſenſum, & mentem lib. 3. ad Sabinum in *l. hoc iure vtimur.* 10. *ff de verborum oblig.* eodẽq; loco *Gloſſella* marginalis *Bolognetti* allegans *Bald. in l. ſi quidem* 9. *C. de exception. in penult. colum.* & *Alexand. in d. l. hoc iure.* conſequenterq; eſt illiquidum, nec attendendum, idcircò nihil timendium. ex Imperatoris ſanctione *d. l. ſi quidem.* Soluere proindè tenetur, atq; reddere, quod debet. ex Diuino, Apoſtolicoq; præcepto, atq; ſacrarum legum ſanctione, vti oſtendimus.

Compareat itaq; argenti ratio, vt rationes reddidiſſe N. dicatur.

Atq; ita ex his, quæ iudicio ſubijcimus acriori, ſanioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Inuidiã inter pares innaſci. dixit Accurſius.*

Inuidia quid ſit? n.2.

Qui inuident, quia vellent ipſi habere, quod alius habet, litem facilè mouent. n.3.

4 *Lites ex concupiſcentijs non moderatis oriūtur, & inuidia. n.6.*

Hinc etiam & bella. ex S. Iacobo. n.5.

7 *Pronomina duo (meum, & tuum) mala omnia, & pericula hominis peperere ab hominibus.*

Quæ ſi de medio ſublata eſſent, quietiſſimè viuerent homines. ex I.u.l.o.

8 *Donatio facta de iure patronatus laicorum, ſi Epiſcopi Ordinarij conſenſus non intercedat, eſt nulla.*

Niſi Eccleſiæ, vel vni ex compatronis donetur. n.13.

In præiudicium tamen donantis illa tenuit ab initio. n.29.

9 *Inſtitui is debet, qui ab omnibus, vel à maiori compatronorum parte præſentatus fuerit. & n.41.*

10 *Inſtrumentum publicum probatam probationem exhibet.*

Et pro veritate habetur.

Facitq; rem certam, & manifeſtam. n.11.

Non igitur cauillandum, quod ex tenore ſcripturæ apparet. n.12.

14 *Conſenſus Epiſcopi in donatione iuris patronatus exquiſitus, non proficit, niſi ſolemnitates interceſſerint in alienatione rerum Eccleſiaſticarum perquiſitæ.*

Sed refellitur ſententia, n.21. & n.31. & 32.

Niſi in donatione iuris patronatus Eccleſiaſtici. n.30.

Sufficiet tamen conſenſum ipſum Epiſcopi, vel præcedere, vel ſubſequi. n.22.

Etiam poſt præſentationem factam. n.28.

Etiam ſi extra ſuam Diœceſim illum impertiatur. n.33.

Quia eſt actus iuriſdictionis voluntariæ.

Et à mero Epiſcopi deſcendit arbitrio. nu. 34.

15 *Subſcribens approbare videtur omnia in ſcriptura contenta.*

Et ex ſubſcriptione ſcriptura robur accipit. n.16.

Et firmitatem.

Præſertim verò ſi ſubſcribens Iudex fuerit, vel Epiſcopus, qui Iudex eſt perpetuus, & ex maioribus.

17 *Notarij ſubſcriptione inſtrumentum robur recipit.*

18 *Scriptura authentica dicitur, ſi Iudicis manu ſubſcripta fuerit, atq; Notarij actuarij.*

Præſertim Epiſcopi.

Vel ſi Iudicis authoritate fiat.

19 *Epiſcopus in ſua Diœceſi poteſt creare Notarios actorum ad acta iudicij conficienda.*

Habent enim Epiſcopi latam iuriſdictionem intra ſuas Diœceſes. n.20.

23 *Ratihabitio retrotrahitur ad actum antea geſtum.*

24 *Prouerbium. Ex proprio marte loqui, expeditur.*

25 *Ingenium ipſum hominis ſæpè mala mouet ſuo excogitatu.*

26 *Icarus dùm temerè alas aſſumpſit, Icariſs nomina fecit aquis.*

27 *Prouerbium. Funem ad propria retrahere.*

30 *Deciſio Cardinalis Seraphini 1312. expenditur.*

31 *Ius patronatus Eccleſiaſticum donari haud poteſt, niſi ſolemnitates interceſſerint, in rebus Eccleſiæ alienandis requiſitæ.*

Præſertim ſi in perſonã laicam fiat tranſlatio, atq; potentiorem. n.32.

Ob periculum vſurpationis.

Quamuis ſit ius patronatus laicorũ, quò ad hoc tamen, vt Epiſcopi accedat conſenſus.

35 *Epiſcopus ſi conſenſum in tranſlatione iuris patronatus, requiſitus ſine cauſa præſtare renuerit, iniuſtè agit.*

Et ab eo prouocari poterit.

Non tamen poterit illum Vicarius præſtare abſq; ſpeciali facultate. n.37.

Dicitur mera gratia. n.36.

Actus iuriſdictionis voluntariæ extra Diœceſim exercere poteſt. & n.38.

39 *Conſenſus Epiſcopi in tranſlatione, ſeu donatione iuris patronatus laicorum, ex lapſu temporis triginta annorum interceſſiſſe præſumitur.*

Multoq; magis ſi interceſſerit, ex lapſu tēporis firmius habebitur.

Neq; ſit, qui contra obmurmuret eorum, qui donauerunt. n.40.

42 *Ius patronatus hæreditarium obtinere haud poteſt, qui hæres non fuerit.*

Quamuis filius, ni hæres quoq; fuerit. nu. 43.

Quod probari debet.

Tranſit tamen cum ſucceſſione vniuerſali. n.44.

44 *Fœmina dotata ex Conſtitutione Regni In aliquibus ſicuti à ſucceſſione excluditur.*

Ita quoq; & à iure patronatus hæreditario.

45 *Vox vnius ex ſtipite in iure patronatus laicorum abſorbetur à maiori parte aliorum, ex eodem ſtipite.*

46 *Litigans temerè peccat.*

Quia malè petit, quod ſibi non debetur.

Vndè in expenſis damnatur. n.47.

Quia calumniam facit. n.48.

AR-

ARGVMENTVM.

Donatio facta iuris patronatus, ſeù præſentandi laicorum, ni Eccleſiæ fiat, vel alteri ex cõpatronis, Epiſcopi non accedente conſenſu nulla omninò redditur. poteſt verò Epiſcopus etiam ex poſt facto conſenſum præſtare, atq; extrà Diœceſim, quia actus eſt iuriſdictionis voluntariæ, non contentioſæ. Ex lapſu verò triginta annorum interceſſiſſe præſumitur, neq; ſolemnitates vllę requiruntur, ſicuti in iure patronatus Eccleſiaſtico. Inſtrumentum dicitur probatio probata, facitq; rem certam. Subſcribens approbare cenſetur in ſcriptura contenta omnia. Illaq; ex ſubſcriptione robur accipit, præſertim Iudicis; vt Epiſcopi. Poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi Notarios actorum creare. In iure patronatus hæreditario, neq; filius admittitur, niſi hæredem ſe probauerit. Mulieres dotatæ in Regno, ſicuti à ſucceſſione excluduntur, ità pariq; ratione à iure patronatus hæreditario. Vocum minor pars ex vno ſtipite à maiori parte abſorbetur.

RESPONSIO LXIII.

1 INter pares inuidiam innaſci, dixit Accurſius Magnus ille Gloſſographus in *l. ſi cum exceptione* 14. §. *eum, qui metum. in Gloſſ.* in verbo *teneri* circà *fin.*
2 *ff de eo, quod metus cauſa.* Rationemq; reddit *Gloſſella* marginalis ibidem, dicens: *Inuidia enim eſt triſtitia quadam de alienis bonis, in quantum eſt diminutiuum propria gloria, vel propria excellentia. Damaſcenus lib.* 2. *& ad illos tantùm eſt, quibus homo vult ſe aquari. Gregorius lib.* 6. *moral. hinc inuidi ſunt ſimiles, aut ſecundùm genus, aut ſecundum ſpeciem, aut ſecundùm ætatem. Ariſtot. lib.* 2. *Rethoric.* ſic Gloſſella. accepit ex S. Doctore *Thoma* Aquinate Angelico. 2. 2. *q.* 36. *art.* 1. ſequiturq; *Nauarr. in cap. ſi quis ſemel.* 1. *de pœnit. diſtin.* 2. *num.* 1. *& ſeq.*
3 Cùm ergò quis de alieno bono triſtatur, quaſi quòd propriæ detrahat gloriæ, eamq; diminuat; velletq; ipſe habere, quod ille habet, ſibiq; deeſt vndè inuidet. ex *S. Th. ead. q. art.* 1. *ad* 4.
4 Litem facilè mouet alteri, vt ipſe habeat. Ex concupiſcentijs enim non moderatis lites originem traxere inter homines. Credas Iacobo Apoſtolo 1. Hieroſolymorum Epiſcopo in ſua *epiſt. cap.* 4. 1. Videas quibus coloribus rẽ hanc affabrè depingat.
5 *Vndè bella* (inquit) *& lites in vobis? Non nè ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non poteſtis adipiſci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis. Petitis, & non accipitis: eo quòd malè petatis: vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis.*
6 Hinc ſanè lites, & bella ex concupiſcentijs, & inuidia, qua inuidemus, nè aliquis alius pluſquam nos habeat; illudq; nos habere concupiſcimus. ſuccurrat tibi illud Tibulli eleg. 3. lib. 2.

Præda feras acies auxit diſcordibus armis:
Hinc cruor, hinc cædes, mors propriorq; venit.
Præda vago iuſſit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubijs noſtra dedit ratibus.

7 Certè propter duo pronomina (*meum*) & (*tuum*) ſubindè homini imminet periculum, indè, vndè minimè oportet; & ab homine ſcilicet. & quandoq; (quod exoſum) frater cum fratre iudicio contendit. vt Paulus 1. *ad Corinth.* 6. 6. loquitur, rationẽ ſubdẽs: *Iã quidèm omninò delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos.* ex concupiſcentijs videlicèt, & deſiderio habendi, atq; inuidia, nè alter habeat. Quietiſſimè nempè viuerent homines in hoc Mundo, (Tullius inquit) ſi de medio ſublata eſſent duo verba; *meum*, & *tuum*. ſequitur *Gloſſ.* in *can. dilectiſſimis.* 2. verbo *omnium.* 12. *q.* 1. Ex hoc fonte manauit factum, quod ſubijcimus.

Vacauit non longè hiſcè diebus ſimplex beneficium de iure patronatus laicorum familiæ de Calofirtis intus Cathedralem Eccleſiam Iſclanam in Capella ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Gryptis, aliàs della Candelora; diem nàmq; obijt ſuum anno 1620. D. Carolus de Calofirtis, qui illud obtine-

nebat. Inſurgunt itáq; qui illud ambiunt, ſi-
mulq; decertant, vt habeát. A Christophoro
itaque de Caloſirto patrono præſentatur
Clericus Ioſeph Linfriticus. Ab Agnello verò,
ſiuè Anello, & Franciſco Aſſantis præſenta-
tur ex altera D. Ioannes Baptiſta Aſſantus
Germanus præſentantium. isti præſentaue-
runt vti filij, & hæredes quondam Andrianæ
Caloſirti. Contendit vterq; ſe à veris patro-
nis præſentatum, atq; propterea inſtituendū.
Qui Ioannem Baptiſtam tuentur, potioraq;
ei pollicentur, Ioſephum detrudere tentant,
quod à Christophoro de Caloſirto præſen-
tatus fuerit, qui patronus non ſit. Venit quip-
pè ipſe vti donatarius Ioannis Thomæ, Cle-
rici Caroli, & Eliſabetthæ de Caloſirtis fra-
trum, nec non & Garſiæ Roſæ filiæ, & hære-
8 dis quondam Indiæ de Caloſirtis. non inter-
ceſſiſſe Ordinarij Epiſcopi conſenſum in do-
natione. eſſe proindè illam nullam, inuali-
damq; ex Alexandro III. in *capit. Cura pa-
storalis 11. de iure patronat. Gloſſ. in cap. ex
inſinuatione 14. verbo liberaliter contuliſſet.
eod. titulo.* ibidemq; *Abbas. & ex cap. nullus
laicus. 17.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *Eccleſiam eodem
tit. Rota apud Cardin. Seraphin. deciſ. 884.
n. 1.*

Nos verò, qui Clericum Ioſephum tue-
mur, ei inſtitutionem deberi contendimus.
Cùm enim ipſe præſentatus fuerit à Chri-
ſtophoro de Caloſirtis donatario Ioannis
Thomæ, Clerici Caroli, & Eliſabetthæ de Ca-
loſirtis fratrum, nec non Garſiæ Roſæ; quod
Aduerſarij non diffitentur; ijq; omnes vo-
ces aſſumant, deſcendunt quippè à Marti-
nello de Caloſirtis, qui in poſſeſſione deceſ-
ſit iuris præſentandi, & eiuſque ad vnum ſu-
perſtitem omnes voces deuenerunt: & ipſi
eundem Carolum, cuius ex ſupremo functo
beneficium nunc vacat, præſentauerunt. &
deindè in Christophorum præfatum dona-
9 tione tranſtulerunt. Omnes vtiq; voces ob-
tinet. erit proindè ipſe instituendus *cap. ſi
fortè. 26. ac fin. diſt. 63. cap. quoniam 3.* ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo, *qui maioribus. de iure
patronat. cap. Eccleſia veſtra. 57. de elect. ex-
tra. cap. ſi cui 23. & cap. cùm expediat. 29. de
electione lib. 6. Rota apud Durantum deciſ. 87.
n. 1. part. 1. & parte. 2. diuerſorum deciſ. 217.
nu. 1. apud Cardin. Seraphin. deciſ. 875. nu. 2.*
diximus *reſponſ.* noſtra *6. n. 8. & reſponſ. 14.
n. 1. & reſp. 42. n. 1. part. 2.*

Fuiſſe verò firmam donationem Christo-
phoro factam per præfatos Ioannem Tho-
mam, Carolum, aliosquè, id patet ex publi-
co donationis instrumento in actis produ-
10 cto: Instrumentum verò, probatam, & in-
promptu probationem exhibet, ac pro veri-
tate habetur. ad *tex. in l. cùm precibus 18. &
l. ad probationem 21. C. de probationib. l. deſi-
derium tuum 7. C. depoſiti. cap. cùm dilectus.
9. de fi. de instrument. Rolandus à Valle conſ.
76. n. 8. & conſ. 79. n. 47. & conſ. 85. n. 38. lib. 1.
Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſina 26. nu. 13.
& deciſ. 50. nu. 5. Franciſcus Merlinus deciſ.
Lucerſi 17. n. 1. & deciſ. 12. n. 1. & deciſ. 93.
n. 1. Surdus deciſ. 177. n. 4. Rota apud Cocci-
num deciſ. 220. n. 3. in fin. Tiraquell. de retra-
ctu Ligniagier §. 1. Gloſſ. 1. n. 20. Ioa. Cephal.
conſ. 448. n. 1. cum ſeq. lib. 3. Rota apud Card.
Caualer. deciſ. 71. n. 1. & deciſ. 182. nu. 3. &
apud ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 180. n. 1.
& deciſ. 195. n. 1. & part. 2. in recentioribus
11 deciſ. 706. ſub n. 1.* facitq; rem certam, & ma-
nifeſtam. *Bart. in l. 1. in princ. nu. 8. ff. de noui
oper. nunciat. Pariſius conſ. 104. n. 64. & ſeq.
lib. 1. Rota apud Gregorium XV. deciſ. 157.
n. 13. & deciſ. 321. n. 1.*

12 Nullam proindè ex instrumento publico
aduerſus donationem calumniam afferent,
cùm tenor ſcripturæ deſignet donationem
factam. ad verba, mentemquè Diocletiani, &
Maximiani Cæſarum *d. l. ad probationem 21.
C. de probat.* ni improbè id recuſare volue-
rint. vt ijdem loquuntur *d. l. deſiderium tuum
7. in fin. C. depoſiti.*

Obſtaculum tamen haud faciet, quod ipſi
contendant fuiſſe donationem, quantum ex
ſe, firmam; redditam verò inualidam, quòd
13 Epiſcopi conſenſus non acceſſerit: exquiri
verò omnimodis eiuſdem conſenſum, cùm
in priuatam perſonam; non Eccleſiam, non
compatronum, transfertur. ex eodem Ale-
xandro III. in *cap. illud prætereundum 8.* ibi-
denique *Gloſſ.* verbo *licet religioſo. & d. cap.
cura paſtoralis. 11. & d. cap. ex inſinuatione
14.* vbi etiam *Gloſſ.* verbo *liberaliter contu-
liſſet. de iure patronatus. extrà. Rota part. 2.
in recentioribus per Farinacium deciſ. 337.
n. 4. & part. 1. in eiſdem recentioribus deciſ.
707. n. 4. Gloſſ. in can. nemini regum. 49.* ver-
bo *nemini*, vbi etiam *Bellamerain princip.
16. q. 7.* ſequiturq; *Caputaquen. deciſ. 131. n. 1.
& ſeq. part. 2. Achilles deciſ. 10. de iure patro-
natus. Marius Antoninus Maceraten. va-
riarum reſolut. lib. 1. reſolut. 87. n. 25. Viuia-
nus de iure patronat. lib. 2. cap. 4. nu. 7. in fin.
Barboſ. in collectan. ad tex. in d. cap. ex inſi-
nuatione. 14. n. 3. Gratian. diſcept. forenſ. par.
3. cap. 577. n. 37. Mareſcottus variarum reſo-
lut. lib. 3. cap. 9. per tot. Rota apud Coccinum
deciſ. 404. num. 8.* Duplici autem ex capite id
probare conantur. Vnum quidèm, quòd de
conſenſu non conſtat; productum verò, car-
14 tulam aſſerunt. Alterum, quòd ille, ſolemni-
tatibus in alienatione rerum Eccleſiaſticarū
perquiſitis, minimè interuenientibus datum
fuerit; atq; extra Diœceſim, vtputa Neapoli
datus. afferunt ad hoc probandum ex *Riccio
c. 180. in praxi iuris patronatus, atq; ex Rota
apud Cardinalem Seraphinum deciſ. 1330.
n. 1. in vna Bracaren. iuris patronatus de Pa-
dornello Veneris, 7. Maij 1599.*

Verùm neutrum contra nos obſtat. Non
primum: quia de conſenſu apparet manu
Epiſcopi Iſclani Fabij Pulucrini, qui conſen-
ſui

Digitized by Google

15 ſui per Notarium aſſumptum eius mandato
extenſo ſubſcripſit.approbauit ptoindè ſcri-
pturam, eaq; omnia in illa contenta.ex Sce-
nola lib. 1.digeſtorum in *l.emptor.*48. §.*Lu-
cius Titius ff.de pactis.*ibiq; *Bart.alijq;Scri-
bentes*, & ex Paulo lib.5. quæſtionum in *l.ſi
ita ſtipulatus fuero.*126.§.*Chryſogonus Fla-
uij. ff.de verborum obligat. Bart.in l.*1. § *ſi
quis neget.n.*11.*ff.quemadmodum teſtamen-
ta aperiantur.Crauetta conſ.*73.*nu.*40.*Ma-
ſcardus de probationibus concluſ.*1342.*to.*3.
*Menochius de præſumpt.lib.*3. *præſumpt.*66.
*Verallus deciſ.*360.*alias* 1.*de præſcriptionib.
n.*7.*par.*2. *Aluarus Valaſcus conſult.*67.*n.*8.
*Hieronymus de Federicis reſolut.crimin.*23.
*num.*27.*poſt* 2.*volum.conſiliorum Farinac.
Rota apud* Card. *Caualerium deciſ.*133.*n.*2.
& 3.*& apud Duranum deciſ.*136.*nu.*4. quæ
eſt etiam in impreſſis *part.*5.*diuerſorum no-
uiſſimarum deciſ.*155.*n.*4.*& deciſ.*186.*nu.*1.
& 2.*& deciſ* 302.*n.*6 *ead.part* 5.*diuerſorum
nouiſſimarum.*& apud eundem *Duranum
deciſ.*6.*n.*8.*part.*1.

Neque ita vili habenda ſubſcriptio ſola
16 Epiſcopi, vt Aduerſarij putant: quando ex
ipſa vna principalis ſubſcriptione ſcriptura
robur accipiat, & firmitatem; ſiue priuatus is
fuerit, ſiuè Iudex, multoq; magis Epiſcopus,
qui Iudex eſt perpetuus, atq; ex maioribus.
Maceraten qui alios refert. *variarum reſo-
lut.lib.*3.*reſolut.*12.*ſub nu.*5.ad *tex in l.cùm
antiquitas.*28. §.*fin.*C.*de teſtament.*& *text.*
Innocentij III. in *cap.inter dilectos.* 6. §.*in-
ſtrumentum quoq; de fide inſtrumentorum*
17 quatènus probat, ex ſubſcriptione notarij
inſtrumentum, ſeù ſcripturam robur accipe-
re. ſequiturq; poſt *Innocent.& Abb.Felinus
in cap.quoniam contra* 11.*n.*43.*in* 4.*quæſito.*
præſertim *verſ.habes ergo doctrinam aureã.
de probationibus*, & ſequuta fuit *Rota apud*
Card. *Caualer.deciſ.*99.*nu.*1.*& d.deciſ.*133.
*n.*3. *& apud* Card. *Manticam deciſ.*79.*nu.*3.
quæ eſt etiam in impreſſis *apud Farinac.
poſt* 1.*volum. conſiliorum. deciſ.*70.*nu.*2.*&
apud Duranum deciſ.*368.*num.*29.*part.*2.*&
apud ſanctæ memoria Gregor.XV.deciſ.*393.
*n.*1.

18 Præterquàm, quòd ipſa Epiſcopi ſubſcri-
ptio roborata fuit ſubſcriptione ipſius actua-
rij, qui mandato ipſius Epiſcopi ſcripſit, ſub-
ſcripſitq; erit proindè vti ſcriptura authen-
tica habenda. teſtatur id *Innocent.in cap.*1.
*de fide inſtrument.*dicens: *Quòd authentica
ſcriptura eſt, quæ fit Iudicis authoritate per
quoſcunquè; vt acta iudiciorum, &c.* Quam
ſententiam ſequitur, refertquè *Afflict. deciſ.*
275. *n.*4. nec ſanè nouum Epiſcopum in ſua
19 Diœceſi poſſe creare Notarios ad acta iudi-
ciorum excipienda.ad *tex.in cap.cùm P.Ta-
bellio* 15.ibidemq; *Hoſtienſ.*qui hoc notat.
*de fide inſtrumentor.*ex expanſa nimis pote-
20 ſtate, quam in ſuis Diœceſibus Epiſcopi ob-
tinent. ad *text.in can.regenda* 4. 10. *q.*1.*&
can.Epiſcopus* 23. *& can.præcipimus.*24.12.
*q.*1. vti ex his argumentatur doctiſſimus ille
ex Patribus Iuris Conſultis *Oldradus conſ.*
75.*quis poſſit creare notarium.n.*1 ſequiturq;
*Alzedus in praxi Epiſcop.cap.*12.*n.*62.

Neq; ſecundum ex duobus obiectis facit
obſtaculum: in conſenſu per Epiſcopum da-
to ſolemnitates non interueniſſe in aliena-
tione rerum Eccleſiaſticarum perquiſitas.
21 Decipiuntur apertiſſimè Aduerſarij: neq; è
enim Eccleſia, vel quid Eccleſiaſticum alie-
natur, ſed ius ipſum præſentandi in alium
transfertur. Omnimodò tamen in hac tranſ-
latione, ni in Eccleſiam fiat, vel alium ex cõ-
patronis, Epiſcopi perquiritur conſenſus, ad
quem omnia ordinare in ſua Eccleſia, atquè
dirigere ſpectat. id habetur apertiſſimè ex
Alexandro III. in *d.cap.illud prætereundum*
8.*& cap.Cura paſtoralis* 11. *& cap.ex inſi-
nuatione* 14.*& cap.nullus* 17.& in omnibus
his *Gloſ.de iure patronatus extrà*; quæ ipſi
Aduerſarij pro ſe attulere, non verò, vt opor-
22 tet, expendere, ſat autem erit vel præcedere,
vel etiam ſubſequi Epiſcopi cõſenſum; quod
Aduerſarijs non probatur. at id ex d.Alexan-
dro III. *d.cap. cura paſtoralis* 11. firmum
redditur: ſic enim ipſe loquitur in fin. *Aut
Diœceſani Epiſcopi habuerit poſtea conſen-
ſum.*ibiq; *Gloſ.*verbo *conſenſum*, quæ, vt os
obſtruat Aduerſarijs, qui ita benè ſomnia-
23 runt, ſic infert. *arguitur, quòd ratihabitio
retrotrahitur*. retrotrahitur ad actum vtiq;
antea geſtum. *Gloſ.*quoquè in *d.cap. nullus
laicus.*17.verbo *conferat.* quæ apertiſſimè &
ipſa loquitur: *Si tamen contulerit, & ſubſe-
quatur poſtea conſenſus Epiſcopi, benè valet
talis donatio.*allegat ipſa eundem Alexandrũ
III.in *cap.ſugeſtum* 20.*eod.*qui ſanè Alexan-
der non in tenebris, vt noſtri Aduerſarij, ſed
in meridie, lucente Sole, verba profert, vt
omnes doceat, inſtruatq; *Significamus*, (in-
quiens) *quòd prior conceſſio, ſi cum aſſenſu
patroni, & authoritate Diœceſani Epiſcopi
facta eſt; aut eius aſſenſus fuerit poſtea ſub-
ſequutus, poſteriori conceſſioni præfertur.*
percepiſti: *aut eius aſſenſus fuit poſtea ſub-
ſequutus*. non igitur benè noſtri loquuntur
Aduerſarij, qui cõtra ſacrorum diſpoſitionẽ
24 canonum loquuntur. Ex proprio ſanè mar-
te: vt eorum acte ſatis pateat ingenium cõ-
miniſcũtur. vt cadat illis non ab re Ouidianũ
illud. 2.*de Arte.*

25 *Ingenium mala ſæpè mouent: quis crederet
vnquam.
Aereas hominem capere poſſe vias?*

An quod iſti etiam in Cœlum poſuerunt
os ſuum? ſed cecidit ille, vt idem canit Oui-
dius de triſtib.

26 *Dum petit infirmis nimium ſublimia
pennis
Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.*

27 Sed ad propria ſunem retrahamus. Hanc
ſententiam ſequuta fuit *Rota deciſ.vlt.de iu-
re*

Digitized by Google

repatronat. in antiquis. poſſe vtiq; Epiſcopi
28 conſenſum interuenire, & poſt donationem, & poſt præſentationem. Rationem reddit *num. 5. in fin.* ſatis adæquatam: Quia conſenſus intercedit ſuper translatione iuris pa-
29 tronatus, non ſuper donatione, quæ ab initio tenuit in præiudicium donantis. & ſequitur *Belemera deciſ 695. confeſſio Prælati. nu. 3. in fin.* quæ deciſio eſt 3. *tit. de confeſſis in nouis*. *Claudius Tutius de iure patronatus quæſt. 8. num. 7. Riccius*, de quo exultant Aduerſarij. *reſolut. 627. num. 6. part. 1. praxis. Rota apud Coccinum*, qui ſequitur dictam deciſionem vltimam in antiquis. *deciſ 453. num 6. & 7.* in impreſſis apud ſeipſum, & in eadem *cauſa Tentina iurispatronatus 23. Martij 1611. coram eodem Coccino in recentiorib par. 2. deciſ. 337. num. 5. in fin. & nu. 7.* & apud *Duranum deciſ. 415. num. 5. part. 2.* & in *Neocaſtren. Capellaniæ 10. Iunij 1615. coràm eodem Coccino dec. 680. ſub n. 1. p. 1. in recentior.*

Non figant proindè pedem in *deciſ. 1312. apud Cardinalem Seraphinum*, euidentiſſimè nàmq; ipſi decepti fuere, vel quia Rotæ ſenſum non percepere, vel quia percipere
30 noluerunt. Loquitur nempè illa apertiſſimis verbis in iure patronatus Eccleſiaſtico. verba afferamus in medium Cardinalis ſapientiſſimi.

Fuit reſolutum non conſtare de iure patronatus Illuſtr. Domini Marchionis. Illud enim prætenditur competere ex donatione illi facta à Monaſterio de anno 1558. in qua enunciatur conſenſus D. Andreæ de Norogna tunc dicti Monaſterij Commendatarij: Verùm cùm bona Eccleſiæ non poſſint ſine cauſa alienari, & maximè transferendo ius patronatus Eccleſiaſticum in perſonam laicam, non valuit talis donatio, cùm non fuerit facta cum debitis ſolemnitatibus ex cauſa euidentis vtilitatis, &c.

31 Quid manifeſtiùs legi, vèl audiri poterit? Deciſio itaq; de iure patronatus Eccleſiaſtico loquitur, & maxime ſi illud in perſonam laicam transferatur. Somniare igitur viſi ſunt Aduerſarij, quando dictionem illam perpenderunt (*& maximè transferendo ius patronatus Eccleſiaſticum*) vt putarint referri ad ius patronatus laicale; vt ſi requirantur ſolemnitates in illo, multò magis in iure patronatus Eccleſiaſtico. decepti euidentiſſimè ſunt deſiderio, vt pro Cliente non aliquid dicerent. nam verba illa ſequuntur poſt illa iam relata: *Verùm cùm bona Eccleſiæ nõ poſſint ſine cauſa alienari*: ſubſequitur & *& maxime transferendo ius patronatus Eccleſiaſticum in perſonam laicam*: hoc enim caſu multò magis cauſæ perquiruntur, & ſolemnitates, ob euidens damnum Eccleſiæ. non autem ità eſt in iure patronatus laicorum, in quo ius illud præſentandi de vna in aliam
32 perſonam transfertur. perquiritur proindè Epiſcopi conſenſus, nè in potentiorem fortaſſis fiat translatio, faciliorq; ei fiat vſurpatio: & quia ad laicos non ſpectat Eccleſias dare. vti Alexander Tertius *d. cap. illud prætereundum. 8. de iure patronat.* decernit. Non par itaq; eſt ratio dictæ deciſionis Cardinalis Seraphini, & quæſtionis noſtræ, cum termini ſatis ſint diſiti; vt ſicut exaltantur Cœli à Terra, ità exaltatæ ſint viæ huius noſtræ quæſtionis, ab illis dictæ deciſionis Cardin. Seraphini.

33 Nec minori fallacia decepti fuere, vt fortaſsè incautos deciperent, ni ſponte fateantur, ſe doctrinas non intellexiſſe, cum nullum aſſenſum aſſeruere, quòd extra Diœceſim in Vrbe Neapolis datus fuerit. Decepti quippè fuerunt, quia putauerunt, actum eſſe hunc iuriſdictionis contentioſæ, non volun-
34 tariæ; cùm voluntariæ iuriſdictionis actus ſit à mero Epiſcopi dependens arbitrio; &
35 ſiquidem ipſe, ſi conſenſum præſtare requiſitus ſine cauſa denegarit, iniuſtè agat, vt prouocari ab eo poſſit. ex Alexandri Tertij diſpoſitione *d. cap. nullus laicus 17. de iure patronat.* ità ſequitur *Riccius* ab Aduerſarijs non expenſus *d. reſolut. 627. in 1. part. praxis*
36 *in fin.* quòd conſenſus hic ſit mera gratia, vnde non dicitur actus contentioſæ, ſed voluntariæ iuriſdictionis: quarè poteſt exerceri etiam in remotis, & extrà Diœceſim. vt ipſe loquitur, & dixit apertiſſime *Rota apud Coccinum dict. deciſ. 337. num. 5. in fin. part. 2. in recentior.* cuius verba, vt noſtri confundandantur Aduerſarij, hic referre non grauabor: ſic nempè Dominus Coccinus: docens
37 enim conſenſum hunc non potuiſſe præſtari à Vicario, etiam Epiſcopo in remotis agẽte abſq; ſpeciali facultate; ſubnectit.

Et cum hoc ſit voluntariæ iuriſdictionis, & per hoc poſſit exerceri ab Epiſcopo extrà territorium, cùm non interueniat vtilitas, aut neceſſitas Eccleſię, nec ſit periculum in mora, &c.

Eſt itaq; voluntariæ, non contentioſæ iuriſdictionis aſſenſum præſtare in donatione, ſiuè translatione iuris patronatus, & præſentandi. potuit proindè extrà territorium
38 exerceri; vt omnes alij actus voluntariæ iuriſdictionis. *Gloſſ. in cap. nouit. 7. verbo terminos. de officio legati extrà.* Marcellus lib. 1. inſtitutionum in *l. omnes proconſules. 2. ff. de officio proconſul. & legat.* quem textum allegat *Gloſſ. dict. cap. nouit.* & explicat *Gloſſ.* in ipſa *l. 2. in Gloſſ. 1.* ſequiturq; *Nauar. conſ. 14. quidam volentes. num. 3. & num. 6. ad tertium argumentum lib. 4. de clandeſtina deſponſatione. Geminian. in cap. fin. circà fin. verſ. ſed numquid. de elect. in 6.* quem ſequitur *Zerola in praxi Epiſcoporum. par. 1. verbo iuriſdictio. in 2. notab. Rota apud Coccin. deciſ. 405. num. 2. Riccius par. 2. dec. 188. per tot. Dian. p. 1. tract. 1. miſcellaneo. reſol. 51. in fin. verſ. quæritur primo.*

Verùm

Verùm (da ex hypotheſi (veri tamen
præiudicio excepto) conſenſum Epiſcopi
neq; ex poſt facto interceſſiſſe) cùm equi-
39 dèm ille interpoſitus fuerit vltimo Ianuarij
1578. vndè anni effluxere duo ſuprà qua-
draginta ; ex lapſu temporis triginta annorũ
interceſſiſſe præſumeretur , multòq; magis
nunc firmus erit,cùm interceſſerit. ex Lam-
bertino de iure patronat.par. 1.lib.1.quæſt.2.
art.7.num.2. Rota coràm Robuſterio deciſ.
598.num.8.9.& 10.par.1. diuerſor. & apud
Coccinum deciſ.106. num.11. & apud Card.
Caualer.deciſ.265.num.5.& deciſ.336.n.4.
& deciſ.378.num.2. & in Mediolanen. iuris
patronatus 18. Aprilis 1616. coràm Pirouа-
no deciſ.70.num.4.apud Viuianum de iure
patronat. idem Viuianus ibidem lib.4. cap.
4.num.6.& num.74.Rota apud Card. Man-
ticam dec.86.num.10.& part.1.in recentior.
deciſ.707. num.5. & apud Duranum deciſ.
407.numer.8.& 9.part.2. Ricc.reſolut.339.
nu.2.part.1.praxis.& collectan.764.in fin.
par.4.

40 Potiſſimùm verò quòd eorũ,qui donaue-
runt,nullus aduersùs Chryſtophorum, neq;
ſibilus auræ tenuis audiatur.obſeruant pro-
indè illam.quod ſat eſt. Rota d.dec.707.n.2.
par.1. in recentior. & tradita per Rotam co-
ram Rubeo par.1.diuerſor.deciſ.375.num.4.
quam ſequitur Rota d.dec.707.num.2. part.
1.recentior.

Firma itàq; ex his omnibus eſt donatio
iuris patronatus Chryſtophoro facta , fir-
muſq; aſſenſus Epiſcopi, qui formalitèr in-
terceſſit. Nihil eſt ergò,quod Ioſepho no-
41 ceat, quin inſtitui debeat, cùm ipſe à Chry-
ſtophoro præſentatus omnium patronorum
voces obtineat,cùm nullus alius ſit ex cõpa-
tronis ſuperſtes,vel ſaltim maiorem partem,
quod ſatis,ſuperq; eſt, vt inſtitui poſſit præ-
ſentatus.vt in initio diximus.

Non itàq; officiunt ei, vt neq; proſunt Io-
anni Baptiſtæ Aſſanto per hæredes Andria-
næ praſentato,quòd illa Martinelli filia fue-
rit , & ſoror Ioannis Thomæ, & Clerici Ca-
roli de Caloſirtis , qui Chryſtophoro dona-
42 nere. Quia nimirùm cùm ſit hoc ius patro-
natus hæreditarium , neq; Andriana hæres
fuerit Matinelii eius patris: non vtiq; in iure
patronatus hæreditario ſucceſſit.

43 Neq; porrò ſat eſt filium eſſe, niſi hæres
quoq; fuerit,ſeq; heredem probauerit, qui
in iure patronatus hæreditario ſucceſſio-
nem amat.ad text.in clem.plures.2.ibidem-
què Gl.ſſ.verbo hæredes. & Scribentes de
iure patronat.Gloſſ.in l.ſi operarum iudicio.
29.verbo dandam circà medium. ff.de operis
libertor.Abb.in cap.1.in 1.notab.num.2.de
iure patronat. Lambertin.de iure patronat.
lib,1.part.2.art.22.quæſt.1.princip. num.1.
& eadem par.2.lib.1.quæſt.2.princip. art.1.
num.15.& 22. Monald.conſ.47.num.7. &
8.lib.2. Morot.conſ.33.num.5. & 6. Rota
apud Robuſterium part.1.diuerſorum deciſ.
385. num.4. & apud Card. Seraphinum
dec.456.num.1.& num.5.& in recentiorib.
par.2.deciſ.756.num.1.in fin. & apud Card.
Manticam dec.164.num.1. diximus reſponſ.
noſtra 14.n.3.p.3.

44 Præter quàm quòd non minimi obſtacu-
lum Andrianæ faciat,quòd illa mulier dota-
ta ex Regni Cõſtitutione(In aliquibus) cùm
à ſucceſſione abijciatur, à iure quoq; patro-
natus hæreditario , quod cum ſucceſſione
vniuerſali tranſit,ſubmoueatur.ad text.in
cap.ex litteris 7. ibidemq; Abb. de iure pa-
tronatus.Achilles dec.9.de iure patronat.Ro-
ta apud Card.Seraphinum deciſ.725.num.1.
Alexander Raudenſis variarum reſolut.cap.
19.num.28.& ſeqq. Turrett.conſ.82.num.
7.volum.1. Maceraten.variarum lib.1.re-
ſolut.60.num.2.in fin. & num.3. Claudius
Tutius de iure patronat.quæſt.13. Riccius
par.1. in praxi reſolut.175. Viuianus d. lib.
4.cap.2.num.48.& 49. Ioa.Baptiſta de Tho-
ro voto 82.num.4.& 5.diximus reſponſ. no-
ſtra 82.n.27.p.3.

Sed,vt gratiam cum illis ineamus, facia-
muſq; cum illis miſericordiam hanc:demus
& Andrianam hæredem fuiſſe Martinelli pa-
tris,illamq; ad ius quoq; admiſſam patrona-
tus. Quantulam tamen vocem habebit ;&
45 quid Aſſanto proficiet? Certè nihil. Nàmq;
illa vna vox Andrianę ab alijs maioribus ab-
ſorbetur,vt deuoraſſe ouem lupus videatur.
Imola in d.clem.plures.2.n.7.de iure patron.
Caſſador.deciſ.2.num 1.de iure patron. Ma-
ceraten.variarum reſolut. lib.1.reſolut.104.
num.13.Genuenſ.in praxi Epiſcopali cap.63.
num.24.Rota part.2. diuerſor. dec.117.n.1.
ex Scæuolæ ſenſu lib.1.quæſtionum in l.quod
maior.19. ff.ad municipal. cap.ſi cui 23.&
cap.cùm expediat.29.de elect.in 6.Rota par.
2.in recentior.dec.443.num.4.& 5. & apud
Duranum deciſ.199.num.8.apud Card.Ca-
ualerium dec.436.num.1.& deciſ.519.num.
2.3.& 4.& apud ſanct.mem. Greg.XV.dec.
452.num.4.& 23. diximus reſpon.noſtra 6.
n.29.p.3.

A maiori itàquè patronorum parte per
Chryſtophorum Clericus Ioſeph Linfriſcus
eſt præſentatus. ipſe proindè inſtituendus.
46 nolit ergò cum fratre Aſſantus iniquè iudi-
cio contendere,nè in peccatum incidat,atq;
delictum. vt ex Paulo 1.ad Corinth.6.6. in
initio diximus;ſed habendi, quod ſibi non
debetur, concupiſcentiam frenet ; perpen-
datq; quod ex Iacobo 4. 1. ſupra deduxi-
mus,ideò non eum accipere,quod malè pe-
tierit,id tentans, quod nullo ſibi iure debe-
47 tur. vndè iure quoq; in expenſis damnatur.
ex Vlpiano lib.5. de officio proconſulis in
leg.eum,qui temerè.79. in principio. ff.de
iudic.cap.finem litibus 5. de dolo, & contu-
48 mac. quia calumniam facit. cap.calumniam
4.de pœnis,

Z 2 Atq;

Atquè ità ex his, iudicio non exploſo acriori, ſaniorique, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Hominem maxima premunt curæ dùm in humanis agit.*
Suntq; illæ vt peſſimi prædones, cruentiq; carnifices.n.2.
Maximè verò nè ſenectutem deſolatam, ac ſine fulcimine faciamus.n.5.
Sed fruſtratur quandoq; opus eorum. nu.10.
4 *Triſtitia ſenectutem inuehit, palloremque inurit.*
Mortemq; parit.
Repellenda propterea.
6 *Locus Oſeæ.2.6. Sepiam viam tuam ſpinis. expenditur.*
7 *Curæ præſentis ſæculi ſpinæ dicuntur, quæ mentem hominis, & cor penetrant.*
8 *Diuitiæ ſpinarum nomine exaudiuntur.*
Rationem affert S.Gregorius.
Rerum quoq; penuria nullum onus moleſtius.
Diuitiæ, & mendicitas mala duo. ex Salomone. n.9.
11 *Senectutem omnes deſiderant: ſed malè.*
Hyemns dicitur; quæ tremulo venit horrida paſſu.
Nihil miſerius ſenectute inopi. ex Diogene.n.8.
12 *Generalibus Abbatibus Congregationis Mōtis Virginis facultatem fecit Gregorius XV. vt expleto Generalatus munere, Abbatiam poſſent ſibi eligere perpetuam.*
Sed reuocauit Vrbanus Octauus n.16.
Quæ expenditur num.23. & num.46. & n 72.
13 *Prouerbium. Homo homini lupus. expenditur.*
14 *Hominis multi effigiem habent, animos ferarum.*
17 *Herodes mala Iudæis intulit, quàm vlla beſtia inferre eis potuiſſet.*
17 *Iuſtitia cuicunq; poſcenti miniſtranda.*
Neq; neganda audientia roganti. n.18.
Iniuſtitiam auerſatur Deus.
Iuſtitia quod ſuum eſt cuiquè tribuit. nu. 22.
19 *Zelo amaritudinis moueri nemo inflammari debet.*
Nàm qui zelum habent animarum lucrari eas Domino debent.n.21.
20 *Dilectio proximi malum non operatur.*
24 *Abbates Congregationis Montis Virginis ex nutu amoueri nō poſsūt, ſed cum cauſa.& illa graui.*
25 *Pœna mulctari non poteſt, qui non peccauit.*
Quia illa peccatum ſequitur, non antecedit.
Et pœna peccatum ſupponit.n.30.
Pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt. n.32.
Et vbi eſt peccatum, ibi & pœna.n.33.
Nec peccantem deſerit, quàmuis ſera.
Et ſceleſtum ſequitur, velocius quàm ipſe putat.n.34.
Pœna maxima conſcientia admiſſi criminis.n.35.
Minuſq; eſt pati pœnam, quàm meruiſſe.
Pęna eſt iniuſta, quæ ſine ſcelere datur. num. 36.
26 *Regnum Cœlorum non in verbis, ſed in operatione conſiſtit.*
27 *A Chriſto diſcedere, & à Chriſto eijci pęna eſt, & maxima.*
28 *Vita æterna in cognitione Dei conſiſtit, ac Ieſu Chriſti.*
29 *Peccatum eſt iniquitas.*
Peccatum vbi non eſt, nec pœna erit n.33.
31 *In paruulis nulla deprehenditur culpa.*
Nulla proindè in illis debet eſſe pœna.
34 *Sceleſtum ſequitur pœna, velociùs fortaſſè, quàm ipſe putat.*
35 *Conſcientia ipſa admiſſi criminis, maxima pœna.*
37 *Iurè qui facit; iuſtè facit. ergò benè. argumentum S. Auguſtini, & Iſidori.*
38 *Lex neminem iudicat inauditum.*
Nec præcedente cognitione.
Probatur pluribus etiam ex ſacris ſcripturis.
Etiam per leges humanas. n 44. & ſacros canones.n.45.
39 *Nicodemus apud Phariſæos Chriſtum defendit.*
40 *Idololatra apud Iudæos lapidabatur ex lege.*
41 *Paulus ſuam cauſam dixit apud Fœlicem Præſidem, & apud Agrippam Regem.*
42 *Parentes noſtri Adam, & Eua poſt peccatum à Domino Deo in iudicium vocati.*
43 *Deus omnia nouit antequàm fiant.*
Scrutator eſt cordium. Secretorum ſolus cognitor, & Iudex.
Cor interrogat, non manum.
46 *Perpetuitati contrarium eſt mutatio, & poſſe mutari.*
47 *Nutus, nomen, liberum arbitrium importare videtur. & n.64.*
Vt ad nutum amouibile.
Expenditur tamen, vt etiam regulatum arbitrium importet.n.49.
Etiam ſi dictum fuerit, ad nutum tuum. nu.51.
48 *Mutationes Prælatorum intrà triennium non*

non approbant Conſtitutiones Congregationis Montis Virginis.
49 *Arbitrium regulatum quod nàm dicatur?*
Quod viro bono demandatum eſt.
Arbitrium ratione regitur, nõ voluntate.
Illicitum verò moderandum. n. 50.
Iuriſq; rigorem temperat. n. 59.
Quia regulatum eſſe oportet. n. 60.
Nè præſertim ius lædat alterius.
52 *Iudex bonus nihil ex arbitrio ſuo facit; ſed iuxtà leges, & iura pronunciat.*
Ex Ambroſio, qui illum bonum delineat.
Et quo affectu iudicare debet.
Affectus animi ſedatos habere oportet. n. 53
Motuſq; animi. n. 55.
54 *Magnanimus qualis eſſe debeat. ex Ariſtotele.*
55 *Animi motus vultus detegit.*
56 *Legislator quod non dixit, nec voluiſſe videtur.*
Nec velle, nec dicere nos debemus.
Quod argumentum magnam habere vim dixit Peguera. n. 57.
Præſertim verò in materia odioſa. n. 58.
Et re in arbitrium collata.
57 *Argumentum illud: Legislator non dixit. ergò neq; nos dicere debemus.*
Magnam vim habet.
Potiſſimùm in materia odioſa. n. 58.
Atq; arbitraria.
61 *Iudex nullitèr procedens, & iniuſtè, ſpoliare dicitur.*
Non tamen priuat poſſeſſione. n. 63.
62 *Spoliatus iniuſtè poteſt petere reſtitutionem.*
Nàmq; poſſeſſionem non amittit. n. 63.
64 *Deciſio Rotæ 778. par. 1. diuerſorum enucleatur, & expenditur. n. 65.*
66 *Prior manualis ad nutum amouibilis, remoueri poteſt ad omnem voluntatem Superioris.*
Modò non fiat ex malitia.
Nec ſubſit præſumptio odij.
67 *Garſias de benefic. p. 1. c. 2. nu. 85. declaratur. & n. 71.*
68 *Beneficij natura eſt, vt ſit perpetuum.*
Ratio redditur. n. 69.
70 *Matrimonium perpetuum dicitur.*
Quia ſola morte finitur.
Ità & matrimonium ſpirituale.
71 *Beneficium iuris patronatus laicorum erectum cum qualitate, vt ſit ad nutum amouibilis Rector.*
Poterit ille ex libera voluntate remoueri.
73 *Potentia, & actus differunt.*
Actus tamen ſine potentia eſſe non poteſt. num. 74.
A qua dependet.
75 *Morimur omnes.*
Et curſus vitæ ſignatus eſt per certa tempora.
Ex quo naſcimur morimur.
Hoc cogitandum, vt benè moriamur.

ARGVMENTVM.

Interpretatio agitur verborum Breuis Apoſtolici: *Ac ſi qui hactènus elegerint, ad nutum Superiorum amoueri poſſint*: an mera voluntas, vel regulatum arbitrium demandatum fuerit? Et quo modo regulatum arbitrium exaudiatur, quiduè illud importet? ad interpretationem cuiuſdam Conſtitutionis Congregationis Montis Virginis. Et quid in beneficijs iuris patronatus, quæ ad nutum amouibilia inſtituuntur? Pœna non niſi peccatum ſequitur. non illud propterea præcedit, ſed ſubſequitur. Iudex, qui de facto procedit, ſpoliat quidèm, ſed poſſeſſione non priuat: quarè ſpoliatus reintegrari debet.

RESPONSIO LXIV.

1 MAximæ ſunt curæ, quæ hominem peſſimè præmunt. hinc vt Apuleius dixit: *Homines ſunt anxijs mentibus, brutis corporibus, vi-*
2 *ta quærula*. Rectè quidèm, ac verè: nàm quot in homine ſunt perturbationes, tot regnant quaſi prædones infeſti, & cruenti carnifices. qui nunquàm conquieſcere mi-
3 ſerum animum permittunt. Hinc Pythagoras in ſymbolis: *Cor nè edito*. dixit. nè mœroribus, maximiſq; curis cor oneremus: quia ſi ſimul ſapere, & valere optamus, ab his vtiq; temperandum. Flacciq; monitioni inſiſtendum:

Lætus in præſens animus; quod vltrà eſt.
Oderit curare, & amara læto
Temperat riſu.

4 Etenim qui triſtatur, & mœrore cõficitur, quaſi ſeneſcit miſer, maciemq; & pallorem contrahit. ex *Tullio de ſymbolis fol.* 50. dixitq; in *prouerbijs*. 25. ro. Rex Salomon. *Si-*

eut tinea veſtimento, & vermis ligno: ità tri-
ſtitia viri nocet cordi. pariq; modo *Eccleſia-*
ſtici 30.25.& Sapiens: *Triſtitiam longe re-*
pelle à te. Multos enim occidit triſtitia, & nõ
5 *eſt vtilitas in illa.* Inter hos omnes cruen-
tos carnifices, non impiger eſt ille: nè ſene-
ctam in malis agamus, illiuſq; miſerias vt
ſubleuemus. Curis proindè conficiuntur
homines, ad ſenectam ne ſine fulcimine
veniant; nè, quando à laboribus ceſſare eos
oportet, deficiant ipſis vitæ neceſſaria: quæ
6 maxima eſt miſeria, vt iurè dici valeat quod
Oſeæ 2.6. Dominus Iſrael minans dixit: *Pro-*
pter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis.
7 Spinæ nàmq; ſunt curæ aſſiduæ, quæ men-
tem hominis, & cor in hac ipſa re lancinant,
penetrant, atq; conſiciunt. Quemadmodùm
Gregorius homilia 15. in Euangelia in *Lucæ*
8. illis verbis Chriſti; *aliud cecidit inter ſpi-*
8 *nas:* Spinas interpretatur: *Quia* (inquiens)
cogitationum ſuarum punctionibus mentem
lacerant: & cùm vſq; ad peccatum pertra-
hunt, quaſi in dicto vulnere cruentant. Nec
minus pungunt vt ſpinæ, cogitationes, nè
rerum penuriam ſubeamus. vt enim dixit
quidam ex Græcis.
Nullum penuria eſt onus moleſtius.
rogatus proindè Diogenes: quid eſſe miſer-
rimum cenſeret: Reſpondit: *Senectutem ino-*
9 *pem*. Propter hanc rem Sapiens ille Rex
Iſrael (*prouerbiorum* 30.7.) præcauens ſibi,
quæ futura erant, alijſq; conſulens: *Duo ro-*
gaui te (ad Deum aiebat) *nè deneges mihi*
antequàm moriar. Mendicitatem, & diuitias
nè dederis mihi: tribue tantùm victui meo
neceſſaria: nè fortè ſatiatus illiciar adne-
gandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut
egeſtate compulſus furer, & periurem no-
10 *men Dei mei.* neceſſaria itàq; vitæ vt habeãt
homines, in ſenectute quàm maximè, curis
præmuntur, aſſiduiſq; laboribus. Sed fruſtra-
tur quandoq; opus eorum. expreſſit lepidè
hæc omnia Auſonius egloca de vita huma-
na.

Affictat fortuna viros per bella, per
equor.
Iras, inſidiaſq; catenatoſq; labores.
11 *Mutandos ſemper grauioribus: ipſa ſene-*
ctus
Expectata diù, votiſq; optata malignis.

nàmq; vt Ouidius lib. 15. metamorphoſ. di-
xit.

Sparſus quoq; tempora canis.
Indè ſenilis hyems tremulo venit horrida
paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet alba ca-
pillos.

Manifeſtum hoc facit, quod narramus, fa-
ctum: Anno 1623. ſedente in Petri Cathedra
Sanctiſſimo Domino fœlicis memoriæ Gre-
gorio XV. D. Clemens Niger Abbas tunc
Generalis Congregationis Montis Virgi- 8
Ordinis S. Benedicti, eundem Sanctiſſimum
ſupplicauit, indulgeret Religioni ſuæ, & Ab-
batibus Generalibus futuris quoq; tempo-
ribus, vt expleto huiuſcemodi munere, poſ-
sẽt ſibi eligere Abbatiam ex illis Religiouis,
quam voluerint, quam, ob priſtinæ dignita-
tis memoriam, retinere ſibi poſſint vita du-
rante. Annuit Sanctiſſimus per Breue Sancti-
tatis ſuæ ſub annulo Piſcatoris ſub Datum
Romæ apud Sanctum Petrum die 24. Apri-
lis 1623. Pontificatus ſui anno tertio. *Vt Ab-*
12 *bas Generalis prædictæ Congregationis pro*
tempore exiſtens, tranſacto triennio ſui offi-
cij, ſi in eodem officio non fuerit confirmatus,
quodlibet dictę Religionis Monaſterium ad
ſui beneplacitum in perpetuum eius vita
durante, ſibi eligere liberè, & licitè Apoſtoli-
ca authoritate poſſit, & valeat. cum clauſu-
lis, &c.
Expleto ſui Generalatus tẽpore, officioq;
D. Clemens prædictus vi facultatis indultæ,
Apoſtolica authoritate eligit ſibi Monaſte-
rium S. Mariæ Montis Virginis in Ciuitate
Capuæ, in illoque permanet per annos plu-
res; donec venitet alter Generalis, qui, vel
ipſe, vel quiuis alius, zelo fortaſsè, & non ſe-
cundùm ſcientiam motus. Ni dixeris, quod
13 prouerbio fertur, *Homo homini lupus.* Nul-
lum ſanè malum frequentius, nullum perti-
nacius, nullum blandius. Tempeſtas mina-
tur antequàm ſurgat; crepant ædificia ante-
quàm corruant; prænunciat fumus incen-
dium: ex ſolo homine ſubita pernicies; & eò
diligentius tegitur, quò proprius accedit.
14 Erras ſi iſtorum, qui occurrũt, vultibus cre-
dis; hominis multi effigiẽ habent, animos
ferarum. Nihil illas ad nocendum, niſi ne-
ceſſitas incitat; fame, aut timore coguntur
ad pugnam: homini perdere hominẽ quo-
15 uis tempore libet. Sic Iudæi apud Ioſeph.
(*Antiquitat. lib.* 17. *cap.* 17.) conquæruntur
de Herode, quod plura mala ab eo ſint paſſi,
quàm ab vlla beſtia ipſis infligi potuiſſet. ex
Tullio excepimus ad *Alciati emblema. XC.*
in fin. Damnum itaquè vt inferant D. Cle-
menti, nil ſibi ipſis præcauentes, datis preci-
16 bus S. D. N. Vrbano Papæ VIII. per aliud
Breue Sanctitatis ſuę ſub datum Romę apud
S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris
die 4. Maij 1629. Pontificatus ſui anno 6. in
irritum vocari obtinent Breue Sanctiſſimi
Gregorij XV. & in eo contenta quæcunque
verbis ſequentibus vt.
Generalis dictę Cõgregationis Modernus,
& alij pro tempore exiſtentes, nequaquàm
poſſint in poſterum, nec debeant ſibi Abba-
tiam eligere poſt expletum Generalatus offi-
cium, ac ſi qui hactènus elegerint, ad nutum
Superiorum amoueri poſſint. Ita vt omnes
ijdẽ Generales munere huiuſmodi perfuncti,
obedientiæ Capituli dictæ Congregationis
ſubiecti remaneant, vt cęteri Abbates, &
Monachi.
Hoc breui ità peruulgato. Ipſe Generalis
de

Digitized by Google

de facto D. Clementem Nigrum ab Abbatia
Capuana remouet, & ab omni alio Abbatia-
tus officio repellit, nec vocatum, nec auditu.
Abbatiamque prædictam alteri dat. Appel-
lat ab hoc decreto D. Clemens ad Sanctiſſ.
D. Poſt plures verò priuationis ſuæ menſes,
preces Generali porrigit per ſupplicem libel-
lum: Iuſtitiam ſibi miniſtrari expoſcens: Sã-
ctiſſimum Dominum Vrbanum perpetui-
tatem abſtuliſſe, non mandaſſe, quòd de fa-
17 cto amoueretur. Cuicunquè poſcenti iu-
ſtitiam, aures exporrigendas. ex Innocentio
Tertio *cap. inter quatuor* 8. in finalib. verbis
18 *de maioritat. & obed.* Quia non oportet ei
negari audientiam roganti. ex Gregorio
can. ſi Epiſcopus 4. 11. *q.* 3. Dominus enim
auerſatur omnem iniuſtitiam. *Deutorono-*
19 *mij* 25. 16. Vel amaritudinis zelo motum,
vel dilectionis, ſi amaritudinis zelo inflam-
matus fecit malum. reducendum. propte-
rea. ad ſenſum, & verba Bonifacij [illegible] Pœpæ in
can. ſunt nonnulli 24. *in princip.* 16. *quæſt.* 1.
20 Si verò dilectionis. Dilectio proximi malũ
21 non operatur. ad *Roman.* 3. 10. Qui zelum
habent animarum, eas lucrari domino ſoli-
citè cupere debent; non vt ſalutis diſpendiũ
ſubſequatur. ex Alexandro IV. in *cap. non*
22 *solùm* 2. *in princip. de regularib. in* 6. Iuſti-
tia quod ſuum eſt cuique tribuit. non negat;
ſed proportione ſuum cuiq; reddit. ex Ari-
ſtotele *lib.* 5. *Ethicor. cap.* 5. Gregorius IX. in
proemio decretalium, §. *ideò lex.* ibidemque
Gloſſ verbo Ius ſuum. cap. ex ore 17. *in*
princ. de priuileg. extra. l. iuſtitia. 10. *de iu-*
ſtitia. & iure, & §. 1. *Inſtitut. eodem. S. Tho.*
2. 2. *q.* 58. *art.* 11. Ius verò dictum, quia iuſtũ
eſt. ex Iſidoro *Ethymologiarum lib.* 5. *cap.* 3.
in *can. ius generale.* 2. *diſtinct.* 1. iuſtitiam
proinde miniſtrari ſibi expoſcere. Annuit
demùm Generalis, mihiquè antequàm ad
Epiſcopatum aſſumerer, quamuis immeri-
tus, cauſam ex iuſtitia terminandam demã-
dauit. fuit proindè cauſę ipſius ſtatus: Potue-
rit ne de facto dictus Reuerendiſſimus Ge-
neralis dictum Patrem D. Clementem à di-
cta Abbatia, & omni alia, ipſo non audito,
remouere? Minimè potuiſſe Reuerendiſſi-
mum Generalem dictum Patrem D. Cle-
mentem ità de facto ab Abbatia remouere
reſpondendum cenſuimus. proindèq; rein-
tegrandum illum eſſe.

23 Principio quidèm; quia Sanctiſſimus in
dicto Breui nil aliud diſponit, c[illegible]ãm perpe-
tuitatem illam, [illegible]iam per Breue p[illegible]ædeceſſoris
ſui Gregorij XV. Generalibus futuris indul-
tam, eligendi ſibi Monaſteriũm ad ſui bene-
placitum in perpetuum ſua vita durante,
reuocat, & ad terminos reducit, vt prius
erat: vt *Generalis, ſcilicet, Modernus, & alij*
pro tempore exiſtentes, nequaquàm poſſint
in poſterum, nec debeant ſibi Abbatiam eli-
gere poſt expletum Generalatus officium; ac
ſi qui hactènus elegerint ad nutum Superio-
rum amoueri poſſint. Ita vt omnes ij dem Ge-
nerales munere huiuſmodi perfuncti obedi-
tiæ Capituli dictæ Congregationis ſubie-
cti remaneant, vt cæteri Abbates, & Mo-
nachi.

Nihil verò aliud addidit Sanctiſſ. Do-
minus: ſequitur proindè, vt ipſe Abbas, qui
Generalis munere perfunctus fuit, remaneat
quòad Abbatiam, vt cæteri Abbates, & Mo-
24 nachi ſubiecti. At cęteri Abbates ex nutu
amoueri non poſſunt, ni cauſa extiterit, quæ
cognoſcatur. Audias (quæſo) Conſtitutionẽ
c. 64. §. 60. *fol.* 100. de Diffinitoribus loquens:
ſi Prælatum in aliquem notabilem exceſſ. m
incurriſſe, aut minus idoneum, id, quod abſq;
ſcandalo vſquè ad tempus Capituli tolerari
non poſſit, repererint, illum ſuſpendant; &
alium de ſcientia, & voluntate Abbatis Ge-
neralis ſubrogent. Cauſa, & illa notabilis,
& in exceſſu, & quæ ad tempus vſq; Capituli
ob ſcandalum tolerari non valeat, perquiri-
tur ex Conſtitutionibus in omnibus alijs
Prælatis Monaſteriorum, vt ſuſpendi poſſint.
Non debuit proindè peioris conditionis eſ-
ſe, qui Generalis officio functus fuerat, qui-
uè præuia facultate Apoſtolica per Breue,
ſibi Abbatiam elegerat; neq; de facto amo-
ueri, non vocatus, neq; auditus, atq; ab om-
25 ni officio ſpoliari. Quia hic Pater non pecca-
uerat, in nullum dederat notabilem exceſſũ,
in nullum ſcandalum. non itàq; pœna mul-
ctari poterat. Quando pœna ad peccatum
accedat puniendum, eiq; ſubſequens habea-
tur, non præcedens. Aſciſcamus propoſitio-
nis huiuſcè fundatorem Chriſtum Dominũ
omnium Magiſtrum, & Doctorem. *Matth.* 7.
21. & 23. Oſtendens nempè, Regnum Cœlo-
26 rũ non in verbis, ſed in operatione cõſiſtere,
ſequẽtibus loquitur. *Nõ omnis, qui dicit mihi*
Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlo-
rum: ſed qui facit voluntatem patris mei, qui
in Cœlis eſt intrabit in Regnum Cœlorum.
Multi dicent mihi in illa die: Domine Domi-
ne, nõ ne in nomine tuo prophetauimus, & in
nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine
tuo virtutes multas fecimus? Et tũc cõfitebor
illis: Quia nunquàm noui vos: diſcedite à me,
27 *qui operamini iniquitatẽ.* Diſcedere à Chri-
ſto, & à Chriſto eijci, pœna eſt. & vtriquè om-
28 nium maxima. *hæc eſt enim vita æterna, vt*
cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum. Ioan. 17. 3. pœna ve-
rò hac non afficiuntur, neq; damnantur, niſi
29 qui operantur iniquitatem. Et peccatum eſt
iniquitas 1. *Ioannis.* 3. 4. non ergò præcedit,
30 ſed ſubſequitur pœna peccatum. Et pœna
peccatum ſupponit. Fidem argumenti huius
facit tibi quoq; Martianus (volunt alij Ne-
ratius) lib. 4. regularum in *l. ſed & ſi non da-*
ta opera. 55. *ff. de fideicommiſſarijs libertati-*
bus. ex ratione, qua in finalibus verbis ex
31 Marcello vtitur, dicens: *In paruulis autem*
nulla deprehenditur culpa. nulla igitur & in
illis

Google

illis debet eſſe pœna.quæ ſanè eſſet,ſi illis per
Prætorem non ſuccurreretur, vt libertatem
conſequerentur relictam. eiuſdemq; ſenſus
eſt Labeo in *l. ſi qua pœna* 244. *in fin. ff. de*
verborum ſignificat. dicti ſui rationem red-
32 dens; *Quia certa pœna* (inquiens) *ſingulorū*
peccatorum ſunt. ſubſequitur *Gloſſ.* ibidem
verbo *ſunt*. dicens: *Quas poteſtas Iudicis*
non poteſt augere, nec minuere. peccatorum
itaq; ſunt pœnæ. ſubſequuntur proindè, non
33 præcedunt peccatum. vbi ergo peccatū non
eſt, nec pœna erit. ſequiturq; *Gloſſ.* in *clemen.*
vnica verbo *eos. de conſanguinitat. & affini-*
tate. & ipſa eodem argumento vſa: *Tunc ceſ-*
ſat culpa, ergò pœna. docetq; S. Doctor An-
gelicus 2.2.q. 108. *art. 4. in ſolut.* nec diſſentit
Tibullus lib. 1. elegia 9.
Ab miſer, & ſi quis primò periuria cælat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.
Horatius verò lib. 1. carmin. ode. 2.
Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.
34 Sceleſtum ergò ſequitur pœna, vel fortaſ-
sè velociùs, quàm ipſe putat. perpendimuſq;
reſponſ. noſtra 58. *nu.* 2. 3. *&* 4. *par.* 3. non
peccauit noſter hic Abbas. ergò nec pœnam
35 commeritus fuit. Quin & maxima omnium
pœna illa eſt, commiſſi criminis conſcientia.
vt dixit Propert. ſatyr. 5.
Pœna autem vehemens, ac multò ſæuior
illis,
Quas & Cœditius grauis inuenit, & Rha-
damantus;
Nocte, dieq; ſuum geſtare in pectore te-
ſtem.
Vt contrà Ouidius 1. de Ponto
Eſtq; pati pœnam, quàm meruiſſe minus.
36 Fuit ergò hæc pœna iniuſta, quæ ſcelere,
ſine, peccatoue, quin lege permittente, tunc
ſeritus hic Pater fuit, non commeritus. ad
textum in *l. Gracchus.* 4. *C. ad legem Iuliam*
de adulterijs. Imperatore dicente: *Quod legi-*
timè factum eſt, nullam pœnam meretur.
Vel itaq; amotus ab Abbatia fuit, omniq; of-
ficio ſpoliatus, (dilēmate hoc diſcutramus)
quia præfatam Abbatiam Sanctæ Mariæ Ca-
puæ perpetuò elegit: & cùm hoc potuerit ex
Breue, & indulgentia S. memoriæ Gregorij
XV. in nullo peccauit. quia iurè hoc fecit. er-
37 gò iuſtè. quod autem iuſtè, benè. ex Iſidoro
hoc pacto argumētamur lib. 5. ethymologia-
rum cap. 25. relato in *cap. ius dictum* 12. *de*
verbor. ſignificat. extra, eiſdemq; verbis ex
Auguſtino relato in *can. quid dicam* 11. *in fi.*
14. q. 4. à quo ipſe Iſidorus accepit. non itaq;
ex hoc amoueri potuit, de facto præſertim,
nec vocatus: quia (vt diximus) in nullo pec-
cauit. Vel quia in aliquem notabilem exceſ-
ſum repererunt eum, & cum ſcandalo, quod
probandum fuiſſet: & nihilominùs, neq; hoc
potuerunt, de facto contra nō vocatum, nec
38 auditum, nec viſitationis tempore. *Nūquid*
lex noſtra iudicat hominem, niſi priùs audie-
39 *rit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* Vti Ni-
codemus ille, qui venerat ad Ieſum nocte,
forti factus animo ad Phariſeos, Chriſtum
Dominum tutatus, dixit *Ioan.* 7. 51. in lege
40 enim *Deutor.* 17. 8. Si quiſquam ſcelere Ido-
lolatriæ deturpatus delatus fuiſſet, præcepe-
rat Dominus Deus huiuſmodi lapidari: verū
voluit, præcepitq; *& hoc tibi fuerit nuncia-*
tum, audienſq; inquiſieris diligentèr, & verū
eſſe repereris, & abominatio facta eſt in
Iſrael: educes virum, & mulierem, qui rem
ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas Ci-
41 *uitatis, & lapidibus obruentur.* Qui aduer-
ſus Paulum cauſam habebant Iudæi apud
Fœlicem Præſidem *actuum* 24. 1. Citato Pau-
lo loquente Tertullo oratore, cœpit accuſa-
re eum: cùmq; dixiſſet: *Reſpondit Paulus*
(annuente ſibi Præſide dicere . & apud
Agrippam eadem in cauſa conſtitutus *actuū*
26. 1. Agrippa ad Paulum ait: *Permittitur ti-*
bi loqui pro te ipſo. Tunc Paulus extēta ma-
nu cœpit rationem reddere. Apud ipſos Gen-
tiles etiam, rei audiebantur Et apud Chri-
ſticolas; ipſoſq; Eccleſiaſticos, non auditis iu-
42 ribus damnabuntur? Peccauerūt noſtri pri-
mi Parentes Diuinum transgreſſi præceptū:
Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deam-
bulātis in Paradiſo ad aurem poſt meridiem,
abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Do-
mini Dei in medio ligni Paradiſi. Vocauitq;
Dominus Deus *Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui*
ait: vocem tuam audiui in Paradiſo, & timui,
eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui di-
xit: Quis enim indicauit tibi, quòd nudus eſ-
ſes, niſi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi
ne comederes, comediſti? Dixitq; Adam: Mu-
lier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de
ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad
mulierem: Quarè hoc feciſti? Quæ reſpondit:
Serpens decepit me, & comedi.
43 Dominus Deus, qui omnia nouit, ante-
quàm fiant, & corda ſcrutatur. ad *Roman.* 8.
27. Secretorum ſolus cognitor, & Iudex.
can. erubeſcant impij. 11. *in fin. diſtinct.* 32.
quiquè cor interrogat, non manum. ex Au-
guſtino *can. ſi quid inueniſti.* 6. *in fin.* 14. q. 5.
Gloſſ. in can. qui peierare. 13. verbo *non ex*
operibus. 22. q. 5. patientèr agit, & Adam,
Euamq; interrogat, & audit: & non audiet
homo? neq; Dei exemplum ſequetur homo?
44 An non apud leges humanas hoc quoquè,
à Iuriſperitis cognitum fuit, ſtatutumquè?
Et quidèm. Nàm Paulus lib. 5. ſententiarum
in *l. de vnoquoq;* 47. *ff. de re iudicat.* apertiſ-
ſimis expreſſit verbis: *De vnoquoq; negotio*
(inquiens) *præſentibus omnibus, quos cauſa*
contingit, iudicari oportet: alitèr enim iudi-
catum, tantùm inter præſentes tenet. nequè
45 hoc ex ſacris canonibus dimiſſum fuit. ex
Concilio Pariſienſi apud Gratianum *can. de*
illicita. 6. 24. q. 3. ex Gregorio Nono *cap. ſi*
aduerſarius 4. *aliâs ſin. de eo, qui mittitur in*
poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. ex Clemen-
te V.

te V.in Concilio Viennen.in *Clement.ſæpè* 2.
§.citationem verò. de verborum ſignificat.
Vtroquè ergò ex capite perperam factu fuit,
de facto hunc Patrem remouendo.

Prætereà per Breue ſuum Sanctiſſimus D.
N.Vrbanus, dùm perpetuitatem abſtulit per
S.memoriæ Gregorium XV.omnimodò ad
nutum Superiorum Abbates Generales, qui
Abbatiam perpetuam elegerant, eos remit-
46 tere oportuit amouibiles:hoc enim contra-
rium eſt perpetuitati,poſſe ſcilicet amoueri,
ad *tex.in l.ſi falſo.* 2. *C.de diuerſis reſcriptis.*
*Gloſſ.in can.ea enim.*2.*§.perpetua quoq;* ver-
bo*perpetua.*10 *q.*2. *Grilenzonius. conſ.*4. *n.*
1.non verò hoc mandauit, vt de facto amo-
uerentur,omniq; officio priuarentur, peio-
riſq;conditionis eſſent,quàm cæteri. Quin,
vt hunc eius eſſe ſenſum oſtenderet, verba
illa: *Ac ſi qui hactènus elegerint, ad nutum*
47 *ſuperiorum amoueri poſſint*, quæ fortaſſis li-
berum arbitrium importare videri poterant
quibuſdam.ad tradita per *Rotam par.*1. *di-*
*uerſorum deciſ.*778. & per *Garſiam de bene-*
*ficijs par.*1.*cap.*2 *nu.*85.ità temperauit, vt nō
liberam inſererent voluntatem,ſed regulatam
ad boni viri arbitrium, ac temperato rigore:
adijciens modum,quo hoc fieri deberet:*Ita*
vt(inquiens) *ijdem Generales munere huiuſ-*
modi perfuncti obedientiæ Capituli dictæ
Congregationis ſubiecti remaneant,vt cæte-
ri Abbates,& Monachi. Cœteros verò Ab-
bates,de facto,poſt electionem de eis in Ca-
pitulo factam, remouere haud eos poteſt
Generalis Abbas, niſi ex cauſa, vt ſuperius
diximus ex regulis.Non ergò vi Breuis prę-
dicti de facto hunc Patrē,iam Generalis mu-
nere perfunctum, modernus Generalis Ab-
48 bas remouere potuit. Quin Conſtitutiones
ipſæ exoſas habere videntur mutationes om-
nes,vnde permittit triennio Superiores per-
durare.*d.cap.*64.§.37.ſic loquentes: *Quia*
experientia teſte,Abbatum,ſeu Priorum cre-
bram mutationem monaſterijs in temporali-
bus, & ſpiritualibus damnoſam eſſe didici-
mus: Idcirco in electione Prælatorum,Abba-
tum,ſeu Priorum huiuſmodi crebram muta-
tionem vitari monemus:& quantum fieri po-
terit,non mutentur niſi elapſo triennio: quo
elapſo in eodem loco Priores denuò eligi, nul-
lo modo volumus. Præterquàm ob aliquam
cauſam rationabilem in ſcripto exponendam.

Ad mentem igitur, ſenſumq; Sanctiſſimi
Vrbani,non liberum, ſed regulatum à Iure
arbitrium, atq; ad terminos ipſos Congre-
gationis Conſtitutionum, remiſſi Abbates
fuerunt,qui vi Breuis Gregorij perpetuas ſi-
49 bi Abbatias elegerant. Regulatum verò ar-
bitrium,& à Iure informatum,illud eſt,quod
viro bono videtur, non ſubitaria voluntatis
motione commoto, ſed iuris terminis tem-
perato. Arbitrium enim ratione regitur,non
voluntate. Accipe id ex Vlpiano lib.2. fidei-
commiſſorum in *l.fideicommiſſa* 11. §.*Quā-*
*quàm fideicommiſſum.ff.de legat.*3.de verbis:
ſi volueris;ſi putaueris; ſi exiſtimaueris; ſi
vtile ſibi viſum fuerit, ſi fueris arbitratus: &
ſimilibus,loquens,rationemq; reddens: *Nō*
enim plenum arbitrium voluntatis (inquiēs)
hæredi dedit. ſed quaſi viro bono commiſſum
relictum. nec alienum ab hoc,ſenſum tenuit
Scæuola lib.15.reſponſorum in *l.Thais an-*
cilla 41.*§.ſorore ſua herede inſtituta. ff. de*
fideicommiſſar.libertatibus: ex illo verbo:
Quòd ſi tibi quoq; probentur, expoſui tibi
ſententiam meam.infert: *Reſpondeo:non ſpe-*
ctandum,quod hæredibus diſpliceret; ſed id,
quod viro bono poſſet placere,vt libertatem
conſequantur. Apertiuſq; Vlpianus lib.6.di-
ſputationum in *l. fideicommiſſaria libertas.*
46.*§.Cæterùm.ff.eod.*verbis diſertiſſimis ex-
preſſit: *Cæterùm*(inquiens)*ſi arbitrium illi*
quaſi bono viro dederit,non dubitamus, quin
libertas debeatur. Nam & eam libertatem
deberi placuit: Si tibi videbitur,peto,vt ma-
numittas.Ita enim hoc accipiendum eſt,ſi ti-
bi quaſi bono viro videbitur, Qui arbitratur
libertatem præſtari.Accurſius in *Gloſſ.*ibidē
verbo,*bono.*commentum agit. Quaſi bono
viro igitur amotio Generali dimiſſa eſt per
Sanctiſſimum Vrbanum,per verbum illud:
ad nutum ſuperiorum amoueri poſſint. nō ad
50 liberam,abſolutamq; voluntatem. alioquin
illicitum videretur, ac moderandum arbi-
trium. argumento *tex.in cap. Quintaualliſ*
23.*ad fin.* cum ibi notatis per Scribentes.*de*
*iure iurand.*optimè *Corneus conſ.*173.*nu.*5.
*vol.*3.*Gabriel conſ.*143.*nu.*10.*vol.*1. *Meno-*
chius plenè *de arbitrar. lib.*1.*q.*8.*num.*10.*&*
*ſeq.& nu.*58.59. & 60. *Marta de clauſulis*
*par.*2.*clauſ.*1.*nu.*12.*Barboſa eod.tract. clau-*
ſula 2.*nu.*3.optimè & ad rem *Socin. in cap.*
verum 7.*nu.*7. *in vltimo notab. de foro com-*
51 *pet.*in fortiori caſu loquens de dictione (*ad*
nutum tuum)quod ipſa regulatam volunta-
tem,arbitriumq; regulatum importet.ſequi-
turq, *Menoch.d.q.*8.*nu.*60. ex doctrina *Bar.*
*in extrauaganti ad reprimendam.*in *Gloſſ.*
verbo *videbitur.Nauar.conſ.*12. *Quæſitum*
*eſt.nu.*2.*circa fin.lib.*1.*de temporib. ordinat.*
Rota *in Bononien. bonorum* 27.Iunij 1597.
*coram Orano deciſ.*118.*num.*1. *in fin. poſt* 2.
*vol.conſiliorum Farinac.*Audiat(quęſo)Am-
broſium in pſalmum, Beati immaculati. *ſer-*
*mon.*20.*ad verſ.* Miſerationes tuæ Domine.
relatum à Gratiano *can.iudicet ille* 4.*§.Bo-*
nus Iudex 3.*q.*7. Sanctis, vt ſanctum decet,
52 loquentem verbis:*Bonus Iudex nihil ex ar-*
bitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito volū-
tatis ſed iuxtà leges,& iura pronunciat; ſta-
tutis iuris obtemperat; non indulget propriæ
voluntati,nihil paratum,& meditatum domi
defert:ſed ſicut audit,ita iudicat; & ſicut ſe
habet negotij natura,decernit; obſequitur le-
gibus,non aduerſatur;examinat cauſæ meri-
ta,non mutat.Diſcite Iudices ſeculi, quem in
iudicando tenere debeatis affectum, quam
ſobrie-

Digitized by Google

ſobrietatem,quam ſinceritatem. paulòq;poſtı
Qui iuaicat, non voluntati ſuæ obtemperare
debet,ſed tenere quod legum eſt. ſic ſanctus
53 Epiſcopus,& Doctor Eccleſiæ. Sedatos igi-
tur eſſe debere in Iudicibus animı affectus,
54 ex Ariſtotele *lib.4.de moribus* patet.Is nem-
pè magnanimum deſcribens inter alia hæc
addit:*Inceſſus etiam magni viri tardus ſit ne-*
ceſſe eſt,vox grauis,& conſtans, & firma
oratio. Nec enim aut feſtinat is,qui paucis
rebus ſtudet;aut vehemens eſt, cui nihil ma-
gnum eſſe videatur. Nec alitèr ſentire viſus
eſt Calliſtratus lib.1. de cognitionibus in *l.*
obſeruandum 19.*ff.de officio Præſidis.* boni
55 Iudicis partes deſcribens: *ſed & in cogno-*
ſcendo(inquiens)*neq;excandeſcere aduerſus*
eos, quos malos putat: neq;precibus calami-
toſorum illacrimari oportet: id enim non eſt
conſtantis,ac recti Iudicis, cuius animi mo-
tus vultus detegit. Sedatos ergò animi mo-
tus habere debent,qui iudicant; & hanc re-
gulam ſectati eos oportet.Regulatum igirur
fuit arbitrium à Sanctiſſimo Domino de-
mandatum, poteſtatemq; dedit ei iuſtè ar-
bitrandi, non liberam volũtatem ad nutum
proprium procedendi. Perpetuitatemq; ab-
ſtulit,non facultatem dedit, vt ſtatim de fa-
cto,nullo ſeruato Regulatum,ac Cõſtitutio-
numordine, procederet. Generales quippè
Abbates amouibiles voluit eſſe; non quòd
56 de facto amouerentur. Alioquin ſi voluiſſet,
dixiſſet vtiq;. At non dixit ipſe;ne nos dice-
re auderemus. ad *tex.in can.conſuluiſti* 18.
*§.& quod ſanctorum patrum.*2.*q.*5.*cap.*2.*ne*
ſede vacante. l.diſſidentis 5. *C.de repudijs.*
*Nauar.de oratione, & horis canonicis cap.*5.
57 *nu.*8.*Surdus conſ.*219.*nu.*21. *vol.*2. Quod
ſanè argumentum magnam habere vim de-
fert *Peguera* Regni Cathaloniæ *decif.*1. *ſub*
*nu.*1. Quòd erubeſcamus lege ſine cum lo-
58 quimur. potiſſimùm verò in odioſa mate-
ria, teq; in arbitrium collata Superiorum.
59 namq;arbitrium Iuris rigorem temperat,
non exagerat. *Rota apud Creſcentium decif.*
4.*nu.*3.*de teſtib. & apud Card. Seraphinum*
*decif.*448.*nu.*1.*& apud Card.Caualer.decif.*
21.*nu.*1.*& decif.*120.*nu.*2.*decif.*185.*num.*1.
*& decif.*240.*nu.*6.*& decif.*275.*num.*5.*in fin.*
*& decif.*322.*nu.*1. *& apud Coccinum decif.*
389.*nu.*2.*& decif.*423.*nu.*1.*& decif.*496.*nu.*
2.*&* 7. Quoniam illud regulatum eſſe opor-
60 tet,ne præſertim ius lædat alterius. *Bald.*
*conſ.*217. *Citatio cùm ſit facti. in fin. verſ.*
*verò ſciendum eſt lib.*4. quem ſequuta fuit
Rota apud Coccinum *decif.*431.*num.*1. *Me-*
*nochius de præſumpt.lib.*4 *præſumpt.*125 *n.*
2. *Rota par.*2.*in recentiorib. decif.*329.*nu.*4.
& apud eundem Coccinum *decif.*373.*num.*1.
Voluit proindè Summus Pontifex,vt Abba-
tes Generales, qui munere ſuo functi iam
erant: quiq;ex Gratia S.memoriæ Gregorij
XV. Abbatiam perpetuam ſibi elegerant, nõ
amplius perpetui; ſed amouibiles remanerẽt
ad nutum Superiorum,vt cæteri Abbates, &
ſub obedientia Capituli dictæ Congregatio-
nis.Sicuti verò alij Abbates non remouentur
de facto,ſed ex cauſa cognita: ita planè neq;
hic Pater de facto remoueri poterat: rema-
nebat autem ſub obedientia Capituli, & Su-
periorum.vndè in aliam Abbatiam transfer-
ri poterat,vt alij Abbates,non quòd de facto
& Abbatia, & omni alio officio ſpoliatus re-
61 maneret. Iniuſtè proinde,nec ſeruato iuris
ordine proceſſit Reuerendiſſimus Generalis
modernus,atq; de facto,& nullitèr. Spoliauit
propterea, & contra iuſtitiam dictum Patrẽ
D.Clementem. poterit ergò ille poſſeſſorio
62 agere, vt reſtituatur.ex Alexandro III.in *c.*
*conquarente.*7. *de reſtitut.ſpoliator.* ibiq;
*Abb.nu.*8.ex Innocentio III.in *cap.cùm cau-*
ſa,quæ 22.*de officio delegati. l.meminerint* 6.
C.vnde vi. Rota in *Romana S.Thomæ in*
Formis 21.*Februarij* 1603.*apud* Coccinum
*penès Marcheſanum par.*3.*fol.*90.*nu.*1. quæ
eſt in impreſſis apud ipſum *decif.*97.*num.*1.
& in Romana ſpolij 21.*Februarij* 1600.*corã*
*Iuſto,*quam refert *Mareſcottus variarum*
*reſolutionum lib.*2.*cap.*6.*nu.*4. eamq; refert
quoq; *Tiberius Saluſtius in praxi A. C. lib.*
3.*capit.*17.*fol.*361. Rota apud S. memoriæ
*Gregor.XV.decif.*198.*num.*2. *& decif.*209.
*nu.*2.*& decif.*336.*& decif.*362.*num.*4. Rota
Maceraten. *apud Marcum Antonium Tho-*
*mati decif.*15.*nu.*17.*& decif.*16.*num.*2. Rota
apud *Card.Caualer.decif.*171.*nu.*8.*& decif.*
337.*nu.*1.2.*& ſeq.& decif.*470.*nu.*4.
63 Quia nimirùm ſpoliatus licèt fuerit, poſ-
ſeſſionem tamen,quam habebat,non amiſit,
neq; ea priuatus fuit. *l.fin. C.ſi per vim, vel*
alio modo.l.fin.C.commiſſiones, vel Epiſtolæ.
*Rota in recentiorib.par.*1. *decif.*270. *num.*2.
*Mareſcottus d.cap.*6.*nu.*3.*&* 4. Rota Mace-
raten.*apud Marcum Anton. Thomati decif.*
53.*nu.*10.13.*&* 24.*Rota in poſthumis.tom.*1.
*decif.*451.*nu.*2.*& apud Coccinum decif.*222.
*nu.*2.*& decif.*366.*n.*2. Reintegrandus prop-
tereà.*Thomati d.decif.*53.*nu.*10.*& ſeq.* om-
neſq; alij ſuprà relati *d.cap.conquarente.*7.*de*
reſtitut.ſpoliat.
64 Obſtaculum proindè haud faciet,quod ex
*Rota dicta decif.*778.*par.*1. *diuerſor. & ex*
*Garſia de beneficijs par.*1.*cap.*2.*nu.*85. rela-
tum fuit: quòd poteſtas ponendi beneficia-
rium ad nutum amouibilem, vel priorem
ad nutum quoq; amouibilem,ſonet in libe-
ram voluntatem, vt quandocunq; amouere
illum poſſit.
65 Quia nimirùm termini non ſunt pares. Et
quidem in caſu *Rotæ d.decif.*778.idcircò di-
ctum fuit in cauſa Aquilana Prioratus: po-
tuiſſe Aſcanium amoueri à Prioratu Sancti
Spiritus dictæ Ciuitatis,quia ex ipſa inſtitu-
tione prioratus prædicti dantur ad nutum
amouibiles ad omnem voluntatem Supe-
rioris. vt apertiſſimè patet ex deciſione in
eadem cauſa facta 1. Februarij 1585. *coràm*
eodem

eadem Seraphino dec.772. ead.part.1.n.1.& ſeqq.& dict. dec.778.n.1. quia illi priores
66 ſunt mannales, & ad omnem voluntatem Superioris amouentur, etiam ſine cauſa: modò non fiat ex malitia, nec ſubſit præſumptio alicuius odij. vt dictum ſuit in *d.dec.n.2.& 3.* ſimiliſq; videtur deciſio apud *Card. Caualer.dec.350.n.1.& ſeqq.* & in eadem cauſa *dec.389.per tot.apud eundem.*
67 In caſu verò *Garſ.d.cap.2.n.85.* neq; etiã pares ſunt termini. Quippè loquitur ipſe de beneficijs iuris patronatus laicorum ita fundatis, vt ſint Cappellani amouibiles ad nutũ; poterſit námq; amoueri ad omnẽ voluntatẽ
68 dantium: nè alioquin inanis reddatur ipſa inſtitutio; cùm alias ex natura beneficij, quod in titulum datur, veniat, perpetuum vt ſit, donec ſcilicet vita ſuperſtes fuerit, qui illud obtinet, ex Gelaſio Papa *can. præcepta canorum 1.2.diſt.55.* & ex Concilio Vrbani Secundi habito Placentiæ in *can. Sanctorum.2.diſt.70.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *perpetuò* ideſt dùm viuit, exponit. & ex Bonifacio VIII. in *cap.vnic.de capellis Monachorum in 6.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *perpetui.* rationem
69 reddens. quia qui intitulatur Eccleſiæ, connectitur Eccleſiæ ipſi, eiuſq; ſponſus efficitur. Quemadmodum verò carnale matri-
70 monium perpetuum dicitur, quia non niſi morte finitur, ità planè, & matrimonium hoc ſpirituale. *Rota apud Card. Caualer. d. dec.350.ſub n.3.& 4.& d.dec.389.n.1.& 2. & dec.640.n.9. & apud Duranum dec.381. n.7.p.2.& in recent.p.2.dec.415.n.2.Nauar. de reddit.Eccleſiaſt.quæſt.1. monito 40.n.8. circa fin.* in finitione, quam tradit beneficij; cui planè qualitatem addit, vt ſit perpetuum. Beneficiũ proindè cùm ex natura ſua perpetuum ſit, donec ſcilicet obtinens vitali per-
71 fruatur aura; ſi cùm illa qualitate erigatur, vt ad nutum amouibile ſit, nè inanis erectio illa permaneat, exaudienda vtiq; adiectio illa erit ad voluntatem eius, qui illud dat. & in hiſce noſtris terminis loquitur *Garſ.dict. cap.2.num.84.85.& ſeqq.* Noſtrum autem factum ſatis diuerſum eſt: nàm licet Abbatiæ ſint ad nutum Superiorum, non tamen Abbates, ſiuè etiam Priores dati in Capitulo, amoueri poterint, neq; etiam à Generali, perdurante triennio, vt in ſuperioribus diximus ex verbis Conſtitutionum, quo expleto transferuntur de loco ad locum, nè perpetuitas detur. Hoc ipſum voluit Sanctiſſimus, quando datam a ſanct.memor. Gregor.XV. perpetuitatem reuocauit, vt *Abbates Generales munere ſuo functi, nequaquàm poſſint in poſterùm, nec debeant Abbatiam eligere poſt expletum Generalatus officium; ac ſi qui hactènus elegerint, ad nutum Superiorum*
72 *amoueri poſſint*: Vt ceteri Abbates. Duo itàquè reuocauit Sanctiſſimus: &, nè poſſint Abbatiam eligere, & nè ſint perpetui; reduxit itàq; illos ad ſtatum, vt erant priùs, aliorum Abbatum. Attentauit propterea Reuerendiſſimus P. Generalis cùm hunc Patrem de facto remouit ſine cauſa alia.

Nec ſuffragium fert, quòd ille per ſex annos antè in Abbatia perſeuerauerat prædicta, potuiſſe nunc de facto amoueri.

Quòd enim ipſe in Abbatia fuerit per ſex annos antè. Id quidèm ex facultate proceſſit, quam à Gregorio XV. obtinebat cum perpetuitate, vita comite, vi Breuis Apoſtolici; quam ob cauſam illud tempus minimè imputabatur ei. quod & Sanctiſſimus noſter Vrbanus ſentire viſus eſt illis verbis: *Ac ſi qui hactènus elegerint, ad nutum Superiorum amoueri poſſint.* Vtiquè in poſterùm, vt ceteri Abbates. nam ſub obedientia Capituli eos eſſe voluit, vt ceteri Abbates, & Monachi. A tempore itàq; reuocationis, perpetuitas eiſdem ablata fuit, & ſub mutabilitate redacta, vt remoueri poſſent, iuxtà regulas Religionis, non vt de facto mutarentur.
73 Potentia, itàq; tunc data fuit, non actus inſtantaneus, ſed in potentia, & habitu iuxtà arbitrium à iure moderatum. vt differentia ſtatueretur in potentia ab actu. iuxtà tradita in *l.multum 6. C.ſi quis. alteri, vel ſibi. cap.cum ſuper. 23.in fin. de officio delegati.Caſſadorus deciſ.7.num.3.in fin.de cauſa poſſeſſ.& proprietat.* Neq; enim actus
74 dari potuiſſet, niſi potentia data fuiſſet, à qua actus dependet. ſecundùm Ariſtotelem *2. de Cœlo.cap fin.* traditq; *Petrus Gregorius Tholoſates in comment.ſyntax.artis mirabilis lib. 1.c.4.in princ.*

Pronũciaui propterea: dictum Patrem D. Clementem non potuiſſe de facto amoueri, & proindè reſtituendum in ſua poſſeſſione. Debere autem illum eſſe amouibilem ad nutum Superiorum ad præſcriptum Conſtitutionum Congregationis, melioti tamen iudicio non poſthabito.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Fuit præfatus D.Clemens Niger redintegratus ad Abbatiam prædictam Capuanam, cum qualitate ad nutum Superiorum amouibilitatis, vt ceteri Abbates. Sed poſt aliquos annos fatis conceſſit, ac vitæ terminum
75 fecit. Faciemus & nos. nàmq; vt Manilius lib.4.aſtrorum cecinit.

Fata regunt Orbem, certa ſtant omnia lege.
Longaq; per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet.

Hoc cogitemus, vt benè moriamur, compleaturq; vita noſtra morte iuſtorum, & fiat nouiſſima noſtra ſimilia illis. vt *Num.23.10.*

Balaam ille quondam ariolus dixit: *Moriatur anima mea morte iuſtorum,& fiant nouiſſima mea horum ſimilia.*

SVMMARIVM.

1 *Magna,quæ nobis in præſenti vita videntur inania ſunt,& nihil.*
Tanquàm ſumus, qui à vento diffuſus eſt.
Et tanquàm memoria hoſpitis vnius diei prętereuntis.

2 *Vita præſens hoſpitium videtur.*
Quia omnes peregrinamur.
Et in domo aliena verſamur.
Quotidièquè de vita ad mortem tranſimus.
Rerum dominium non habemus, ſed vſum tantùm.n.3.& 5.
Dùm viuimus igitur aliqua præmittamus,quæ in tenebris lucem nobis faciãt. num.5.

3 *Mundus hic hoſpes dicitur, qui nobis blanditur,vt recipiat,ſpoliatos tamen & ſine marſupio dimittit.*
Cùm receſſerimus memoriam noſtri non retinet.
Sed perpetuæ tradit obliuioni.

4 *Locus pſalmi 30.13. Obliuioni datus ſum tanquàm mortuus à corde. expenditur. & nu.9.*

6 *Locus Eccleſiaſtes 11.1. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas,&c. expenditur.*
De eleemoſyna. n.7.

7 *Eleemoſyna quàmuis nunc deperdita videatur.*
Progreſſu tamen temporis ſatis eſt frugifera.

8 *Conſanguinei ſunt nobis quàm maximè inimici,vt nos ſpolient, nudoſq; dimittant.*

10 *Donatio cauſa mortis reuocabilis eſt, ſicuti aliæ vltimæ voluntates.*
Eſt enim vltimæ voluntatis ſpecies.n.35.
Differt à donatione inter viuos.n.13.

11 *Voluntas hominis ad ſupremum vſq; vitæ ſtatum ambulatoria dicitur.*

12 *Fidem,qui exigunt,eis præſtari in his,quæ dicunt,probare eos oportet.*

13 *Donatio ſimplex,vera, & abſoluta irreuocabilis eſt.*
Dicta quaſi doni datio.
Donationes ſemel factas reuocare inciuile eſt,& inuſitatum.n.15.
Semel perfectæ reuocari non poſſunt. nu.16.

17 *Donatio quæ irreuocabilis dicta eſt, quamuis cauſa mortis facta, in inter viuos tranſit.*

18 *Proteſtatio internum proteſtantis animi ſenſum indicat.*
Præſertim verò ſi in actu ipſo proteſtatio fiat.n.19.

20 *Donatio ex ipſa nominatione,vel inter viuos,vel cauſa mortis dicitur.*
Et ex voluntate donantis.

21 *Dominium ipſo iure, ipſoq; facto donatione emiſſa,etiam ſine traditione in Eccleſiã transfertur.*
Ex prærogatiua, quam Deo dicatæ res habent.
Accedente potiſſimùm clauſula conſtituti. num.23.

22 *Diuinum inter ius,& publicum,atq; priuatum non modica ſtatuitur differentia.*

23 Clauſula *conſtituti,nè dominij quidem, ſed poſſeſſionis quoq; transfuſionem operatur.*
Ad quoſcunq; effectus.
In præiudicium præſertim hæredis conſtituentis.n.24.
Accedente potiſſimùm clauſula (ex nunc proùt ex tunc)n.25.
Et accedente clauſula(ad habendum,&c.) num.27.

25 Clauſula *(ex nunc proùt ex tunc) dominij translationem operatur.*
Quamuis donatarius donantem morte præuenerit, n.26.

27 Clauſula*(ad habendum) conſtituto adiunctam,donationem cauſa mortis,in inter viuos tranſire facit.*

28 *Donatio perfecta inter viuos irreuocabilis perſeuerat.*

29 *Donatio cauſa mortis, inter viuos tranſit, ſi cauſa finalis fuit beneficij erectio pro ſalute animę donantis.*
Videturq; tantùm executio diffuſa in tempus mortis.
Demandata præſertim celebratione miſſarum. n.30.
Præſertim ſi hęredes ad obſeruantiam teneri voluit,poſſeq; cogi.n.32.
Accedente iuramento, nam irreuocabilis euadit.n.33.
Sicuti etiam per clauſulam (ponens,& cõſtituens eum procuratorem.)n.34.
Vel ſi donatio facta ſit ob cauſam.n.37.
Piam præſertim.
Vel alimentorum.n.38.
Vel coniunctæ perſonæ.n.39.
Vel ſi fiat præſenti,recipienti,& acceptanti.n.41.
Quo caſu dominium ſtatim acquiritur. nu.42.
Vel ſi fiat coniuncto ſanguine.n.44.

31 *Aes alienum hæreditarium dicitur,quamuis eius ſolutio in tempus mortis dilata fuerit.*

34 Clauſulæ *(ponens, & conſtituens eum procuratorem,&c.& ad habendum)donationem etiam aliàs cauſa mortis,in inter viuos transducunt.*
Et per eas dominium, atq; ciuilis,ac natu-

ralis

Google

ralis poſſeſſio transfertur.

40 *Donatio ob benemerita inter viuos æſtimatur, & irreuocabilis perſeuerat.*

43 *Dominium rei donatæ acquiritur per ſeruum, & procuratorem noſtrum.*

45 *Donatio cauſa mortis in inter viuos tranſit, ſi, nō quinq; teſtes, ſed duo, vel tres in illa interceſſerint.*

Ex coniecturis interpretationem recipit, vt dicatur inter viuos. n. 47.

Et ex clauſula omni meliori modo. n. 48.

46 *Contractus omnes duobus, vel tribus teſtibus præſentibus perficiuntur.*

47 *Donatio inter viuos ex nominatione arguitur.*

Maximè enim refert, quid actum ſit perſpicere. n. 49.

50 *Mentem contra eius, qui donat, attentandum nihil.*

Quia rei ſuæ ipſe moderator eſt.

51 *Franciſcus Maria de Luca V.I.D. Canonicus, & Vicarius Generalis Melphicten. celebratur.*

ARGVMENTVM.

Mortis ne cauſa donatio dicatur, vel verò inter viuos, ex eo, quòd mortis memoria in illa facta fuerit? Et quid ſi in executiuis memoria interceſſerit mortis, quod morte ſequuta effectum habeat? coniecturæ afferuntur, ex quibus inter viuos iudicetur, & de clauſula conſtituti, & præcarij, & ex nunc proùt ex tunc, quidvè ſi in erectionem iuriſpatronatus donatio facta fuerit, quæ poſt mortem effectum ſortiretur?

RESPONSIO LXV.

1 QVæcnnq; magna in præſenti nobis vita videntur, ità inania ſunt, & nihil; vt *Spes omnis impij tanquàm lanugo ſit, quæ à vento tollitur, & tāquàm ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur; & tāquàm fumus, qui à vento diffuſus eſt: & tanquàm memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.* vt Spiritus Sanctus nos docet *Sapientiæ* 5. 15. Et ſanè

2 hoſpitum vita præſens videtur. Omnes enim
peregrinamur. verſamur in domo aliena, &
præcaria, nec datur conſiſtere; ſed quotidiè
de vita ad mortem tranſimus, nec vita eſt
aliud, quàm lubrica, & præceps via. *Martino*
del Rio teſte in locum prælatum Sapientiæ
par. 2. Adagialium Sacrorum *adagio* 360.
3 Rerum dominium non habemus, ſed vſum.
Blanditur nobis hic hoſpes, vultuq; ridenti
excipit; dimittit tamen nos vacuos, & ſine
marſupio. cùm receſſerimus memoriam noſtri
non habet ampliùs, ſed obliuioni nos
tradit perpetuæ. vt nihil excogitari ampliùs
valeat, quàm quòd mortuus quis fuerit, vt
4 obliuioni detur. ità nempè *pſalm.* 30. 13. Regius
pſaltes: *Obliuioni datus ſum* (inquiens)
5 *tanquàm mortuus à corde.* Dum viuimus
igitur de nobis curam agamus, aliqua vt
præmittamus, quæ in tenebris lumen nobis
faciant. Viuentes rerum vſum habemus; diſcedentibus
nihil tollere permittitur. Conſilium
ſanè optimum Eccleſiaſtes ille 11. 1.
6 dedit omnibus: *Mitte panem tuum* (inquiēs)
ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora
multa inuenies illum. Da partes ſeptem, nec
non octo: quia ignoras quid futurum ſit ma-
7 *li ſuper terram.* De eleemoſyna dictum volunt
Gregorius Neoceſarienſis. & Gregorius
Theologus ille magnus Nanzianzi Epiſcopus,
apud *Martinum del Rio p. 2. adagio* 331.
ſic Neoceſarienſis.

Iuſtum eſt autem egenti panem, & ea, quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt, impertiri. Quamuis enim id ſtatim perdidiſſe quibuſdam videaris, quemadmodùm ſi panem in aquam conieciſſes, tamen progreſſu temporis nequaquàm infrugifera tibi apparebit beneficentia. Nanzianzenus verò.

Atq, huc pertinere videtur, quod ſcriptura inquit; panem in aquam quoq; mittendū eſſe: non enim fore, vt diſtrabatur, aut pereat apud iuſtum harum rerum æſtimatorem; ſed eò peruenturum eſſe, vbi omnia noſtra collocabuntur, atq; in tempore occurrent, vtcunq; aliter exiſtemus.

Sic mulier, de qua factum occurrit. Caſſiana de Bottunis Ciuitatis Melphicti ſe mortalem cogitans, animam verò æternam, (ex parte poſt exaudias) vt panem ſuum ſuper tranſeuntes aquas mitteret, poſtq; multa tempora inueniret, viuens adhuc, anno 1617. in contractu inter viuos de ducatis tercentum, de quibus diſponere facultatem habebat, cùm nuprni viro tradira fuit, Beneficio de iure patronatus laicorum erecto, diſpoſuit, vt eius poſt ſuprema funera menſe euoluto, à die ipſa mortis compntando, hæredes eius, quiuè eius bona caperent, ex dictis ducatis tercentum emerent tot bona ſtabilia in territorio Melphicti: ſubiungens: *De quibus quidèm bonis vt ſupra emendis ipſa Caſſiana ex nūc proùt tunc, & è contra ſequuta ſua morte fecit fundauit, & inſti-*

tuit dictum iuspatronatus donatione cauſa
mortis,& in præambula hora mortis ſuæ ,&
per duas horas ante mortem,& omni meliori
modo.cum onere celebrandi per beneficiariū,
& donatarium ſingulis annis in Cathedrali
Melphicti pro anima eius Miſſas viginti .
Antequàm verò fatis cederet,extra Ciuitatē
viuens à conſanguineis perſuaſa,nam inimi-
8 ci hominis domeſtici eius. *Matthæi*.10.36.
qui enim nobis ſanguine iuncti ſunt,ij magis
curant,vt nos ſpolient,nudoſq; dimittant.ta-
bulis ſcriptis ſupremis,hæredibus ſibi nun-
cupatis,hanc infirmat donationem. Demùm
non longè hiſce diebus vitæ terminum facit.
9 Euoluto menſe, nec hæredibus de mortua
cogitantibus,obliuioni illa data, tanquàm
mortuus à corde,vt in initio perpendimus .
D.Horatius Vulpicella V.I.D. nepos ex ſo-
rore, ſignantèr ad beneficium vocatus , ac
donatarius, apud Ordinarium Melphicten.
inſtat Beneficium erigi , hæredeſq; compelli
ad illud erigendum , ac ſtabilia emendum in
eius dotem ; voluntatemq; impleant dona-
10 tricis ex humanis elapſæ. Negant illi. Dona-
tionem fuiſſe cauſa mortis, reuocabilē pro-
indè,vt ſupremæ omnes voluntates, quæ ad
ſupremum vſq; vitæ ſtatum diſſolubiles per-
ſeuerant. ex Vlpiano lib.21. ad edictum in *l.*
qui mortis cauſa 30. & Paulo lib.6. ad legem
Iuliam,& Papiam in *l.Senatus cenſuit*. 35. *ff.*
de mortis cauſa donatione . & Imperatore
quoq; in §.*hæ mortis cauſa donationes*. *In-*
11 *ſtitutionib.de donationi*. Ambulatoria enim
eſt voluntas defuncti vſq; ad vitæ,ſupremum
exitum. Vlpianus dixit lib.33. ad Sabinum
in *l.quod ſi iterum* 4.*in fin.ff.de adimendis le-*
gatis. Fit propterea cauſæ ſtatus: fueritne
cauſa mortis Caſſianæ donatio pro iure pa-
tronatus erectione, vt reuocari iurè potue-
rit;vel verò inter viuos, vt irreuocabilis per-
ſtiterit, eamq; implere teneantur hæredes ?
Irreuocabilem,& inter viuos eam fuiſſe , te-
neriq; eam implere hæredes conſulti reſpō-
dimus .
12 Quia verò ex Ambroſio *lib*. 2. *in Lucam*
cap.1.*poſt initium*: Morale eſt omnibus, vt
qui fidem exigunt,fidem adſtruant. nos,vt fi-
dem faciamus his,quæ dicimus , propoſitio-
nem præpoſitam adſtruimus. Id autem præ-
ſtamus. Quia ipſamet Caſſiana donationē præ-
dictam irreuocabilem eſſe dixit,& voluit, ita
illam nuncupauit,atq;firmauit expreſſis ver-
bis diſponendo : *quòd vbi fortè contingerit*
fundationem,& donationem prædictae in to-
to,vel in parte pro aliqua cauſa, etiam iuſta,
& rationabili directè, vel indirectè reuocari,
voluit,omnem reuocationem haberi pro non
facta,& quòd non valeat,neq; teneat, & to-
ties intelligatur periuraſſe, & præſens donatio,
& fundatio renouata,& denuò facta , prout
ex nunc,prout ex tunc, & è contra donat , &
fundat modo,quo ſupra & quotieſ fuerit re-
uocata, vel ei quomodolibet contrauentum
13 *dicta reuocatio non teneat*. Fuit ergò ſim-
plex,ac vera, & abſoluta donatio , quæ nullo
caſu reuocaretur. In quo ſanè longè differt à
14 mortis cauſa donatione . Donatio enim di-
cta eſt à dono,quaſi doni datio. Et illum,cui
donat potiùs,quàm ſe habere mauult. vt cō-
trà, qui mortis cauſa donat , ſe potiùs cogi-
tat. vt Paulus philoſophatur *d.l.Senatus cen-*
ſuit.35. §.*donatio dicta eſt.ff.de mortis cau-*
ſa donatione. Fuit proindè irreuocabilis do-
natio. reuocari ergo haud potuit. Facta igi-
15 tur reuocatio viribus non ſubſiſtit. Quia ni-
mirum. *Inciuile eſt,atque inuſitatum ſemel*
voluntate libera factas donationes,atq; trāſ-
lato dominio in donatarium,temerè, ac ſine
cauſa reuocare. verba ſunt Diocletiani , &
Maximiani Cæſarum in *l. inciuile* 12. C.*de*
16 *reuocand.donationib*. Cùm enim ſemel per-
fectæ fuerint, temerè reuocari non poſſunt .
Perficiuntur autem cùm donator ſuam vo-
luntatem ſcriptis manifeſtauerit . docet Im-
perator Iuſtinianus in §.*aliæ autem donatio-*
nes. *Inſtitutionibus de donationib*. Scripto
autem voluntatem ſuam, inter viuos dona-
tionem eſſe,manifeſtum Caſſiana fecit . Fuit
17 igitur perfecta . Irreuocabilis proindè. neq;
enim ſi reuocabilem,& cauſa mortis eſſe vo-
luiſſet , id adiecisſet ipſa , vt nullo vnquàm
tempore reuocari potuiſſet, ſed ſemper fir-
ma perſiſteret. ſi nobis fidem non habent ,
credāt vel ſaltim Martiano lib. 5. regularum
in *l.vbi ita donatur*.22.*ff.de mortis cauſa do-*
natione. illum audiant, eiuſq; verba excipiāt:
Vbi ita donatur mortis cauſa , vt nullo caſu
reuocetur,cauſa donandi magis eſt , quàm
mortis cauſa donatio : & ideò perindè haberi
debet , atq; alia quauis inter viuos donatio .
non igitur reuocari potuit inter viuos perfe-
cta ſemel donatio, quāuis mortis cauſa facta.
nam *poteſt ſic quoq; donari cauſa mortis, vt*
nullo caſu ſit eius repetitio: & ideò,ne ſi con-
ualuerit quidem donator, reuocabitur, vt ex
Marcello Iulianus lib. 18. digeſtorum in *l ſi*
alienam rem 14. §.*Marcellus in fin.ff.de mor-*
tis cauſa donationibus. loquitur. Et ſi tamen
reuocauit ſeducta, temerè quidèm id atten-
tauit,& reuocatio ipſa abijt,nec tenuit; vt nō
18 tenere voluit,ac proteſtata fuit. Proteſtatio
verò internum proteſtantis animi ſenſum in-
dicat. teſtatur id Nicolaus Papa in *can. Lo-*
tharius rex.3.§.*præterea vos*.31.*q*.2. ibidēq;
Gloſſ.verbo *innotuit*. Alexander quoq; III. in
cap.perlatum 1.ibidemq; *Gloſſ*. verbo *non ti-*
more mortis.verſ. Reſpondetur, quod.*de ijs,*
quæ vi,metuſq; cauſa fiunt. ex Marcello in *l.*
19 *non aliter* 67.*in princ.ff.de legat*.3. potiſſimū
verò cùm in actu ipſo proteſtatio proceſſe-
rit , vt hic. quod admittit *Gloſſ*. in *l. in concu-*
binatu 3. verbo *atteſtatione.ff.de concubinis*.
quam ſequuta fuit Rota *apud S.memor. Gre-*
gor.XV.deciſ.7.*nu*.10. & nos *reſponſ*. noſtra.
4.*num*.44.*par*.3. & hanc ſententiam propter
hoc , quod donationem irreuocabilem
dixit

dixit donans, nec reuocari poſſe voluit, quã-
uis mortis cauſa factam, inter viuos tamen
perſeuerare, & irreuocabilem, ſequuta fuit
Rota in Anconitana Prędij 24. Ianuarij 1635.
coram Merlino deciſ. 9. in 2. pacto. num. 2. &
ſeq. & nu. 9. 10. & ſequent. & num. 14. par. 7.
recentiorum per Rubeum. perpenditq; Gra-
tianus forenſ. diſceptationum. part. 3. cap. 586.
nu. 11. Crauetta conſ. 85. nu. 3. Card. Manti-
ca de coniectur. vltimar. volunt. lib. 1. tit. 13.
nu. 1. & ſeq. Suarez alleg. at. 20. num. 3. & ſeq.
Marzarius conſ. 61. nu. 4. Rota apud Dura-
num in his noſtris terminis deciſ. 84. nu. 14.
15. & ſeq par. 1. ſimiliq; argumẽto, quo nos,
ex ſola nominatione, donationem dici mor-
tis cauſa ſequitur Tobias Nonius conſ. 54. n.
3. 4. & 5. vt perſiſtat argumentum noſtrum
20 ex nominatione, & voluntate donantis, quæ
ſic voluit, donationem inter viuos dici, eſſeq;
illamq; non reuocare: quæ ſanè clauſulæ do-
nationem inter viuos eſſe ſtatuunt. vt pro-
ſequitur d. Nonius d. conſ. 54 num. 11. 13. &
ſeq. & dictum fuit in Romana donationis de
Mongellinis 14. Ianuarij 1636. corã Carril-
lo. deciſ. 586. nu. 4. & ſeq. in reſiduo 5. par. re-
centiorum per Rubeum. Magonius deciſ. Ro-
tæ Lucenſis 87. nu. 8. idemq; deciſ. Rotæ Flo-
rentinæ 64. nu. 6. & 9.

Quòd verò dominium in ipſum beneficiũ
iam per eam fundatum (in actu primo ſal-
tim) atq; in beneficiarium, quem ipſa nuncu-
panit ex ſorore nepotem D. Horatium Vul-
picellam V. I. D. tranſlatum fuerit. verba-
met, quæ ipſa protulit, apertiſſimum faciunt:
Prout ex nunc (inquiens) prout ex tunc, & è
contra ipſa Caſſiana dicta bona aſſignat, &
donat donationis titulo cauſa mortis, & omni
meliori via in iure patronatus, vt ſupra R.
D. Horatio Vulpicella V. I. D. dictæ Ciuitatis
Melphicti eius nepoti, ac filio quond. Lucretię
de Bottunis eius ſororis, viduæ, quond. Laurẽ-
tij Vulpicella ibidem præſenti, gratias agenti
dictæ Caſſianæ, & aſſignationem, & præſen-
tationem, & donationem prædictas recipien-
ti, & acceptanti. cum clauſulis ampliſſimis
ad habendum, &c. & conſtituti; & preca-
rij, &c.
21 Dominium porrò ipſo iure, ipſoq; facto
donatione iam facta, etiam abſq; traditione
in Eccleſiam transfertur: quia hanc habent
Deo dicatæ res, vel oblatæ prærogatiuam; vt
22 inter diuinum, publicumq; ius, & priuata
commoda competens diſcretio ſit. ex Iuſti-
niani Cæſaris conſtitutione in l. vt inter di-
uinum. 21. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. Inno-
centius III. in cap. ex litteris. 2. §. fin. in fi. ibi-
demq; Gloſſ. verbo ſignum in fin. extrà de
conſuetud. Gloſſ. in can. moderamine. 23. ver-
bo ſibi vendicent. paulò poſt principium. 16.
q. 1. Gloſſ. in cap. ſi tibi abſenti 17. verbo non
acquiras de præbend. in 6. Afflict. deciſ. 299.
nu. 4. cùm præſertim dominium ſolo momẽ-
to tranſeat. ad Pauli ſenſum in l. ſed hic vide-
tur. 2. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela, &
Rota apud Card. Caualer. deciſ. 143. nu. 3. &
apud Duran. Epiſcopum Vrgellen. dec. 364.
n. 1. & 2. p. 2. accedente potiſſimùm Clauſula
23 (conſtituti,) quæ poſſeſſionis quoq; transfu-
ſionem ad quoſcunq; operatur effectus. ex
Vlpiano lib. 12. ad edictum in l. quædam mu-
lier 76. ff. de rei vendicat. ibidemq; Gloſſ. Bar.
alijq; & ex Celſo lib. 34. digeſtorum in l. quod
meo 18. ibiq; Bart. ſummarium. & ex Paulo
lib. 12. ad Sabinum in l. quamuis pupillus. 32.
§. ſi conductor. ff. de acquirenda, vel amittẽd.
poſſeſſione. Afflict. d. deciſ. 199. num. 12. Tira-
quellus tract. de iure conſtitut. poſſeſſ. par. 1.
num. 3. & 4. & part. 2. ampliat. 1. num. 2. ac
part. 3. limitat. 11. Rota apud Coccinum
Decanum deciſ. 240. numer. 4. Viuius de-
ciſ. 434. nu. 14 & 15. lib. 3. Rota apud Dura-
num d. deciſ. 364 nu. 1. & 2. & deciſ. 268. nu.
13. & deciſ. 401. num. 6. & ſeq. ead. part. 2. &
d. deciſ. 84. nu. 1. & 14. & 16. & 21. part. 1. &
apud Cardin. Caualer. deciſ. 319. num. 2. et 3.
et deciſ. 420. nu. 2. et deciſ. 515. nu. 1. Rota
Maceraten. apud Marcum Antonium Tho-
mati deciſ. 15. nu. 1. et ſeq et deciſ. 77. nu. 4. 5.
et ſeq. Ioſeph Ludoui. deciſ. Peruſin. 29. nu. 6.
27. et 37. Magonius d. deciſ. Lucenſi 87. nu. 10.
Rolandus. conſ. 61. nu. 64. lib. 2. Idem Magon.
d. deciſ. Florentina 64. nu. 12. Marius Anto-
ninus Maceraten. variarum reſolut. lib. 1. re-
ſolut. 60. nu. 21. Menochius de retinendæ poſ-
24 ſeſſione remedio. 3. nu. 260. potiſſimùm verò
in præiudicium hæredis ipſius conſtituẽtis.
Rota apud Caualer. d. deciſ. 420. nu. 2. in fin.
et apud Duranum d. deciſ. 84 nu. 17. Cui ſanè
Clauſulæ (conſtituti) non minorem adiungit
lapidem ad firmam donationem habẽdam,
quamuis illa verè cauſa mortis fuiſſet, con-
ſtitutum in mortis tempus demandatum
fuiſſe. & clauſula illa in donatione per Caſ-
25 ſianam adiecta (ex nunc pro tunc, et in præ-
ambula hora mortis ſuæ, etc.) quæ operatur
dominij tranſlationem in donatarium, &
etiam in momento antè mortem. Guido Pa-
pa deciſ. 268. ibidemq; Ranchinus in anno-
tation. quia actus perfectus fuit, dilato tan-
tummodò effectu in tempus mortis. ex Ol-
drado conſ. 114. et 139. docetq; Ioan. Fran-
ciſcus de Ponte lectione 2. in prælud ijs feudo-
26 rum nu. 53. Quam ob cauſam, cùm firma
huiuſmodi ſit donatio, nec vacillabit, nec ca-
ducabitur, quàmuis donantẽ donatarius vi-
tæ termino præuenerit, ac maturauerit.
Bald. in auth. contrà rogatus. in princ. C. ad
Senatus Conſult. Trebelleianum. Vincent. de
Franch. dec. 213. num. 1. & ſeq. Molfeſius cõſ.
41. num. 5. ad calcem 2. volum. commentario-
rum ad conſuetudines Neapolitanas. Et per
27 Clauſulam (conſtituti, & ad habendum)
quæ in iſta leguntur Caſſianæ donatione,
quàmuis mortis cauſa factam donationem,
inter viuos tranſire perpendit, nec futilitèr
Rota in dicta Anconitana Prædij corã Mer-
lino

*lino dict.deciſ.9.n.21.22.& 23.& apud Duran.dict.dec.81.n.18.20.& 21.& per totam. Magon.deciſ.*Lucenſi 87.*n.*13.& *dict.deciſ.* Florentina 64.*n.*13.& 14.& *n.*18.& 19.

28 Fuit ergò donatio hęc inter viuos perfecta,ſcripto exarata,atq; proptereà irreuocabilis. Temerè igitur reuocata, non iure,ſed facto,atq;iniuria fuit. Curabit proindè Illuſtriſſimus Ordinarius firmam illam haberi, quemadmodùm & ipſamet Caſſiana illum rogauit,eius implorando brachium, & auctoritatem, einſq; Curiæ rationē reddens.

Dùm tractetur de re pia, quòd dignetur pręſentem diſpoſitionem, & voluntatem debitæ executioni demādare,iuxtà ſui ſeriem, & tenorem,dans,& concedens ipſa Caſſiana dicto Illuſtriſſimo Epiſcopo, & eius Curia inſimul,quatenus neceſſarium,poteſtatem, & facultatem pro prædictis exequendis, capiendi propria authoritate ſine figura iudicij tot bona ſtabilia ipſius Caſſianæ pretij,& valoris dictorum ducatorum tercentorum, & illa conſignare dicto D.Horatio,*ſi tùc viuet.*Nō ergò reuocabilem, neq; cauſa mortis donationem hanc fecit Caſſiana, quæ omnimodis vt illa executioni demandaretur,etiam per Epiſcopum propria authorita-

29 te,& ſine iudicij voluit figura. Executionem proindè in mortem tranſtulit donatoriū,nō quòd donationē mortis cauſa eſſe voluerit, & reuocabilem,ſed inter viuos,ac ſtabilē,firmamq;. Cùm cauſa finalis beneficij fuerit erectio, vti illud erexit,(in actu ſaltim prio,vt diximus) erectumq; voluit pro redēmtione animæ ſuæ. ad Innocentij Tertij ſenſum,& verba in *cap.requiſiſti de his.*15.*§.nec*

30 *eſt contrarium.de teſtamentis extra.*vt ſacra pro eius anima in annos ſingulos per beneficiarium Deo Altiſſimo offerrentur,ipſaquè ſuffragiorum cōmoda perciperet,ſentiretq; eſſetq; verè donatio,doniq; datio,quam Beneficiarius perciperet, vt ſacris deindè,beneficio erecto,operaretur. iuxtà Pauli ſensū, cuius verba in initio attulimus *d. l.Senatus cenſuit.*35. *§.donatio dicta eſt. ff. de mortis cauſa donationibus.*non itàq; mortis cauſa, ſed inter viuos donauit, quàmuis poſt mortem executionem differri voluit,ac differri.ex *Bald.in l.2.colum.2.*C.*de iure dotium.Socin. conſ.*53.*col.*3.*vol.*1.ſequitur noſter *Maranta* Proauus *conſ.*140.*ſub n.*9. ad Pauli ſenſum, (niſi Caium fuiſſe malueris) lib.23. ad edictum prouinciale in *l.hęreditarium* 21.7. *ff. de bonis authoritate Iudicis poſſidendis.*

31 quatènus docet.hæreditarium æs alienum dici,quamuis in tempus mortis eius ſolutio dilata fuerit.nec alienum innuit ſenſum Imperator Iuſtinianus in *§.poſt mortem ſuam. Inſtit.de inutil.ſtipulation.Bart. in l.nam & ſi cùm moriar* 17. *in vlt.oppoſit. ff. de condit. indebit.*& in hiſce noſtris terminis *Gratian. diſceptat.forenſ.part.*3.*d.cap.*586.*n.*9.& 10. *Rota in d.Anconitana Pręd*ij *coram Merlino d.deciſ.*9.*n.*3.4.5.& 6.& *n.*24. 25.27.& 28.*d.p.*7.*recent. per Rub.* & *apud Duranum dict.deciſ.*84.*n.*22.& 23. *Magonius d.deciſ.*

32 Lucenſi 87.*n.*12. Voluit quippè, hæredes eius omnimodis ad obſeruantiam eius teneri donationis; vt per Epiſcopum quoquè, etiam de facto,nulloq; iuris ordine ſeruato, cogi valerent, illeq; ex ſe ipſo exequeretur, voluit proindè irreuocabilem donationem eſſe. quod perpendit *Gratian. dict. cap.*586. *num.*11.

33 Fulciebatq; perpenſionem hanc iuramētum donationi adiectum, per quod ſanè,nedùm donatio irreuocabilis euaſit.vt ipſamet reuocando, vti periurio notatam ſe teneri expreſſerit; verùm & donationē ipſam,quāuis alias mortis cauſa factam,inter viuos trāſferri,operatur. *Berous conſ.*41.*n.*16.*vol.*1. *Gratian.dict.cap.*586.*n.*1.& 2. Rota *apud Duran.dict.deciſ.*84.*n.*14.*in fin. Clar.§.donatio.q.*4.*Rota quoq; in dict.Romana Donationis de Mongellinis coram Carrillo dict. deciſ.*586.*n.*8. *Gutierr. de iuramento confirmatorio cap.*13.*n.*7.*Magon.dict.deciſ.*Lucē 87.*num.*9.& *dict.deciſ.*Florentina 64.*n.*10. & 11.

34 Nec minorem firmitatem addebat clauſula(*ponens eū,& conſtituens procuratorem tanquā in rē propriā*(accedente clauſula(*ad habendū*) Quia nimirùm clauſulæ præſatæ nō

35 in vltimis voluntatibus, cuius ſpecies cauſa mortis eſt donatio. ex Vlpiano lib.17. ad edictum in *l.ſi mortis cauſa.*29. *ff.de mortis cauſa donation.§.*1.*Inſtit.de donation.l.cùm de mortis cauſa* 4.aliàs *fin.* C.*de donat.cauſa mortis.Thobias Nonius d.conſ.*54.*nu.*5.*Rota in dict.*Anconitana *Prædij coràm Merlino dict.dec.*9.*n.*17.*par.*7. *diuerſor. per Rub. Picus ad ſtatutum Vrbis Gloſſ.*7.*n.*49. Sed in donationibus adijciuntur inter viuos, quibus facultas permittitur donatori bona ipſa donata diſtrahendi, atq; vti de proprijs diſponendi.ex *Bart.in l.qui Romæ* 122. *§.duo fratres. ff.de verbor.obligat.Roland.*

36 *conſ.*61.*n.*48.*lib.*2. potiſſimùm verò quòd per eas, nè dominium quidèm, verùm & ciuilis,& naturalis transfertur poſſeſſio. *Guido Papa deciſ.*147. *Gratianus dict. cap.*586. *num.*4.

37 Accedebatq; quòd donatio facta ob cauſam fuit erectionis iuris patronatus, adiecto onere celebrationis miſſarum viginti in annos ſingulos,quæ ſanè ob cauſam facta do-

38 natio inter viuos æſtimatur.vti de donatione ob cauſum alimentorum in hiſcè terminis infert *Gratian.dict.cap.*586.*ſub num.*14. & 15.

39 Nec non & coniunctæ perſonæ,ex ſorore nepoti,quem ad beneficium fundatum vocauit.vt prætèr *Gratianum* loco paulò antè relato perpendit *Rota apud Duranum dict. dec.*84.*num.*14.*in fin.* quemadmodùm in ſi-

40 mili in donatione ob bene merita, ob quæ etiam

Digitized by Google

ẽt mortis cauſa donario,in donationẽ trans-
funditur inter viuos. poſt *Roland.d.conſ.*61.
*n.*41.*lib.*2.ſequitur Magon.*d.dec.Lucenſi* 87.
*n.*3.4.*&* 5.

41 Accedente præſertim, quòd donatio hæc
D.Horatio facta fuerat præſenti,& acceptan-
ti, grariaſq; agenti, tàm pro ſe, quàm pro
beneficio, ad quod ipſe per Caſſianam vo-
catus fuit, vt in initio diximus. ad Pauli ſen-
ſum lib.15. ad Sabinum in *l.abſentis* 10. *in
fin.ff.de donation.* illis verbis: *Niſi ea mente
ſeruo eius data fuerit, vt ſtatim eius fiat.*
namq; vt *Gloſſ.* ibidem verbo *fiat* commen-
42 tum agens,rationem reddit,dicens: *Quo ca-
ſu Domino ſtatim quæritur.* ex Vlpiano lib.
7.diſputationum in *l. qui mihi donatum* 13.
ff eod.de donationib. ibidemq; *Bart.*in ſum-
43 mario dicens: *Rei donatæ nobis dominium
quæritur per ſeruum,& per procuratorem
noſtrum, ſi tradens hoc agat.* hoc nempè per
donarionem agebat Caſſiana, vt & Horatio,
& Beneficio,quod ipſa ex tunc erigebat, rei
donatæ dominium (*ex nunc, prout ex tunc*)
vt ipſa dicebat,transferret.ſequiturq; *Iulius
Clarus* §. *donatio. quæſt.* 12. *& Hierony-
mus Magonius* Rotæ Lucenſis *dec.*38. *n.* 10.

44 Atq; etiam eidem Horatio ſanguine in-
iuncto ex ſorore nepoti. vt ex *Roman.atq;
Cuman.in l.quæ dotis* 34. *ff.ſoluto matrim.
& Soc.conſ.*137. *lib.* 2. ſequitur *Magonius
d.dec.*Florentina 64 *n.*46. ex Scenolæ ſenſu
lib.2.reſponſorum in *l. cùm maritus.* 29. §.
mulier de dote.ff.de pactis dotalibus ibidem-
què *Gloſſ.fin. in fin. Iaſ.in d.l. quæ dotis.* 34.
*nu.*38.*&* 39 *ff. ſoluto matrim. Surdus conſ.*
450.*n.*30.*&* 31.*lib.*3. *Gratian. d.cap.*586.*n.*
5.*par.*3.

45 Ceterùm, vt inter viuos donatio hæc ad-
ſtruatur,non minimi facit, quòd non quinq;
teſtes intercеſſere, vt in cauſa mortis dona-
tione perquiritur. *l.cùm de mortis cauſa* 4.
*altàs fin.C.de donation.cauſa mortis.*ſed duo,
46 vel tres,vt in reliquis contractibus ſatis ſuf-
ficiunt.ex Paſcall Papa in *cap. in omni nego-
tio.*4.*de teſtib extrà.* & Vlpiano lib.37. ad
edictum in *l.vbi numerus.*12. *ff. de teſtibus.*
ſignum eſt ergò euidens,donationem inter
viuos inſtituiſſe Caſſianam,non mortis cau-
ſa,quàmuis de mortis cauſa in exequutione
meminerit.*Magon.d decis.*Florentina 64.*nu.*
5. Rota *apud Merlinum in d. Anconitana
Prædij dec.*9.*num.*15.16.*&* 17.*Gratian.dict.
cap.*586.*n.*13.*Card.Mantic.de coniect.lib.*1.
*tit.*13.*n.*17.

47 Ex nominarione igitur, & affectu donan-
tis, atq; ex ipſiſmet coniecturis,quibus ma-
teria hæc ſuppoſita videtur. vt ex *Roland.
conſ.*8.*col.*2 *lib.*1.ſequitur *Magon. dict.deciſ.*
Florentina 64.*num* 5.*& d.deciſ.* Lucenſi 87.
*num.*2. *Card. Mantica de coniectur. d. lib.*1.
*tit.*13.*per tot.* euidentiſſima apparet mani-
feſtatione, donationem hanc inter viuos, nõ
mortis cauſa inſtituiſſe Caſſianam,perpenſa
48 præſertim clauſula illa(*& omni meliori mo-
do*) quæ donationem quàmuis in cauſam
mortis collatam,in inter viuos tranſire ope-
ratur. *Aym.conſ.*214 *nu.*19. *Ruinus conſ.*52.
*n.*4.*ad med.lib.* 1.*Gratian.d.cap.*586.*n.*3.*p.*3
49 Nihil proindè vetabit, quin talem & nos il-
lam habeamus. Maximè quippè refert quid
actum ſit perſpicere.ex Pauli ſenſu lib.4.di-
geſtorum in *l.qui fundum* 40. §*fundi ven-
ditor. ff.de contrahend.emption.* nè contra
50 donantis mentem, & ſenſum quidquam
attentemus, quæ ſic de rebus ſuis diſpoſuit,
quorum liberam obtinebat adminiſtratio-
nem, moderamenq; *l. in re mandata* 21. *C.
mandati,vel contrà.* & hoc vnum (tercenta
ſcilicet) pro animæ ſuæ commodo, ſubleua-
men præmiſit,vtq; in æterna reciperetur ta-
bernacula.

Atq; ità ex his, Ariſtarcho non ſubmoto,
reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Exequutioni donationem demandatam
fuiſſe Caſſianæ,beneficiumq; erectum, per-
51 cepimus, per Dominum Franciſcum Ma-
riani de Luca V.I.D.Canonicum, & à pluri-
bus annis Vicarium Generalem Melphicten.
Virum ſanè moribus integerrimis, atq; ſua-
uibus,neq; mediocris intelligentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Deſiderio ſatis acri, habendi, mortales deti-
nentur.*
*Vt magnis propter illud ſe incommodis
iniiciant.*
*Creſcitq; magis,quo quis plus habet. n.*13.
ex Ouidio.
2 *Malorum elementa duo eſſe dicebat Timon.*
*Diuitiarum auiditatem,& gloriæ appeti-
tionem.*
3 *Auaritiam malorum omnium radicem appel-
lauit Apoſtolus.*
*Vitiorum Metropolim.Bion.n.*4.
*Cum annis creſcit. n.*5.
*Ipſa ergò malorum omnium cauſa.nu.*6.
*Abominanda proptereà peſtis.n.*7.
8 *Homo cùm moritur nihil ſecum feret ex his,
quæ parauit.*
9 *Locus pſalmi* 75.6. *Dormierunt, & nihil in-
uenerunt omnes viri diuitiarum in
manibus ſuis.expenditur.*
10 *Diuites ſtultos appellauit Dauid.*
*Ratio redditur.n.*11.
12 *Vanitas quàm maxima æſtimatur labora-
re,& non ceſſare ab acquirendo eum,
qui nõ habet cui relinquat.ex Salomone
Eccleſiaſtes* 4.7.

13 *Ha-*

13 *Habendi deſideriũ augeſcit magis, et quo plus habetur, plura appetuntur.*

14 *Beneficia cùm vacant, omnes currũt, vt habeant.*

15 *Inſtitui is debet ad beneficium de iure patronatus, qui à maiorum patronorum parte nominatus, ac præſentatus fuit. & n.23.*

Multò magis ei, qui ab omnibus præſentatus fuit. n.52.

16 *Iuris patronatus exiſtentia ex quibus probetur.*

Et ex quibus pertinentia. n.29.

17 *Ius patronatus triplex, hæreditarium, gentilitium, ſiuè familiare, & ex pacto, & prouidentia.*

Hæreditarium verò probatur ex nomine.

Et in quo præſentat hæredes vti hæredes. n.19.

Etiam extranei.

In dubio verò hæreditarium prꝑſumitur. n.20.

Qui gentilitium prætenderint, probare oportebit. & n.43.

Qui verò hæreditarium, ſe eſſe hæredes. n.41.

Oſtendere opus erit.

21 *Ius idem pati quiſq; contra ſe debet, quod alteri iuſtum putauerat.*

Nec ſanè ab naturæ principio alienum.

22 *Contrariorum eadem, atq; vna diſciplina eſt.*

Vnoq; eorum cognito, & reliquum æquè cognoſcitur.

Contraria in ſimul opponuntur. n.24.

Et in eodem ſubiecto eodem tempore eſſe non poſſunt. n.25.

24 *Argumentum ex contrarijs iurè ducitur.*

Atq; firmum eſt.

26 *In iure patronatus hæreditario, qui ſuccedere vult, omninò ſe hæredem probare oportebit.*

Quàmuis filius.

Quàmuis hæres extraneus.

Qui autem in hoc defecerit, non admittitur. n.27.

28 *Inſtitutio ſine patroni legitima prꝑſentatione, non iurè ſuccedit.*

Debetur verò ei, qui & de exiſtentia, & pertinentia iuris patronatus docuit, eorum, qui eum prꝑſentauere. n.29.

Sat verò erit, vt ſuccedere valeat, ſi ſe præſentatum oſtenderit ab his, qui in poſſeſſione ſunt iuris præſentandi. n.30.

Limita tamen, ſi in promptu de proprietate conſtet aliorum. n.31.

Ipſique in poſſeſſione quoq; ſunt præſentandi.

32 *Præſentationes factæ in abſentia, neq; ſcientibus, & patientibus veris compatronis, quaſi poſſeſſionem non tribuunt.*

Cenſenturq; factæ in vim tituli prꝑcedentis num.33.

Qui ſi non affuit in principali, neq; transferri potuit in alios. & n.35.

Et vſurpatio magis dicetur. n.38.

33 *Poſſeſſionis titulus ſi in principali non ſit, neq; in alios transferri potuit, ab eo ius habentes.*

Præſertim verò ſi de alterius titulo, & poſſeſſione conſtet. n.34.

36 *Nemo dat, quod non habet.*

Nemoq; accipere valet, quod in dante non aderat.

37 *Datum eatènus eſt firmum, quatènus illud eſt dantis.*

39 *Poſſeſſio cum titulo, non titulatę, in concurſu prꝑfertur.*

40 *Negatiua non poſſeſſionis, vel alterius rei, ex reuolutione probatur actorum.*

41 *Ex errore non niſi error ſequitur.*

Errare eſt vnum pro alio putare. n.42.

43 *Ius patronatus gentilitium, ſiuè familiare qui prꝑtenderit eſſe: & familię illud reſeruatum fuiſſe probare debet, & ſe de familia eſſe.*

Sine verò probatione neutrum prꝑſumitur.

45 *Philippus Cardinalis Spinellus fuit Epiſcopus Auerſanus.*

46 *Prꝑſentandi quaſi poſſeſſio non acquiritur ex prꝑſentationibus, niſi illę effectum ſortitę fuerint.*

Probatur autem per prꝑſentationes ſubſequutas. n.50.

Vnica autem ſufficit effectuata ad quaſi poſſeſſionem nanciſcendam. n.51.

47 *Patroni ad prꝑſentandum alium admittentes, ſibi ipſis præiudicant.*

48 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non transfertur in hęredes ſine noua apprehenſione.*

Ideſt ſine nouo vſu, & exercitio præſentandi.

Vnica verò ſufficit. n.51.

49 *Prꝑſentantium patronorum minor pars vnius ſtipitis à maiori eorum parte abſorbetur.*

53 *Coronatur qui legitimè certauit. ex Paulo Apoſtolo.*

54 *Patientia iuuat.*

ARGVMENTVM.

Beneficium de iure patronatus laicorum, aliud hæreditarium, aliud gentilitium, ſeù familiare, aliud verò ex pacto, & prouidentia dicitur. Hæreditarium verò ex quibus dica-

catur, & quo pacto conſtet? In dubio autem magis hæreditarium, quàm familiare dicitur, & præſumitur. Quæ autem præſtare oporteat, qui ad beneficium hæreditarium præſentant, & quæ ad familiare? Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur? Is verò inſtitui debet, qui à veris patronis, & in poſſeſſione exiſtentibus præſentatus fuit. Et quis in concurſu præſentationum præferendus? Patroni verò aliud ad compræſentandum admittentes, ſibi præiudicium inferunt. Verùm in deſcendentes admiſſorum nõ tranſit, niſi apprehendatur noua poſſeſſio:

RESPONSIO LXVI.

1 ACre ſatis eſt deſiderium, quo mortales habendi detinentur, vt magnis, & multis incommodis ſe inijciant propter habendi cupidi-
2 ratem. Dicebat propterea ſatis è re Timon: Duo eſſe malorum elementa: *Inexplebilem, ſcilicet, diuitiarum auiditatem, & gloria*
3 *appetitionem.* Et quidèm malorum omnium radicem auaritiam nuncupauit Apoſtolus Paulus 1. *ad Thimothaum* 6. 10. dicens: *Radix omnium malorum eſt cupiditas.* vel vt alij ex Græco (philargiria) hoc eſt auaritia
4 legunt. vt propter hoc Bion: *Vitiorum Metropolim*, auaritiam appellarit. Ità quippè penetralia peruadit hominis, eòq; illum miſeris cogitationibus impellit, vt nec ſedere, nec
5 quieſcere ſinat; quin & cum annis creſcat. Et quàmuis ſenio ſubeunte corporibus, vires decreſcant. habendi cupiditas tempore ipſo augetur. iutè ergò ex Propertio lib. 12. conſequentiam inferemus.

6 *Ergò ſolicita tu cauſa pecunia vita es.*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.
Semina curarum de capite orta tuo.

7 Abominanda idcircò peſtis hæc eſt, atquè à pectoribus abijcienda humanis. nec enim quæ parauimus nobiſcum feremus. teſtatur ex Poetis Propert. lib. 3.

8 *Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,*
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.

& ex ſacris litteris Dauid pſaltes pſalm. 75. 6.

9 *Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.*

Quia cum vita diuitias paritèr, quas parauerant, quibus inhiauerant, & inſudauerant, perdidere, nihilq; inuenere in manibus ſuis. quin

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.

idemmet Dauid *pſalm.* 48. 12. conteſtatur.

10 Et ſanè quid mirum, ſi diuites ſtultos paulò antè ipſemet vocauerat Dauid loco eodem. *Cùm viderit ſapientes morientes; ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt; & relinquent alienis diuitias ſuas.*

11 Quid enim ſtultiùs, quàm in ijs comparandis laborare, quæ mox relinquenda ſunt? & perdere animam ſuam, vt aliorum luxui ſufficiant opes, non quibus modicè vtantur, ſed quas abſorbeant, atq; profundant? vt
12 *Agellius* commentum agit. Hanc autem vanitatem, appellauit Salomon ſapiens ille olim Rex *Eccleſiaſtes* 4. 7. cùm ad cor ridẽs, quæ huius vitæ caduca ſunt, & vana perpendens, dixit: *Conſideraui, & reperi aliam vanitatem ſub Sole: Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoquè vanitas eſt, & afflictio ſpiritus.* Nec abſimimile eſt huic, quod Ouid. 1. Faſtorum cecinit.

13 *Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,*
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus habendi.
Vix vltrà quò iàm progrediatur habet.
Creuerunt opes, & opum furioſa cupido.
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant.
At ipſæ vitijs ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda.
Quo plus ſunt pota, plus ſitiuntur aqua.

14 Hoc deſiderio exciti homines, vt habeant, vndè abſumant, cùm quid vacat beneficij, omnes vt acquirant percurrunt. Teſtatum hoc facit quod nunc accidit factum. Menſe Iunio præterito vltimum vidit diem D. Baptiſta Granato loci Fractæ Maioris Auerſanen. Diœceſis. Vacauit proindè morte eius

Beneficium ſimplex in Eccleſia Parochiali
S. Soſij loci eiuſdem, cui à ſancta Maria
Gratiarum, ſiue Sancta Iuliana eſt titulus,
quod eſt iuris patronatus laicorum familiæ
dello Preite, fundatum anno 1528. à D. Ie-
ſuele quondam dello Preite. Ecce tibi nunc
ex variatione, qui illum obtineant, decer-
tant. A compatronis, veris quidem, præſen-
tatur D. Laurentius de Riccardo Sacerdos
loci eiuſdem. ab alijs verò præſumptis ma-
gno numero præſentantur & D. Thomas de
Angelo ſacerdos, & ipſe loci eiuſdem. Fit
igitur inter præſentatos non modica diſce-
ptatio, quis eorum inſtituendus? Hic itaq;
ſtatus eſt cauſæ: Quis duorum inſtituendus
ſit? Qui pro Thoma de Angelo ſunt, in prom-
ptu illum inſtituendum ex ſacris canonibus
15 referunt: Quia à maiori ſuffragiorum nu-
mero eſt præſentatus: *can. ſi fortè 36. ac fin.
diſt. 63.* ex Concilio Lateranen. *cap. quoniam
3. de iure patronat.* & ibidem *Gloſſ.* verbo *qui
maioribus.* & ex Gregorio Nono in *cap. Ec-
cleſia veſtra 57. de elect. cap. ſicui 23. & cap.
cùm expediat. 29. de elect. lib. 6.* ad notata per
Sceuolam lib. 1. quæſtionum in *l. quod ma-
ior 19. ff ad municipalem. Claudius Tutius
quæſt. 11. num. 2. de iure patronatus. Mar.
Antonin. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 104.
n. 1.* Rota in *Luren. Sarzanen.* 31 *May
1617. coram Durano dec. 110. n. 1. & 11. &
deciſ. 111. n. 1. apud Viuianum in praxi iuris
patronat.* quæ *deciſio* 110. eſt 87. in impreſſis
apud ipſum Dominum Duranum *part. 1.
Rota par. 2. diuerſorum deciſ. 117. num. 1. &
apud Card. Manticam dec. 86. num. 4. & dec.
115. num. 5. & apud Card. Seraphin. dec. 875.
num. 2.* diximus alios quamplures referentes
reſponſ. noſtra *6. n. 8.* & *reſponſ. 14. n. 1.* & *re-
ſponſ. 42. n. 1. p. 3.*

Verùm quia in minori probanda ipſi de-
ficiunt, vt adſtruemus; atq; Riccardum no-
ſtrum, & ab omnibus pręſentatum patronis,
qui patroni ſunt, & in poſſeſſione, vel quaſi
exiſtunt præſentandi: Succedet vtiq; vt ipſi-
met manus conſerant, victiq; recedant, &
contrà, ſit Riccardus inſtituendus. Quod vt
præſtemus: Principio ſupponendum, nullam
nobis cum Aduerſarijs, quoàd exiſtentiam
16 iuris patronatus eſſe diſcrepantiam, & quòd
de fundatione conſtat: & quòd ipſi quoq; hoc
iure veniant. vt dictum fuit in vna *Bracba-
ren. Parochialis 24. Februarij 1592. coràm
Card. Mantica deciſ. 166. in initio.* & apud
Illuſtriſſimum *Duranum* Epiſcopum Vr-
gellen. *deciſ. 87. n. 4. & 5. par. 1.* Eſt tamen
non modica cum illis diſceptatio quoàd
pertinentiam, quibus ſcilicet hoc ius perti-
neat.

17 Hanc ob cauſam proindè ſupponendum
quoq; ſecundò videtur. Ius hoc patronatus,
non ſanè gentilitium, ſiuè familiare, neq; ex
pacto, & prouidentia, ſed eſſe hæreditarium.
Diſtinctionem hanc nos attulimus, eamquè
probauimus *reſponſ.* noſtra *74. n. 36. & ſeq.
part. 3.* ibiq; lectorem remittimus, ne in
longum reſponſionis huiuſceè ſermo abeat.
Quòd verò, pro minori, ſit hoc ius patrona-
tus hæreditarium, non gentilitium, ſiue fa-
miliare, neq; ex pacto, & prouidentia, facili
18 probatur negotio, quia hæreditario nomi-
ne inſigniuit illud Genitor ſuus D. Ieſuelis in
ſuis nouiſſimis tabulis anno 1528. fol. 52. in
proceſſu veteri. *Voluit nempè ipſe,* (ſic tabu-
larum ſunt verba) *quod ſui hęredes tenean-
tur poſt mortem dicti D. Vergilij, pręſentare
19 Capellanum.* Eſt ergò hęreditarium ius hoc
patronatus in quo præſentãt hęredes, vti hę-
redes, & ad hæredes tranſit, quàmuis extra-
neos, modò hæredes fuerint. *Pariſ. conſ. 88.
num. 12. lib. 2. Gabriel in concluſ. iur. tit. de
verbor. ſignificat. concluſ. 6. num. 40. Claud.
Tutius quæſt. 4. num. 6. de iure patronat. Me-
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 91. num.
2. & ſeqq. Garſias de beneſic. par. 5. cap. 9. nu.
143. Caualcan. dec. 28. num. 4. par. 3. Mago-
nius deciſ.* Lucenſi *7. num. 4. & ſeqq. Marius
Antoninus variarum reſol. lib. 1. reſolut. 60.
num. 2.* diximus *reſponſ.* noſtra *83. num. 19.
par. 3. Rota apud Duranum dec. 199. n. 12. &
13. p. 1.*

20 Quàmuis dubio in facto, hæreditarium
magis præſumatur, quàm gentilitium, ſiuè
familiare. vt qui familiare eſſe contenderit,
ipſum onus teneat id probandi. *Card. in
clem. plures 2. num. 6. in 6. quæſt.* & ibidem
*Ancbaran. in 2 notab. num. 5. de iure patro-
nat. & Gloſſ.* ibidem verbo *hęredes.* ad *text.
in can. conſiderandum 35. & ibid. Gloſſ. 1. 16.
quæſt. 7. Couarruuias variarum reſolut. lib.
2. cap. 18. num. 6. Gratian. forenſ. par. 3. capit.
577. num. 44. in fin. & numer. 45.* Rota *apud
Card. Seraphin. deciſ. 456. n. 1.* diximus *d. re-
ſponſ. 83. nu. 30. p. 3.*

His ità ſuppoſitis, ad prælium cominùs
deſcendamus oportet, atq; Aduerſarijs no-
ſtris mathematica cum oſtenderimus de-
monſtratione, eos, qui D. Thomam pręſenta-
uere ex hæredibus D. Ieſuelis fundatoris
non eſſe, neq; fuiſſe vnquàm, qui verò no-
ſtrum Riccardum Illuſtriſſimo Epiſcopo in-
ſtituendum præſentauerũt, ex hęredibus eſſe
prædicti fundatoris, eoſq; omnes eum præ-
ſentaſſe; Succedet vtiq; ei inſtitutionem iu-
re omni optimo deberi: Quia à maiori par-
te, quin magis omnibus compatronis, & à
veris, & qui in poſſeſſione ſunt præſentandi,
vel quaſi, præſentatus fuit. vt idem ius huic
21 ſtatuatur, quod ſibi fieri de Angelo in *initio*
tentauerat, ipſeq; inſtruxerat. ad Vlpiani
ſenſum lib. 3. ad edictum in *leg. 1. in princip.*
ibidemq; per plura *Iaſon ff. quod quiſq; iu-
ris. cap. cùm omnes 6. §. cùm igitur. de conſti-
tutionib. canon. qui non probauerit. 3. 2. q. 3.
can. nullus Epiſcopus 11. in fin. 2. q. 1. can. de
illicita 6. 24. q. 3. Maranta noſter conſ. 45.
ſub. n. 14. in fin.* Quis enim (quæſo te) aſper-

nabitur

Digitized by Google

habitur ipſe idem ius ſibi dici, quod alijs vel dixit, vel dici effecit? Verba ſunt Vlpiani *d l. 1. ff. quod quiſq; iuris.* quia eſt hoc naturæ ipſi conſentaneum.

Hoc itàq; ſi præſtiterimus, & contrarium
22 ritè præſtabimus. nimirùm, quòd contrariorum vna, atq; eadem diſciplina eſt, vt vno eorum cognito, reliquum æquè intelligamus. ex Caio lib. 1. inſtitut. in *l. 1. in princip. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. §. 1. Inſtitut. eod. Gloſſ. in clem. 1.* verbo *obſeruare. de ſent. excomm. Perez de Lara de cappell. lib. 1, cap. 11. num. 14. & ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Gloſſ. 43. n. 171.*

Deſcendentiæ ergò ſeries, & hæredum ſic ſe habet.

Beneficij Fundator fuit.

D. Ieſuelis dello Preite.

hic hæredes teſtamento ſibi nuncupauit.

Nicolaum de Presbytero fratrem. &

Filios quond. *Petri de Presbytero* etiam fratris.

À *Nicolao* lucem vidit

Gabriel. hic

Nicolaum Antonium, & *Cæſarem*

genuit.

ab hoc ortus eſt *Gabriel* iunior, qui duos filios habuit *Franciſcum,* & *Carolum* hic *Carolus* diem vidit vltimum ſuperſtite ſibi *Franciſco,* qui Riccardum præſentauit.	à *Cæſare* vitam aſpexit *Franciſcus.* à quo *Scipio.* hic etiam præſentat Riccardum.

Ex his itàq; habet Riccardus integram medietatem vocum.

Petro verò fuit filius

Robertus.

ex *Roberto* nati ſunt tres Mundo filij ex Laura de Presbytero.

Dominicus, Aloyſius, & *Pentolianus.*

Dominico, & Aloyſio de medio ſublatis, eiſdem ſucceſſit.

Pentolianus.

qui tres habuit filias.

Cremoſinam, Medeam, & *Lauram.*

Cremoſina, quæ in virginitate diem vidit vltimum, atq; *Laura* ſucceſſit.

Medea.

quæ Riccardum præſentat. habet ergò Riccardus ex hac, & alteram medietatem vocum. eſt ergò ab omnibus patronis, illiſq; in poſſeſſione; vel quaſi præſentandi exiſtenti-
23 bus, præſentatus. Debetur ergò iurè illi nec ſanè iniuria inſtitutio. ad *text. in capit. quoniam 3. de iurepatronat.* vt in initio pro D. Thoma arguentes deduximus. Qui in minori probanda defecit; vt hæc pro illo ſuccedat iurè conſequentia: ſed à nullo ex patronis ipſe præſentatus fuit. non ergò debet
24 inſtitui. ex regula contrariorum, quæ inſimul opponuntur, ex quibus non contemnendum argumentum ducitur, quin ſatis firmum. vti eruditè ſatis, conſequenterq; argumentatur Sanctiſſimus Leo Papa in *can. gratia 1.* ibidemq; notat *Gloſſ.* verbo *teſtante. 1. q. 1. Gloſſ. in can. Imperatores. 1. §. quicunq;* verbo *ergò legibus. diſt. 9.* Rationem reddit *Gloſſ.* in *can. cùm humilitatis 9. in fin.*
25 verbo *falſitas. 21. q. 2.* Quia duo contraria in eodem eſſe ſubiecto minimè poſſunt. & philoſophia docet. Quia inſimul conuenire non poſſunt, eodem planè tempore. *Gloſſ. in can. quodcunq; 6.* verbo *in Iudæ. 24. q. 1. can. hoſpitiolum 17. in fin.* & ibidem *Gloſſ final. diſt. 32. can. quia radix. 13. de pœnit. diſt. 2.*

26 Qui enim in beneficio iuris patronatus hæreditario vti patronus præſentare intendit, neq; ſe eſſe filium probare ſufficit, ni hæredem quoq; probauerit. Eatènus enim eidem hoc ius, quod hæreditarium nuncupatur, debetur, quatènus ſe hæredem adſtruxerit; quàmuis hæres fuerit extraneus. ad *text. in cap. 1.* & ibidem *Gloſſ.* verbo *non debeat.* & *Abb. num. 2. alijq; Scribent. de iure patronat.* idem *Abb. in cap. cùm ſæculum 13. num. 4. & 5. eod. Bald. conſ. 409. numer. 1. lib. 1. Couarr. variarum reſolut. lib. 2. d. cap. 18. num. 6. Rota apud Card. Seraph. deciſ. 446. num. 1. & apud Card. Manticam d. dec. 164. num. 1. & in recentior. dec. 756. n. 1. in fin. par. 2. tom. 2. Alexander Raudenſ. variar. reſolut. cap. 19. num. 1. & num. 12. Genuenſ. in praxi cap 63. de probatione iuris patronat. num. 23.* impreſſione Romana anno 1609. diximus *reſponſ.* noſtra 82. *num. 27. & 28. par. 3.* At qui verò, qui D. Thomam præſentauere, neq; ex hæredibus ſunt D. Ieſuelis, neq; tales ſe pro-
27 bauere. Non ergò ad beneficium de iure patronatus hæreditario præſentare iurè potuere. Non itàq; eorum firma erit præſentatio. ergò nulla. Nulla proindè ſuccedere po-
28 terit inſtitutio, quæ ſine patroni legitima præſentatione infrà tempora à iure ſacrorum canonum ſtatuta, ſuccedere minimè poteſt. *d. cap. quoniam 3. & cap. ſi verò 12. & cap. ex inſinuatione 14. de iure patronat. clem. plures. de iure patronat. d. can. conſiderandum 35. 16 quæſt. 7. Garſias de benefic. par. 5. cap. 8. num. 85. Rota apud Duranum d. deciſ. 199. num. 1. part. 1. & in recentiorib. part. 1. tom. 2. deciſ. 680. num. 3.* vt contra qui Riccardum præſentauere ex hæredibus, & deſcendentibus ſunt D. Ieſuelis fundatoris, & in quaſi poſſeſſione ſunt iuris præſentandi, vti hæredes, taleſq; ſe ſemper habuere, & probauere. eorum ergò iurè ſubſiſtit præſentatio. De-
29 betur proindè, nec iniuria ab eis præſentato noſtro Riccardo inſtitutio. quia conſtat de iure patronatus, & quoad exiſtentiam, & quoad pertinentiam horum, qui præſentauerunt. ad *text. in dict. capit. conſultationibus. 19. de iure patronat.* & dixit Rota apud *Coccinum deciſ. 464. num. 1. 2. & ſeqq. & deciſ* [illegible]. & in *Vliſbonen. Prioratus* 14.

Martij 1611. coram Card. Sacrato deciſ.95.
num.2.in poſthumis Farinac. tom.2.et in re-
cent.par.2.tom.1.deciſ.337.nu.1.et 3.et apud
S.memor.Gregor.XV.deciſ.452.nu.20. Vi-
uianus in praxi iuris patronat lib.5. cap.4.
nu.64.et 68.Lottherius de re beneficiar.lib.2.
q.11.nu.118.et 119. Rota apud Duranum
d.deciſ.199.nu.1.par.1. et deciſ.87. num.11.
ead.part.1.

30 Neq; inſtabũt Aduerſarij: ſat eſſe illis, Tho-
mam ab his præſentatum fuiſſe, qui in poſ-
ſeſſione ſunt, vel quaſi iuris præſentandi. ad
tex.in d.cap.conſultationibus.19.de iure pa-
tronatus. Lapus allegat.95.in fin. Rota in
recentior.par.1.tom.1. deciſ.424.num.1.&
par.2.tom.1.deciſ.443.nu.3.& apud Coccinũ
deciſ.446.nu.1.& deciſ.469.num.1. & 4.&
deciſ.245.nu.1.Marius Antonin.Maceraten.
d.reſolut.104.num.7.lib.1.Mareſcott.lib.1.
variarum reſolut.cap.55.nu.12.& ſeq. Gõ-
zalez ad regulam 8.Gloſ 45.§.2.nu.6. Rota
apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.349.nu.1.
& d.deciſ.452.nu.14. & apud Card.Caua-
ler.deciſ.55.nu.4.& deciſ.197.nu.1.& apud
Duranum deciſ.413.num.1.par.2.& d.deciſ.
87.nu.12.par.1. diximus reſponſ.noſtra.46.
nu.4.& 5.par.3.& nu.19.

31 Namq; id quidèm exauditur quando non
conſtat de proprietate ad fauorem eorũ, qui
verè patroni ſunt, & in poſſeſſione exiſtunt
præſentandi, vel quaſi. vt in facto hoc noſtro.
vt dictum fuit in Cracouien. Parochialis 9.
Iunij 1627. coram Patriarcha Hieroſolymi-
tano deciſ.42. nu.5. apud Viuian.de iure pa-
tronatus. & in Romana iuris patronatus 13.
Martij 1630. coràm Merlino deciſ.362. nu.
4.par.5. diuerſorum nouiſſimarum. dixitq;
eadem Rota in Vicentina Beneficij 11. No-
uembris 1628. coràm Vbaldo deciſ.65. in
princ.in manuſcriptis.& in recentioribus par.
1.tom.1.deciſ.188.nu.1.& 2.et deciſ.374.per
totam.

32 Deindè quòd præſentationes ab his,
factæ fuere in abſentia verorum patronorũ,
ipſiſq; non ſcientibus, nec conſentientibus.
conſequenterq; per vſurpationem, cùm non
appareat de aliquo eorum legitimo titulo.
vnde nullum ipſis in hoc præiudicium fuit
illátum. iuxta tradita per Ripam in cap. cùm
Eccleſia Sutrina.3.nu.93. de cauſa poſſeſſio-
nis, et proprietat. quem ſequuta fuit Rota
apud Sancta memor. Gregorium XV. deciſ.
417.nu.5.et 6.Ferret.conſ.132.nu.3. ſecun-
dùm Calderini conſ. 12. de iure patronat.
Rota apud Coccinum deciſ.392.nu.1. et 2. et
apud Card.Seraphin.deciſ.337.ſub nu.2.et
part.1.diuerſ.deciſ.184.nu.1.et 2. & in dicta
Cracouien. Parochialis coram d.Patriarcha
Hieroſolymitano d. deciſ.42.nu.8. apud Vi-
uian. et apud Duranum Epiſcopum Vrgel-
len.d.deciſ.87.num.22.et 23.par.1. quæ ſanè
deciſio in punctis eſt, & loquitur.

Preterea quòd pœnè omnes hi ſe ab Aqui-
lano dello Preite deſcendentes aſſerunt:
Aquilanus verò prædictus, neq; vnquàm in
numero reperitur præſentantium, neq; hæ-
res D. Ieſuchis, neq; ex deſcendẽtibus ab eo.
33 non itaq; illi acquirere potuere poſſeſſionẽ,
vel quaſi præſentandi in vim tituli, qui apud
eorum principalem non vtiq; erat, iuxtà Vl-
piani ſenſum lib.12.ad edictum in l.quædam
mulier 76.et ibid.Gloſſ.fin.et Angelus. nu.4.
ff.de rei vendicat.Ioa.Franciſcus de Ponte
Regens conſ.72.num.1.lib.2.Alciatus de præ-
ſumptionib. regul.2.præſumpt.24.num.2.
fuitq; dictum in Papien.iuris patronatus 22.
May 1595. coram Cardin. Mellino deciſ.2.n.
3 apud Viuian.in praxi iuris patronat. et in
Burgi Sancti Domnini iuris patronatus 9.
Decembris 1622. coram Merlino apud eun-
dem deciſ.18.nu.5.præſertim verò, cùm eui-
34 denti demonſtratione de alterius titulo, &
poſſeſſione appareat. vt hic in facto hoc no-
ſtro. ſecundum Angelum in d.l.quadam mu-
lier.d.nu.4. et Regentem de Ponte d.conſ.72.
nu.1.et ſeq.

Vel enim ipſi, (vt dilemmate hoc conuin-
uingamus illos) in vim tituli ab Aquilano
prætenſi, in poſſeſſionem ſe ingeſſiſſe præ-
ſentandi, (vti etiam ſemper aſſeruere) con-
35 cedent; & cùm nullum titulum, nullamq; vn-
quàm præſentandi poſſeſſionem habuerit
Aquilanus, nullum quoq; titulum, nullamq;
poſſeſſionem in illos transfundere potuit:
36 Et quòd: Dat nemo, quod non habet. regula
nemo poteſt 79.de regul.iur.in 6.can.Datber-
tum.24.in fin.1.q.7 & quòd etiam nemo ac-
cipere valeat, quod in dante non aderat. can.
ventum eſt.18.§.ſed è contrario. 1.q.1.can.
37 presbyterum 16.diſt.28. & catènus datum
firmum habetur, quatènus illud eſt dantis.
ex Aphricani ſenſu in l. ſi ſeruus legatus 111.
§.qui quinque.ff.de legat.1. à quo nec longè
abijt Vlpianus in l.ſi ſic legatum 78.§ ſi mi-
hi ff.eodem, & ibidem Bart.n.2. Gratianus
forenſ.diſceptationum par.5.cap.988. num.1.
et ſeq.

Vel verò ex ſe ipſis in hoc ſe ingeſſere, vti
verè ſe ingeſſere, & cùm nullo hoc titulo fe-
cerint, nullaq; iuſta cauſa: veriq; compatroni
ſint, qui ſemper ipſi præſentauere; vſurpatio
38 magis eorum videbitur, quàm poſſeſſio, vel
quaſi. Quam ob cauſã ſuccedet, vt in cõcur-
39 ſu, præferenda noſtrorum ſit poſſeſſio, qui
iuſtum, verumq; titulum à fundatore oſten-
dunt, & poſſeſſionem, in qua ab initio funda-
tionis ſemper ipſi, vſq; ad hanc fuere diem;
veram habent. iuxtà diſpoſita per Innocen-
tium III. in cap.licet cauſam.9.§.ex præmiſ-
ſis igitur.et ibidem Felin.n.9.vers.quarta
cauſa deprobat. Bald.in l. data opera in fin.
C.de ijs, qui accuſare non poſſunt. ex Paulo
lib.69. ad edictum in l.ſi duo 3.in princ. &
ibidem Bart.nu.4.ff.vti poſſidet. Rota apud
Verallum deciſ.336.et 337.par.2.Regens Ioã.
Franciſcus de Ponte conſ.97.num.21.& ſeq.
& nu.

& num.27.lib.1.Rota in recentiorib. part.1.
tom.2. deciſ.480. num.3. in fin. & apud S.
mem.Greg.XV.dec.412.n.1.& ſeqq. Menoch.
de retinend.poſſeſſ. remed.3. num.733. Bel-
tram.ad dictam deciſ.Greg.XV.num.5.Ma-
ceraten.d.reſolut.60.n.24. lib.1.Gratian.fo-
renſ.par.3.cap.402.num.1.cum ſeqq. Rota
apud Card.Caualer.deciſ.242. n.3.& deciſ.
379.n.5.

Cæterùm nuſquàm apparet, Aquilanum
ipſum,de quo exultant Aduerſarij, vel præ-
ſentaſſe,vel in poſſeſſione, vel quaſi fuiſſe
40 præſentandi. Negatiua autem hæc ſatis eui-
dentèr ex reuolutione probatur actorum,
iuxtà *Gloſſ.* receptam per illum *text.in l.iu-*
ſtum 6.in Gloſſ.1.in fin. C de edenda. Bart.
in l.fin.C. de rebus credit. Cephal.conſ.144.
num.1.lib.1. Rota part.1.diuerſor.deciſ.64.
num.1. & apud Card. Manticam deciſ.34.
num.9 & apud.S.memor, Gregor.XV. deciſ.
423.num.3.& apud Duranum deciſ.1.nu.3.
& deciſ.6.num.9.part.1. diximus *reſponſ.*
noſtra 78.*num.*11.*& reſponſ.*84. *numer.*54.
*par.*3. Ipſi verò,ſe deſcendentes ab Aquila-
no,qui in poſſeſſione eſſet iuris præſentan-
di,ſemper aſſeruere. Erronea autem hęc eo-
rum & eſt,& fuit aſſertio. ergò inefficax.ergò
41 nulla. Nihil enim ex errore,niſi error ſequi-
tur.ex Pauli ſenſu in *l.ex diuerſo.36.* §.1.*ff.*
42 *de rei vendicat.* Errare verò eſt vnum pro
alio putare. ex Auguſtini erroris finitione
in *can.in quibus.6. 22.quaſt.2.* vbi *Gloſſ.*
etiam verbo *aliud.* Vnum ergò pro alio pu-
tauere,ac cõſequentèr errauere,cùm Aqui-
lanum in poſſeſſione eſſe pręſentandi aſſe-
ruere. Nihil ergò niſi errorem apprehen-
dere.

Et planè,vt ſtrictiùs illos includamus, &
ſecundo huic reſpondeant dilemmati. Vel
ad beneficium ſe præſentare potuiſſe hoc
43 putauere,quòd illud ſit familiare, ſiuè gen-
tilitium,& duo illos probare oportuit, & ſe
ex familia, (ſicuti etiam Aquilanum,) eſſe
dello Preite ab Ieſuele fundatore: & benefi-
cium familiare eſſe,ac gentilitium;non enim
vtrumq; eorum pręſumitur, niſi probetur.
Calder.conſ.5. & 20.de iure patronat. Abb.
conſ.59. num.3. verſic. tertiò principalitèr.
part.2.Pariſ.conſ.35.num.8.lib.4. Gabriel.
conſ.195.lib.2.Rota apud Card,Seraph.deciſ.
456.num.3.4. & 5.quam ſequuta fuit *Rota*
in recentiorib.part.1.tom.2.deciſ.675. num.
2.& ſeqq.& part.2.tom.2. deciſ.756.num.1.
Riccius in praxi iuris patronat. reſolut.158.
num.4.& reſolut.180. & 181. Rota in re-
centior.part.2.dec.455.num.4. Maceraten.
variarum reſolut.lib.1.dict.reſolut.60.num.
6.& reſolut.82.num.1.& ſeqq. in fine,cuius
reſolutionis ad verbum refert deciſionem
Die Lunæ 10 Iunij 1602.coràm R.P.D.Litta
in Pientina iuris patronatus. deduximus
nos *reſponſ.noſtra 16.num.28.part.2.& re-*
44 *ſponſ.44.num.25.part.3.* Vel verò quòd ſit
hæreditarium; & ſe hæredes quondam D.
Ieſuelis fundatoris,ſicuti etiam Aquilanum,
probare oportuit, vt in ſuperioribus oſten-
dimus, atq; probauimus. At neutrum ho-
rum probauere,neq; probare poſſunt. Exci-
derunt ergò ab vtroq; vt neq, vt familiare,
neq; vt hęreditarium, eorum hoc ſit ius
patronatus. quo argumenti genere vſa fuit
Rota apud *Duranum dict.deciſ.87.n.19.in*
fin.par.1.

Firmum hoc noſtrum dilemma non illi-
beralitèr, & hoc ipſum, quod ſubijcimus,
oſtendit:Quòd anno 1607.cùm hoc ipſum
vacaſſet beneficium ob priuationem cuiuſ-
dam Hieronymi de Lecterijs, pręſentatuſq;
fuiſſet,& à Gabriele dello Preite iuniore, &
à Medea,& Cremoſina,ac Laura dello Prei-
te D.Vincentius Guzzo è Rocca Glorioſa
Policaſtren.Diœceſis fol.103. atq;etiam ab
alijs aſſerentibus,ſe ab Aquilano deſcendere:
Inſtitutus quidèm fuit dictus Vincentius,
per Dominum Generalem Vicarium D.Io-
45 annem Mengotium Eminentiſſimo tunc
Philippo Cardinale Spinello Epiſcopo Auer-
ſano,ad pręſentationem tamen pręedictorum
Gabrielis filij, & hęredis quondam Nicolai
Antonij dello Preite: nec non Medeæ,Lau-
ræ, & Cremoſinæ filiarum, & hæredum
quondam Pentoliani dello Preite, relictis
aliis,vti ad quos ius patronatus, & pręſentā-
di ſpectabat minimè.patet hoc ex Bullis di-
cti Eminentiſs.Cardinalis Epiſcopi in pro-
ceſſu fol.137. Non itàq; ad eorum præſenta-
tionem ſubſequuta fuit inſtitutio, vti non
46 patronorum. Nulla proindè ipſis ex hoc ac-
ceſſit quaſi poſſeſſio pręſentandi, quę non
ſecuto effectu non proficit. *Calder.dict.conſ.*
12.de iure patronat. quod canonizatum fuit
apud Robuſterium *part 2.diuerſorum decis.*
318.num.2. Claudius Tutius quaſt.3.de
iure patronat.num.13. Perez de Lara de
cappellan.lib.2.cap.1.nu.55.& 56.Piaſecius
in praxi Epiſcoporum part.2. cap.5. art.1.
*num 23.fol.mihi 360.*impreſſione Lugdun.
Rota apud Cardin. Caualer.d.deciſ.55.n 4.
& dec.197. num.3.& dec.626.num 2.& 3.
apud Coccinum dec.245.n 2. apud Duran.
d.dec.87.n.8.& 12.part.1. quę eſt etiam in
impreſſis apud Viuianum in praxi iuriſpa-
tronat. *dec.110.num.8.& apud S.Mem.Gre-*
gor.XV.deciſ.222.nu.4.& 5.& d.dec.417.
nu.1.& dec.442.nu.14.& ſeqq.& 19.Garſias
de benefic.tom.1.part.5.cap.5.nu.59.Gonza-
lez ad 8. regulam Cancellar. Gloſſ 45. §.2.
num.29.

Confirmaturq; hoc ipſum, quòd anno
1628.vacante beneficio præfato ob liberam
reſignationem dicti D.Vincentij Guzzo,In-
ſtitutus fuit D.Baptiſta Granatus, cuius ob
ſupremum diem nunc vacat, ad præſenta-
tionem Franciſci, & Caroli dello Preite fi-
liorum,& hæredum quond. Gabrielis.f.114.
à ter.nec non etiam Scipionis dello Preite
filij,

filij, & hæredis quondam Franciſci, filij, & hæredis quondam Cæſatis, filij, & cohęredis quond. Gabrielis ſenioris fol. 114. Quamuis, etiam & aliorum, tamē ſimpliciter admiſſus, & inſtitutus fuit nulla facta peculiari memoria eorum, qui ſe aſſerunt, non verè ſunt cōpatroni in decreto Inſtitutionis ſol. 150.

De Layſella vero non nimis curādum eſt, Licèt enim ipſa anno 1547. ad præſentandū D. Valerium dello Preite admiſſa fuerit, vt ex
47 Bullis in proceſſu fol. 17. & 18. vndè præiudicium ſibi intulerunt compatroni illam admittentes. ex *Calderino conſ. 20. de iure patronat.* quem ſequutus fuit *Ripa in d. cap. cū Eccleſia Sutrina 3. nu. 93. circa fin. verſ. ſextò requiritur. de cauſa poſſeſſion. & proprietat.* ſequutaq; fuit *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 417. nu. 5. & deciſ. 452. nu. 14. 15. & 16.* deduximus *reſponſ.* noſtra *42. nu. 49. par. 3.*

48 Non tamen apparet poſtmodùm ampliùs illam admiſſam fuiſſe: quam ob cauſam eius quaſi poſſeſſio præſentandi in deſcendentes non potuit transferri ſine noua apprehenſione, id eſt ſine nouo vſu, & exercitio iuris præſentandi. vt loquitur *Rota* apud eundem Dominum *Duranum d. deciſ. 87. nu. 20. par. 1. ex Menoch. de retinenda poſſeſſ. remed. 3. nu. 57. Achille deciſ. 5. de cauſa poſſeſſion. & proprietat. Caputaquenſ. deciſ. 135. num. 1. & ſeq. part. 2. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloſſ. 34. nu. 108. Garſias de beneſic. par. 5. c. 5. nu. 35. cum ſequent. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 222. num. 6. & d. deciſ. 417. nu. 7. apud Card. Manticam deciſ. 150. nu. 2. apud Coccinum deciſ. 464. nu. 3. Maceraten. variarum reſolut. lib. 1. d. reſol. 104. num. 5.* diximus *reſponſ.* noſtra *46. nu. 8. par. 3.*

Et fac etiam illam apprehendiſſe; quàntula hæc eius vox erit, vt numerum facere valeat aduerſus Riccardum, qui ab omnibus
49 præſentatus fuit, vt abſorta ſaltim hæc vna Layſellæ vox per maiorem partem præſentantium fuerit. ad *tex. in d. clem. plures. 2. de iure patronat.* & ibidèm *Imola nu. 7.* ex Vlpiano in *l. ſi quis cùm totū 7. in princ.* & ibidē *Gloſſ.* verbo *in toto. ff. de except. rei iudicat.* & cōcinit Caius in *l. in toto 114. ff. de regul. iur. Maceraten. d. reſol. 104. num. 13. Gonzalez Gloſſ. 45. nu. 61. Rota par. 2. diuerſorum deciſ. 117. nu. 1. & apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 452. nu. 3. & 4.* & ibidèm *Beltramin. nu. 23. & apud Duranum deciſ. 199. nu. 8. par. 1.* diximus *reſponſ.* noſtra *43. nu. 16. & 17. & 18. part. 3.*

50 Quòd autem hi, qui noſtrum præſentauere Riccardum in poſſeſſione ſint, & fuerint, vel quaſi præſentandi in ſingulis vacationibus, vt veri patroni, mathematica inſpectione ex actis, & bullis inſtitutionum præſentatorum demōſtratur. Et quidèm anno 1547. vacante beneficio præfato per obitū quond. Vergilij. fuit præſentatus per Robertum dello Preite, & Gabrielem dello Preite D. Valerius dello Preite ex Bullis Inſtitutionis ſol. 17. & 18. Anno verò 1576. vacante per vltimum diē dicti quond. *D.* Valerij pręfato beneficio, ad præſentationem Nicolai Antonij de presbytero, Franciſci de presbytero nepotis, & hæredis dicti quond. Magiſtri Gabrielis. Dominici, Aloyſij, & Pentoliani dello Preite per intermediam perſonam Lauræ dello Preite, eorum matris, & tutricis filiorum, & hæredum dicti quond. Roberti dello Preite ex Bullis Illuſtriſſimi *D*omini Balduini de Balduinis Epiſcopi Auerſani fol. 67. & 68. Inſtitutus fuit D. Ioannes Thomas de præsbytero. Huius ob ſuprema funera anno 1593. vacante beneficio præſentauere ad illud iterùm Pentolianus de presbytero *filius*, & hæres quond. Roberti D. Iulium de Lotterijs, & Gabriel de presbytero vti hęres quōd. Nicolai Antonij de presbytero. ſol. 2. in proceſſu veteri. atq; ad firmandum eis ſpectare ius patronatus, & præſentandi, examinati quoq; fuere teſtes, ex quibus probata fuit eorum deſcendentia in articulis ſol. 23. & ex teſtibus ſol. 27. & ſeq.

Prætereà anno 1607. vacante dennò beneficio præfato ob priuationem D. Hieronymi de Locterio ad præſentationem dicti Gabrielis de Presbytero filij, & hæredis q. Nicolai Antonij de Presbytero filiorum, & hæredum quondam Pentoliani, inſtitutus fuit D. Vincentius Guzzo. ex Bullis Eminentiſſimi Cardinalis Spinelli Epiſcopi Auerſani. ſol. 137. Hoc beneficio renunciante anno 1628. præſentatione facta per Scipionem de Presbytero ex Gabtiele ſeniore deſcendente, atq; etiam per Franciſcum, & Carolum dello Preite ab eodem Gabtiele deſcendentes in perſona Diaconi Baptiſtæ Granati, Inſtitutus ille fuit per Bullas Illuſtriſſimi Epiſcopi D. Caroli Carafæ ſol. 150. Ex his itaq; tot præſentationibus ſubſequutis, quæ effectum ſortitæ fuere continuatis temporibus, rectè in poſſeſſione, iureq; eſſe dicuntur, vt veri etiam patroni, præfato à D. Ieſuele fun-
51 datore deſcendentes. quando etiam vnica præſentatio effectum ſortita ſufficeret. ad tradita plenè per *Ripam in d. cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. nu. 53. de cauſa poſſeſſionis, & proprietat. & ibid. Abb. nu. 23. Crauetta cōſ. 124. num. 1. Rota par. 2. diuerſorum deciſ. 17. nu. 1. & apud S. memor. Gregor. XV. dict. deciſ. 452. nu. 14. 15. 17. 18. & ſeq. & apud Duranum d. deciſ. 87. nu. 8. 9. 10. & ſeq. part. 1. & dict. deciſ. 199. nu. 3. ead. part.*

Eſt itàq; noſter Riccardus à veris compatronis præſentatus, atq; ab his, qui in poſſione fuerunt, & ſunt præſentandi ab ipſis fundationis incunabulis, atq; ab omnibus.
52 Ipſi ergò iure omni optimo inſtitutio debetur. *d. cap. quoniam 3. cap. conſultationibus 19. de iure patronat. can. decernimus. 32. & can. Monaſterium 33. 16. q. 7. Rota apud*

Du-

Digitized by Google

Duranum d. dec.87.num.1. Non ab re ergò ipſe fecit, vt beneficium haberet, ſi legitimè
53 decertauit, vt inſtitutione coronaretur, ad Apoſtoli Pauli ſenſum 2 *ad Timothæum* 2. 5.

Atq; ità ex his, Ariſtarchi non abiecta virga, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

Poſt longam, legitimam verò, habitam à Riccardo decertationem, vicit tandèm, atq;
54 inſtitutionis coronam accepit. perfecit ſanè ipſe, quod Ouid. 1. Amor. eleg. 10. conſilium dedit.

Perfer, & obdura, dolor hic tibi proderit olim.
Sæpè tulit laſſis ſuccus amarus opem.

SVMMARIVM.

1 *Homines dùm vita vſura vtuntur plura habere decertant, vt commodiùs, abundantiùſq; viuant.*
Nudi ingrediuntur, nudiquè recedunt. num.2.
Opera ſequuntur illos cùm recedunt. n.3.
Alia autem omnia dimittuntur.
Qui verò remanent, vt dimiſſa habeant decertant. n.4.
Vndè lites, rixæq; ac ſæpè etiam mortes.
5 *Cupido habendi inter omnia vitia, venena plurima ſpargit.*
6 *Inſtitui is debet ad beneficium iuris patronatus, qui à maiori compatronorum parte præſentatus fuit.*
7 *Iuris patronatus exiſtentia ex partis quoq; aſſertione probatur.*
Triplex eſt, hæreditarium, gentilitium, & ex pacto, & prouidentia n.8.
Gentilitium verò, & ex pacto, & prouidentia non præſumitur, niſi probetur. num.9.
Ergò hæreditarium. n.10.
Ad quod hæreditaria qualitas requiritur.
Abſq; illa, non proficit.
11 *Fœmina dotata in Regno, ſicuti à ſucceſſione excluduntur.*
Ità quoq; à iure patronatus, & præſentandi. & n.13.
Tùm etiam quia ſucceſſioni renunciant. n.14.
12 *Ius patronatus ius eſt vniuerſale, & cum vniuerſitate tranſit bonorum.*
Tranſit proindè cum vniuerſitate bonorũ renunciata. n.15.
Ac ſucceſſione.
16 *Irregularis, ex homicidio præſertim, beneficiorũ Eccleſiaſticorum incapax redditur.*
Ex homicidio verò voluntario indiſpenſabilis. n.24.
17 *Diſpenſatio iuſtificari debet, obtenta.*
Et omnis Ordinarijs committitur extra Romanam Curiam.
Ratio redditur. n.18.
19 *Legitimè conſtare dicitur per plenas probationes.*
20 *Credenda non ſunt in humanis, quæ non probantur.*
21 *Papa diſpenſare non præſumitur in tertij præiudicium.*
In beneficialibus præſertim.
22 *Diſpenſatus ad beneficia iuris patronatus, ad illa præſumitur, quæ ſunt de familia.*
Et non cum tertij præiudicio.
23 *Diſpẽſationes omnes, ad beneficia præſertim, ſunt odioſæ.*
Ideò ſtrictè interpretandæ.
25 *Appetentes primos accubitus, vt dent locum maioribus, iurè carpuntur. ex Domini ſententia.*
26 *Diſpenſatus ad vnum beneficium, non cenſetur ad aliud diſpenſatus. & n.28.*
27 *Plura duorum numero comprehenduntur.*
29 *Deſcendentiam ſufficit probare ab vltimo, qui præſentauit.*
30 *Præſentauit, qui ſemel, licèt intermedio non præſentauerit, non idcircò in futuris ſibi præiudicium intulit. & n.31.*
Et præſeruatur ſibi ius, & poſſeſſio per præſentationem aliorum. n.32.
33 *Aduerſarium in beneficio ſufficit excludere per non ius ſuum.*

ARGVMENTVM.

Inſtitui ad beneficium is debet, qui à maiori patronorum parte præſentatus fuerit. In beneficio verò hæreditario nullus præſentare valet, qui hæres non fuerit, quàmuis extraneus. Qui gentilitium eſſe ius patronatus aſſerere voluerit, ipſe probare tenebitur. Fœminæ in Regno dotatæ ſi hæredes non fuerint à iure patronatus excluduntur. ſufficit verò deſcendentiam probare

bare

lino dict.deciſ.9.n.21.22.& 23.& apud Du-
*ran.dict.dec.*81*.n.*18*.*20*.& *21*.& per totam.*
*Magon.deciſ.*Lucenſi 87*.n.*13*.& dict.deciſ.*
Florentina 64*.n.*13*.&* 14*.& n.*18*.&* 19.
28 Fuit ergò donatio hęc inter viuos perfe-
cta,ſcripto exarata,atq; propterea irreuoca-
bilis. Temerè igitur reuocata, non iure,ſed
facto,atq; iniuria fuit. Curabit proindè Illu-
ſtriſſimus Ordinarius firmam illam haberi,
quemadmodùm & ipſamet Caſſiana illum
rogauit,eius implorando brachium, & au-
ctoritatem, eiuſq; Curiæ: rationē reddens.
Dùm tractetur de re pia, quòd dignetur
pręſentem diſpoſitionem, & voluntatem de-
bita executioni demãdare,iuxtà ſui ſeriem,
& tenorem,dans,& concedens ipſa Caſſiana
dicto Illuſtriſſimo Epiſcopo, & eius Curia
inſimul,quatenus neceſſarium,poteſtatem,
& facultatem pro prædictis exequendis, ca-
piendi propria authoritate ſine figura iudi-
cij tot bona ſtabilia ipſius Caſſianæ pretij,&
valoris dictorum ducatorum tercentorum,
& illa conſignare dicto D.*Horatio,ſi tūc vi-*
*uet.*Nō ergò reuocabilem, neq; cauſa mor-
tis donationem hanc fecit Caſſiana, quæ
omnimodis vt illa executioni demandare-
tur,etiam per Epiſcopum propria authorita-
29 te,& ſine iudicij voluit figura. Executionem
proindè in mortem tranſtulit donatorū, nō
quòd donationē mortis cauſa eſſe voluerit,
& reuocabilem,ſed inter viuos,ac ſtabilē,fir-
mamq;. Cùm cauſa finalis beneficij fuerit
erectio, vti illud erexit, (in actu ſaltim pri-
mo,vt diximus) erectumq; voluit pro redē-
mtione animæ ſuæ. ad Innocentij Tertij ſen-
ſum,& verba in *cap.requiſiſti de his.*15.§.*nec*
30 *eſt contrarium.de teſtamentis extra.*vt ſacra
pro eius anima in annos ſingulos per bene-
ficiarium Deo Altiſſimo offerrentur,ipſaquè
ſuffragiorum cōmoda perciperet, ſentiretq;
eſſetq; verè donatio,doniq; datio,quam Be-
neficiarius perciperet, vt ſacris deindè,be-
neficio erecto,operaretur. iuxtà Pauli ſensū,
cuius verba in initio attulimus *d. l.Senatus*
*cenſuit.*35.§. *donatio dicta eſt. ff. de mortis*
*cauſa donationibus.*non itàq; mortis cauſa,
ſed inter viuos donauit, quàmuis poſt mor-
tem executionem diffluì voluit,ac differri.ex
Bald.in l.2.colum.2.C.de iure dotium.Socin.
*conſ.*53*.col.*3*.vol.*1.ſequitur noſter *Maran-*
ta Proauus *conſ.*140*.ſub n.*9. ad Pauli ſen
ſum, (niſi Caium fuiſſe malueris) lib.23. ad
edictum prouinciale in *l.hęreditarium æs.*7.
ff. de bonis authoritate Iudicis poſſidendis.
31 quatènus docet.hæreditarium æs alienum
dici,quamuis in tempus mortis eius ſolutio
dilata fuerit.nec alienum innuit ſenſum Im-
perator Iuſtinianus in §.*poſt mortem ſuam.*
Inſtit.de inutil.ſtipulation.Bart. in l.nam &
ſi cùm moriar 17. *in vlt.oppoſit. ff. de condit.*
indebit.& in hiſce noſtris terminis *Gratian.*
*diſceptat.forenſ.part.*3*.d.cap.*586*.n.*9*.&* 10.
Rota in d.Anconitana Prędij coram Merli-
*no d.deciſ.*9*.n.*3.4.5*.&* 6*. & n.*24. 25.27*.&*
28*.d.p.*7*.recent. per Rub. & apud Duranum*
*dict.deciſ.*84*.n.*22*.&* 23. *Magonius d.deciſ.*
32 Lucenſi 87*.n.*12. Voluit quippè, hæredes
eius omnimodis ad obſeruantiam eius te-
neri donationis; vt per Epiſcopum quoquè,
etiam de facto,nulloq; iuris ordine ſeruato,
cogi valerent, illeq; ex ſe ipſo exequeretur,
voluit proindè irreuocabilem donationem
eſſe. quod perpendit *Gratian. dict. cap.*586.
*num.*11.
33 Fulciebatq; perpenſionem hanc iuramē-
tum donationi adiectum, per quod ſanè,ne-
dùm donatio iraeuocabilis euaſit.vt ipſamet
reuocando, vti periurio notatam ſe teneri
expreſſerit; verùm & donationē ipſam,quā-
uis alias mortis cauſa factam,inter viuos trā-
ſferri,operatur. *Berous conſ.*41*.n.*16*. vol.*1.
*Gratian.dict.cap.*586*. n.*1*. &* 2. Rota *apud*
*Duran.dict deciſ.*84*.n.*14*.in fin. Clar.*§.*do-*
*natio.q.*4*.Rota quoq; in dict.Romana Dona-*
tionis de Mongellinis coram Carrillo dict.
*deciſ.*586*.n.*8. *Gutierr. de iuramento confir-*
*matorio cap.*13*.n.*7*.Magon.dict.deciſ.*Lucēſi
87*.num.*9*.& dict.deciſ.*Florentina 64*.n.*10.
& 11.
34 Nec minorem firmitatem addebat clau-
ſula(*ponens eū,& conſtituens procuratorem*
tanquā in rē propriā(accedente clauſula(*ad*
habendū) Quia nimirùm clauſulæ præfatæ nō
35 in vltimis voluntatibus, cuius ſpecies cauſa
mortis eſt donatio. ex Vlpiano lib.17. ad
edictum in *l. ſi mortis cauſa.*29. *ff. de mortis*
cauſa donation.§.1*.Inſtit.de donation.l.cùm*
de mortis cauſa 4.aliàs *fin. C.de donat.cauſa*
*mortis.Thobias Nonius d.conſ.*54*.nu.*5*. Ro-*
*ta in dict.*Anconitana *Prædij coràm Merli-*
*no dict.dec.*9*.n.*17*.par.*7*. diuerſor. per Rub.*
*Picus ad ſtatutum Vrbis Gloſſ.*7*. n.*49. Sed
in donationibus adijciuntur inter viuos,
quibus facultas permittitur donatori bona
ipſa donata diſtrahendi, atq; vti de pro-
prijs diſponendi.ex *Bart.in l.qui Roma* 122.
§.*duo fratres. ff.de verbor.obligat.Roland.*
36 *conſ.*61*.n.*48*.lib.*2. potiſſimùm verò quòd
per eas, nè dominium quidèm, verùm & ci-
uilis,& naturalis transfertur poſſeſſio. *Guido*
*Papa deciſ.*147. *Gratianus dict. cap.* 586.
*num.*4.
37 Accedebatq; quòd donatio facta ob cau-
ſam fuit erectionis iuris patronatus, adiecto
onere celebrationis miſſarum viginti in an-
nos ſingulos,quæ ſanæ ob cauſam facta do-
38 natio inter viuos æſtimatur. vti de donatio-
ne ob cauſum alimentorum in hiſcè termi-
nis infert *Gratian.dict.cap.*586*.ſub num.*14.
& 15.
39 Nec non & coniunctæ perſonæ,ex ſorore
nepoti,quem ad beneficium fundatum vo-
cauit. vt prætèr *Gratianum* loco paulò antè
relato perpendit *Rota apud Duranum dict.*
*dec.*84*.num.*14*.in fin.* quemadmodùm in ſi-
40 mili in donatione ob bene merita, ob quæ
etiam

ẽt mortis cauſa donatio, in donationẽ trans-
funditur inter viuos. poſt *Roland. d. conſ. 61.*
n. 41. lib. 2. ſequitur *Magon. d. dec. Lucenſi* 87.
n. 3. 4. & 5.

41 Accedente præſertim, quòd donatio hæc
D. Horatio facta fuerat præſenti, & acceptan-
ti, gratiaſq; agenti, tàm pro ſe, quàm pro
beneficio, ad quod ipſe per Caſſianam vo-
catus fuit, vt in initio diximus. ad Pauli ſen-
ſum lib. 15. ad Sabinum in *l. abſente* 10. *in*
fin. ff. de donation. illis verbis: *Niſi ea mente*
ſeruo eius data fuerit, vt ſtatim eius fiat.
namq; vt *Gloſſ.* ibidem verbo *fiat* commen-
42 tum agens, rationem reddit, dicens: *Quo ca-*
ſu Domino ſtatim quæritur. ex Vlpiano lib.
7. diſputationum in *l. qui mihi donatum* 13.
ff. eod. de donationib. ibidemq; *Bart.* in ſum-
43 mario dicens: *Rei donatæ nobis dominium*
quæritur per ſeruum, & per procuratorem
noſtrum, ſi tradens hoc agat. hoc nempè per
donationem agebat Caſſiana, vt & Horatio,
& Beneficio, quod ipſa ex tunc erigebat, rei
donatæ dominium (*ex nunc, prout ex tunc*)
vt ipſa dicebat, transferret. ſequiturq; *Iulius*
Clarus §. *donatio. quæſt. 12. & Hierony-*
mus Magonius Rotæ Lucenſis *dec. 38. n. 10.*

44 Atq; etiam eidem Horatio ſanguine in-
iuncto ex ſorore nepoti. vt ex *Roman. atq;*
Cuman. in l. quæ dotis 34. *ff. ſoluto matrim.*
& Soc. conſ. 137. *lib. 2.* ſequitur *Magonius*
d. dec. Florentina 64 *n. 16.* ex Sceuolæ ſenſu
lib. 2. reſponſorum in *l. cùm maritus.* 29. §.
mulier de dote. ff. de pactis dotalibus ibidem-
què *Gloſſ. fin. in fin. Iaſ. in d. l. quæ dotis.* 34.
nu. 38. & 39. ff. ſoluto matrim. Surdus conſ.
450. *n. 30. & 31. lib. 3.* Gratian. *d. cap.* 586. *n.*
5. *par. 3.*

45 Cęterùm, vt inter viuos donatio hæc ad-
ſtruatur, non minimi facit, quòd non quinq;
teſtes interceſſere, vt in cauſa mortis dona-
tione perquiritur. *l. cùm de mortis cauſa* 4.
aliàs fin. C. de donation. cauſa mortis. ſed duo,
46 vel tres, vt in reliquis contractibus ſatis ſuf-
ficiunt, ex Paſcali Papa in *cap. in omni nego-*
tio. 4. de teſtib. extra. & Vlpiano lib. 37. ad
edictum in *l. vbi numerus.* 12. *ff. de teſtibus.*
ſignum eſt ergò euidens, donationem inter
viuos instituiſſe Caſſianam, non mortis cau-
ſa, quàmuis de mortis cauſa in exequutione
meminerit. *Magon. d. deciſ.* Florentina 64. *nu.*
5. Rota *apud Merlinum in d. Anconitana*
Pradij dec. 9. num. 15. 16. & 17. Gratian. dict.
cap. 586. n. 13. Card. Mantic. de coniect. lib. 1.
tit. 13. n. 17.

47 Ex nominatione igitur, & affectu donan-
tis, atq; ex ipſiſmet coniecturis, quibus ma-
teria hæc ſuppoſita videtur. vt ex *Roland.*
conſ. 8. col. 2. lib. 1. ſequitur Magon. *dict. deciſ.*
Florentina 64. *num* 5. & *d. deciſ.* Lucenſi 87.
num. 2. Card. Mantica de coniectur. d. lib. 1.
tit. 13. per tot. euidentiſſima apparet mani-
feſtatione, donationem hanc inter viuos, nõ
mortis cauſa inſtituiſſe Caſſianam, perpenſa
48 præſertim clauſula illa (*& omni meliori mo-*
do) quæ donationem quàmuis in cauſam
mortis collatam, in inter viuos tranſire ope-
ratur. *Aym. conſ. 214 nu. 19. Ruinus conſ. 52.*
n. 4. ad med. lib. 1. Gratian. d. cap. 586. n. 3. p. 3
49 Nihil proindè vetabit, quin talem & nos il-
lam habeamus. Maximè quippè refert quid
actum ſit perſpicere. ex Pauli ſenſu lib. 4. di-
geſtorum in *l. qui fundum* 40. § *fundi ven-*
ditor. ff. de contrahend. emption. nè contra
50 donantis mentem, & ſenſum quidquam
attentemus, quæ ſic de rebus ſuis diſpoſuit,
quorum liberam obtinebat adminiſtratio-
nem, moderamenq; *l. in re mandata* 21. *C.*
mandati, vel contrà. & hoc vnum (tercenta
ſcilicet) pro animæ ſuæ commodo, ſubleua-
men præmiſit, vtq; in æterna reciperetur ta-
bernacula.

Atq; ità ex his, Ariſtarcho non ſubmoto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Exequutioni donationem demandatam
fuiſſe Caſſianæ, beneficiumq; erectum, per-
51 cepimus, per Dominum Franciſcum Ma-
riam de Luca V. I. D. Canonicum, & à pluri-
bus annis Vicarium Generalem Melphicten.
Virum ſanè moribus integerrimis, atq; ſua-
uibus, neq; mediocris intelligentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Deſiderio ſatis acri, habendi, mortales deti-*
nentur.
Vt magnis propter illud ſe incommodis
iniiciant.
Creſcitq; magis, quo quis plus habet. n. 13.
ex Ouidio.
2 *Malorum elementa duo eſſe dicebat Timon.*
Diuitiarum auiditatem, & gloriæ appeti-
tionem.
3 *Auaritiam malorum omnium radicem appel-*
lauit Apoſtolus.
Vitiorum Metropolim. Bion. n. 4.
Cum annis creſcit. n. 5.
Ipſa ergò malorum omnium cauſa. nu. 6.
Abominanda propterea à peſtis. n. 7.
8 *Homo cùm moritur nihil ſecum feret ex his,*
quæ parauit.
9 *Locus pſalmi 75. 6. Dormierunt, & nihil in-*
uenerunt omnes viri diuitiarum in
manibus ſuis. expenditur.
10 *Diuites ſtultos appellauit Dauid.*
Ratio redditur. n. 11.
12 *Vanitas quàm maxima æſtimatur labora-*
re, & non ceſſare ab acquirendo eum,
qui nõ habet cui relinquat. ex Salomone
Eccleſiaſtes 4. 7.

13 *Ha-*

13 *Habendi deſideriũ augeſcit magis, et quo plus habetur, plura appetuntur.*

14 *Beneficia cùm vacant, omnes currũt, vt habeant.*

15 *Inſtitui is debet ad beneficium de iure patronatus, qui à maiorum patronorum parte nominatus, ac præſentatus fuit. & n. 23.*

Multò magis ei, qui ab omnibus præſentatus fuit. n. 52.

16 *Iuris patronatus exiſtentia ex quibus probetur.*

Et ex quibus pertinentia. n. 29.

17 *Ius patronatus triplex, hæreditarium, gentilitium, ſiuè familiare, & ex pacto, & prouidentia.*

Hæreditarium verò probatur ex nomine.

Et in quo præſentat hæredes vti hæredes. n. 19.

Etiam extranei.

In dubio verò hæreditarium pręſumitur. n. 20.

Qui gentilitium prætenderint, probare oportebit. & n. 43.

Qui verò hæreditarium, ſe eſſe hæredes. n. 41.

Oſtendere opus erit.

21 *Ius idem pati quiſq; contra ſe debet, quod alteri iuſtum putauerat.*

Nec ſanè ab naturæ principio alienum.

22 *Contrariorum eadem, atq; vna diſciplina eſt.*

Vnoq; eorum cognito, & reliquum æquè cognoſcitur.

Contraria inſimul opponuntur. n. 24.

Et in eodem ſubiecto eodem tempore eſſe non poſſunt. n. 25.

24 *Argumentum ex contrarijs iurè ducitur.*

Atq; firmum eſt.

26 *In iure patronatus hæreditario, qui ſuccedere vult, omninò ſe hæredem probare oportebit.*

Quàmuis filius.

Quàmuis hæres extraneus.

Qui autem in hoc defecerit, non admittitur. n. 27.

28 *Inſtitutio ſine patroni legitima pręſentatione, non iurè ſuccedit.*

Debetur verò ei, qui & de exiſtentia, & pertinentia iuris patronatus docuit, eorum, qui eum pręſentauere. n. 29.

Sat verò erit, vt ſuccedere valeat, ſi ſe præſentatum oſtenderit ab his, qui in poſſeſſione ſunt iuris præſentandi. n. 30.

Limita tamen, ſi in promptu de proprietate conſtet aliorum. n. 31.

Ipſique in poſſeſſione quoq; ſunt præſentandi.

32 *Præſentationes factæ in abſentia, neq; ſcientibus, & patientibus veris compatronis, quaſi poſſeſſionem non tribuunt.*

Cenſenturq; factæ in vim tituli pręcedentis. num. 33.

Qui ſi non affuit in principali, neq; transferri potuit in alios. & n. 35.

Et vſurpatio magis dicetur. n. 38.

33 *Poſſeſſionis titulus ſi in principali non ſit, neq; in alios transferri potuit, ab eo ius habentes.*

Præſertim verò ſi de alterius titulo, & poſſeſſione conſtet. n. 34.

36 *Nemo dat, quod non habet.*

Nemoq; accipere valet, quod in dante non aderat.

37 *Datum eatènus eſt firmum, quatènus illud eſt dantis.*

39 *Poſſeſſio cum titulo, non titulatę, in concurſu pręfertur.*

40 *Negatiua non poſſeſſionis, vel alterius rei, ex reuolutione probatur actorum.*

41 *Ex errore non niſi error ſequitur.*

Errare eſt vnum pro alio putare. n. 42.

43 *Ius patronatus gentilitium, ſiuè familiare, qui prętenderit eſſe: & familię illud reſeruatum fuiſſe probare debet, & ſe de familia eſſe.*

Sine verò probatione neutrum pręſumitur.

45 *Philippus Cardinalis Spinellus fuit Epiſcopus Auerſanus.*

46 *Pręſentandi quaſi poſſeſſio non acquiritur ex pręſentationibus, niſi illę effectum ſortitę fuerint.*

Probatur autem per pręſentationes ſubſequutas. n. 50.

Vnica autem ſufficit effectuata ad quaſi poſſeſſionem nanciſcendam. n. 51.

47 *Patroni ad pręſentandum alium admittentes, ſibi ipſis præiudicant.*

48 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non transfertur in hęredes ſine noua apprehenſione.*

Id eſt ſine nouo vſu, & exercitio præſentandi.

Vnica verò ſufficit. n. 51.

49 *Pręſentantium patronorum minor pars vnius ſtipitis à maiori eorum parte abſorbetur.*

53 *Coronatur qui legitimè certauit. ex Paulo Apoſtolo.*

54 *Patientia iuuat.*

ARGVMENTVM.

Beneficium de iure patronatus laicorum, aliud hæreditarium, aliud gentilitium, ſeù familiare, aliud verò ex pacto, & prouidentia dicitur. Hæreditarium verò ex quibus dica-

catur, & quo pacto conſtet? In dubio autem magis hæreditarium, quàm familiare dicitur, & præſumitur. Quæ autem præſtare oporteat, qui ad beneficium hæreditarium præſentant, & quæ ad familiare? Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur? Is verò inſtitui debet, qui à veris patronis, & in poſſeſſione exiſtentibus præſentatus fuit. Et quis in concurſu præſentationum præferendus? Patroni verò aliud ad compræſentandum admittentes, ſibi præiudicium inferunt. Verùm in deſcendentes admiſſorum nõ tranſit, niſi apprehendatur noua poſſeſſio.

RESPONSIO LXVI.

1 ACre ſatis eſt deſiderium, quo mortales habendi detinentur, vt magnis, & multis incommodis ſe inijciant propter habendi cupidi-
2 ratem. Dicebat propterea ſatis è re Timon: Duo eſſe malorum elementa: *Inexplebilem, ſcilicet, diuitiarum auiditatem, & gloria*
3 *appetitionem.* Et quidèm malorum omnium radicem auaritiam nuncupauit Apoſtolus Paulus 1. *ad Thimotbaum* 6.10. dicens: *Radix omnium malorum eſt cupiditas.* vel vt alij ex Græco (philargiria) hoc eſt auaritia
4 legunt. vt propter hoc Bion: *Vitiorum Metropolim*, auaritiam appellarit. Ità quippè penetralia peruadit hominis, eòq; illum miſeris cogitationibus impellit, vt nec ſedere, nec
5 quieſcere ſinat; quin & cum annis creſcat. Et quàmuis ſenio ſubeunte corporibus, vires decreſcant. habendi cupiditas tempore ipſo augetur. iurè ergò ex Propertio lib. 12. conſequentiam inferemus.

6 *Ergò ſolicita tu cauſa pecunia vita es.*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.
Semina curarum de capite orta tuo.

7 Abominanda idcircò peſtis hæc eſt, atquè à pectoribus abijcienda humanis. nec enim quæ parauimus nobiſcum feremus. teſtatur ex Poetis Propert. lib. 3.

8 *Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,*
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.

& ex ſacris litteris Dauid pſaltes pſalm. 75.6.

9 *Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.*

Quia cum vita diuitias paritèr, quas parauerant, quibus inhiauerant, & inſudauerant, perdiderc, nihilq; inuenere in manibus ſuis. quin

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.

idemmet Dauid *pſalm.* 48.12. conteſtatur.

10 Et ſanè quid mirum, ſi diuites ſtultos paulò antè ipſemet vocauerat Dauid loco eodem. *Cùm videris ſapientes morientes; ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt; & relinquent alienis diuitias ſuas.*

11 Quid enim ſtultiùs, quàm in ijs comparandis laborare, quæ mox relinquenda ſunt? & perdere animam ſuam, vt aliorum luxui ſufficiant opes, non quibus modicè vtantur, ſed quas abſorbeant, atq; profundant? vt
12 *Agellius* commentum agit. Hanc autem vanitatem, appellauit Salomon ſapiens ille olim Rex *Eccleſiaſtes* 4.7. cùm ad cor ridẽs, quæ huius vitæ caduca ſunt, & vana perpendens, dixit: *Conſideraui, & reperi aliam vanitatem ſub Sole: Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoquè vanitas eſt, & afflictio ſpiritus.* Nec abſimimile eſt huic, quod Ouid. 1. Faſtorum cecinit.

13 *Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,*
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus habendi.
Vix vltrà quò iàm progrediatur habet.
Creuerunt opes, & opum furioſa cupido.
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant.
At ipſæ vitijs ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda.
Quo plus ſunt pota, plus ſitiuntur aqua.

14 Hoc deſiderio exciti homines, vt habeant, vndè abſumant, cùm quid vacat beneficij, omnes vt acquirant percurrunt. Teſtatum hoc facit quod nunc accidit factum. Menſe Iunio præterito vltimum vidit diem D. Baptiſta Granato loci Fractæ Maioris Auerſanen. Diœceſis. Vacauit proindè morte eius

Beneficium ſimplex in Eccleſia Parochiali
S. Soſij loci eiuſdem, cui à ſancta Maria
Gratiarum, ſiue Sancta Iuliana eſt titulus,
quod eſt iuris patronatus laicorum familiæ
dello Preite, fundatum anno 1528. à D. Ie-
ſuele quondam dello Preite. Ecce tibi nunc
ex variatione, qui illum obtineant, decer-
tant. A compatronis, veris quidem, præſen-
tatur D. Laurentius de Riccardo Sacerdos
loci eiuſdem. ab alijs verò præſumptis ma-
gno numero præſentantur & D. Thomas de
Angelo Sacerdos, & ipſe loci eiuſdem. Fit
igitur inter præſentatos non modica diſce-
ptatio, quis eorum inſtituendus? Hic itaq;
ſtatus eſt cauſæ: Quis duorum inſtituendus
ſit: Qui pro Thoma de Angelo ſunt, in prom-
ptu illum inſtituendum ex ſacris canonibus
15 referunt: Quia à maiori ſuffragiorum nu-
mero eſt præſentatus: can. ſi fortè 36. ac fin.
diſt. 63. ex Concilio Lateranen. cap. quoniam
3. de iure patronat. & ibidem Gloſſ. verbo qui
maioribus. & ex Gregorio Nono in cap. Ec-
cleſia veſtra 57. de elect. cap. ſicui 23. & cap.
cùm expediat. 29. de elect. lib. 6. ad notata per
Sceuolam lib. 1. quæſtionum in l. quod ma-
ior 19. ff. ad municipalem. Claudius Tutius
quæſt. 11. num. 2. de iure patronatus. Mar.
Antonin. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 104.
n. 1. Rota in Lunen. Sarzanen. 31 May
1617. coram Durano dec. 110. n. 1. & 11. &
decis. 111. n. 1. apud Viuianum in praxi iuris
patronat. quæ deciſio 110. eſt 87. in impreſſis
apud ipſum Dominum Duranum part. 1.
Rota par 2. diuerſorum deciſ. 117. num. 1. &
apud Card. Manticam dec. 86. num. 4. & dec.
115. num. 5. & apud Card. Seraphin. dec. 875.
num. 2. diximus alios quamplures referentes
reſponſ. noſtra 6. n. 8. & reſponſ. 14. n. 1. & re-
ſponſ. 42. n. 1. p. 3.

Verùm quia in minori probanda ipſi de-
ficiunt, vt adſtruemus; atq; Riccardum no-
ſtrum, & ab omnibus pręſentatum patronis,
qui patroni ſunt, & in poſſeſſione, vel quaſi
exiſtunt præſentandi: Succedet vtiq; vt ipſi-
met manus conſerant, victiq; recedant, &
contrà, ſit Riccardus inſtituendus. Quod vt
præſtemus: Principio ſupponendum, nullam
nobis cum Aduerſarijs, quoad exiſtentiam
16 iuris patronatus eſſe diſcrepantiam, & quòd
de fundatione conſtat: & quòd ipſi quoq; hoc
iure veniant. vt dictum fuit in vna Bracha-
ren. Parochialis 24. Februarij 1592. coràm
Card. Mantica deciſ. 166. in initio. & apud
Illuſtriſſimum Duranum Epiſcopum Vr-
gellen. deciſ. 87. n. 4. & 5. par. 1. Eſt tamen
non modica cum illis diſceptatio quoad
pertinentiam, quibus ſcilicet hoc ius perti-
neat.

17 Hanc ob cauſam proindè ſupponendum
quoq; ſecundò videtur. Ius hoc patronatus,
non ſanè gentilitium, ſiuè familiare, neq; ex
pacto, & prouidentia, ſed eſſe hæreditarium.
Diſtinctionem hanc nos attulimus, eamquè
probauimus reſponſ. noſtra 74. n. 36. & ſeq.
part. 3. ibiq; lectorem remittimus, ne in
longum reſponſionis huiuſcè ſermo abeat.
Quòd verò, pro minori, ſit hoc ius patrona-
tus hæreditarium, non gentilitium, ſiue fa-
miliare, neq; ex pacto, & prouidentia, facili
18 probatur negotio, quia hæreditario nomi-
ne inſigniuit illud Genitor ſuus D. Ieſuelis in
ſuis nouiſſimis tabulis anno 1528. fol. 52. in
proceſſu veteri. Voluit nempe ipse, (ſic tabu-
larum ſunt verba) quod sui hęredes tenean-
tur poſt mortem dicti D. Vergilij, pręsentare
19 Capellanum. Eſt ergò hęreditarium ius hoc
patronatus, in quo præſentāt heredes, vti hę-
redes, & ad hæredes tranſit, quàmuis extra-
neos, modò hæredes fuerint. Pariſ. conſ. 88.
num. 12. lib. 2. Gabriel in concluſ. iur. tit. de
verbor. ſignificat. concluſ. 6. num. 40. Claud.
Tutius quæſt. 4. num. 6. de iure patronat. Me-
noch. de præſumpt. lib. 4 præſumpt. 91. num.
2. & ſeqq. Garſias de benefic. par. 5. cap. 9. nu.
143. Caualcan. dec. 28. num. 4 par. 3. Mago-
nius deciſ. Lucenſi 7. num. 4. & ſeqq. Marius
Antoninus variarum reſol. lib. 1. reſolut. 60.
num. 2. diximus reſponſ. noſtra 83. num. 19.
par. 3. Rota apud Duranum dec. 199. n. 12. &
13. p. 1.

20 Quàmuis dubio in facto, hæreditarium
magis præſumatur, quàm gentilitium, ſiuè
familiare, vt qui familiare eſſe contenderit,
ipſum onus teneat id probandi. Card in
clem. plures 2. num. 6. in 6. quæſt. & ibidem
Ancharan. in 2 notab. num. 5. de iure patro-
nat. & Gloſſ. ibidem verbo heredes. ad text.
in can. conſiderandum 35. & ibid. Gloſſ. 1. 16.
quæſt. 7. Couarruuias variarum reſolut. lib.
2. cap. 18. num. 6. Gratian. forenſ. par. 3. capit.
577. num. 44. in fin. & numer. 45. Rota apud
Card. Seraphin. deciſ. 456. n. 1. diximus d. re-
ſponſ. 83. nu. 30. p. 3.

His ità ſuppoſitis, ad prælium cominùs
deſcendamus oportet, atq; Aduerſarijs no-
ſtris mathematica cum oſtenderimus de-
monſtratione, eos, qui D. Thomam pręſenta-
uere ex hæredibus D. Ieſuelis fundatoris
non eſſe, neq; fuiſſe vnquàm, qui verò no-
ſtrum Riccardum Illuſtriſſimo Epiſcopo in-
ſtituendum præſentauerūt, ex hęredibus eſſe
prædicti fundatoris, eoſq; omnes eum præ-
ſentaſſe; Succedet vtiq; ei inſtitutionem iu-
re omni optimo deberi: Quia à maiori par-
te, quin magis omnibus compatronis, & à
veris, & qui in poſſeſſione ſunt præſentandi,
vel quaſi, præſentatus fuit. vt idem ius huic
21 ſtatuatur, quod ſibi fieri de Angelo in initio
tentauerat, ipſeq; inſtruxerat. ad Vlpiani
ſenſum lib. 3. ad edictum in leg. 1. in princip.
ibidemq; per plura Iaſon ff. quod quiſq; iu-
ris. cap. cùm omnes 6. §. cùm igitur. de conſti-
tutionib. canon. qui non probauerit. 3. 2. q. 3.
can. nullus Epiſcopus 11. in fin. 2. q. 1. can. de
illicita 6. 24 q. 3. Maranta noſter conſ. 45.
ſub. n. 14. in fin. Quis enim (quæſo te) aſper-
nabitur

nabitur ipſe idem ius ſibi dici, quod alijs vel dixit, vel dici effecit? Verba ſunt Vlpiani *d.l.1.ff.quod quiſq; iuris.* quia eſt hoc naturæ ipſi conſentaneum.

Hoc itàq; ſi præſtiterimus, & contrarium
22 ritè præſtabimus.nimirùm, quòd contrariorum vna, atq; eadem diſciplina eſt, vt vno eorum cognito, reliquum æquè intelligamus.ex Caio lib.1.inſtitut. in *l.1. in princip. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* §.1. *Inſtitut.eod.Gloſſ.in elem.1.*verbo *obſeruare.de ſent.excomm.Perez de Lara de cappell. lib.1.cap.11.num.14.& ſeqq.Gonzal.ad reg. 8.Gloſſ.43.n.171.*

Deſcendentiæ ergò ſeries, & hæredum ſic ſe habet.

Beneficij Fundator fuit.

D.Ieſuelis dello Preite.

hic hæredes teſtamento ſibi nuncupauit.

Nicolaum de Presbytero fratrem.&

Filios quond.*Petri de Presbytero* etiam fratris.

A *Nicolao* lucem vidit

Gabriel. hic

Nicolaum Antonium, & *Cæſarem* genuit.

ab hoc ortus eſt *Gabriel* iunior, qui duos filios habuit *Franciſcum*, & *Carolum* hic *Carolus* diem vidit vltimum ſuperſtite ſibi *Franciſco*, qui Riccardum præſentauit.	à *Cæſare* vitam aſpexit *Franciſcus.* à quo *Scipio.* hic etiam præſentat Riccardum.

Ex his itàq; habet Riccardus integram medietatem vocum.

Petro verò fuit filius

Robertus.

ex *Roberto* nati ſunt tres Mundo filij ex Laura de Presbytero.

Dominicus, Aloyſius, & Pentolianus.

Dominico, & Aloyſio de medio ſublatis, eiſdem ſucceſſit.

Pentolianus.

qui tres habuit filias.

Cremoſinam, Medeam, & Lauram.

Cremoſina, quæ in virginitate diem vidit vltimum, atq; *Laura* ſucceſſit.

Medea.

quæ Riccardum præſentat. habet ergò Riccardus ex hac; & alteram medietatem vocum. eſt ergò ab omnibus patronis, illiſq; in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi exiſtenti-
23 bus, præſentatus. Debetur ergò iurè illi nec ſanè iniuria inſtitutio. ad *text. in capit. quoniam 3.de iure patronat.* vt in initio pro D. Thoma arguentes deduximus. Qui in minori probanda defecit; vt hæc pro illo ſuccedat iurè conſequentia: ſed à nullo ex patronis ipſe præſentatus fuit. non ergò debet
24 inſtitui. ex regula contrariorum, quæ inſimul opponuntur, ex quibus non contemnendum argumentum ducitur, quin ſatis firmum.vti eruditè ſatis, conſequenterq; argumentatur Sanctiſſimus Leo Papa in *can. gratia 1.*ibidemq; notat *Gloſſ.*verbo *teſtante.1.q.1. Gloſſ.in can. Imperatores.1. §.quicunq;* verbo *ergò legibus.diſt.9.* Rationem reddit *Gloſſ.*in *can.cùm humilitatis 9.in fin.*
25 verbo *falſitas.21.q.2.* Quia duo contraria in eodem eſſe ſubiecto minimè poſſunt. & philoſophia docet. Quia inſimul conuenire non poſſunt, eodem planè tempore. *Gloſſ.in can.quodcunq; 6.*verbo *in Iuda.24.q.1.can. hoſpitiolum 17.in fin.* & ibidem *Gloſſ final. diſt.32.can.quia radix.13.de pœnit.diſt.2.*

26 Qui enim in beneficio iuris patronatus hæreditario vti patronus præſentare intendit, neq; ſe eſſe filium probare ſufficit, ni hæredem quoq; probauerit. Eatènus enim eidem hoc ius, quod hæreditarium nuncupatur, debetur, quatènus ſe hæredem adſtruxerit; quàmuis hæres fuerit extraneus. ad *text. in cap.1.*& ibidem *Gloſſ.*verbo *non debeat.* & *Abb.num.2.alijq; Scribent.de iure patronat.* idem *Abb.in cap.cùm ſeculum 13.num.4.& 5.eod.Bald.conſ.409.numer.1.lib.1.Couarr. variarum reſolut.lib.2.d.cap.18.num.6.Rota apud Card.Seraph.deciſ.446. num.1.& apud Card.Manticam d.dec.164.num.1.& in recentior.dec.756.n.1.in fin.par.2.tom.2. Alexander Raudenſ.variar.reſolut. cap.19. num.1.& num.12.Genuenſ.in praxi cap 63. de probatione iuris patronat. num.23.* impreſſione Romana anno 1609. diximus *reſponſ.*noſtra 82.*num.27.& 28.par.3.* Atqui verò, qui D.Thomam præſentauere, neq; ex hæredibus ſunt D.Ieſuelis, neq; tales ſe pro-
27 bauere. Non ergò ad beneficium de iure patronatus hæreditario præſentare iurè potuere. Non itàq; eorum firma erit præſentatio.ergò nulla. Nulla proindè ſuccedere po-
28 terit inſtitutio, quæ ſine patroni legitima præſentatione infrà tempora à iure ſacrorum canonum ſtatuta, ſuccedere minimè poteſt. *d.cap.quoniam 3.& cap.ſi verò 12.& cap.ex inſinuatione 14.de iure patronat.clem. plures.de iure patronat.d.can.conſiderandum 35.16 quæſt.7. Garſias de beneſic.par.5.cap. 8.num.85.Rota apud* Duranum *d.deciſ.199. num.1.part.1.& in recentiorib.part.1.tom. 2.deciſ.680.num.3.*vt contra qui Riccardum præſentauere ex hæredibus, & deſcendentibus ſunt D.Ieſuelis fundatoris, & in quaſi poſſeſſione ſunt iuris præſentandi, vti hæredes, taleſq; ſe ſemper habuere, & probauere.eorum ergò iurè ſubſiſtit præſentatio. De-
29 betur proindè, nec iniuria ab eis præſentato noſtro Riccardo inſtitutio.quia conſtat de iure patronatus, & quòad exiſtentiam, & quòad pertinentiam horum, qui præſentauerunt.ad *text.in dict.capit. conſultationibus.19.de iure patronat.* & dixit Rota apud *Coccinum deciſ.464. num.1.2.& ſeqq. & deciſ.* [illegible]. & in *Vliſbonen. Prioratus* 14.

Martij 1611. coram Card. Sacrato.deciſ.95. num.2.in poſthumis Farinac.tom.2.et in recent.par.2.tom.1.deciſ.337.nu.1.et 3.et apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.452.nu.20. Viuianus in praxi iuris patronat lib.5. cap.4. nu.64.et 68. Lottherius de re beneficiar. lib.2. q.11.nu.118.et 119. Rota apud Duranum d.deciſ.199.nu.1.par.1. et deciſ.87. num.11. ead.part.1.

30 Neq;inſtabũt Aduerſarij:ſat eſſe illis, Thomam ab his præſentatum fuiſſe, qui in poſſeſſione ſunt, vel quaſi iuris præſentandi, ad tex.in d.cap.conſultationibus.19. de iure patronatus. Lapus allegat.95.in fin. Rota in recentior.par.1.tom.1. deciſ.424.num.1. & par.2.tom.1.deciſ.443.nu.3. & apud Coccinũ deciſ.446.nu.1. & deciſ.469.num.1. & 4. & deciſ.245.nu.1. Marius Antonin. Maceraten. d.reſolut.104.num.7.lib.1. Mareſcott. lib.1. variarum reſolut.cap.55.nu.12. & ſeq. Gõzalez ad regulam 8.Gloß 45.§.2.nu 6. Rota apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.349.nu.1. & d.deciſ.452.nu.14. & apud Card.Caualer.deciſ.55.nu.4.& deciſ.197. nu.1. & apud Duranum deciſ.413.num.1.par.2. & d.deciſ. 87.nu.12.par.1. diximus reſponſ. noſtra.46. nu.4.& 5.par.3.& nu.19.

31 Namq; id quidèm exauditur quando non conſtat de proprietate ad fauorem corũ, qui verè patroni ſunt, & in poſſeſſione exiſtunt præſentandi, vel quaſi. vt in facto hoc noſtro. vt dictum fuit in Cracouien. Parochialis 9. Iunij 1627. coram Patriarcha Hieroſolymitano deciſ.42. nu.5. apud Viuian.de iure patronatus. & in Romana iuris patronatus 13. Martij 1630. coràm Merlino deciſ.362. nu. 4.par.5. diuerſorum nouiſſimarum. dixitq; eadem Rota in Vicentina Beneficij 11. Nouembris 1628. coràm Vbaldo deciſ.65. in princ.in manuſcriptis.& in recentioribus par. 1.tom.1.deciſ.188.nu.1.& 2.et deciſ.374.per totam.

32 Deindè quòd præſentationes ab his, factæ fuere in abſentia verorum patronorũ, ipſiſq; non ſcientibus, nec conſentientibus. conſequenterq; per vſurpationem, cùm non appareat de aliquo eorum legitimo titulo. vndè nullum ipſis in hoc præiudicium fuit illàtum. iuxta tradita per Ripam in cap. cùm Eccleſia Sutrina.3.nu.93. de cauſa poſſeſſionis, et proprietat. quem ſequuta fuit Rota apud Sancta memor. Gregorium XV. deciſ. 417.nu.5.et 6.Ferret.conſ.132.nu.3. ſecundùm Calderini conſ. 12. de iure patronat. Rota apud Coccinum deciſ.392.nu.1. et 2. et apud Card.Seraphin.deciſ.337.ſub nu.2. et part.1.diuerſ.deciſ.184.nu.1.et 2. & in dicta Cracouien. Parochialis coram d.Patriarcha Hieroſolymitano d. deciſ.42.nu.8. apud Viuian. et apud Duranum Epiſcopum Vrgellen.d.deciſ.87.num.22.et 23.par.1. quæ ſanè deciſio in punctis eſt, & loquitur.

Præterea quòd pœnè omnes hi ſe ab Aquilano dello Preite deſcendentes aſſerunt: Aquilanus verò prædictus, neq; vnquàm in numero reperitur præſentantium, neq; hæres D.Ieſuchis, neq; ex deſcendẽtibus ab eo.
33 non itaq; illi acquirere potuere poſſeſſionẽ,
vel quaſi præſentandi in vim tituli, qui apud eorum principalem non vtiq; erat. iuxtà Vlpiani ſenſum lib.12.ad edictum in l.quædam mulier 76.et ibid.Gloſſ.fin.et Angelus. nu.4. ff.de rei vendicat.Ioa.Franciſcus de Ponte Regens conſ.72.num.1.lib.2. Alciatus de præſumptionib. regul.2.præſumpt.24. num.2. fuitq; dictum in Papien. iuris patronatus 22. May 1595. coram Cardin. Mellino deciſ.2.n. 3 apud Viuian.in praxi iuris patronat. et in Burgi Sancti Domnini iuris patronatus 9. Decembris 1622. coram Merlino apud eundem deciſ.18.nu.5.præſertim verò, cùm eui-
34 denti demonſtratione de alterius titulo, &
poſſeſſione appareat. vt hic in facto hoc noſtro, ſecundum Angelum in d.l.quadam mulier.d.nu.4. et Regentem de Ponte d. conſ.72. nu.1. et ſeq.

Vel enim ipſi,(vt dilemmate hoc conuinuingamus illos) in vim tituli ab Aquilano prætenſi, in poſſeſſionem ſe ingeſſiſſe præſentandi, (vti etiam ſemper aſſeruere) con-
35 cedent;& cùm nullum titulum, nullamq; vn-
quàm præſentandi poſſeſſionem habuerit Aquilanus, nullum quoq; titulum, nullamq; poſſeſſionem in illos transfundere potuit:
36 Et quòd:Dat nemo, quod non habet. regula
nemo poteſt 79.de regul.iur.in 6.can.Dalbertum.24.in fin.1.q.7 & quòd etiam nemo accipere valeat, quod in dante non aderat. can. ventum eſt.18.§.ſed è contrario. 1.q.1.can.
37 presbyterum 16.diſt.28. & eatènus datum
firmum habetur, quatènus illud eſt dantis. ex Aphricani ſenſu in l. ſi ſeruus legatus 111. §.qui quinque.ff.de legat.1. à quo nec longè abijt Vlpianus in l.ſi ſic legatum 78. § ſi mihi ff.eodem, & ibidem Bart. n.1. Gratianus forenſ.diſceptationum par.5.cap.988. num.1. et ſeq.

Vel verò ex ſe ipſis in hoc ſe ingeſſere, vti verè ſe ingeſſere, & cùm nullo hoc titulo fecerint, nullaq; iuſta cauſa: veriq; compatroni ſint, qui ſemper ipſi præſentauere; vſurpatio
38 magis eorum videbitur, quàm poſſeſſio, vel
quaſi. Quam ob causã ſuccedet, vt in cõcur-
39 ſu, præferenda noſtrorum ſit poſſeſſio, qui
iuſtum, verumq; titulum à fundatore oſtendunt, & poſſeſſionem, in qua ab initio fundationis ſemper ipſi, vſq; ad hanc fuere diem; veram habent. iuxtà diſpoſita per Innocentium III. in cap.licet cauſam.9.§. ex præmiſſis igitur.et ibidem Felin. n.9. vers.quarta cauſa de probat. Bald. in l. data opera in fin. C.de ijs, qui accuſare non poſſunt. ex Paulo lib.69. ad edictum in l.ſi duo 3. in princ. & ibidem Bart.nu.4.ff.uti poſſidet. Rota apud Verallum deciſ.336.et 337.par.2. Regens Ioã. Franciſcus de Ponte cons.97.num.21.& ſeq. & nu.

& num.27.lib.1.Rota in recentiorib. part.1.
tom.2. deciſ.480. num.3. in fin. & apud S.
mem.Greg.XV.dec.412.n.1.& ſeqq. Menach.
de retinend. poſſeſſ. remed.3. num.733. Bel-
tram.ad dictam deciſ.Greg.XV.num.5.Ma-
ceraten.d.reſolut.60.n.24. lib.1.Gratian.fo-
renſ.par.3.cap.402.num.1.cum ſeqq. Rota
apud Card.Caualer.deciſ.242. n.3.& deciſ.
379.n.5.

Cæterùm nuſquàm apparet, Aquilanum
ipſum,de quo exultant Aduerſarij , vel præ-
ſentaſſe,vel in poſſeſſione, vel quaſi fuiſſe
40 præſentandi. Negatiua autem hæc ſatis eui-
dentèr ex reuolutione probatur actorum
juxta Gloſſ.receptam per illum text. in l.in-
ſtum 6.in Gloſſ.1.in fin. C. de edendo. Bart.
in l.fin.C. de rebus credit. Cephal.conſ.144.
num.1.lib.1. Rota part.1.diuerſor.deciſ.64.
num.1. & apud Card. Mantècam deciſ.34.
num.9 & apud.S.memor. Gregor.XV. deciſ.
433.num.3.& apud Duranum deciſ.2.nu.3.
& deciſ.6.num.9. part.1. diximus reſponſ.
noſtra 78.num.11.& reſponſ.84. numer.54.
par.3. Ipſi verò,ſe deſcendentes ab Aquila-
no,qui in poſſeſſione eſſet iuris præſentan-
di,ſemper aſſeruere. Erronea autem hęc eo-
rum & eſt,& fuit aſſertio. ergò inefficax.ergò
41 nulla.Nihil enim ex errore,niſi error ſequi-
tur.ex Pauli ſenſu in l.ex diuerſo.36. §.1.ff.
42 de rei vendicat. Errare verò eſt vnum pro
alio putare. ex Auguſtini erroris finitione
in can.in quibus. 6. 22.quæſt.2. vbi Gloſſ.
etiam verbo aliud. Vnum ergò pro alio pu-
tauere,ac cõſequentèr errauere,cùm Aqui-
lanum in poſſeſſione eſſe pręſentandi aſſe-
ruere. Nihil ergò niſi errorem apprehen-
dere.

Et planè,vt strictiùs illos includamus, &
ſecundo huic reſpondeant dilemmati. Vel
ad beneficium ſe præſentare potuiſſe hoc
43 putauere,quòd illud ſit familiare, ſiuè gen-
tilitium,& duo illos probare oportuit, & ſe
ex familia, (ſicuti etiam Aquilanum,) eſſe
dello Preite ab Ieſuele fundatore: & benefi-
cium familiare eſſe,ac gentilitium;non enim
vtrumq; eorum pręſumitur, niſi probetur.
Calder.conſ.5. & 20.de iure patronat. Abb.
conſ.59. num.3. verſic. tertiò principalitèr.
part.2.Pariſ.conſ.35.num.8. lib.4. Gabriel.
conſ.195.lib.1.Rota apud Card.Seraph.deciſ.
456.num.3.4. & 5.quam ſequuta fuit Rota
in recentiorib.part.1.tom.2.deciſ.675. num.
2.& ſeqq.& part.2.tom.2. deciſ.756.num.1.
Riccius in praxi iuris patronat. reſolut.158.
num.4.& reſolut.180. & 181. Rota in re-
centior.part.2.dec.455.num.4. Maceraten.
variarum reſolut.lib.1.dict.reſolut.60.num.
6.& reſolut.82.num.1.& ſeqq. in fine,cuius
reſolutionis ad verbum refert decisionem:
Die Lunæ 10 Iunij 1602.coràm R.P.D.Litta
in Pientina iuris patronatus. deduximus
nos reſponſ.noſtra 16.num.28.part.2.& re-
44 ſponſ.44.num.25.part.3. Vel verò quòd ſit
hæreditarium: & ſe hæredes quondam D.
Ieſuelis fundatoris,ſicuti etiam Aquilanum,
probare oportuit, vt in ſuperioribus oſten-
dimus, atq; probauimus. At neutrum ho-
rum probauere,neq; probare poſſunt. Exci-
derunt ergò ab vtroq; vt neq; vt familiare,
neq; vt hęreditarium , eorum hoc ſit ius
patronatus. quo argumenti genere vſa fuit
Rota apud Duranum dict.deciſ.87.n.19.in
fin.par.1.

Firmum hoc noſtrum dilemma non illi-
beralitèr , & hoc ipſum, quod ſubijcimus,
oſtendit:Quòd anno 1607.cùm hoc ipſum
vacaſſet beneficium ob priuationem cuiuſ-
dam Hieronymi de Lecterijs, pręſentatuſq;
fuiſſet,& à Gabriele dello Preite iuniore, &
à Medea,& Cremoſina,ac Laura dello Prei-
te D.Vincentius Guzzo è Rocca Glorioſa
Policaſtren.Diœceſis fol.103. atq;etiam ab
alijs aſſerentibus,ſe ab Aquilano deſcendere:
Inſtitutus quidèm fuit dictus Vincentius,
per Dominum Generalem Vicarium D.Io-
45 annem Mengotium Eminentiſſimo tunc
Philippo Cardinale Spinello Epiſcopo Auer-
ſano,ad pręſentationem tamen pręd̄ictorum
Gabrielis filij, & hęredis quondam Nicolai
Antonij dello Preite: nec non Medeæ,Lau-
ræ, & Cremoſinæ filiarum , & hæredum
quondam Pentoliani dello Preite , relictis
aliis,vti ad quos ius patronatus, & pręſentā-
di ſpectabat minimè.patet hoc ex Bullis di-
cti Eminentiſſ.Cardinalis Epiſcopi in pro-
ceſſu fol.137. Non itàq; ad eorum præſenta-
tionem ſubſequuta fuit inſtitutio, vti non
46 patronorum.Nulla proindè ipſis ex hoc ac-
ceſſit quaſi poſſeſſio pręſentandi, quę non
ſecuto effectu non proficit. Calder.dict.conſ.
12.de iure patronat. quod canonizatum fuit
apud Robuſterium part 2.diuerſorum decis.
318.num.2. Claudius Tutius quæſt.3.de
iure patronat.num.13. Perez de Lara de
cappellan lib.2.cap.1.nu.55.& 56.Piaſecius
in praxi Epiſcoporum part.2. cap.5. art.1.
num 23.fol.mihi 360.impreſſione Lugdun.
Rota apud Cardin. Caualer.d.deciſ.55.n 4.
& dec.197.num.3.& dec.626.num 2.& 3.
apud Coccinum dec.245.n 2. apud Duran.
d.dec.87.n.8.& 12.part.1. quę eſt etiam in
impreſſis apud Viuianum in praxi iuriſpa-
tronat. dec.110.num.8.& apud S.Mem.Gre-
gor.XV.deciſ.222.nu.4.& 5.& d.dec.417.
nu.1.& dec.442.nu.14.& ſeqq.& 19.Garſias
de benefic.tom.1.part.5.cap.5.nu.59 Gonza-
lez ad 8. regulam Cancellar. Gloſſ 45. §.2.
num.29.

Confirmaturq; hoc ipſum , quòd anno
1628.vacante beneficio præfato ob liberam
reſignationem dicti D.Vincentij Guzzo,In-
ſtitutus fuit D.Baptiſta Granatus , cuius ob
ſupremum diem nunc vacat, ad præſenta-
tionem Franciſci, & Caroli dello Preite fi-
liorum,& hæredum quond. Gabrielis.f.114.
à ter.nec non etiam Scipionis dello Preite
filij,

filij, & hæredis quondam Franciſci, filij, & hæredis quondam Cæſaris,filij,& cohęredis quond. Gabrielis ſenioris fol. 114.Quamuis, etiam & aliorum, tamẽ ſimpliciter admiſſus, & inſtitutus fuit nulla facta peculiari memoria eorum,qui ſe aſſerunt, non verè ſunt cõpatroni in decreto Inſtitutionis fol. 150.

De Layſella vero non nimis curãdum eſt, Licèt enim ipſa anno 1547.ad præſentandũ D.Valerium dello Preite admiſſa fuerit,vt ex
47 Bullis in proceſſu fol.17. & 18. vndè præiudicium ſibi intulerunt compatroni illam admittentes. ex *Calderino conſ.20. de iure patronat.* quem ſequutus fuit *Ripa in d.cap. cũ Eccleſia Sutrina 3.nu.93.circa fin. verſ.ſextò requiritur.de cauſa poſſeſſion. & proprietat.* ſequutaq; fuit *Rota apud S.memor. Gregor.XV.deciſ.417.nu.5.& deciſ.452.nu.14. 15.& 16.* deduximus *reſponſ.* noſtra *42.nu. 49.par.3.*

48 Non tamen apparet poſtmodùm ampliùs illam admiſſam fuiſſe:quam ob cauſam eius quaſi poſſeſſio præſentandi in deſcendentes nõ potuit transferri ſine noua apprehenſione,id eſt ſine nouo vſu, & exercitio iuris præſentandi. vt loquitur *Rota* apud eundem Dominum *Duranum d.deciſ.87.nu.20.par. 1.ex Menoch. de retinenda poſſeſſ. remed. 3. nu.57. Achille deciſ.5. de cauſa poſſeſſion. & proprietat.Caputaquenſ.deciſ.135.num.1.& ſeq part.2. Gonzalez ad regul.8. Cancellar. Gloſſ.34.nu.108. Garſias de benefic. par.5.c. 5.nu.35. cum ſequent. Rota apud S.memor. Gregor.XV.deciſ.222.num.6. & d.deciſ.417. nu.7.apud Card.Manticum deciſ.150. nu.2. apud Coccinum deciſ.464.nu.3.Maceraten. variarum reſolut.lib.1.d.reſol.104. num.5.* diximus *reſponſ.* noſtra *46.nu.8.par.3.*

Et fac etiam illam apprehendiſſe;quantula hæc eius vox erit, vt numerum facere valeat aduerſus Riccardum, qui ab omnibus
49 præſentatus fuit, vt abſorta ſaltim hæc vna Layſellæ vox per maiorem partem præſentantium fuerit.ad *tex.in d.clem.plures.2.de iure patronat.*& ibidèm *Imola nu.7.* ex Vlpiano in *l.ſi quis tùm totũ 7.in princ.*& ibidẽ *Gloſſ.*verbo *in toto.ff.de except. rei iudicat.*& cõcinit Caius in *l.in toto 114 ff.de regul. iur. Maceraten. d.reſol.104. num.13. Gonzalez Gloſſ.45.nu.61.Rota par.2. diuerſorum deciſ. 117.nu.1.& apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.452.nu.3.& 4.* & ibidèm *Beltramin.nu. 23.& apud Duranum deciſ.199.nu.8.par.1.* diximus *reſponſ.* noſtra *43.nu.16. & 17.& 18.part.3.*

50 Quòd autem hi,qui noſtrum præſentauere Riccardum in poſſeſſione ſint, & fuerint, vel quaſi præſentandi in ſingulis vacationibus,vt veri patroni, mathematica inſpectione ex actis,& bullis inſtitutionum præſentatorum demõſtratur. Et quidem anno 1547. vacante beneficio præfato per obitũ quond. Vergilij.fuit præſentatus per Robertum dello Preite,& Gabrielem dello Preite D.Valerius dello Preite ex Bullis Inſtitutionis fol. 17.& 18.Anno verò 1576. vacante per vltimum diẽ dicti quond. D.Valerij pręfato beneficio, ad præſentationem Nicolai Antonij de presbytero, Franciſci de presbytero nepotis,& hæredis dicti quond.Magiſtri Gabrielis. Dominici, Aloyſij,& Pentoliani dello Preite per intermediam perſonam Lauræ dello Preite,eorum matris, & tutricis filiorum,& hæredum dicti quond.Roberti dello Preite ex Bullis Illuſtriſſimi Domini Balduini de Balduinis Epiſcopi Auerſani fol. 67. & 68. Inſtitutus fuit D. Ioannes Thomas de præsbytero. Huius ob ſuprema funera anno 1593. vacante beneficio præſentauere ad illud iterùm Pentolianus de presbytero filius, & hæres quond.Roberti D.Iulium de Lotterijs,& Gabriel de presbytero vti hęres quõd. Nicolai Antonij de presbytero.fol.2. in proceſſu veteri.atq; ad firmandum eis ſpectare ius patronatus,& præſentandi, examinati quoq; fuere teſtes, ex quibus probata fuit eorum deſcendentia in articulis fol.23. & ex teſtibus fol.27. & ſeq.

Præterea anno 1607. vacante dennò beneficio præfato ob priuationem D. Hieronymi de Lotterio ad præſentationem dicti Gabrielis de Presbytero filij, & hæredis q. Nicolai Antonij de Presbytero filiorum, & hæredum quondam Pentoliani, inſtitutus fuit D.Vincentius Guzzo.ex Bullis Eminentiſſimi Cardinalis Spinelli Epiſcopi Auerſani.fol.137.Hoc beneficio renunciante anno 1628.præſentatione facta per Scipionem de Presbytero ex Gabriele ſeniore deſcendente, atq; etiam per Franciſcum, & Carolum dello Preite ab eodem Gabriele deſcendentes in perſona Diaconi Baptiſtæ Granati, Inſtitutus ille fuit per Bullas Illuſtriſſimi Epiſcopi D.Caroli Carafæ fol.150. Ex his itaq; tot præſentationibus ſubſequutis, quæ effectum ſortitæ fuere continuatis temporibus, rectè in poſſeſſione, iureq; eſſe dicuntur, vt veri etiam patroni, præfato à D.Ieſuele fun-
51 datore deſcendentes. quando etiam vnica præſentatio effectum ſortita ſufficeret, ad tradita plenè per *Ripam in d.cap.cùm Eccleſia Sutrina 3.nu.53. de cauſa poſſeſſionis, & proprietat.& ibid.Abb.nu.23. Crauetta cõſ. 124.num.1.Rota par.2.diuerſorum deciſ.17. nu.1.& apud S.memor.Gregor.XV. dict. deciſ.452.nu.14.15.17.18.& ſeq.& apud Duranum d.deciſ.87.nu.8.9.10.& ſeq.part.1.& dict. deciſ.199.nu.3.ead.part.*

Eſt itaq; noſter Riccardus à veris compatronis præſentatus,atq; ab his, qui in poſſione fuerunt, & ſunt præſentandi ab ipſis fundationis incunabulis, atq; ab omnibus.
52 Ipſi ergò iure omni optimo inſtitutio debetur. *d.cap.quoniam 3. cap.conſultationibus 19.de iure patronat.can.decernimus. 32. & can.Monaſterium 33.16. q.7.Rota apud*

Du-

Duranum d.dec.87.num.1. Non ab re ergò ipſe fecit, vt beneficium haberet, ſi legitimè
53 decertauit, vt inſtitutione coronaretur. ad Apoſtoli Pauli ſenſum 2 *ad Timotbaum* 2. 5.

Atq; ità ex his, Ariſtarchi non abiecta virga, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

Poſt longam, legitimam verò, habitam à Riccardo decertationem, vicit tandèm, atq;
54 inſtitutionis coronam accepit. perfecit ſanè ipſe, quod Ouid. 1. Amor. eleg. 10. conſilium dedit.

Perfer, & obdura, dolor bic tibi proderit olim.
Sępè tulit laſſis ſuccus amarus opem.

SVMMARIVM.

1 *Homines dùm vita vſura vtuntur plura habere decertant, vt commodiùs, abundantiùſq; viuant.*
Nudi ingrediuntur, nudiquè recedunt. num.2.
Opera ſequuntur illos cùm recedunt. n.3.
Alia autem omnia dimittuntur.
Qui verò remanent, vt dimiſſa babeant decertant. n.4.
Vndè lites, rixaq; ac ſępè etiam mortes.
5 *Cupido babendi inter omnia vitia, venena plurima ſpargit.*
6 *Inſtitui is debet ad beneficium iuris patronatus, qui à maiori compatronorum parte præſentatus fuit.*
7 *Iuris patronatus exiſtentia ex partis quoq; aſſertione probatur.*
Triplex eſt, bareditarium, gentilitium, & ex pacto, & prouidentia n.8.
Gentilitium verò, & ex pacto, & prouidentia non præſumitur, niſi probetur. num.9.
Ergò bareditarium. n. 10.
Ad quod bareditaria qualitas requiritur.
Abſq; illa, non proficit.
11 *Fœmina dotata in Regno, ſicuti à ſucceſſione excluduntur.*
Ità quoq; à iure patronatus, & præſentandi. & n.13.
Tùm etiam quia ſucceſſioni renunciant. n.14.
12 *Ius patronatus ius eſt vniuerſale, & cum vniuerſitate tranſit bonorum.*
Tranſit proindè cum vniuerſitate bonorũ renunciata. n. 15.
Ac ſucceſſione.
16 *Irregularis, ex bomicidio præſertim, beneficiorũ Eccleſiaſticorum incapax redditur.*
Ex bomicidio verò voluntario indiſpenſabilis. n.24.
17 *Diſpenſatio iuſtificari debet, obtenta.*
Et omnis Ordinarijs committitur extra Romanam Curiam.
Ratio redditur. n.18.
19 *Legitimè conſtare dicitur per plenas probationes.*
20 *Credenda non ſunt in bumanis, quæ non probantur.*
21 *Papa diſpenſare non præſumitur in tertij præiudicium.*
In beneficialibus pręſertim.
22 *Diſpenſatus ad beneficia iuris patronatus, ad illa præſumitur, quæ ſunt de familia.*
Et non cum tertij præiudicio.
23 *Diſpẽſationes omnes, ad beneficia prœſertim, ſunt odioſæ.*
Ideò ſtrictè interpretandæ.
25 *Appetentes primos accubitus, vt dent locum maioribus, iurè carpuntur. ex Domini ſententia.*
26 *Diſpenſatus ad vnum beneficium, non cenſetur ad aliud diſpenſatus. & n.28.*
27 *Plura duorum numero comprehenduntur.*
29 *Deſcendentiam ſufficit probare ab vltimo, qui præſentauit.*
30 *Præſentauit, qui ſemel, licèt intermedio non præſentauerit, non idcircò in futuris ſibi præiudicium intulit. & n.31.*
Et præſeruatur ſibi ius, & poſſeſſio per præſentationem aliorum. n.32.
33 *Aduerſarium in beneficio ſufficit excludere per non ius ſuum.*

ARGVMENTVM.

Inſtitui ad beneficium is debet, qui à maiori patronorum parte præſentatus fuerit. In beneficio verò hæreditario nullus præſentare valet, qui hæres non fuerit, quàmuis extraneus. Qui gentilitium eſſe ius patronatus aſſerere voluerit, ipſe probare tenebitur. Fœminæ in Regno dotatæ ſi hæredes non fuerint à iure patronatus excluduntur. ſufficit verò deſcendentiam probare

bare

bare ab vltimo, qui in poſſeſſione defunctus fuit. nec officit, ſi intermedio tempore quis non præſentauit, non enim ſibi præiudicium intulit in futuris præſentationibus; quin aliorum præſentatio ius præſeruat eorum, qui non interim præſentauere. Diſpenſationes omnes Ordinarijs demandandæ. Eæq; non iuſtificatæ, non proficiunt. Irregularis ex homicidio voluntario indiſpenſabilis eſt, ex decreto Sacri Concilij. Diſpenſatus ad vnum beneficium, ad aliud diſpenſatus non videtur, quòd diſpenſationes, ad beneficia prȩſertim, odioſæ cenſentur, ac propterea ſtrictè, præſsèq; interpretandæ.

RESPONSIO LXVII.

1 QVI vitæ huiuſcè vſura fruuntur homines, cùm hic ſunt, multa habere decertant, vt abundantiùs viuant; cùm verò hinc abeunt, vitæ termino facto, nihil ex il-
lis ſumere licet ſecum. Nudi proindè rece-
2 dunt, vt nudi ingreſſi fuere. *Nudus egreſſus*
ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar
illuc. Patientiſſimus Huſſita ille Iob. 1. 21. te-
3 ſtatus fuit. opera tantùm ſequuntur homi-
nes, ſiuè bona, ſiuè mala fuerint illa. *Opera*
enim illorum ſequuntur illos. Apocalypſis
14. 13. habetur. bona quidèm, vt remunera-
tione, mala verò, vt pœna afficiantur.
4 Dimittunt propterea quæ habuere om-
nia; ſed qui reſidui ſunt, relicta vt habeant,
& ipſi decertant, atq; ad prædam aſcendunt.
vt de Iuda diſceſſurus iàm prophetauit Ia-
cob Patriarcha. Geneſis 49. 9. *ad prædam*
aſcendiſti fili mi, dicens. hinc lites, hinc iur-
gia, hinc ſępè, frequenterq; mortes.
5 *Nec plura venena.*
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpiùs vllum
Humanæ mentis vitium, quàm ſæua cu-
pido
Indomiti cenſus.
Iuuenalis cecinit ſatyr. 1.

Hinc ſanè factum eſt; ex humanis abrepto, nobili ex gente nato, Clerico D. Indico Niſio Auerſano, nonnulla eius funere vacarint Eccleſiaſtica beneficia; inter ea quædam de iure patronatus laicorum. vnum Cappellania, alterum Iaconia nuncupatur, in Capella Sancti Ioannis intus Parochialem Eccleſiam Sancti Nicolai Auerſanæ Ciuitatis erecta, de familia Dominorum de Garganis. Facto loco compatronis, illi ex vna D. Scipionem Garganum Clericum præſentant, & cumulando D. Marcellum Landulphum Cathedralis Eccleſiæ Sancti Pauli Auerſanen. Cantorem, ſecundam ex quatuor dignitatem; ex altera verò Clericum Carolum Vitalem præſentant. Ad lites proindè inter ſe ſe inſurgunt; quiſq; eorum inſtituendus ſit? Litem dirimit ex Lateranen.
Concilio *text. in cap. quoniam 3. de iure pa-*
tronat. cui vim adiicit *Gloſſ.* verbo *qui ma-*
6 *ioribus*. ibidem. Eum ſcilicet eſſe inſtituen-
dum (decernens) qui maioribus ſuffragijs iuuatur; qui à maiori, videlicèt, patronorum parte fuerit præſentatus. & Gregorius Nonus in *cap. Eccleſia veſtra 57. de electione can. ſi fortè. 36. ac fin. diſt. 63. cap. ſi cui. 23. & cap. cùm expediat. 29. de electione lib. 6.* acceditq; Sceuola ex Iure Conſultis non ſecundus lib. 1. quæſtionum in *l. quod maior 19. ff. ad municipalem.* Rota apud *Card. Mantic. dec. 86. num. 4. & dec. 115. nu. 5. apud Card. Seraphinum dec. 885. nu. 2. apud* Duranum Epiſcopum Vrgellen. *deciſ. 87. numer. 1. & ſeqq. par. 1.* quæ eſt etiam in impreſſis apud *Viuianum* in praxi iuris patronatus *deciſ.* 110. *num. 1.* diximus plura *reſponſ.* noſtra *6. num. 8. & reſponſ. 14. num. 1. atq; reſponſ. 42. num. 1. part. 3.* Eſt verò à maiori parte patronorum præſentatus Landulphus. Ipſe ergò inſtituendus.

Et ſanè vt minorem firmam præſtemus,
7 laborandum. Porrò non eſt nobis colluctatio cum Vitali, de iuris patronatus exiſtentia; quoniàm eodem & ipſe principio nititur; ius hoc patronatus eſſe ex familia Dominorum de Garganis, vt dictum fuit apud *Card. Manticam dec. 166. in initio.* & apud *Duran. d. dec. 87. n. 4. & 5.* apud ſanct. mem. *Greg. XV. dec. 452. n. 1.* & ibidem *Beltram.* addens *n. 22.* Concertamus autèm de pertinentia, fuerit nè ipſe præſentatus ab his, qui in poſſeſſione ſunt præſentandi, vel quaſi, vt ad illos pertinere ius præſentandi di-
8 catur iurè, nec ſanè iniuria? Hoc verò ſubmouemus, ſi hoc firmemus principium. Ius iſtud patronatus hæreditarium eſſe, non verò gentilitium, ſiuè familiare, neq; ex pa-
9 cto, & prouidentia. Non ſanè ex pacto, & prouidentia, neq; etiam gentilitium, ſiuè familiare, quod id ex fundatione non probatur. vti tenentur, qui hoc aſſerunt. ex *Card. in clem.*

elem.plures.2.nu.6.in 6.q. de iure patronat. ibidemq; *Gloſſ.*verbo *hæredes.* & *Ancharan. in 2.notab.nu.5.ad tex.in can.conſiderandū* 35.vbi *Gloſſ.*1. q.7. Rota *apud Card.Seraphin.deciſ.*456 *nu.* *Gratianus forenſ. par.*3. *cap.*577.*nu.*44.*in fin.* *&* *nu.*45. diximus *reſponſ.*noſtra 83.*nu.*30.*part.*3.

10 Eſt ergò hæreditarium. Hæreditariam ergo qualitatem habere debebūt, qui ad illud præſentant, quàmuis extranei; neq; alias ſacta præſentatio firma erit, ſi qualitas illa deficiat hæreditaria. *Pariſ.conſ.*88.*num.*12.*lib.*2.*Gabriel in concluſionibus Iuris tit. de verborū ſignificat.concluſ.*6.*nu.*40.*Menochius de præſumptionib.lib.*4.*præſumpt.*91.*num.*2.*&* *ſeq. Claudius Tutius de iure patronatus q.*4.*nu.*6. *Marius Antoninus variarum reſolution. lib.*1.*reſolut.* 60. *num.*2. *Garſias de beneficijs part.*5.*cap.*9.*nu.*143.*Hieronymus Magonius deciſ.Lucenſ.*7.*nu.*4. *&* *ſeq.* *Caualcanus deciſ.*28.*num.*4.*part.*3.*Rota apud Duranum d. deciſ.*199.*nu.*12. *&* 13.*part.*1. diximus *d.reſponſ.*83.*nu.*29.*part.*3.

Hanc verò hæreditariam qualitatem, qui Vitalem præſentauere non habent, vt ſunt moniales illæ, tàm in Monaſterio Sancti Franciſci Auerſę, quàm in Monaſterio S.Annæ Ciuitatis Sueſſæ profeſſæ. Inutilitèr proinde præſentauere, qualitate illa non probata, quæ ius tribuit ad præſentandum, vt dictum eſt.

Veluti qualitate hac quoq; deſtituti videntur, qui illum præſentauere ex familia de Baratuciis, de Macedonijs, atq; etiam de Suardis: hi enim ex fœminis eorum proſerūt
11 deſcendentiam. Fœminæ autèm dotatæ ab omni ſucceſſione in Regno ex Regni *Conſtitutione In aliquibus* ſecluduntur. ergò, & à iure patronatus, & præſentandi hæreditario. Cùm nempè ſuorum parentum ipſæ hæredes eſſe non poſſint, neq; ad Iuspatronatus,
12 & præſentandi admitti poterunt: quod ius vniuerſale eſt, & cum vniuerſitate bonorum tranſit. ad *tex.in cap.ex litteris,*7. ibidemq; *Abb.de iure patronat.Achilles deciſ.*9.*de iure patronatus. Rota coram* Cardin. *Seraphino deciſ.*725.*nu.*1.*&* *ſequent. Alexander Raudenſis variarum reſolut. cap.*19. *num.*28. *&* *ſeq.Maceraten.variarum reſolut. lib.*1.*reſo-*
13 *lut.*60.*nu.*2.*in fin.&* *nu.*3. magiſq; in ſpecie de fœminis in Regno dotatis, quòd excluſæ omninò ſint: nimirùm, quòd deficiat in illis qualitas illa hæreditaria, quia hæredes non ſunt. ſequitur *Claudius Tutius de iure patronatus quæſt.*13.*Riccius par.* 1. *in praxi reſolut.*175. *Viuianus in praxi iuris patronat.lib.*4.*cap.*2.*nu.*48.*&* 49. *Ioannes Baptiſta Thoro voto* 82.*num.*4.*&* 5. diximus *re-*
14 *ſponſ.* noſtra 82.*nu.*27.*par.*3. Quibus accedit Renunciatio, quam bonis omnibus, vel moniales, vel cum matrimonio viris tradūtur mulieres, ampliſſimo, ac latiſſimo ſcemate faciunt in beneficium parentum, ac
15 fratrum. In illis enim, & ius patronatus includitur. vt plenè perpenſum fuit in Rota *apud Card.Seraphin.d.deciſ.*725.*nu.*1.*&* *ſeq. Puteus deciſ.*341.*par.*2. in nouiſſima impreſſione Romana. *Genuenſ. in praxi cap.* 101. *varia de iure patronat.num.*3. impreſſione Romana anno 1609. *Thoro d.voto* 82.*per totum,* præſertim à *nu.* 13.*&* *ſeq.* Renunciauere mulieres ſucceſſioni. ergò & iuri patronatus, ac præſentandi, quod in ſucceſſione includitur.

16 Firmioremq; Vitalis excluſionem reddit quòd ipſe irregularis eſt, atq; propterea incapax, qui beneficia obtinere valeat Eccleſiaſtica. hoc enim irregularitas, (ex homicidio potiſſimùm, ac præſertim voluntario) operatur; vt inhabilem reddat hominem ad beneficia obtinenda Eccleſiaſtica. ex *Abb.in cap.cum noſtris.*6.*nu.*22. *de conceſſione præbendæ. Megala variarum reſolut. par.*2.*reſolut.*139.*nu.*1.

Nec proficiet illi diſpenſatio Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. ad obtinēdum beneficia ſimplicia de iure patronatus dumtaxat. vt legitur in copia diſpenſationis in actis deductæ fol.33.

17 Cùm quòd diſpenſatio ipſa iuſtificata minimè fuit, vt oportebat ex Decreto Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.*22. *cap.*5. *de reform.* ad *tex.in cap.cùm venißent.*12. ibidemq; per *Gloſſ.* verbo *Iudicari, &* *Scribentes de Iudicijs.* Rota *apud Coccinum deciſ.*346. *nu.*5. 6. *&* 7. propter hanc cauſam Sacrum Conciliū diſpenſationes omnes extrà Romanam Curiam dandas, Ordinarijs committi mandauit, vt illi de veritate cognoſcerent expoſitorum, ne ſubreptionibus paterent, atq; obre-
18 ctionibus. *d. cap.* 5. ne deteriores ad delinquendum, ſeq; criminibus obſtringendum, diſpenſatione, & indulgentia homines fierēt. ex eodem Sacro Tridentino *ſeß.*25. *cap.*18. *de reformat.* Et hoc ipſum in litteris diſpenſationis Sanctiſſimus Ordinario Auerſano demandauit: *Quatènus conſtito tibi legiti-*
19 *mè de præmiſſis.* dicens. Legitimè verò (ideſt per probationes concludentes) non id conſtitit. legitimè namq; aduerbium hoc, plenas probationes importat. *Marſil conſ.*2.*nu.*47.*cum ſequent.Rota deciſ.*189 *ſub nu.*4 *par.*4. *diuerſorum collecta per Farinac.* nō itaq; iuſtificata gratia fuit diſpenſationis. Et ſanè attendantur narrata. Inueriſimilitudinem quippè non paruam habent: vt his, qui à Cane inſectabatur, mulierem interimeret, quæ longè ſatis diſtabat. Nulla porrò cauſa, vt ipſemet aſſeruit, tenebatur, vt viridarium ingrederetur, (qui Neapolim pergebat, & iter eum proſequi oportebat) niſi quòd mulieres in illo erant, quæ elaborabant. curiosè proindè ingreſſus fuit. ſic in diſpenſatione: *Dictum Carolum quodam viridarium, in quo nonnullæ mulieres elaborabant curiosè ingreſſum, &c.* mulier, quæ longè agebat, ſclo-

Digitized by Google

peto exploſo vulnerata fuit, canis verò, qui
propè vrgebat, (ſi credere dignum) nihil ac-
cepit mali; nec amplius de cane, muliere iam
proſtrata, auditum. Cur ſtatim cùm ingre-
deretur, cane inſectante non abijt, qui nulla
alia tenebatur cauſa, vt viridarium ingrede-
retur, niſi vt curiosè laborātes mulieres aſpi-
ceret? ſclopetum, vt expoliri curaret,
Genitore mandante acceperat; vt ipſe
aſſerit, non itaq; aptum vt explodi poſſet. &
quo nam pacto iuxta pila onuſtus inuentus,
vt exploſus mulierem proſterneret, canem
autem inoffenſum dimitteret, quem ante
pedes habebat, mulierem verò à lōgè. E lo-
co verò Criſpani, nobilis vir Neapolim ſo-
lus, atq; pedeſter ibat, qua canum natura
20 eſt, nouimus. *Niſi videro, & tetigero, nō cre-
dam.* Thomas de Chriſto rediuiuo, quē re-
ſuſcitatum non credebat, Apoſtolis nuncu-
pantibus dixit. *Ioan.* 20.25. & nos credemus
næniis narrantis; vt ad beneficia irregularis
admittatur in tertij præiudicium, eorū, qui in
Eccleſiæ ſeruitio deſudauere? quod præſu-
21 mendum non eſt; cùm Papa, (in beneficiali-
bus præſertim) cum tertij præiudicio diſpē-
ſare minimè cenſeatur, vt poſt alios in his
terminis perpendit, *Maccraten. variarum
reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 105. *nu.* 6.
22 Tum quòd diſpenſatio (quatenùs firma
habenda eſſet, (quod inficias imus) exaudiri
debebit de beneficijs de iure patronatus
(fortaſſis de familia,) quæ illi iure deberen-
tur, niſi aliàs irregularitatis impedimento
detineretur, non ſanè quòd in cōcurſu alio-
rum præſentatorum, qui nullo detinentur
canonico impedimento, ipſe quidquā profi-
23 cere valeat. Diſpenſationes quippè omnes, in
beneficijs præſertim, odioſæ eſtimātur, qua-
rè ſtrictim interpretandę erunt. ex Bonifacio
VIII. in *cap.* 1. § *fin. de filijs presbyterorum in*
6. & in *cap. cùm in illis.* 16. *& cap. non poteſt*
21. *de præbend. in* 6. expreſſiuſq; in *cap. quā-
uis.* 4 *eodem.* illis verbis: *litteræ tamen ſuper
obtinendis beneficijs impetratæ, debent, (cùm
ſint ambitioſæ) reſtringi.* Si reſtringendas
Summus Pontifex, & Legislator Bonifacius
dixit; quis illas latè, laxèq; interpretandas aſ-
ſerere audebit? & ita *Gambarus de officio le-
gati lib.* 10. *nu.* 224. *Hoieda de incompatibi-
litate benefic. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 78. *Cauallos
communium contra communes. p.* 3. *q.* 829. *à
nu.* 1. *cum ſeq. Garſias de benefic par.* 1. *cap.* 6.
nu. 58. *cum ſeq.*
Vt quid igitur nunc ipſe, qui nec præſen-
tatus fuit à patronis ius præſentandi haben-
tibus, neq; impedimento irregularitatis ob
24 mulieris illius necem (fortaſsè voluntariam,
ac conſequentèr indiſpenſabilem. ex Sacro-
ſancta Tridentina Synodo. *ſeſſ* 24 *cap.* 6. *de
reformat.*) legitimè ſolutus fuit; quòd non
adhùc, extortam, verificauit diſpenſationē,
alijs ſe parem facit, qui & præſentari à veris
fuere patronis, nulloq; canonico detinentur
impedimento, ne inſtitui iure valeant, vt il-
25 lis præferri poſſe præſumat? At ſatiùs age-
ret, ſi in nouiſſimo recumberet loco, cùm
appetenti primos accubitus, iure dicatur ei,
nec ſanè iniuria. *Da huic locum.* iuxta Euan-
gelicum præceptum à Domino datum.
(*Lucæ* 14.8.) ne fortè cum rubore incipiat
nouiſſimum locum tenere.
26 Quibus accedit, quòd (iac, firma diſpenſa-
tio eſſet, atq; legitime iuſtificata, quod tamē
abnuimus, vti probauimus) neq; ſic tamen,
ſi ipſe à veris patronis præſentatus fuiſſet,
beneficium obtinere valeret, cùm iam aliud
obtineat beneficium. Diſpenſatio autē fuit
*ad ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica de iure
patronatus tātum, & dummodò plura ſimul
27 non ſint.* Plura autèm duo eſſe intelliguntur.
regula *pluralis locutio* 40. *de regulis iuris in*
6. ſic nempè illa: *Pluralis locutio duorum nu-
mero eſt contenta.* idemq; docuit Vlpianus
lib. 37. ad edictum in *l. vbi numerus.* 12 *ff de
teſtibus.* Papa verò diſpenſauit ſub condi-
tione, dummodò plura ſimul non ſint. non
28 itaq; duo eſſe eodem tempore poterunt.
tex. eſt ſatis expreſſus in *cap. non poteſt.* 21.
de præbend. in 6. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *mo-
dicum. Creſcent. deciſ.* 1. *de rebus Eccleſiæ nō
alienand. nu.* 6. quem ſequitur *Gonzalez ad*
8 *regulam Cancellar. Gloſſ.* 14. *nu.* 56. Omni-
modis itaq; Vitalis à prætenſo beneficiorum
conſequendorum cogitatu excluditur. pro-
ſtrauimus ergò Aduerſarium. erunt igitur
firma iura pro Landulfo.
Minorem proindè, quam probandam
ſuperiùs dimiſimus, aſtruimus. eſſe illum
à maiori compatronorum numero pręſen-
tatum.
Præſentatur nempè ipſe, quemadmodùm
& D. Clericus Scipio Garganus à Domino
Antonio Gargano Principe Durazani, filio
quōd. Thomę Gargani, qui aliàs in poſſeſſio-
ne fuit præſentandi.
A D. Aloyſio Gargano Marchione Mon-
tis Falconis filio quōd. Petri Antonij Báro-
nis Frignani maioris.
Ab Ignatio Monitio hærede quōd. Anto-
nij Gargani. A Domino Thoma Gargano
Canonico Cathedralis Neapolitanæ filio
quond. Mutij, filij quond. Ioannis Michaelis
Gargani.
A Domina Dianora de Motta hærede
quond. Marci Antonij Gargani.
A Domino Sarro de Motta filio, & hære-
de quond. Lellæ Garganæ, filiæ, & hæredis
quond Aſcanij Gargani.
Ac demùm ab Oeconomis SS. Annuncia-
tæ Auerſæ hæredis quond. Hieronymi Gar-
gani, quæ etiam in poſſeſſione eſt præſen-
tandi.
Hi omnes qui præſentauerunt in quaſi
poſſeſſione ſunt præſentandi, vel per ſe ipſos,
vel per ſuos anteceſſores, à quibus deſcen-
dentiam probauere; quod ſatis, ſuperq; eſt,
vt

29 vt dictum fuit in *Regien. iuris patronatus 10.Iunij 1623.coram Pirouano deciſ.17.nu. 4.apud Viuianum in praxi iuris patronatus.* & *in Mediolanen. iuris patronatus 8.Iunij 1618.coram eodem Pirouano deciſ.74.nu.1. apud eund. Viuianum.* Rota apud *Card. Seraphin.deciſ.1334.nu.8.apud Caualer. deciſ. 382.num.1. & apud S memoria Gregor.XV. deciſ.349.nu.1.& deciſ.452. nu.* 17. vbi *Beltraminus* Addens. diximus alios quoquè referentes *reſponſ.* noſtra 83. *numer.* 17. *part.3.* & maiorem patronorum partem abſumunt.

Neq; obſtaculum faciet Mutium patrem D.Thomæ Gargani non pręſentaſſe, cùm beneficium obtinuit D. Indicus Niſius, cuius ob ſupremum diem beneficium nunc vacat.
30 Non præſentauit quidèm, quòd abſens eſſet, vnde nec notitiam, ſcientiamq; vacationis habuit; in nihilo ſibi præiudicium intuliſſe, cùm Dominus Ioannes Michael eius Genitor præſentauerit, atq; ius conſeruauerit præſentandi. & nihilominùs non probatur, Mutium non præſentaſſe, nàm licèt in pręſentationibus productis ipſius Mutij memoria non habetur; potuit tamen ſeparatim præſentare, vel aliorum præſentationi con-
31 ſentire. & vt durius: quando ipſe non præſētaſſet, & negligens in hoc fuiſſet illa vice, non tamen præiudicium ſibi intuliſſet in alijs pręſentationibus in poſterum faciendis. vt poſt *Federicum de Senis conſ.102.nobilis quidam patronus in vltimo dubio.& Abb.conſ.53.ſiue 54.nu.3.part.1. Ruinum conſ.50. nu.10. lib.5. Natt.conſ.446. num.18. Ioa.Baptiſt. Ferrett.conſ.132. num.2.* ſequuta fuit apertiſſimè Rota apud ſanct.memor.*Gregor.XV.*
32 *deciſ.452.num.7.& 8.* & nihilominùs per præſentationem aliorum compatronorum fuit conſeruata eius poſſeſſio, vt ſæpè reſolutum fuiſſe in *Rota* refert idem *Gregor.XV. d.deciſ.452.num.9.* & nos latè ſatis deduximus, omnes quot quot inuenire potuimus referentes, *reſponſ.* noſtra *6. à num.30. cum ſeqq. ad 37. part.3. & apud ſanct.memor. Gregor.XV.deciſ.417.nu.9.&* 10.& ibidem *Beltram n.15.*

A maiori itàq; patronorum parte præſentatus cum fuerit noſter Dominus Landulphus, quæ erat minor, quam probandam ſuſceperamus, in propoſito ab initio ſyllogiſmo; ipſe vtiq; inſtituendus erit. Vt ſat, ſu-
33 perq; fuerit Aduerſarium excluſiſſe per nō ius ſuum. poſt *Compoſtellanum in cap mandatum 38.de reſcript. Rota deciſ.5. vt lite pendente in antiquis, & apud Cardinalem Caualerium deciſ.606.num.11.apud Duranum deciſ.278.num.3. & deciſ.350.num.1. part.2. Cardinal.Tuſcus tom.1. lit.A concluſ.117. num.29.* Lis ergò pro Domno Landulpho finem videbit, vt ipſe inſtituatur, cenſuq; maiori abundantiùs, dùm vitali fruetur aura viuere poſſit.

Atq; ità ex his, quæ ab Ariſtarchi cōſpicilijs collimati non abnuimus, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Manutentiò datur penſionario, qui in poſſeſſione eſt exigendi.*
Etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio.
Etiam quòd ipſe non ſoluerit.
Ratio affertur.n.2.
Quamuis per vnicum actum ſolutio numeratò, & de pręſenti facta fuerit.n.3.
Præſertim ſi in poſſeſſione eſt exigendi ab alijs conſucceſſoribus.n.8.
Etiam ſi per partem. n.9.
Ratio *affertur. n.10.*
2 *Ius metimur à poſſeſſore in materia penſionis, non à beneficiarijs, qui mutantur.*
4 *Mandatum de manutenendo vt relaxari valeat pro penſionario aduerſus titularem, etiam ſucceſſorem, duo requirūtur.*
Reſeruatio, & poſſeſſio exigendi.
Quibus probatis manutentio ei denegari non poteſt.nu.11.
5 *Penſionis ſolutio facta per Cameram Apoſtolicam, quàmuis poſſeſſionem non firmet, dat tamen maximum argumentum, penſionarium in poſſeſſione eſſe exigendi.*
6 *Camera Apoſtolica, quæ in fructibus iure ſpolij ſuccedit, ipſa penſionem ſoluere tenetur.*
Et æs alienum conflatum, vt ſe beneficiarius aleret.n.7.
10 *Cauſa vniuerſalis potiùs attenditur in materia ſolutionis penſionis, quàm ſolutio ipſa particularis.*
12 *Valor beneficij probandus eſt per penſionarium.*
Declara, ſi penſio conditionalitèr reſeruata fuit.n.13.
Secùs ſi ſimplicitèr, & abſolutè.
Limita, ſi penſionarius in poſſeſſione eſt exigendi.n.14.
15 *Penſio onus eſt beneficio inuſtum, ex fructibus ſoluendum.*
Vndè ſucceſſorem quoq; afficit.
16 *Penſionarius hypothecariam obtinet ſuper fructibus beneficij.*
Et proindè etiam ſucceſſor tenetur ſoluere.n.17.
Vel beneficium dimittere.
Et etiam perſonalem aduerſus beneficiarium ratione obligationis, & quaſi contractus.n.19.

18 *Hypothecaria rem perſequitur.*
Etiam aduerſus ſucceſſorem.
19 *Beneficiarius quaſi contrahere videtur cum penſionario beneficium acceptãs de ſoluendo penſionem.*
Hinc perſonalis etiam oritur actio.
20 *Penſionis pro exactione duplex competit actio.*
Hypothecaria ſuper fructibus.
Perſonalis aduerſus beneficiarium.
21 *Litteræ, ſeù Bullæ reſeruationis pẽſionis notificari debent ſucceſſori, vt eum afficiant.*
Quod exauditur quòad cenſurarum incurſum tantùm.
Licèt Galleſius illam ſententiam, quòd intimari debeant, non iuſtam putet. n. 23.
Poterit tamen ſucceſſor condemnari dato certo termino ad ſoluendum, alioquin quòd relaxabitur mandatum executiuum. n. 24.
Et in ſubſidium excommunicatio.
Sufficit autem ſucceſſorem notitiam habere de reſeruatione. n. 25.
Etiam per litteras coràm Executore præſentatas.

ARGVMENTVM.

Penſionario, qui in poſſeſſione eſt exigendi, etiam per vnicum actum manutentio datur, etiam aduerſus ſucceſſorem, ſi de duobus conſtet, de reſeruatione ſcilicet, & de exactione numeratò, & de præſenti facta. Qui in poſſeſſione eſt exigendi valorem iuſtificare non tenetur. Penſionario hypothecaria competit aduerſus beneficium, & fructus, atq; etiam perſonalis aduerſus beneficiarium. Et nùm ſucceſſori Bullæ, ſiuè litteræ ſint intimandæ reſeruationis penſionis, vt illum afficiant, quòad cenſuras potiſſimùm?

RESPONSIO LXVIII.

1 FIrmum, ſtabileq; ſatis, ſuperq; eſt, vt dubitationem omnem excludat: Manutentionem dandam eſſe penſionario, qui in poſſeſſione eſt exigendi penſionem, etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio, qui nunqu. in alias ſoluit.
2 Quia nimirum à poſſeſſore ius metimur in hac re, quod non mutatur, neq; variatur perſonarum mutatione in beneficio ſuccedentium, ex Vlpiano lib. 17. ad edictum in *l. ſtipulationum 2. § ex his igitur, ff. de verborum obligat.* dicente, & rationem afferente: *Non enim ex perſona hæredum conditio obligationis immutatur: & ideò ſi diuiſionem res promiſſa non recipit, veluti via, hæredes promiſſoris ſinguli in ſolidum tenentur.* ſequiturq; Rota apud *Puteum decis. 151. lib. 3. Guido Pap. dec. 628.* & in his noſtris terminis ſequuta fuit Rota apud ſanct. memor. *Gregor. XV. dec. 275. num. 1. & 2.* ibidemq; *Beltram.* addens *num. 17. & 19. & dec. 313. num. 3.* & ibidem *Beltram. num. 6. Gigas de penſion. quæſt. 97. num. 10.* eadem Rota apud *Card. Seraphin. decis. 876. num. 1.* & dictum quoq; fuerat in *Regien. penſionis 11. Decembris 1587. coram Card. Phamphilio decis. 43. num. 2.* apud *Statil. Pacific. de Saluiano interdicto.* & apud *Duranum* Epiſcopum Vrgellen *dec. 48. num. 2. par. 1.* qui teſtatur prædictam deciſionem *Guid Pap. 629.* pluriès per Rotam canonizatam fuiſſe. *Grattan forens. par. 1. cap. 113. num. 16. Rota par. 1. in recentiorib. deciſ. 508. nu. 1. & ſequent. & par. 1. diuerſorum deciſ. 99. nu. 11.* vbi pluries ita Rotam definiſſe refert, ſequutam dictã *Guidonis deciſ. 629.* & ſequuta fuit in *Vrbeuetana cenſus 22. Iunij 1635. coram Motmanno deciſ. 62. nu. 25. 26. & 27. par. 7. recentiorum per Rubeum.*
3 Quàmuis per vnicum actum ſolutionis poſſeſſio numeratò factæ ac de præſenti probetur. ex *Roland. conſ. 311. nu. 7. Ripa in cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. nu. 53. de cauſa poſſeſſionis, & propriet. Vrſillus ad Afflict. decis. 395. nu. 2.* & dictum fuit in *d. Regien. penſionis coram Pamphilio d. decis. 43. num. 1. & seq.* apud *Statilium Pacificum.* & in alia *Regien. penſionis 26. Iunij 1598. coram Vbaldo apud Marchesan par. 1. decis 19. n. 1. fol. 616. & in Romana penſionis 13. Iunij 1597. coram eodem Card. Pamphilio. decis. 14. sub num 2. verſic. de quaſi enim poſſeſſione apud Marchesan. d. part. 1. fol. 613.* apud *Cardin. Caualer. decis. 240. nu 1. & decis. 379. num. 6. Gratian. forens. d. part. 1. cap. 113. nu. 2. & seq. & n. 16.* Rota *apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *decis. 73. nu. 3. part. 1.* & in *poſthumis per Farinac. part. 1. decis. 193. nu. 2. et par. 2. in eiſdẽ decis. 382. num. 2.*
4 Duo nempè perquiruntur, vt mandatum relaxetur de manutenendo penſionario, exi-

gendi

gendi penſionem; vt de litteris doceatur reſeruationis; & de quaſi poſſeſſione exigendi, etiam per vnicum actum numeratò, & de præſenti, vt perpendit Rota in *Hiſpalen. penſionis 4. Nouembris* 1575. *coram Gruſſis*, quę eſt in impreſſis *par. 1. diuerſorum decis.* 348. *num* 4. quam ſequuta fuit eadem *Rota apud Card Caualer. d. decis. 249. nu. 2.*

De vtroq; autem in hac facti ſpecie Dominus Epiſcopus Iuuenacen. docet; de litteris quidem reſeruationis, atq; etiam retentionis, poſtquàm ad Epiſcopatum aſſumptus fuit, per originalia producta, relicta etiã copia: & de quaſi poſſeſſione per partitas ſolutionis à prædeceſſore pecunia numerata, atq: de præſenti, per plures partitas per In-
5 ſtrumenta manu publici Notarij: & per ſolutionem poſt ſuprema funera prædeceſſoris per Cameram Apoſtolicam factam; quæ licèt quidèm ex ſe quaſi poſſeſſionem exigẽdi non probet, non modicum tamen argumentum, atq; adminiculum præbet, penſionariũ per priùs in poſſeſſione exigendi fuiſſe. non enim ſoluiſſet aliter. vt dictum, perpenſumq; fuit apud S. memor. *Gregor. XV. d. deciſ.* 275. *num.* 8. *&* 9.

6 Porrò Camera cùm in fructibus, ſpolij iure, ſuccedat; ipſa quoq; in onere ſuccedit ſoluendi penſionem ex fructibus. *Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 8. nu. 23. & 24. Rota apud Coc-*
7 *cinum deciſ. 327. nu. 1. & 2.* quemadmodùm tenetur quoq; ſoluere æs alienum, quod vt ſe aleret beneficiarius conflauit: ad *tex. in c. 1* ibidemq; *Abb. nu. 2. de ſolution.* & ibidèm *Barboſa in collectanea. nu. 2. & 3. Redoan de ſpolijs Clericor. q. 10.* præſertim *nu 4. & ſeq. tomo 14. tract. ſol. mihi 250. Iacobus Antonius de Mauro allegat. 34. nu. 3. Nauar. de ſpolijs Clericorum* §. 10. *nu. 6. & 7. Ioannes Azor. Inſtitution. moralium lib. 8. par. 2. cap. 3. q. 3. Gratianus forenſ. part. 1. cap. 94. num. 30. 31. & ſeq.*

8 Manutenendus eſt itaq; in ſua exigendi poſſeſſione Dominus Epiſcopus, etiam aduerſus ſucceſſorem; qui in poſſeſſione quoq; reperitur exigendi ab alijs conbeneficiarijs, qui poſt prædeceſſotis ſuprema funera ſucceſſere. §. *retinendæ Inſtitution. de interdict. Rota apud* Card. *Caualer. d. deciſ. 249. nu. 1. & 2. & d. deciſ. 379. per tot.* in qua etiam *nu 4. & 5.* allegat deciſionem in Pampilonen. penſionis 16. Ianuarij 1613. *coram Illuſtriſ-*
9 *ſimo Damaſceno.* ſuffragari ad manutentionẽ dandam etiam ſolutionem partis termini ad poſſeſſionem acquirendam. & dictum quoq; fuit in *Campanien penſionis* 20. *Iunij* 1611. *coram Vbaldo apud Marcheſanum par. 1. deciſ. 18 fol. 615. Rota par. 4. diuerſorum per Farinac. collecta deciſ.* 681. *Gratianus forenſ. part. 5. cap. 921. nu. 3. & 6.*

10 Quia nimirùm magis attenditur vniuerſalis cauſa, ex qua fit ſolutio, vt putà reſeruatio, & obligatio totius pẽſionis, quàm particularis ipſe actus ſolutionis. vti perpenſum fuit in *Cuſentina pẽſionis 19. Ianuarij* 1632. *coram Durano deciſ. 324. nu. 3. 4. & ſeq par. 2.* & apud S. memor. *Gregor XV. deciſ. 537. n. 2.* ibidèmq; *Beltramin. nu. 11.*

11 Quam ob cauſam, neq; poterit ei manutentio denegari, quæ iurè ſibi debetur. ad *tex in cap. querelam.* 24. ibidèmq; *Gloſſ.* in verbo *per multa tempora. & Abb. nu. 11. de elect. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 71. n. 4. & deciſ 72. nu. 1. & d deciſ. 379 num. 2. & ſeq. & apud Coccinum deciſ. 354. num. 1. & ſeq.* & dictum fuit in *Arboren. Canonicatus* 8. *Martij* 1632. *coram Merlino deciſ. 107. n. 2. part. 6. diuerſorum nouiſſimarum per Rubeum.*

12 Somnia ſunt igitur, quæ Aduerſarij ſomniarunt, ne ſoluãt: Non probaſſe Epiſcopum
13 verum valorem dicentes: Cùm quòd Epiſcopo penſio non conditionalitèr, ſed abſolutè, atq; ſimplicitèr, facta renunciatione beneficiorum, reſeruata fuit, vt patet ex litteris reſeruationis iam præſentatis. per *Rotam par. 2. in recentioribus deciſ. 23. nu. 1.*

14 Tum quòd (ſiac conditionalitèr reſeruatã fuiſſe.) Eſt tamen *ipſe* in poſſeſſione exigendi. ab omni proindè eſt onere ſubmotus valorem probãdi. *Butrius in cap. cùm veniſſent. nu. 12. & Imol. nu. 11. de inſtitut. Abb in d. cap querelam. 21. nu. 2 de elect. Rota in poſthumis par. 1. deciſ. 429. nu. 4. & apud Cardin. Manticam deciſ. 196. num. 2.* quæ eſt etiam in impreſſis apud *Marcheſan. par. 1. deciſ. 33 n. 2. fol,* 628. in Vercellen. penſionis 26. Iunij 1592. coram Mantica.

15 Penſio autem cùm onus beneficio ſit iniunctum, ex fructibus ſoluendum, ſucceſſorẽ quoq; in illo afficit. *ca. niſi eſſent.* 21. ibidèmq; *Doctor. de præbend. extrà. can. ſi quis laicus. 42. 16. q. 1 Abb. d. cap. quarelam. 24. nu. 3. de electione. Gigas de penſionib. q. 39. num. 1. & q. 40. nu 1. & q. 43. & 47. nu. 1. & conſ. 144. nu. 9. & 10. Pariſius de reſignat. beneficiorum lib. 1. q. 8. nu. 30. & lib. 6. q. 2. nu 92. cum ſeq. ad num. 97. Ioan. Azor. Inſtitut moralium par. 2. lib 8. cap. 8. q. 14. & 15* Rota *apud Cardin. Manticam deciſ. 224 nu 1. & deciſ 273. num 2.* & apud S memor. *Gregor XV. deciſ. 507. num. 1. Gonzalez ad regulam 8 Cancellar. Gloſſ 34 num 46. in fin. Gratian. forenſ. part. 3. cap. 535. num* 4.

16 Hanc proindè ob cauſam penſionarius hypothecariam obtinet ſuper beneficij fructibus, ſuper quo penſio ipſa impoſita eſt. *Gigas de penſ. q. 51. nu. 1. & ſeq. Roman. conſ. 388. nu. 3. Euerard. conſ. 147. num. 4. & 5. Verallus. deciſ. 302. aliàs 7. de penſion. nu. 4. & 5. part. 2.* Rota in *Cuſentina pretenſę confidentię* 1595. *coram Orano deciſ.* 102. *nu.* 18. *in fin. poſt 1. vol. conſil. Farinac. Gratian. forenſ. part. 1. d. cap. 94. nu. 51. & 52.*

17 Huius itaq; hypotecariæ ratione, Beneficiarius, qui in beneficio ſucceſſit prædefun-

ćti

Digitized by Google

Neq; titulus à quocunq; Superiore ſit datus.n.16.
Sed legitimus requiritur, qui poteſtatem dandi habeat.
Neq; locum habet in his, quæ ab alterius procedunt, pendentq; voluntate.
Neq; etiam in ſpiritualibus.n.25.
Neq; abſolutè, vniuerſimquè procedit. num.23.
18 *Conditio nihil interim in eſſe ponit.*
19 *Voluntas cum errore eſſe non poteſt.*
Et error directè cum voluntate pugnat.
Atq; voluntarium tollit.
20 *Errans conſentire non videtur.*
Quia nullum eſt errantis conſenſus. n.21.
Et hæc regula nullam admittit reſtrictionem.n.23.
21 *Conſenſus eſt duorum, vel plurium ſenſus in idem.*
Conſenſus cum errore non eſt.
Vndè nihil operari valet.n.24.
26 *Profeſſio eſt nulla, ſi Nouitius fuerit receptus in* Conuentu *non deſignato per litteras Sanctiſſimi pro Nouitiorum receptione.*
Ex decreto Clementis *VIII.*
Quæ innouauit Vrbanus VIII.n.27.
28 *Nullum quod eſt, tanquàm ex cauſa non exiſtente, nullum producit effectum.*
29 *Religiones à regulæ obſeruatione dilapſas ad obſeruantiam reuocare* Clemens *VIII. intendit.*
Id autem præſtatur per Iuuenum optimā informationem.
Proindè decreta mandauit, vt illi in Monaſterijs deſignatis pro Nouitiatu *educarentur.n.30.*
Alioquin profeſſiones eſſent nullæ. n.31.
Et vt Nouitij *non reciperentur ſine licentia Sanctitatis ſuæ. n.32.*
Vel Sacræ Congregationis.
Vel Ordinarij.
Validauit tamen profeſſiones nonnullorum, qui ità profeſſi fuerant.n.33.
Facultatemq; conceſſit eidem Religioni Nouitios in poſterùm admittēdi, etiam non habita huiuſmodi licentia.
Et hanc prohibitionem omninò de medio ſubſtulit Vrbanus VIII.n.41.
Supra modum tamen premere viſus eſt, vt Iuuenes optimè educarentur.n.39.
Propterea nunquàm diſpenſare viſus fuit in locis pro Nouitijs recipiēdis.& n.40.
34 *Gratia regulatur ſecundùm ſupplicata, nec vltrà progreditur.*
Vndè ſententia ſecūdum tenorem reſcripti dirigenda.
Neq; extendenda de caſu ad caſum.nu.35.
In materia præſertim correctoria.
Et in qua de dipenſatione agitur.
36 *Diſpenſatio relaxatio eſt rigoris, & legis.*
Et idcircò odioſa æſtimatur.
Vndè ſi plura fuerint obſtacula, diſpenſatio in vno eorum facta, ad aliud non extendetur.n.37.
Tot proindè perquiruntur diſpenſationes, quot obſtacula fuerint.n.38.
42 *Clauſula* (Non obſtantibus) *non ità laxè exaudienda erit, vt vltrà terminos diuagetur gratiæ conceſſæ.*
Sed in caſu ſpecificato dumtaxàt operetur, non vltrà.

ARGVMENTVM.

Profeſſio contractus eſt vltrò, citròquè obligatorius, duorumq; conſenſu perficitur, Religionis, & profitentis. Si vnus eorum deficit, contractus nullus eſt. Superior eſſe debet, qui Religionis nomine profeſſionē recipiat, quòd ſi proprio nomine illam receperit, nulla eſt. Quid ſi Superiores legitimi ratam illam habeant? & an in hac re ratihabitio admittatur? Quid autem ſi communi errore Superior ab omnibus habebatur, an validæ profeſſiones ſint? ad intellectum *l. Barbarius.* 3. *ff. de officio prætoris*. & quid in ſpiritualibus? Nùm verò nullæ ſint putandæ profeſſiones, ſi Nouitij in Nouitiatibus nō deſignatis iuxtà formam decretorum Clementis Papæ VIII. & Vrbani etiam VIII. recepti fuerint? pluraq; ad explicationem dictorum decretorum Clementis, & Vrbani.

RESPONSIO LXIX.

SVnt nullæ, inualidæq; profeſſiones per
Fratres N.N. in Religione emiſſæ N. Et
quòd illæ à non legitimo ſuperiore ſu-
ſceptæ;& quòd contra formam decreto-
tum Clementis Papæ VIII. emiſſæ fuere.
1 Probatur primum. Eſt nempè profeſſio
contractus onerosus vltro citroq; obligato-
rius, quo & Religio Monacho profitēti ad il-
lum retinendum,alendumq; atq; iuxta reli-
gionis inſtitutum tractandum, habendumq;
obſtringitur; viciſſimq; religioni addicitur
profeſſus ad viuendum in ea, eiq; inſeruien-
dum iuxta religionis ipſius regulam, & inſti-
tutum. *cap.porrectum 13.et cap.ad Apoſtoli-
cam 16.de regular.Nauar.conſ.26. orta ſunt
grauia dubia nu.1.lib.3.de regularib.Decia-
nus conſ.18.nu.9.lib.3. Gerius Spinius conſ.
1.nu.*5.diximus *reſponſ.* noſtra 54. *num.*11.
2 *part.*3. Sicuti verò in reciprocis alijs obli-
gationibus, atq; contractibus contrahentis
vtriuſq; conſenſus exigitur. *l. in omnibus ne-
gotijs.56.ff.de actionibus.et obligationib.l.ſi-
3 cut initio* 5.*C.de eodem.* Ita planè, & in illo
profeſſionis contractu vtriuſq; profitentis vi-
delicèt,atq; recipiētis religionis,cōsēſus ex-
quiretur:qua de cauſa nihil omniuò erit ſpō-
tè ſe profitēdū offerre,niſi qui religionis no-
mine,ab eaq;deſtinatus Superior,profeſſionē
recipiat, admittatq; adfuerit,viciſſimq; Reli-
gionem profitenti obliget, vt ille religioni
obſtringitur. *d.cap.porrectum. 13. cap. ſicut
tenor.*15.*& cap.ad Apoſtolicam 16. de regu-
larib.extrà.Gloſſ.*1. *in cap fin. eodem titulo in
6.& cap.1.& 2.eod lib.6. Calderin.conſ.26.
Profeſſus quidam.de regularib. Nauar d.cōſ.
26.nu.1.& conſ.40.Matthæus profeſſus. nu.
2.lib.3.de regularibus.Ioannes Azor. Inſti-
tut.moralium part.1.lib.12.cap. 5.q.3. Bar-
boſ.in collectan.ad d.cap.porrectum.13. nu.
3.& 4 Rodriquez quæſtionum regularium
lib.3.q.17.art.7.in fin.& art.11.& 12.Tho-
mas Sanchez opere morali tom.2.lib.5. cap.4.
nu.62.Frater Hieronymus Rodricus reſolut.
101.nu.63.Decianus d.conſ.18.num.9 .lib. 3.
Gerius Spinius d.conſ.1.nu 5.6. & 7 & ſeq.
Nauar.commentar.4.de regularibus. nu. 74.
d.reſponſ.*noſtra 54.*nu.*13.*par.*2.
4 Emittenda itaquè omnimodis profeſſio,
vt legitimè illa facta dicatur, in manibus le-
gitimi religionis Superioris erit. non ergo
ſat fuerit ſi illa in manibus emologetur Epi-
ſcopi,quāmuis loci Ordinarij.Quia nimirum
religionis ipſe Superior non eſt.Qua de cau-
ſa religioni profitentem incorporare haud
poterit, neq; illam ei obnoxiam reddere ad
retinendum,eumq; alendum, atq; tractan-
dum iuxtà religionis ipſius inſtitutū. Clau-
dicabit propterea religionis ex parte per-
quiſitus per eam conſenſus. *Nauar.conſ.*27.
*P.profeſſus nu.2.& 3.& d.conſ 40.ſub nu 2.
& 4.de regularib.Calderin. d.conſ.26. de re-
gularib.Sanchez.d.cap.4.num.62. Barboſ.ad
dictum cap.porrectum 13.num.7. Lezana in
ſum.quæſtion.regularium.tom.4.*verbo *pro-
feſſio regularis. nu.*13.
5 At qui verò, qui Fratrum prædictorum
profeſſiones recepere, legitimi non fuere
Superiores, quia non legitimè electi, neq;
confirmati ab habente poteſtatem. non er-
gò poteſtatem habuere religioni illos in-
corporandi. vere itaq; profeſſi haud fuere,
nullæ proinde eorum profeſſiones, atq; in-
ualidæ. *d.cap.ad Apoſtolicam 16.de regulari-
bus.*illis verbis: *Abbate per ſe,vel per alium
recipiente.*notantq; ibidem *Innocent.* quem
ſequitur *Panormit. nu.5.9.& 11.* & *Cardin.*
6 alijq; illis verbis: *Recipitur ab Abbate.* Sup-
ponitur ergò recipientem,admittentemq; ad
profeſſionem, legitimum eſſe Superiorem
debere, qui religioni profitentem incorpo-
rare valeat. Sequiturq; non imperpense ac-
curatiſſimus ſacrorum Canonum pondera-
tor *Nauarr.d conſ.40.nu.2.3.& 4.de regu-
laribus.*
7 Non itaq; proficiat vllo pacto emiſſas ad
profeſſiones validādas, ſi legitimorum poſt-
modùm ſequatur Superiorum aſſenſus,rati-
habitio,atq; conualidatio. Cum quia extre-
ma habilia nō ſunt: qui enim tunc profeſſio-
nes emiſere, comperto iam illas tunc inuali-
das fuiſſe,ac nullas; ratas eas modò habere
nolunt. deficit proindè horum ex parte con-
ſenſus.non eſt itaq; duotum. Claudicat pro-
pterea profeſſionis contractus, qui, vt dixi-
mus,duorum conſenſu,Religionis ſcilicèt,&
8 profitentis perficitur,validaturq: Tùm,quòd
ſuperiores illi, putati quidèm, at non verè,
quia illegitimè electi, nec confirmati, neq;
publicati,nomine proprio profeſſiones rece-
pere,putantes ſe legitimos Superiores, non
ſanè monaſterij, ſiue magis religionis nomi-
ne. haud proinde nunc ratum habere pote-
runt noui legitimi Superiores, quod religio-
9 nis nomine geſtum minimè fuit. *regula ra-
tum 9.de regulis iur.in 6.cap. cùm quis.23.
§ fin.de ſentent.excomunicat. in 6.cap.ſi ali-
cuius 59.& penult.*ibidemq; *Gloſſ* verbo *ra-
tum extrà de electione.cap.cùm ad ſedem 15.
§. nos prioris. de reſtitut.ſpoliatorum.Pa-
normitan. in cap. inſinuante,fin.qui Clerici,
vel vouentes.Nauar.d.conſ.40.nu.4. & ſeq.*
ac preſſius *nu.8.ad ſecundam quæſtionem de
regularib.* Sanchez *d.cap.4. num.80.Frater
Hieronymus Rodriq.d.reſolut.*101.*num.* 64
Rota apud Card.Manticam deciſ. 218. *nu.*5.
10 *& 6.*quando præſertim de graui agitur præ-
iudicio. vt *Rota apud eundem* perpendit
Card.Manticam deciſ.13.nu.14 et 15. vel ſi
11 actus ab initio nullus fuerit. *ad tex. in l. ob-
ſeruare.4.§ fin.ff.de offic.proconſul.* & à vo-
luntate pendeat alterius. vt perpendit Rota
12 coram S.memor.*Gregor XV. deciſ.227.nu.
2.et 4.* Et in præiudicium tendat alterius,vt
ſunt ij, qui nulliter profeſſionem emiſerunt,
quo-

Digitized by Google

quorum nonus exquiritur conſenſus. *ad tex. in cap.dudum.31.*ibiq: *Abb.in penult.notab. de decimis.*& perpendit *Rota apud eundem Gregor.XV.deciſ.233.nu.2.*
13 Neq; obſtaculum faciet:ſufficere ad emiſſarum validitatem profeſſionum,cõmunem æſtimationem illorum ſuperiorum, qui pro talibus habebantur, agnoſcebanturq; ſeq; pro talibus in actibus omnibus gerebant; ſuſtineri interim acta per eos geſta,idq;humanius æſtimati. ex Vlpiano lib.28. ad Sabinum in *l.Barbarius Philippus.3.ff.de officio prætoris.*& ex ſynodo Romana in *can.infamis.1.§.verùm ſi ſeruus.3. q.7.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *dum putaretur.Sanchez* plenè diſputat *de matrim.lib.3.diſput.22.num.1.et ſeq.*
14 Primò quidèm,quòd ſupradicta de communi errore,quaſi ad validanda,quæ geſta fuere ius faciat cõmunis ipſe error, tunc locum ſibi faciunt,quando nimirùm cum cõmuni errore coloratus quoq; titulus cõcurrat, vt pnta quòd titulum a ſuperiore obtineat, atq; eo,qui potens illum donandi erat. Suadet perpenſionem hanc ipſemet Vlpianus,ex quo tex.ille deſumitur. Eius damus verba. *Barbarius Philippus, cùm ſeruus fugitiuus eſſet,Romæ præturam petÿt, et Prætor deſignatus eſt*. à Senatu vtiq; Romano, quod & Vlpianus ipſe in fine proteſtatur his verbis: *Hoc enim humanius eſt: Cùm Populus Romanus etiam ſeruo potuiſſet decernere hanc poteſtatem. Sed et ſi ſciſſet ſeruum eſſe, liberum eum effeciſſet.*ab habente itaq; poteſtatem,vt erat,vel Senatus, vel Populus Romanus,præturam obtinuerat.Iuſtum proindè ex parte dantis titulum tenebat;quàmuis ex parte ſui,cùm ſeruus eſſet,& lateret, im-
15 pedimento detineretur,non itaq; ad præturam intruſit ſe,vt eſt omnis ille,etiam legitimè elatus, qui antè confirmationem à Superiore obtentam, adminiſtrationi ſe ingerit:quicquid enim interim geſſerit, tanquàm ab intruſo factum,firmitate caret, & nullum euadit.*cap.qualitèr poſt obitum 17.et cap.nihil eſt 44. de electione extrà.* & ibidem per *Innocentium* notata *nu.3.*& *Compoſtellan.*, atq; *Abbat.nu.7.Alexander conſ.158. opportunè conſideratis.nu.7.lib.1.Maſcard.de probationib.tom.2.concluſ.648.num.91.et ſeq.et nu.99.et num.101. Rendina in promptuario receptarum ſententiarum lib.1.tit.36.nu.10. et ſeq.* optimè omnium diſputationem, vt aſſolet,doctiſſimus ille vir examinat *Sãchez d.diſput.22.in 5.q.nu.49.et 50.et ſequentib.*
16 dicens *d.nu.*50. non ſufficere titulum conferri à quocunq; Superiore,ſed conferẽdum eſſe à legitimo ſuperiore,conferre potente, aliàs geſta non valebunt, quàmuis cõmunis error adſit.rationem referens: *Quia tunc nõ concurrit verè auctoritas ſuperioris,cùm ille ſuperior non ſit, ac proindè eſt, ac ſi titulus prorſus deeſſet.*& ſequitur *q.7.num.60.et ſeq.*

Naldus quoq; *in ſumma* verbo *Error. nu.1.* & verbo *officium.nu.4 Nauar. conſ.1. de officio ordinar. lib.1. Barboſa de officio Epiſcopi part.2.allegat.25.nu.38.* & *ſequent.Gonzalez ad 8.regulam Cancellar. Gloſſ.45.§.2. nu.26. Campanilis* Epiſcopus Laquedonen. in *diuerſor. iuris rub.11.cap.15.numer.49. idem Nauar.man.cap.9.nu.11.*
17 Deindè,quòd cõmunis hic error,non rectè procedit in his,quæ à libera alterius pendent voluntate, cuius cõſenſus per errorem
18 datus conditionalis videtur. Conditio verò nihil interim in eſſe ponit. *cap.1. in fin. de ſponſalib.in 6.cap.verùm 4. de conditionib. appoſitis.l.cedere diem 213.§. vbi ſub conditione.ff.de verborum ſignificat. Maceraten. variar.reſolut.lib.1.reſolut.59.ſub num. 10. verſ.* & *dum obÿceretur.*quam ob cauſam
19 reſoluitur actus errore detecto,quia voluntas per errorem data,voluntas non vtiq; æſtimatur, quia directo error cum voluntate pugnat, illudq; deÿcit,atq;proſternit.ex Vlpiano lib 11. ad edictum in *l. nihil conſenſui 117.in fin.ff.de regulis iuris.* expreſſis verbis
20 dicens: *Non videtur conſentire, qui errat.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo. *non videtur. l.ſi per errorem.15.ff.de iuriſdict. omn.iudic.* verba damus Vlpiani lib.2.de omnibus tribunalib. *ead.l.*dicentis: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus,nihil valebit, quod actũ eſt. Nec enim ferendus eſt,qui dicat conſenſiſſe eos in præſidem: cùm,(vt Iulianus ſcribit)non conſentiant,qui errant.Quid enim tam contrarium eſt conſenſui, quàm error, qui imperitiam detegit?* Rationem non abſimilem habes à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in *l.non idcireò.9.C.de iuris,*
21 & *facti ignorantia.*dicentibus: *Cùm nullus ſit errantis conſenſus.* plura ad rem tradidit Gratianus in *ſumma 29.q.1.* illo præſertim
22 ducto argumento ex erroris finitione. *Conſenſus eſt duorũ, vel pluriũ ſenſus in idem: qui autem errat non ſentit, non ergo conſentit,hoc eſt ſimul cum alÿs ſenſit. Hæc autem errauit.non ergo conſenſit.*ſic ille. conſequẽtiam verò ad rem ducamus nos. hi autẽ errauerunt.non ergo conſenſerunt. Quia nihil eſt tàm contrarium conſenſui,quàm error,vt paulò antè diximus.ſequiturque *Gloſſ.* ibidẽ apud Gratianum. verbo *conſenſit.* ita quoq; *Abb.in cap.ſi cautio.14.nu.2. de fide inſtrument.*Rota *apud Duranum deciſ.50. nu. 19.*
23 *par.1.* Quæ planè regula ita abſoluta eſt, & certa, vniuerſimquè procedit, vt nullam admittat reſtrictionem,nullamq;recipiat retẽtionẽ. vt admiſit Rota *apud* Sanctæ memor *Gregorium XV.deciſ.179. num.5.*ſequiturq; *Gratianus forens.par.2.cap.336.n.34.* & *35.*
24 Nihil proptereà conſenſus ſic per errorem præſtitus operari poterit. vt dixit *Rota apud Duranum d.deciſ.50.nu.20.* & nos ſequuti fuimus *reſponſ.* noſtra 88. *num.89.* & *ſeq. part.3.*

Digitized by Google

25 Dictamq; propoſitionem communem errorem ius inducere, reprimunt, nec ab re, Doctores, nè in ſpiritualibus locum habeat. *Pariſ. de reſignat. lib. 11. q. 1. num. 13. & 14.* limitans regulam, locum haud habere in intruſo. *Gabriel de probat. concluſ. 8. num.* 34. & ſequuta fuit *Rota apud Seraphinum dec. 731. num. 17. par. 1. diuerſor.* in materia loquens collationis ordinum, communem errorem non tribuere ius ad ordines malè collatos, quia in cōferente perquiritur etiam poteſtas, expreſſeq; ſequitur *Sanchez d. diſput. 46. num. 63.* referens etiam ſe ad dicta *n. 49. & 50.*

26 Secundum verò; quòd contra formam decretorum fœlicis memoriæ Clementis VIII. emiſſæ profeſſiones fuere, atq; propterea nullæ. Probatur: Quia Nouiatum geſſere Nouitij in loco, & Nouitiatu non erecto iuxta formam a dicto Clemente præſtitutā, tàm anno 1599. quàm etiam 1602. In decretis ab eo editis, quæ refert *Quaranta in ſumma bullarum* verbo *Monaſteria, & Cōuentus fol. mihi* 319. & 320. verba accipe decreti anno 1599. 20. menſis Iunij.

Receptiones verò, & ad profeſſiones quaſlibet eorum, qui contra huiuſmodi decretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe, ad quemcunq; effectum, ex nūc decernit, & declarat.

27 Quę etiam decreta innouata quoq; fuere per Sanctiſſimum D. N. Vrbanum Papam Octauum in decreto de Regularibus Apoſtatis, & eiectis anno 1624. à Sacra Congregatione publicato. quod refertur a *Laureto de Franchis in tractatu controuerſiarum inter Epiſcopos, & Regulares fol.* 213. & in libro *Bullæ, & decreta recentiora* Neapoli prælo præſſo *fol.* 149. ac *in Bullario par.* 4. *§. enim.* 1. ſic habet decretum præfatum.

Ac primum infecta ſemina, e quibus praui eiuſmodi fructus potiſſimùm prodeunt, deinceps ne ſerantur in Vinea Domini, cenſuit eſſe innouandas, & Sanctiſſimi auctoritate innouat Conſtitutiones, & Decreta generalia Sanctæ Memoriæ Clementis VIII. ad regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, profeſſionem, atq; inſtitutionem ſpectantia: diſtrictèq; præcipit Generalibus, atq; alijs Ordinum Superioribus, vt illa exactè obſeruent, atq; vt obſeruentur efficiant, ſub pœnis ſtatutis in iiſdem Conſtitutionibus.

Citrà verò controuerſiam vllam eſt: Conuentum Sanctæ Mariæ N. pro Nouitiatu deſtinatum, non fuiſſe erectum de licentia, & per Breue S. D. N. ac propterea contra formam decretorum prelatorum. Fuerunt proinde receptiones, & profeſſiones per Nouitios in illo emiſſæ, nullæ, & inualidæ ad quēcunq; effectum producendum. In nullo ergò illi ad Religionem vi profeſſionis emiſſæ obſtricti remanent, neq; in genere, neq; in

28 ſpecie. Quia nimirùm quod nullum, & inualidum eſt, tanquàm ex cauſa non exiſtente, nullum producit effectum. *regula non firmatur.* 18. *de regul. iur. in 6. Gloſſ. in cap. ad diſſoluendum* 13. verbo *accuſari. de deſponſat. impuberum. l. quod dicitur.* 33. *ff. de pact. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.*

Neq; obſtat, quod obijciebant, fuiſſe profeſſiones iàm emiſſas validas habitas per Breue Sanctiſſimi D. N. Vrbani ſub annulo Piſcatoris ſub datum 20. Augulti 1631. quēadmodum a Sanctæ Memoriæ Clemente VIII. alio Breue ſub datum 5. Nouembris 1599. fuerant alias conualidatæ.

Si rectè, quæ dictis Apoſtolicis diplomatibus continentur, iuſtoq; pondere expendantur, nihil illa aduerſum nobis continere inuenerimus. Perpendendum propterea, di-
29 ctum Clementem Papam VIII. cum dilapſas à regula nonnullas Religiones, ad regularem obſeruantiam reducere animum induxiſſet, cognouiſſetq; negotium pendere ab optima informatione Iuuenum, qui ad Religiones recipiuntur; optimaſq; quaſdam inſtitutiones ad hanc rem dediſſet; mandauit quoq; decreto Sanctitatis ſuę, ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum die 20. menſis Iunij 1599. apud *Quarantam* dict. verbo *Monaſteria, & Conuentus f.* 219.

30 *Nè ſub cuiuſuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, niſi per literas in forma Breuis dumtaxat, & non aliàs, quemcunq; ad habitum Regularem ſuſcipiendū, nec et Conuerſos, niſi in Conuentibus, Monaſterijs, & Domibus auctoritate eiuſdem S. D. N. propedièm in vnaquaq; Prouincia deſignandis recipere, aut receptos ad profeſſionem admittere vllo modo audeant.*

Subijciendo, vt ſupra quoq; retulimus, nullitatem etiam emiſſarum profeſſionum.

31 *Receptiones verò, & ad profeſſiones quaſlibet eorum, qui contra huiuſmodi decretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ad quemcunq; effectum, ex nunc decernit, & declarat.*

32 Magiſq; in hanc rem intendens dictus Pontifex Clemens. alio poſtmodùm decreto ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum die 19. Maij 1602. anno Pontificatus eiuſdem 11. apud eundem *Quarantam f.* 220.

Præſentis virtute decreti mandauit, ne in Conuentibus, ſeù Monaſterijs ad Nouitios recipiendos, de Sanctitatis ſuæ, ſeù dictę Congregationis Reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeù in poſterùm deſignandis, & approbandis, Nouitij ad habitum, vel profeſſionem recipi vllatenus poſſint, vel admitti, niſi priùs ab ipſa Congregatione, vel ab eorum Ordinarijs, & ab illis etiam, in quorum Diœceſi Nouitiatus exiſtunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint, expreſſè, & nominatim Nouitij ipſi re-

Digitized by Google

recipiendi approbati fuerint; & vt recipi,&
admitti poſſint licentiam in ſcriptis (gratis
tamen in omnibus,etiam quoad ſcripturam
concedendam) obtinuerint .
Subnectens demum decretum irritans.
Irritum ex nunc, & inane decernens quic-
quid ſecus,vel aliàs quauis auctoritate à quo-
uis geſtum, vel attentatum fuerit. Non ob-
ſtantibus quibuſcunq; &c.
33 Cùm itaq; in hanc vltimam decreti pro-
hibitionem dediſſent quoq; Patres N. quòd
Nouitios ſine licentia (vt paulò ante narratũ
fuit) recepiſſent, atq; ad profeſſionem admi-
ſiſſent: vt aliquo remedio, malo occurrerent
accito, ſupplici dato libello ab eodem San-
ctiſſimo petiere, vt hactenùs admiſſos noui-
tios, eorumq; emiſſas, admiſſaſq; profeſſio-
nes propter hanc cauſam conualidaret, fir-
maſq; redderet: In poſterum verò vt abſq; li-
centia præfata nouitios alios recipere, & ad
profeſſionem admittere valerent, gratiosè
indulgeret. Annuit Sanctiſſimus, datoq; Bre-
ui ſub annulo Piſcatoris 5. Nouembris 1599.
Profeſſiones per dictos Fratres, & quemlibet
eorum vſq; in dictam diem in dicta Congre-
gatione emiſſas. & receptiones quaſcunq; no-
uitiorum in ipſa Congregatione factas con-
firmauit, & approbauit, & validauit. Et præ-
tereà *Vicario Generali & Fratribus, vt in*
ipſa Congregatione alios nouitios, ſeruata ta-
men forma Conſtitutionis Sixti Papæ V. ac
decretorum Sanctitatis ſuæ, recipere, & ex-
pleto nouitiatus anno ad profeſſionem etiam
regularem admittere, ſine alia noſtra licen-
tia liberè, & licitè poſſint, & valeant, aucto-
ritate, & tenore prædictis, concedimus, & in-
dulgemus. Non obſtantibus Conſtitutioni-
bus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac decre
tis noſtris prædictis, huiuſmodi nouitios ad
profeſſionem ſine ſpeciali noſtra licentia ad-
mitti poſſe prohibentibus, &c.
Satis ergò diuerſim hoc Breue loquitur,
& diſponit, atq; ipſi obijcientes oppoſuere.
Breue nempè hoc facultatem facit, vt abſq;
licentia nouitios recipere, & ad profeſſionem
expleto nouitiatus anno admittere poſſint.
Non verò de locis pro Nouitiatu deſignan-
dis cum licentia Sanctitatis ſuæ. Quinimmò
illa confirmauit Breui prædicto, illis verbis,
iam paulò antè relatis: Vt in ipſa Congrega-
tione alios nouitios, ſeruata tamen forma
Conſtitutionis Sixti Papæ V. & decretorum
Sanctitatis ſuæ recipere, &c. firma ergò eſſe
voluit in reliquis decreta iam emanata per
Sanctitatem ſuam, atque Sixti V. Conſtitu-
tionem.
Hanc ob cauſam declarationem obtẽtam
à Sanctiſſimo D.N. Vrbano, verba illa (*&*
decretorum noſtrorum) inaduertentèr ap-
poſita fuiſſe in dicta Indulgentia per Clemẽ-
tem Papam VIII. dictis Fratribus factam re-
cipiendi nouitios ſine licentia. Cum enim
derogaret in illa, in hac quidem parte, decre-
tis à ſanctitate ſua latis, prout derogauit per
clauſulam derogatoriam (*non obſtantibus,*
&c. ac decretis noſtris prædictis) vtiq; verba
illa, (*et decretorum noſtrorum*) inaduertẽtèr
appoſita fuiſſe apparet. Non quòd vtiq; ex
hoc dilatari facultas valeat; vt ad Conuẽtus,
Monaſteria, & domos pro nouitijs recipien-
dis à Sanctitate ſua per litteras in forma bre-
uis deſignandis, diſtendi, atq; diuaricari poſ-
ſit. Expreſſis quippè verbis Clemens Papa
VIII. in dicta facultate in decreto derogato-
rio ſe ipſum continuit ad dictam licentiam
de recipiendis ſine licentia nouitios dunta-
xàt, non de locis pro nouitiatu deſignatis,
vel deſignandis. *Non obſtantibus* (inquiens)
Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo-
ſtolicis, ac decretis noſtris prædictis, huiuſ-
modi Nouitios ad profeſſionem ſine ſpeciali
noſtra licentia admitti poſſe prohibentibus.
Strictè itaq; Summus Pontifex Clemens de
illa vna facultate loquutus fuit, de qua Fra-
34 tres ipſi Sanctitatem ſuam ſupplicauere. ad
ſupplicationem igitur verba referentur Bre-
uis, non vltrà dimananda. ad *tex. in l. cum*
precibus. 18. de probationibus: illis verbis
quibus imperator eloquitur: *Vt ſecundum*
tenorem reſcripti noſtri (inquiens) *poſſis con-*
ſequi ſententiam.
35 Non ergò diuaricanda, atq; extendenda
facultas de caſu ad caſum, in materia potiſ-
ſimùm correctoria, & in qua de diſpenſatio-
ne agitur. *ad tex. in cap. 1. de filijs presbytero-*
rum in 6. & in Authentica quas actiones. vbi
notant *Doctores C. de ſacroſanctis Eccleſ.*
Surdus deciſ. 192. nu. 2. & dictum fuit in *Me-*
liten. Abbatia 27. Aprilis 1592. coram Giptio
deciſ. 89. nu. 9. poſt 1. volum. conſil. Farinae.
36 Porrò diſpenſatio omnis ex ſe, cùm relaxa-
tio ſit rigoris, ac legis, odioſa æſtimatur. *d.*
cap. 1. de filijs presbyterorum in 6. cap. cùm in
illis. 16. & cap. non poteſt. 21. de præbend. in
6. Monaldus conſ. 111. num. 5. vol. 2. Barboſa
de offic. Epiſcopi part. 2. allegat. 45. num. 1. &
37 *ſeq.* Qua de cauſa, ſi plura fuerint obſtacula
pluraq; vincula, & in vno eorum diſpenſetur
atq; vnum ſoluatur; non propterea cum om
nibus diſpenſatum, atq; omnia ſimul ſoluta
æſtimabuntur; nam cætera quibus cum di-
ſpenſatum expreſsè non fuit, quæue ſoluta
non fuere, firma permanent. *cap. ex tuarum*
5. de auctoritat. & vſu pallij. cap. paſtoralis
19. de priuileg. Rota apud S. memor. Gregor.
XV. deciſ. 87. nu. 6. 7. & 8. ibidèmq; *Beltra-*
min. nu. 17. & deciſ. 109 nu. 6. & apud Aldo-
brandinum Clementem VIII. de quo verba
habemus *deciſ. 233. n. 22. par. 1. diuerſorum.*
Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloſ. 13. nu.
97. Barboſ. de officio Epiſcopi part. 2. allegat.
33. num. 9. & ſequent. Gratian. forenſ. part. 2.
38 *cap. 397. nu. 39.* Tot idcireò requiruntur di-
ſpenſationes, quot ſunt obſtacula. *Gemin.*
conſ. 33. nu. 8. Caſſador. deciſ. 9. nu. 4. de præ-
bend. Rota deciſ. 32. de reſcript. in nouis. &

apud Gregor XV.d.dec. 109 *num.6.*

39 Præſertim verò, quòd præfatus Pontifex Clemens cùm in reformationem inſtaret Religionum,ſupraq; modum in radice extirpanda præmeret;& vt Iuuenes optimè educarentur inſiſteret, non ſemel ,ſed ſemper, & vbiq; hunc ſecreuit, excepitq; caſum,vt Nouitij non niſi in locis per literas Sanctitatis ſuæ in forma Breuis deſignandis, reciperentur,inſtruerenturq; atq; expleto Nouitiatus 40 anno,profiterentur. Quinimmò inculcauit illum, & in decreto anno 1596. primo loco publicato,& in alio anno 1599. & in alio anno 1602. quæ ſupra retulimus;atq; in inſtitutionibus datis pro directione, inſtitutione, & educatione Nouitiorum. relatis per *Quarantam in ſumma bullarum.* verbo *Monaſteria,& Conuentus fol.*321. *in fin.*§. 29. ſtrictiſſimè quoq; obſeruantiam præcipiens, vt nullo modo in illa diſpenſatum cenſeatur,dicens:

Declaratur tamen quòd pręter præmiſſa, non concedatur conceſſa licentia recipiendi Nouitios, niſi in locis pro Nouitiatu deſignatis,aut in poſterùm deſignandis, & pro numero dumtaxàt in eorum ſingulis pręſcripto,vel pręſcribendo.

Neq; Fratres ipſi hoc diffiteri poterunt, cùm ipſimet in Religionis Conſtitutionibus à Sancta Sede approbatis, hoc ipſum iniunctum habeant.

Extendere ergò Cœlum ſicut pellem ex Dauidis ſenſu *pſalm.*103. 3. haud poterunt Fratres,vt facultatem factam recipiendi Nouitios ſine licentia , ad loca pro Nouitiatu deſignanda dilatent. Cùm faciliùs in illo diſpenſatum fuerit ; in hoc verò non æquè.

41 Qum illud omninò iuſtis ex cauſis S.D.N. Papa Vrbanus de medio ſubſtulit. hoc autē firmum,atq; ſtabile eſſe præceperit dicto decreto per Sacram Congregationem anno 1624.emanato,vt ſuprà retulimus.Non fruſtrà quippè Clemens Papa VIII. in Breue facultatis præfatis Fratribus factæ,abſq; alia licentia Sanctitatis ſuæ , vel Sacræ Congregationis, vel demùm Ordinarij admittendi Nouitios,etiā ad profeſſionem,clauſulam in fine adiecit. *Non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis, ac decretis noſtris huiuſmodi , Nouitios ad profeſſionem ſine ſpeciali licentia prohibentibus.* ſed vt clauſula ipſa non obſtantiarum, ſuos terminos non diuagaretur,at in illis ſiſteret, terminaretq; ad *text.in clem.*1.*de præb.*& in caſu illo ſpecificato dumtaxàt operaretur, non vltrà.ſequitur Rota *apud Greg.XV.dict. deciſ.*109.*num.6.& in recent.p.*1.*deciſ.*576. *num.*2.

Erunt ergò ex vtroq; capite nullæ profeſſiones dictorum Fratrum , & quia non in manibus legitimi Superioris emiſſæ, neq; à legitimo Superiore Religionis nomine admiſſæ: & quia contra formam Conſtitutionum,ac Decretorum Clementis Papæ VIII. & Vrbani quoq; VIII. admiſſæ fuere. vndè inhabiles ad effectum vllum producendum ſunt.

Atq; itā ex his,Ariſtarchi non excuſſa virga,reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres dote ſibi viros coemunt.*
Vndè illis, vt amplas excipiant dotes, imperium vendunt.
Mulieres verò,quæ dotem attulere,
Mactant,& malo,& damno viros.
Duo enim mala peſſima ſecum afferunt nobilitas, & ampla dos; vxoris ſuperbiā, & viri ſeruitutem.
*Cùm verò viri decedunt vitę termino vltimo facto.n.*2.
Illę ſubſtantiam prædefuncti abſumunt omnem.
*Nec modum habent in rebus ſuis.n.*3.
Præſertim ſe ornando,& puliendo.

4 *Res duæ ſunt, quæ maximi negotij ſunt hominibus.ex Plauto.*
Nauis,& Mulier.

5 *Paraphernaria bona dicuntur ,quæ extra dotem mulier detulit.*
Vel vir accepit.
*Quę Galli peculium appellant. n.*6.
Matrimonio diſtracto condicuntur.
Non vindicantur.
*Paraphernaria vndè dicantur? n.*7.
*Habent tacitam hypothecam in bonis viri. num.*8.
Ni ille expreſſam promiſerit.

6 *Dotis cauſa data ea dicuntur, quæ in dotem dantur.*

9 *Paraphernaria, vt dotem , matrimonio diſtracto , reſtituere tenentur hæredes viri .*
Si quid autem ex eis malignitate , vel viri deſidia deperijt , ex proprio reſarcire mulieri tenentur.
*Paraphernaria pręſumuntur , quæ mulier extra dotem ſecum tulit.n.*10.
Ni vir ea vxori commodaſſe probauerit.
*Sicuti bona, quæ ex hæreditate ſuorum vxor habuit,Paraphernaria dicuntur. nu.*11.
Si eorum adminiſtrationem vir, vxore permittente,habuerit.
Et tacitam obtinent hypothecam.
*Potiſſimùm verò ſi per longum tempus ea vir adminiſtrauerit.n.*12.
*Et dotis inſtar habentur , cui accedunt. nu.*13.
Eodemq; iudicio iudicantur.

Et

Et tacitam ſaltim hypothecam obtinent. nu.14.
Præſertim verò ſi ea vir vendidit, & in emptionem vertit aliorum bonorum. nu.15.
Reſtituenda namq; ſunt vxori.
Eaquè retentionem habet bonorum viri. nu.16.
17 *Filij in bonis patris prædefuncti retentionẽ habent pro dotibus matris ſuæ.*
Ratione hypotecæ, qua illa affecta ſunt.

ARGVMENTVM.

Paraphernaria ſunt bona extrà, vel prætèr dotem, quæ ſi vir permittente vxore adminiſtrauerit, reſtituere tenetur, eaq; curare, vt propria: ſi quid verò ſua malignitate, vel deſidia iacturæ vxori accidit, ex proprio reſarcire tenetur. habet verò mulier pro paraphernaribus tacitam à iure hypothecam, ni pro illis expreſſa promiſſa fuerit. Vi ergò tacitæ huius hypothecæ retentio datur mulieri, eiuſq; natis, in bonis prædefũcti viri.

RESPONSIO LXX.

1 DOte ſibi viros coemunt mulieres; at viri, vt eas habeant, quàm amplam quærunt dotem; ſed imperium vendidere. vt Plautus in Aſinaria dixit.

Argentum accepi dote; imperium vendidi.

nam vt idem in Au. fatur.

Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.

Dotata mactant, & malo, & damno viros.

Sibi enim in culpa ſunt viri, dùm, aut pecuniæ cupiditate, aut ambitione capti, præcipitantur in nuptias; neſcientes nobilitatis, & amplæ dotis duo peſſima mala ſocia eſſe: vxoris ſupetbiam, & viri ſeruitutem. vti Tuillius in Alciati *Emblema* 191. *in fin.* dixit.

2 Cùm viri fato vltimo decedunt, illæ, quæ viduæ remanſerunt, viri ſubſtantiam abſumunt omnem. Dotem reſtitui ſibi volunt; Donationem proptèr nuptias expetunt; viduitatis lectum non relinquunt, præſtari ſibi alimenta exquirunt, & ſexcenta alia, quæ finem non vident vllum.

Noſti mores mulierum.

3 *Dùm moliuntur, dùm comuntur annus eſt.*

Terẽtius in Hautontemmenon. & dixit vna ex ipſis apud Plautum in Pœnulo.

Poſtremò modus
Muliebris nullus eſt; neq; vnquàm lauando,
Et fricando ſumus ſaturæ.

4 Hanc ob cauſam idem Plautus in Pœnulo ſatis argumentosè perpendit duas res eſſe, quæ maximi ſint hominibus negotij, nauem, & mulierem.

Negotij ſibi, qui volet vim comparare; nauem, & mulierem; hæc duo.
Comparato; nam nullæ magis res duæ plus negotij habent.
Forte ſi occœperis exornare, neq; vnquã hę duæ res ſatis ornantur.
Neq; eius vlla ornandi ſatietas eſt.

Sic in facto, quem ad manus habemus. Viro iam morte ſublato, dotem expetit mulier, præter verò dotem, atq; donationẽ proptèr nuptias, quam in Regno antefatum vocant, & bona petit paraphernaria, quæ vir
5 accepit. Et quidèm inter paraphernaria, cõputari, quæ ex hæreditate quõd. Cæſaris patrui bona ad Olimpiam peruenere, dubio omni procul, reſpondendum videtur. Illa quippè in eodem dotali inſtrumento à Cæſare promiſſa fuere, dotiſq; contemplatione; & ſi non nomine dotis, alioquin dotalia eſſent. Excipe Vlpianum lib. 31. ad Sabinum in *l. ſi ego Seię res dedero.* 10. §. *dotis autem*
6 *ff. de iure dotium* rem hanc docentem, dicentemq; *Dotis autem cauſa data accipere debemus ea, quæ in dotem dantur. Cæterùm ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα (parapherna) dicunt, quæq; Galli Peculium appellant: videamus an ſtatim efficiantur mariti. Et putem ſi ſic dentur, vt eius fiant, effici mariti: & cùm diſtractum fuerit matrimonium, vindicari non oportere, ſed condici, nec dotis actione peti, vt Diuus Marcus, & Imperator noſter cum patre reſcripſit.* His Vlpianus. Sunt igitur hæc extrà dotem bona, ſiuè magis iuxtà dotem. paraphernaria proindè. Namquè paraphernaria dicun-
7 tur, iuxtà, vel pretèr dotem, à παρά, quod iuxtà, vel pretèr dicitur, & φερνή, quod dotem ſignificat. ſunt ergò extrà, ſiuè pretèr, (vel dixeris) iuxtà dotem. docet poſt *Gloſſ.* in *rubric. C. de pactis conuentis. & d. l. ſi ego Seię. 10. § dotis autem,* ibidemq; *Gloſſ. in l. collateralis. de iure dotiũ.* & *Gloſſ.* in §. *ſi verò quaſdam. in cap. fin.* verbo *proprias. in authent. de* exi-

exhibend.reis collat. 5. ſequitur Petrus Gre-
gorius Toloſanus ſyntagmatum iuris vniuerſi
tom.1.lib.9.cap.17.n.7. Bartholomæus Caſ-
ſaneus in Conſuetud.Burgundiæ rub.4.§.24.
verbo ſont hæritages.n.3. Ioannes Campe-
gius in tract.dotis q.7.n.1.vol.6. tractatuum
fol.mihi 109.Bermondus Choueronius de
publicis concubinarÿs rubrica de adulterio
n.51.52.et ſeq.vol.11.par.1.tractat.fol.mihi
150.Guido Papa deciſ.468.n.16. & ibidem
Ferrerius Addens.Afflict.deciſ.44.ſub num.
1.Minſyngerius centur.3.obſeruat.53. num.
3.Cardin.Tuſcus tom.4. littera M. concluſ.
424.num.7. Rota apud S.memoriæ Grego-
rium XV.deciſ.80.nu.3.
8 Vt paraphernaria ergò, hypotecam à iure
habent, in bonis viri, quàmuis ille eam non
promiſiſſet; tacitam tamen, vt omnibus præ-
feratur creditoribus, etiam expreſſam ha-
bentibus, poſterioribus tamen tempore. ni
ipſe maritus in ſcriptura nominatim pro il-
lis hypothecã promiſiſſet. expreſſit hoc ipsũ
conſtitutione ſua in l.ſi mulier 11.ſiue fin.C.
de pactis conuentis. Imperator Iuſtinianus,
non indiſertis verbis, inter alia ſic dicens :
Et ſi quidèm in dotali inſtrumẽto hypothecæ
pro his nominatim à marito inſcriptæ ſint, his
eſſe mulierem ad cautelam ſuam contentam.
Sin autem minimè hoc ſcriptum inueniatur,
ex præſenti noſtra lege habeat hypothecam
contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit.
Ità Imperator, ſequiturq; Gayllus practicar.
obſeruat.lib.2.obſeruat.93.num.10. Couarr.
variarum reſolut.lib.1.cap.7. num. 1. & ſeq.
Bermond. de publicis concubinar.d.rub. de
adulterio.nu.53. qui de communi teſtatur.
Statilius Pacificus de Saluiano interdicto in-
ſpect.3.cap.4.nu.132.& 133.Ioannes Bapti-
ſta Thoro voto.67 nu.1. & ſeq. per tot. Rota
in Bononien.pecuniaria 11.Decembris 1600.
coram Coccino deciſ.12.num.3. & 4. quæ eſt
etiam in impreſſis apud eundem Statilium
Pacificum de Saluiano interdicto deciſ. 173.
num.3.& 4.
9 Quemadmodùm verò dotem, ità & hæc
paraphernaria reſtituere viri iã extincti hæ-
redes tenentur. Quod ſi quid ex eis perierit
viri negligentia, vel malignitate, de proprio
reſarcire compelluntur. teſtem accipe Iuſti-
nianum eundem Cæſarem d.l.fin.§ fin. C.de
pactis conuentis. qui ſic verbis diſponit :
Dùm autem apud maritum remanent ea-
dem cautiones, & dolum, & diligentiam ma-
ritus circa eas præſtare debet, qualem & cir-
ca ſuas res habere inuenitur: ne ex eius mali-
gnitate, vel deſidia aliqua mulieri accedat ia-
ctura. Quod ſi euenerit, ipſe eandem de pro-
prio reſarcire compelletur. ſequitur Bald.cõſ.
243.viſis dicto puncto.in fin.lib.3.Tuſcus to-
mo 1.littera B.concluſ.110.nu.5.
10 Cæterùm bona omnia, & res omnes, quas
ſecum mulier detulit vltrà dotes, parapher-
naria præſumuntur, ni maritus, quòd ipſe
commodauerit eas, probatione deduxerit,
vt Iaſon docet in l.maritus.21.num.12.C.de
procuratorib.
11 Quinimmò bona omnia, quę ex hęredita-
te ſuorum vxor habuit, ſi eorũ adminiſtra-
tionem viro matrimonio conſtante permi-
ſerit, paraphernaria dicuntur, & tacitam ob-
tinet in viri bonis hypothecã. ex d.l.fin.C.de
12 pactis conuentis. potiſſimùm verò ſi per lon-
gum temporis curſum ea vir adminiſtraue-
rit. ex Iaſone d.l.maritus. num. 12. Cumanus
conſ.105.& Alexand.conſ.42.ſuper præmiſſo
Themate nu.15.verſ.nec obſtat, quòd dicta
bona.lib.1.Caſſaneus in Cõſuetud.Burgund.
d.rubrica 4.§.24.verbo ſont hæritages.nu.5.
verſ.quædam ſunt bona.Ioan.Imola conſ.82.
in caſu præmiſſo num.4.Guido Papa d.deciſ.
468.nu.14.& 15.Afflict.d.deciſ.44.nu.3.&
4. ibidèmq; Vrſillus num.3. Cardin.Tuſcus
tom.1.littera B.d.concluſ.110.nu.4. & tom.
4.littera M.conclus.424.num.14.16.& 27.&
dictum fuit in dicta Bononien. pecuniaria
coram Coccino d.decis.12.nu.3. & 4. & ſeq.
13 Quia nimirùm dotis inſtar, cũ quid acceſſo-
riũ ad illã ſint, paraphernaria ęſtimãtur. vt idẽ
horum, atq; dotis iudicium ſit. ex Surdo de-
cis.129.num.3.& 13.et Rodriq.tract. de con-
curſu creditorum part.1.art.1.nu.22.admit-
14 tit Thorus d.voto 67.nu.6.et 7. atq; tacitam
ſaltim hypothecam obtineant. Franchis de-
cis.182.num.2.Colerus decis. Germaniæ 270.
n.14.Franciſcus de Ponte conſ.80.n.4.lib.1.
Thorus d.voto 67.n.7.et 8.
At qui verò bona huiuſmodi paraphernа-
ria, etiam inſtrumento dotali vir accepit, ad
eum peruentura poſtquàm Cæſar vxoris
patruus fatis cõcederet, vt peruenere; quam
15 ob cauſam, vxore quoq; permittente vendi-
dit, & in emptionẽ domus in actis deductæ
conuertit; ea vtiq, vxori reſtituenda erunt,
eiuſq; natis, qui ab ea ſcripti hæredes fuerũt.
16 dabitur proindè illis bonorũ retentio, vt illa
conſequantur, qui hæredes quoq; patris fue-
re. ad dictum tex.in d.l.fin.C.de pact.cõuẽtis.
17 quemadmodùm datur filio retentio in bo-
nis patris prædefuncti pro dotibus matris
ſuæ, ratione hypothecæ, qua illa ſunt affecta.
ex Bart.in l.geris 87.n.12. ff.de acquir.hæ-
redit.Grammatic.decis.58.num.4. Rota apud
Coccinum decis.67.n.1.et ſequent.
Atq; ità ex his, Cenſoris non abiecta vir-
ga, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Cupido habendi in hominibus ſaua nimis à Sapientibus æſtimatur.*
Nunquam enim humanum animum quieſcere ſinit.
Vt nihil niſi pecuniam cogitet.
2 *Auaritia, & ambitio duo ſunt, qua hominum vitam curis exercent, atquè bello fatigant.*
Diciturq; auaritia, opum furioſa libido.
Neq; opibus mentes hominum, curaq; leuantur.n.3.
Maximum hominibus malum. ex Menandro.
Atq; vitiorum mater. à Claudiano.nu.23. cuius eſt nutrix ambitio.
3 *Diuitiæ improbæ dicuntur, & curtæ ſunt.*
4 *Emphyteuſis vnus eſt ex contractibus, qui ſcriptura probantur.*
Non quòd ſcriptura ſit de eſſentia, ſed ad probationem proficit.n.5.
Ex vnica proindè aſſertione, quàmuis in inſtrumento facta, non probatur.n.6.
Niſi alia acceſſerit probatio.
Alioquin diuinatio dicetur, non probatio.
Amplia etiam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica.n.7.
Exaudi quòad dominium.
Ad effectum verò exigenda reſponſionis annua probat.
Ratio affertur.n.8.
8 *Dominia rerum ex partium nuda aſſertione dicentium, non pendent.*
9 *Res aliena & vendi, & locari poſſunt.*
Poteſt tamen res emptori auferri.
10 *Dominium non niſi exactis probationibus oſtenditur.*
Neq; probatur per ſolum inſtrumentum emptionis eum poſſeſſione emptoris. nu.11.
Neq; probatur per vnicam enunciatiuam. nu.12.
Quàmuis antiquam.
12 *Enunciatiua vnica quàmuis antiqua dominium non probat.*
Præſertim ſi facta inter alias perſonas.
Vel ſi ſit per relationem ad alias ſcripturas.nu.13.
14 *Referens eatènus probat, quatènus eſt in relato.*
Relato itaq; non exiſtente, referens euaneſcit.
15 *Antiquum tempus dicitur, quod annorum centum metas excedit.*
16 *Cenſus magis præſumitur, quàm emphyteutica reſponſio, ſiuè canon, in dubio.*
Præſertim verò in perſona priuata.nu.17.
Vel ſi nuſquàm appareat, ſolutiones ſub nomine emphyteutici canonis factas fuiſſe.n.18.
Sed de annuo cenſu ſimpliciter.
Amplia etiam in Eccleſia.n.19.
Quamuis in Eccleſia reſtringatur. nu.20.
Præſertim ſi aliquid ſubleuans appa ruerit.
Etiam ob reſponſionis modicitatem.nu.21.
22 *Litigans temerè in expenſis damnatur.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuticam rem eſſe ex vna inſtrumenti aſſertione minimè probatur. quam ob cauſam plenè dominium probari oportebit. quòd ex partium nuda aſſertione minimè fundetur, ſi præſertim inter alios illa emanarit. & in antiquis non ſimus. In antiquis eſſe dicimur cùm centum metas annorum excedimus. Reſponſio verò annua cenſualis magis, quàm emphyteutica, in dubio, præſumitur.

RESPONSIO LXXI.

1 SÆua ſatis habendi cupido in humana mente à Sapientibus æſtimatur. Ita quippè illa animum peruadit humanum; vt nunquàm quieſcere illum ſinat, ſed huc illucq; impellat, agitetq; ſæpe. Venenum eſt, quo humanum peruaditur cor, vt nihil, niſi pecuniam videat, niſi pecuniam cogitet; illudq; continuis exerceat curis, quod perbellè Lucretius lib.5. cecinit.

2 *Nunc aurum, & purpura curis*
Exercent hominum vitam, belloquè fatigant.

Vereq; dixit Euripides.

Ambire quem vides, auarum, & viuere,
Is nec ſapit, nec ſapere vult prorſus ſibi.
Immò eſt amicis, & moleſtus ciuibus.

& ità illud quaſi inteſtino bello fatigat, vt nihil videre faciat, quam vt cenſum augeat, neq; ſatietur accitis, ſed maiora ſemper quærat, furioſaq; habendi creſcat libido. nàm

Creuerunt opes, & opum furioſa libido;
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.

Ouidius 1. Faſtor. & ipſe cecinit. & vt Salomon *Eccleſiaſtes* 1.8. expertus iàm, docet: *Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur.* nàm

3 Non

3 *Non opibus mentes hominum, curæq; le-
uantur.*
vt Tibulius lib.3. eleg.3.loquitur. Semperq;
maiora habendi,deſiderio teneatur.
Scilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ,tamen
Curta,neſcio quid ſemper abeſt rei.
Horatius lib.3.carm.odæ 24.dixit. Aua-
ritiam rectè Menander: *Maximum homini-
bus malum*;appellauit.
Ob hanc cauſam litigium exortum fuit,
quod narramus. Clericus Antonius de Ma-
giſtro Iudice aduerſus R.D. Frãciſcum Cer-
ronem loci Caſandreni Auerſanen. diœceſis
ad iudicium interpellauit, laudemia vt ſol-
ueret territorij, quod ille emerat: ex ſola
vnica aſſertione, qua anno 1573. Ioannes
Baptiſta de Ariemma territorium præſatum
aſſeruit emere cum onere annui canonis,
reditus,ſiue cenſus emphyteotici perpetui,
ducatorum vndecim cum dimidio, debiti
pro medietate ipſorum hæredibus quond.
Mazei de Maſtro Iudice,& pro alia medieta-
te Elionore etiam de Maſtro Iudice, ſeruata
forma cautelarum deſupèr apparentiũ.præ-
tendit proindè territorium præſatum em-
phyteuticum eſſe. teneri propterea D.Fran-
ciſcum nouum emptorem vti directum do-
minum Antonium recognoſcere, eiq; lau-
demia ſoluere.negat ille; ſed eſſe ſimplicem
cenſum,quamuis perpetuum.In difficultatẽ
idcircò itum eſt: ſint ne iura Antonij firma?
an debeat D.Franciſcus dimitti,cùm nulla
aſſertione alia, niſi illa vnica de emphyteuſi,
probatio habeatur? Dimittendum Franci-
ſcum nos reſpondimus. Præſtamus autem
4 id:Quòd inter contractus,qui ſcriptura pro-
bantur, & hic agnoſcitur emphyteuticus.
Docet hoc *Gloſſ.* in *cap.1. §.poſtquàm auth.*
verbo.*in ſcriptis.in 8.caſu.de cenſibus lib.6.*
allegat *tex.* in *l.1. C.de iure emphyteot.* illis
verbis: *pactionibus ſcriptura interueniente
habitis*.ibidemq; *Gloſſ.* verbo *ſcriptura*. elu-
cidans illa,dicenſq; *Nota: hunc contractum
fieri debere in ſcriptis*. Admittitq; *Aymon
conſ.112.nu.8,Guido Papa deciſ.24.in prin-
cipio* ibidèmq; *Ranchinus* in annotationib.
5 *Gratianus forenſ.part.1.cap.*188. *nu.1.* non
quòd ſanè ſcriptura de ſubſtantia ſit contra-
ctus,ſed ad probationem proficiat. aduertit
id *Gloſſ.* in *d.*verbo *ſcriptura d.l.1.* ad *tex.* in
*cap.potuit.*4. ibidèmq; *Imola de locato, &
conducto.Bald.in auth.ſed nouo iure.nu.12.
C.ſi certum petatur.* ad *tex.* in *l.pactum, quod
bona fide 17.C.de pactis.* quem refert *Gloſſ.* in
d.l.1. verbo *ſcriptura C. de iure emphyteoti-
co.* ſequiturq; *Gratianus d.cap.188.nu.3.* Ro-
ta apud *Cardin.Seraphinum deciſ.607.nu.1.*
6 Hanc proindè ob cauſam ex vnica illa aſ-
ſertione inter alias partes habita haud potuit
territorium præſatum emphyteuticũ argui,
nulla alia accedente liquida, certaq; proba-
tione,ni magis diuinationem dixeris. iuxta
Iuſtiniani Cæſaris ſenſum in *l. ſuper rebus
venundandis.15.aliàs fin.§ fin. C. de contra-
henda emptione.Guido Papa d.deciſ.24.in
princip.* quem ſequitur *Guilelmus de Bene-
dictis in cap.Raynutius.* verbo. *& vxorem
nomine Adelaſiam.deciſ.5.num.444.Gratia-
nus forenſ.par.1.d.cap.188.nu.5.* & dictum
fuit in *Romana deuolutionis vineæ 13. No-
uembris* 1602. *coram* Cardin. *Seraphino de-*
7 *ciſ.1453.nu.1. & 2.* in ſtrictioribus terminis
prætenſæ emphyteuſis Eccleſiaſticæ. Aſſer-
tionem verò ſuffragari ad effectum exigendę
reſponſionis, nõ ſanè probandi rem emphy-
teuticam,neq; dominium, vt ibidem *num.2.*
& pluriès etiam deciſum fuiſſe refert in addi-
tionibus marginalibus ibidèm *Laurentius*
8 *Vitalis.* Ratio verò,nec inadæquata eſt:Quia
rerum dominia non vtiq; pendent ex nuda
aſſerentium verborum prolatione,cùm alio-
qui alienæ quoq; res in emphyteuſim dari,
atq; locari valeant.ex Vlpiano lib.41. ad Sa-
binum in *l.rem alienam.* 28. *de contrahenda*
9 *emptione*,apertiſſimis verbis dicente: *Rem
alienam diſtrahere quem poſſe,nulla dubita-
tio eſt.nam emptio eſt, & venditio; ſed res
emptori auferri poteſt.* ſequutaq; fuit *Gloſſ.* in
can.Diaconus.1. verbo *tacuerit.in fin. diſt.*
27.allegans præfatam *l.rem alienam*. idemq;
ex Papiniano lib.6.quæſtionum in *l.ſi vrba-
na.55.ff.de conditione indebiti.* habetur. & ex
l.nemo prohibetur.6.C.de locato, & conduct.
cõduciturq; neq; ab re *tex.in l.ad probationem
21.C.de probationib.* quem *tex.* ad hunc effe-
ctum refert *Gloſſ.in cap. cùm venerabilis 7.*
verbo *locauiſſe. de religioſis domib.* & ex eo-
demmet *tex.* non obſcurè deducitur. ſequi-
turq; *Riminald.conſ.93.nu.25. lib.1. & conſ.
410.nu.4.lib.3.Alexander conſ.12. viſo pro-
ceſſu nu.4.lib.4.Ruinus conſ.91.nu.17.& 18.
lib.1.Gratianus d.cap.188.nu.6. Rota apud
Cardin.Caualer.deciſ.269.num.1.& ſeq* in
10.qua dictum fuit,ad hunc effectum perquiri
concludentem,& exactam probationem, cũ
præſertim agatur ad canonizationem domi-
nij.per *Bart.in l.penult. nu.4 ff.de condition.
inſtitution.* Rota *apud* Caputaquen.*dec.*280.
*per tot.*ac potiſſimum *num.4.part.1.* & apud
eund.*Card.Caualer.deciſ.655.num.2.& ſeq.
Franciſcus Merlinus* Rotæ Lucenſis *deciſ.
16.nu.2.3.& 4.& ſeq.* deduxitq; Rota in *Par-
men. ſtatus 14. Iunij 1623. coram Domino
Coccino deciſ.439.nu.8.& 9.*in ſupplemento
5.*par.recentiorum per Rubeum.*& in *Roma-
na ſtagni 19.Iunij 1637.coram Eminentiſſi-
mo Card.Pancirolo.deciſ.613.num.11. 12.&
13.apud eundem Rubeum eadem parte. Af-*
11 *flict.deciſ.23.nu.4.in fin.* docens: per ſolum
inſtrumentum emptionis cum poſſeſſione
emptoris non probari dominium, niſi pro-
betur quoq; dominium auctoris.
12 Quod equidem exaudimr,quamuis enũ-
ciatiua ipſa,ſiuè aſſertiua antiqua eſſet. quia
nihilominùs vnicum per inſtrumentum, in-
ter

ter alios potiſſimùm celebrarum,dominium
nec propterea probatur, in alterius præiudi-
cium præſertim. *Abb.in cap.cùm cauſam.* 13.
*ſub num.*1 *.de probationib.* & *cap. cùm olim*
19.*in Gloſſ.*2.*nu.*14. *de cenſibus.* & *conſ.*54.
*nu.*3.*verſ.tertiò probatur part.* 1. Dictumq;
ſuit in *Romana pratenſæ deuolutionis* 13.
Nouembris 1596. *coram Litta apud Fari-
nacium part.*4.*diuerſorum.deciſ.*723.*num.*3.
& ità pluriès deciſum per Rotam ſuiſſe re-
fert. S.memoriæ *Gregor XV.deciſ.*407. *nu.*1.
& *ſeq.* ibidèmquè plura cumulat *Beltrami-
nus num.*6. *Card. Mantica de tacit.* & *ambi-*
13 *guis.lib.*2.*tit.*6.*nu.*22. Firmioremq; exco-
gitationem hanc reddit,quòd ipſamet enun-
ciatiua,neq; ſimplicitèr fuit,& abſolutè, ſed
per relationem ad ſcripturas deſupèr appa-
rentes.*ſeruata*(inquiendo) *forma cautelarū
deſupèr apparentium*. Eatenùs itaq; enun-
ciatiua ipſa probabit,quatenùs per cautelas
deſupèr apparentes conſtiterit.Cautelæ ve-
rò huiuſmodi nuſquàm apparent. euaneſcit
proindè & aſſertiua,ſiuè facta enunciatiua.ex
*Alexandr.conſ.*49.*num.* 10.*lib.*1. *Gabriel.tit.
de confeſſis.concluſ.*4 *num.*27.*Gratianus. d.c.*
188.*nu.* 11. & 12.

14 Quia nimirùm referens eatenùs probat,
quatenus in relato inſit. quamob cauſam
relato ipſo non exiſtente,referens euaneſcit.
*l.in teſtamento.*27.*ff.de conditionib.* & *de-
monſtrationib.l.Titiæ textores.*36.*ff de lega-
tis* 1.*Authent.ſi quis in aliquo documento C.
de edendo.cap. Abbate S.Syluani* 25. *de ver-
bor. ſignificat.* Rota in *Romana legatorum
de Sabellis* 19.*Ianuarij* 1596. *coram Orano
deciſ.*110.*nu.*1.*apud Farinac. poſt* 1.*volum.
conſiliorum.* & apud Sanctæ memoriæ *Gre-
gor.XV.deciſ.*439.*num.*1.& *ſeq. Gratianus
forenſ.part.*3.*cap.*508.*nu.*16. *Barboſa aſſio-
mat.*201.*num.*6.

15 Neq; nos in antiquis eſſe dici valemus.
A tempore quippè celebrati inſtrumēti præ-
fati anno 1573.ad diem vſq; motæ litis, qui
fuit 11. Octobris 1630. quinquaginta ſeptem
dumtaxàt effluxere anni: In antiquis verò
eſſe dicimur, cùm annorum centum metas
excedimus.iuxta *Aym. de antiquitate tem-
por.part.*1.*§.ampliatur.nu.*14.& 17. *Capu-
taquen.deciſ.*28.*nu.*4 *part.*1. & *deciſ.*378.*nu.*
3.*part.*2. Et dictum ſuit in *dicta Romana
prætenſa deuolutionis coram Litta d. deciſ.*
723.*ſub nu.*3.*part.*4. *diuerſ.* & apud *Cardin.
Caualer.deciſ.*61.*nu.*2.apud S.memor. *Gre-
gor.XV.d deciſ.*407.*nu.*2.*Barboſ.* qui plures
more ſuo cumulat *de appellatiua verborum
iuris ſignificat. appellat.*19. Rota in *Barchi-
nonen.Vicariæ* 9.*Februarij* 1624.*coram Mer-
lino deciſ.*441.*nu.* 1.in ſupplement. 5.*par.re-
centiorum per Rubeum.*& in *Romana domus*
22.*Iunij* 1637.*coram Pirouano deciſ.*233.*in
princ.part.*7.*recentiorum per Rubeum.*

Neq; obſtaculum faciebat aliud inſtru-
mentum anno 1606.pro Marcello de Maſtro
Iudice,

Eſt nempè inſtrumentum prædictum pro
nobis potius,quàm contrà; quia nulla in eo
memoria habetur emphyteutici canonis,
verùm ſimplicitèr annui cenſus ducatorum
quinq; tarenorum trium,& granorum quin-
16 decim.vt præſumi magis debeat ſimplex cē-
ſus,potiùs quàm emphyteuticus canon, ſi-
uè emphyteutica reſponſio. iuxta *Alberici*
doctrinam,illamq; receptam in *l.*2. *num.*13.
*verſ.quid de quæſtione.C.de iure emphyteu-
tico*. quam ad hunc ipſum effectum ſequuta
fuit Rota alijs quoq; relatis apud *Card.Cre-
ſcentium deciſ.*1.*de cenſib.nu.*1.*Berous q.*14.
17 *nu.*1. qui ampliat in perſona, præſertim pri-
uata.*Maſcardus de probationib. tom.* 1.*con-
cluſ.*281. ſequiturq; D. *Acbariſius Toſſinia-
nen.*in Additionib. ad *dictam deciſ.*1.*de cen-
ſibus Domini Creſcentij.Corbulus de iure
emphyteotico de cauſa priuationis ob non ſo-
lutionem limitat.*34.*nu.*2.& 3. *Valaſcus de
iure emphyteotico.q.*32.*nu.*35. *Gratianus d.
part.*1.*cap.*188.*nu.*14.& *nu.*28.

18 Adiuuatq; perpenſionem hanc,quòd nuſ-
quàm apparet,tot annis euolutis, ſolutiones
ſubſequutas ſub memoria contractus em-
phyteutici factas ſuiſſe, ſed de annuo cenſu
ſimplicitèr. vt ex hoc vno perquàm maxi-
mè contractum cenſualem, non emphyteu-
ticum fuiſſe,inſurgat. *Berous.d.q.*14 *ſub nu.*
1.*in fin.Maſcard. d.concluſ.*281.*Valaſcus d.
q.*32. *nu.*35. & his terminis noſtræ huiuſce
19 queſtionis,imò maioribus,in Eccleſia vide-
licèt,ſequendo deciſionem præfatam *Cre-
ſcentij.*1. *de cenſibus* dixit Rota apud *Cardin.
Manticam deciſ.*134. *nu.*3.& *apud* Cardin.
*Caualer.dec.*201.*nu.*1.& 2. & *p.*1.*in recent.
dec.*400.*n.*7.*coram Damaſceno*. idem *Card.
Mantica de tacit.*& *ambiguis, tom.*2. *lib.*22.
20 *tit.*3.*nu.*12. quàmuis fauore Eccleſiæ in cō-
trariam reſedeat ſententiam *Berous dicta q.*
14.quem ſequitur *Peregrinus deciſ. Pataui-*
21 *na* 53.*num.*23. Potiſſimùm verò ſi aliquid,
ſubleuans apparuerit, etiam per modicitatē
reſponſionis. vt perpenſum fuit in Rota apud
*Card.Caualer.d.deciſ.*201.*nu.*3.& *ſeq.*

Debuerat idcircò Antonius plenis proba-
tionibus de dominio docere,atq; conceſſio-
ne in emphyteuſim facta, vt laudemia à
Domino Franciſco nouo emptore referre
22 potuiſſet.quod cùm non præſtiterit foras à
lite eum abire oportebit, expenſaſq; præſta-
re,quòd non iurè,temerèq; litigauerit. *l.eũ
qui temerè* 19.*ff.de iudic.cap finem litibus.* 5.
ibidèmq; *Gloſſ.magna de dolo*, & *contuma-
cia.cap.calumniam* 4.*de pœnis.*habendiq; fu-
rioſa libidine ad bellum quietum hominem
prouocare. Vti ex his,Ariſtarchi non abie-
cto iudicio,reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Eee Abſo-

Abſolutus ab Antonij prouocatione D. Franciſcus fuit, illo inexpectatis dānato. & hunc percepit commodum, quòd tenerè ligauit: vt ſua amitteret, quia aliena popoſcerat. vndè *Claudianus* omnium vitiorum
23 matrem. Auaritiam, nec ineptè appellauit, eiuſquè nutricem ambitionem.

At primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo.
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Auaritiam, cuius fidiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis, foribuſq; potentum
Excubat, & pretijs commercia poſcit bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Humana vita multis abundat miſerijs, et anſietatibus.*
Inter eas, non mediocris eſt, anſietas acquirendi.
Quæ maxima æſtimatur afflictio. n.2.
Quemadmodùm qui diuitias habet, & eis non fruitur. n.3.
Atq; alienis diuitias ſuas relinquere.
Maxima eſt hæc egeſ mentis miſeria, num.4.
Moriq; quando non velis.
5 *Tempus hoc vita noſtra peruolat.*
Et dies nos ludit.
6 Monaſterium filij loco habetur.
Magis autèm hæredis. n.18.
Non ſimpliciter tamen exauditur filij loco haberi.
Sed in caſibus iure expreſſis. n.19.
Neq; extrà expreſſam teſtatoris voluntatem. n.20.
Ratio redditur. n.21.
Neq; alia pia cauſa ſubſtituta. n.23.
7 *Subſtitutio pia cauſę facta filio ſine liberis excedente ex corpore, ſi* Monaſterium *ille ingrediatur,* Monaſterium *piam cauſam non excludit.*
Quia Monaſterium ex tacita, ac ſubintellecta voluntate venit.
Pia verò cauſa per expreſſam defuncti vocationem.
Exauditur tamen poſt naturalem inſtituti ſupremum diem. n.8.
Ac mortem naturalem.
Interim verò fructus bonorū capiet Monaſterium.
Etiam ſi dictum fuerit, ſine filijs ex corpore. n.10.
Quia nihilominùs mori attendenda erit inſtituti.
Limita, ſi Eccleſia, ſiuè Monaſterium ſit incapax bonorum. n.29.

9 *Monachus per profeſſionem Mundo moritur.*
Diciturq; mori ciuilis.
11 *Profeſſione Monachus caſtitatis votū emittit.*
Præſcinditur proindè ei via habendi filios. & n.13.
Purificata proindè videtur conditio ſi ſine liberis deceſſerit.
12 Conditio (*ſi ſine liberis deceſſerit*) *ſubſtitutioni annexa.*
Duo inſimul continet.
Et mori, ac vltimum trahere diem, n.14.
Et ſine liberis mori.
Vnum ſi defecerit horum conditio purificata non videtur. n.15.
Morte *tamen ſubſequuta locus ſtatim ſubſtituto aperitur. n.16.*
16 *Morte ſoluuntur omnia.*
Et terminum expectant omnia.
Eiq; ſemper noua pōpa ducimur homines.
17 *Subſtituto ſtatim locus aperitur morte ſubſequuta inſtituti.*
Etiam ſi in extraneum à Monaſterio *diſpoſuerit profitendus. n.25.*
Euaneſcit enim ſtatim diſpoſitio. n.28.
Et ſubſtitutus admittitur.
Etiam ſi pro parte donatio fiat n.31.
22 *Voluntas expreſſa teſtatoris omnibus alijs præſumptis, atq; excogitatis hominum interpretationibus præfertur.*
Primumq; obtinet locum.
24 Duo *vincula magis ſtringunt, quàm vnum.*
26 *Renunciatio bonorum per profeſſurum in Religione fieri debet per duos menſes antè profeſſionem.*
Et cum licentia Epiſcopi. ex Sacro Tridentino.
27 *Monaſterij fauor eſt, vt interim vita perdurante inſtituti, ſubſtitutus excludatur.*
Duo tamen requiruntur. n.30.
Et vt Monaſterium ſit capax bonorum.
Et vt verè ei bona quærantur.
Quòd ſi pro parte extraneo donatio fiat, in totum Monaſterio quæritur. nu.31.
Quia Monaſterij fauor eſt.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta filio in piam cauſam, ſi ſine liberis ex corpore quandocunquè vita exceſſerit, illo Monaſterium ingrediente, atq; in eo profeſſionem emittente, an ſtatim ſubſti-

ſubſtitutio admittatur ? an verò Monaſterium, quod loco filij habeatur, ſubſtitutū deficere faciat? & quid in prophanis, quid verò alia Eccleſia ſubſtituta ? An autèm ſupremus dies, ac mors inſtituti expectanda ſit, vt ſubſtitutus admittatur ? Nùm verò valeat profeſſurus in extraneos à Monaſterio diſponere, vt interim ipſo vita progrediente, vſufructu illi bonorum vtantur ; vel verò ſtatim ſubſtitutus admittatur ? an verò Monaſterij dumtaxàt hic fauor ſit? Quid verò ſi pro parte tantùm in extraneum diſpoſuerit ?

RESPONSIO LXXII.

1 INter omnes vitæ huius miſerias, quibus illa abundè repletur (multę nàmq; ſunt homini, & anſietates innumeræ, & repentinæ mortes. ex Iuſtiniani Cæſaris meditatione in §. *quia igitur conſiderantes. in auth. de conſanguineis , & veterinis fratribus. collat. 6.*) non minimi habetur ea, qua detinentur homines, vt non ceſſent laborare diu, noctuq; corpore, menteq; maria tranantes, terras aberrantes, montes, & flumina percurrentes, vt ſe pecunijs impleant, quæ alijs hinc abeuntes relinquant. Cui verò relinquant, ignorant. Hanc perpendens vitæ hominis miſeram conditionem Sapiens ille Rex Iſrael *Eccleſiaſtes* 2. 11. ſic animi ſui moleſtiam verbis expreſſit.

2 *Cùmq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ; & ad labores; in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub Sole.* pergenſq; magis, magiſq; miſeram hominis vitam cogitatione percurrere. *cap. 6. 5.* ſic intulit. *Eſt & aliud malum,*
3 *quod vidi ſub Sole, & quidem frequēs apud homines. Vir, cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ, ex omnibus, quę deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo ; ſed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miſeria magna eſt.* Non ab re igitur exclamauit Poeta ille gētilis Ouidius 6. metamorph. hāc
4 perpendens cęcę mentis miſeriam.

Pro Superi, quantum mortalia pectora cęca.
Noctis habent.

Lucretius quoq; lib. 2.

O miſeras hominum mentes, ò pectora cæca:
Qualibus in tenebris vitę quantiſq; periclis.
Degitur hoc æui quodcunq; eſt.

& Cornel. Gallus miſeram vitę conditionem exclamans:

O quàm dura premit miſeros conditio vitæ.
Nec mors humano ſubiacet arbitrio.
Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit.
At quum triſtis erit, præcipitata venit.

Factum quod narramus non in tenebris manifeſtum hoc facit. Martianus, qui diues fuerat ; nec dederat ei poteſtatem Deus, vt comederet ex eis, ſed vt relinqueret ; filium habens, eundem ſupremis tabulis hæredem dixit. perpendens autem illum facilè abeſſe ex humanis poſſe, rebus, quæ relinquebat, nec ſecum ferre poterat, ligamen, nè fugerēt, conditionis adiecit: *Con conditione, che morendo detto Franceſco in pupillari ætate, ò vero quandocunq; ſenza figli legitimi, e naturali dal ſuo corpo legitimamente deſcendentino, voglio, che in detta mia heredità ſocceda la Chieſa di Santo Antonio, quale da mò per all'hora ſuſtituiſco nel caſo predetto.* Franciſcus annos natus decem & octo, ipſe Mundi huius miſeras animo voluens viciſſi-
5 tudines, & quod tēpus hoc peruolat, quodq; Publius Minos dixit.

Neſcis quid optes, aut quid fugias, ità ludit dies.

& Horatius 1. Carminum.

Sed improuiſa lethi
Vis rapuit, repietq; gentes.

Mundo vale dicere diſponit, atq; in Religione bonorum in communi capace Chriſto nomen dat. Hinc factum eſt, in dubium vt ventum fuerit: ſit nè factus locus Eccleſiæ Sancti Antonij ſubſtitutioni, an Monaſte-
6 rium, quod Franciſcus ingreſſus fuit, quod filij habeatur loco ad *tex. in cap. in præſentia 8. de probationib.* & *Gloſſ. fin. in auth. niſi rogati. C. ad Senatus Conſultum Trebellianum. Afflict. deciſ. 320. num 9.* ibidemq; *Vrſillus num. 4 Gratian* Rotæ Marchiæ *deciſ. 7. num. 8. & 9.* Rota *coràm* Cantuccio *deciſ. 92. num. 11. par. 2. diuerſorum. Tiraquell. in l. ſi vnquàm. verbo ſuſceperit liberos. nu. 46. C. de reuocand. donation. Cæuallos quæſtion. 8-6. num. 39. & ſeqq. par. 3.* Subſtitutionem intercidat Eccleſiæ Sancti Antonij ſubſtitutæ ?

7 Conſulti proindè nos, non intercidere Eccleſiæ Sancti Antonij ſubſtitutionem aſfirmamus. Pia quippè cauſa, expreſſa cum diſponẽtis hominis voluntate de rebus ſuis, ad bonorum eius ſucceſſionem admittatur, & ad illa vocetur; Monaſterium autèm ex tacita, atq; ſubintellecta eiuſdem voluntate ſubingrediatur: mirùm haud eſſe debebit, ſi tacitum expreſſo cedat. Quòd verò Monaſterium, vel hæredis, vel filij habeatur loco, idſanè, alia ſubſtituta pia cauſa, non ſubſiſtit. Verba excipe Iuſtiniani Cæſaris in §. *ſed & hoc præſenti. cap. 37. in authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis collat. 9.* ſic enim in fin. Iuſtinianus diſertiſſimis verbis.

Si tamen in redemptionem captiuorum, aut egentium alimenta ſub prædictis conditionibus ſubſtitutio, aut reſtitutio fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

Non itaq; locum habet Monaſterium, pia cauſa inſtituta; ſed illi cedit. quod & laconicè ex *d. §. ſed & hoc præſenti.* Zeno Imperator reduxit in *auth. niſi rogati. C. ad Senat. Conſultum Trebell.* nec diffitetur *Salic.* ibidem in ſummario, dicens.

Si rogatus de reſtituendo, ſi nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur Monaſterium, deficit fideicommiſſum, niſi alteri venerabili loco debeat reſtitui. neq; ab his recedit *Gloſſ. fin. in fin. d. auth. niſi rogati.* apertiſſimè quoq; *Gloſſ. fin. d. cap. in præſentia 8. de probationib. Tiraquellus de pia cauſa priuileg. 96. Couar. variarum reſolut. lib. 1. cap. 19. ſub num. 7. in fin. verſ. poſtremò ſi præfata.* Didacus *Spino in ſpeculo teſtament. Gloſſ. 14. princip. nu. 124. & 125. Cardin. Mantica de coniectur. vltimar. volũt. lib. 11. tit. 7. nu. 12. Alexander Raudenſ. variarum reſolut. cap. 22. nu. 8. Bellettus diſquiſition. clericalis. tit. de bonis Clericorum. §. 20. num. 5. fol 552. Sanchez in opere morali part. 2. lib. 7. cap. 16. nu. 33. 34. & 35. Sfortius* Oddo *tract. de compendioſa ſubſtitut. part. 6. art. vlt. § an legitimi tantùm limit. 8. nu. 21. concluſ. 12. fol. 127. Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. nu. 87. in 10. declarat. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 28. à nu. 84. Vincent. de Franchis deciſ. 29. num. 8. Cacheranus deciſ. 126. Barboſa d. cap. in præſentia. 8. de probationib. Carolus Tappia in repetit. Authent. ingreſſi.* verbo *ſua. cap. 13 nu. 29. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Gutierrez canonicar. quæſtion. lib. 1. cap. 32. nu. 38. & 39. Molina de iuſtit. & iure tom. 1. diſputat. 190. col. mihi* 10. *verſ. deindè ſi pia aliqua cauſa fol. 751.*

8 Verum hæc ita dicimus: admitti Eccleſiã ſubſtituram, neq; Monaſterium eidem præiudicium inferre, ſed poſt naturalem mortẽ inſtituti, poſtquàm ſcilicet Franciſcus, qui religionem ingreſſus eſt, ſatis ipſe conceſſerit, ſupremumq; vitæ impleuerit diem; nam interim donec vitalem ipſe attraxerit aurã, fructus bonorum ipſorum fideicommiſſo ſubiectorum, ex Monachi perſona Monaſterium capiet, percipietq; Poſtquam enim verò fati diem impleuerit morte ſublatus naturali inſtitutus, ſubſtituto locus aperitur. non
9 poſt mortem ciuilem, quæ per profeſſionẽ ingreſſo contingit, quando moritur Mundo. *can. placuit. 53.* ibidémq; *Gloſſ.* verbo *mortuos eſſe. & can. nullus monachus. 54. 2. q. 7. can. placuit. 8. 16. q. 1.* teſtatam rem hãc Paulus facit lib. 2. decretorum in *l. Statius Florus. 48. §. Cornelio Fęlici ff. de iure fiſci.* qui diſertiſſimè ſic verba facit.

Cornelio Fęlici mater ſcripta hæres, rogata erat hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam. Cùm hæres ſcripta condemnata eſſet, & à Fiſco omnia bona mulieris occuparẽtur, dicebat Fęlix ſe antè pænam eſſe. Hoc enim conſtitutum eſt. Sed ſi non dum dies fideicõmiſſi veniſſet; quia poſſet priùs ipſe mori, vel etiam mater alias res acquirere, repulſus eſt interim à petitione. ſic Paulus; qui palàm locutus eſt. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *à petitione, & Scribentes:* eodemq; ſenſu, & verbis non alijs Papinianus lib. 8. reſponſ. in *l. cùm pater. 79. §. hæreditatem filius. ff. de legat. 2.* illis verbis: *Nec fideicommiſſi conditionem ante mortem filij hæredis exiſtere.* ſequuntur verò plena manu *Peregrin. de fideicommiſſ. d. art. 28. nu. 81. Ludouicus Caſanate conſ. 26. n. 4. Raudenſ. d. cap. 22. nu. 9. Sanchez in moralib. lib. 7. d. cap. 16 nu. 10. & nu. 34. in fin. Anton. Gamma deciſ.* Luſitan. *6. nu 4. & 5. Cauallos practicarum quæſt. part. 1 q. 193. nu. 7. & 8. & par. 3. q. 806. nu. 28 Antonius Faber lib. 1. tit. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Definition. 42. nu. 3. Card. Mantica d. tit. 7. nu.* 8. *Vincent. de Franch. deciſ. 14. nu. 7. & nu. 14.* Hondedeus *conſ. 61. num. 27. & ſequent. lib. 1.* Michael *Craſſus §. fideicommiſſum q. 41. Gratianus forenſ. part. 3. cap. 815. nu. 2. & ſeq.* de vſufructu relicto loquens, quòd ille interim Monaſterio cedat, vita perdurante vſufructuarij, donec ille per ſupremum diei terminum fatis concedat. *& nu. 18. & ſeq. & nu. 20.*

10 Parum proindè erit refricare; excludi Monaſterium, ne interim, vita ſoſpite Monachi, hæreditatis commodum percipere valeat, profectò, quòd ſubſtituta Eccleſia, & vocata, ſi Franciſcus in pupillari ætate moreretur, vel poſtmodùm quandocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus ex corpore legitimè
11 deſcendentibus: per profeſſionem autèm in religione (in qua ſolemne caſtitatis votum emittitur *cap. cùm ad monaſterium. 6. in fin. §. nec æſtimet. de ſtatu monachorum*) præciſa iam omninò poteſtas liberos ex corpore legitimos, & naturales habendi fuit. purificata conditio extitit; deceſſiſſe propterea videri nunc ſine filijs legitimis, & naturalibus ex corpore, vt teſtator ſuis mandauit tabulis: ex *Alexandro conſ. 100. lib. 4. Beerio deciſ. 354. nu. 13. Ripa in l. ex facto. § ſi quis rogatus.*

Digitized by Google

*tus.il primo nu.*18.*verſ ſi verò ff. ad Trebel-*
*lsian.Gratian.d.cap.*815. *num.*21.*Sanchez d.*
*cap.*16.*nu.* 51.*&* 52.*Franchis d.deciſ.*29.*nu.*
6.*Maſtrillus deciſ.*66.*num.*4.*part.*1.*Barboſa*
in collectan. ad dictum cap. in præſentia 8.*n.*
3.*de probat.*

12 Duplex namq; inuoluitur conditio iſtis in
verbis, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus
ex corpore deceſſerit: vnam quidem, vt de-
cedat, ex hoc Mundo abeat, diſcedat, reſpi-
rationis ei facultas interdicatur, orcho ab-
ſumatur; diem videat vltimum, deniquè mo-
riatur; alteram verò, vt nullis ſuſceptis, reli-
ctiſq; liberis ex corpore legitimè deſcendē-
13 tibus diem claudat extremum. Licet verò
ſpes liberos ſuſcipiendi, atq; prætereà relin-
quendi ex corpore legitimos, omninò, mo-
diſq; omnibus per nomen Chriſto in reli-
gione profeſſione emiſſa datum, intercepta
fuerit; neq; ampliùs ſuperſit, nec ſupereſſe
14 valeat; vitalem tamen Monachus adhùc tra-
hit auram, vitæq; vſura fruitur. expectandum
annum, & horam, quæ vltimum, almumq;
trahat diem. iuxtà Horatianum illud 4.car-
min. ode. 1.

Immortalia ne ſperes monet annus, & al-
mum,
Quæ rapit hora diem.

15 vt Monachus moriatur inſtitutus. non pu-
rificatam ex omnibus partibus interim vi-
deri conditionem ſubſtitutioni adiectam;
ſi ſine liberis deceſſerit ex corpore legitimè
ſuſceptis, atq; relictis, retineri proptereà trāſ-
miſſionem ad ſubſtitutum. *l.vnica.§.ſi au-*
*tem aliquid.*C *de caducis tollend. d. l.Statius*
*Florus.*48.*§.Cornelio Felici. ff. de iure fiſci,*
cuius verba ex Paulo non longè antè retu-
limus, ſequiturq; Ripam detrudens *Cardin.*
*Mantica de coniectur.lib.*11.*tit.*7.*nu.*33.*Pe-*
*regrinus de fideicommiſſ. d.art.*28. *num.* 83.
*Gratianus forenſ.part.*3.*cap.*481.*num.*34.*&*
35.*& d.cap.*815.*nu.*22.23.*&* 24.*par.*5. *Ma-*
*ſtrillus deciſ.*65.*nu.*3. *Sanchez in moralib.d.*
lib. 7.*cap.*16.*nu.*15.16.*& ſeq. Barboſa in col-*
*lectan. ad d.cap. in præſentia.*8.*nu.*13.*in* 11.
*limitat.de probationib. Cauallos d.q.*193.*nu.*
9.*& d.q.*806.*nu.*26.27.*& ſeq.par.*3.

16 Morte ergò ſequuta inſtituti, qua ſoluun-
tur, & terminum expectant omnia, *§.dein-*
*ceps autem in authent.de nuptijs collat.*4. ſe-
quiturq; *Gloſſ.*poſt *tex.* in §. *ſimili modo.In-*
ſtitution. quibus modis tutela finitur verbo
morte naturali. nam

Labimur ſaeuo rapiente fato:
Ducitur ſemper noua pompa morti.

17 Seneca in Oedipo, vt dixit. Statim locus
apertus fuit ſubſtituto, hæreditatem vt ca-
piat defuncti, quam, vitalem adhùc trahen-
te auram Monacho, intercipere retinebatur.
Nihil proptereà facient filij locum tenere
Monaſterium, non videri ſine filijs deceſſiſſe
qui monaſterium filij loco habuit, vt in ini-
tio diximus.

18 Præterquàm quòd enim ex Innocentio
III.*d.cap.in præſentia* 8.*§ ſed & ſi teneret. de*
probationibus, nō filij, ſed hæredis loco Mo-
naſterium haberi dicatur. verba damus In-
nocentij: *Quia tamen* (inquiens) *intelligendū*
non erat ſine hærede decedere, qui monaſte-
rium ſibi hæredem inſtituit. Quo loco *Gl. ff.*
verbo *qui monaſterium inſtituit.* ſequen-
tibus aptius ad rem noſtram infert: *Ingreſſus*
monaſterium fingitur habere hæredem cùm
rogatus eſt reſtituere priuato; vel eùm ei pri-
uatus eſt ſubſtitutus. Si autem rogatus eſt
reſtituere loco religioſo, vel Eccleſiæ, vel ex-
pendere in pias cauſas, non euaneſcit ſubſti-
tutio per ingreſſum monaſterij. perpenditq;
Sanchez, iiq; quos ipſe refert *d. cap.*16. *nu.*4.
*Franciſcus de Ponte conſ.*39. *num.*6.*& ſeq.*
*lib.*1.

19 Nihilominùs tamen non ita abſolutè il-
lud procedit axioma, maxima, propoſitio:
Monaſterium loco haberi filij: ſed in caſibus
iure expreſſis dumtaxàt. iuxtà *Tiraquel.* ſē-
tentiam in *d.l ſi vnquàm.* verbo *ſuſceperis*
*liberos.n.*46.*C. de reuocandis donationibus.*
ſequiturq; Rota *apud Cantuccium d. deciſ.*
91.*num.* 11.*part.*2. *diuerſorum.Ioan. Azor.*
*Inſtitut.moralium part.*1.*lib.*12.*cap.*2. *q.*16.
in fin.

20 Neq; contra expreſſam teſtantis diſpoſi-
tionem admitti Monaſterium valeat; ſi ille
(vt in facto hoc noſtro) inſtituto ſine liberis
ex corpore legitimè deſcendentibus, ex hu-
manis abeunte, ſubſtitutum admitti voluit:
21 Quia Monaſterium ex præſumpta venit, vel
diſponentis, vel ſaltem legis mente; ſubſtitu-
tus verò ex expreſſa de rebus ſuis diſponen-
tis voluntate, quæ omnibus alijs præſump-
22 tis, vel excogitatis hominum interpreta-
tionibus eſt præferenda. Ea quippè primum
locum obtinet; eaq; regit conditiones. ver-
ba ſunt Vlpiani lib. 5. diſputationum in *l. in*
conditionibus primum locum 19. *in princ.ff.*
de conditionib. & demonſtrationib. Gutier-
rez canonicarum quæſtionum lib 1. *d.cap.*
32.*num.*39.*Boerius d.deciſ.*354. *num.*6. *Cā-*
*cheranus d.deciſ.*126.*num.*24. Cauallos *d q.*
193.*num.*2.3.*&* 4.*Vrſill.ad Afflictum deciſ.*
348.*n.*6.*in fin.Gratian. d. cap.*815. *num.*14.
*& ſeq.part.*5.*Cauallos. dict.q.*806.*num.*40.
& ſeqq.

23 Potiſſimùm verò (vt in facto hoc noſtro)
ſi piæ cauſæ, expreſsèq; Eccleſiæ dicta fuerit
ſubſtitutio; in hoc enim duplex concurrit
ratio; & Eccleſiæ fauor; & ipſa teſtatoris di-
24 ſpoſitio. Duo verò vincula magis ligant,
quàm vnum. §. *quia igitur conſiderantes.*
verſ. vult autem hæc lex. in authent. de con-
ſanguineis, & vterinis fratribus. collat. 6.
auth.itaq. mortuo. quæ eſt finalis *C. commu-*
nia de ſucceſſionibus. § *ſed hodie.Inſtit. de*
adoptionib. noſter *Maranta de multiplici*
*alienat.num.*118.*Gloritius conſ.*5.*n.*26. hæc
verò ſententia firma redditur ex his, quæ in
initio

Digitized by Google

initio diximus ex *tex.* in *d. §. ſed & hoc præ-*
ſenti.in authen.de ſanctiſſ. Epiſcopis.collat.9.
& in d.authent.niſi rogati.C.ad Trebellia.in.
& *Gloſſ.* ibidèm. atq; *Gloſſ.* recepta *d.cap. in*
præſentia.8.in Gloſſ.fin.de probationi. & Scri-
bentes eodem loco omnes. *Sanchez d. lib. 7.*
cap.16.nu.3.& 4. & ſeq. & n.35. Antonius
Faber d.definit.42.C.de ſacroſanctis Eccleſ.
Cauallos.d.q.193.nu.2. & ſeq. omneſq; alij,
quos ſupra retulimus.

25 Verùm enim verò in aliam itum eſt diffi-
cultatem: Intendebat Franciſcus, quam ante
profeſſionis nexu ſe obuolueret; de hiſcè
bonis, quæ poſt ſui ſuprema funera in Ec-
cleſiam Sancti Antonij deuoluenda erant, ob
eidem dictam ſubſtitutionem, in nonnullos
26 ei ſanguine connexos per duos menſes an-
tè, & cum Epiſcopi licentia, vt Sacrum Con-
cilium Tridentinum *cap. nulla quoq; 17.*
ſeſſ.25 de reform.regul. edicit, diſponere, vel
donatione vſusfructus, vel etiam teſtamen-
to; vt ipſo in humanis agente, donec ſupre-
ma inſtaret luctuoſa dies, illi donatorum
bonorum patris, vſufructu potirentur, frue-
rentur, vterenturuè. Expectanda nè adhuc
eſſet vltimi funeris dies, vt ſubſtituta admit-
teretur Eccleſia, vel ſtatim profeſſione emiſ-
ſa admitti illam? Statim ſubſtitutæ Ec-
cleſiæ ius aperiri poſt datam ſolemnem
profeſſionem per Franciſcum, qui à Mona-
ſterio, quod ingreſſus eſt, extraneos, vel do-
natione, vel teſtamento heredes dixerit. iurè
reſpondendum putauimus.

27 Quòd enim vita progrediente Monachi,
bonorum interim fructum percipiat Mo-
naſterium, hic fauor eſt Monaſterij, non alte-
rius ab eo.

28 Euaneſcit proindè ſtatim donatio, vel te-
ſtamentum in extraneos collatum, profeſ-
ſione ſubſequuta Nouitij. apertiſſimè Iuſti-
nianus Imperator *d. § ſed & hoc præſenti in*
1.p.in auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis collat.
9. verba excipe Cæſaris:

In perſonis enim, quæ in Monaſterium,
vel Aſceterium ingrediuntur, & relinquunt
huiuſmodi conuerſationem caſtam, Mona-
ſterio, aut Aſceterio, vbi à principio ingredi-
tur, res ſub tali conditione donatas, aut reli-
ctas, cum alia eorum ſubſtantia competere
volumus. his Imperator. Monaſterij itàq; fa-
uor hic eſt, non alterius ab illo. eodemq; pa-
cto *d.auth.niſi rogati.C.ad Trebellianum.*
& ibidem *Bald.num.20. verſ. item quæro*
quid ſi ingrediens? & *Paulus* ibidem *num. 5.*
Gloſſ.dict.cap.in præſentia 8.in Gloſſ.fin.de
probat. & ibidem *Barboſa num. 13. Alexan-*
der conſ.13.num.4. cum ſeqq. lib.3. Decius
conſ.259.num.6. Menochius de præſumpt.lib.
4.præſumpt.83. num.72. & 75. Peregrinus
de fideicommiſſis art.28.num.65. Hondedeus
conſ.62.num.37.& 38.volum.1. Maſtrillus
deciſ.65.num.3. Sanchez d.cap.16. num.15.
& 16.Gratian.dict.capit.481. numer.34.&
35.part.3. Cauallos dict.quæſt.806.numer.
29.& 30.

29 Firmatur argumentum hoc à poſteriori:
fauorem hunc Monaſterij eſſe, non perſona-
lem diſponentis Monachi: Quia ſi ille Reli-
gionem ingrediatur bonorum in communi
incapacè, profeſſione per eum emiſſa, ſtatim
ſubſtitutus admittetur, ſiuè Eccleſia fuerit,
vel alia pia cauſa, ſiuè etiam alter propha-
nus, in quem pia cauſa non cadit, *Cauallos,*
qui alios refert *d.q.806.n.20.p.3.*

30 Duo verò coniunctim perquiri, vt interim
vita ſuperſtite Monachi bona in Monaſte-
rium conferantur. Primum, vt Monaſterium
bonorum in cõmuni ſit capax; alterũ, vt ve-
rè bona Monaſterio quærantur. alioquin ſta-
tim ſubſtitutus admittetur. & hanc ſequitur
ſẽtẽtiam *Menoch.d.præſumpt.83.n.75.* ſub-
31 nectens ipſe, quàmuis pro parte in extra-
neum a Monaſterio fieret diſpoſitio: nihilo-
minùs partem illam Monaſterio adijci, quia
nimirùm hæc ipſa Monaſterio adiectio ex ſe
naturalitèr diſpoſitione dicti *tex.in §.ſed &*
præſenti.auth.de Sanctiſſimis Epiſcopis col-
lat.9. facta ipſo iurè videtur. & ſequuntur
præcitati ſupra Doctores.

Atq; ità ex his, Sapientis iudicio meliori
non abiecto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Vltimas hominum voluntates, qui ex huma-*
nis abierunt, ſummoperè leges impleri
curant.
Vt nè latum quidèm vnguem ab eis diſced
velint.
Quia nihil magis hominibus, qui ex hac
vita diſceſſere, debetur, quàm quòd fir-
ma eorum ſint iudicia.n.2.
Illaq; exitum videant.
Voluntatem igitur qui violat defuncti,
peccat.n.3.& 5.& n 45.
Sicuti qui legem dilacerant Principis ſe-
culi.
Quia qui legem teſtatoris tranſgredi-
tur, Dei legem tranſgredi videtur.
num.6.
4 *Legem tranſgredere, peccatum eſt.*
Ratio affertur ex S.Thoma.
Et ex S.Paulo.n.6.
Quia qui legi reſiſtit, Dei ordinationi re-
ſiſtit.
7 *Rutilius Gallacinus Canonicus Neapolita-*
nus celebratur.
Bonorum ſuorum heredem inſtituit Mo-
naſterium Matris Dei Patrum Di-
Be-

Digitized by Google

ſcalceatorum Carmelitarum.

8 *Res humana nihil habent firmum.*

9 *Locus maioris non debet eſſe aſtimationis quàm homines.*

Non enim propter locum gentem, ſed propter gentem Deus locum elegit.

Nec locus ſanctificat hominem; ſed homo locum.n.10.

Locus hominum cõmodo deſignatur.n.15.

Quam ob cauſam materialitèr locus perpenditur, non formalitèr.

Nàm formalitas eſt id, propter quod locus deſignatur, ad aliquem effectum. nu.16.

Formalitas igitur eius perpendenda.n.23.

Locus ſemel mutatus mutabilis perſeuerat.n.40.

Et vt hominibus deſeruiat.

11 *Res accedere debet hominibus nõ homo rebus.*

Neq; inferior rebus eſſe.

Propter dignitatem hominis.n.13.

12 *Homini Deus rerum omnium creatarum dominium dedit.*

Et propter quem fecit omnia.n.11.

Et propter quem Chriſtus mortuus eſt.

Homo omnia alia ſuperat, & vincit.

Soluſq; erecto à Deo creatus vultu, vt Cœlum aſpiceret.

17 *Prudentia in humanis eſt, vt ex perſona, ex conditione, ex tempore, ex cauſa, ex loco aliquid ſtatuatur.*

Etiam contra teſtatoris voluntatem.

18 *Voluntas teſtatoris dimittitur quãdoq; materialitèr, vt formalitas ſeruetur; & vtilitas conſpicitur.n.19.*

Non ſcriptura tantùm teſtamenti.

19 *Mens magis quàm verba ſunt attendenda teſtatoris.*

20 *Formalitas rei magis; quàm materialitas attenditur.*

21 *Legatum in damnum eius, cui relinquitur, cedere non debet.*

Legatum eſt donatio.n.22.

Commodum propterea legatario feret, non damnum.

23 *Diffinitorium prouinciale Patrum Diſcalceatorum Carmelitarum ampliſſimam habet ex regulis poteſtatem, iu rebus agendis.*

25 *Lex in ſubiectorum commodum, & vtilitatem rogatur.*

Non iu eorum damnum.

Vndè licet à lege recedere, quę iu damnum vergit communitatis.n.26.

Nec tunc obligat.

Neq; obſeruanda.

Et catenus obligat, quatènus in commune tendat bonum.n.36.

27 *Tranſitus facilis eſt in habentibus ſymbolum.*

Quia facilè tranſmutantur, qua ſimilitudinem habent.

Difficilius qua diſſimilitudinem.

28 *Voluntas teſtatoris lex eſt modis omnibus ſeruanda.*

Eamq; adimplere neceſſarium eſt.n.29.

Et non implens infidelitatis peccato ſe maculat.

Nullaq; id iuris ratio patitur.

Et ingratitudinis vitio ſe fœdat.n.30.

Reprime, ſi ex neceſſitate non ſeruetur. num.31.

Vel quia ex cauſa commutata voluntas ſit.

Voluntatem verò ex cauſa mutat lex, vel Princeps, & ſupplet, quod ille non poteſt.num.33.

Voluntas à lege, vel à Principe ex cauſa mutata, defuncti voluntas interpretatiua dicitur.n.34.

Et in hoc defuncti, ac legis voluntas aſſiſtere putatur.n.35.

Quia vna penduntur lance.n.37.

Et ſufficit formalitèr, voluntatem impleri, licèt non materialitèr impleatur ex cauſa.n.38.

32 *Teſtator quod ipſe diſponeret, ſi adhùc in humanis ageret, pro diſpoſito habetur.*

Vt eius voluntas in finem dirigatur, quem amauit.

Vel reſpondiſſet, ſi interrogatus fuiſſet. num.34.

Teſtatoris, & legis voluntas vna penduntur, atq; æqua lance.n.37.

39 *Acceſſorium naturam, ſui principalis ſequitur, & ab illo dirigitur.*

41 *Res Eccleſię alienabilis ſemel facta, ſemper perdurat alienabilis.*

Monaſteria noua erigere Regulares non poſſunt ſine Ordinarij licentia.

Erectione verò facta, illa ſub directione Religionis remanent.n.43.

44 *Religio Diſcalceatorum Carmelitarum à S. Matre Tereſia in arctiſſima reformatione inſtituta fuit.*

Et proindè excepta à Decretis Clementis VIII. de Nouitiatibus *deſignandis per Breue Sanctitatis ſua.*

46 *Redditus* Nouitiatui *addicti, & bona, non loco, ad quemcunq; transferatur locum* Nouitiatus *ſecum bona, & redditus pertrahet.*

Quia res affectione ſua iuuſta tranſit. num.47.

47 *Res tranſit ſuo onere preſſa, ad quemcunq; illa progrediatur.*

48 *Legatum interpretationem recipit ex perſona, ad quam verba diriguntur.*

49 *Eccleſia Superioris authoritate deſtructa, vel translata, priuilegia, & bona, qua prior obtinebat, ad translatam accedunt.*

Sicuti beneficio translato, bona, & emolumenta cum illo transferuntur. num.50.

50 *Beneficio translato, ſiui* Capella, *omnia emolu-*

Digitized by Google

lumenta, ſiuè etiam onera tranſlata quoq; ſunt.

ARGVMENTVM.

Potuerint nè, ac poſſint Patres, atquè Diffinitorium Prouinciale Diſcalceatorum Carmelitarum, ex ampliſſima, quam ex regulis obtinent facultatem, Nouitiatum in vno erectum loco, in alium iuſtis ex cauſis transferre? & quid ſi ille ex voluntate defuncti teſtatoris, etiam commutata, erectus fuerit, nùm poſſit, nihilominùs in alium transferri locum? An ſufficiat defuncti teſtatoris voluntatem formalitèr implere, quàmuis materialitèr impleri non poſſit? Teneamur nè legem ſeruare, ſi illa, etſi in commune bonum inſtituta, in damnum tamen communitatis nunc vergat? Et an tranſlato Nouitiatu prædicto priuilegia, iura, redditus, & bona in illum tranſlata quoquè videantur? Quod verò teſtator reſpondiſſet, vel feciſſet, ſi in humanis egiſſet, pro facto habetur, & ſupplet lex, vel Princeps, quod ille nunc minimè poteſt, ex interpretatiua illius voluntate.

RESPONSIO LXXIII.

1 HOminum vota, qui ex hiſcè noſtris
abſtracti, vitæ termino facto hinc
abiere, ità ſancta ſemper habuere
leges; vt nefas æſtimauerint ab il-
lis nè latum quidèm vnguem diſcedere,
vndè ab ipſis primis conditæ Vrbis Romæ
principijs diſpoſitum videbatur. *Vti legaſſet
quiſq; de ſua re, ità ius eſto*. quod Impera-
tor Iuſtinianus in §. *diſponat. in auth. de nu-
ptijs collat*. 4. meliori, ornatioriq; tranſtulit
diſpoſitione.

Diſponat itàq; (inquiens) *vnuſquiſq; in
ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas.*
2 Quia nihil eſt, quod magis hominibus de-
beatur, poſtquàm hinc demigrauere; cùm
iterùm non redeat arbitrium, quàm quod
exitum videant, quæ diſpoſuere. ex Conſtan-
tino Cæſare *l*. 1. C. *de ſacroſanct. Eccleſ*. Non
3 ſine itàq; leui famine eſt, qui legem à teſtato-
re ſoluit decretam; ſicuti neq; à crimine ſol-
uitur, qui Principis legem in commune
rogatam Reipublicæ bonum dilacerat, diſ-
ſoluitq; nec cuſtodit. ſic habes ex Gregorio
IX. in *cap. fin. de conſuetud. extrà*. expreſſis
verbis dicente.

4 *Cuius tranſgreſſio* (iuris ſcilicet, de quo lo-
quebatur) *periculum ſalutis inducit*. pecca-
tum eſt ergò legem tranſgredi. & ex Conci-
lio Meldenſi in *cap*. 1. *de conſtitutionibus
Sanct. Thom*. 1. 2. *quæſt*. 96. *art*. 4. rationem
reddens: quia *habent vim obligandi* (dicens)
*in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua deri-
uantur. ſecundùm illud prouerbiorum* 8.
*Per me Reges regnant, & legum conditores
iuſta decernunt*. diſpoſuitq; Gelaſius Papa
in *can. Syluester*. 13. 11. *quæſt*. 1. de ijs lo-
5 quens, qui voluntatem, legemq; à teſtatore
decretam dilacerant. ſequiturq; *Nauarr.
conſ*. 9. *num*. 6. *lib*. 3. *de emption. & vendition.*
concinitq; Iuſtinianus Auguſtus in *l. quæ-
ſtionem ex facto* 32. *aliàs fin. in princip*. C. *de
fideicommiſſis*. illis verbis: *& voluntati mor-
tuorum proſpicientes*. Rationem excipe à
Doctore Gentium Paulo ad *Roman*. 13. 2.
6 Quia nimirùm: *Qui legi reſiſtit, Dei ordina-
tioni reſiſtit*. Lex eſt autē defuncti volūtas, &
diſpoſitio. Qui ergò defuncti (in pijs præſer-
tim) diſpoſitioni, legiq; reſiſtit, Dei ordina-
tioni reſiſtit. fauetq; argumento huic ex eiſ-
dem Pauli verbis Auguſtinus ſermon. 6. de
verbis Domini. relatus à Gratiano *can. qui
reſiſtit*. 97. 11. *q*. 3. & nos diximus *reſponſ*. 32.
n. 8. 9. & 10. *p*. 1.

Perquirunt propterea, vt nouerint: Teſta-
toris nè legem violent, ſi id faciant, quod
excogitant, Patres Diſcalceati Carmelitæ?
Cauſa autem talis eſt. Qui quondam fuit
7 Rutilius Gallacinus Cathedralis Eccleſiæ
Neapolitanę Canonicus, vir ſua ætate, & do-
ctrina, & motibus conſpicuus, cùm hinc di-
ſceſſum pararet, de ſuis diſponēs. tabulis ſcri-

ptis

Digitized by Google

ptis ſupremis, heredem rogat Monaſterium Matris Dei Patrum Diſcalceatorum Carmelitarum. Legem autem ei hanc peculiarem dicit: *Voglio* (inquiens) *che tutti li miei beni di detta mia heredità, ſtabili, e compre, non ſi poſſano vendere, ne donare, ne credere, ne obligare, ne in qualſiuoglia modo alienare. ne ſopra quelli imporre peſo, ò ſeruitù alcuna in qualſiuoglia tempo; ma le due mie Caſe ſi debbano vnire, & accomodare nel miglior modo, che parerà alli Superiori di detto Monaſterio, con giuditio, e diſegno dell'Architetto loro per fundarci vna Caſa di Nouitiato da farſi in futurum, di Giouani, che vorranno abbãdonare il Mõdo per ſeruire à Dio nel ſicuro ſtato di ſi Santa Religione, ſeguitando l'orme della Santa Vergine Madre Tereſia Fundatrice.*

Teſtatore ex humano die abſorto hæreditatem adijt Monaſterium. Hoc voluntatem implere defuncti volens; vt in proprijs domibus Nouitiatum erigat ad Iuuenes excipiendos, qui in religione nomen dare Deo, Chriſtoq; Domino Ieſu Cruci ſuffixo amauerint, tentat. Impedimentum autem non modicum fit ei per Patres Ordinis Prædicatorum reformatos in Monaſterio Ieſus Mariæ, quòd propè eos ſint domus à Teſtatore relictę. Impedimento propterea occurrere Patribus viſum eſt; ſummumq; adeunt Orbis Moderatorem Romanum Pontificẽ, voluntati in hoc deroget inter mortuos Teſtatoris. Annuit ſupplicatis re cognita Pontifex, voluntatiq; quòad domos derogat demortui. Facultatemq; facit, vt alio loco Nouitiatum erigant. Et à Sacra Congregatione Eminentiſſimo tunc Neapolitano Archiepiſcopo Cardinali Caraſæ reſcribitur; in vno ex tribus nominatis locis per Patres in ſuburbio Plagæ Nouitiatum erigi. Voluntatem exequitur Sacræ Congregationis Eminentiſſimus Cardinalis Archiepiſcopus, vnumq; ex tribus locis deſignat. Nouitios proindè in illo deferunt. Verùm comperto loco non ita apto, in alium ex tribus propria Religionis facultate transferunt; in quo in hunc vſq;
8 diem perſiſtunt. Vt ſunt autem res humanæ nihil habere firmum. nam vt Horat. lib. 2. carminum canit;

Quid quiſq; vitet, nunquàm homini ſatis
Cautum eſt in horas.

Euenit nunc ſatiùs expedire in alium locum, atq; potiſſimùm in ipſum Monaſterium Matris Dei, quod hæres bonorum dictum eſt, nouitiatum transferre. Fit itaq; cauſæ ſtatus: Poſſit ne Prouinciale Diffinitorium ex facultate, quam habet ex regulis ampliſſimã, Nouitiatum in dictum transferre locum, vel defuncti teſtatoris voluntatis reum habebitur? Poſſe, nulloq; quin hoc præſtet, detineri impedimento, conſulti reſpondimus. Non quidèm teſtatoris; quia ille Nouitiatum erigi mandauit; domoſq; addixit in hoc, vt opportunior Patribus erectio foret: domos materialitèr deſcriptas fuiſſe, non formalitèr; quoquo modo demum; voluntatis derogationem, iuſta ex cauſa, ab poteſtatem habente Summo Pontifice, illis proficere. Pontificis verò, ſacræq; eius nomine, Congregationis; quia Patrum illa opportunitati conſulere intendit; verba damus in litteris ad Eminentiſſimum Cardinalem Caraſam Archiepiſcopum datis. deforis quidèm. *All'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signor mio oſſeruandiſſimo*

Il S. Cardinale *Caraſa Napoli.*

Intus verò. *Illuſtriſſimo e Reuerendiſſimo Signor mio oſſeruandiſſimo.*

S'è riferito nella Sacra Congregatione *ciò che V. S. Illuſtriſſima hà riſpoſto per informatione intorno alla pia diſpoſitione del q. Rutilio Gallacino per l'erettione da farſi nelle ſue caſi per vno Nouitiato per li Frati Carmelitani Scalzi; & alla differenza, che paſſaua tra queſti, e li Frati Domenicani con l'occaſione di tale erettione per riſpetto della troppo vicinanza al Conuento loro; & hauendo ambe le parti acconſentito, che detto Nouitiato ſi eriga in vno delli trè ſiti notati nell'allegato foglio, la S. di N. S. s'è contentata di commutare in ciò la volontà del Teſtatore. hò voluto per tanto darne parte à V. S. Illuſtriſſima; à fin che ſi contenti, che l'erettione predetta ſi faccia in vno di detti tre ſiti, ò altro, che lei giudicaſſe più à propoſito à ſodisfattione delli ſudetti Patri Scalzi. e per fine li bacio humilmente le mani. Roma li 5. Marzo 1624.*

Di V. S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima,
Humiliſſimo ſeruitore
Il Card. Bandino.

Ex hiſce itaq; Sacræ Congregationis litteris, Sole non in tenebris, euidenti conſpicitur lumine, (vt ab hoc ſecundo probationẽ inſtituamus,) ſacram ipſam Congregationẽ Patrum commoditati in loco deſignando conſuluiſſe, ne cum incommodo fieret & aliorum, & ipſorum Patrum. Non enim in vno ex tribus locis à Patribus deſignatis ſtetit, ſed vlteriùs proceſſit, latiùſq; decreuit: dicens: *Che l'erettione predetta ſi faccia in vno de' detti trè ſiti, ò altro, che lei giudicaſſe più à propoſito à ſodisfattione delli predetti Patri Scalzi.* Porrò huius rei cardo erat, in cõmutatione voluntatis defuncti, à Domibus ab eo deſignatis, in alium locum; locum autèm acceſſorie venire, atq; accidentalitèr: pari namq; modo erigi poterat in ſuburbio Plagæ, in quo erectus Nouitiatus fuit, ſicuti in alio quocunq; Ciuitatis loco, ſine tamen
9 incommodo aliorum. Non enim propter locum, gentem; ſed propter gentem, locum Deus elegit. (2. *Machabeorum*, 5. 19.) dicitur. Et græcæ eloquentiæ aureum illud os Ioan-

nes Chryſoſtomus in Matthæum *ad cap.23.*
*homil.43.*in opere imperfecto.à Gratiano re-
latus *can.multi ſacerdotes.12.diſt.40.* diſer-
tiſſimis dixit verbis,rationem referens,qua-
re non ex cathedra ſanctitatem quis con-
10 quirat : *Non locus ſanctificat hominem:*(in-
quiens)*ſed homo locum.*ibidemq: *Gloſſ.*ver-
bo *ſed homo locum,* non inconcinnam & ip-
11 ſa rationem excogitauit ; quia *Res accedere*
debet hominibus,& non homo rebus. Ridicu-
lum quippè eſſet,hominem, propter quem
facta ſunt omnia, & propter quem Chriſtus
mortuus eſt. 1.*ad Corinth.*8.11. hiſce rebus
materialibus accedere , inferioremq; illis
æſtimari, qui omnibus rebus præpoſitus à
12 Domino Deo fuit, earumq; dominus con-
ſtitutus, (*Geneſ.*1.28.) dùm ei dixit, be-
nedixitq; Deus : *Creſcite,& multiplicamini,*
& replete terram,& ſubijcite eam , & domi-
namini piſcibus maris,& volatilibus Cęli,&
vniuerſis animantibus , quæ mouentur ſuper
terram . nec longè ab hoc ſenſu abijt Paulus
lib.2.ad edictum ædilitij Curulij. in *l.iuſtiſ-*
ſimè.44. ff. de ædilitio edicto. quem allegat
13 *Gloſſ.*in d.verbo ſed homo locum . *Iuſtiſſi-*
mè(dicens) *ædiles noluerunt hominem ei rei,*
quæ minoris eſſet, accedere . propter dignita-
tem hominum.*Ridiculum namq; eſſet,tuni-*
14 *ca fundum accedere.* quia minoris eſt. ho-
mines verò omnia alia ſuperant, vincuntq;
ſolumq; hominem Deus animal rationis ca-
pax,erectumq; vultu creauit,vt Cœlum aſpi-
ceret,animantia cætera terram .

Pronaq; cùm ſpectent animātia cætera ter-
ram ,
Os homini ſublimè dedit,Cœlumq; videre
Iuſſit,& erectos ad ſydera tollere vultus.

Ouidius metamorphoſ.1. dixit. & Vergi-
lius 6.Aeneid.

Igneus eſt illis vigor,& cœleſtis origo .

perpenditq; *Gloſſ.d l.iuſtiſſimè.* verbo *præ-*
15 *ponitur.*& verbo *dignitatem.* Patrum proin-
dè commodo deſignatus locus fuit ad no-
uitiatus erectionem , vt hominibus ille de-
ſeruiret,non loco homines alligati eſſent, lo-
conè cederent . Perpenditur namquè locus
materialitèr tantùm ;formalitèr verò noui-
tiatus ipſe ; qui certè in aliquo loco erigi de-
bebat . In domibus proprijs teſtatoris, non
potuit,in alio propterea erigi debebat. parū
igitur, an iſto, vel in illo, in ſuburbio Plagæ,
vel alio Ciuitatis loco erigatur,refert . Prop-
ter hanc proindè cauſam Eminentiſſimi Pa-
tres in dictis litteris ad Eminentiſſimū Ca-
rafam,laſſitudinem illam addidere ;*O altro,*
che lei giudicaſſe più à propoſito à ſodisfat-
16 *tione delli ſudetti Patri Scalzi* . Perpende-
bant enim, materialitèr tantùm locum con-
ſiderari;formalitatem autem,nouitiatus ere-
ctionem eſſe,conceſſiſſent propterea, & in
eodem Monaſterio Matris Dei illum erigi ,
& in quocunq; alio loco , ſi tunc patres ſi-
gnificaſſent. Difficultatis quippè punctus in
eo dumtaxàt erat,vt voluntas mutaretur de-
functi , quæ in hoc ſeruari minimè poterat,
obſiſtentibus Patribus Dominicanis . Illa iā
mutata;nullus ſupeterat alius locus, qui Pa-
tribus neceſſitatem adijceret, vt erigeretur
in illo: quia nullus alius demandatus fuerat.
17 Iuris autem prudentia hæc eſt, vt ex perſo-
na, ex conditione, ex tempore, ex cauſa, ex
loco aliquid ſtatuatur , quantuis contra de-
18 functi teſtatoris mādatum id accidat. Quia
nonnuquam à voluntate etiam Patris rece-
dit Prætor,ex Vlpiani ſenſu, verbiſq; in *l.1.*
& *l.2.ff.vbi pupillus educari debeat.* Rationē
accipimus ex Triphonino lib.14. diſputat.in
l.vtilitatem 10.ff.de confirmando tutore, vel
curatore . dùm de confirmando tutore te-
ſtamento à patre dato , agens ; poſſe à patris
voluntate Prætorem recedere reſpondet .
19 Quia,dicens : *Vtilitatem pupillorum Prætor*
*ſequetur,non ſcripturam teſtamenti.*neq; ab
ea recedit *Gloſſ.*verbo *vtilitatem* , rationem
& ipſa comminiſcens:quia *magis mens,quàm*
20 *verba,eſt intuenda* . Formalitas nempè rei
magis, quàm materialitas(ad Vlpiani ſenſum
lib.40. ad Sabinum in *l.an inutilis. 8. in*
*princ.*ſecundùm *Bart.* ſummarium ibidèm
ff.de acceptilat.)attendi debet.Et id,quod cō-
modum,vtilitatemq; reſpicit eius, cui relin-
quitur,ſequiturq; *Iacobus Thomingius deciſ.*
Lipſien.51.nu.5.in fi. meminimuſq; *reſponſ.*
noſtra 20.*nu.70.part.*1.
21 Cæteròquin in damnum cederet relictū ,
non in vtilitatem , & cōmodum Nouitiatus
erigendi . Teſtator verò commodum eius
proſpexit, non damnum. non itaq; in eius
verti incōmodum, ac detrimentum debe-
bit;quod nunquàm eſſe in legato poteſt. ad
Iuliani ſenſum lib.3. ad Vrſeium Ferocem
22 in *l.ſi hereditatem.32.ff.mandati.* Legatum
namq; donatio eſt quædam à teſtatore reli-
cta,ab hærede præſtanda.*§.legatum.Inſtitu-*
tionibus de legat. ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *do-*
natio. Commodum itaq; legatario feret,non
damnum.ex Vlpiano in *l.quædam ſunt. 9.§.*
nihil intereſt.ff de edendo. Gratianus forenſ.
part.5.cap.922.nu.29.
23 Locus ergò materialitèr dumtaxàt in con-
ſiderationem cùm hic veniat;nouitiatus ve-
rò formalitèr ; nihil vtiq; prohibebit, quin
manus demus:illum ſub religionis directio-
ne ita demandatum fuiſſe,vt de illo , ex am-
pla , quam ex regulis obtinet poteſtatē Pro-
24 uinciale Diffinitorium , ex cauſis occurren-
tibus,ex ſe liberè diſponere valeat , etiā aliò
illum transferendo:quia loco alligatus non
eſt.Non ſanè ex voluntate defuncti: Quia il-
la iam commutata(ex cauſa)fuit:neq; etiam
ex Sacræ Congregationis demandatione :
quia illa(vt huc vſq; oſtendimus) nullam in
hoc neceſſitatem Patribus impoſuit . Nulla
itaquè alia ratio excogitari poterit, quæ im-
pedimento eſſe eis poſſit , niſi vel vtraq; vel
vna ipſarum:voluntas ſcilicèt defuncti , vel

Supe-

Digitized by Google

Supetioris(vt eſt Sacra Congregatio)demā-
datio.vtraq; quippè earum legem facit, vt
diximus.Lex autem ſubiectorum in dānum,
& interitum non vtiq;rogata videtur, ſed in
eorum commodum,& directionem. Quin
*Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas
patitur,vt quæ ſalubriter pro hominum vti-
litate introducuntur, ea nos duriore inter-
pretatione contra ipſorum commodum pro-
ducamus ad ſæuerstatem*. ſic nempè Mode-
ſtinus lib.7. reſponſorum ſequitur in *l. nulla
iuris ratio*.25.*ff.de leg*.& eum ſequitur Abyſ-
ſus ille doctrinæ, ſuo id nomine proſequens
S.Thomas Doctor Angelicus.1.2.*d.q.96.art.
6.in corpore*.rationem referens adæquatam:
quarè etiam à lege receditur, aliàs in vtilita-
26 tem publicam rogata? Quia: *Omnis lex*
(inquiens) *ordinatur ad cōmunem hominum
ſalutem,& in tantum obtinet vim, & obli-
gationem legis: ſecundum verò, quod ab hoc
deficit, virtutem obligandi non obtinet*. In-
fertq; *vnde, ſi emergat caſus, in quo obſerua-
tio talis legis ſit damnoſa communi ſaluti,nō
eſt obſeruanda*. hoc verò Sanctus Doctor
dicit in caſu legis iam latæ. nos verò in lege
lata non ſumus. Non à teſtatore:quia illa,
quòad locum, ex cauſa, iam mutata à Sum-
mo Pontifice fuit;neq; à Sacra Congregatio-
ne; quia illa nullam legem tulit omninò à
Patribus ſeruandam, quòad locum mate-
rialitèr nouitiatus erigendi;quin amplam fa-
cultatem fecit Eminētiſſimo Domino Car-
dinali Caraſæ tunc Archiepiſcopo, erigendi
nouitiatum in vnò ex tribus nominatis lo-
cis;vel in alio opportuniori ad Patrum ſatis-
factionem,& commodum.nulla ergò tenen-
tur lege Patres,& Prouinciale Diffinitorium,
quin ex cauſis emergentibus nouitiatum,
(quod id nunc magis expediat) in Monaſte-
rium Matris Dei transferre valeant.Neq; fa-
cultate vlla alia indigebunt, quam ampliſſi-
mam ex regulis habent,id ſtatuendi. Quin,
ex hac ipſa translatione, ad voluntatem ma-
gis accedent defuncti Teſtatoris: cùm Mo-
naſterium hoc Matris Dei, præterquā quod
eſt hæres nuncupatum;eſt quoq; proximius
ædibus ipſis ab ipſomet in hoc opus ere-
27 ctionis deſignatis. Ex Philoſophorum verò
ſententia.*In habentibus ſimbolum facilis eſt
tranſitus*. quæ nempè ſimilitudinem inter
ſeſe habent,faciliùs tranſmutantur, & ſimul
vniuntur,quàm quæ diſſimilia, ac ſeparata.
argumētum ducimus ex his,quæ Paulus lib.
21.ad edictum reſpondit in *l. in rem actio*.
24.§.*item quæcunque*,*ff de rei vendicat*.& ex
Vlpiano lib.39.ad edictum in *l. bona autem*
3.§*fin*.ibidèmq; *Bart*. ſummarium. iuncto
quoq; Pauli ſenſu in *l. ſed cum patrono* 6. *ff.
de bonorum poſſeſſionibus*. *Aymon conſ*.149.
nu.14. Rota *apud Coccinum Decanum deciſ*.
473.*num*.2. Faciliùs ergò in hunc locum, &
fortaſsè aptiùs, tranſmutatio fiet.
Neq; obſtaculum his faciunt, quæ ex ad-
uerſo dilemmate obijciunt: Vel adimpleri
debet voluntas defuncti teſtatoris, vel non
28 debet;ſi hoc ſecundum, (quod aſſeri nō po-
teſt,cùm lex ſit eius voluntas; vt diximus, &
modis omnibus ſeruari debebit. vt Grego-
rius ille Magnus decernit *can. vltima volū-
tas*.4.13.*q*.2. ibidèmq;*Gloſ*.) nihil ampliùs
29 quærendum erit. Si verò primum;& adim-
plere defuncti voluntatem neceſſarium om-
nimodò ſit, vt non implens peccato ſe infi-
ciat infidelitatis;& nulla iuris ratio, vt id fiat,
patiatur. ex Gelaſio Papa *can.pia mentis*.26.
& *can.Frigentius*.27.16.*q*.7. & ſacroſancta
Tridentina ſynodo *ſeſſ*.25.*cap.9. in princ. de
reformat*. & ex Carthaginenſi, & Varenſi
Concilijs.*can.qui oblationes*.9.& 10. 13.*q*.2.
diximus *reſponſ*.noſtra 20.*nu*.43.& *reſponſ*.
32.*à nu*.4.& *ſequent*.& *reſponſ*.41.*num*.82.
30 & 83. & *num*.112.*part*.1.ne ingratitudinis,
(vt minimum) ſe famine fœdent Patres, ſer-
uare debebunt Defuncti ſupremum iudiciū,
atq; locum pro Nouitiatu etiam à Delega-
to Apoſtolico deſignatum, firmum habere,
ac ſtabile.
Reſoluimus quippè dilemma; atq; conce-
dimus vltrò, voluntatem impleri ex huma-
nis iam abſorti Teſtatoris, illamq; in nullo
violari:nulloq; proptereà infidelitatis fami-
31 ne fœdare ſe Patres. Nam locus quidèm à
teſtatore deſtinatus, ex neceſſitate, (oppu-
gnantibus Patribus Dominicanis, acceden-
teq; Summi Pontificis diſpenſatione, ac vo-
luntatis commutatione) demutatus omni-
nò fuit.in nullo igitur,in hoc, eius fit minus
32 voluntati.quia etiam ipſe, ſi vitalem adhùc
traheret auram,ac nobiſcum ageret, ob loci
deſignati difficultatem,vt alio fieret, annue-
ret.vt reſpondit Paulus lib.12. reſponſorum
in *l.Titius teſtamento*.25. §.*Lutius Titius*.
ff.de liberis,& poſthumis. atq; Vlpianus lib.
5.diſputationum in *l.mulier,quæ duobus*.22
§.*decreuiſſe igitur*. *ff.ad Senatus Conſultum
Trebelleianum*.colligiturq; ex Papiniano lib.
5.reſponſorum in *l. tale pactum* 41. §.*fin*. &
ibidèm *Gloſſ*.verbo *per exceptionem*,& nota-
ta per Scribentes.*ff.de pactis*.& Imperator in
l.1. §.*ſi enim teſtator*. *C.communia de legat*.
pluresq; retulimus *d. reſponſ*. noſtra 20.*n*.65.
part.1.*Gratianus forenſ.part*.5. *cap*. 815.*ſub
nu*.12. fuiſſet vtiq; facta erectio extrà locum
ab eo deſignatum in proprijs domibus, ex
eius ſententia, & voluntate,vt factum fuit;
33 voluntatem nempè; quam ipſe mutare non
potuit,non adhuc nobiſcum agens, hanc ip-
ſam pro eo Princeps mutauit, quod potuit;
ſuppleuit namq; ille,quod defunctus, rebus
mutatis humanis,per ſe præſtare non valuit.
ex *Caſtrenſi* in *auth.niſi rogati. nu*.3. *C.ad
Trebelleianum.Ancharanus.conſ*.84.*num*.7.
Rota apud S.*memoriæ Gregor.XV.deciſ*.301.
num.9.*Cacheran*.Oſaſci Dominus *deciſ*.126.
num.7. *Perez de Lara de cappellanijs lib*.1.
cap.18.*nu*.10.& 11.Nos *d.reſponſ*.20. *num*.

66.& 67. Ex voluntate igitur defuncti,(in-
34 terpretatiua) demutatio loci facta fuit. non
itaq; in hoc contrarium quidquam eius vo-
luntati geſtum fuit; ſed conforme,& corre-
ſpondens ei,quod ipſe voluiſſet,ſi cogitaſſet;
vel reſpondiſſet,ſi valuiſſet, & interrogatus
fuiſſet.Locus autem materialitèr tantùm ha-
betur; Nouitiatus verò erectio formalitèr;
35 quemadmodùm verò à deſignato iam loco
in alium(ex cauſa)primò fieri potuit, ex vo-
luntate quoq; teſtatoris, interpretatiua ſal-
tim,vt diximus; ità planè,& ſecũda hæc mu-
tatio,ac tranſmigratio, (vrgentibus cauſis)
fieri poterit; quia in hoc etiam defuncti,ac
legis voluntatem aſſiſtere putandum eſt.
36 Eatenùs quippè lex obligat, vt ex S.Thoma
diximus,quatenùs illa in cõmune tendat bo-
num; ſicuti verò à lege recedere licet,cùm
illa in damnum vergit cõmunitatis, vt dixi-
mus,ita & à lege decreta teſtatoris; cùm par
37 ſit ratio. Æqua enim penduntur lance teſta-
toris,& legis voluntas. *Rota apud Gregor.
XV.deciſ.219.num.2.*diximus *d.reſponſ.* no-
38 ſtra 32.*num.9.part.*1. Non itaq; facinore,
neq; fœdo infidelitatis,atq; ingratitudinis vi-
tio ſe fœdabunt Patres,materialem,ex cauſis
mutantes locum pro nouitiatu, illum in aliũ
transferentes,ac præſertim in dictum Mona-
ſterium Matris Dei.Erectio quippè Nouitia-
tus pro educandis Iuuenibus votum fuit te-
ſtatoris;vt qui Mundo renunciare vellent, ſe
in illum à terrenis abſtraherent, abderentq;
hoc autem votum firmum permanet,quia
Nouitiatus durat, non mutatur. Et quid,
(quæſo te)ſi caſmate domus periiſſent Teſta-
toris;numquid non aliò Nouitiatus erigen-
dus foret? vtiq; Quia locus materialitèr tan-
tùm deſignatus fuit.Formalitas itaq; volun-
tatis teſtatoris perſiſtit. Nihil proindè de
materialitate curandum, quæ non ità atten-
ditur. Nec finalis fuit cauſa diſpoſitionis,ſed
dumtaxàt acceſſoria, & ſecundaria, vt faci-
39 lior eſſet proprijs in domibus erectio.Ab il-
la igitur, quæ primaria eſt, hæc ipſa ſecunda
dirigetur, quæ ad illam accedit. *regula ac-*
40 *ceſſorium 42.de regul.iur.in 6.* Loco autem
ex cauſa ſemel mutato; mutabilis perdura-
bit ſemper. argumento petito ex Innocentij
III.ad Archiepiſcopum Mediolanen. in *cap.
ex parte tua 2.de feudis* facta reſponſione.ex
41 qua, regula habetur illa, quòd res Eccleſiæ
ſemel facta alienabilis,perdurat ſemper alie-
nabilis. *Maranta de multiplici alienat.nu.7.
Rota apud Duranum* Epiſcopum Vrgellen.
*deciſ.250.à nu.17.cum ſeq.part.2. & part.5.
recentiorum nouiſſimarum deciſ.367.nu.17.
& ſeq.*Nulla itaq; alia egebunt facultate Pa-
tres, vt ad locum Matris Dei Nouitiatum
transferant,ex ſe facultate ex regulis haben-
tes.

Neq; inſtent; ex Apoſtolica delegatione
fuiſſe erectionem factam. non poſſe ampliùs
illam mutari.

Et ſi quidèm Papæ poteſtate defuncti vo-
luntas commutata fuit, vt à deſignatis à de-
functo ædibus,in alio loco erectio fieret. fa-
cultas tamen Eminentiſſimo Cardinali Ca-
rafæ,non à Sacra Congregatione, vt faceret,
indulta eidem fuit; ſed iure Ordinario pro-
42 ceſſit Ordinarius Archiepiſcopus,ex Sacro-
ſanctæ Tridentinæ ſynodi ſanctione *cap.3.in
fin.ſeſſion.20.de regular.* Idcircò Sacra Con-
gregatio in litteris, ſupra per nos relatis,
per Eminentiſſimum Bandinum ad eũdem
Card.Carafam datis,nullo vtitur verbo,quo
indicet ſe facultatem faciendi date, ſed ſim-
plicitèr,quid acciderit ex cõmutatione per
Summum Pontificem voluntatis defuncti
facta,eidem ſignificat,eumq; certiorem red-
dit;dicens.*E la Santità di N.S. s'è contenta-
ta di commutare in ciò la volontà del Teſta-
tore. Hò voluto per tanto darne parte à V.S.
Illuſtriſſima; à fin che ſi contenti,che l'eret-
tione ſi faccia in vno di detti tre ſiti,&c.* Nul-
lam igitur facultatem,vt faciat, indulget ſed
vt ex ſe faciat exhortatur. In erectione fa-
ciẽda Religio licentia indigebat Ordinarij,
ex d.Sacri Trident.Concilij.decreto *d.cap.3.*
43 *in fin ſeſſ.25. de regularib.* Erectione verò
iam facta, nulla alia indiget licentia Noui-
tiatum ad aliam opportuniorem locum, vt
44 transferat. præſertim cùm hæc religio ita
ex ſe tàm benè inſtituta à Sancta Matre Te-
reſia,& in arctiſſima reformatione firmata,
nedùm non comprehenſa,ſed excepta ſpe-
cificè fuerit,in decreto reformationis à Cle-
mente VIII.anno 1599. die 20.menſis Iunij
rogato.quòd Nouitij non recipiantur,niſi in
locis per litteras in forma breuis per Sancti-
tatem ſuam deſignatis,vel deſignãdis. apud
Quarantam in ſum. bullarum verbo *Mona-
ſteria,& Conuentus.fol.mihi* 318.Sicuti poſt
erectionem factam Monaſterij alicuius, nul-
la alia indiget licentia, vt Fratres de vno in
alium transferat Monaſterium; qui obedire
tenentur,voto ligati.

Neq; ſermonem multiplices iterum: Red-
ditus à Teſtatore teſtamento relictos, iam
addictos fuiſſe loco præfato pro Nouitiatu
in ſuburbio Plagæ. non poſſe propterea ab
illo in alium locum transferri. Remanebit
proindè Nouitiatus ſine redditibus; conſe-
quenterq; Teſtatoris voluntas non ſeruabi-
tur;quia redditus in aliud cedẽt opus,quàm
à teſtatore demandatum,Nouitiorum edu-
45 cationis. Contra legem proindè à teſta-
tore dictam fiet. Erit ergò peccatum hoc
grande nimis Patrum, non Puerorum. vt ex
illo 1.*Regum.*2.17.habetur.

46 Præter quàm quòd enim redditus non
loco, ſed nouitiatui addicti fuere, ex volun-
tate quoq; ſuprema Teſtatoris;qui dixit; *Al
quale nouitiato ſe l'aſſegnano,&c.* Nouitia-
tui itaq; aſſignatio facta fuit, formalitèr, non
loco materiali.in quo Nouitiatus ſtabit. Ad
quemcunq; itaq; locum Nouitiatus trans-

feratur

Digitized by Google

feratur prædictus, vna ſecum & redditus, ſibi addictos, pertrahet. ex Moguntinenſi Cõcilio in *can. laicus* 42. & ibidem *Gloſſ.* verbo *indè extrahere*. 16. *quæſt.* 1. & ex Concilio Vormacenſi in *can. ſancitum eſt.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *annua in §. hinc datur.* 23. *q.* 8. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm non ſit in*
47 *homine* 33. *in fin. ff. de decimis*. quatenus habet, rem tranſire affectione ſua inuſtam,
48 ad quemcunq; illa percurrat. Quemadmodùm legatum ex perſona, ad quem verba diriguntur interpretationem admittit. ex Pomponij ſenſu lib. 12. reſponſorum in *l. donationes concubinæ* 32. *§. ſpecies extrà dotem. ff. de donat. cap. requiſiſti.* 15. *§. illud autem. & ibid. Doctores*, potiſſimùm verò *Couarr. num. 1. de teſtam. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſticis quæſt.* 400. *num.* 3. *Sanctarell. variarum reſolut. q.* 86. *ſub num.* 6. *in fin.* diximus alios referentes *reſponſ.* noſtra 15. *n.* 23. *& ſeqq. & reſponſ.* 29. *n.* 34. *p.* 1.

49 Nihilominùs tamen regula eſt. Superioris auctoritate, vel deſtructa, vel tranſlata Eccleſia, priuilegia, & bona, quæ prior obtinebat, ad translatam deduci. ex verbis Origenis in *can. & hoc diximus*. 9. poſt principium. & *Gloſſ.* ibidem verbo *deſtructa* 16. *q.* 7. & *Gloſſ.* vnica in *can. ſi quis vult* 41. *ead cauſa* 16. *q.* 7. & *Gloſſ. fin. in princ.* verbo *donec* ibidem in *cap. Abbate S. Syluani*. 25. *de verborum ſignificat.* & ex regula *priuilegium perſonale perſonam ſequitur.* 7. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *perſonale. de regul. iur. in* 6. *extrauaganti ad Apoſtolatus*. 2. *Ioann.* 22. *de conceſſion. prabend.* Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reformat.*
50 quatènus de tranſlatione loquens Eccleſiæ beneficialis, vel Capellę ab Epiſcopo facienda, ſequentibus diſponit: *Transferat eum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Eccleſijs impoſitis.* traditq; nec inutilitèr *Lapus allegat.* 68. ſequutaquè fuit Rota apud *Card. Serphin. deciſ.* 1149. *num.* 16. *Moneta de commutat. vltimarum volunt. cap.* 8. *num.* 329. *ad vſq; num.* 333. *Eraſmus à Cochier de iuriſdict. in exemptos q.* 21. *num* 2. *Gayllus practicar. obſeruationum lib.* 3. *obſeruat.* 61. *num.* 10. *& ſeqq. Barboſa in collectan. ad Sacrum Concilium dict. cap.* 7. *ſeſſ.* 21. *num.* 7. *Gratian. diſceptat. forenſ. par.* 1. *cap.* 73. *num.* præſertim 9. diximus *reſponſ.* noſtra 75. *num.* 42. *par.* 3.

Tranſlato itàq; Nouitiatu ad Eccleſiam, & Monaſterium Matris Dei, vnà ſecum redditus omnes Nouitiatui deſtinatos, Nouitiatus deportabit: Quia Nouitiatui formalitèr, non loco, in quo materialitèr Nouitiatus ſtabit, addicti redditus fuere.

Atq; ità ex his, Ariſtarchi non excuſſa virga, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, quæ vera, ac firma eſt, inficiari non poteſt.*
Facta enim vt liberalitatem, & munificentiam in donatarium exerceret.
Et vt ſtatim accipientis fieret. eſt propriè donatio. n. 2.
Potiſſimùm transfuſa ſtatim dominio in donatarium. n. 3.
Nullo proindè modo.
Neq; ſimulationis exceptione conuelli poterit. n. 4.
4 *Donationes quæ perfectæ ſunt temerè reuocari non poſſunt.*
Perficiuntur autèm declaratione voluntatis. n. 5.
Vel ſcripto, vel verbis.
Donationes ſemel libera voluntate factas reſcindere. n. 6.
Inciuile, atq; inuſitatum habetur.
7 *Simulationis præſumptio omnis ſecluditur in vera, atq; perfecta donatione, neq; in publico inſtrumento, ac ſacramento firmato, præſumitur. n.* 8.
Accedente præſertim præexiſtente cauſa donandi. n 9.
Vt putà affectio, & amor.
Vel propter ſeruitia facta. n. 11.
Simulationis obiectio contra donationem probari debebit. n. 13.
In tertij præſertim præiudicium.
10 *Dilectionis probatio, operis exhibitio eſt.*
11 *Operibus loquimur, quæ teſtimonium perhibent de nobis.*
12 *Donatio proptèr ſeruitia facta, remuneratio magis, quàm donatio dicitur.*
14 *Teſtatoris aſſertioni in teſtamento fauore hæredum.*
Atq; in tertij præiudicium, non ſtatur.
Præſertim aduerſus inſtrumentum iuramento firmatum.
15 *Confeſſio etiam in teſtamento conſitenti nocet in ſui præiudicium.*
Non autem tertij.
Ni quod aſſeritur probetur.

ARGVMENTVM.

Donatio ſemel facta, quæ firma fuit, reuocari minimè poteſt. Neque ſimulationis obiectu reſcindi. Quin ſimulatio ipſa, non vulgaritèr, probari debebit. Accedente potiſſimùm confeſſione donatoris

toris in teſtamento; quàmuis
cum aſſertione ſimulationis,
quæ in tertij præiudicium
ſtare non poteſt; atq; cauſa
donandi propter ſeruitia, quæ
remuneratio magis dicitur,
quàm donatio.

RESPONSIO LXXIV.

1 DOnatio anno 1618. per Gratianum
de Agnano Terræ Triuiani baren.
Diœceſis ad fauorem R. D. Ni-
colai Sancti Collucci nepotis fa-
cta, modiorum centum quinquaginta fru-
menti, & modiorum centum decem Amig-
dalarum; vera fuit donatio; non ergò infi-
cianda.

2 Donationem quippè hanc fecit Gratia-
nus, vt liberalitatem, & munificentiam ergà
dictum Nicolaum nepotem exerceret; eaq;
mente, vt voluerit ſtatim accipientis fieri, &
nullo caſu ad ſe reuerti. fuit ergò propriè
donatio. Vlpianus hoc docet lib. 12. dige-
ſtorum in *l. 1. ff. de donation.* notatq; *Gloſſ.*
ibidem verbo *liberalitatem*. Illam ſcilicet
propriè, ac verè donationem dici, quæ his
requiſitis per Vlpianum prænarratis, fit, affir-
mans. ſequiturq; *Hector Capycius Latro* Re-
gens *dec. 54. num.* 13. Ità enim dedit, vt eius
illa fierent. vt perpendit Imperator *Inſtitut.*
3 *de actionib. § ſic itaq;* transfuſo quoq; ſtatim
dominio eorum in eundem. iuxtà notata
per Vlpianum in *l. 1. §. fin.* & Paulum in *l. 2.*
ff. de rebus eorum, qui ſub tutela. & per Im-
peratorem *§ per traditionem. Inſtitutionib.*
de rerum diuiſion l. traditionibus 20. *C. de*
pactis. Rota apud Cardinal. Manticam deciſ.
238. *num.* 2. quam ſequitur *Rota apud Card.*
Caualer. deciſ 243. *num.* 2. *&* 3. fuit ergò ve-
4 ra donatio. Nulla proindè ſimulationis ex-
ceptione nunc per donantis hæredem con-
uelli poteſt. Si enim quæ fuerunt perfectæ
donationes, temerè reuocari non poſſunt.
5 *Perficiuntur autem cùm donator ſuam vo-*
luntatem ſcriptis, aut ſine ſcriptis manife-
ſtauit. verba ſunt Imperatoris in *§. aliæ au-*
tèm donationes. Inſtitution. de donationib.
Multò vtiq; magis, neq; per donantis hære-
des conuelli poterunt. De veritate quidèm
donationis nullus eſt, qui in difficultatem id
reuocet quin & per donatorem ipſum, & te-
6 ſtamento, & codicillis acceptata fuit. *Inciui-*
le eſt ergò, atq; inuſitatum habetur ſemel vo-
luntate libera factas donationes, atq; tranſ-
lato dominio in donatarium, temerè, ac ſine
cauſa reuocare. decantant his verbis Dio-
clettianus, & Maximianus Cæſares in *l. inciui-*
le. 11. C. de reuocand. donationib. Omnis ergò
7 ſimulationis præſumptio longè ſecludi de-
bebit. ſecundum *Bald. in l. quæ ſpecialitèr. 9.*
ad fin. C. de diſtract. pignorum. Ioann. de
Amicis conſ. 26. num. 6. & conſ. 44. num. 9.
Hieronymus Magonius deciſion. Florent. 77.
8 *num.* 16. Potiſſimùm verò, quòd in publico
inſtrumento, vt hoc donationis fuit, ac Sa-
cramento firmato, ſimulatio minimè præ-
ſumatur. docet hoc *Bald. in cap. illud quoq;*
11. *circà fin. de præſumpt. Iaſon in l. ſi poſt*
diuiſionem. 4. nu. 2. C. de iuris, & facti igno-
rantia. ſequutaq; fuit Rota apud ſanct. mem.
Gregor. XV. deciſ. 157. num. 19. & 20. Ac-
9 cedente quoq; præexiſtente cauſa donandi,
in ipſa donatione expreſſa, propter affectio-
nem, & charitatem, quam nepotem ergà do-
nans habebat; quam per donationem mani-
10 feſtam, viuamq; eidem facere voluit per
operis exhibitionem, quæ dilectionis pro-
batio eſt. ſic enim Gregorius homilia 30. in
Euangelium *Ioann. 14.* illis verbis: Si quis di-
ligit me, ſermonem meum ſeruabit. *Proba-*
tio ergò dilectionis exhibitio eſt operis. & de-
ducitur à Gratiano ex eodem Gregorio in
can. ſit rector. 1. §. veſtimenta enim. diſt. 43.
& ibidem *Gloſſ.* verbo *opera.* rationem red-
dens: Nàm *opera probant.* paritèrq; *Gloſſ* in
can. nec ſolo tactu. 12. verbo *tacente lingua.*
32. *q.* 5. & ipſa dicens: *arguitur, quod operi-*
11 *bus loquimur, ſicut & verbis.* nam opera,
quæ facimus teſtimonium perhibent veri-
tati. ex Innocentio Tertio in *cap. quod Dei*
timorem. 5. in princip. de ſtatu Monachorum.
iuxtà illud Chriſti Domini noſtri *Ioann. 5.*
36. dicentis: *Ipſa opera, quæ ego facio teſti-*
monium perhibent de me. & Ioann. 10. 25.
Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei,
hæc teſtimonium perhibent de me. & poſt *Fa-*
rinac. de ſimulat. q. 164 num 97. ſequuta fuit
Rota apud *Card. Caualerium deciſ.* 420.
num. 4 & apud S. memor. Gregor. dict. deciſ.
157. *num.* 18. 19. *& ſeqq. & deciſ. 459. nu. 7.*
12 *&* 8. Atq; etiam propter ſeruitia præſtita,
propter quam cauſam remuneratio magis,
quàm donatio dicetur. ad Vlpiani ſenſum
lib. 25. ad edictum in *l ſed & ſi lege. 28. §. cō-*
ſuluit. & ibidem *Bald ff. de petit. hæreditat.*
Ripa in l. ſi vnquàm. 8. quæſt. 14. C. *de reuoc.*
donationib. Magonius dict. deciſ. Florent.
77. *nu.* 21.

13 Quis qui igitur de ſimulatione donatio-
nis dicere voluerit, id probatione, nec vul-
gari, ſed plena, atq; ſufficienti præſtabit, cau-
ſam deducens ſimulationis; præſertim verò
ſi tertius fuerit. *Farinac. de ſimulat. quæſt.*
162. *num. 98. & 99. & num. 136. cum ſeqq.*
Rota apud *Gregor.* XV. *dict. deciſ. 157. n. 21.*
ibidemq; *Beltram.* Addens *n. 27.* & dictum
fuit in *Mediolanen. ſimulationis contractus*
1599. *coram Corduba dec. 128. n. 1. poſt 1. vo-*
lum. conſil. Farinac. Magon. d. dec. 77. n. 9. &
10. Rotæ Florentinæ.

Haud

Haud proindè obſtaculum faciet, quòd in teſtamento anno 1620. donatarius Nicolao ducatos reliquit centum legati iure, modò pro donatione, hæredibus nihil obluctaretur. Aſſeruit autèm donationem factam fuiſſe metu militum, qui ad Terram prædictam tunc aduenerant.

14 Tùm quidem, quòd eius hæc eſt aſſertio fauore hæredum, atq; in tertij præiudicium, & aduerſus inſtrumentum iuramento firmatum, ex Paulo lib. 17. ad edictum in *l. duobus reis ſtipulandi*. 28. §. 1. *in fin.* & ibidem *Iaſ ff. de iur. iurund. l. cùm precum*. 9. *C. de libir. cauſa. Rota apud Cardinal. Caualer dec.* 249. *num.* 3. *& apud S. memor. Greg. XV. dec.* 105. *n.* 24.

15 Tùm etiam quòd ex hac ipſa confeſſione multò magis donatio inſurgit, verè illam factam fuiſſe, neq; ſimulationem vllam extitiſſe; potiſſimùm cùm aſſerta cauſa acceſſus militum ad Terram illam, non ità firma videatur, & debebat ſaltim probari. ad *d. l. cùm precum* 9. *C. de liber. cauſa*. ibidemq; *Gloſſ* verbo *cùm precum*. allegans in argumentum ex Sceuola in *l. qui familiæ*. 38. *ff. famil. berciſcund.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *non confitetur*. quæ allegat *text.* ibidem præcedentem in *l. cùm putarem*. 37. *ff. eodem. Rota apud Gregor. XV. dict. deciſ* 157. *num.* 21. *& Beltram.* ibidem *n.* 27. diximuſq; ſupra.

Nullo igitur pacto ſimulationis obiectu conuelletur firma facta donatio. Vt ex his, iudicio non abiecto prudentiori, reſpondēdum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Naturæ principio, etiam bruta, quod aduerſum nobis eſt propulſare intendimus.*
Ac vim repellere vi.
Iurè proindè feciſſe videtur, quod quis ob tutelam corporis ſui fecerit. n. 2.

3 *Reorum eſt fugere. expenditur.*
Quia conſcientia extimulantur, vt commeritam auertant pœnam.
Ità Adam à facie Domini *Dei ſe abſcondit, quia peccauerat. n. 4.*

4 *Adam à facie Domini Dei ſe abſcondere tentauit.*
Quia peccato detinebatur, nè appareret.

5 *Deus nuſquàm abeſt, & nulla creatura eſt inuiſibilis oculis eius.*
Quibus omnia nuda, & aperta ſunt.

6 *Piger in ſuo ſe lecto volutat. Prouerbium.*

7 *Reus poteſt apud ſuum Iudicem competentem exceptionem etiam per viam principalis petitionis proponere.*
Quia reus originarius ſemper perdurat.
Vt actores dicuntur neceſſarij.

8. *Montis Veſuuij conflagratio anno 1631. accidit.*
Omnia cineribus ſeminauit.

9 *Impedimento ceſſante, quod datum fuerat, integrum ius reuertitur impedito.*

10. *Neceſſitate quod fit cogente, illa deficiente, ceſſat.*

11 *Dilatione, ſiuè moratoria perdurante Iudicis officium conquieſcit.*
Reuertitur autem illa extincta.
Dilatione petita, & obtenta, debitum acceptare videtur debitor, ſeq; ſententia ſubijcit. n. 12 & n. 26.
Vt contra obloqui non valeat. & n. 36.

13 *Inuitatus ad Regis nuptias, nuptiali veſte non veſtitus interceptus quia interpellatus obmutuit, tortoribus traditur excruciandus. Matth. 22. 12.*

14 *Dilatio, ſeù moratoria non indè conceditur, vt nunquàm debitor ſoluat, ſed vt paratior ad ſoluendum creditoribus euadat.*
Et acceptare debitum videtur, ſeq; ſententiæ ſubijcere. n. 26.

15 *Debitori modicum tempus datur ad ſoluendum.*
Quod quadrimeſtre æſtimatur:
Non tamen indè debitum eluditur.
Ratio n. 16.

16 *Quod differtur, non aufertur. diſpenditur aſſioma.*

17 *Dilationem debitori dari ad ſoluendum, è re eſt creditorum.*
Vt ille paratior tempore ad ſoluendum fiat. & n. 28.
Neq; eſt magnum damnum in mora modici temporis. n. 20.

18 *Inſtrumentum liquidari nùm poſſit, dilatione, ſeù moratoria indulta perdurante?*
Secus termino excurſo, qui indultus fuerat. n. 19.
Inſtrumenti liquidatio retinetur, ſi aliqua in promptu probata opponatur exceptio. n. 20. & n. 34.

21 *Dilatione pendente Iudicis conquieſcit officium.*
Reuiuiſcit autem illa excurſa. n. 22.
Vndè agere liberè tunc poterit creditor. num. 23.
Neq; aliter fieri æquitatis patitur ratio. num. 37.

24 *Iudex officium ſuum denegare haud poteſt iuſtam petenti.*
Quin iniuria eſt ſi quis à Iudice, quod ſibi iurè debetur, non impetrarit. n. 25.
Iudex inciuile partis factum iuriſdictionis Maieſtate *coercere tenetur n. 38.*

27 *Debitor ſolutionem differens debiti iurati, eò magis ſe periurio inuoluit.*

30 *Debiti dilatio concedi poteſt debitori.*

Non

Non autèm illius peremptio.
Quæ legibus eſt improbata. & *n.35.*
31 *Reſcripta contra iuſtitiam Iudices reſutare debent, & poſſunt.*
32 *Iuſtitia cuiq; tribuit quod ſuum eſt.*
33 *Moratoria ab Imperatore dilatio nuncupatur, debitori ad ſoluendum indulta.*
39 *Cenſus annui intereunt, ſi fundus ſuper quo impoſiti fuerint, vel caſmate perierit.*
Vel infructuoſus euaſerit, & *n.44.*
Cenſus definitio datur. n.45.
Cenſus non ceſſant ob dilationem debitori datam, ſi res fructus adhuc pariat. num 46.
Ratio affertur n.47.
40 *Caſmate peryt, quod cecidit, interyt, non extat.*
Caſitare dixit Iureconſultus, hoc eſt, frequentèr cadere.
41 *Eſſe quod non deſijt, peryſſe non dicitur.*
Neq; extinctum reuiuiſcit.
Quod pretium inuenit, non eſſe, dici minimè poteſt.
42 *Emptio,* & *venditio contractus ſunt correlatiui.*
Et vnus ſine altero eſſe non poteſt.
Vndè ab inuicem ſpecificantur.
43 *Nullum quod eſt ſub alicuius generis prædicamento ſpecies reponi non poteſt.*
48 *Nemo cum alterius iactura locupletari debet.*

ARGVMENTVM.

Moratoria Principis, vel dilatio ad ſoluendum debitori, ex cauſa, (vt accidit ex Montis Veſuuiani conflagratione) indulta, an interim operetur, vt contra illum, etiam in inſtrumentorum liquidatione, ſuperſederi debeat? Quid verò indulto tempore effluxo, ſi ille, nec etiam ſoluat? Dilationes verò præfatæ, ſiuè moratoriæ creditorum magis commodo indulgentur, quàm damno, vt debitor ad ſoluendum paratior, expeditiorquè fiat. An verò litis pendentiæ exceptio inſtrumenti liquidationi obſiſtat? Nùm verò cenſus extinguantur re perempta, vel infructuoſa effecta ex Pij V. Conſtitutione? & quando res caſmate perijſſe dicatur?

RESPONSIO LXXV.

1 NAturæ ipſo principio vrgemur omnes, & ipſa quoq; bruta, quod aduerſum nobis eſt, vt propulſemus, atq; illatam vim repellamus vi. ſic Iſidorus ethymologiarum Magiſter lib. 5. cap. 5. relatus *can. ius naturale. 7. diſtinct. 1.* à Gratiano decreti Compilatore. *Nàm iure*
2 *hoc euenit, quod quiſq; ob tutelam corporis fecerit, iure feciſſe æſtimetur.* ex Florentino lib. 1. inſtitutionum in *l. vt vim. 3. ff. de iuſt.* & *iur.* repellamus modò à nobis, quod aduerſum eſt.

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem.
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.

Ouidius lib. 3. de arte cecinit. Vndè decan-
3 tatum illud iuris eſt aſſioma: *Reorum eſt fugere.* quia qui conſcius ſibi eſt ſuorum actuum, iudicium ſubire refugit, ob malum, quod iuſtè ſibi imminere pertimeſcit. Non-
4 nè hanc ob cauſam Adam, quia peccauerat, pomum veritum transgrediendo comedens, (*Geneſ. 3. 8.*) à fa ie Domini ſe abſcondit, ſi fortè pœnam effugeret, quam merebatur? at in hoc errans: *Et cùm audiſſet vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam,* & *vxor eius à facie Dei in medio ligni Paradiſi.* quod ſe à facie eius (deceptus) abſcondi
5 poſſe putabat, qui nuſquàm abeſt: & *non eſt vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu eius: omnia autem nuda,* & *aperta ſunt oculis eius.* ad Hebræos 4. 13. Cōteſtatur hoc etiam Gregorius ille Magnus in *can. Honoratus Archidiaconus. 8. §. quam cauſam. 74. diſt. in.* illis verbis: *Sed ipſe ſuorum ſibi actuum conſcius, perſonam ad iudicium poſtpoſuit deſtinare.* nec diuerſimodè Gelaſius Papa in *can. Chriſtianis. 12. §.* & *ideò dilecte fili. 11. q. 1.* propoſuitq; Iuſtinianus Imperator in *l. properandum 12. §. ſi autem reus. C. de iudicijs* diximus *reſponſ.* noſtra 78. *n. 9.* & *n. 114.* & *ſeq. p. 3.*

Iudicium vt fugeret liquidationis inſtrumenti via Ritus in M. C. V. petente Illuſtr. Marchione Cuſani creditore, Ill. Dominus Princeps Octauiani in duc. 12800. capitalis. & duc. 10500. tertiarum debitor. Duas

aduer-

aduersùs eundem dedit declinatorias exceptiones: vnam, ſe Clericum eſſe coniugatum. ad Eccleſiaſticum Iudicem remittendum. Alteram, quatènus prima infirmaretur: Iudicium iam pendere in S. Regio Conſilio aduersùs creditores omnes poſt damnum, effluxis annis, Veſuuiano Monte flammas eructante, in adiacentibus territorijs, ac Terra potiſſimùm Ottauiani datum. Extinctas propterea annuorum cenſuum conſtitutiones omnes fuiſſe. non teneri ampliùs creditoribus reſpondere.

Primam, alia reſpõſione iam ſubſtulimus viuis demoſtrando rationibus Ill. illũ Principem, Coniugatum Clericum non agere, qui viduam vxorem duxit: habilem quidem Vrbani Papæ VIII. diſpenſatione ad penſionem annuam retinendam, dumtaxàt factum fuiſſe, non autem vt Clericum coniugatum ageret. vt laicum laicali iudicio ſubiacere. Præterquàm quòd, ſi ipſe aduersùs creditores apud laicum Iudicem cauſam interpellauit, ſibiq; indulgeri Moratoriam inſtetit, eiq; obtentæ ſtetit, quieuitq; ſeq; quaſi in
6 molli culcitra in ea inuolutauit: ſicut *Piger in lectulo ſuo*. Prouerbior. 26. 13. Cur ſanè
7 quæſo diffugere illam nunc perit? Sibi imputet, qui non apud Eccleſiaſticum ad iudiciũ creditores interpellauit, quãdo ipſe debitor, reus originarius, aduersùs creditores actores neceſſarios, etiam principali petitione exceptionem ſibi competentem apud ſuum Iudicem vti Clericus Coniugatus (ex Lucerna iuris *Bartolo* in *l. ſocietatem. 77. §. arbitrorum. nu. 19. ff. pro ſocio.*) proponere valuiſſet. quod deduximus nos pluribus, Doctores alios pro hac probata ſententia, & rationes referentes *reſponſ.* noſtra 18. *à nu.* 14. *cum ſequentib. part.* 3.

Alteram verò ſubſequentibus propulſamus, nec infirmis rationibus.

8 Moratoriam ipſe ad decennium excepit aduersùs creditores, ob Veſuuiani Montis ruinas, qui anno 1631. quas è cauernis attraxerat Orci, euomit flammas. cineribus ſeminauit, (obnoluitq; dixeris) terras, ne arari poſſent, nec ſeri, nec ſubſequentèr meti. effluxit iam decennium. ſterit propterea ſol-
9 uendi demoratio. Ius eſt integrum creditoribus agendi impedimento ceſſante, quod datum fuerat. ad *tex.* in *cap. cùm ceſſante. 60. de appellat. cap. magnæ deuotionis mulier. 7. in fin. de voto, & voti redemptione.* Gratianus in *ſumma. in fin. 35. q. 1.* talibus loquens
10 verbis: *Quod autem cogente neceſſitate fit, ceſſante neceſſitate paritèr ceſſare oportet.* ſimiliq; argumenti genere Innocentius vtitur III. in *cap. non debet* 8. *§. cùm ergò. de conſanguinitat. & affinit.* illis verbis: *Cùm ceſſante probibitione, ceſſet effectus, &c.* Teſtatam apud omnes conſequentiam hanc faciet, nõ quiuis hominum, ſed Conſtantins Cæſar A. Profuturo Præfecto Pannoniæ ſcribens in *l. ſiue pars 3. C. de dilationibus.* talibus quippè loquitur ille.
11 *Siuè pars, ſiuè integra dilatio fuerit data, eo vſq; Iudiess officium conquieſcat, donec petiti temporis defluxerint curricula.* Deffluxere iam dati temporis decem annorũ curricula. non vtiq; conquieſcet amplius Iudicis officium. Integrum idcircò erit eidem ad interrogationem procedere præſentati liquidi inſtrumenti, executorialibus litteris relaxatis; quando nihil eſt, quod impedimento eſſe poſſit: non dilatio data, quia quieuit diſfluxo termino: non veritas debiti: quia Inſtrumenti ſcriptura ſolemnitatibus perquiſitis firmata, atq; partis ipſius, confeſſione, ratificationeuè ſatis firmè probata, deduci-
12 tur; vt nihil contrà obluctari valeat, qui per petitam dilationem, & debitum acceptauit, & ſententiæ acquieuit. Duo ſunt Cæſares, qui ſua deciſione probationem hanc validant; Diocletianus, & Maximianus in *l. ad ſolutionem 5. C. de re iudicata.* verba ſi exceperis aſſenſum præſtabis. *Ad ſolutionem dilationem petentem, acquieuiſſe ſententia manifeſtè probatur; ſicut eum, qui quolibet modo ſententia acquieuerit. Nec enim inſtaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.* Deciſionem hanc Cæſarum ſingularem æſtimat *Ludouic. Romanus conſ. 9.* cũq; approbat *Gloſſella* marginalis ad legem ipſam in aſteriſco ad verbum *petentem.* admiſitq; Rota apud *Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ. 373. num. 16. part. 2.* Obmutẽſcere igitur debet, ne loquatur ampliùs, qui
13 debitum acceptauit, ſententiamq; admiſit: vti quondam ille ad nuptias inuitatus Regis, nuptiali non amicitus veſte, quòd hoc audiſſet temerè, interpellatus: *Amice quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex Miniſtris: ligatis manibus, & pedibus eius, proijcite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matthæi 22. 12. Quia obmutuit, ſententiæ executio, omni poſt habita mora, ſubſequuta fuit. Iurè ergò M. C. ad interrogationem procedet, ſententiæ executione relaxata: cùm nihil ſit contra, quod obſtaculum faciat, parte ex aduerſo obmureſcente.
14 Porrò dilatio non ideò Principi ad decennium indulta fuit, vt nuſquàm ipſe ſolueret, & creditores eluderet; ſed vt paratior, aptiorq; tempore ipſo indulto foret. argumentũ petiuimus ex Paulo lib. 1. quæſtionum in *l. lecta eſt. 40. ff. de rebus credit. & ſi certum petatur,* quatènus, ex toto legis illius contextu eruitur, ad rem noſtram; per dilationem à Publio Menio Titio debitori datam, ſolutum haud illum fuiſſe ab obligatione præſtandi debitum. Dilatio quippè indulta eidem fuit, vt paratior ad ſoluendum eſſet, non vt debi-
15 tum eludetet. Et ſacrorum quoq; Iure Canonum, non aliam ob cauſam indultum tẽpus debitori videtur per Innocentium III. in

cap. quærenti. 26. de officio Iudicis delegati. illis in verbis: *Vt Delegatus à nobis, non ſolum vſq; ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluendum debitum à lege reo conceditur.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *quadrimeſtre.* niſi vt paratior ex illo indulto tempore ad ſoluẽdum fieret, nõ vt omninò non ſolueret, & ab obligatione dilaberetur faciendi creditori ſatis. & admittunt *Ioan. Andreas* ibidem *num. 3. Butrius nu. 11. & Imola num. 7. Bart. in l. fideicommiſſis nu. 4. & Bald. nu. 7. ff. de vſuris.* & ſequuta fuit Rota in *Romana Saluiani interdicti. 17 Februarij 1612. coram Card. Sacrato deciſ. 274. nu. 2. & nu. 9.* per *Stalitium Pacificum* ad calcem ſui *tractat. de Saluiano interdicto.* Per quam optimè autem id firmatur ex Imperatoris Conſtantini ſenſu in *l. quotiès 2. C. de precibus Imperat. offerend.* & *Gloſſ.* ibidem poſt caſus figurationẽ, referens & illud peruulgatum axioma:

16 *Quod differtur, non aufertur.* ex Leonis Papæ ſenſu deſumptum in *can. ancillam. 14. in fin. 32. q. 2.* relatus denuò a Gratiano, in *can. nemo deſperandus. 1. de pœnit. diſt. 7.* & *§. libertas. in fin. Inſtitutionib. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.* nec minori indicio ex Iuſtiniani Cæſaris æquitate deducitur in *l. cum ſolito more. 8. alias fin. C. qui*

17 *bonis cedere poſſunt.* Quatenus Quinquennalem dilationem debitori concedi æquius putat, quàm bonis eum cedere, cum ex tẽpore poſſit ſatis creditoribus facere. Vt igitur ad ſoluendum paratior fiat, debitori tẽpus indulgetur, non vt creditores, non ſoluendo, eludat. quam ſententiam admiſerat anteà Papinianus lib. 10. reſponſorum in *l. maiorem eſſe 9. in fin. ff. de pactis.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *humanior.* allegat *tex.* in *d. l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt.* ſequiturq; *Afflict. deciſ. 279. nu. 3. in fin. & deciſ. 288.* præſertim *nu. 3. & 4* ibidemq; *Vrſillus nu. 2. & 3.* & in eodem pœnè facto, & de Turri hac Ottauæ ſiuè Ottauiani, deq; decennali dilatione ob Montis Veſuuij incendium diſſeruit, nec ſanè ineptè Dominus Regens *Hector Capycius Latro. deciſ. 45. per tot.* præſertim *num. 8. & ſeq. & deciſ. 114. num. 3. & 4.* ex Caſſiodoro *lib. 2. variarum. epiſt. 37.* & *Petro Gregorio Tholoſ. ſyntax. iuris vniuerſi lib. 22. tit. 7. n. 7.*

18 Non itaq; impedimento amplius indulta dilatio ad decennium eſſe poterit Inſtrumẽti liquidationi, cùm iam illa effluxerit, nedũ exacto iam decẽnio, ſed etiam decimoquarto anno à tempore, quo Veſuuium malè digeſtas euomit flammas. Et ſanè diſceptatio in S. Conſilio *dicta deciſ. 45.* per Regentem *Latro* fuit: an pendente adhùc indulta dilatione decennali ad liquidationem procedi

19 potuiſſet. nunc verò iam abijt dilatio, dieſq; vidit ſuum. nullum proindè obducere impedimentum poterit, quin liquidatio pro-

20 cedat petita: quia nulla perdurat, quæ in promptu probari exceptio poſſit, dilatione tam expleta, quæ vna liquidationem retinebat. vt ex *Ritu 287.* poſt alios, ac præſertim *Carauit.* ibidem *nu. 5.* admittit ipſe Regens *Latro d. deciſ. 45. num. 12. & ſeq.* dixeratq; per plura, neq; ſine magno fœnore, vt alſo. et *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. 7. in ſecunda declaratione 1. membri. nu. 29. de conſtitutio.* deduxitq; dictus D. Regens *Latro d. dec. 14.*

21 *d. nu. 1. & ſeq.* ſicuti enim in dilatione perſiſtẽte Iudicis quieſcebat officium, ne procedere valeret. *d. l. ſiue pars. 3. in princ. C. de dilationibus.* ex Innocentio III. *cap. conſuluit nos. 24. de officio delegati. Gratianus forenſ. par. 2. cap. 301. nu. 25. & part. 3. cap. 516. nu. 15. & 16. Ioannes Baptiſta Thoro voto 25. nu. 21. & 22.* Regens *Capycius Latro d. deciſ. 45. nu. 1. & ſeq. & d. deciſ. 114. nu. 4. & 5.* pari quoq;

22 modo diſſoluta dilatione impedimento ceſſante Iudicis reuiuiſcit officium. *Eo vſq; Iudicis officium cõquieſcat* (Imperator edixit d. l. ſiuè pars) *donec petiti temporis diffluxerint curricula.* poſtquàm verò illa deffluxere; non vtiq; conquieſcet ampliùs. proſequiturq; in ſimili noſtro facto etiam cõflagrationis huiuſce Veſuuianæ in Terra Summæ idem Regens *Capycius Latro d. deciſ. 114. à num. 6. & num. 10.* Rationemq; excipe ex Imperatoris deciſione in *§. appellantur. Inſtitution. de exceptionib.* dicentis de quinquennalis (puta) dilatione loquentis: *Nam finito eo tempore, non impeditur actor, rem exequi.* ſubſequiturq; dicti, ac propoſitionis conſequentiã proferens. *Ergo ij quibus intra certum tempus agere volentibus obÿcitur exceptio, aut pacti conuenti, aut alia ſimilis, differre debent actionem, & poſt tempus agere.* Ergò (dicamus nos) exacto iam tempore, nulla alia ſupereſt prohibitio; quin agere valeamus, atq; Iudex ſuum proſequi officium. Verba ipſa Moratoriæ, vel datæ dilationis damus; ex proceſſu fol. 245. excipe illa: *Ci è parſo fare la preſente, con la quale dicemo, ordinamo, e comandamo à tutti li ſopradetti, e ciaſchuno di loro; che per lo detto termine d'anni dieci decorrendi dal 1 di Gennaro 1632. non debbiano moleſtare, ne fare moleſtare lo predetto Ill. D. Ottauiano de Medici Principe d'Ottaiano de perſona, ne in bonis ad inſtanza di qualſiuoglia ſuoi Creditori, per qualſiuoglia debito, e cauſe, e durante il tempo predetto d'anni dieci debbiano ſopraſedere alla liquidatione delli Inſtrumenti, & accuſe de obliganze contro di eſſo D. Ottauiano, ſeruata la forma di detto preinſerto decreto; quale debbiano oſſeruare, e fare oſſeruare ad vnguem, che tale è la volontà di S. E. e non ſi faccia il contrario ſotto pena di due. mille.*

Fuit proindè prohibitio intrà ipſum decennium liquidandi, dictumq; D. Principem moleſtia aliqua afficiendi, quodcunq; eſſet debitum. Abijt, effluxit, quin dicas obijt, interijtq; temporis occaſu, decennium. effluxit pariter cum tempore prohibitio. Integrum

eſt

Digitized by Google

eſt ergò Iudici ſuum proſequi officium im-
pedimento omni ſubmoto. Suum ergò ſi Iu-
dex officium proſequi poteſt, quia omne di-
latorium quieuit tempus. ergò & agere pars
24 liquidationem petendo. Nec denegare of-
ficium ſuum petenti illud Iudex poterit. ex
Innocentij III. ſenſu in *cap. inter quatuor. 8.*
in fin. de maiorit. & obedient. atq; Gregorij
in *can. ſi Epiſcopus. 4. 11. q. 3.* nec diſſimili
ſenſu idem Innocentius III. in *capit. licet*
quibuſdam. 18. §. quo circa nouerint. de re-
gular.

25 Quia nimiùm iniuria eſt, ſi quis à Iudice,
quod ſibi iure debetur, non impetrauerit. ex
Vlpiano lib. 70. ad edictum in *l. ait Prætor.*
1. §. permittitur autem. in fin. ff. de aqua quo-
tidiana, & æſtiua. & diximus *reſponſ.* noſtra
41. nu. 1. & ſeq. part. 3.

Non itaq; ad rem, neq; obſtaculum faciet
obiecta exceptio de litis pendentia in Sacro
Conſilio, quam ipſemet Princeps ex Veſuuij
Montis conflagratione, ob prætenſa damna,
aduersùs creditores induxit.

26 Cùm, quòd propter prætenſum hoc dam-
num dilationem obtinuit decennalem. vt
promptior, paratiorq; ad ſoluendum foret.
vt diximus in ſuperioribus, non vt nuſquàm
omninò ſolueret. Dilatione debitum agno-
uit, admiſitq; atq; ſententiæ adhæſit; non vl-
trà diſcedendi eidem locus remanſit. vti ex
Diocletiani, & Maximiani Cæſarum ſenſu
in *d. l. ad ſolutionem. 5. C. de re iudicata* dixi-
mus. Vel igitur voluntate ſoluet, debitoq;
27 faciet ſatis; vel multo magis, ſolutionem elu-
ctando, periurio ſe abuoluet, vt pœnæ iurè
ſubijciatur periurij per inſtrumenti liquida-
tionem, atq; interrogationem. tradit idem
Dominus Regens *Latro d. deciſ. 45. num. 18.*
28 *& ſeq.* Hoc enim in creditorum commo-
dum, vtilitatemq; factum eſt, non ſanè in dã-
num, vt ipſe dilationem exciperet decenna-
lem, vt paratior, promptiorq; ad ſoluendum
redderetur, dilatione excurſa. ex Marcelli
lib. 18. digeſtorum ſenſu in *l. et ſuum hære-*
dem. 8. §. hodie tamen. ff. de pactis. quem ſuo
commẽto adiuuat *Gloſſ.* ibidèm. verbo *quo-*
ta pars. dicens: *Quia pro eorum* (creditorum
ſcilicet) *vtilitate fieri videtur.* neq; incom-
præhenſum dimiſit *Gloſſ.* in *d. l. quoties. 2. C.*
de precibus Imperatori offerendis. verbo
29 *quoties.* rationem reddens, dicenſq; *Quia*
non eſt magnum damnum in mora modici
temporis. Quam ex Vlpiano lib. 70. ad edi-
ctum in *l. ſi debitori. 21. ff. de Iudicijs* exauſit.
ipſo quoq; dicente, & rationem reddente
quarè debitori dilatio ad ſoluendum indul-
geatur: *Neq; enim damnum magnum eſt, in*
mora modici temporis. iuxtà Ouidianum il-
lud.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia fi-
lo:
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

quod refert quoq; *Gloſſ.* ibidem. verbo *ma-*
gnum eſt. proſequiturq; *Afflict. d. deciſ. 288.*
30 *num. 1. 2. & 3.* Cæteròquin debiti fuiſſet pe-
remptio, non dilatio ſolutionis, quod neq;
rationis æquitas patitur, neq; Princeps hoc
potuiſſet; neq; ſacrarum legum diſpoſitio in
præfatis legibus, vel Codicis, vel Digeſtorum
id decernit. Hoc nempè pacto, & hac condi-
tione illæ dilationem debitori decernunt: *ſi*
fateatur ſe debere: paratumq; ſe dicat ſoluere,
competentiq; cautela ad ſoluendum pecuniam
diem accipiat. verba hæc ſunt Vlpiani *d. l. ſi*
debitori. nec differenti ſenſu Conſtantinus
Imperator in *d. l. quoties. 2. C. de precib. Im-*
perat. offerend. in ſecunda parte. decernens,
diſponenſq; *Quod autem totius negotij co-*
gnitionem tollit, & vires principalis negotij
exaurit, ſine graui partis alterius diſpendio
conuelli non poteſt. Nec præſcriptionis igitur
peremptoria relaxatio petatur. Rationem
reddit *Gloſſ.* ibidèm verbo *petatur* ex diſpo-
ſitione, verbiſq; Theodoſij, & Valentiniani
Imperatorum in *l. reſcripta. 7. C. eodem.* re-
31 ſcribentibus illis ad Senatum: *Reſcripta cõ-*
tra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refutari
præcipimus. Contra fas, & ius eſſet, ſi in per-
petuum Veſuuiani Montis conflagrationis
clypeo ſe munire vellet Princeps; quod ipſa-
32 met iuſtitia non patitur, quæ cuiq; quod ſuũ
eſt tribuit. Vlpianus docet lib. 1. regularum
in *l. iuſtitia 10. ff. de iuſtitia, & iure.* Tùm
etiam quod tantum abeſt, vt Sacrum Conſi-
lium hoc ei indulſerit; perpetua vt frueretur
33 ſoluendi moratoria, vt eam appellat Iuſti-
nianus Auguſtus *d. l. quoties. 2. C. de precibus*
Imperator. offerendis. vt (magis iuſtitia id ſua-
dente) bonorum omnium in Terra præfata
Turris Octauæ, ſiue Octauiani exiſtentium
appretium fieri mandauerit, quod & factum
eſt, vt imperauit, duplicatis diligentijs pro
ipſo appretio. Ex ipſo autẽ bonorũ appretio
apparet, locum eſſe Marchioni Cuſani, vt ſi-
bi fiat ſatis, pecuniæq; omnes eidem debitæ
ex præfato bonorum appretio, æſtimatione-
que ſoluantur, reſtituanturq; Nihil igitur de-
morari debet, quin hoc ei præſtetur; Inſtru-
mentiq; liquidatio, atq; fiat interrogatio.
34 Quippè tunc liquidatio hæc retineri pote-
rit, quando exceptio in promptu probata
producitur ex *Carauita ad Ritum 166. n. 57.*
quem ſequitur d. Dominus Regens *Capycius*
Latro d. deciſ. 45. num. 11. & ſeq. iſthæc verò
non talis eſt, prætenſa pendentis litis obie-
ctio, cùm illa non ſit, ſed ad hunc tetendit fi-
nem, creditoribus Domini Principis, vt fiat
ſatis. Non itaq; permitti.

35 Namq; vel litem induxit Princeps, vt om-
ninò non teneretur creditoribus facere ſatis:
& hoc ei permitti non poterat in graue illo-
rum diſpendium, cùm totum exhauriret ne-
gotium. ex Conſtantini Cæſaris ſanctione *d.*
l. quoties 2. C. de precibus Imperat. offerend.
neq; Iudices admittere, quin (quod ita ius
eſſet) refutare tenebantur. ex Theodoſij, &

Valentiniani Imperatorum mente, præcep-
36 toq; *d.l.reſcripta.7.C.eod.* Vel verò, vt dila-
tionem extraheret, qua promptiorem, para-
tioremq; ſe redderet ad ſoluendum tempo-
re elfluxo, vndè & debitum agnouit, & ſen-
tentiam acceptauit, ſeq; eidem ſubiecit, ad
text.in dict.l.ad ſolutionem.5. C.de re iudic.

37 Cùm iàm decennium eſſluxerit, quin non
& decimus quartus annus, quo eidem mo-
ratoria indulta ad decennium fuit; nulla iàm
ampliùs æquitatis patitur ratio, vt retineri li-
quidario valeat: Quando indulti temporis
eſſluxis curriculis; iudicis exurgit officium,
nec conquieſcit amplius. ex Imperatoris Cō-
ſtantij præceptione *d.l.ſiue pars.3.C.de dilat.*
Vtroq; igitur modo, aures eidem dari non
debebāt, nè in graue creditorum damnum,
diſpendiumq; contra ius faſq; aliquid per-
38 mittant Iudices: qui inciuile factum, iuriſdi-
ctionis Maieſtate coercere tenentur. ex Vl-
piani ſenſu, verbiſq; lib.5.opinionū in *l. Me-*
dicus.3.in fin.ff.de varijs, & extraordinarijs
cognitionibus.

39 Neq; dicant, caſmate terras perijſſe. em-
ptorum damno interijſſe cenſus. ex Pij V.
Conſtitutionibus de cenſibus, quam refert
Quarantain ſumma Bullarum. verbo *con-*
tractus cenſualis. fol.mihi 210. non ampliùs
teneri ipſum Principem ad eorum ſolutio-
nem.

Præter quàm quòd enim, caſmate terræ
40 non periere: quia extant; quod nēpè caſma-
te perijt id quidèm cecidit, interijt, non ex-
tat: ſicut caſitare dixit Paulus Iureconſultus
lib.15.ad Sabinum in *l.ſeruitutes, quæ 19. §.*
ſi ante ex regula caſitauerit. ff.de ſeruitutib.
vrbanor.prædior. quo loco *Gloſſ* verbo *caſi-*
tauerit. hoc eſt (*Frequentèr ceciderit*) expo-
nit. de ſtillicidio loquens. Caſmate igitur pe-
rit, quod decidit, caſu interijt, non inuenitur.
Terras autèm extare, neq; ità ruinoſas eſſe,
vti pars, creditores fortaſsè vt eluderet, ſup-
ponit, vel quod fortaſsè ità tunc credidit; ex
ipſo apparet Tabulariorum per Sac. Conſil.
deputatorum appretio, atq; ex oblatione,
quam Illuſtr. Dominus Leonardus Toccus
Princeps Achayæ in ducatis centum mille
fecit in proceſſu fol 281. Non itàq; ruinoſæ
ſunt Terræ, quæ tantam inuenere oblationē,
vndè creditoribus fieri ſatis poterit, & Illuſt.
Princeps Octauiani hoc ſe onere liberabit.
41 Non enim deſiere Terrę in rerum natura eſ-
ſe, quę tantum inueniunt pretium. iuxtà Pau-
li lib.15.quęſtionum ſenſum in *l.qui res ſuas*
98. §. *Aream promiſſ.ff.de ſolut.* eiuſdemq;
ſenſus Vlpianus in *l.inter ſtipulantem.* 83. §.
ſacram. ff.de verbor.obligat. ſunt nempè hi
42 contractus emptionis, & venditionis, corre-
latiui, qui inuicem reſpectum habent, vt ſi-
cut emptio ſine venditione eſſe non poteſt,
ſic nec venditio ſine emptione, vt ab inuicē
ſpecificentur. ex Iuliani ſenſu lib.15.digeſto-
rum in *l.cùm emptor.5.ff.de reſcindem.vendit.*
emitur proindè. ergò res emitur. extat ergò
43 quod emitur, non perijt. Namq; nullū, quod
eſt ſub alicuius generis prædicamento ſpe-
cies reponi, ac numerari non poteſt. *S.Thom.*
2.2.q.94.art.1. in 3.argum.

44 Nihilominùs tamen neq; Pii V. Conſtitu-
tio, vt in totum pereat cenſus re perempta,
vel infructuoſa effecta, diſponit; ſed ex ea
parte dumtaxàt, vel quæ perijt, vel quæ infru-
ctuoſa perpetuò facta eſt: ſic nempè Conſti-
tutio: *Poſtremò cenſus omnes in futurum*
creandos, non ſolùm re in totum, vel pro par-
te perempta, aut infructuoſa in totum, vel
pro parte effecta, volumus ad ratam perire;
ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. ità
enim Summus ille, ac Sanctiſſimus Pontifex.
45 Ratio quippè eſt: Quia cenſus (ex finitione,
quam tradūt Doctores, quos nos retulimus
reſponſ. noſtra 8.*n.*25. & *reſponſ.*50.*nu.*10.
par.3.) eſt ius percipiendi redditus ex re
fructiferaalterius, oneri non ſubiecta. re
igitur perempta, vel infructuoſa effecta, cùm
fructus non producantur, redditus ipſi, vt vel
perierint; vel ſi infructuoſa res euaſerit, inte-
reant, atq; deficiant, oportet. Sed non ità hic
eſt. non itaq; cenſus periere.

46 Neq; ex dilatione indulta, interim annui
cenſus defecere, ſi res fructus interim partu-
rijt. Quam ſententiam in facto hoc, vti ma-
gis receptam ſequitur, admittitquè dictus
47 Dominus Regens *Capycius Latro d. dec.*45.
*num.*10. atq; eo inniti fundamento potiſſi-
mùm videri poteſt ex dicta cenſus finitione;
quia fructus emit cenſuarius, ius ſcilicet il-
lud percipiendi cenſus ex fructibus; ſed inte-
rim fundus, ſuper quo cēſus impactus eſt, fru-
ctus producit. debetur ergò cēſus cenſuario,
nec ex dilatione debitori conceſſa, fructus
amittit, vt iſte in damno ſit, ille verò in lucro.
48 quod fieri nullo pacto poteſt, vt cum alte-
rius iactura quiſquam locupletetur. *regula*
locupletari.48.de reg.iur.in 6.

Atq; ità ex his, Ariſtarchi iudicio, ſed be-
nigniori exorato, reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur per litteras teſtimonia-*
les Epiſcopi ordinantis.
Nec ſtatur aſſertioni in litteris beneficij,
vbi de tertij agitur præiudicio.n.2.
Præſertim ſi Clericum non agat.
Sed Laicum.
Nequè etiam per ipſius iuramentum
num.3.
Vel ſi in poſſeſſione non ſit Clericatus.
num.5.

4 *Si-*

4 *Sigillum Epiſcopi ſcripturæ firmitatem reddit.*
Argumentiq; nomine accipitur.
6 *Clericus per matrimonium,& à beneficijs,& à penſionibus cadit.*
Ratio redditur ex Alexandro Tertio.nu.7.
Et nè in iniuriam redundet ordinis.n.8.
Sicuti etiam ex contrario ſtatu aſſumpto. num.9.
10 *Clericus coniugatus, quæ requiſita habere debeat. ex Bonifacij Octaui Conſtitutione?*
Atq; ex Sacro Tridentino Concilio.
Alioquin priuilegijs non perfruitur Clericis coniugatis indultis.
Sicuti nec Clericum coniugatum aget, qui militiam Regularem ingreſſus fuerit. num.13.
Ratio redditur.n.14.
12 *Facti quæ ſunt,non præſumuntur,niſi probentur.*
14 *Locus Deutoronomij 22.Non arabis in boue, & aſino.expenditur.*
15 *Equites Hieroſolymitani verè Regulares ſunt.*
Quia tria vota ſubſtantialia Religionis profitentur.
Non verò aliarum Militiarum, qui vxores ducunt.n.16.
Sed tantùm ſecundùm quid.
Poſſunt tamen penſiones retinere ex diſpenſatione.n.17.
Et propter hanc cauſam eum illis diſpenſatum dicitur.n.44.
18 *Penſiones obtinentes in habitu, & tonſura clericali incedere debent, ex Sixti V. Conſtitutione.*
Quid ſi cum eis diſpenſatum fuerit? n.19.
Alioquin penſiones amittent.n.20.
21 *Negatiua alicuius facti ex ſcriptura probatur.*
Si in illa ſcriptum non reperiatur, quod aſſeritur.
Et ex reuolutione actorum n.22.
23 *Penſionem retinere,& Clericum coniugatũ agere,vt diuerſa habentur.*
Diſpenſatus proindè vt penſionem retinere poſſit.n.29.
Non cenſetur diſpenſatus, vt Clericum agat,& num.43.& num.45. & num. 47.& nu.48.
24 *Lex quod non dicit,nec legis Cõditor,nequi nos dicere poſſumus.*
Et qui dicit legem dicere, probare debet. num.26.
25 *Bigamus interpretatiuus dicitur,cum vidua matrimonium contrahens, & irregularis efficitur.*
27 *Argumentum à poſteriori rectè ducitur.*
28 *Verba ſunt earum,quæ ſunt in anima paſſionum nota.*
Et ex verbis mens habetur.
30 *Papa omnia poteſt,vt Deus.*
Et nemo ei dicere poteſt:Cur ità facis?
31 *Penſio dupliciter perpendi poteſt.*
Vt quid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum.
Et vt quid temporale.
Quid ſit?
Penſio vt quid ſpirituale ſoli Clerico competit.n.32.
Vt quid temporale etiam laico ex diſpenſatione. n.33.
Et ità datur etiam Equitibus Lauretanis. num.34.
Et vt quodam ius ſeparatum, formalitèr diſtinctum ab ipſo beneficio.
Et alijs Equitibus aliarum Militiarum Regularium.Triplicitèr penſio departitur.n.35.
36 *Penſionem obtinens Clericus cum diſpenſatione, vt ſine habitu,& tonſura incedat,fori priuilegio non gaudet.*
Ex Sacra Congregatione.
Multòq; minùs laicus, quo eum diſpenſatum fuit, penſionem retinere. num.37. & nu.42.
38 *Bigamia tollit priuilegia clericalia.*
Exercitium ſcilicet Clericatus.
Non tamen characterem.
39 *Character eſt qualitas in anima impreſſa.*
Atq; propterea indelebilis.
Ratio affertur ex S.Thoma.n.41.
40 *Clericus per Clericatum Deo ſacratur.*
Eiuſq; ſorti addicitur.
Si tamen in habitu,& tonſura non incedit Clericatus exercitium perdit.n.41.
Non tamen ſubſtantiam, & characterem.
45 *Diſpenſatus in vno impedimento,diſpenſatus in altero non cenſetur.*
Quia tot ſunt diſpenſationes, quot ſunt impedimenta.n.46.
Quarè diſpenſatus vt penſionem retinere poſſit.n.47.
Etiam ſi cum vidua matrimonium contraheret.
Non cenſetur diſpenſatus; vt in Clericatu perſiſtat.
Præſertim ſi ei ſit impoſitum,vt militiam regularem ingrediatur.
Et ſufficit illum gaudere diſpenſatione quoad effectum retinendi penſionem. num.49.
Et tamen tali diſpenſatio expreſsè requiritur.
49 *Eſſentia,ſiuè rei ſubſtantia vbi deficit,qualitates non dantur.*
Neq; nomen.n.50.
Quia qualitates in eſſentia fundamentum habent.n.51.
51 *Re qui priuatur,nomen habere non meretur.*
52 *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Clericatus quomodò probetur, cùm præſertim de præiudicio agitur tertij? & quomodò Clericatus Coniugati? Quid ſi diſpenſatum ſit cum aliquo, vt penſionem retinere poſſit, etiam ſi matrimonium contraxerit, etiam cum vidua, etiam ſi in habitu, & tonſura Clericali non incedat; modò Regularem aliquam Militiam ingrediatur, & in ea profeſſionem emittat, an quoq; diſpenſatum cum eo videatur, vt Clericum agat Coniugatum? Cum vidua verò contrahens, vndè Bigamus interpretatiuus efficitur, ſecum vt Clericum agat diſpenſatum non videtur; tantùm verò vt penſionem retineat. Quæ diuiditur in ſpiritualem, & temporalem, quæ etiam laicis dari poteſt.

RESPONSIO LXXVI.

A Facto ipſo initium ducimus, ne in longum res excreſcat. itàque:

Illuſt. D. Garſias de Barrionueuo Marchio Cuſani eſt creditor Illuſt. D. Octauiani Medicis Octauiani Principis in duc. 12800. capitalis. & in duc. 10500. pro tertijs decurſis per publicum inſtrumentum liquidum. hanc ob cauſam dictus D. Marchio inſtrumētum præfatum in M.C.V. produxit, obtinuitq; dictum D. Principem debitorem citari ſuper tenore Inſtrumenti. facta citatione præfata, ex aduerſo comparet dictus Princeps, & opponit fori declinatoriam, ſe eſſe Clericum Coniugatum, & vitalem obtinere annuam penſionem Eccleſiaſticam mille, & ducentarum plaſtrarum florentinarum. remittendum proindè ad Iudicem ſuũ competentem Eccleſiaſticum. In diſceptationem propterea itum eſt: eſſet ne remittēdus prædictus Princeps? vel ſaltim, poſſit ne ad liquidationem procedi in M.C.V. aduerſùs Clericum Coniugatum, cùm in liquidatione periurium intercedat, atq; propterea pœna pro Fiſco?

Et planè ad primum remiſſioni locum, non eſſe reſpondendum cenſuimus. Quia de
1 Clericatu non docet. Clericatus namq; probatur per litteras teſtimoniales Epiſcopi, qui Clericum ad ipſam clericalem militiam ordinauit. ex Innocentio III. in *cap. inter quatuor* 2. & ibidem *Abb. in 1. notab. de Clericis peregrinis. can. legum. 9. 2. q. 1. Gloſſ. in cap. ſi Iudex laicus* 12. verbo *fecerit. in fin. de ſentent. excomunicat. in 6.* eiuſdémq; ſenſus Imperatores Theodoſius, & Valentinianus in *l. ſi qua per calumniam* 22. *circa fin. C. de Epiſcopis, & clericis.* fuiſſe videntur. Rota apud *Cardin. Caualer. deciſ.* 55. *num.* 1. *& deciſ.* 33. *ſub nu.* 2. & apud S. memoriæ *Gregor. XV. deciſ.* 78. *nu.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 103. *nu.* 7. *& deciſ.* 490. *nu.* 6. diximus *reſponſ.* 6. *num.* 4. *& ſeq. part.* 3. *Grammatic. deciſ.* 81. *num.* 1. Rota apud *Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.* 38. *num.* 6. *& deciſ.* 87. *num.* 3. *& deciſ.* 204. *num.* 3. *& deciſ.* 237. *num.* 3. *part.* 1. deduxitq; in terminis *Regens Sanfelicius deciſ.* 230. *nu.* 1. *&* 3. *tom.* 2. *& deciſ.* 143. *num.* 5. *tom.* 1. Nullas verò de litteris Ordinarij promotoris ad Clericatum atteſtationes detulit. non itaq; de Clericatu conſtat. non ergò remit-
2 tendus. Neq. fundamentum faciendum in litteris reſeruationis ſeu collationis beneficiorum, in quibus dictus D. Octauianus Medices Clericus aſſeritur. Quia in materia iſta in tertij præiudicium; cùm ille nunc Clericus non ſit, ſed Laicus, atq; Princeps Octauiani, feudi, quod à Sacra Regia Maieſtate Catholica recognoſcit, Clericatus mini-
3 mè probatur, nec etiam per ipſius iuramentum *d. cap. inter quatuor.* 2. *de clericis peregrinis.* in quo Innocentius III. à Patriarcha Conſtantinopolitano interpellatus, vtrū Clericos ad illum ſine ſuorum Ordinariorum litteris accedentes, & offerentes iuramētum, quòd ſint in ordine Clericali conſtituti, admittere deberet? Reſpōdet, quòd, *niſi de ipſorum ordinatione canonica per idonea conſtiterit argumenta, eos ſuſcipere non debet.* quā ob cauſam *Gloſſ.* verbo *per argumenta.* cō-
4 mentum agens. argumenta idonea; Epiſcoporum ſigilla, litteris vtiq; impreſſa ordinationis exaudit. allegat in probationem Anaſtaſium Primum Summum Pontificem in *can. tranſmarinos.* 2. 98. *diſt.* illis verbis: *niſi quinq; aut eò amplius Epiſcoporum Chyrographis ſint deſignati.* quo loco *Gloſſ.* verbo *Chyrographis.* de litteris exaudit Epiſcoporum, quam ſententiam admittere videtur *Franciſcus Marcus deciſ.* Senatus Delphinalis. 1353. *num.* 8. *part.* 1. eumq; ſequuti fuimus *d. reſponſ.* 6. *num.* 6. *part.* 2. & proſequitur *Carolus de Graſſis de effectibus Clericatus*

tus

*tus in prælud.num.*219. *& 220. & ſeq.* qui
loquitur in productione bullarum beneficij,
5 & in eo, qui in poſſeſſione eſt Clericatus. quę
in facto hoc noſtro deſiderantur. & ſatis ad
rem dixit *Caranita ad ritum* 135.*nu.*20. *M.
Cur. Sanfelicius d. deciſ.*141. *num.*2. *&* 3.
*tom.*1.
6 Verùm (fac illum docuiſſe ſe Clericali mi-
litiæ ritè, rectèq; aſcriptum fuiſſe) matrimo-
nio tamen ſe iugauit. à priuilegijs proindè
excidit clericalibus, atq; beneficia omnia,
penſioneſq; etiam amiſit. ex Alexandro III.
in *cap.*1.2. *&* 3 & ex Innocentio III. in *cap.
diuerſis fallatijs.*5. *& in cap. Ioannes.*7. Ho-
norio quoq; Tertio ad Reginam Anglorum
in *cap. ex parte 9. de Clericis Coniugat. extrà.*
Rationem reddit idem Alexander III. *d cap.*
7 *quod à te.*3. ſequentibus eam proferēs: *Quod
ſimul voluptatibus, & carnalibus deſiderijs,
& diuinis, & Eccleſiaſticis obſequijs vacare
non valeant ob immunditiam ſuam, Eccle-
ſiaſticis Sacramentis indigni tractandis, Ec-
cleſiaſticis proculdubio beneficijs ſunt priuā-
di.* ijſdemquè plenè verbis Innocentius III.
ſed generalius *d. cap. Ioannes.*7. *in fin.* dicens
8 & ipſe: *Quia cùm eum oporteat ſecularibus
negotijs immiſceri, tonſura ipſius ſecularia
exercentis, videtur profectò in miniſterij no-
ſtri vituperium redundare.* ſequutaq; fuit
Rota *in Cæſaraguſtana penſionis* 18. *Iunij*
1610 *coram Card. Lancellotto* apud *Mar-
chesan part.*1 *fol.*641. *deciſ.*46. *nu.*3. quæ eſt
etiam in impreſſis apud *Farinac. poſt* 2. *vo-
lumen Conſiliorum deciſ.*293. *num* 3. *& ſeq.*
& apud S. memoriæ *Gregor XV. deciſ.*18. *nu.*
1. *& ſeq.* & ibidèm *Beltramin.* Addens *nu.*6.
*& ſeq. Regens Sanfelicius d. deciſ.*230. *nu.*3.
plenè *Sanchez de matrimon. lib.*7. *diſput.*46.
per tot. præſertim ad rem hanc. *nu.*19. ex ve-
riſſima omnium ſententia. ea ratione inter
9 cæteras: Quia contrario ſtatu aſſumpto amit-
tuntur priuilegia, ſicut & beneficia. ex Con-
cilio Calcedonenſi cap.7. in *can. eos, qui* 3. &
ibidèm *Gloſſ.* verbo *in Clero.*20.*q.*3.
10 Ni fortaſſis requiſita habeat à Bonifacio
VIII. decreta in *cap. vnico de Clericis coniu-
gat. in*6. à Sacroſancta Tridentina Synodo
innouata *ſeſſ.*23. *cap.*6. *de reformat.* quæ ſanè
ſunt; vt Clerici huiuſmodi coniugati vni-
cam, virginemq; ſibi matrimonio iugauerint
mulierem, Clericali habitu, & tonſura vtan-
tur, & (Sacra Tridentina adiunxit) vt alicuius
Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſco-
po deputati eidem Eccleſiæ ſeruiāt, vel mi-
niſtrent. Hic verò Illuſtriſs. Dominus Prin-
11 ceps de ijſdem requiſitis non docuit, nequè
docet. non ergò priuilegijs perfrui debet
coniugatis Clericis indultis, & fori, & cano-
nis. *Sanchez d. diſput.*46. *n.* 18. *& ſeq.* Rota
in Cæſaraguſtana penſionis 18. *Iunij* 1610.
*coram bonæ memoriæ Cardinal. Lancellotto
dec.*2. *n.*11.12. *& ſeq. apud Picum ad ſtatu
12 tũ Vrbis.* Hæc nempè facti ſunt; quæ ni pro-
bentur, præſumuntur minimè. *cap.*1. *in fin.
de conſtitut. in* 6. *cap.*1. *§. porrò cùm. vt Ec-
cleſiaſtica beneficia ſine diminut. conferan-
tur extrà.* & ex Triphonio lib. 4. diſputat. in
*l. in bello.*12. *§. facti autem, ff. de captiuis, &
poſtlim. reuerſis*; & Paulo lib. 5. ad Sabinum
in *l. quatènus.*25. *ff. de regul. iuris, & Cagnol.
ibidem.*

Tantùm verò abeſt, vt Clericum ſe con-
iugatum agere Princeps oſtenderit, vt magis
contrarium ex ſcripturis, quas produxit, do-
cuerit. Produxit namq; Vrbani Papæ VIII.
glorioſæ memoriæ diſpenſationem retinen-
di penſionem annuam plaſtrarum mille
ducentum, quàmuis ipſe vnicam, & virgi-
nem duceret, ſiuè etiam viduam; modò ta-
men honeſto, & decenti habitu indutus in-
terim incederet; diſpenſando cum illo quòad
Conſtitutionem Sixti Papæ V. de habitu, &
tonſura clericali à penſionarijs deferendis;
& modò intra annum aliquam regularem
militiam ingrederetur, & in illa ſuo tempore
profiteretur. Hanc autem Religionem mili-
tarem (Ieſu Chriſti) nuncupatam ſub regula
Sancti Auguſtini ingreſſus fuit, & in illa pro-
feſſionem emiſit in manibus Eminentiſſimi
Domini Cardinalis Decij Caraſæ Archiepi-
ſcopi Neapolitani anno 1625. die 8 menſis
13 Iulij. Deſinit proindè Clericum agere con-
iugatum, dictæq; Religioni Ieſu Chriſti ſub
dicta regula Sancti Auguſtini per profeſſio-
nem ab ijs emitti conſuetam, factam, ſe addi-
xit. diſceſſit ergò à Clericatu coniugali. non
ergò Clericus eſt coniugatus. ergò nec per-
frui poterit priuilegijs fori, & canonis, Cleri-
14 cis coniugatis indultis. *Non* enim *in boue
arabit, & aſino*, quod ex diuina lege vetitum
erat. *Deutoron.*22. hoc eſt homines diuerſæ
profeſſionis ſociabis. ex Concilio Hiſpalen.
2. cui interfuit Sanctus Iſidorus in *can. in
nona actione* 22.16.*q.*7. rationem reddit de
his loquens Alexander Tertius in *cap. ſuper
eo.*9. *de regularib. extrà.* Elnen. Epiſcopo
ſcribens: *Ne contrà votum, quod Domino
fecerunt venire probentur.* & in his terminis
*Nauarr. commentar.*4. *de regularib. num.*23.
*Ioannes Azor. inſtitution. moral. part.*1. *lib.*
12. *cap.*19. *quæſt.*13. *& part.*2. *lib.*6. *cap.*4.
*quæſt.*22. *Sanchez moralium lib.*7. *capit.*29.
*num.*76. *Lezana in ſumma quæſtionum
regularium part.*2. *cap* 1. *num.*18. dictumq;
fuit in *dict. Cæſaraguſtana penſionis coràm
Lancellott. d. dec.*2. *n.*11.12. *& ſeq.*
15 An autem huiuſmodi Equites (Hieroſoly-
mitanæ militiæ exceptis, qui tria ſubſtantia-
lia Religionum vota emittunt, vndè verè Re-
gulares æſtimantur. ex *text. in cap. cùm ad
Monaſterium* 16. *in fin. de regularib. Sanct.
Thom.*2.2. *quæſt.*186. *art.*6. *&* 7. plura dedu-
ximus *reſponſ.*6. *num.*2. *part.*2. Rota apud
Sanct. memor. *Gregor XV. deciſ.*87. *num.*2.
*Gratianus forenſ. diſceptat. part.*2. *cap.*363.
*num.*22. *&* 23. *& part.*3. *capit.*457. *num.*24.
&

Digitized by Google

& ſequentibus.)ſori hoc priuilegio perſruan-
tur, in Regno Neapolitano præſertim, ipſi
Iudices videant, qui de cauſa hac iudica-
bunt. cum iſti milites (exceptis dictis Hie-
16 roſolymitanis) verè regulares non æſtimen-
tur, ſed tantum ſecundum quid, vt de mili-
bus S. Stephani dixit Rota apud *Seraphinū
Cardinalem in vna Tiraſonen. penſionis* 11.
Decembris 1570. *part.* 1. *diuerſorum deciſ.*
591. *num.* 4. *& ſeq.* quæ eſt in impreſſis apud
ipſum *Cardin. deciſ.* 121. *num.* 3. *& ſeq.* &
apud *Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ.*
308. *num.* 6. *part.* 2. plura tradit *Maſtrillus
par.* 3. *deciſ.* 240. *Sanchez d. lib.* 7. *in opere mo-
rali d. cap.* 19. *nu.* 5. *Ioann. Azor. Inſtitut. mo-
ralium part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3. *q.* 2. Rota Macera-
ten. apud *Marcum Antonium Thomati*
nunc Epiſcopum Bitecten. *deciſ.* 6. *num.* 22.
Gratianus parte 3. *dict. capit.* 457. *num.* 25.
17 plura deduxit *Lezana d. par.* 2. *cap.* 5. poſſunt
tamen ex diſpenſatione Apoſtolica retinere
penſiones, quia perſonæ ſunt Eccleſiaſticæ;
vt de militibus Lauretanis ex Sixti V. conſti-
tutione, & priuilegio, dixit Rota apud *Gre-
gorium XV. dict. deciſ.* 18. *per totam.* præſer-
tim. *nu.* 4. *& deciſ.* 20. *& apud Coccinum de-
ciſ.* 299. *num.* 3.

Haud igitur obſtaculum faciet, quod ipſe
aſſerit; eſſe ſe Clericum Coniugatum, ſed di-
ſpenſatum ſecum fuiſſe per Glorioſæ memo-
riæ Vrbanum Octauum, vt penſionem ha-
bere, ac retinere valeat, quamuis viduam
duceret vxorem, modò vnicam; & habitu
18 honeſto, & decenti indutus incederet, diſpē-
ſando quoq; in Conſtitutione Sixti V. ſuper
habitu, & tonſura Clericali ab ijs deferendis,
qui penſiones Eccleſiaſticas obtinent. Nul-
la itaq; probatione alia indiget, requiſita
probandi per Bonifacium VIII. in *dicto cap.
vnico de Clericis Coniugat. in* 6. deſignata,
atq; à Sacroſancta Tridentina Synodo *d. c.* 6.
ſeſſ. 23. *de reformat.* aucta, vtputà ſeruiendi
in aliqua Eccleſia de mandato Epiſcopi.
Quia diſpenſatum ſecum eſt, vt penſionem
retinere valeat, etiam non in habitu, & ton-
ſura incedendo, etiam quòd vxorem duce-
ret viduam.

Nihil minus namq; eſt, vt hoc dicere va-
19 leat. Nuſquàm enim Summus Pontifex Vr-
banus diſpenſauit ſecum, vt Clericum Con-
iugatum agere poſſet, etiam viduam ducen-
do, nec in habitu, & tonſura Clericali ince-
dendo. Diſpenſauit & ſiquidèm, vt penſionē
annuam piaſtrarum florentinarum mille du-
centum retinere poſſet, etiam ſi viduam du-
ceret, vnicam tamen; ac diſpenſando ſecum
pro retentione penſionis præfatæ, in Conſti-
tutione Sixti Papæ V. qua præceperat: Pen-
ſionarios debere habitum, & tonſuram Cle-
20 ricalem deferre, pœna ſtatuta cadendi à pē-
ſione, ſi habitum, tonſuramq; dimitterent.
eamq; refert *Quaranta in ſum. Bullarum
verbo Habitus Clericalis fol. mihi* 272. me-
minitq; *Gratianus forenſ. part.* 3. *cap.* 440. *n.*
1. *&* 2. Vt ipſe non obſtante Conſtitutione
prælata retinere penſionem valeret, quam-
uis in habitu, & tonſura Clericali non ince-
deret, modò interim honeſto, & decenti ha-
bitu indutus incederet. & militarem Reli-
gionem intra annum ingrederetur.

Et ſanè, quòd non diſpenſaret ſecum, vt
Clericum Coniugatum ageret, id ex lectu-
ta arguitur Breuis ſub annulo Piſcatoris ſub
datum Romæ apud S. Petrum die 4. Decem-
bris 1624. Pontificatus ſui anno 2. in actis
21 fol. 17. exhibiti. In illo enim hoc ipſum, quòd
aſſeritur, non ſcriptum legitur. non ergo cō-
ceſſum. argumento non leuitèr petito ex re-
ſponſione Leonis, & Anthemij Cæſarum in *l.
ne paſſim liceat.* 13. *aliàs fin. C. de iuris, & fa-
cti ignorantia.* non in omnibus cauſis igno-
rantiæ prætextu ſubueniri mulieribus; ſed in
*ijs tantum caſibus, in quibus præteritarum
legum authoritas eis ſuffragatur.* Quod ergò
ſcriptum in ijs non inuenitur, ſuffragiū haud
illis feret. & hanc ſententiam poſt alios *Pa-
riſius de reſignat. beneficiorum lib.* 11. *q.* 14.
num. 67. ſequutaq; fuit Rota apud S. memor.
Gregor. XV. deciſ. 13. *nu.* 10. & expreſſiſſimū
22 eſt, negatiuam alicuius rei, aſſertionis, maxi-
mæ, aſſumpti (quodcunq; vocaueris) ex ipſa
ſcripturæ reuolutione probari, vt qui in ipſa
ſcriptura ſcriptus non inuenitur, non legatur,
non inſpiciatur; nec præſumatur. probationē
hanc habemus ex Alexandro Cæſare Au-
guſto in *l. iuſtum eſt.* 6. *C. de edendo.* illis ver-
bis; *vt rationibus publicis exhibitis, conſtet
quantum ſub nomine ſuo ſolutum ſit.* eamq;
firmiorem ad noſtrum ſenſum facit *Gloſſ.*
ibidem poſt caſus figurationem, quæ ab om-
nibus recepta eſt, & eam admittit indubiè
Bartol. in l. fin. C. de rebus creditis. ſequutaq;
fuit Rota apud *Card. Manticam deciſ.* 34. *nu.*
9. *& apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 433.
num. 3. *& apud Duranum deciſ.* 2. *num.* 3. *&
deciſ.* 6. *nu.* 6. *Cardin. Tuſcus tom.* 5. *littera N.
concluſ.* 30. *nu.* 20. 21. *& ſeq. Gratian. forenſ.
part.* 4. *cap.* 737. *nu.* 3. *Rota poſt* 2. *vol. conſil.
Farinac. deciſ* 366. *num.* 7. retulimus nos *re-
ſponſ.* noſtra 67. *nu.* 16. *&* 17. *part.* 3.
23 Satis nempè diuerſa ſunt, Clericum Con-
iugatum agere, quàmuis viduam duxerit: &
penſionem retinere. Porrò ſi, vt Clericū con-
iugatum ageret, atq; etiam viduam ducere
poſſet vxorem, & in habitu Clericali, atq;
tonſura non incederet, Summus Pontifex
Vrbanus cum hoc Principe diſpenſare vo-
luiſſet, dixiſſet vtiq; oportuiſſet enim vt de-
rogaſſet, tàm Conſtitutioni Bonifacij VIII. in
d. cap. vnico de Clericis coniugat. in 6. quàm
etiam Sacroſanctæ Tridentinæ ſynodi di-
ſpoſitioni in *d. capit.* 6 *ſeſſ.* 23. *de reformat.*
24 Hoc verò non legitur, neq; Papa dixit. neq;
ergo nos, neq; Princeps dicere debemus. ex-
cipe hoc ex Fabiano Papa in *can. ſignificaſti*
85. *in fin.* 1. *q.* 1. illis ſanè verbis, quibus ad rē

argu-

argumentatur. *Nam Apoſtoli* (inquiens) *talem conſuetudinem non habuerunt, neq; habendam decreuere.* ergò nec nos. *Gloſſ.* ibidèm verbo. *docuerunt.* inſert. *can. quòd ſi dormierit.* 12. ibidemq; *Gloſſ.* 31. *q.* 1. *can. conſuluiſti.* 20. §. *& quod ſanctorum patrum, & can. Monomachiam.* 22. 2. *q.* 5. *cap.* 2. §. *vndè ſi circa translationem, ne ſede vacante.* deducitur perbellè ſatis ſimile argumētum ex Diocletiani, & Maximiani Cæſarum in *l. ad probationem.* 21. *in princ. C. de probation.* verbis, quæ ſic exhibemus: *Quippè cùm horum lectio non recitantem, ſed quem tenor ſcripturę deſignat, adiuuet.* qui igitur in ſcripturæ tenore non continetur, ea minimè adiuuatur. Quod ergò ſcriptura non dicit, non vtiq; aſſerendum; neq; ex eo iuuamen ſperandum. *l. illam* 19 *C. de collationib. l. cùm de lege* 17. & ibidèm *Gloſſ. ff. de probationib. Surdus deciſ.* 47. *num.* 5. *& deciſ.* 195. *num.* 4. *& deciſ.* 239. *num.* 3 Rota *part.* 2. *in recent. deciſ.* 660. *num.* 5. Si igitur Vrbanum Papam Octauum, vt Clericum coniugatum ageret, ſecum di-
25 ſpenſaſſe, aſſerit, potiſſimùm cum vidua, qua cum contrahens Bigamus efficitur, Bigamia, quæ dicitur interpretatiua, atq; irregularis euadit; iuxta *Gloſſ.* receptam in *cap.* 2. *de Bigam.* & *Doctores* ibidèm. Rota *in dicta Cæſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij* 1610. *coràm Card. Lancellotto* iuniore *apud Marchesanum deciſ.* 46. *num.* 3. *part.* 1 *fol.* 641. & ſtrictiùs in his noſtris terminis apud S. memoriæ *Gregor. XV. deciſ.* 516. *nu.* 5. *& ſeq. & num.* 9. ibidemq; *Beltraminus* Addens. *littera B. Garſias de Benefic. part.* 7. *cap* 6. *nu.* 15.
26 probare vtiq; debebit. ſecundùm Surdi ſententiam *d. deciſ.* 195. *num.* 4. ea planè ratione, quam refert *Bald in cap. nihil eſt in fin. de electione.* dicens: *Quod lege non cauetur, in practica non habetur.* ſequiturq; *Maſtrillus*
27 *deciſ.* 273 *num.* 11. *part.* 3. Fitq; hoc perſpicaciùs à poſteriori argumento ducto, non diſpenſaſſe in hoc caſu Pontificem, quia non dixit, nec voluit: Sicuti diſpenſauit, vt penſionem retinere poſſet, quàmuis in habitu, & tonſura non incederet Clericali; derogauitq; Conſtitutioni Sixti Papę V. derogaſſet vtiq; & Conſtitutioni dicti Bonifacij Octaui, & Sacri Tridentini Concilij. *d. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. ſi ſecum diſpenſare intendiſſet, vt Clericum ageret Coniugatum, etiam cum vidua; & ſine habitu, & tonſura incederet Clericali, neq; in diuinis inſeruiret. hoc verò non fecit. ergò nec aſſeri poteſt. Neq; etiam talem intentionem Papam habuiſſe deducere poſſumus:
28 quod id verbis non expreſſit, ex quibus mēs habetur, quæ in penetralibus latet. ex Ariſtotelis ſententia 1. *Perihermenias.* quatènus definit: *Verba eſſe earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ.* & ſequutus fuit Celſus ex Tuberonis ſenſu in *l. Labeo.* 7. §. *id Tubero ff. de ſupellect. legat.* At verba Pontificis hoc exprimentia non habemus. ergo nec mentem, nec animi ſententiam, quæ in pe-
29 netralibus latet. Cùm Summus Pontifex Vrbanus cum Illu. Principe diſpenſare voluerit, vt penſionem retinere poſſet, non vt Clericum ageret. quod perpenſum fuit *in d. Cæſarauguſtana penſionis coràm Card. Lancellott.* & poſtmodùm coram *Ludouiſio Gregor. XV. d. deciſ.* 516. & dictum fuit *in Cæſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij* 1610. *coram Cardin. Lancellotto iuniore* bonæ memoriæ *deciſ.* 2. *nu.* 14. 15. *& ſeq. apud Picum ad ſtatutum Vrbis.* Probet autem ſe talem Princeps, & ſic credimus ei. *Niſi videro, & tetigero* Thomas dixit, qui dicitur didimus, hoc eſt minus credens. *Ioann.* 20. 25. & Phariſæi ac Scribæ de Christo: *Deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* dicebant. *Matth.* 27. 42 nec nos credemus, niſi ipſe probauerit.

Retinere autèm penſionem non ità difficile eſt, vt diſpenſari ſecum non poſſit per Sū-
30 mum Romanum Pontificem, qui omnia poteſt vt Deus; & cui nemo dicere poteſt: *Cur ita facis?* vt *Gloſſ.* loquitur in *cap. quanto* 3. verbo. *veri Dei. de translat. Epiſcopi.* & *tex. in can. quàmuis* 22. *de pœnit. diſt* 3. ibi-
31 dèmq; *Gloſſ.* verbo Deo. Duplicitèr nempè perpendi penſio poteſt, & vt quid ſpirituale quatènus eſt ius (ſpirituale ſcilicet) percipiēdi fructus ex beneficio alterius. ſecundùm diffinitionem, quam tradit *Cardin. Toletus Inſtructionis Sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 83. *num.* 1. vel ſaltim ſpiritualitati annexum, quod ſoli
32 Clerico conuenit, *Ioannes Azor. Inſtitut. moralium part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 5. *q.* 6. *& cap.* 7. *q.* 3. *&* 6. Rota *in Nolana penſionis* 10 *Ianuarij* 1610. *coràm Cardin. Sacrato apud Marcheſanum de commiſſionib. part.* 1. *deciſ.* 25. *nu.* 4. *fol.* 622. quam ob cauſam in penſione hoc pacto perpenſa, ſimoniam cadere admiſit Rota *in Brittonouen. commenda* 1588. *coràm Gipſio deciſ.* 63. *nu.* 8. *poſt* 1. *volu. conſil. Farinac.* quia ſaltem ſpiritualitati ius, hoc
33 annexum eſt; beneficio ſcilicet. & vt quid tēporale, quatènus in ipſa fructuum perceptione conſiſtit, vt dixit *Gigas de penſionib. q.* 99. *num.* 1. *& ſeq.* ſequiturq; *Grilenzonius conſ.* 3. *n.* 1. 2. *&* 3. ſiuè ius quodam temporale ſeparatum, & formalitèr de per ſe diſtinctum ab ipſo beneficio. vt dixit Rota coràm Robuſterio *par.* 1. *diuerſor. deciſ.* 425. *nu.* 2. & apud *Cæſarem de Graſſis deciſ.* 3. *num.* 8. *de præbend.* ſequutuſq; fuit *Gratian. forenſ. par.* 2. *cap.* 397. *num.* 13. quo pacto ſeculari reſer-
34 uari poteſt & hoc modo reſeruantur Militibus Lauretanis, Sancti Stephani, Ieſu Chriſti, & alijs. vt dixit Rota apud S. memor. *Gregor. XV. d. deciſ.* 18. *& deciſ.* 20. *& apud Coccinum deciſ.* 199. *num.* 3. *Card. Tolet. d. cap.* 83. *num.* 1. *& ſeq.* nam triplicitèr ibi penſio-
35 nem departitur, in Spiritualem, quę ſoli Clerico reſeruatur; in Temporalem, quæ etiam Laico, & mediam. ſequiturq; *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 5. §. 5. *nu.* 3. Gar-

ſias de beneſic. qui latè hanc proſequitur ma-
teriam *part.1.. cap.5. num.8.& ſeqq.& num.*
*25.& ſeqq.& num.*70. adeo quidem,vt qui
36 hoc modo penſionem obtinet , quamuis
Clericus:ſi in habitu, & tonſura clericali non
incedat, fori priuilegio minimè perfruatur.
Pariſ.de reſignat. beneficiorum lib.1. quæſt.
11.num.79.& lib.2.quæſt.15. num.15. ſe-
quiturq; *Gonzalez d.Gloſſ.5.§.5.num.6.* qui
ità Sacram declaraſſe Cõgregationem refert,
ſequentibus dicentem.

Cui reſeruata fuit penſio,vt Clerico,ſi non
incedit in babitu,& tonſura,non gaudet pri-
uilegio fori. tueturq; *Marta de iuriſdictione*
part.1.cap.22.num.45.46.& 47. ſequiturquè
Garſias dict.cap.5 num.70. Rota in *dict.Cæ-*
ſaraguſtana penſionis coràm Cardinal.Lan-
cellotto d.dec.2.n.14.per Picum ad ſtatutum
37 *Vrbis.* Multòq; minùs hoc fori gaudebit
priuilegio laicus,qui etiam viduam ſibi co-
pulauit mulierem vxorem,ex eo,quòd pen-
ſionem obtineat , cùm merè laicus ſit,
atquè Bigamus , bigamia, quæ dicitur in-
terpretatiua , atquè propterea irregularis,
vt ſuprà quoq; perpendimus. quam ob cau-
38 ſam cùm priuilegia omnia clericalia perdi-
derit, quia bigamia tollit priuilegiũ clerica-
le.*cap.1. de bigam. lib.6.* Rota in *Ferrarien.*
penſionis 14.Iunij 1624.coràm Remboldo dec.
450.*num.2.* in ſupplemento 5.*part.recentior.*
per Rubeum.*& num.29.*& in *dict.Cæſaragu-*
ſtana penſionis coràm Lancellotto d. deciſ.2.
num.14 & 15. exercitium videlicèt clerica-
tus, quàmuis in ſubſtantia ,& anima chara-
39 cter ſemper impreſſus remaneat ; qualitas
ſcilicet illa in animæ potentia impreſſa. ſe-
cundùm *Sanct.Thom.3. part. quæſt.63. art,*
4 in corpor.& art.5. qua per ordinationem
40 Deo ſacratus,atq; in ſortem Domini aſcitus
fuit.ex Iſidoro lib.ethymologiarum in *can.*
Cleros, & Clericos 1. diſt.21. & ex Sancto
Hieronymo *can.duo ſunt genera 7.12. q.1.*
Sanct.Thom.dict.quæſt.63. art.2. in corpor.
41 non poterit vtiq; priuilegijs clericis indultis
perfrui;præſertim cùm in habitu,& tonſura
clericali non incedat;atq; proindè, neq;fori
priuilegio tutari ſe poterit,neq;in crimina-
libus, neq; in ciuilibus,atq; mixtis, quia cle-
ricus in actu exercito, in exercitio ſcilicèt,
non eſt,quàmuis ſit Clericus in radice, in
ſubſtantia , ſiuè in potentia,eius ob chara-
cterem in anima impreſſum, qui nullo vn-
quàm tempore deleri poteſt, quia Sacerdo-
tium Chriſti manet in æternum , & ſanctifi-
catio omnis,quæ fit per Sacerdotem,perpe-
tua perſeuerat.ſecundùm *Sanct.Thom.dict.*
quæſt 63.art.5.in corpore. & perpendit Rota
in *dicta Cæſaraguſtana penſionis coram*
Gregor.XV.dict.deciſ.516.num.9.& 10. &
Beltramin. ibidem.perpenditq; *Garſias de*
beneſic.dict.part.7.cap.6 num.1.& 2.& dict.
dec.450.num.7.& 8. per Rubeum, & in *dict.*
Cæſaraguſtana penſionis coràm Lancellotto
d.dec.2.n.14.& 15.apud Picum.

Neq; dicat, ſecum per Summum Pontifi-
cem Vrbanum diſpenſatum fuiſſe, eſſe pro-
pterea clericum coniugatum.

42 Reſpondemus quippè , ſecum diſpenſa-
tum fuiſſe quòad penſionis retentionem,
nõ verò quòad clericatum,quàmuis (vti di-
ximus) character ex animæ ſubſtantia dele-
ri minimè vnquàm valeat. Verba damus
Breuis diſpenſationis dicti Vrbani in actis
præſentati fol.17.

Aliàs ſupplicationibus tuo nomine nobis
bumilitèr porrectis inclinati,tecum, qui, vt
aſſerebas, penſionem annuam mille, & du-
centarum plaſtrarum moneta Florentinæ
annuatim percipiebas; vt etiam ſi contingе-
ret te matrimonium cum quacunq; muliere,
etiam vidua,vnica tamen,non aliàs tibi iure
probibita contrabere,nibilominùs etiam poſt
contractum matrimonij buiuſmodi,ac poſt-
quàm illud conſumaſſes, illoq; conſtante, &
durante, penſionem prædictam retinere, ac
percipere,exigere, & leuare, in tuoſq; vſus,
& vtilitatem conuertere liberè, & licitè va-
leres,nec ratione penſionis prædicta in babi-
tu,& tonſura clericalibus. iuxtà Conſtitu-
tionem fœlicis recordationis Sixti Papæ V.
prædeceſſoris noſtri de babitu, & tonſura
clericalibus per Clericos penſiones annuas
ſuper ſimilibus fructibus Eccleſiaſticis ſu-
pra certam tunc expreſſam ſummam perci-
pientes deferendis,incedere minimè tenearis;
dummodò tamen interim boneſto, & decenti
babitu indutus incederes; & intra annum
proximum babitum alicuius regularis mili-
tia omninò ſuſciperes, in eaq; tempore debito
ſolemnitèr profitereris Apoſtolica auctorita-
te diſpenſauimus,&c.

43 Quòad retentionem itàq; penſionis di-
ſpenſatio fuit, etiam ſi vxorem duceret, etiã
viduam,modò vnicam;non verò vt clericum
ageret,atq;propterea diſpenſauit in Conſti-
tutione Sixti Papæ V. de habitu deferendo
Clericali per penſionarios;modòtamen in
habitu decenti,& honeſto incederet;& intrà
annum militiam aliquam regularem ingre-
deretur,& in ea ſuo tempore profeſſionem
emitteret. & hoc ipſum perpenſum fuit *in*
dicta Cæſaraguſtana penſionis in ſimili caſu
retentionis penſionis , etiam ſi viduam
44 duceret, quod iurè fuerit diſpenſatum,non
vt clericum ageret . apud *dict.Gregor. XV.*
dict.deciſ.516.per totam, quæ adamuſſim ca-
ſui,ſactoq; huic noſtro ſedet.& perpenſum
etiam fuit in *Mediolanen.penſionis 6.Aprilis*
1590. *coram* Cardinal. *Mantica deciſ.*104.
per tot, quia intuitu militiæ penſionis reten-
tiò conceſſa videtur, non vt Clericum con-
iugatum ageret.& in *dict. Cæſaraguſtana*
penſionis coràm Cardinal. *Lancellotto dict.*
dec.2.num.13.14.& 15. quæ in terminis eſt
noſtris.

45 Duplex enim erat hic impedimentum,
&re-

Digitized by Google

&retentionis penſionis,& Clericatus, eum
viduam ducere poſſet,vndè in Bigamiam
interpretatiuam daret,ac conſequenter in
irregularitatem. In vno eorum diſpenſauit
Summus Pontifex Vrbanus,vt retinere pen-
ſionem,poſſet; non vtiq; &in altero diſpen-
ſauit, vt Clericum ageret Coniugatum Bi-
gamum. ad tex.in cap. ex tuarum 5. de au-
thoritate,& vſu pallij.cap.paſtoralis 19.de
priuileg.Gloſſ.in cap.non debet 8. verbo ſe-
cundis nuptijs.de conſanguinitat. & affinit.
&ibidèm Abb. ſequiturq; Caſſador. deciſ.9.
de præbend.num.4. & dixit Rota apud S.me-
moriæ Gregorium XV. d. deciſ.87. num.6.
& 7. Gratianus forenſ. part.2. d.cap. 397.
num.35. & ſeq. & in his noſtris terminis
retentionis penſionis, quòd non fuerit di-
ſpenſatum, vt Clericum ageret.in Zerulen.
penſionis 2.Iunij 1597. coràm Penia refert
Beltraminus ad dictam deciſ. Gregor. XV.
87.num.16. dictumq; fuit in d.Cæſarauguſta-
na penſionis coram Cardin. Lancellotto d.
deciſ.2. num.12. 13. & ſeq. apud Picum ad
46 Vrbis ſtatutum. Ea plauè ratione non
inadæquata:quia tot ſunt diſpenſationes ne-
ceſſariæ, quot adſunt impedimenta. Gemi-
nian.conſ.33.nu.8. Caſſador. d.deciſ.9.num.
4. de præbend. Gonzalez alios referens ad
regulam 8.Gloſſ.13. num.97. Rota deciſ.32.
de reſcript. in nouis. & deciſ.233. num. 22.
part. 1. diuerſorum coram Aldobrandino
poſtmodùm Clemente VIII. Gratianus fo-
renſ part.2.d.cap.397. num.39. & coràm
eodem Gregor.XV.deciſ.109.num.6. referens
dictam deciſionem 233. coràm Clemente
VIII. in.Pharen.penſionis.d.part.1.diuerſo-
rum.Barboſ.de offic. Epiſc.part. 2. allegat.
33.num.9.& ſeq.

47 Neq; ſimplicitèr quoq; Papa diſpenſauit
ad penſionis retentionem, etiam ſi cum vi-
dua contraheret, & vt iu habitu non ince-
deret Clericali,neq; tonſura; modò tamen
honeſto, & decenti; ſed ſub conditione,ac
præcepto, vt intra annum militiam aliquam
regularem ingrederetur; atq; ſuo tempore
in ea profeſſionem emitteret. ſicut & per-
fecit, religionem Militarem ingreſſus Ieſu
Chriſti,iu manibus Eminentiſſimi tunc Car-
dinalis Caraſæ Archiepiſcopi Neapolitani
profeſſionem emittendo, vt diximus. Tan-
tum abeſt, vt ſecum diſpenſauit Summus
Romanus Pontifex Vrbanus, vt Clericum
ageret,& in habitu,& tonſura Clericali non
incederet.quando,vt diximus, &in diſpoſi-
tione Bonifacij Octaui in d.cap. 1. de Clericis
coniugatis in 6. & Sacri Tridentini Concilij
ſeſſ.23.d.cap.6. de reformat. atq; in Bigamia
interpretatiua eum diſpenſare oportuiſſet,
quòd tamen non fecit; perquirebatur au-
tem,vt expreſsè diſpenſaret. Gratian. d.cap.
397.num.35.36.& 37. part.3. in hac mate-
48 ria penſionis retentionis loquens. Cùm id
in porrecto Breui diſpenſationis huiuſce re-
tentionis penſionis, non vtiquè legatur, vt
ſupra perpendimus,vt dici nec debeat. Quid
enim mandare oportuiſſet, vt intra annum
Militarem ingrederetur Religionem, vt pen-
ſionem retinere poſſet; ſi hæc omnia præſta-
re potuiſſet Clericum agendo? Non ergò
voluit in hoc diſpenſare; neq; vt Clericum
ageret. quod apertiſſimè perpenſum fuit in
dicta Cæſarauguſtana penſionis coràm Lu-
douiſio Gregor.XV. d.deciſ.516.num.11.in
fin. & perpenſum quoq; fuit in dicta Ferra-
rien. penſionis coram Remboldo. d.deciſ.450.
num.33.& 34. per Rubeum. Non ergò Cle-
ricus eſt coniugatus Dominus Princeps.
Ergò nec priuilegijs gaudere poterit hu-
iuſmodi Clericis indultis, fori præſertim.
49 Nimirùm,quòd vbi eſſentia rei deficit, nec
qualitates dantur. ex Innocentij III.ſenſu in
cap. tua nos duxit. 26. in fin. de ſponſalib.
ibidèmq; Gloſſ. verbo forma. Couarruuias
de ſponſalib. part. 2. cap.3. §. 1.num.1. &
ſufficit, illum gaudere priuilegio retentio-
nis penſionis, prout Papa per diſpenſatio-
nem mandauit. vt perpenſum fuit in d. de-
ciſ.450.num.37. & 38. coràm Remboldo per
Rubeum. & in d.Cæſarauguſtana penſionis
coram Lancellotto deciſ.2. per totam,potiſſi-
mùm d.num.12. cum ſeq. quæ in punctuali-
bus terminis eſt noſtris.

Hanc proindè ob cauſam ſuperuacaneum
erit, ſecundum diſſerere dubium ex duobus
propoſitis: an procedi ad liquidationem
valeat inſtrumenti in M.C.V.aduerſùs Cle-
ricum Coniugatum? Cùm Clericus talis Do-
minus Princeps non ſit, vti huc vſq; diſſerui-
50 mus. Si enim talis Clericus non eſt,& con-
ſequentèr eſſe ei deficit; nec nomen dabitur.
ex Auguſtino in can. quæ ipſis Sacerdotibus
5. in fin.diſt.38. ibidèmq; Gloſſ. verbo vix.
dùm illa maximam format: Vbi res deeſt,
nec nomen habebitur. proficitq; Vlpiani ſen-
ſus lib.3. ad Sabinum in l. ſiuè ingenua ſit
mater.2. §.ſed ſi ſint ſui hæredes. ff. ad Sena-
tus Conſultum Tertyllianum, & ſequuta
fuit Rota in recentioribus. par.2.deciſ.254.
nu.5. neq; à longè abijt quod Gloſſ. dixit in
can.chorepiſcopi.5.diſt.68. verbo nomen nõ
habent. referens carmen illud:
51 Si re priueris, nec nomen habere mereris.
diximus nos plura reſponſ. noſtra 86. nu.55.
cum ſeq.par.3. ſi enim non habet eſſe,quali-
tates,quæ in eſſe fundantur,quomodò erũt?
52 cùm ſine ſubiecto eſſe non poſſint. poſt Ari-
ſtotelem ex Celſo lib.18. digeſtorum in l.2.
ff.de vſufructu. Gloſſ. in cap. ad diſſoluen-
dum. 13. verbo accuſari. de deſponſatione
impuber. Beccius conſ.37.nu.16. lib.1. Rota
apud S.mem. Greg.XV. dec.381.n.3.4.& 5.

Atq; ità ex his, Iudicio non excuſſo me-
liori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Hhh 2 SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Mulierem,qui vento leuiorem dixit,deceptus minimè videtur.*
Nàm facile mulieribus eſt mutari.
Nec diù ſtant in vna re firma.
Habent mentem variam,& infirmam,facilèq;ex auritia mouentur. n.2.
Verbaq; earum folijs ſunt leuiora.
Qui igitur negotij non modici ſibi conquirere voluerit, cum muliere agat. num.3.
Nàmq; mulier, & nauis duo ſunt, quæ hominibus maximi negotij ſunt.ex Plauto.
Mulieres,neq;modum,neq;fidem , neq;firmitatem habent.n.4.
Mulierum à lacrymis cauendum, neq; eis fidendum.n.45.
Vt flerent oculos erudiere ſuos.
Et in omni re litem mouere mulieres paratæ.n.46.
5 *Iuramento præſtito de non petendo abſolutionem à iuramento priori vnica non ſit ſatis abſolutione,ſed illa duplex requiritur.*
Nec duplex ſufficit, ſi iuratum fuerit, petita abſolutione, illa non vti . num. 8. & 13.
Neq; Epiſcopus abſoluere poteſt,ſed Papæ requiritur abſolutio.n.9.
6 *Periurus in iudicio audiri minimè debet.*
7 *Tranſactioni iuratæ,qui contra venit,reſtituere priùs debet,quæ acceperat , vt audiri valeat.& n.23.*
Præſertim ſi id pacto firmarit.& n.20.
Mentitur verò qui illam falsò impugnat. num.40.
Et ſi ex falſis cauſis inierit illam .
10 *Abſolutio à iuramento ad finem agendi,periurium quidèm remouet , vt agere valeat;contractum verò non reſcindit.*
Quia tertio ius quæſitum auferri non debet.n.11.
In genere verò petita non ſufficit ,niſi ab omnibus iuramentis ſpeciatim abſolutio petatur.n.12. & 13.
Præſertim ſi cauſæ ipſæ in ipſa tranſactione expreſſæ fuerint, atq; iuratum,illam ſemper firmam fore.n.14.
Abſolutionem petens à iuramento , mentiendo peccat.n.16.
15 Iuramentum , *quod in diſpendium ſalutis æternæ non vergit,ſeruandum.*
17 *Mendacium eſt cùm aliquid exterius ſignificatur contra veritatem. graue peccatum eſt,in damnum tertij.n. 18.*
Iure quoq; Ciuili *punitur.n.19.*
Quia ab eo,qui mentitur,poſſeſſio aufertur, quam tenere negauit.
21 *Pactis ſtare initis vnumquemq; oportet.*
Quod id congruit humanæ fidei.nu.22.& n.49.& 66.

24 *Qui differt facere,quod debet, non poteſt petere , quod ei debetur,iuris eſt principium.*
25 *Actione ſine qui experitur agendo,vtiq; reijciendus.*
26 *Fideicommiſſum , de quo per ſcripturam non docetur , rogatum minimè præſumitur.*
Vt nullus ad illud admitti valeat , niſi doceat caſu exiſtente , ſe inuitatum. num.27.
28 *Teſtamentum qui dicit nullum ex cauſa præteritionis matris à legitima,docere vtiq; debet illam ſuperſtitem fuiſſe conditi teſtamenti tempore.*
Alioquin tunc illam vixiſſe non præſumitur,nè rumpatur teſtamentum.
Ratio affertur.n.29.
Nec præſumitur,data opera illam præterire voluiſſe diſponentem, ſi viueret. num.32.
Teſtamentum qui impugnare intendit querela inofficioſi, habilitatem oſtendere tenetur conditi teſtamenti tempore.n.36.
Alioquin iniquè agit.n.37.
29 *Inſtrumento ſtatur donec illius probetur contrarium.*
30 *Firmum quod eſt , & ſtabile, nec mutatur, ſtare quis prohibeat ?*
31 *Voluntates decedentium , quòd firmæ ſint, nil magis amant leges.*
Et nè ſint caſſa eorum iudicia.
Ad publicam quippè vtilitatem pertinet decedentium voluntates ſeruari.nu.34.
33 *Teſtator non præſumitur voluiſſe ità diſponere, vt ſuum ſubuerteretur de rebus ſuis iudicium.*
35 *Probatione qui non præſtat , quod aſſerit, foras iure eijcitur,ac repellitur . Ouidij loco illuſtratur.*
38 *Inofficioſi querelam qui intentare intendit, quòd à legitima ſit præteritus , probare tenebitur,ſe conditi teſtamenti tempore habilem fuiſſe.*
Alioquin inutilitèr agit.n.39.
41 *S.Iudith Holofernem necando confuſionem feciſſe dicitur in domo Regis Nabucodonoſor.*
42 *Tranſactio,& iuſiurandum , vt firma ſint in veritate fundamentum habere debent.*
Non in errore,& mendacio.
43 *Hæres adeundo hæreditatem proprium patrocinium efficit bona hæreditaria.*
Hoc autem fit ex mutatione perſonæ . num.44.
47 *Tranſactiones propter litis timorem fieri conſueuere.*
Et dubium.n.65.
Et rerum iudicatarum authoritatem obtinent.n.48.
Finiendarum litium gratia inuentæ.n.54.
Im-

Digitized by Google

Impediunt proindè litis ingreſſum.n.55.
Ratio affertur.n.56.
50 *Locus Matthæi* 18.30.*de ſeruo illo nequam, qui conſeruum debitorem ſuum miſit in carcerem,expenditur.*
51 *Fidem ſoluens traditam,grauitèr peccat:*
Præſertim ſi Sacramenti Religione firmata ſit,vt excommunicari etiam poſſit.
Ioſue facto firmatur, nè ille datam fidem ſolueret.n.52.
Fidei humanæ nihil magis congruit,quàm ea,quæ ſemel placuere,cuſtodiri.nu.22.49.& 66.
Inimicis dimittendum propter Deum.
Alioquin nec Deus dimittit nobis.
Multò q; magis ſi iniuriam quis ei fecerit.
56 *Tranſactione primæua extinguuntur iura.*
Vt & reuiuiſcere non poſſint.
Propterea paratam habet executionem num.57.
Nec ab ea datur appellatio.
Reſcinditur tamen cauſa enormiſſimæ læſionis.n.58.
Vtputà vltrà dimidiam.n.61.& n.63.
Habetq; in ea locum remedium l.2.C.de reſcind.vendit.n.59.
Contrarium tenet Maranta.n.62.
Debet tamen de læſione dicens de illa docere.n.64.
60 *In damno eſſe non videtur,qui lucratur.*
62 *Tranſactio eſt contractus, in quo & ſi datur,tamen recipitur.*
Neq; de eo conquari quis poteſt ex iiſdem capitibus,quæ tranſactioni cauſam dedere.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quæ extinguendarum litium cauſa interponitur, ſemel inita, quibus ex cauſis reſcindi valeat? & nùm in ea locum habeat remedium *l.* 2. *C. de reſcindenda venditione*. & an quæcunquè læſio, vel enormiſſima perquiratur? probanda tamen erit ipſa læſio, illaq; enormis. quid verò ſi iuramento firmata tranſactio fuerit, atquè etiam iuratum non petere abſolutionem;illaq; petita,non vti: an vna ſufficiat abſolutio, vel verò tot, quot fuere iuramenta? & nùm Epiſcopus ab illo iuramento non petendi abſolutionem, illaq; obtenta, non vti, abſoluere poſſit, an Papæ requiratur abſolutio? Illa verò à periurio habilitat; non verò initum reſcindit contractum, ſed firmus ille perſtat, donec in iudicio per ſententiam reſcindatur.

RESPONSIO LXXVII.

1 DEceptus non ſanè videtur fuiſſe, qui de muliere loquens, illam vento leuiorem dixit. facilè enim mulieribus eſt mutari, nec diù ſtant in vna re firmæ. Ouidius rationem reddere viſus eſt epiſt. 18.dixit enim.

Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.

2 habent enim mentem variam, & infirmam, facilèq; ex auaritia mouentur.&

Nulla diu fœmina pondus habet.

Propertius lib.2.dixit.& idem Ouidius.

Verba puellarum folijs leuiora caducis,
Irritaq;(vt viſum eſt) ventus,& vnda ferunt.

3 Qui igitur ſibi negotij non modici conquirere voluerit, cum muliere agat. vt enim lepidè Plautus in hac re peritus in Pœnulo cecinit.

Negotij ſibi, qui volet vim comparare nauim,& mulierem,hæc duo
Comparato:Nàm nullæ magis res duæ plus negotij habent.
Fortè ſi occœperis exornare,neq; vnquàm hæ duæ res ſatis ornantur.
Neq; eius vlla ornandi ſatietas eſt.

4 Non itàq; modum mulieres habent, neq; fidem, neq; firmitatem; vt naues vento feruntur, ſic illæ omni paſſionis flatu impelluntur.ergò

Varium,& mutabile ſemper fœmina.

ex Virgilio 4.Aeneidos inferamus.

Talem illam experieris ex facto,quod accidit annis non longè dilapſis. Cùm enim ſupremum clauſiſſet diem Ioanna Sabino Ciuitatis Capuæ; quàm ante animam eflaret datis ſupremis tabulis hæredem ſibi dixit Rinaldum Lanza virum. poſt *I*oannæ ſuprema funera adiuit hæreditatem Rinaldus

dus. *I*nſurgit autem aduerſus eum Laura
*I*oannæ ex *I*oanne Franciſco comuni parẽ-
te ſoror; ad ſe ſororis defunctæ hæreditatem
omnem ſpectare contendens: & quod veti-
tum per *I*oannem Franciſcum, qui bonis
ſuis, cùm hæredes filias nuncupauit, fidei-
commiſſum iniecit, in extraneos diſponere
fuerit: Et quòd hæredem nuncupans Rinal-
dum matrem prætermiſit, neq; ei honora-
bili titulo debitam commiſerationis ergò
legitimam dereliquit. decidere proindè ex
vtroq; capite teſtamentum. Rinaldus, qui
cum fœmina litigium exercere nõ amabat,
compoſitione, atq; tranſactione dirimere
lites tẽtat. Tranſactionem proindè 27. Apri-
lis 1627. inter ſeſe Rinaldus, & Laura ineunt:
ille omnem Ioannæ hæreditatem Lauræ ce-
dit: hæc verò obligationis ſe vinculo nectit,
numeratò Rinaldo ſoluere ducatos 1975. ad
complementum maioris ſummæ ducatorũ
2605. & quidẽ vt dictis duc. 1975. faciat ſatis
pro duc. 550. tot annuos redditus Rinaldo
cedit: reſiduos verò 1225. liberè intra trien-
nium exoluere ſpondet; interim autem ſolu-
tione pendente, Territorium modiorum
25. in territorio Capuano, pignoris loco Ri-
naldo dependit, vt ex fructibus eius modios
56. frumenti ſingulis excipiat annis, pro in-
tereſſe compenſariuo dictorum duc. 1225.
facultate adiecta Rinaldo, ni intra ſtatutum
tempus ſoluerit, territorium pignoris loco
datum, vendendi. Trãſactionem pactis vterq;
firmat, vt nullo modo aduerſus illam inſur-
gere valeant. *I*uramento etiam ſcripto, nullo
pacto, neq; a *I*uramento ipſo abſolutionem
petendi, quin non ſemper tranſactio firma
perſiſtat. Biennio exacto anno 1627. Rinal-
dus vitæ terminum facit, relictis hæredibus
Thoma, & Pompeo Lanza. Laura illo ex hu-
manis abrepto fœminili mutabilitate, varie-
tateq; mota, magis dixeris, vti nauis vento
iactata, à dato Sacramento abſolutione peti-
ta aduersùs Rinaldi hæredes in Conſilio
Regio Neapolitano inſurgit, ac duo aduer-
ſùs tranſactionem initam opponit: Nullita-
tem *I*oannæ teſtamenti, & ob adiectum à
*I*oanne Franciſco patre bonis fideicommiſ-
ſum; & quòd matrem præterijt, legitimâ illi
non relicta: & quòd decepta tranſactionem
cum Rinaldo fecerit: Proceſſu compilato in
expeditione cauſæ. Cauſæ ipſius fit ſtatus:
ſint ne firmæ Lauræ oppoſitiones? *I*n firmas
illas eſſe reſpondemus. Principio verò id nos
obijcimus: Lauram periurio notatam, nec
audiri potuiſſe: quod Sacramento inuicem
firmauerant cum Rinaldo à iuramento ab-
5 ſolutionem haud petere. duplex proindè in-
uoluebatur Sacramentum, vnum, quo firmã
tranſactionem reddiderant; alterum, quo à
iuramento abſolutionem haud petere fir-
mauerant. duplici propterea indiguiſſe illam
abſolutione, vnicam pro duabus non ſuffe-
ciſſe. ex *Gloſſ. in cap. tuas. 13.* verbo *deſiſtere*
de vſur. quam ſequitur *Romanus, & Felinus*
in cap. debitores. 6. num. 9. in 3. quæſito de iu-
6 *reiurand.* periurio ſe idcircò notaſſe, neq; au-
diri potuiſſe. ex Innocentio *III.* in *cap. quia*
fruſtra 14. de vſur. Fedricus de Senis conſ.
300. factum tale eſt in fin. Felin. in cap. con-
ſtitutus 19. num. 14. & num. 18. de reſcript.
Afflict. deciſ. 30. nu. 5. ibidemq; *Vrſillus nu.*
6. idemq; *Afflictus deciſ. 220. in 5. dubio. nu.*
12. & ibidem *Vrſillus num. 12.* noſter *Ma-*
ranta conſ. 46. nu. 18. in fin. & conſ. 72. num.
1. cum ſeq. & conſ. 83. num. 17. & 18. & ſeq.
7 Accedente potiſſimùm, quòd partes ipſæ,
nedùm iuramento firmauere, vt ſemper fir-
ma reſtaret tranſactio, nec pars contrane-
niens audiri poſſet, niſi facta prius accepto-
8 rum reſtitutione, quin etiam addidere, ob-
tentâ abſolutione nolle ea vti; qua de re etiã
triplici indigebant abſolutione. vt firmauit
Felin. d. cap. conſtitutus 19. num. 14. de re-
ſcriptis, & c. debitores. 6. in 3. q. nu. 9. de iure
iurando ex Romano conſ. 326. in præſenti co-
ſultatione in princip. Rota apud Cardin. Mã-
ticam deciſ. 267. nu. 8. Vrſillus ad Afflictum
d. deciſ. 30. num. 6. Maranta d. conſ. 72. nu. 4.
9 *& ſeq. & d. conſ. 83. num. 19. 20. & 21.* Quam
ob cauſam haud potuit Epiſcopus abſolu-
tionem concedere à dicto duplici, quin non
dixeris triplici iuramento, ſed Papa adeun-
dus fuerat. vt idem *Marant.* firmat *d. conſ. 72.*
num. 1. in fin. & d. conſ. 83 num. 17. & dixit
Rota in *Cluſina penſionis* 18. *Iunij* 1590.
coram Card. Platto deciſ. 5. num. 2. & ſeq.
part. 2. in recentiorib. quæ eſt etiam in im-
preſſis apud *Marchesanum deciſ. 67. num. 2.*
part. 1. fol. 570.
10 Omnimodò tamen abſolutio ipſa, quàm-
uis legitimè obtenta, & ſiquidèm periurij
reatum auferat, iuramenti tamen vires haud
abſoluit, quin firmùm perſiſtat tranſactionis
firmatæ inſtrumentum. *Maranta vbi ſupra,*
& poſt *Crauettam conſ. 7. num. 7. & Caual-*
canum tractat. de tutore, & curatore nu. 169.
Rota in recentiorib. part. 1. deciſ. 580. num. 7.
Couarruuias variarum reſolut. lib. 1. cap. 4.
num. 6. ſequitur *Marius Antoninus Mace-*
raten. variarum reſolut. lib. 2. reſolut. 24. nu.
16. & 17. rationem referens: Quia tertio ius
11 quæſitum auferri nemini debet. ex *Crauetta*
d. conſ. 7. num 8. & Beccio conſ. 63. num. 1.
Afflict. d. dec. 220. num. 10. Ioſeph Ludouicus
deciſ. Peruſina 18. *num. 2. & ſeq. ad 7.* idem
Maranta noſter Proauus *tractat. de multi-*
12 *plici alienatione num.* 255. Nec ſatisfecit cõ-
ſcientiæ Laura abſolutionem in genere pe-
tendo à iuramentis præſtitis, niſi in indiui-
duo vniuſcuiuſquè iuramenti in vnaquaq;
re præſtiti ſpeciatim memoriam feciſſet, atq;
13 abſolutionem obtinuiſſet; potiſſimùm ve-
rò, quòd peculiari ſe obſtrinxit Iuramento
abſolutione obtenta, illa non vti. vt optimè
perpendit *Felin. d. cap. debitores. 6. num. 9. in*
3. q. de iureiurando. & *d. cap. conſtitutus. 19.*
nu. 14.

Digitized by Google

num.14. de reſcriptis.Rota apud Card. Mã-
ticam d.deciſ.267. num.8.Roland. conſ.34.
num.6.lib.1. Rota apud Cardin. Plattum d.
14 *deciſ.5.num.2.part.2.in recentiorib.* Cui rei
accedit,quòd cauſæ, ob quas ipſa aduerſùs
tranſactionem iam initam venire contendit,
in ipſa tranſactione deductæ fuerant, &
iurauerat non venire contra illam, ipſæq;
cauſæ nec ſubſiſtunt, cùm de illis non do-
ceatur,neq; appateat. quam ob cauſam,ne-
dùm iuramentum ſeruandum fuerat,cum in
15 diſpendium æternæ ſalutis non vergat. ex
Alexandro III.*d.cap.ſi debitores 6. & cap.ad*
noſtram 7. & cap.ſi verò 8. de iureiurando.
Rota d.deciſ.5.num.3.part.2. in recentiorib.
16 Verùm etiam & peccauit mentiendo;tã-
tùm abeſt,vt abſolutionem obtinere potue-
17 rit.eſt autem mendacium, cùm aliquis ex-
terius ſignificat contrarium veritati. ex *S.*
18 *Thom.2.2.q.93 art.1.in corpore.* peccauit
verò mentiendo in damnum tertij, quod
graue peccatum eſt: quia nulli facienda in-
iuria eſt. vt Sanctus inquit Auguſtinus in
lib. de mendacio cap.14. à Gratiano relatus
can. primum eſt capitale mendacium. 8.22.
19 *q.2.* & hanc ob cauſam iure etiam Ciuili
propter mendacium quis punitur, vt rem,
quàm poſſidere negauerat, pœnæ nomine
reſtituat. *auth.item poſſeſſor C. qui potiores*
*in pignore habeantur.*ibidèmq; *Gloſſ.* verbo
transferat.in fin. idèmq; dixerat antea Fu-
rius Anthinus lib. 1.ad edictum in *l.in rem*
actionem 79.aliàs fin. ff.de rei vendicat. ibi-
dèmq; *Gloſſ.*verbo *per Iudicem.authent. cõ-*
tra qui propriam. C.de non numerata pecu-
nia,& Paulus lib.18.ad edictum in *l.eum, qui*
20 *iurauit.30.ff.de iureiurando.*Vt multò ma-
gis Lauram, quæ ita pacto conuenerat cum
Rinaldo,(accepta omnia per tranſactionem)
reſtiruere priùs oportuerit, quàm audiretur.
non reſtituit,non igitur audienda. cùm pa-
21 ctis eam ſtare neceſſe ſit.*cap.1.de pactis. &*
l.1.ff.eodem. audias (quæſo) quam ibidèm
22 Vlpianus lib.4. ad edictum rationem refert:
Quid enim tam congruum eſt(inquiens)*hu-*
manæ fidei,quàm ea,quæ inter eos placuerint,
*ſeruare?*Congruitq; hoc ipſum iuris diſpoſi-
23 tioni,qua decernitur:eum, qui tranſactioni
ſemel initæ aduerſatur, acceptum reſtituere
teneri,vel non audiri.ex Diocletiani, & Ma-
ximiani Cæſarum placito in *l. ſi diuerſa 14.*
C.de tranſactionib. ex illo iuris principio ex
Vlpiani ſenſu lib.33. ad edictum eruto in *l.ſi*
24 *non fuerit.37.ff.de iureiurando.* Qui differt
facere quod debet, non poteſt petere quod
ei debetur.ſibiq; imputet ſi eidem audientia
denegetur.ex *Baldo in auth.dos data C. de*
donationib.ante nuptias. ſequiturq; *Afflict.*
*d.deciſ.120.in 2.quæſito nu.4.& 5.*ibidèmq;
Vrſillus.num.3. Rota *part.1. diuerſorum de-*
ciſ.121 num.1.2.& ſeq.& deciſ.805.& 810.
per tot.ead.part.1.& part.1. in recentioribus
deciſ.539.num.6. Giurba deciſ.103. num.5.
& apud Sanctæ memoriæ Gregor.XV. deciſ.
354.*num.7.*ibidèmq; adducta per *Beltrami-*
num num.17. Gratianus forenſ. part.4. cap.
770.num.1. & 3.

Mentita itaq; perbellè ſatis eſt Laura in
cauſis,quas ad tranſactionis initæ reſciſſionẽ
pro ſe attulit; quas etiam ad colorandam
tranſactionem ipſa deduxerat; & fideicom-
miſſi vtiq; paterni, & præteritionis matris à
legitima in teſtamento per Ioannam rogato.
Quia nimirum,nec de fideicommiſſo per Pa-
rentem rogato docetur: neq; Matrem Ioan-
næ,quo tempore teſtamentum illa condidit,
25 in humanis egiſſe,demonſtratur. In vtroq;
horum capitũ Laura defecit.ſine igitur actio-
ne ex hac parte experitur. reijcienda prop-
tereà.ex Vlpiano in *l.ſi pupilli 6.§. videamus*
in perſona. ff. de negotijs geſtis. ad Pauli
quoq; ſenſum in *l.lecta.40.§.dicebam.in fin.*
ibidèmq; *Bart. ff.ſi certum petatur. Maran-*
ta conſ.146.num.6.in fin.Rota part.1. in re-
centiorib.deciſ.617.num.1.circa fin.& apud
S.memor. Gregor.XV. deciſ 118.num.6. &
deciſ.119.num.6.
26 Et quidèm quòad fideicommiſſum à Pa-
rente rogatum, cùm illud non producatur
ex ſcriptura; rogatum vtiq; nec præſumitur,
nec dicitur.ex Papiniano lib.6.reſponſorum
in *l.cohæredi ſubſtitutus.41.§.cum filio ff.de*
vulgari, & pupillari. Namq; vt *Gloſſ.*docet
in *l.qui duos impuberes.10.in fin. princip.* in
27 verbo *ſuperſtes fuit.ff.de rebus dubijs.* Re-
gula eſt,vt neq; ad hæreditatem, neq; ad le-
gatum,neq; ad fideicommiſſum,vel tutelam
aliquis admittatur, niſi doceat caſu exiſten-
te,ſe inuitatum.ſic *Gloſſ.*ſequiturq; *Cardinal*
Mantica de coniectur.vltimar.voluntat.lib
5.tit.1.num.18. Ioan.Cephalus conſ. 45. nu.
12.& conſ.46.num.15. vol.1. Roland. conſ.
30.num.1.& ſeq.per tot. vol.4. Fabius An-
na conſ.28. num.7. vol.1. Aymon conſ. 161.
num.16. Rota apud Cardin. Seraphin.deciſ.
1023.num.1. cum ſeq. & apud Sancta me-
mor.Gregor.XV.deciſ.433. num.1. diximus
*reſponſ.*noſtra 22.*num.38.& 39. & reſponſ.*
66.num.5. part.3. Regens Hector Capycius
Latro deciſ.1.num.1.
28 Quò verò ad ſuppoſitam nullitatem te-
ſtamenti à Ioanna rogati, quòd matrẽ præ-
terierit, legitima eidem minimè relicta:
neq; etiam docetur,teſtamenti conditi tem-
pore Ioannis matrem in humanis nobiſcum
egiſſe, vt teſtamentum nullum illa dicere
valeret.at non dixit. non igitur tunc viuere
illam præſumendum,vt rumpatur teſtamen-
tum,quod firmum ſtabit, donec Laura con-
trarium probatione præſtiterit legitima. ar-
gumento nec leuitèr ducto ex Diocletiani,
& Maximiani Cæſarum ſenſu in *l. cum preri-*
bus.18.C.de probationi. firmumq; illud red-
29 dit *Baldus* ibidèm in ſummario,dicens:*Sta-*
tur Inſtrumento donec contrarium probetur.
ex *Alexandro conſ.34.col.2.& 3. vol.3. Af-*
flict.

Digitized by Google

30 ſtiſt.deciſ.69. nu.3. Quod enim firmum eſt, quare itare proi ideamus? ex Iuſtiniani Cæſaris ſenſu in l.ſancimus.27.in principio.C.de
31 teſtamentis.nihilq; magis amèt leges,quàm, quòd firmæ eorum ſint voluntates, qui ex humanis abſtrahuntur,nec reuertuntur amplius, ne ſint caſſa eorum iudicia.ad Coſtantini Auguſti mentem in l.1.C.de ſacroſanctis
32 Eccleſijs. Neq; porrò putandum eſt,Ioannā, ſi adhuc eius viueret mater, eam præterire à legitima voluiſſe,quæ non ſuſceptis liberis, Rinaldum virum hæredem ſibi ſcribebat.
33 Cùm ſit alias vulgaris illa præſumptio, velle quemlibet de rebus ſuis vltimum dicentem iudicium,illud firmum eſſe,neq; ſubuerti. ex Vlpiani ſenſu lib.2. ad Sabinum in l.ſi miles. 3.ff.de militari teſtamentò.Ad publicā quip-
34 pe vtilitatem ſpectat, decedentium non infirmari iudicia,eaq; firma eſſe. *Publicè enim expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere.* verbis loquimur Pauli lib. 8 ad Paulum in *l.vel negare 5.ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur.Socinus iunior conſ.* 58.num 1 vol.4.Viuius deciſ.265.nu.2.lib.2. Vel itaq; probatione præſtabit Laura,Ioannæ matrem, quo tempore teſtamentum illa dedit, vitalem adhuc cum viuentibus traxiſſe auram, vt præteriſſe illam à legitima
35 dici valeat; vel ſi non præſtiterit,diſcedere, atq; foras abire.iuxtà Ouidianum illud, & ſi alio ſenſu,at verbis quadrat, de Homero dictum:

Tu licet venias muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris,ibis Homere foras.

Docuitq; nec immeritò Celſus lib. 6. digeſtorum non in diſſimili facto loquens in *l.cū de lege Falcidia* 17. ibidèmq;*Gloſſ.* verbo *hæredis probatio.ff.de probationib. Beccius conſ.*35.num.4.*Surdus deciſ.*195. nu.4. *Caputaquen.deciſ.*367.num.2.& 3.part.2. *Rota apud S.memoriæ Gregor.XV. deciſ.* 480. num.3.

36 Tempus nempè illud inſpicitur,quo teſtamentum conditum eſt,vt impugnari inofficioſi quærela valeat, ſi cui debetur iurè legitima portio,relicta non fuerit, vel ſaltim illa minus.ex Seueri, & Antonini Imperatorum iudicio in *l. cùm quæritur 6.C.de inoffi-*
37 *cioſo teſtamento.* Vt quid enim quæſtionem hanc aduerſus conditum à Ioanna teſtamētum introducere Laura tentabit,ſi nulla matri legitima debebatur portio, quæ iam exciderat,illa in humanis tunc non agente,quę
38 orcum peteret? Proſpexere idcircò ſacræ leges his hominū malitijs, quibus teſtatorū voluntates ſupremas illi ſubuertere conabantur, vt firma defunctorum habeantur iudicia,poſſint autem, qui inofficioſi quærelam mouent, ius ſuum dicere, modò quod dicunt probatione adſtruant. ex concinno Iuſtiniani Cæſaris temperamine in *l. omnimodò.*30.*C.de inofficioſo teſtamento.* dixitq; in ſimili *Rota coram Sanctæ memoriæ Gregorio XV.deciſ.*135.*num.*8 quæ eſt etiam in impreſſis inter recentiores per *Farinacium*
39 *part.*2.*deciſ.*98.*ſub num.*4. Non dari inofficioſi quærelam ei, cui teſtamenti tempore legitima minimè debebatur.

40 Nec minori ſe mendacio inuoluit Laura, cùm abiectis, quibus ſe colligauerat Sacramentis, contra initam nō venire tranſactionem, abſolutionemq. non petere;illaq; obtenta non vti; de nullitate dicere tentauit tranſactionis,quòd fuiſſet decepta.Neq;porrò leue hoc eſt indicium mentitam eā fuiſſe, quòd ad tranſactionem ipſa Rinaldum prouocauit,Parentis fideicommiſſum obijciendo;atq; teſtamentum inofficioſum acclamādo, quòd Ioanna matrem à legitima præteriſſet, cùm firmitatem hæ nullam obiectiones haberent. Vnde magis ipſam mulierem
41 Rinaldum decepiſſe,nec iniuria, dixeris:vel cum Vagao Holofernis a Cubiculo (*Iudith.* 14.16.) ſtatim ac cadauer illius abſq; capite in ſuo ſanguine tabefactum iacere ſuperſtitem vidiſſet.*Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor.* Confuſionem hanc feciſſe in hæredibus Rinaldi.
42 Tranſactio verò,& ius iurandum,veritatem pro fundamento agnoſcunt, non mendaciū, neq; errorem, alioquin in irritum ibunt. *Aymon conſ.*144.*num.*17.*Roland.conſ.*13. *num.* 29.& 30.*lib.*1.*Beccius conſ.*90. *num.*10. *cum ſequent.ad vſq; num.*21.& *conſ.*109. *num.*1. & *ſeq.Gratianus forenſ.part.*4.*cap.*788.*n.*3. Et quidèm vi teſtamenti per Ioannam rogati, erat Rinaldus hæres in poſſeſſione bonorum omnium, quæ in hæreditate fuerant Ioannæ. non aliud igitur ſupererat Lauræ, niſi verba dare,vt dedit, dicereq;atq;acclamare,nullum teſtamentum;& quòd Parentis fideicommiſſum obſtaret: & quòd Ioanna matrem à legitima præteriſſet,atq; litem Rinaldo inferre. Rinaldus verò,ne in lite eſſet, amaretq; ſine iurgijs cum muliere affinitate iuncta viuere, tranſactioni aſſenſum lubentèr præſtitit,omniaq; ex hæreditate Ioannæ,
43 quæ ipſe vti hæres acceperat, propriumq; fecerat patrimonium.(ex Pauli ſenſu lib.12. reſponſorum in *l.per procuratorem* 89. *in fi. ff.de acquirenda hæreditate.* illis verbis in
44 ratione,quam reddit: *Quia caſtrenſia eſſe mutatione perſonæ deſierunt.* concinitq; & Vlpianus lib.4. ad Sabinum in *l. ſed ſi plures.* 10 § *filio impuberi ff.de vulgari, & pupill.* nec ab eo diſceſſit Iuſtinianus Cæſar in *l.fin. in fin.C. de inofficioſo teſtamento.* ſequutaq; fuit *Gloſſ.*in *l.*1.§ *veteres*.verbo. *per vnum circa medium.ff.de acquirend.poſſeſſ.*diximus *reſponſ.*noſtra 30.*num.*9.*part.*3.) in Lauram tranſtulit, ſibi tantummodò retento, vt ad complementum ducator.2605. à Laura acciperet ducatos 1985. Cùm tota Ioannæ hæreditas duodecim millia ducatorum excederet.Rinaldus itaq; deceptus fuit,nō Laura,quæ poſt ſuprema Rinaldi funera,eius aduerſus

uerſus hæredes, inſcios rerum geſtarum, ad
inuicem prouocauit;ſe deceptam acclamãs,
eiulans,lacrymaſq; ſimulans,vt crederetur.
45 Caucas proindè iuxtà Ouidianum illud 2.
de remed.amoris.

Neuè puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere ſuos.

46 Equidèm,vt Iuuenalis ſatyra 6. admonet.
Nulla ferè cauſa eſt,in qua non fœmina litem
Mouerit.

Mouit itàq; litem Laura ad initam iam
ſemel cum Rinaldo tranſactionem diſſoluẽ-
dam,quaſi decepta fuerit.cùm nihil indigeret
Rinaldus,qui in poſſeſſione erat bonorum.
47 tranſegit tamen propter timorem litis. ad
Imperatoris Antonini ſenſum in *l. cùm te
proponas.2.C.de trãſact.*Sentit verò Rinaldus
pactis,diſceſſit fœmina.nec iurè: Cùm;*Non*
48 *minorem auctoritatem tranſactionum,quàm
rerum iudicatarum eſſe recta ratione placue-
rit* Diocletiano, & Maximiano Auguſtis in
l.non minorem 20.C.*de tranſact.*rationemq;
49 inferunt:*Siquidèm*(inquientes)*nihil ità fidei
congruit humanæ, quàm ea,quæ placuerant
cuſtodiri.* At noluit Laura,ſed abijt,litemq;
aduerſus hæredes mouit Rinaldi . Sic fecit
50 quondam ille ſeruus nequàm apud *Matth.*
18.30.qui miſericordiam conſequutus fue-
rat à Domino ſuo. vt non faceret illam con-
ſeruo:*Sed abijt, & miſit eum in carcerem,do-
nec redderet debitum* . & nihilominùs à Do-
mino damnatus fuit , quòd cùm ipſe miſeri-
cordiam conſequutus fuiſſet, noluit tamen
illam conſeruo facere,vt patientiam habere ,
nec carceri debitorem truderet , qui debi-
tum offerebat, non negabat , petebat verò
differri ad tempus opportunius.

51 Multò magis vtiq; damnabitur, quæ iniu-
ſtè petit,etiam fidem diſſoluens humanam,
quam Sacramento firmauit in pactis initis.
*dict.cap.*1 *de pactis*. vt à fidelium commu-
nione ſegregari valeat, ob datæ fidei præua-
ricationem ex Concilio Aurelianenſi 1. cap.
3.& 5.à Gratiano relato in *can. id conſtitui-
mus.36. §.ſeruus etiam in fin.*17. *quæſt.*4.
concinitq; Auguſtinus ad Bonifacium epiſt.
207. in *can.noli æſtimare.3.§.hoc ergò.*23.*q.*
1.ſtrictiùſq; ad rem noſtram Ambroſius lib.
3.officiorum cap. 10.in *can.innocens* 22 *in
fin.*22.*q.*4. de Ioſue loquens,ac rationem
52 reddens, dicenſq; *Ioſue tamen pacem,quàm
dederat, reuocandam non cenſuit: quia fir-
mata erat Sacramenti Religione,nedùm alte-
nam perfidiam redargueret, ſuam fidem ſol-
ueret.* At *iratus Dominus*(ſerui illius nequã)
*tradidit eum tortoribus, quòad vſq; redderet
vniuerſum debitum* . & infert Chriſtus Do-
minus ibidem horrore audiendam conſe-
53 quentiam . *Sic & Pater meus cœleſtis faciet
vobis , ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri
ſuo de cordibus veſtris* . Quid igitur fiet ei,
qui quod eius eſt à fratre aufert ; eiq; iniu-
54 riam facit ? Finiendarum quippè litium gra-
tia tranſactio inuenta. accipias quæſo ex ra-
tione Philippi Auguſti in *l fratris tui filij.*10.
C.de tranſact. huius rei placitum . *Nullus
etenim*(dicentis)*erit litium finis,ſi à tranſ-
actionibus bona fide interpoſitis, cœperit fa-
55 cilè diſcedi.* quam ob cauſam impedimen-
tum facit etiam ipſi litis ingreſſui in ipſo pri-
mo veſtibulo.ex Vlpiano lib.3.ad Sabinum
in *l.elegantèr.*23. *§.ſi poſt rem iudicatam.
ibiq; Bart. ff.de condit. indeb. cap.*1.*de litis
conteſtatione.Aretin.in §. æquè.num.9.verſ.*
30.*dicitur. Inſtitut.de except.Ioſeph Ludo-
uic.dec.Peruſina* 18.*num.*38.*& deciſ.*27.*n.*5.
*& ſeqq.Antonius Monachus dec.*Rotæ Lu-
cenſis 33.*num.*1.*& ſeqq.ad num.*8. Rota
*apud ſanct.memor.Gregor.XV.dec.*286.*nu.*5.
& apud Card.*Cauaſerium deciſ.*276.*num.*1.
*& deciſ.*550.*num.*2.*& ſeqq. & dec.*643.*n.*4.
& apud Coccinum *deciſ.*208.*num.*1.*& ſeqq.
& dict.deciſ.*539. *num* 1.*par.*1.*in recentior.*
56 Quia nimirùm tranſactione , quæ concordia
eſt inter partes inita,primæua extinguuntur
iura,vt ea reuiuiſcere,iàm defuncta,minimè
poſſint,ex Gregorio illo Magno in *cap.*1.*de
tranſact.d.l fratris tui filij* 10.C.*eodem.Rota
apud Mohedanum deciſ.*3.*eodem tit. Rota
par.*2.*in recentior.dec.*414.*num.*1.*& ſeqq.&
apud ſanct.memor.Gregorium XV.dec.*216.
*num.*2.ibidemq; *Beltraminus addens nu.*4.
57 Habet proindè tranſactio executionem pa-
ratã,vt appellatio ab illa minimè admittatur.
*Lanceliott. de attent.appell.pendente c.*12. *in
præfatione.num.*20.*cum ſeqq. & ampliat.*2.
*num.*15. quem ſequitur *Gratianus forenſ.
p.*4.*c.*665.*n.*11.

Neq; quidquã pro Laura proficiet, quòd
ipſa aſſerat ; enormiſſimæ læſam per tranſa-
58 ctionem fuiſſe initam . Enormiſſimæ verò
læſionis cauſa tranſactio reſcinditur.ad *text.
in l.ſuperſtite.*5.*§.ſanè ſi læſa.C.de dolo ma-
lo.& text.in cap.*1.*& cap.cùm contingat.*28.
*de iure iurand. Afflict.d.deciſ.*220. *num.*2.*&
ſeqq.Ioſeph Ludouic.dict.deciſ.*18.*num.*38.*&
ſeqq.& d.dec.*27.*num.*5.*& ſeqq. Maranta
59 d.conſ.*83.*num.*2. Vt locum habeat reme-
dium *l.*2.*C.de reſcindenda vendit. Maranta
d.conſ.*83.*num.*2.*& ſeqq.Rota apud Cardin.
Cauaſer.dec.*644.*num.*1.*& d.deciſ.*539.*num.*
2.*part.*1.*in recentiorib. Gratian. d.cap.*713.
*num.*82.*& ſeqq. par.*4.

Cùm quidèm , quòd nulla hic intercedit
pro Laura læſio,quin maxima pro ipſa vtili-
tas, quæ cùm nihil ex bonis Ioannæ ſororis
haberet, timore tamen litis Rinaldus om-
nia eidem ceſſit , reſeruatis ſibi dumtaxat
60 duc.2605. Lucrata itàq; fuit totum reſiduũ
bonorum Ioannæ Laura , quæ nihil anteà
habebat : non itàq; in damno ,ſed in lucro
fuit.vt perpendit *Rota dict.dec.*539. *num.*5.
61 *par.*1.*in recentiorib.* Tranſactio verò,non
ex quacunq; ſed maxima, ac vltrà dimidiam
læſione reſcinditur . vt de magis communi

receptum ſuit in *Rota apud Card. Caualer.*
d.dec.644.num.1.& 2.Maranta dict.conſ.83.
62 *num.3.4.& ſeqq.* qui remedium *d.l.2. C.de*
reſcindend. vendit. locum haud habere in
contractu tranſactionis, tuetur: cum lex illa
in contractu loquatur oneroſo, non verò in
lucratiuo: vt tranſactio eſt; in qua & ſiquidem
detur, attamen recipitur. ad *text. in l.1.ff.de*
tranſact. & l.tranſact.10.38. C eodem. Rota
apud ſanct. memor. Gregor.XV. deciſ.311.
63 *num.14.* Enormis itàq; perquiritur læſio, vt
inita infringatur tranſactio. poſt *Rolandum*
conſ.28.num.26. volum.4. ſequitur *Rota*
apud Coccinum *dec.379.num.1.& 2. & dec.*
396.num.1.& d dec.539.num.2. part.1. di-
uerſor.Grat forenſ.p.4.c.713.n.82.83. vſq; ad
88.& c.788.n.1.ead.p.4.

Tùm quòd de ipſa prætenſa læſione, eaq;
64 enormiſſima, nihil vtiq; docuit huc vſquè
Laura, neq; de prætenſo communis parentis
fideicommiſſo, neq; Ioannæ matrem in hu-
manis egiſſe, cùm illa teſtamentum condi-
dit. hoc autem præſtare debebat, vt de læ-
ſione doceret, vt dictum fuit apud *Cocci-*
num dict.deciſ.379 num.2. & dict.deciſ.396.
num.1.& dict deciſ.539.num.2.part.1.in
recent. Gratianus *dict.cap.713.num.82. p.4.*
Thobias Nonius *conſ.67.num.16. verſ. & li-*
cèt hæc opinio.

65 Et nihilominùs neq; poterat ex his capi-
tibus de læſione dicere, cùm ex illis tranſa-
ctio ortum duxerit, & in tranſactionem Ri-
naldus inclinauerit ob litis dubiū. ad *text. in*
dict.l.cùm te proponat 2.C.de tranſact. vt in
ſuperioribus diximus, & per tranſactionem
extincta, vt tantùm abeſt, ipſam læſam
fuiſſe, vt maximam indè perceperit com-
moditatem quin magis Rinaldus læſus, qui
verbis credidit fœminæ; vt oſtendimus.
& nihilominùs de ipſa enormi læſione do-
cere debebat, quod non præſtitit. Firma
proindè tranſactio habenda, quæ ſemel, fi-
niendarum litium cauſa interpoſita fuit,
66 quòd nihil magis fidei humanæ conueniat,
quàm ea, quæ ſemel placuere cuſtodiri. vt ex
duorum Imperatorum deciſione in *d. l. non*
minorem.20.C.de tranſact. in ſuperioribus
oſtendimus.

Atq; itá ex his, iudicio expetito Sapientis,
non Zoili, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Humana omnia, ſi non ea ad diuinæ legis in-ſtitutionem dirigantur, ridenda ſunt homini. & n.7.*
Ea præſertim, quæ in ſupremo vitæ hali-tu, cum de rebus ſuis diſponit, acci-dunt.
Sed flenda magis, cùm nos ad Dei offenſam pertrahunt. n.6.
2 Homo, *nihil eorum, quæ magnis parauit la-boribus, ferre ſecum poteſt.*
Cùm *moritur.*
Et quam ob cauſam? n 3.
3 *Senſus omnes in homine perturbantur in mortis articulo.*
4 *Teſtamentum nullum eſt hominis, quin ma-gnis litigijs ſupponatur.*
5 *Humanas miſerias flebat Heraclitus Philo-ſophus.*
Deridebat Democritus.
6 *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius. S. Io-annis dictum.*
8 *Participium verbo adiunctum futuri tem-poris conditionem infert.*
9 Conditionis *natura eſt, ſuſpendere actum in tempus vſq; quo purificetur.*
Vt neq; actionem interim concedat.
10 Diſponendi, *de quibuſdam facultatem habēs, ſi non diſponit, in venientes ab inteſta-to, illa transfundit.*
Iuris ſaltim fictione. n.11.
Quod exaudi, ſi omninò non diſpoſuit. num.12.
Secùs ſi pro parte, nàm pro illa tantum-modò diſpoſitio ſubſtinebitur. nu.13.
Non verò pro non diſpoſitis.
Quia noluiſſe videtur. n.14.
Præſertim verò ſi reſtricta facultas fuit ad certum modum. n.15.
14 Noluiſſe *videtur, qui potuit dicere, & non dixit.*
16 *Res aliena legari etiam poteſt.*
17 *Legare, & inſtituere ſatis diuerſa haben-tur.*
18 *Argumentum à titulorum diſtinctione pro-cedit.*
Sicuti à diuerſitate nominum. nu.19.
Quia natura diuerſa ſunt. n.20.
20 *Diuerſitas titulorum diuerſitatem indicat diſpoſitionum.*
21 *Lego verbum latè quandoq; accipitur.*
Præſertim verò ad diſpoſitionem ſubſti-nendam teſtatoris. n.22.
In proprio autem ſignificatu, ac preſſo le-go verbum hæredis inſtitutione non comprehenditur. n.24.
Præſertim ſi rei ſingulari adiunctum fuerit. nu.25.
Ac ſecundùm ſubiectam materiam.
Vel ſi teſtator illam refrenaſſe videatur per verbum legabit. n.31.
23 *Relinquo verbum importat quandoq; hære-*
dis

Digitized by Google

dis inſtitutionem.
36 *Sermonis proprietati ſtandum in vltimis voluntatibus potiſſimùm.*
Et in materia legatorum.n.27.
27 *Legatorum in materia ſermonis proprietati inſiſtendum.*
Neq; illa extendenda.
28 *Hæredibus parcendum, atq; ſuccurſum eſſe debet,nè nimium grauentur.*
29 *Legatum manu hæredis capiendum.*
Eſt donatio quadam.
30 *Hæredis inſtitutione propria authoritate bona capiuntur.*
Hæreditas vniuerſale nomen eſt.
Omnia comprehendens,actiuè,
Et paſſiue.
32 *Omne qui dicit,nihil non comprehenſum dimittit.*
Et nihil excipit.n.33.
Quod exaudi,niſi ex verbis ipſis aliqua oriatur compreſſio. n.34.
Vt adparticulare aliquod retineatur.
34 *Diſpoſitio teſtatoris,quæ ampla videtur, reſtringitur tamen ad ea, de quibus vti ſua diſponere ipſe poterat.*
Quia diſpoſitio quantùmuis generalis reprimitur ſecundùm facultatem,quam diſponens habet.n.35.
36 *Ius,quod perſonæ cohæret,ipſam perſonam non tranſgreditur.*
Et cum ipſa completur.
Nec ad hæredes extenditur.
Sicut priuilegium perſonale.
37 *Fines mandati,& poteſtatis cuſtodiendi.*
Non tranſgrediendi.
38 *Diſponere verbum, ad hæredis quoq; inſtitutionem tranſgreditur.*
Limita,ſi verba ſint relatiua,non diſpoſitiua.n.39.
39 *Verba relatiua nihil ampliùs operari poterunt,quàm illa,ad quę fit relatio.*
Et per ea laxitudo, & generalitas reprimitur.n.40.
Verba verò ſubſequentia exaudiri debent vetentis terminis antecedentium,ad quę facta fuit relatio.
41 *Generis amplitudo per ſpeciem reprimitur, & coarctatur.*
42 *Clauſulę acceſſorię principalem diſpoſitionem non alterant.*

ARGVMENTVM.

Donatione alicui facta, (vtputà quinquaginta) quæ hæredes ſoluant, cui,vel quibus Titius legabit:ſi non legauerit,hæredem autem dixerit in omnibus ſuis bonis Meuium,etiam in ijs, quæ diſponere poteſt, ex quauis cauſa, an quinquaginta ad hæredem tranſlata dicantur? Facultatem habens diſponendi,ſi nō diſpoſuit, an ſaltim iuris fictione in veniētes ab inteſtato diſpoſuiſſe videatur? Verbum lego an hæredis comprehendat inſtitutionem? & quando? vel preſsè exaudiri debeat? Diſpoſitio amplè à teſtatoribus concepta comprimitur ſecūdùm facultatem,quam teſtandi obtinebant. & in hac materia retinetur illud: Qui omne dicit nihil excludit. Verba relatiua ex relato normam, metamq; admittunt, & quantùmuis generalia reprimuntur.

RESPONSIO LXXVIII.

1 RIdenda certè ſunt homini, quæ accidunt omnia, ſi nōn illa diuinæ legis inſtitutione dirigantur. Ea præſertim, quæ in ſupremo vitæ
2 ſtatu de rebus ſuis diſponenti,accidunt.Cùm enim ipſe,quæ parauit magnis laboribus ſe-
3 cū ferre nō valeat;perturbatis ſēſibus mortis timore,atq; inſtantis ſupremi iudicii,cui præſentandus erit,horrore: relinquere, quæ habet,cogitur,vndè turbatur; cui autem relinquat,quouè ordine,temporis anguſtijs preſſus minus cogitās,ſupremas tabulas,quas rogat,multis ſupponat ambagibus oportet.ex Iuſtiniano Cæſare in *l hac cōſultiſſima,8.§.at cū humana fragilitas. C.qui teſtamenta fa-*
4 *cere poſſunt.* Fit hoc ſæpiſſimè;vt nullæ vnquā ſint tabulæ teſtamenti, quę morientes de rebus ſuis ſcripſere,quæ non litigijs ſuppo-
5 nātur.Has ipſas humanas miſerias flebat aſſiduis lacrymis Heraclytus Philoſophus, vt contrà deridebat Democritus. ſic enim in Anthologia, epigammate habetur.

Iàm defle Heraclite, magis quàm fleueris olim.

Vita hominum præſens eſt lacrymoſa magis.
Et modò Democrite ad riſum te impenſius effer;
Omnia ſunt riſu nunc quoq; digna magis.
Vos dùm contemplor, certè ſum neſcius vtrum.
Nunc ridere mihi, ſeù modo flere licet.

An non deridenda quæcunq; magna nobis in præſenti vita videntur, cùm vel ſolo
6 auræ flatu intercidant, & moriantur? Quin flenda magis, cùm hæc ipſa caduca, in Dei Optimi Maximi offenſam ſępiſſimè nos pertrahant, non ipſa ſanctuarij lance pendentes: Quòd Mundus tranſit, & concupiſcentia eius. 1. *Ioan.* 2. 17.

Videat (quæſo) quiſquis ille eſt; ridicula nè hæc fuerit diſpoſitio, quam ſubijcimus, quæ finem non vidit ſuum?

Bartholomæus Romanus Ciuitatis Melphicti donationis titulo cauſa mortis Antoniæ Iordanæ nepti donauit annuos ducatos ſexdecim vita perdurante Antoniæ ab eius hæredibus eidem ſoluendos. Donauit quoquè eidem ducatos quinquaginta per eius hæredes ſoluendos, cui, & quibus dicta An-
7 tonia legabit in eius obitu. An non deridenda hæc tibi videtur donatio quinquaginta, cui, & quibus ea legabit in eius obitu? vt ſedeat ei, quod Horatius epiſtola ad Piſonem dixit:

Romani tollent equites, peditesquè cachinnum.

Ex humanis abtepto Bartholomæo, eius morte firmata donatio fuit Antoniæ dicata. Illa non multò poſt ex hiſcè præſentibus diſceſſura tabulas ſcribens ſupremas hæredem ſibi dicit R. D. Ioannem Camillum Romanum, ei ſanguine iunctum, ſuper omnibus bonis pręſentibus, & futuris: *Ragioni, attioni, crediti, etiam ad eſſa ſpettantino per donationi, tanto inter viuos, quanto cauſa mortis, con tutto quello, che può diſponere in virtù di quelle, &c.* Moritur Antonia. Agit propterea Ioannes Camillus hæres aduerſus Bartholomæi hæredes, quinquaginta vt ſibi ſoluant, à Bartholomæo donatione Antoniæ largita. Detrectant illi: Antoniam non vtiq; ſibi legaſſe quinquaginta, vti Bartholomæus in donatione deſcripſerat. Liberos ipſos à ſoluendo euaſiſſe. Romanus contrà: Antoniam ſatis laxis verbis diſpoſuiſſe, cùm hæredem ipſum dixit: *Con tutto quello, che può diſponere in virtù di quelle.* donatarium videlicèt: comprehendiſſe vtiq; illa. Fit itàq; cauſę ſtatus. Debeantur nè quinquaginta Romano, an liberi heredes euaſere Bartholomæi, quòd Antonia ſpeciatim de illis non meminit, neq; illa, vti donatione tenebatur, ſpeciatim legauit? Liberos hæredes euaſiſſe Bartholomei à ſolutione reſpondendum cenſuimus.

Præſtamus id quidèm. Quòd Antoniæ facta donatio quinquaginta conditionalis, nō pura fuit.

Donauit etiam dictę Antonię ducatos quinquaginta ſoluendos per eius hęredes cui, & quibus dicta Antonia legabit in eius obitu. Nulli Antonia legauit illa. nulli propterea debentur. liberi ergò euaſere heredes à ſoluendis quinquaginta.

8 Participium illud (*ſoluendos*) quod reſoluitur, (qui ſolui debebunt. ex *Corneo conſ. 267. num 4. volum.* 4.) verbo adiunctum futuri temporis (*legabit*) conditionem importat. excogitationē hanc apertam facient Iuliani lib. 33. digeſtorum verba in *l. Stichum, qui meus 6. ff. de legatis* 1. diſertiſſima enim illa ſunt. attende: *Stichum, qui meus erit, cùm moriar, hæres meus dato. magis conditionem inieciſſe legato, quàm demonſtrare voluiſſe patremfamilias apparet: eo quòd ſi demōſtrādi cauſa hęc oratio poneretur, ità concepta eſſet: Stichum, qui meus eſt: non, Qui meus erit. Sed conditio talis accipi debet. quatènus meus erit: vt ſi totum alienauerit, legatum extinguatur. Si partem, pro ea parte debeatur, quę teſtatoris mortis tempore fuerit.* his Iulianus. Conditionem propterea donationi iniecit Bartholomæus, cùm Antoniæ quinquaginta donauit, per eius hæredes ſoluendos, cui, & quibus dicta Antonia legabit in eius obitu. ſequitur hanc ſententiam *Bart. in l. 1. in 7. quęſt. num. 35. verſ. contrarium credo. ff. de condit. & demonſtrat. Bertrand conſ. 256. num. 3. lib. 1. Natta conſ. 103. num. 9. lib. 1. Surdus conſ. 374. num. 1. lib. 3. Fabius Anna conſ. 61. nu. 33. & 34. volum. 1.* Eatènus igitur debebuntur, quatènus ea legauerit in eius obitu Antonia. At non le-
9 gauit. non itàq; debebuntur. Hæc eſt equidèm conditionis natura, vt actum ſuſpendat, donec impleatur, interim verò, neq; actionem concedat. *l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur. l. vnica § ſi autem aliquid ſub conditione. C. de caducis tollend. l. cedere diem 213. §. vbi ſub conditione. ff. de verborum ſignificat. cap. fin. in fin. de translat. Epiſcopi. cap. vnic. § fin. in fin, de ſponſalib. in 6. Bertrand. conſ. 298. num. 4. volum. 2. Capra conſ. 166. num. 2. Gozadin. conſ. 1. num. 40. Aymon conſ. 10. num. 16. & conſ. 101. num. 11. Monaldus conſ. 16. num. 11. 12. & 13. volum. 2. Camillus Borrellus conſ. 47. num. 44. & ſeqq. Tiraquell. de retractu lignag. §. 8. Gloſſ. 6. num. 2. Rota apud Cardinalem Seraphinum deciſ. 838. num. 5 & ſeqq. & apud Cardinalem Manticam deciſ. 256. num. 2. & apud ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 428. num. 3. & ſeqq.*

Caret itàq; actione Romanus. quinquaginta proindè pętere haud poterit, purificata cùm adhùc conditio non fuerit, neq; purificanda, ſub qua illa Antoniæ donata fuere; non ſanè vt ei quærerentur, ſed vt illa in eius obitu

obitu legare valuiſſet, cui, vel quibus voluiſ-
ſet, atq; in actu exercito legaſſet, non autem
legauit. purificata propterea conditio haud
fuit, ſub qua Bartholomæi hæredes ſoluere
10 tenebantur. Non ergò proficit Romano; Di-
ſpoſuiſſe videri Antoniam, cùm primum hę-
redem ſibi eundem dixit vniuerſalem; in eũ
enim de dictis quoq; quinquaginta diſpo-
ſuiſſe æſtimabitur, iuris ſaltim fictione, quod
ſat eſſe videtur ex Pauli ſenſu lib. ſingulari de
iure codicillorum in *l. conficiuntur 8. in princ.*
ff. de iure codicillorum. argumento ducto
ex eius verbis dicentis: *ſed ideò fideicommiſ-*
ſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus:
quoniam creditur paterfamilias ſpontè ſua
bis relinquere legitimam hæreditatem. vide-
tur quippè Antonia, crediturq; & quinqua-
ginta Romanum habere quoq; voluiſſe, quę
omnia ſua habere paritèr voluit. ex iuris ſal-
11 tim fictione. vt *Gloſſ.* aduertit ibidèm verbo
quoniam creditur. & regulam hanc ſequitur
Bart. in l. Gallus Aquilius. 29. §. & quid ſi tã-
tum in 4. col. num. 8. verſ. præterea ille, qui de-
dit ff. de liberis, & poſthum. & pleniùs *Pere-*
grinus de fideicommiſſ. art. 40. in 2. difficulta-
te num. 58. Vincent. de Franchis. deciſ. 45. &
deciſ. 600. Surdus deciſ. 272. nu. 9. & ſeq.

12. Quia nimirùm præfata regula; (diſpoſuiſſe
videri in uenientes ab inteſtato, qui potuit
diſponere, facultate ſibi facta diſponendi, ſi
non diſpoſuit:) tunc ſanè locũ ſibi facit, quã-
do qui potuit diſponere, nullo pacto diſpo-
ſuit, vt tacita voluntate, iuriſque fictione in
venientes ab inteſtato diſpoſuiſſe præſuma-
13 tur. At non æquè firmum erit, ſi vel pro par-
te tantùm diſpoſuerit; de quibus diſponere
potens erat. pro ipſa namq; parte, pro qua
diſpoſuit, firma diſpoſitio erit, pro reſidua
verò non æquè. *Vincentius de Franchis d.*
deciſ. 45. num. 5. Peregrinus d. art. 40. nu. 52.
in 2. difficultate. Surdus conſ. 430. nu. 2. vol. 3.
14 Noluiſſe enim tunc præſumitur, qui potuit
diſponere, & non diſpoſuit, cùm in ſua id fa-
cultate eſſet dicendi. ad *tex. in d. l. vnica §.*
ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollend.
illis ex verbis argumento petito: *Nam ſi cõ-*
trarium voluiſſet, nulla erat difficultas, con-
iunctim ea diſponere. ſequuntur *Pariſ. conſ.*
38. num. 22. & conſ. 56. nu. 7. lib. 3. in his ter-
minis *Maranta* noſter Propuus *conſ. 46. nu.*
17. in fin. Surdus conſ. 518. num. 9. lib. 4. Ce-
phalus conſ. 144. num. 6. & 7. lib. 1. Borgninus
Caualcan. deciſ. 5. num. 44. part. 3. Marius
Muta deciſ. Siciliæ 58. nu. 17. Antonius Mo-
nachus deciſ. Bononien. 71. num. 6. 7. 8. & ſeq.
& num. 54. & ſeq. Surd. conſ. 344. nu. 9. vol. 3.
15 Præterquàm quòd, neq; facultas Antoniæ
ſimpliciter diſponendi data fuit de quinqua-
ginta, ſed damnati hæredes fuere ad ſoluen-
dam quinquaginta cui, & quibus Antonia in
eius obitu legabit. Illa verò Antonia non le-
gauit, non itaq; tenebuntur hæredes. Ipſa
enim quinquaginta Antoniæ non erant, ſed
facta tamen facultas quinquaginta legandi.
expreſſim proinde illa legare oportuit, non
verò tacitè per vniuerſalem hæredis inſtitu-
16 tionem. quia vti res aliena illa quinquagin-
ta æſtimabantur, non vt propria Antoniæ. ad
tex. in §. non ſolùm autèm teſtatorib. ibiq;
notata *Inſtitut. de legat. Crauetta conſ. 144.*
ſub num. 8. Surdus conſ. 319. num. 17. 18. &
19. & d. conſ. 430. nu. 2. vol. 3. Antonius Mo-
nachus d. deciſ. Bononien. 71. nu. 16. & 17.

Neq; præterea Bartholomæus abſolutè
Antoniæ de ipſis quinquaginta diſponendi
facultatem tribuit, ſed hæredes damnauit
ad illa ſoluendum cui, & quibus Antonia in
eius obitu legabit. Non ea Romano Anto-
nia legauit, verùm eum vniuerſalem hære-
17 dem bonorum ſuorum reliquit. Legare au-
tẽ, & inſtituere ſatis diuerſa æſtimantur. Di-
ſtincti porrò tituli ſunt in Digeſtis, & Codice
de hæredibus inſtituendis, atq; de legatis. vt
18 diſtincta igitur, atq; diuerſa habentur. quo
argumenti genere vtitur quoq; *Theſaurus*
deciſ. Senatus Pedemontani doctiſſimus vir
58. num. 5. nec abſimili modo argumenta-
19 tum fuiſſe Conſtantinum Imperatorem per-
ſpicimus in *l. ſi idem codicilli 7. C. de iure co-*
dicillorum. dum ex diuerſitate nominum
arguit dicens: *Si idem codicilli, quod teſta-*
menta poſſent, cur diuerſum his inſtrumen-
tis vocabulum mandaretur, quæ vis, ac pote-
ſtas vna ſociaſſet? Ponetq; argumẽtum *Gloſ.*
20 ibidèm verbo *vocabulum.* dicens. vocabu-
lum, *id eſt diuerſus titulus.* diuerſitas itaq;
titulorum diuerſitatem indicat diſpoſitionũ.
non itaq; iurè procedet argumentum ab ijs,
quæ diuerſa, atq; à ſe inuicem diſtincta ſunt.
quia ſunt diuerſæ naturæ. vti & *Afflictus* ar-
gumentatur *deciſ. 265. num. 13.* ſequiturq;
Antonius Monachus d. deciſ. Bononien. 71.
num. 18. & 19.
21 Et licèt verbum (*lego*) latiorem reddere
videatur ſignificationem, vt inſtitutionem
quoq; comprehendere cenſeatur. ex Pom-
ponio lib. 5. ad Quintum Mutium in *l. verbis*
legis 12. tabularum 120. ff. de verborum ſi-
22 *gnificat.* præſertim verò ad ſubſtinendam
ſupremam defuncti hominis voluntatem, vt
illa firma permaneat, nec peruertatur. ſe-
quitur poſt alios *Theſaurus d. deciſ. 58. nu. 8.*
23 veluti eandem ob cauſam, ne teſtatoris di-
ſpoſitio pereat, de verbo (relinquo) perpen-
dit *Menochius lib. 4. præſumption. 141. n. 16.*
24 ſi tamen in ſtricto ſtemus verbi ſignificatu,
atq; ſecundùm communem loquendi vſum,
verbum (*lego*) perpenderimus, cùm verbum
ſit obliquum. hæredis vtiq; inſtitutione, non
comprehendetur, quoniàm ſpecies diſtincta
eſt ab illa; atq; coanguſtatum verbum, vel
interpretatione legum; vel authoritate iura
ſtatuentium. eodem Pomponio docente *d.*
l. verbis legis 12. tabularum. 120. in fin. ff. de
verborum ſignificat. Bartol. in l. Centurio 15.
in 5. col. num. 19. verſ. ſed quid ſi teſtator. ff.
de

*de vulgar.& pupillar. Berous conſ.*118.*nu.*
28. *Vlricus Zaſius de ſubſtitutionib. cap.*5.
*num.*5.*& num.*6.*vol.*7.*tractat fol.mihi* 153.
Bartholomaus de Huccio *eod.tractat.ſubſti-*
tut.cap. 5.*de ſubſtitutione compendioſa nu.*9.
*eod.vol.*7.*tractat fol.*167. *Polydorus Ripa*
25 *obſeruat.*84.*num.*3.*&* 4.potiſſimum verò ſi
rei ſingulari verbum hoc (*lego*) adiunctum
fuerit.ex *Menoch. d.præſumpt.*141 *num.*34.
eo; nempe caſu à ſubiecta quoq; præmittur
materia ſingulari, & anguſtiata. vt in facto
hoc noſtro, ad quinquaginta dumtaxàt re-
ſtrictum: *Cui, vel quibus Antonia in eius obi-*
26 *tu legabit.* Standum proindè erit ſermonis,
quem donator loquutus eſt, proprietati, in
vltimis potiſſimùm voluntatibus, (donatio
quippè hæc cauſa fuit mortis) in quibus ver-
ba propriè, atq; in proprio ſignificatu exau-
dienda erunt. ex Marcello lib. ſingulari re-
ſponſorum in *l.non aliter.*67.*in princip.ff.de*
*legat.*3.*l.fin.*C.*de his, qui veniam ætatis im-*
*petrauer Roland.conſ.*44. *num.*19.*lib.*4. *Ce-*
*phal.conſ.*239.*num.*1.*lib.*2. *Ioan. Bellonus in*
communib.iuris ſentent.littera V.verba pro-
priè tom. 1.*commun. concl. Maſtrillus deciſ.*
293.*num.*47. *part.*3. Atq; præſertim in ma-
27 teria legatorum, in quibus præſsè ſtandum
erit verborum ſignificationi, neq; illa protе-
landa. ex Paulo in *l.idem Iulianus.*41.§. *Seio*
*ex facto.ff.de legat.*1.& Vlpiano in *l. nummis*
*indiſtinctè legatis.*73.*ff de legat.*3. *Decius in*
*l.in teſtamentis.*12. *num.*3. *verſ. & iſta re-*
*gula. ff de regul.iuris. Cephal. d.conſ.*144.*nu.*
13.*vol.*1.*Menochius de arbitrar. lib.*1. *q.*99.
*num.*14.*& conſ.*115.*num.*47.*lib.*2. *Cardin.*
*Mantica de coniectur lib.*7. *tit.*1. *num.*3. *&*
*num.*42. *&* 46. *Borgninus Caualcan. d. de-*
*ciſ.*5.*num.*45.*part.*3. *Gaſpar Antonius The-*
*ſaur forenſ.lib.*3.*q.*84.*num.*2. *Marcus Anto-*
*nius de Amatis deciſ.*44.*nu.*2.
28 Quià nimitùm parcendum eſt heredibus,
vt quàm minimum lædantur. quod teſtantes
videre, ac velle videntur. ex Papiniani ſenſu
in *l.vnum ex familia.*69.§.*ſi rem tuam .ff.de*
*legat.*2. illis verbis: *Nam ſuccurſum eſt hæ-*
redibus, ne cogantur redimere, quod teſtator,
ſuum exiſtimans, reliquerit. Sunt enim, ma-
gis in legandis ſuis rebus, quàm in alienis cõ-
parandis, & in onerandis hæredibus facilio-
res voluntates. & ſequuntur *Marcus Man-*
*tua conſ.*177.*num.*3. *Crauetta conſ.*187. *nu.*
3.*Cephal d.conſ.*144.*num.*14.*Cardin. Man-*
*tica de coniectur.lib.*9.*tit.*1.*num.*5. *Perez de*
Lara de anniuerſar. & cappellanijs lib. 1.
*cap.*3.*num.*7.
29 Legatum verò manu hæredis capiendum.
Eſt quippè donatio à defuncto relicta, ab
hærede præſtanda. ex Modeſtino in *l.legatũ.*
37.*de legat.*2. ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *relicta.*
& Imperatore Iuſtiniano in §. *legatum. In-*
ſtitut. de legat. Gomeſius variarum reſolu-
*tionum cap.*12.*de legatis. num.*3. *Michael*
30 *Graſſus* §.*legatum.q.*3. Hæredis autem in-
ſtitutione propria authoritate bona capiun-
tur. Quoniam eſt hæreditas vniuerſale no-
men, omnia, actiuè, paſſiuèq; comprehendẽs.
ex Iuliano in *l.hæreditas.*63. *ff.de regul. iur.*
*l.furti.*6.§.*fin.ff.de his, qui notantur infamia.*
*l.*1. ibidèmq; *Salicetus* alijq; Scribentes C. *ex*
*delictis defunctor.l.*2. 3.*& l.fin. C. de hæredi-*
tar.actionib. Griuellus Senatus Dolani *de-*
31 *ciſ.*73.*num.*4.*&* 6. Noluit propterea dona-
tori tà amplam facultatem Antoniæ dare;
ſed illam preſſit ad legatum dumtaxàt: *Cui,*
& quibus Antonia in eius obitu legabit. quo
argumenti modo vſus fuit *Polydorus* quoq;
*Ripa d.obſeruat.*84.*nu.*5.*Gabriel. conſ.*143.
*num.*7.8.*& ſequent.vol.*1.
Obſtaculum idcircò haud his faciet: An-
toniam ità amplè diſpoſuiſſe, vt in eius ver-
bis etiam hæc quinquaginta complexa vi-
deantur. Dixit nempè hæredem Ioannẽ Ca-
millum ſuper omnibus eius bonis, mobili-
bus, & ſtabilibus, præſentibus, & futuris. *Ra-*
gioni, attioni, crediti, etiam ad eſſa ſpettanti-
no per donationi, tanto inter viuos, quanto
cauſa mortis, con tutto quello che può diſpo-
32 *nere in virtù di quelle, &c.* Nihil proindè in-
cõplexum dimiſit, quæ omnia dixit. ad *tex.* in
*l.Iulianus reſpondit.*66.*in princ. ff.de legat.*
3. verba quippè Vlpiani lib.2. reſponſorum
ibidem ſatis apta ad rem hanc eſſe videntur.
Iulianus reſpondit, teſtatorem adijciendo
Prædium Seianum omne; eam quoq; partem
fundi ſupraſcripti, quaſi ad ſe pertinentem,
videri per fideicommiſſum reliquiſſe, quam ex
cauſa pignoris nactus eſſet, ſaluo ſcilicet iure
debitoris, reliquit Antonia (*tutto quello che*
puol diſponere in virtù di quelle, &c.) dona-
33 tionum ſcilicet; comprehendit proindè &
quinquaginta. Quia qui omne dicit, nihil ex-
cipit. ex ſummario *Bart. d. l. Iulianus. l.à*
procuratore 13. ibidèmq; *Gloſſ. C. mandati.*
cap.ſolitæ 6.§.*nos autem.in fin. de maioritat.*
*& obedient. Surdus.conſ.*31.*num.*27.*& conſ.*
73.*nu.*62.*& conſ.*380.*nu.*36.
34 Verba quippè illa (*con tutto quello, &c.*)
quàmuis ampliſſima appareant, compreſſio-
nem tamèn recipiunt, ad ea omnia, quæ ipſa
vti ſua, & ad ſe ſpectantia, iura, actiones, &
alia quæcunq; alijs relinquere, atq; ad hære-
des tranſmittere poterat; non verò ad ea,
quæ particulari modo legare tenebatur, &
quæ ſua non erant, niſi vt legaret tantum-
modò. perpende Vlpiani verba *d. l. Iulianus*
reſpondit, quibus rem hanc aperit: *Eã quoq;*
partem fundi ſupraſcripti, quaſi ad ſe perti-
nentem. Indè equidèm pars illa fundi, quam
ex cauſa pignoris nactus erat, in fideicom-
miſſum comprehenſa fuit, per verbum illud
(*Prædium Seianum omne:*) quia ad ſe perti-
nebat. ex Iuliano Vlpianus reſpondit, aduer-
titq; *Gloſſ.* ibidèm in verbo *omne.in fin.* ſe-
quiturq; interpretationem hanc *Cardin.*
*Mantica de coniectur. d.lib.*9 *tit.*1. *num.*8.9.
& 10.*ac ſequentib. Surdus conſ.*224.*num.*6.
*lib.*2.

Digitized by Google

*lib.*2.pleninſq; *conſ.*430.*num.*4.*verſ.rurſus.*
*lib.*3.*Gabriel. conſ.*143.*num.*7. & 8. *vol.*1.
Idem *Surd.d.deciſ.*272.*num.*37. *in fin. verſ.*
35 *vltimò non obſtabit.* Quia profectò diſpoſi-
tio quantumuis generalis exaudirur de ijs ,
quæ in poteſtate ſunt diſponentis. *Peregrin.*
*de fideicommiſſis art.*6.*num.*11.

36 Antoniæ verò non aliud ius in quinqua-
ginta erat,niſi legandi illa, cui, vel quibus in
vltimo vitæ termino voluiſſet. erat itaq; ius
illud reſtrictum ad perſonam eius dunita-
xàt, & adpoteſtatem legaudihaud . proindè
transferre illud extrà perſonam potuit , cui
adhærebat. quàm primum igitur non lega-
uit,extinctum fuit , atq; in ſua perſona ſtetit,
nec ad hæredē tranſiuit,ad regulam *priuile-*
gium perconale 7. *de regulis iuris in* 6. *Gayl-*
*lus ſingularium obſeruat. lib.*2. *obſeruat.*
144.*num.*8. oportuit enim intra ipſos can-
37 cellos ſe continere poteſtatis ſibi factæ le-
gandi,non vltrà progredi conſtitutos ſibi fi-
nes,& terminos. ad *tex.in cap. cùm dilecta.*
22.*de reſcriptis.* quatènus haber,mandati fi-
nes cuſtodiendos eſſe. & *l. diligenter* 5. *C.*
mandati. aduertitq; ad rem noſtram *Surdus*
*d.decis.*272.*nu.*18.*vers.& pro hac parte.*

Neq; vim faciant ex verbis illis in fine do-
nationis Antoniæ factæ, adiectis videlicet :
(dictos ducatos quinquaginta per ipsum do-
natos, & per ipsam disponendos,&c.) quaſi
38 ampla facta fuerit Antoniæ facultas de
quinquaginta diſponendi , vt diſponere ver-
bum ad hæredis quoq; referatur inſtitutio-
nem. per quæ tradit *Surdus d.conſ.*430.*nu.*
1.*cum ſeq.lib.*3.

39 Fuere quippè verba præfata non diſpoſi-
tiua , verùm relatiua donationis eidem An-
toniæ factæ de quinquaginta ; cum tamen
modo illa legandi in ſupremo vitæ halitu ;
nihil itaq; ampliùs operari poterunt, quàm
ipſa antecedentia , ad quæ relationem reti-
nent,operabuntur,neq; aliter exaudiri pote-
runt , quàm antecedentia.ad *tex.in clement.*
1.*in fin.de prabend.* & *Gloſſ.* ibidèm. verbo
*Gratia.Crauetta conſ.*135.*num.*13. *Bellonus*
*conſ.*6.*num.*9.& 10.*Gratianus forenſ.part.*2.
*cap.*201.*num.*90.

40 Generalitas itaq; ac laxitudo illa,ſic viſa,
(*& per ipſam diſponendos*)comprimetur vti-
què ad antecedentia verba facultatis eidem
Antoniæ factæ,(*cui , & quibus Antonia in*
41 *eius obitu legabit.*) veluti laxitudo generis à
ſpecie comprimitur,reprimiturq; quod præ-
ter Ariſtotelicam doctrinam habetur aper-
tiſſimè ex Paulo lib.32. ad edictum in *l.ſed*
*& ſi adijciat.*13.*ff.pro ſocio*,regula *generi per*
*ſpeciem.*34.*de regul.iur.in* 6.*Bart.in l.quaſi-*
*tum.*8.§.*ſi quis fundum. num.*4. & 5. *ff.de*
42 *fundo inſtructo,inſtrumentoq; legato.* Præ-
ter quàm quòd clauſulæ acceſſoriæ præfatę :
per ipſum donatos,& per ipſam diſponendos,)
principalem diſpoſitionem non alterant . ad
*dictam Clement.*1.*in fin.de prabend. Bello-*
*nus d conſ.*6.*num.*9.& 10 *Rota apud Cocci-*
43 *num deciſ.*405.*num.*7. Quam ob cauſam
verba ipſa exaudiri debebunt retentis ter-
minis antecedentis facultatis,vt participium
illud(*diſponendos*)referatur ad illud:(*cui, &*
quibus dicta Antonia legabit) ex *Corneo cōſ.*
79.*viſo proceſſu agitato coram Arbitris.num.*
17.*vol.*3.*Rota par.*2.*in recentiorib. deciſ.*719.
*num.*3. Antonia verò non legauit.neq;quin-
quaginta habebit Romanus. Vt ex his,quæ
Sapiētis iudicio lubenter ſubijcimus,reſpō-
dendum cenſuimus .

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Soluti fuere Bartholomæi hæredes , ne
Romano quinquaginta ſoluerent , quæ An-
tonia non legauit.

SVMMARIVM.

1 *Adagium. Fiducia plerosq; mortalium falli.*
illuſtratur.
2 *Fidere nemini,inhumanum eſt:omnibus ve-*
rò ſtultum.
Vtrumquè vitioſum ex Seneca ; omnibus
*credere; & nulli.n.*3.
Fidem diruit pecuniarum amor.
4 *Notariorum officium contra ius eſſe dixit*
Innocentius IV.
Vt credatur pelli animalis mortui , ſine
alio adminiculo.
Ab vnius quippè fide omnes pendent.
*num.*5.
Deberent proindè, qui huic muneri præfi-
ciuntur probatiſſimis eſſe moribus.
Infidelitas autē vnius ex his,alijs nocet.
*num.*6.
7 *Prouerbium. Fiducia pecunias amiſi. ex-*
penditur.
8 *Notarij fides ſi ab inſtrumento vacillet , vel*
inſtrumentum non inueniatur : falſo
*præſumitur.& n.*19.*& n.*57.
9 *Falſum eſt quod veritati opponitur.*
10 *Negatiua alienius rei , vel ſcriptura ex re-*
uolutione actorum probatur.
Quia quod ſcriptum non reperitur , actū
*non præſumitur.n.*11.
12 *Inſtrumentum exiſtere tribus modis pro-*
bari poteſt.
Inſtrumentum in forma probante quod
*nam dicatur ? nu.*14.*& dicitur origi-*
nale.
*Et quomodò in Regno Neapolitano.n.*15.
Inſtrumenta in prothocollum redigi de-
*bent.n.*16.
13 *Argumentum à ſufficienti partium enume-*
ratione,inductio vocatur.
17 *Prothocollum quod nam dicatur ? ex Græ-*
co vocabulo.

Di-

Dicitur prima collatio.
Siuè prima ſcriptura.
18 Matrix Notarij, ſiuè Baſtardellum non probat.
20 Veritate ſine nihil ſubſiſtere firmum poteſt.
Cum falſitate conflictatur.
Eamq; perſequitur.
Suntq; ſibi inuicem contraria.
21 Notario atteſtanti de inſtrumento à ſe facto in præteritum fides non habetur.
Niſi de illo appareat.
Ratio aſſertur. n. 22.
23 Scriptura referens ſe ad aliam, non magis probat, quàm relatum.
Si de relato non appareat, neq; illa probabit.
24 Inſtrumentum referens ſe ad aliud non probat magis, niſi quatènus in relato eſt.
25 Argumentum à poſteriori, hoc eſt ab effectu, firmum.
26 Facto aliquid probatur.
27 Inſtrumenta in prothocollum ordine referuntur, vt celebrata fuere.
28 Argumentum à conſuetudine patrisfamilias, vel Notariorum validum.
29 Apocha Banci licèt probet ſolutionem, non tamen probat Inſtrumentum, ad quod ſe refert. & n. 48.
Niſi de illo appareat.
30 Referens non magis probat, quàm ſit in relato.
Nam relatio à relato regiſtratur. n. 31.
Præſertim verò ſi ſcripturæ ſint ſeparatæ.
Quia relatum attenditur, non referens. nu. 32.
33 Cenſus quid? eius datur definitio.
Et ex inſtrumento probatur. n. 34.
35. Vſura eſt quicquid ſorti accedit ex mutuo.
Quicquid igitur accipitur vltrà ſortem, in ſortem computabitur. numer. 36.
Cum obligatione reſtitutionis, quod ſupra ſortem eſt.
Vſuram qui accipit rapinam facit. nu. 37.
Vſuras accipiens reſtituere tenetur, quãuis bona fide contraxerit.
Neq; proindè peccaris ex contractu. n. 39.
38 Contractus cenſus vſurarius reputatur, ſi non iuxtà formam factus fuerit.
Et quæ requiſita habere debeat?
40 Vſuras ſoluens quaſi comparare pecunias videtur, ob dilatam ſolutionem.
Ex cauſa puri mutui, vel palliati.
Vſura eſt quod vltrà ſortem accipitur ex cauſa, vel puri mutui, vel palliati.
Quàmuis fortaſsè in bona fide fuerint contrahentes, & non peccarint.
Ad reſtitutionem tamen tenetur accipiſſe.
Quocunq; nomine nuncupetur. n. 42.
Et vbi negotium ad purum mutuum, vel palliatum reducitur, vſura eſt. n. 46.
43 Pecunia natura ſua fructum non parit.
Sed ad commutationes faciendas inuenta dumtaxàt.
Pro ipſa igitur pretium accipere vſura eſt. n. 44.
45 Contractus ſit ne vſurarius, regula eſt; an intret in eo mutuum, vel formale, vel virtuale, ſiuè palliatum.
Vbicunque enim contractus in mutuum reſoluitur, vſura eſt. n. 47.
48 Cedula Bancaria ſolutionis annui cenſus, ſi de inſtrumento non appareat conſtitutionis cenſus, ſolutionem tantùm probat, non annuum cenſum.
Præſertim ſi ſe referat ad inſtrumentum.
Quod non appareat.
49 Nihil quod eſt generis alicuius, ſpecies eſſe minime poteſt.
Neq; poterit operari quidquam.
50 Res prius in eſſe conſtitui debet, vt ex illa exiſtente operationes dari valeant.
Res vbi deeſt nec nomen habetur. nu. 51.
52 Pecuniæ mutuatæ dominium in mutuatarium transfertur.
Ideò vſura, ex re aliena lucrum propter illam quærere.
Reſoluitur enim, ſolutionem ob dilationem temporis dari.
53 Ratihabitione an confirmari poſſit annui cenſus conſtitutio, cuius inſtrumentum non reperitur, per ſolutionem cenſus?
Negatiuè reſpondetur.
Quia quod nullum eſt, ratum haberi non poteſt. n. 54.
Ratihabitio factum ſupponit. nu. 55.
Et mandato æquiparatur. n. 56.
58 Cenſus annui conſtitutio per Inſtrumentũ publicum apparere debet, non per nudã Notarij fidem.
59 Documentum dicitur ſcriptura publica, nõ priuata.
60 Poſſeſſorium facilè datur probato de poſſeſſione exigendi.
Quia eſt iudicium ſummariſſimum. n. 61.
Non tamen datur, ſi à validitate pendeat tituli. n. 64.
Ni de titulo conſtet.
Vel in materia ſimus peccati mortalis. nu. 65.
Vtputà vſuraria.
62 Petitorium cum poſſeſſorio nihil commune habet.
Quin petitorium trahit ad ſe, atq; abſorbet poſſeſſorium. n. 63.
Et quaſi in ventre habere dicitur.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Notario an ſtandum ſit in fide, quam ex inſtrumento à ſe celebrato extractam dicit, ſi inſtrumentum minimè inueniatur? & an ei credatur atteſtāti de inſtrumento à ſe in præteritum celebrato? Quibus modis de inſtrumento conſtare dicatur? An per apocam Banci de receptis pecunijs cū aſſertione pro annuo cenſu, annuus ipſe cenſus probetur, ſi de inſtrumento non appareat, cui ſe refert? & an ſcripturæ referenti credatur, ſi de relato non conſtet? Nec referens magis probat, quàm ſit in relato. Vſura ex mutuo cōmittitur, vel formali, vel virtuali, ſiuè palliato. Eas accipiens, ad reſtitutionem tenetur, vel excomputabit in ſortem. Pecunia ex natura ſua infructuoſa eſt. Annuus cenſus ſine inſtrumento conſtitui non poteſt. Poſſeſſorium ſi à titulo pendet, vel in materia agatur peccati, non datur, & à petitorio abſorbetur.

RESPONSIO LXXIX.

1 ACris ſatis ingenij fuit ille, qui apud Veteres iactatū Adagium peruulgauit: *Fiducia pleroſq; mortalitū*
2 *falli*. Licèt enim nemini fidere, ſit inhumanum, omnibus tamen fidere, ſtultum. ex Epichatmo. Quarè pulchrè Heſiodus.

Si quicquam cum fratre tibi eſt, teſtem adijce rebus,
Subridens, nocuit non credere; credere ſemper.

3 Vtrumq; enim vitium eſt: Omnibus credere, & nulli. ex Seneca *epiſt.3.lib.1.* Ab ijs tamen cauendum, qui pecunia facilè mouentur, nè ſeruent fidem, nam ex Claudiano in Eut. lib.2.

Perdurat non empta fides, nec pectora merces
Alligat.

Hanc propter rem exiſtimo Magnum illū virum Innocentium Quartum in *cap. cùm P. Tabellio. 15. num. 1. in fin. de fide inſtrum.* argumētosè dixiſſe: Contra ius eſſe officium
4 Tabellionis, quia pelli animalis mortui creditur ſine adminiculo alio. quem ſequitur *Paris de Puteo de reaſſumpt. inſtr. rubr. 19. num. 44. tom. 4. tractat. fol. mihi* 43. & ſequuta fuit Rota *apud Cardin. Caualer. deci.* 455. *ſub num.* 1. diximus etiam *reſponſ.* noſtra 84. *nu.* 22. *& ſeqq. p.* 3.

5 Eſt enim ſatis mirandum, vt vnius fidei omnes ſtemus; ab eo pendeant omnia, res, fortunæ, vita ipſa. Deberent proindè, qui huic muneri præficiuntur probatiſſimis moribus eſſe omnes.

Ardua quippè fides robuſtos exigit annos.

Lucanus lib. 1. dixit, rationemquè reddidit.

6 Vnius nempè ex ijs ſi fides nutet, & aliorum in dubium vertetur. nàmq; vt Plautus in Trinumo loquitur.

Malè fidem ſeruando, illis quoq; abrogant etiam fidem, qui nihil
Meriti: quippè ex eorum ingenio ingeniū horum probant.

7 Non ab re igitur veteri paremiæ factus eſt locus: *Fiducia pecunias amiſi*.

Quandoquidèm apud Theognidem legitur hic verſiculus;

Fiſo res perijt, diffiſo ſalua remanſit.

rationem ipſe reddit; Quia

Paucis è multis fidus eſt animus.

An verò ſic acciderit in facto, quod narramus, tuum erit iudicium.

Marius anno 1608. die 16. menſis Aprilis vendidit, alienauit, & in ſolutum dedit Mariæ eius matri annuos ducatos tercentum quadraginta cum dimidio, ſuſcipiendos ab annuis quibuſdam introitibus, & nominibus debitorum pro ducatis quatuormille quingentum. Inter alios verò debitores, & nomina debitorum ſequentibus numerauit; *Ab hæredibus quond. Franciſci Antonij annuos ducatos ſeptuaginta ſex cum dimidio pro ducatis mille ducentum, mediantibus inſtrumentis manu Notarij N. die 7. Iunij 1594. & per manus Notarij N. die 6. Maij 1594. in proceſſu f. 7.*

Vigore dicti inſtrumenti ceſſionis ſibi factæ anno 1608. die 25. Septembris dicta Maria comparet in M.C.V. & petit ſibi adiudicari dictos annuos ducatos 340.2.10. & de-

bitores condemnari ſingulis annis in ſuturum ad correſpondendum fol. 1.

Vt autem ſuam funda.et intentionem aduerſus dictum Franciſcum Antonium, eiuſq; hæredes producit duas fides inter cætera. Vnam Notarij N. in qua aſſerit die 7. menſis Iunij 1594. Franciſcum Antonium vendidiſſe Andreæ annuos ducatos octuaginta quatuor pro pretio ducatorum mille biſcentũ, cum pacto retrouendendi; & die 1. Februarij eiuſdem anni, fuiſſe retrouendidos ducatos ſeptuaginta pro ducatis mille fol. 4. lit. A.

Alteram verò Notarij Dominici, in qua fidem facit, Franciſcum Antonium die 6. menſis Maij 1594. vẽdidiſſe Andreæ annuos ducatos nonaginta vnum de ſumma ducatorum ducentum triginta vnius eidẽ Franciſco Antonio debitorum, & ſoluendorum per Doctorem Hortenſium pro pretio ducatorum trium mille; & in eorum defectum ſuper nonnullis bonis ſtabilibus dicti Franciſci Antonij, pro pretio ducatorum mille, & trecentorum, quos dictus Franciſcus Antonius confeſſus fuit recepiſſe à dicto Andrea per medium Banci Olgiatti, cum aſſertione in fine; *Prout hæc, & alia latiùs apparent ex dicto inſtrumento rogato manu mei prædicti Notarij, & in fidem, &c. fol 6.*

Sub die 6. Februarij 1612. decreto Magnæ Curiæ Vicariæ fuerunt condemnati creditores ad correſpondendum in futurum ſingulis annis ſupradictæ Mariæ actrici, & inter eos Sarra, Catharina, & Liuia f. 21.

Verùm quia ſub die 5. Maij 1643. ad inſtantiam dictorum hæredum reperitur datus terminus in cauſa fol. 93. & compilatus proceſſus. dicti hæredes dicti Franciſci Antonij dicunt, ipſos nullo pacto moleſtia affici potuiſſe, nec poſſe pro pretenſo inſtrumento per manus Notarij Dominici, cuiùs fides de celebrato inſtrumento ſub die 6. mẽſis Maij 1594. per Franciſcum Antonium venditionis annuorum introituum ducatorum nonaginta vnius pro pretio ducatorum mille tercentum in actis producta fuit. f. 6.

Fit proindè cauſæ huius ſtatus: ſit nè ſtãdum fidei prædicti Notarij Dominici de annuo prædicto cenſu ducatorum 91. vendito? Negatiuè reſpondendum cenſuimus.

8 Quia nimirùm fides prædicta euidentèr falſitatis arguitur, ac conſequentèr non probat. Ipſe enim Notarius fidem facit per hæc verba: *Proùt hæc, & alia latiùs apparent ex dicto inſtrumento rogato manu mei prædicti Notarij, &c.* Inſtrumentum verò prædictum rogatum non inuenitur. Nullo igitur pacto fidei per ipſum factæ ſtandum erit; quia con-
9 tra veritatem, ac conſequentèr falſum. Falſum enim eſt, quod veritati opponitur. ex *S. Thom. 2. 2. q. 93. art. 1. in corpor.* & ex Paulo lib. ſingulari de pœnis in *l. quod ſit falſum. 23. ff. ad legem Corneliam de falſis.* Falſum appellat ibi Paulus; *Si quis chyrographum alienum imitetur.* hoc autem contra veritatem eſt. ergò falſum. eiuſdemq; ſenſus fuiſſe videtur Imperator in *l. nec exemplum. 10. C. ad leg. Cornel. de falſis.*

Minor verò inſtrumentum rogatum non reperiri, probatur, quia in prothocollo non
10 inuenitur. negatiua nempe alicuius rei, vel ſcripturæ ex reuolutione probatur actorum, ſiue ſcripturæ ipſius. hanc tibi fidem facimus ex Alexandro Cæſare in *l. iuſtum eſt. 6. C. de edẽdo.* illis verbis: *Vt rationibus publicis exhibitis conſtet quantum ſub nomine ſuo ſolutum ſit.* ex rationibus ergò publicis conſtat quantum ſolutum fuerit. quod ergò ex illis non apparet, ſolutum non præſumitur. ex reuolutione ergò actorum negatiua probatur. firmioremq; hanc facit argumentationem *Gloſſ.* ibidẽm poſt caſus figurationẽ. quæ *Gloſſ.* ab omnibus recepta eſt. admittitq; abſq; hæſitatione *Bart. in l. fin. C. de reb. credit. Rota apud Cardinalem Manticam deciſ. 34. num. 9. & apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 416. num. 5.* ibidèmq; *Beltramin. num. 8. & deciſ. 433. num. 3. & apud Duranum deciſ. 2. num. 3. & deciſ. 6. num. 6. Vincent. Anna alleg. 131. num. 10. Monald. conſ. 125. num. 5. volum. 2. Card. Tuſcus tom. 5. lit. N. concluſ. 30. num. 20. 21. & ſeq. Gratian. forenſ. part. 4. cap. 737. num. 3. & par. 5. cap. 907. num. 26. & 27.* diximus *reſponſ.* noſtra *67. nu. 16. & 17. par. 3.*

Quòd autem in prothocollo præfati Notarij inſtrumentum non reperitur, adſtruitur ex fide Scribæ per Magnificum Iudicem Magnæ Curiæ Vicariæ tranſmiſſi ad perquirendum prothocollum. Aſſerit enim, prothocollum perquiſiſſe; & in illo inſtrumẽtum non reperiſſe. fol. 90. in proceſſu. ex reuolutione verò actorum negatiua probatur non exiſtentiæ ſcripturæ, vt paulò antè diximus. ergò inſtrumentum prædictum actum
11 nõ fuit; nec ſtipulatum. Quia profectò quod ſcriptum non reperitur, actum minimè præſumitur. Probant hoc Imperatores Leo, & Anthemius in *l. nè paſſim 13. aliàs fin. C. de iur. & fact. ignorant.* quatènus Imperatores decernunt: mulieribus; *In ijs tantùm caſibus, in quibus præteritarum legum authoritas eis ſuffragatur ſubuenīri.* in eo ergò quod in illis ſcriptum non inuenitur, non eis ſubuenitur. quod ergò ſcriptum nõ inuenitur, actum nec præſumitur. firmatur ex *Gloſſ.* ibidèm poſt caſus figurationem in 1. notabili. & verbo *auctoritas in fin. Corneus conſ. 191. nu. 2. lib. 1. Dec. in d. l. iuſtum eſt. nu. 3. C. de edendo. Aymon conſ. 1. num. 10. & conſ. 138. nu. 5. Caputaquen. deciſ. 192. num. 3. part. 3. Rota apud Sanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 13. num. 10. & apud Card. Caualer. deciſ. 35. num. 2. deciſ. 110. num. 2. & deciſ. 535. nu. 4. & 5.*

12 Vno quippè ex tribus modis de inſtrumento apparere poteſt: vel per ipſum in forma probanti extractum; vel ex prothocollo;

vel

vel demùm ex matrice, ſiuè baſtardello,
quod vocant. deducitur ex Gloſſ. in l. qui-
cunq;2. verbo iudice. ff. de fide inſtrum.
neutro horum modorum de hoc apparet.
13 igitur non extat. Vocatur hoc argumentum
ab Ariſtotele inductio, ſiuè ex ſufficienti
partium enumeratione; quod ſanè, etiam
negatiuè firmum eſt. argumento hoc vſum
videmus Gregorium Magnum illum Ioan-
ni Rauennateuſi Epiſcopo ſcribētem in can.
contra morem.8.§ illud frater.in fin. diſtin.
100.argumentum damus: Quòd ſi hoc non
oſtenditur,reſtat,poſtquàm talia agere,neq;
conſuetudine generali,neq; priuilegio vendi-
cas;vt vſurpaſſe te comprobes, quod feciſti,
eodemq; modo Alexander Secundus in can.
ad Sedem Apoſtolicam 1. §. quid igitur di-
cent.35.quæſt.5. Et quidem non in forma
14 probanti de inſtrumento hoc conſtat; quod
non ita producitur;neq; ijs requiſitis notatũ,
quæ ex iuris ratione perquiruntur,vt inſtru-
mentum publicum dicatur,eiq; fides habea-
tur.ad notata per l.generali lege.3.verbo ſer-
uituti.in fin.C.de tabul.lib.10.ex Iuſtiniano
Imperatore in l.contractus.17.C.de fide in-
ſtrument.ibidèmq; Gloſſ. verbo in Mundũ.
hoc enim dicitur originale. ex Florentino
lib.10. Inſtitutionum in l. vnum teſtamen-
tum.24.ibidèmq; Gloſſ. verbo exemplis.ff.de
teſtament.Bart.in auth.ſi quis in aliquo do-
cumento.num.3.C.de edendo. ibidèmq; Bald.
Salicet. & alij.ſequitur Gratianus alios refe-
rens par.5.cap.889.nu.2. & 3. vbi de com-
muni teſtatur.& num.12. & par.4.cap.736.
num.27.Regens Ioannes Franciſcus Sanfe-
licius deciſion.183.num.1.tom.2. Bart.in l.ſi
quis.6.§.ſi initium.num.5.ff.de edendo. Fe-
lin.in cap.1.nu.2.de fide inſtrum. Rota apud
Sanct.mem.Gregor.XV.deciſ.393.num.1.&
ſeqq.& apud Farinac. poſt primum volumẽ
conſiliorum coram Corduba in vna Caſerta-
na beneficij 1600.deciſ.132.nu.1. ibidèmq;
15 Centolinus addens.& in Regno iuxta formã
Conſtitutionis Inſtrumentorum robur, vt
minimum tribus teſtibus ſubſcriptum ap-
pareat. Afflict.deciſ.166.num.1.Non ex pro-
thocollo, quod in prothocollo ipſo deſcrip-
tum nõ reperitur, vt ſupra animaduertimus,
ex fide Scribæ cauſæ mandato Iudicis facta
16 apparere.Niſi enim in Mundum,hoc eſt or-
natum,vel prothocollum. vt Gloſſ.inquit in
d.l.contractus.17.verbo in inſtrumento. C.
de fide inſtrum.& §. illud quoq; in auth. de
Tabellionibus.collat.4.ibidèmq; Gloſſ.verbo
17 prothocollum,quod ex Græco, prima dici-
tur collatio.ſiuè prima ſcriptura, vt Rota ap-
pellat apud S.memoria Gregor. XV. deciſ 3.
ſub num.1.in fin.Gloſſ.in cap.cum P.Tabellio
15.verbo perpetuam firmitatem. in fi. de fide
inſtrumentor.Gratianus d. cap.889. num.8.
inſtrumentum redactum fuerit in charta,nõ
vtiquè probat. Vrſillus ad Afflict. deciſ.14.
num.6.idem Afflict.deciſ.6.num.3.& Vrſil-
lus ibid. num.6.& idem Afflict. in Conſtit.
Baiulos omnes nu.14.& ſeqq. Reg. Io. Fran-
ciſcus Sanfelicius.deciſ.182.nu.8.tom.2.
18 Neq; demùm ex matrice, ſiuè Baſtardel-
lo,quod vocant, quod multò minùs probat.
iuxtà Pauli Merendæ conſil.96.nu.25.par.2.
meminiſſe videtur, Grãmat.in additionibus
ad Afflict.d.deciſ.6.lit.A. verbo in Ciuitate
Neapolitana.Gratianus d.cap.889. numer.7.
& num.13. Quia illud non reperitur. Non
19 itaq; extat inſtrumentum. Nullam proindè
fidem facit fides, quam Notarius dedit de
inſtrumento à ſe confecto, quod verè non
apparet. erit propterea falſa habenda; quia
20 à veritate deuiat, ſinè qua nihil ſubſiſtere
poteſt,& quæ cum falſitate conflictatur,eãq;
perſequitur, ſuntq; ſibi inuicem contraria
veritas,& falſitas. ex Auguſtino contra litte-
ras Petiliani in can.qui peccat.40.§.non enim
23. quæſt.4. Afflictus deciſ.299. nu.6. Neq;
21 creditur, fideſq; habetur Notario atteſtanti
de inſtrumento à ſe geſto de præterito, niſi
de illo appareat. ex Auth. ſi quis in aliquo
documento. C. de edendo. ibidemquè Gloſſ.
poſt caſus figurationem in ſecunda ratione,
quæ adamuſſim ad rem noſtram loquitur.
22 Quia non creditur (inquiens) tabellioni, niſi
de geſtis tempore confecti inſtrumenti; ſed
tunc temporis non fuit confectum originale,
ergò de eo non creditur ſibi.iſtam rationem
ponit Innocent. in cap. cùm in iure.de officio
delegati extrà. Sic Gloſſ.Abb.conſ.92.in fin.
part.1. Afflict. notantèr ad rem hanc deciſ.
48.num.2.& 3. Benintendis deciſ.2. Gram-
maticus deciſ.79.num.15.& 16. Rota in
poſthumis Farinacij deciſ.429.num.2.tom.1.
& apud eundem Farinacium poſt 2. volum.
conſiliorum in Vratiſlauien. Spolij 4.Iunij
1610.coram Pirouano deciſ.289.num.6. &
apud Cardin.Caualer.deciſ.272.num.4. &
5.& deciſ.609.n.4. Caputaquenſ. deciſ.285.
n.3.4. & 5.part.3.atq; adamuſſim Regens
Sanfelicius dict. deciſ.182.n.1. & ſeqq. per
totam. in fortioribus terminis loquens de
exemplo per extenſum, & deciſ.183.
23 Præterquàm quòd fides ipſa ad inſtrumẽ-
tum ſe omnimodò refert: Proùt hac (dicens)
et alia latiùs patent ex dicto inſtrumento ro-
gato manu mei prædicti Notarij, ad quod me
refero, &c. Nullam proindè maiorem fidem
facere poterit, quàm inſtrumentum, quod
non extat, quod non apparet. Crede Gloſſ.in
d.Auth.ſi quis in aliquo documento. poſt ca-
ſus figurationem in tertia ratione ſuper pro-
poſitione ab ea facta: quòd exemplo nõ cre-
24 ditur; quæ ſic infert: Tertia ratio eſt, quia
quando vnum inſtrumentum habet relatio-
nem ad aliud, oportet, quòd conſtet de cæte-
ro, ad quod ſit relatio: quia ſi deficit exemplũ,
deficit exemplatum. vt ff. de conditionibus, &
demonſtrat. leg. in teſtamento. 1. Hic verò
nihil conſtat de relato, ad quod ſe refert
Notarij huius fides. nihil ergò probabit; nul-

KKK 2 lamq;

lamq; præſtabit fidem, vt ex ea conueniri
hæredes valeant Franciſci Antonij.faciat hãc
tibi fidem Paulus lib.5. ſententiarum in *d.l.*
quicunq;2.ff. de fide inſtrumentor. verba
audias,& conticeſces:*Quicunq; à Fiſco con-*
uenitur, (inquit) *non ex indice, & exemplo*
alicuius ſcripturæ; ſed ex authentico conue-
niendus eſt: ita ſi cõtractus fides poſſit oſten-
di. Cæterum calumnioſam ſcripturam vim
in iudicio obtinere non conuenit. Sic Paulus,
cui accedit *Gloſſ.*verbo *non conuenit* ad rem
noſtram ſatis aptè inſerens: *Immò qui eam*
oſtendit, niſi veritatem adſtruxerit, vt falſa-
rius punitur.& hanc ſequitur ſententiam ex
*d.text.*Regens *Sanfelicius dict. deciſ.*182. *nu.*
1. *& ſeq.*

Accedit his quoq; nec inferior alia per-
penſio; quòd eodem anno 1594.die 20. mẽ-
ſis Decembris præfatus Dominus Andræas
vendidit cum pacto de redimendo eidem
Franciſco Antonio annuos ducatos ducen-
tum,& decem ad rationem ſeptem pro cen-
tum,pro pretio ducatorum trium mille,ma-
nu eiuſdem Notarij Dominici.Die verò 30.
eiuſdem menſis,& anni 1594.recepit dictos
ducatos tres mille à dicto D.Andræa,& ei-
dem retrouendidit dictos annnos ducatos
210.manu eiuſdem Notarij, qui notauit ad
marginem primi inſtrumenti, dictumq; in-
ſtrumentum in prothocollũ dicti anni 1594.
retulit, vt reſtatur Notarius conſeruator
ſchedæ, & ſcripturarum dicti Notarij fol.96.
& 97.in actis.& nihilominùs hoc inſtrumen-
tum iuit poſterius inſtrumento prædicto, de
quo ipſe Notarius fidem dedit,cùm afferatur
factum die 6.menſis Maij 1594.hoc autem
in prothocollum relatum minimè reperitur;
aliud verò,quod fuit poſterius, menſe De-
cembris die 20. in prothocollum extenſum
legitur, inueniturq; Signum igitur non leue
eſt, neq; leue argumentum, indiciumq; ſed
ſatis firmum: *I*nſtrumentum hoc non verè
fuiſſe celebratum. vt à poſteriori argumen-
25 tum ducamus, vti Gregorius Clero, & no-
bilibus Ciuibus Neapolitanis ſcribens ar-
gumentatus & ipſe fuit in *can.priuſquam*
*ad nos.4.diſt.*18. ab effectu paruæ filiæ con-
ſequentiam inferens incontinentiæ electi
Archiepiſcopi. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *filiam.*
ad rem hanc noſtram dicens: *Nota, quòd*
26 *per factum ipſum probatur aliquid.*quem-
admodum & Hotſmida Papa, & ipſe
eodem vtitur argumento in *can.ſi quis Dia-*
conus 20.§ *quod ſi eos.diſt.*50. & Innocen-
tius Papa in *can.propoſuiſti.*2. *diſt.*82. ſe-
quuta fuit Rota *apud Burattum deciſion.*38.
27 *num.* 5.*in fin.* Cùm equidèm inſtrumenta,
quæ in prothocollum referuntur ordine re-
ferantur ſucceſſiuo dierum, & menſium, &
anni: refert autẽ inſtrumentum anno 1594.
die vigeſimo Decembris cõfectum, & aliud
die 30. eiuſdem in margine; inſtrumentum
verò,quod 6. Maij anni eiuſdem 1594. cele-
bratum aſſerit,quod præcedere, & anteire
vtiquè debebat, minimè refert. à poſteriori
itaq; celebratum non præſumitur. nec eum
memoria fallere facile poterat, cùm de
eiſdem perſonis, eademq; materia ageretur.
Hic vtiq; intermiſſus ordo, quem ſeruare
debuiſſet,indicium non leue, quin ſatis eui-
dens exhibet, inſtrumentum hoc celebratũ
minimè fuiſſe.argumẽto quidẽ à poſteriori,
28 vt diximus, & à conſuetudine Notariorum
excepto,quod ſatis præualet. ad *text in l.vel*
*uniuerſorum.*12.ibiq; *Gloſſ.*1 *ff de pignorat.*
*actione.l.ſi ſeruus plurium.*35.§.*vlt.ff.de*
*leg.*1.*cap.conſtitutus.*6. §.*cùm autem.de* Re-
ligioſis domibus.cap.cùm Martha 6.§. *cæte-*
*rùm.*ibidemq; *Gloſſ.* verbo *probabilius.de*
*celebrat.miſſarum,*noſter *Maranta conſ.*77.
*n.*4.*Vincent.de Franchis dec.*55.*num.*9. *Ro-*
*ta apud Card.Manticam dec.*94.*nu.*4.*& dec.*
266.*n.*4.*& apud Duranum dec.*368. *nu.*17.
*par.*2. *& apud Gregor.XV.* S.Memoriæ *dec.*
326.*nu.*29.*Gonzalez ad regulam* 8.*Cancell.*
*Gloſſ.*18.*n.*11.

Non itaquè dicant Aduerſarij, conſtare
de inſtrumento ex partita Banci publi-
ci Olgiatti, ex qua apparet, dictum
Franciſcum Antonium recepiſſe à dicto
D. Andręa ducatos mille ducentum pro
cauſa præfata annui cenſus ducatorum 91.
probari fidem ſaltim per hoc adminicu-
lum.

29 Nàm partita illa Banci, & ſi probet ſolu-
tionem pecuniarum, non tamen probat
cauſam ſolutionis, proptèr quam ſolutio
ipſa facta fuit,pro emptione ſcilicèt, vendi-
tioneq; annuorum duc.91. quia illam aſſerit
relatiuè(*Come per inſtrumento per mano dè*
30 *Notare N. al quale s'habbia relatione,&c.*)in
referente verò,non magis eſſe poterit,quàm
in ipſo ſit relato,vt id attendi debeat, quod
in relato eſt, non quod in referente dicitur.
teſtatum hoc facit Paulus lib. ſingulari de
iure codicill.in *l ſi ita ſcripſero* 38.*ff. de con-*
dit.& demonſtr. teſtamento enim ſcriptum
legatum: *Quantum codicillis Titio legaue-*
ro: ex his, quæ in codicillis explicata fue-
rint,legatum firmitatem obtinet. *d. Auth. ſi*
quis in aliquo documento, C.*de edendo.cap.*
Abbate Sancti Syluani 25. *de verborum ſi-*
*gnificat.*noſter *Maranta conſil.*120. *ſub nu.*
19.*circà fin. verſ. quia relatio facta ad ſcri-*
pturam. Rot. apud Sanct. Memor.Gregor.
*XV. dec.*439. *nu.*1. *& in recentiorib. part.*1.
31 *deciſ.*1.*num.*6.*Gratianus forenſ.par.*3.*capit*
501.*numer.*16 Retrahetur enim relatio ad
terminos relati,quatènus in relato erit; præ-
ſertim verò ſi ſcripturæ ſint ſeparatæ (vt in
hoc facto.) quod adnotauit Rota *apud eundẽ*
*Gregorium XV.deciſ.*433. *numer.*10. *&* 14.
32 Quia nimirùm ſcriptura attẽditur,ad quam
fit relatio,non ipſa referens. *l. aſſe toto* 77.*ff.*
*de hęredib. inſtituendis .l. ait prætor.*5. §. 1.
ff.de re iudicata. ex Paulo lib.22. ad edictũ
in

in *leg. certum. 6. ff. de rebus creditis* , *& ſi*
certum petatur. noſter *Maranta conſil 67.*
*nu.2.in fin.Rota par.1.diuerſorum deciſ.*121.
numer.6. & apud Cardinal. Manticam dec.
352.*num.2 & apud Card.Caualer.deciſ.94.*
num.7.& 8.relatum verò non inuenitur.ni-
hil ergo magis in referente eſſe poterit. pro-
batq; dictus *Regens Sanfelicius d.deciſ.*182.
num.2.

Præterquàm quòd in ipſa partita Banci
non eſt ſuppoſitio fundi , ſuper quo cenſus
33 conſtitui debet. Eſt quippe cenſus ius exi-
gendi penſionem , ſiuè reditus ex re vtili,
ſiuè fructifera alterius. iuxtà finitionem,
quam tradunt *Toletus Inſtructionis Sacer-
dotalis lib.5.cap.42. num.1. Petrus Binsfel-
dius in enchyriaton Theologiæ paſtoralis
par.3.cap.27. §.1. Boninſignius de cenſib.
cap.2.nu.1.Cencius de cenſib.par.1.cap.1.q.
3.art.2.nu.1.* Omninò propterea ad inſtru-
34 mentum reuoluendum erit , vt ipſa cenſus
conſtitutio appareat , atq; fundi ſuppoſitio,
atquè pacta eliciantur executiua cum con-
ſtitutione præcarij,& conſtituti , aliaq; quæ
in ſimilibus apponi, vel poſſunt,vel debent.
quæ requiſita tredecim numero percurrit
optimè *Viuius deciſ.369. lib.2.* infra quoq;
referendus. Inſtrumentum autem hoc non
apparet , non inuenitur,non eſt. remanet
proindè ſola apocha bancaria cum aſſer-
tione intereſſe annui. erit idcircò purū mu-
tuum , & ex aſſertione intereſſe , vſurarius
35 contractus. Nam vſura erit quicquid ſorti
accedit ex cauſa mutui , & plus exigitur,
quàm datur.*can.ſi fœneraueris* 1.& ex Am-
broſio *can.pleriq;* 3.& ex Concilio Agathē-
ſi in *can.vſura* 4.14. *q.3.* vel vt eam definit
*Card.Tolet.eod.lib.5.cap.28.nu.*1. Eſt lucrū
rei pecunia æſtimabilis , ratione mutui
principalitèr proueniens. Si itaq; vſurarius
contractus ex cauſa puri mutui, vel palliati,
36 quicquid ratione præſumpti intereſſe acce-
ptum fuit,in ſortem computabitur, cum
obligatione reſtitutionis eorum , quæ ſortē
37 ſuperant.quia nimirum vſuram qui accipit,
rapinam facit.ex Ambroſio *can. ſi quis vſu-
ram.*10.14.*q.*4. breuibus dicente : *ſi quis
vſuram acceperit,rapinam facit,vita non
viuet.* Quia mortalitèr peccat, cum obliga-
tione reſtitutionis. vt *Gloſſ.* ibidèm verbo
rapinam. argumentatur dicens: *Si ergo vſu-
rarius eſt raptor. ergo in eum non transfer-
tur dominium.* niſi quatenùs(addas tu)in
ſortem principalem excomputet , quod ac-
cipit. quod itaq; plus habet ex pecunia da-
ta,reſtituere tenetur. ex Vrbano III.in *cap.
conſuluit nos.*10.*in fin. extra de vſuris.l.in-
debitas.*18. *C. de vſuris,* ibidèmq; *Gloſſ.*ver-
bo *nō potuerint.S.Thomas* Angelicus ille
Doctor 2.2.*q.*78.*art.*2. *&* 3. *Nauarr.man.*
38 *cap.*17.*nu.*266. *& n.*233. in hac noſtra cē-
ſus materia loquens , quòd ſit contractus
vſurarius, & mutuum palliatum,ſi non iux-
tà iuris formam factus appareat. ſequiturq;
*Maſtrillus dec.*141.*n.*3.*&* 4.in hac materia
cenſus loquens , quòd ſcilicet ſi non ſerue-
tur forma conſtituta in ipſa cenſus conſtitu-
tione , contractus nullus euadit.& *Viuius
deciſion.*369.*num.*1. *& per tot.* requiſita
tredecim, enumerans , quibus contractus
cenſualis firmari debet , ne vſurarius eua-
dat.*& num.*17.18. *& ſeq.lib.*2. argumento
ſumpto ex Vlpiano lib.6.ad Sabinum in *l.*1.
*§.ſed & ſi ob cauſam,ff de conditione ſine
cauſa.* quatenùs docet,conditioni locum fo-
re, ſi quid promiſſum, vel datum fuerit ob
cauſam,quę vel finita ſit,vel ſecuta non fue-
rit.quo argumento ex dicto *text.*in hanc rē
noſtram vſurariam;teneri accipientem vſu-
39 ras reſtituere,quàmuis quòd fortaſsè bona
fide contraxerit,ab initio non peccarit; vſus
eſt *Nauar.conſ.*4.1.*quæritur ad* 2.*quæſt.nu.*
10.*& num.*12.*lib.*5. *de vſuris.Rota apud S.
memor.Gregor.XV.deciſ.*80.*num.*1.*&* 2.*&
nu.*9.& apud *Card.Seraphin.in Vrbeuetana
cenſus* 18. *Decembris* 1592.*deciſ.*106.*nu.*6.
quam ſequitur *Gratianus* in his terminis
*forenſ.par.*4.*cap.*717.*num.*11.12. *&* 13. ad-
dens,quòd neq; confirmatio partium, neq;
obſeruantia ſubſequuta,neq; conſenſus Pa-
pæ poteſt conualidare cenſus conſtitutionē
ab initio nullam.Hic verò licèt cauſa in ce-
dula banchatia adiecta fuerit , pro annuo
cenſu ducatorum 91. referens ſe ad inſtru-
mentum deſuper confectum : non tamen
apparet de ipſo inſtrumento. cauſa igitur ad
non cauſam reducitur. remanet propterea
pecuniæ ſolutio ex cauſa puri mutui,vel ſal-
40 tim palliati,ob dilatam ſolutionem,vt qua-
ſi comparare pecuniam videatur. ad Pauli
ſenſum lib.5. ſententiarum in *l. in fraudem
fiſci* 45.*§ fiſcalibus debitoribus.* ibidèmq; ad
rem *Gloſſ.*verbo *ad comparandam,ff.de iure
fiſci. Abb.d.cap.conſuluit.*10.*nu.*7.*de vſuris.
Rota apud Gregorium* XV. *d.deciſ.*80.*nu.*2.
eſt ergo vſura quicquid ex illa exigitur , vel
exactum fuit. cum ſorte itaq; cōputabitur,
remanente obligatione reſtitutionis pro
eo,quod vltrà ſortem exactum fuit. vt dixi-
mus.

41 Quam ob cauſam de duobus alterum af-
firmari oportebit: vel dictos Dominos ab
initio ex puro mutuo conueniſſe ſub aſſer-
tione contractus cenſualis, vndè mutuum
fuit palliatum, atq; conſequentèr vſura , &
citrà difficultatem vllam pro nobis res eſt :
vel verò, ab initio quidèm egiſſe, vt contra-
ctus cenſualis eſſet , atq; ad hunc finem ſo-
lutas fuiſſe pecunias , & nihilominùs, licèt
ipſi in bona fide fuerint,vt nullo modo pec-
carint; tamen cùm inſtrumentum indè con-
fectum non fuerit , ex poſt facto ſaltim con-
tractus in mutuum purum , vel ſaltim pal-
liatum reſolutum fuit; quia ipſa intereſſe
ſolutio , ob dilatam ſolutionem ſortis inter-
42 ceſſit. fuit proindè vſura. quod velis ei no-
men

Digitized by Google

men imponas, vſura eſt. vt Ambroſius loquitur *d.can. plerique 3.§. & eſca.14.q.3.*

43 Cum pecunia ex natura ſua, (& vt ſic) fructum non pariat; ſed inuenta ſit dumtaxat ad commutationes faciendas.ex Ariſtotele *5.Ethicorum cap.5. & 1.Politicorum c.16.* & S.Ioanne Cryſoſtomo ſuper Matthæum in *can. eijciens Dominus.11.§.ſed eſt. diſt. 87.Rota apud Gregor.XV.d.deciſ.80.num.9.*

44 quam ob rem, ſecundum ſe illicitum eſt pro vſu pecuniæ mutuatæ pretium accipere, quod quidem vſura dicitur. *Vndè ſicut alia iniuſte acquiſita tenetur homo reſtituere: ità pecuniam, quam per vſuram accepit.* vt Sanctus docet Doctor *Thomas* Aquinas Prædicatorum Ordinis, & Eccleſiæ ſanctæ

45 lumen *2.2.d.q.78.art.1.in corpor.in fin.* Ad dignoſcendum quippè, vtrum contractus aliquis vſuræ labe inſectus ſit, id ex regula attenditur, vtrum mutuum formalitèr, vel virtualitèr ſaltim, inuoluatur; vt quicquid vltrà ſortem illius cauſa exigatur, vſura ſit. ex *Molina de iuſtitia, & iure tom.2. de contractibus diſput.303.nu.8.Couar.lib.3. variar. reſolut.cap.7.nu.3. verſ.ſecunda ratio.Binsfeld.in enchyridion Theologiæ paſtoralis p. 3.cap.21.§.3.*noſter *Maranta conſ.113.nu.3.* diximus *reſponſ.*noſtra *20.num 104.part.1.* Vel equidè virtualitèr in hac re mutuũ inuoluitur, atq; (vt dici ſolet) palliatè, & vſura eſt; vel formalitèr, & multò magis expreſsè vſura eſt. Quod velis ei nomen imponas, cùm vltrà ſortem exigatur, vſura eſt. vt ex Ambroſio *d.can.pleriq.3.14.q.3.* paulò antè diximus, & dixit *Rota in Romana conditionis indebiti 19. Ianuarij 1583.coram Card. Seraphino deciſ.24.nu.3.poſt 1. volum.conſil.Farinac. & in Senogallien.prædij 1581. coram Bubalo deciſ.30.numer.3.eod.volum.*

46 Quia nimirùm cùm negotium id ad purum mutuum reducatur; ex eo fructus recipi minimè poſſunt, cùm ſit vſura. *Rota in Romana Societatis 1600. coram Card. Mellino deciſ.136.num.1.in fin.poſt 1.vol.conſil.Fa-*

47 *rinac.* ibidèmquè *Centolinus* addens. Et vbicunq; contractus in mutuum reſoluitur, ſtatim in promptu vſura eſt. *d.cap.conſuluit, nos.10. de vſuris.* Rota *in Mediolanen. cambiorum 19.Iunij 1581. coram Aldobrandino* poſtmodùm Clemente VIII. fœlicis memoriæ *deciſ.16.num.4.in fin.& num.8.poſt 2. volum conſiliorum Farinac.*

Nec obſtaculum facient ex cedula Bancharia ex Banco Sancti Eligij extracta, qua anno 1605.die 26.Ianuarij Franciſcus Antonius ſoluit Mario vti hæredi Andreæ aut duc.76.2.10.pro annata finienda à 2. *di Febraro primo venturo.*

48 Quia nimirùm, vt in ſuperioribus diximus, apocha, ſiuè cedula præfata ſolutionem ducatorum 76.2.10.probat, non autem cauſam proptèr quam ſolutio facta aſſeritur; ex cauſa ſcilicet annui cenſus: habet nempè ſe apocha relatiuè ad inſtrumentum, *come appare in Curia di Notare N. e Notare N.* Eatènus igitur cauſam probabit, quatenùs de ea apparuerit per inſtrumentum à dictis Notarijs rogatum; & in relato erit. vt in ſuperioribus perpendimus. Inſtrumentum autem hoc non inuenitur, non apparet, non eſt. nullum ergò producere effectum alium ipſa apocha poterit, quàm inſtrumentum ipſum aſſertum, quod non eſt, producit, vel produ-

49 cere poteſt. Quoniam, quod nihil eſt, non poteſt eſſe alicuius generis ſpecies. vt ex Philoſopho *S.Thomas* loquitur *2.2.q.94. art. 1.*

50 *in 3.argumento.* Nec conſequentèr poteſt aliquid operari: primum enim in eſſe rem oportet conſtitui, deindè ex illa exiſtente operationes procedunt, prodeuntuè. ex Philoſophorum doctrina. qua vſus videtur Caius Iureconſultus lib.2. rerum quotidianarum in *l.adeò quidèm 7.§.cùm quis ex aliena materia.ff.de acquirendo rerum dominio.* dilucidiuſq; ex Pomponio in *l.ſi ſeruum. 4.§. 1.ff.de actionibus empti.* docente his verbis: *non poteſt æſtimari bonitas loci, qui non extat.* ibidèmq; *Gloſſella* marginalis, quæ hanc elicit propoſitionem: *non poteſt eſſe qualitas ſine ſubiecto.* diximus *reſponſ.*noſtra *50.nu.9.*

51 *& 8.part.3.* Quinimmò vbi res deeſt, nec nomen quidem habetur. ex *Gloſſ.in can.quæ ipſis 5.*verbo *vix.diſt.38.* tantum abeſt, vt ex ea operationem conſequatis.

Quam ob cauſam, veluti in ſuperioribus diximus; vel ob dilatam ſolutionem acceptarũ pecuniarum interuſurium hoc ſolutum

52 fuit; & cùm pecuniæ dominium in accipientem translatum fuerit; eius enim facta fuita ex Paulo lib.28.ad edictum in *leg.mutuum, 2.§.appellata eſt autem.ff.de rebus creditis, & ſi certum petatur.* ex re ergò aliena lucrũ contra iuſtitiam accepit, atq; conſequentèr ob dilationem temporis. quod eſt vſura: vt diximus, & docet *S.Thom. 2.2.d.q.78.art.2. ad 5.Gratianus forenſ.part.4.cap.756.nu.35. & 36.* vel verò in ſolutionem annui cenſus, cuius conſtitutionis inſtrumentum non inuenitur: & cùm de conſtitutione dicti annui cenſus non appareat, vtiq; reſoluetur contractus in mutuum virtuale, ſiuè palliatum, vt diximus, eritq; vſura.

Quod velis itaq; ei nomen imponas, vſura erit. vt ex S.Ambroſio *d.can. pleriq; 3.§.& eſca 14.q.3.*diximus.

53 Nec dicant, ſaltim ex ratihabitione per ſolutionem confirmatam videri annui cenſus conſtitutionem. ad regulam *ratihabitio 10.de regulis iuris in 6.*

54 Quod nempè nullum eſt, & eſſe non habet, ratihabitione firmitatem non vtiq; obtinebit. ad *tex.in can.nullus alterius.1.9.q.2. can.regula veſtra.2. in fin.* ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *ratum.diſtinct.17.* Innocentius III. in *cap.auditis 29.circa fin.de electione extra.* ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *ex poſt facto.in fin.* & ex

Digitized by Google

55 ex eadem regula *ratihabitio* 10. quatenùs
ſupponit factum, de eo, quod ratum haberi
poteſt. ex Vlpiano lib. 69. ad edictum in *l. hoc
iure vtimur*. 195. §. *deiecit. ff. de regulis iuris*.
ex eius verbis argumentum ſumentes: *De-
iecit* (inquit) *qui vel iuſſit, vel mandauit, vel*
56 *ratum habuit. Rati enim habitio mandato
comparatur*. ratum habuit, factum ſcilicet. vt
Gloſſ. etiam ibidem aduertit verbo *deiecit*.
non itaq; ſolutione, quaſi ratihabitione, fir-
mari potuit, quod eſſe non habuit, neq; ha-
bebat. & in hiſce noſtris terminis conſtitu-
tionis cenſus, quod neq; conſenſu partium,
neq; obſeruantia ſubſequuta, neq; etiam Pa-
pæ confirmatione validari valeat, dixit Rota
in Romana cenſus 15. *Iunij* 1595. *coram
Cardin. Blanchetto*. quam refert *Gratianus
forenſ. part. 4. diſc. cap.* 717. *nu*. 13.

Neque inſtes vlterius; probari cenſus con-
ſtitutionem ex fide Notarij in actis produ-
cta.

57 Primò, quia fides eſt de præſumpto actu,
& inſtrumento à ſe geſto de præterito. pròp-
tèr hanc cauſam Notario fides non habe-
tur, vt ſupra diximus.

Deindè, quia fides eſt relatiua ad inſtru-
mentum; ideòq; non magis ipſa probabit,
quàm inſtrumentum, quod non extat. idcir-
cò fidem prædictam falſitatis coarguimus
in ſuperioribus, deducitq; dictus Regens
Sanfelicius d. deciſ. 182. *num*. 1. & 2.

58 Cæterùm fides inſtrumentum non eſt. cō-
ſtitutio autem annui cenſus per inſtrumen-
tum probatur authenticum. ex *extrauagan-
tibus* Martini V. & Calixti Tertij. 1. & 2. *de
emptione, & vendit. inter communes*. & Ni-
colai V. ac Pij V. relatis à *Quaranta in ſum.
bullar.* verbo *contractus cenſualis*. & dictum
fuit in Rota *in Romana cenſus* 23. *Iunij* 1608.
coram S. mem Gregor. XV. deciſ. 375. *nu*. 1.
& ſequent. ſequiturq; *Gratian. par. 4. forenſ.
cap.* 796. *num*. 1. *& ſequent*. ad *text. in d. l. 2.
ff. de fide inſtrument*. ibiq; notatis per *Gloſſ.*
& *Gloſſ. in cap. 1. §. poſtquàm autem*. verbo
in ſcriptis. de cenſibus lib. 6. & *Gloſſ. in l. pa-
ctum, quod bona* 17. verbo *ſecundùm ius*, ibi-
dèmq; *Bald. C. de pactis*. notat expreſsè *Vi-
uius d. deciſ.* 369. *num*. 7. in quarto requiſito,
dicens: omninò requiri ſcripturam præſenti-
bus teſtibus, & Notario. non per nudam No-
tarij fidem de actu præterito; quæ non pro-
bat; potiſſimùm cùm ſit relatiua ad aliud, vn-
dè deſumpta aſſeritur, nec in rerum natura
apparet de relato. ad *text. in d. Authent. Si
quis in aliquo documento. C. de edendo*. ex
Gloſſ. ibidèm verbo *ſi quis in aliquo docu-*
59 *mento*, docente, documētum exaudiri ſcrip-
turam publicam, non priuatam.

Nec demùm obſtabit ex decreto Magnæ
Curiæ Vicariæ, quo creditores damnati fue-
runt Mariæ ad correſpondendum ſingulis
annis in futurum. fol. 21. in proceſſu.

Fuit quippè decretum illud in poſſeſſorio
60 dictum, ad correſpondendum, in quo non
multum laborandum, cùm ſat, ſuperq; ſit
poſſidere, vt mandatum obtineat per inter-
dictum vti poſſidetis. vti enim poſſideris di-
citur, ità poſſideatis. § *retinendæ. & §. hodiè
Inſtitut. de interdict. leg. 1. § interdictum
autem. ff. vti poſſidetis. Rota in recentiorib.
part. 2. deciſ.* 238. *num*. 1. *& apud S. memor.
Gregor. XV. dec.* 100. *nu*. 5. *& deciſ.* 160. *n*. 1.
61 Eſtquè iudicium ſummariſſimum. ad *text.
in clement. ſæpè 2. de verborum ſignificat.
Rota apud Cardin. Manticam deciſ.* 141. *n*. 1.
& 2. Nos autem in petitorio hic ſumus, nō
deberi, dicentes, prætenſum annuum cenſum,
quia de illo per inſtrumentum publicum
non conſtat. neq; in rerum ipſa natura in-
ſtrumentum conſtitutionis dicti annui præ-
62 tenſi cenſus reperitur. Petitorium verò
cum poſſeſſorio commune nihil habet. *l. na-
turalitèr* 12. §. *nihil commune. ff. de acqui-
renda poſſeſſ. Rota apud Puteum deciſ.* 166.
num. 3. *lib*. 1. impreſſionis nouiſſimæ Roma-
næ. *apud Coccinum deciſ.* 378. *nu*. 9. *Cæſar de
Graſſis deciſ.* 1. *num*. 3. *de cauſa poſſeſſion. &
propriet*. diximus *reſponſ.* noſtra 42. *num*. 41.
par. 3.

63 Quin petitorium ipſum in ſe poſſeſſorium
attrahit, abſorbetq; quod illud in ventre
quaſi habere dicatur: ad *tex. in cap. cùm
dilectus*. 6. cum ſua materia ibidèm *de cauſa
poſſeſſion. & proprietat. Abb. in cap. 1. col. 2. de
ſequeſtration. poſſeſſionis, & fructuum. Caſ-
ſadorus deciſ. 9. num. 6. in fin. de cauſa poſſeſſ.
& propriet. Rota apud Cardin. Caualer. dec.
67. nu. 3. & apud Mohedan. deciſ. 206. aliàs 5.
ſub nu. 2. de dolo, & contum*.

64 Multòq; magis, quòd hoc poſſeſſorium à
validitate pendet tituli conſtitutionis cen-
ſus, cuius non apparet inſtrumentum, vt
nullo proficiat modo, ſed conſtare priùs de-
beat de validitate tituli, vt dixit *Rota apud
Card. Seraphin. deciſ.* 1278. *ſub nu*. 4. *& apud
Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 283. *num*. 5.
ibidèmq; *Beltram. n. 8. & p. 2. in recent. dec.*
423. *nu*. 7. *Lancellott. de attentat. p. 3. c. 24. q.*
19. *num*. 4. Et in materia agamus ſuſpitionis
65 vſurarum, vt diximus, propter animæ peri-
culum, ne in peccatum peſſimum vſurarum
inuoluatur. ad *text. in cap. conſtitutus* 8. ibi-
dèmq; *Innocent. in fin. de filijs presbyteror.*
quem ſequitur ad rem hanc *Federic. de Se-
nis conſ.* 283. *num*. 4. & ſequuta fuit *Rota
apud Sanct. mem. Gregor. XV. deciſ* 351. *nu*.
45. Sunt ergò abſoluendi hæredes Doctoris
Franciſci Antonij.

Vt ex his, iudicio non abiecto acriori, ſa-
nioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Æquiuoca diuidenda priùs,definienda poſtmodùm.*

Alioquin nihil certè concluditur.n.2.

3 *Illatio à diuerſis,& ſeparatis nulla bona.*

4 *Veritas nuſquàm latet.*

5 *Occaſio præcepi facilè euolat,& elabitur.*

6 *Gregorius XIII. Summus Romanus Pontifex Ordinariorum iuriſdictionem ſatis tutatus fuit.*

Et malis contra illam occurrit Conſtitutione ſua.

Qua Conſtitutionem Pij V. ad terminos iuris reuocauit.nu.13.

7 *Exēptio ab Ordinariorum iuriſdictione, malorum eſt maxima cauſa.*

In Cappellanis præſertim S. Ioannis Hieroſolymitanæ Religionis.n.9.

Vndè ad illicita frena relaxant.n.10.

Quaſi non eſſent vncti oleo.

Et cauſa ſunt vt nomen Dei blaſphemetur.n.12.

8 *Locus pſalmi 48. 14. Sicut oues in Inferno poſiti ſunt;mors depaſcet eos. expenditur.*

10 *Sacerdotij dignitate nihil in hominibus maius.*

Sacerdotes enim quaſi Dij æſtimati ſunt.

14 *Conſtitutionis Gregorij XIII. verba referuntur.*

Qua quid ſeruandum quòad Cappellanos, & Seruientes Religioni S.Ioannis Hieroſolymitani,ab Ordinariorum iuriſdictione ſtatuitur.expenditur.n.15.

16 *Verba mentem indicant ſtatuentis.*

17 *Lex,vel Conſtitutio, quę diuiſim loquitur, diuiſim quoq; exaudiri debet.*

18 *Princeps fruſtrà loquutus in ſua Conſtitutione videri non debet.*

19 *Dictio(Siuè)diuiſionem indicat.*

Stat quandoq; augmentatiuè.n.20.

Dictio(Seù)inter diuerſa ponitur.n.21.

Quàmuis aliquam ſimilitudinem inter illa arguat.

22 *Seruientes,& Cappellani Religioni S.Ioannis Hieroſolymitani,vt ab Ordinariorum ſint iuriſdictione exempti,quæ requiſita habere debeant ex Gregorij XIII. Conſtitutione.*

Quid verò ſi profeſſi fuerint?n.23.

24 *Profeſſio in Religione emiſſa per ſcripturam probatur.*

Vel per fidem à libris Religionis.n.25.

Qui autem contradicere voluerit,probare debebit.n.27.

26 *Parochi libris de baptiſmo, & matrimonio ſtatur.*

Eiuſq; fidei ab illis extractæ.

28 *Conſtitutio Gregorij XIII. reductionis priuilegiorum exemptionis ab Ordinariorū iuriſdictione Cappellanorum,& Seruientium Religioni S.Ioannis Hieroſolymitani conformis eſt diſpoſitioni Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24.c.11.in fin.de reform.eſt munita clauſulis derogatorijs e num.36.*

29 *Exemptiones ab Ordinariorum iuriſdictione reuocauit Sacrum Concilium Tridentinum.*

Illaſq; Militiarum ad certam reduxit formam.

30 *Fr.Carolus Paganus Eques Hieroſolymitanus quàmuis Nouitius,vel ſaltim tacitè profeſſus, fuit à M. C. V. ad ſuam Religionem remiſſus criminis patrati cauſa.*

31 *Auctor conciliat ſe ipſum cum his,quæ hic, & alibi dixit.*

32 *Epiſcopus liberè iuriſdictionem exercet in omnes,qui in ſua ſunt Diœceſi.*

33 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

34 *Declarationes Sacræ Congregationis ſi non fuerint authenticæ,non probant.*

Ioannis de Gallemarth; & aliorum prælo preſſæ prohibitæ.n.35.

Et in materia exemptionis declarantur ad terminos Sacri Concilij,& Conſtitutionis Gregorii XIII.n.36.

37 *Equites Hieroſolymitani ſunt magis priuilegiati,quàm alij Regulares quòad exemptionem.*

38 *Clauſulę derogatoriæ os parti occludunt,& Iudicem ligant*

ARGVMENTVM.

Cappellani Sacræ Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, Vicarij, aliquè illius ſeruientes, ſiuè profeſſi, ſiuè minimè adhùc profeſſi, à iuriſdictione exempti, nùm ſint locorum Ordinariorum, ſi in crimina dederint, vt in eos illi tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegati, animaduertere poſſint? ad *Sacri Tridentini Concilij* ſanctiones *cap.3. ſeſſ.6. de reformation. & capit.* 11. *in fin. ſeſſion.* 24. de eadem materia. Vndè plenè *Conſtitutio* diſcutitur *Gregorij* XIII. quæ incipit *Circumſpecta in omnibus.*

RE-

RESPONSIO LXXX.

1 PHiloſophorum Principis magni illius
Stagiritæ, nec vulgare eſt præceptū:
Æquiuoca diuidenda prius , defi-
nienda poſtmodum, quod neq; inob-
ſeruatum dimiſere noſtrates in *rub.Inſtitut.*
de iure naturali,gentium,& ciuili. ſequitur-
què *Mandoſius conſ.52.num.4.* ad *text.in*
cap.cùm Ioannes 10. & ibidem *Abb.ſub nu.*
*16.de fide inſtrum.*ſequuta fuit Rota in *Me-*
diolanen. iuris patronatus 8. Iunij 1618.co-
ràm Pirouano deciſ.74.num.4. apud Viuia-
*num in praxi iuris patronatus.*Ni igitur,quę
2 in re hac noſtra æquiuoca ſunt, diuiſerimus;
definiemus nihil certè ; nihil concluſerimus
rectè .

3 Numquid nè rectè inſeremus quicquam
ab his,quæ inuicem ſunt diſſita,longèq; di-
ſparata? Non vtiq; ad *text. in can. propo-*
ſuiſti.2.§.ſed ea planè: in illis verbis:ſed ea
planè diſpar , & diuerſa ſententia eſt.*diſt.82.*
quo etiam modo Vlpianus argumentatus
fuit in *l.Papinianus exuli.21.lib.2.reſponſo-*
rum.ff.de minoribus . & ipſe dicens: *Quid*
enim commune habet delictum cum venia
ætatis?& ipſe idem Vlpianus in *l.naturaliter*
12.§.nihil commune,ff.de acquirenda poſſ.ff.
nec dimiſit hoc Papinianus *l. de ſeruo fin.*&
ibidem notat *Bart. ff.de calumniatoribus.*
quem ſenſum neq; abhorruere Diocletia-
nus,& Maximianus Cæſares in *l.neq; nata-*
les.10.C. de probat. & ſequuta fuit Rota in
Cæſaraguſtana diſmembrationis 24.Ianuarij
1631.coràm Ghiſilerio dec.6.num.11. part.6.
recent.per Rubeum.

Vt ergò , quæ dicimus rectè adſtruamus
(Dominum Franciſcum Cerueram Sacerdo-
tem in Sacra,& Illuſtriſſima S. Ioannis Hie-
roſolymitani Religione profeſſum , ob ad-
miſſum crimen, & ſi extrà clauſtra, eſſe nihi-
lominùs ab Illuſtriſſimi Ordinarij iuriſdi-
ctione exemptum.) quæ ex Conſtitutione
Gregorij fœlicis memoriæ XIII. (25. No-
uembris anno Domini 1580. Pontificatus
verò ſui anno nono.cui initium eſt:*Circum-*
ſpecta in omnibus . in Bullario nouo *tom.2.*
*conſtitut.67.fol.*448. quam etiam refert *Qua-*
ranta in ſumma Bullarum. verbo *priuilegia*
Regularium. fol.mihi 412.) æquiuoca haben-
tur,diuidenda primitùs erunt,atq; ſecernen-
da: ſicq; deinceps ex claris, certis, & indu-
bitatis,certa,& indubitata conſequentia ha-
bebitur,firmiùſq; veritas tenebitur; non, vt
occaſio fugax,occipite caluo in apprehenſa
4 deuolabit. vt enim illa ex Seneca in *Tro.*
quærentibus.

Veritas nunquàm latet.

5 ſic iſta,nè præhendatur, euolat. vt ex Græco
epigrammate Poſidippi Sanctius eloquitur.

Cur villis capitis poſteriora carent?
Si ſemel alatis hominez effugero plantis.
Nè poſſim parte hac poſteriore capi.

Veritatem ideò; vt apprehendamus,& quę
æquiuoca ſunt in hac Sanctiſſimi Gregorij
Conſtitutione diuidamus , vt certa deindè
definiamus,perpendendum planè erit: San-
6 ctiſſimum hunc Pontificem iuriſdictionis
Ordinariorum Mœcenatem tenaciſſimum,
malis occurrere volentem , quæ ex pertur-
batione Ordinariorum iuriſdictionis ab ijs,
7 qui exemptos ſe proclamant, vt in præceps
duriore ſemper caſu ruant.& in Orchum di-
labantur;vndè Chriſti Domini pretioſiſſimo
redemptę animæ ſanguine voraci Inſerorum
ore lupi abſorbentur miſerè , & in æternum,
8 non interituræ necantur. &: *Sicut oues in*
Inferno poſiti ſunt;mors depaſcet eos. pſalm.
48.14.Ouibus eos comparat.(Agellius in eun-
dem locum commentum agit) *tùm ob faci-*
litatem cœdis,tùm ob multitudinem. nullum
quippè animal adeò expoſitum eſt ad cœdem,
aut tàm confertum,aut conſtipatum,vt oues:
Sicut oues igitur à paſtore colliguntur, &
in caulas,atq; ſepta congregantur,ſic illi in
Inferno collecti ſunt.

Ordinariorum,inquàm, iuriſdictionem
vindicare volentem à perturbationibus ,
quæ in dies,quin non in momenta(dixerim)
9 exoriuntur,ab ijs præſertim,qui Sacræ dictę
Hieroſolymitanæ Religioni,vt Capellani in-
ſeruiunt,qui exemptionis clypeo dùm ſe ſa-
tis protectos putant,nè ab Epiſcopis locorū
Ordinarijs cognoſcātur,Sacerdotij gradum,
ſacriq; Presbyterij dignitatem, (qua in ho-
10 minibus nil vltrà,Dij quaſi facti,Dijſq; ſimi-
les æſtimati.*pſalm.71.6.Ioannis 10,34.capit.*
cùm ex iniuncto 12. §.licèt autem.de hęritic.
Card.Iacobatius de concilijs lib.1.art.4.nu.1.
*& ſeqq.tom.13.tractat.*diximus *reſponſ.*no-
ſtra 53.*num.*48.*&* 49.*part.*3.)parum,nihilq;
facientes,quaſi non eſſent vncti oleo 2. *Re-*
11 *gum* 1. 21.ad illicita fręna relaxant.verbis vt
vtamur Bonifacij VIII. in *c. Clericis laicos 3.*
*in princ.de immun. Eccl.lib.6.*pręcipiteſq; vi-
12 tioum ſemitas percurrentes,iugitèr tota die
propter eos nomen Domini blaſphematur.
Iſaia 52.5.& Paulus ad *Romanos* 2.24. No-
13 men enim Dei(dicens) per vos blaſphema-
tur inter gentes : Conſtitutionem olim per
Prædeceſſorem ſuum Pium V.Pontificem,
re,nomine,factiſq; Sāctiſſimum.29.Nouem-
bris 1568.Pontificatus ſui anno tertio ,qua
priuilegia Religioni præfatæ olim per alios
Prædeceſſores indulta confirmauit , eaquè
auxit; ad terminos iuris communis, ac de-
cretorum,præſertim Concilij Tridentini re-
duxiſſe,atq; reducta eſſe voluiſſe , ſtatuiſſeq;
eoſq; dumtaxàt exēptionis priuilegio ab Or-
dinariorum iuriſdictione deinceps, potitu-
ros,quamuis tanquàm Sedis Apoſtolicæ De-
legati Ordinarij procederent, qui ſequenti-
bus tenerentur conditionibus.

14 *Exceptis tamen ijs,*(inquiendo)*qui Eccle-*
ſijs, alijſq; locis dictorum Militum actu ſer-
uiunt, & intrà eorum ſepta , & domos reſi-

*dent, ac ſub eorum obedientia viuunt: quæ
omnia debere ſimul concurrere intelligan-
tur: ſiue ij, qui legitimè, & ſecundùm regu-
lam prædictæ Religionis profeſſionem fece-
rint, de qua loci Ordinario conſtare debeat.
Et ita in præmiſſis omnibus, & ſingulis per
quoſcunq; Iudices, &c. Non obſtantibus, &c.*

15 Duo ergò ex his perpendimus ſanctiſſimi
Pontificijs Gregorij verbis, inuectam vtdi-
ſtinguamus æquiuocationem. Vnum quidē;
ſufficientiam, non ſanè leuem Gregorium
Summum Romanum Pontificem ſtatuere
inter Vicarios, Cappellanos, *miniſtros, ſer-
uientes, aſcriptos, colonos, procuratores, & fa-
miliares Militum huiuſmodi*, non adhuc
profeſſos: & eos, qui legitimè ſecundùm re-
gulam prædictæ Religionis profeſſionem
fecerint. Alterum verò, præfatos Vicarios,
Cappellanos, *miniſtros, ſeruientes, aſcriptos,
colonos, procuratores, & familiares, non ali-
tèr* exemptione ab Ordinariorum iuriſdi-
ctione, quin contra eos tãquàm Sedis Apo-
ſtolicę Delegati de eorum exceſſibus, crimi-
nibus, & delictis etiam extra viſitationem,
quando, & quotiès opus fuerit, inquirere, vi-
ſitare, punire, & corrigere poſſint, exemptos
eſſe: niſi *in Eccleſijs, alijſq; locis dictorum
Militum actu ſeruiant, & intrà eorum ſep-
ta, & domos reſideant, at ſub eorum obedien-
tia viuant: quæ omnia debere ſimul concur-
rere intelligantur*. Eos autem, qui legitimè,
& ſecundùm regulam prædictæ Religionis
profeſſionem fecerint; abſolutè exempros
fore; modò de profeſſione talitèr emiſſa loci
Ordinario conſtare fecerint. Hanc verò mē-
tem Gregorij Pontificis fuiſſe, datamq; æqui-
uocorum diſtinctionem firmam euadere,
16 ſatis luculentèr ipſa verborum textura de-
monſtrat, ex quibus mens patet, in apertūq;
deducitur ſtatuentis. *can. Marcion. 64.* &
ibidèm *Gloſſ.* verbo *in verbis. 1. q. 1.* Augu-
ſtinus in enchyridion cap. 22. in *can is autem
2. 22 q. 2.* & Celſus ex Tuberonis ſenſu in *l.
Labeo 7. §. id Tubero. ff de ſuppellectili legata.
Gregorius Tholoſates ſyntagmatum iuris lib.
24. cap. 1. nu. 1. Cardin. Tuſcus tom. 8. littera
17 V. concluſ. 79. nu. 1. & ſeq.* Porrò Summus
ipſe Pontifex diuiſim in vno, atq; in alio caſu
verbis loquutus fuit. Diuerſimode proindè
ſe exaudiri velle, digito quaſi oſtendere vo-
18 luit. neq; profectò fruſtraneè ſe ita verba
protuliſſe, diuiſionemq; ipſam tradidiſſe, in-
dicare amauit, ad *tex in cap. quia circa 22. §.
ſuper quo, de priuileg. extrà. cap. ſi Papa 10.
eod. tit. in 6. l. vnica.* C. *qui pro ſua iuriſdi-
ctione. l. vnic. in fin. § ſin autem ad deficien-
tis* C. *de caducis tollend.* ad Sceuolæ ſenſum
in *l. non vtiq; 3. §. item Iulianus. in fin. ff. de
eo, quod certo loco dari oportet*. nec minor in
hac re videtur & ille Pomponij in *l. non di-
ſtinguemus. 27. in princip. ff de recept. arbi-
tris. can. ſi* Romanorum *1. diſt. 19. Rota apud
Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ. 281.
num. 9. part. 2.*

Lucemq; nec minorem perpenſioni huic
affert, talem Pontificis Gregorij mentem
19 fuiſſe, dictio illa Sanctuarij ponderata truti-
na, (*ſiue ij*) quæ diuiſim cùm ſtet, diuiſionē,
atq; ſecretionem quandam inter eos indi-
cat, qui profeſſionem legitime, & ſecundùm
dictæ Religionis regulam emiſerint; & eos,
qui nullam fecerint talem profeſſionem. vt
in iſtis illa coniunctim perquiſita, ſuperiùs
enumerata, intercedere debeant; quæ in illis
minimè deſiderantur, niſi quòd profeſſionē
legitimè fecerint, & de ea loci Ordinario cō-
ſtet. ad Iuliani ſenſum in *l. ſi is, qui ducenta
14. §. vtrum ita concipias. ff. de rebus dubijs.* &
ibidèm *Bart. in vlt. oppoſitione num. 2. Ruin.
conſ. 20. num. 15. lib. 2. Peregrin. de fideicom-
miſſis art. 17. nu. 8. Gratianus forenſ. par. 2.
cap. 218. nu. 23. & 24.* concinitq; nec ab re
tex. in can. ſiuè de coniugij fœdere. 4. 33. *q. 2.*
inter diuerſa n. poſita videtur dictio illa (*ſiuè*)
de coniugij fœdere; ſiuè de adulterij crimi-
ne iudicium agitandum ſit. Niſi magis dixe-
20 rimus, dictionem illam (*ſiuè*) augmentatiuè
quoq; ſtare, vt nedùm illi, qui requiſita illa
omnia habuerint, non tamen profeſſi, exem-
pti ab Ordinariorum loci iuriſdictione per-
maneant; ſed etiam ij, qui abſolutè profeſſio-
nem fecerint. iuxtà Sorbidij Sceuolæ ſenſum
in *l. cùm quis decedens. 35. §. fin. ff. de legat. 3.*
& ibidèm *Bart. Baldus in l. cùm quidam. ſub
n. 4* C. *de verbor. ſignificat. Ruinus conſ. 149.
n. 5. ad fin. & n. 13.* lib. 2. Rota apud Sanctæ
memor. *Gregor. XV. deciſ. 21. n. 2. Gratian. d.
cap. 218. n. 24.* quemadmodùm de dictione
21 (*ſeu*) quòd inter diuerſa ponatur *Cardinal.
in clement 2. n. 8. poſt princip. de ætate, &
qualitat. Bald. in l. filiæ 12 prima. ante n. 1.* C.
de collationib. Gonzalez *ad regul. 8. Gloſſ. 48.
n. 17.* quàmuis aliquam etiam ſimilitudinē
inter illa arguat. ad *tex. in l. 1. ff. de officio pro-
curator. Cæſaris. Roman. conſ. 231. n. 2. Lucas
de Penna in l. 3. q. 20. n. 31. lib. 10. C. de qui-
bus muneribus, vel præſtationibus excuſari
nemini liceat.* ſequnta fuit Rota apud *Card.
Seraphinum deciſ. 393. n. 8.* diximus quoq;
nos *reſponſ.* noſtra *47. n. 2. par. 2. Gerius Spi-
nius conſ. 78. n. 7.*

Differentia proindè, nec modica per Cō-
ſtitutionem præfatam Gregorij cùm data
fuerit, inter eos, qui non adhùc profeſſione
emiſſa in Religione præfata, ſeruitijs, & obſe-
quijs intendunt eiuſdem; & eos, qui legitimè
atq; ſecundùm regulam profeſſionem in illa
fecerunt. Atq; per datam diuiſionem, quæ
priùs æquiuoca erant verba, ſint patentia
facta, ac manifeſta. Diſtincta vtiq; vtrorumq;
22 ſuccedet definitio. *V*tij quidèm, qui non
adhùc profeſſionem emiſerunt, tria illa ha-
bere debeant requiſita coniunctim, ab iu-
riſdictione vt eximantur Ordinariorum,
etiam tanquàm Sedis Apoſtolicæ delega-
torum. Primò, vt in Eccleſijs, alijſq; locis di-
ctorum Militum actu ſeruiant. Secundò, vt

Digitized by Google

intra eorum ſepta,& domos reſideanr. Ter-
tiò demùm,vt ſub eorum obedientia viuant.
quæ omnia vnà ſimul concurrere debeant;
vt ſi vnum deficiat eorum, exemptione mi-
23 nimè potiantur. In ijs autem,qui profeſſio-
nem legitimè fecerint,vnum hoc ſufficiat; ſi
legitimè, ac ſecundùm regulam prædictæ
Religionis profeſſionem fecerint, de qua lo-
ci Ordinario conſtare debeat.

Profeſſionem verò, emenſo probationis
anno, legitimè, atq; ſecundùm Religionis
præſatæ regulam XXV. Ianuarij anni
MDCXXXXI. Cernera emiſit. Erit ergò, vt
legitimè profeſſus,ab Ordinarij loci, in quo
deliqniſſe fertur,iuriſdictione exemptus, vt
neq; tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatus
aduerſus eum delinquentem animaduertere
valeat.

Minor adſtruitur ſyllogiſmi. Quia profe-
ctò per publicam ſcripturam Notarij publi-
ci religionis manu exaratam, atq; etiam à
Deputato Commẽdatario ad profeſſionem
excipiendam, eiuſq; ſigillo roboratam, &
Epiſcopo loci Ordinario exhibitam,de pro-
feſſione conſtat.

24 Profeſſio quippè in religione emiſſa per
ſcripturam arguitur eiuſdem. *can.vidua.* 13.
& ibidèm *Gloſſ.*20. *q.*1. *can. omnes fœmina.*
37.& ibidèm *Gloſſ.*27 *q* 1. *Gloſſ.in cap.* 1.§.
*poſtquàm autem.*verbo *ſcriptis.in 6.caſu. de*
cenſibus in 6.Cardin. in element. ne in agro
§.ſanè. de ſtatu monachorum. Rota apud
*Cardin.Caualer.deciſ.*271. *num.*3. *Gratian.*
25 *forenſ.diſceptat.part.4.cap.*640.*num.*4. Vel
per fidem à libris extractam religionis, in
26 quibus profeſſiones deſcribuntur profeſſo-
rum. Quemadmodùm baptiſmalibus fluen-
tis quem intinctum fuiſſe:vel matrimonio ſe
mulieri legitimè iugaſſe,ex Parochorum li-
bris,per fides ab eis formitèr extractas, pro-
batur.ad Sacri Tridentini Concilij præſcrip-
tum *ſeſſione* 24.*cap.*1. *§ ſed habeat Parochus*
de reformat.matrimonij. Rota part. 2. *diuer-*
*ſorum deciſ.*340.*num.*2. *& apud* Card. *Ca-*
*ualer.deciſ.*444.*nu.*1. *Sanchez de matrimon.*
*lib.*3.*diſput.*15.*nu.*22. deduximus plura nos
referentes *reſponſ.*noſtra 53. *num.*2.3. *&* 4.
part. 3. *Federicus de Senis.conſ.* 119. *nulli*
*dubium eſt.nu.*5.*&* 6. ſequiturq; *Gratianus*
*d.part.4.forenſ.cap.*640.*nu.*7.8.*&* 9.

27 Quiſquis igitur contra profeſſionem legi-
timè emiſſam, de qua per publicam docetur
ſcripturam,dicere voluerit,ipſe id probatio-
ne præſtabit.ad tradita ex Concilio Toleta-
no 4. cap. 48. in *can. Monachum* 3. & per
Leonem Papam in *can.puella.* 8. 20.*q.*1. &
per Clementem III.in *cap.cùm virum* 12. *de*
*regularibus.*ac Sacroſanctam Tridentinam
ſynodum *ſeſſion.*25. *cap.* 19. *quicunq; de re-*
gularibus. & *Gratianum forenſ.part.* 3. *cap.*
440.*num.*25. Firmum ergò perſiſtet Cerne-
ram vti Cappellanum Sacræ Religionis San-
cti Ioannis Hieroſolymitani legitimè pro-
feſſum,ex Gregorij XIII. Conſtitutione pre-
ſata,eſſe ab Ordinarij loci iuriſdictione exẽ-
ptum, vt neq; tanquàm Sedis Apoſtolicæ
Delegatus in eum animaduertere valeat.
28 Quæ ſanè Conſtitutio conformis eſt decre-
to Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ* 24. *cap.* 11.
29 *de reformat. in fin.* Quod exemptiones ab
Ordinariorum iuriſdictione de medio tol-
lens,ſic infert:

Exceptis tamen ijs,qui prædictis locis, aut
Militijs actu ſeruiunt, & intra earum ſepta,
ac domos reſident, ſubq; eorum obedientia
viuunt: ſiuè ijs,qui legitimè,& ſecundùm re-
gulam earundem Militiarum profeſſionem
fecerint, de quo Ordinario conſtare debeat:
non obſtantibus priuilegijs quibuſcunq; etiã
Religioni Sancti Ioannis Hieroſolymitani,&
aliarum Militiarum. his Sacrum Cõcilium.
30 Propter cuius quidèm decreti ſanctionem
Regens *Ioannes Franciſcus Sanfelicius de-*
*ciſ.*251.*par.*2. Fratrem Carolum Paganum
huius Sacræ Religionis,vel nouitium,vel ta-
citè ſaltim profeſſum, in Carceribus Magnæ
Curiæ Vicariæ ob patrata crimina truſum,
menſe Martij anni 1637. ad Religionem eã-
dem Decreto eiuſdem Magnæ Curiæ remiſ-
ſum fuiſſe,refert. Quãuis ipſe Conſtitutio-
nis huiuſce Gregorianæ minimè meminit.
31 Aduerſa propterea haud ſunt iſtis, quæ nos
*reſponſ.*noſtra 6.*nu.*12.13.*&* 14 *part.*2. de-
duximus,quin conformia.In illo quippè ca-
ſu,nec concurrebant, neq; in vnum coibant,
quæ ex præſato Sacri Tridentini Concilij
decreto *d.cap.*11 *in fin.*& præfata Gregoria-
na Conſtitutione ſuprà enumerauimus.era-
mus proindè in puris terminis, & dicti Sacri
Concilij, dictæq; Conſtitutionis Gregoria-
næ,in quibus datæ exemptiones locum mi-
nimè tenent,quòd nec intra ſepta, & domos
degerent,nec ſub obedientia viuerent, neq;
32 profeſſionem legitimam emiſiſſent: vt fir-
maretur regula:omnes,qui in Diœceſi ſunt,
Epiſcopo loci ordinario ſubeſſe. ad *tex.* ex
Aurelianenſi Concilio primo cap.19.*in can.*
omnes Baſilicæ 16.*q.*7.Boniſacio VIII. in *c.*
cùm perſona 7.de priuileg. lib.6. circa fin. ex
Honorio III. in *cap.conquærente* 16.*de offi-*
*cio ordin.extrà.*Innocentio III.in *cap.cùm*
non liceat 12. *de præſcriptionib.* & ibidèm
Gloſſ. verbo *ſua diœceſis.cap. de Xenodochijs.*
3.*& cap.cùm venerabilis.7.de religioſ.domi-*
bus. eodemq; Boniſacio VIII. in *cap. cùm*
Epiſcopus 7.de officio ordin.in 6. Rota apud
*Coccinum deciſ.*448.*num.*1. *& apud Card.*
*Manticam deciſ.*202. *num.*8. *& apud Card.*
*Caualer.deciſ.*306.*n.*1. *&* 2.diximus *reſponſ.*
noſtra 81.*n.*42.*p.*3.ij quidèm, qui in caſibus
33 non eſſent exceptione ſecluſis.ad Pauli ſen-
ſum lib.16.ad Paulinum in *l.*1.*in fin.ff.de re-*
*gulis iuris.*ibidèmq; *Gloſſ.*1.*circa fin.* & *Ca-*
*gnolus nu.*25.*& nu.*28.*Felinus in cap.quo-*
niam frequenter 5.*nu.*2.*in fin.vt lite non cõ-*
teſtat. noſter *Maranta in ſingularib. littera*

Digitized by Google

lit.E. §.*exceptio firmat.fol.*36. *Rota apud Cocinum deciſ.*643. *num.*2. *in fin.* & *apud S.Mem.Greg.XV.dec.*257.*n.*4. diximus *reſp.* noſtra 11.*nu.*25.*par.*1.& *reſponſ.*36.*nu.*12. *part.*2.

Nec obſtaculum faciunt, quæ ex allatis Sacræ Congregationis declarationibus ex *Ioanne de Gallemart* ad *capit.*3.*ſeſſion.*6. Sacri Tridentini Concilij, obijciunt Aduerſarij.

34 Cùm quòd de huiuſcemodi declarationibus, cum autenticæ non afferantur, curandum non ſit. tradit *Sanchez de matrim. lib.*8.*diſputat.*2.*ſub num.*10.*in fin.* qui in ſimili ad Sacræ Congregationis obiectam declarationem, ità reſpondet. ſimiliq; modo *Pater Diana reſolutionum moralium part.*1. *tract.*12.*de horis canonicis reſolut.*6. *verſ.ad reſponſionem Cardinalium.*& *ead.par.tract.*6.*de paupertate religioſa reſolut.*32. §.*reſtat modò reſpondere.*

35 Deindè quòd huiuſcemodi declarationes per dictum de Gallemart, & per alios prælo impreſſæ, per eandem Sacram Congregationem annuente Sanctiſſimo Papa, vti non firmæ, & quandoq; Sacri Concilij menti aduerſæ, fuerunt omninò prohibitæ, atq; de medio ſublatæ, vt eis proindè ſtandum ſit minimè.

36 Prætereà, quòd eſtò ſtandum eiſdem eſſet, (quod ſanè inficiamus ex dictis) illæ quidem ad terminos dicti decreti Sacri Concilij exaudiendæ erunt, atq; etiam de alijs regularibus, qui extra monaſteriorum ſuorũ ſepta, nec Superioribus ſubiecti, viuunt, & extra delinquunt. iuxtà tradita per dictam Sacroſanctam Synodum *d.cap.*3.*ſeſſ.*6. *de reformat.* qui planè Regulares alij non ſunt
37 ità priuilegio muniti, vt hæc Sacra Religio ex Conſtitutione præfata Gregorij XIII. ad normam decreti Sacri Concilij *d. cap.*11. *in in fin ſeſſ.*24 *de reformat.* quod aduertit *Nauarr. conſ.*12. *an Milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani per tot lib.*3 *de regularibus.* ſequiturq; in compendium *Sayrus deciſ.*26. *eodem tit.lib.*3 *Gratianus forenſ.part.*3.*cap.*457.*num.*30.& *ſeq. Ioan. Baptiſta Lezana in ſumma quæſtionum regular.tom.*2.*cap.*5. *num* 18. *Marius Antoninus variar.reſolut. lib.*1.*reſolut.*18.*num.*4. In qua ſanè religione Sacra illa animaduertẽda venit diſtinctio, quam in ſuperioribus ex dicta Gregoriana Conſtitutione ad formam quoq; decreti Sacri Concilij dicto *cap.*11.*in fin. ſeſſ.*24. tradidimus; legitimè videlicèt profeſſos, poſtquã de ea Ordinario loci conſtiterit, omninò exemptos eſſe: illos verò, qui Militijs dictis inſeruiunt, quàmuis Cappellani, non tamen profeſſi, ſi tria illa habeant requiſita, quæ ſuprà enumerauimus, & ipſos Ordinariorum iuriſdictioni non ſubijci; neq; vt Sanctę Sedis Apoſtolicæ Delegatis. Quòd præſertim Conſtitutio præfata clauſulis ſit munita derogatorijs (*Ità per quoſcunq; Iudices, &c.* &
38 *nõ obſtãtibus, &c.*) quæ ſanè hoc operantur, quod os parti præcludunt, nè obloqui valeat; iudicemq; ligant, ne quicquam in aduerſum verbo, vel operatione attentet. iuxtà *Felin. in cap.nonnulli num.*22.*verſ ſecunda concluſio de reſcript. Rota apud Verallum dec.*134. *num.*4.*part.*2.& *apud Cardin. Caualer.dec.*430 *num.*3.& *dec.*438. *num.*2. & *deciſ.*404. *num* 2. *Farinac. in appendice de immunitat. Eccleſ.c.*2. *n.*15. *circà med.* diximus *reſponſ.* noſtra 51.*n.*27.*p.*3.

Nihil eſt ergò, quin Ceruera Sacerdos profeſſus huius Sacræ Religionis ab Ordinarij ſit iuriſdictione exemptus non Religioni. proptereà remittendus.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto ſaniori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Ceruera vt exemptus dimiſſus poſt hæc fuit.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes humanæ vti finitæ ſuis clauduntur terminis.*
*Contra iuſtitiam proindè facit, præfinitos qui terminos tranſgreditur.n.*2.
3 *Iuſtitia in æqualitate conſiſtit rei ad rem.*
3 *Termino diuinum quid ſuperſtitioſa tribuit gentilitas.*
*Ipſe enim omnibus rebus fines ſtatuit. num.*4.
Lites reſecat, & iurgia.
Pacemq; conſeruat.
*Terminos ſtatutos qui tranſgreditur maledicto ſubijcitur lege Diuina.n.*5.
6 *Mutanda non ſunt, quę legitimè ſemel conſtituta fuere.*
*Et quæ certam habuere ab initio interpretationem.n.*7.
8 *Fundationis lex ſeruari adeò debet. vt mutari illa nullo poſſit modo.*
*Ratio affertur n.*9.10.11.
*Vt neq; ipſe Fundator opere iàm perfecto immutare eam valeat.n.*12.
*Neq; etiam Epiſcopus.n.*13.
*Eſt enim hoc contra rationis ordinem. num.*14.
*Vt multò minùs id valeat ſucceſſor. nu.*15.
9 *A lege in bonum commune Reipublicæ rogata diſcedere nemini permiſſum.*
*Eodem modo à lege à teſtatore data. num.*10.
11 *Iuris patronatus reſeruationes idcircò permittit Eccleſia, nè retrahantur homines à fundandis, Eccleſijſquè dotandis.*
15 *Succeſſor in iure patronatus mutare non*

po-

Digitized by Google

poteſt conditiones,& qualitates in fundatione conſtitutas.

In prȩiudicium prȩſertim vocatorum & n.19.

Atq; in perpetuum,& abſq; cauſa.n.29.

Etiam Epiſcopi accedente conſenſu.

16 *Ius patronatus, & præſentandi poteſt in alium transferri,etiam laicum,Epiſcopi accedente conſenſu.*

Siuè præcedat,ſiuè ſubſequatur.n.17.

Exauditur tamen quoad ſui transferentis præiudicium.n.18.

Non verò tertij.

Neq; in præiudicium vocatorum.n.20.

Neq; contrà formam in fundatione datam. & n.21.

19 *Nemo in alterum transfundere valet, quod ipſe non habet.*

21 *Lex,quæ decreuit,immutare priuatus non poteſt.*

22 *Feudo renunciare quis non poteſt in præiudicium vocatorum ex inueſtitura.*

Ratio affertur.n.23.

23 *Inueſtiturȩ forma ſeruanda.*

Quàmuis illa à feudorum conſuetudinibus diſcedat.

Quàmuis per ſecundam à priori receſſum fuiſſet.n.25.

24 *Pactum ſi non ſeruatur,factum reſcinditur.*

Baldi dictum.

26 *Proprietarius rei vſum,quàmuis in melius, in vſuarij præiudicium commutare non poteſt.*

27 *Ius nobis quæſitum,nobis inuitis,atq; nolentibus,auferri à nobis non poteſt.*

Potiſſimum verò ſi irreuocabilitèr nobis quæſitum ſit.n.28.

30 *Epiſcopus poſt erectum ius patronatus, Fundatoris legi detrahere nou poteſt.*

Etiam patronorum accedente conſenſu.

Non enim poteſt ipſe conditiones in fundatione innexas immutare.n.31.

Vt *Sacra declarauit* Congregatio.

Potiſſimùm verò ſi certo perſonarum generi beneficium ſit decretum.n.32.

33 *Hæres contra defuncti factum venire,illudq; peruertere haud poteſt.*

Vndè ſeruare illud oportet.

Præſertim iu conditionibus in fundatione iuris patronatus appoſitis.

Quàmuis cum beneficio legis,& inuentarij ſit hȩres.n.34.

Quia quatenus eſt in hæreditate, eius legi ſtare eum oportet.

Quod tamen exaudiri debet de voluntate legibus non reluctante.n.35.

Alioquin ſequi illud hæres uon tenetur. num.37.

Comprimitur etiam,ſi ex alio capite,quàm quòd ſit hæres,in diſpoſita ius ipſe habeat.n.38.

36 *Teſtatoris iudicium prudens eſſe debet, & tanquàm à prudente factum exiſtimari.*

Quòd ſi nullam habeat imponendi poteſtatem,iure ei non paretur.n.41.

40 *Hæres factum ſequi defuncti in feudo antiquo,quod ſibi alia via,quàm hæreditatis aperitur,minimè tenetur.*

ARGVMENTVM.

Conditiones, qualitateſq; in iuris patronatus fundatione innexas, valeat nè ſucceſſor immutare, nouaſq; ſuo ex arbitratu adijcere? Et nùm ipſemet fundator opere iàm expleto fundationis, Epiſcopi quoquè accedente conſenſu, & nùm in præiudicium vocatorum? Et quid in hærede,an defuncti in hoc factum ſequi debeat, cuſtodireq; ſi præiudicium ſibi in hoc irrogetur? & quid in feudo,præſertim antiquo?

RESPONSIO LXXXI.

1 RES omnes,quæ ſub Sole ſunt,vti finitæ,ſuis clauduntur terminis. Iu-
2 ſtitiæ proindè,quæ in æqualitate rei ad rem conſiſtit. ex S.*Thom.* *2.2.q.62.art.2.in corpor.* obluctatur quiſquis, quæ certis ſunt terminata finibus trãſgredi-
3 tur. Diuinum quid idcircò ſuperſtitioſa gentilitas Termino tribuit. iuxtà illud Tibulli lib.1.eleg.1.

Nam veneror,ſeù ſtipes habet diſertus in agris.
Seù vetus in triuio florida ſerta lapis.

& Ouidius 2.Faſtorum.

Termine, ſiuè lapis, ſiuè es defoſſus in agro.
Stipes, ab antiquis tu quoquè uumen habes.
Te duo diuerſa Domini de parte coronant,
Binaq; ſerta tibi,binaq; liba ferunt.

& paulò poſt

4 *Tu Populos, Vrbeſq; & Regna ingentia finis;*
Omnis erit ſine te litigioſus ager.

Nulla

Nulla tibi ambitio eſt, nullo corrumperis
auro ,
Legitima ſeruas credita iura fide .
5 Maledicto propterea iurè ſubijcitur
quàm meritiſſimo, qui terminos transferre
proximi ſui audaci temeritate tentauerit .
Præceperat id Deus Moyſi Deuteron. 27.
17. *Maledictus, qui transfert terminos pro-*
ximi ſui. & cap. 19. 14. *Non aſſumes, & trã-*
feres terminos proximi tui , quos fixerunt
priores in poſſeſſione tua . Salomon quoq;
prouerbiorum 22. 28. *Ne transgrediaris ter-*
minos antiquos, quos poſuerunt patres tui .
vſurpauit Leo III. in *cap.* 1 *in fin. de ſepultur.*
Ibidemq; *Gloſſ.* verbo. *ne transgrediaris.* &
Euſebius Papa in *can. legibus.* 10. 12. *q.* 2. *Gloſ.*
quoq; in *can. tanta nequitia* 24. verbo *etiam*
6 *terminos. diſt.* 86. Neq; enim quæ ſemel rectè
conſtituta ſunt facili temeritate mutanda
ſunt, ni iuſta id exquiſierit cauſa, comuniſq;
vtilitas. ex Vlpiano lib. 4. fideicommiſſorum
in *l. in rebus nouis.* 2. *ff de conſtitutionibus*
Principum. can. ridiculum 5. *diſt.* 12. *S. Thom.*
1. 2. *q.* 97. *art.* 1. argumento quoq; deducto ex
his, quæ habet Paulus lib. 4. ad Paulutium in
7 *l. minimè* 23. *ff. de legibus.* dicit enim ipſe.
minime ſunt mutanda, quæ interpretationem
certam ſemper habuerunt . ſequiturq; *Afflic.*
deciſ. 222. *nu.* 2. *in fin.* Minimè ergò mutan-
dæ erunt conditiones in iure patronatus, &
præſentandi per fundatorem ſtatutæ per ſuc-
ceſſorem in illo, nouaſq; adijcere haud pote-
rit. Hoc nempè ſtatum facit præſentis cau-
ſæ. Potuerit ne ſucceſſor in iure patronatus,
& præſentandi datas à fundatore mutare
conditiones, ac leges, nouaſq; in illo ipſe da-
re, & à ſtatutis recedere ? Non potuiſſe re-
ſpondemus.
8 Quia nimirùm fundationis lex ſeruanda
ita eſt, vt præteriri illa minimè poſſit gentiñ.
ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius.* 30 *in fi.*
18. *q.* 2. apertiſſimis ſatis verbis decernente,
diceteq; *Hac igitur omnia diligentèr te exa-*
minare iubemus; & ſi apud te euidenti ratio-
ne conſtiterit; quia tempore, quo dedicatum
eſt ipſum monaſterium, conditiones ſuperius
poſita conuenerint; ſeruari eas ex noſtra au-
thoritate præcipimus: nec aliud ampliùs ex-
indè ab aliquo exigatur. Alexander III. ad
Epiſcopum Ambianen ſcribens in *cap. porrò*
quamuis. 7. illis verbis : Et ſecundùm quod
inueneris, ita obſerues. & *cap. percepimus.* 8.
de priuilegijs extrà. illis quoq; verbis : Et ip-
ſorum tenor eſt diligentiùs attendendus :
Clementina quia contingit 2. *de religioſis do-*
mibus. Sacroſancta Tridentina ſynodus *ſeſſ.*
25. *cap.* 5. *de reformat. Ancharanus d. clem.*
quia contingit. in 9. *notab.* adaptatur non ab
re Diocletiani, & Maximiniani Cæſarum
ſenſus in *l. ad probationem* 21. *C. de proba-*
tionib. illis verbis : ſed quem tenor ſcripturæ
deſignat. *Rocchus de Curte de iurepatronat.*
verbo *ipſe, vel is, à quo. num.* 19. *Card. conſ.*
69. *Berous conſ.* 5. *nu.* 6. & *ſeq. lib.* 1. *Bellonus*
conſ. 56. *num.* 4 *Rota part.* 1. *in recentioribus*
deciſ. 112. *num.* 5. & *deciſ.* 496. *nu.* 2. & *part.*
2. *deciſ.* 254. *nu.* 2. & *apud Cardin. Caualer.*
deciſ. 639 *ſiuè* 640. *nu.* 6. & *apud Duranum*
deciſ. 8. *num.* 3. *part.* 1. & *deciſ.* 276. *num.* 1.
part. 2. & fuit dictum in *Monopolitana be-*
neficij, ſiuè Cappellania 6. *Iunij* 1622. *coram*
Merlino deciſ. 19. *num.* 8. *apud Viuianum in*
praxi iuris patronat. diximus *reſponſ.* noſtra
74. *num.* 3. *part.* 3. *Rota part* 4. *diuerſorum*
collecta per Farinacium. deciſ. 532. *num.* 1.
9 Et quòd , ſicuti à lege in bonum totius
Reipublicæ rogata diſcedere non licet. *cap.*
1. *de conſtitutionibus. cap. fin. de conſuetud.*
illis verbis: cuius tranſgreſſio periculum
ſalutis inducit . *S. Thom.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. ita,
10 pariq; modo à lege in fundatione data . ne
contra authoris ſui proſilire iudicium , qui
contra fecerint, videantur ex Gelaſio Papa
can. Syluester. 13. 11. *q.* 1. *l. fin. C. de fideicom-*
11 *miſſ. Viuius deciſ.* 265. *nu.* 5. Et quòd, ſi cõ-
tra fieret, retrahentur. homines à fundandis
Eccleſijſq; dotandis. ex *Abb. in cap. cùm in*
cunctis. 7. §. *inferiora col. fin. num.* 11. *de ele-*
ctione. Rota deciſ. 1. *de præbend. in nouis. nu.*
2. *Rocchus de Curte de iurepatronat.* verbo
honorarium in 3. *q. num.* 4. & 7. *Bellon. d. cõſ.*
56. *num.* 4. *Lapus allegat.* 96. *Beneficia vacã-*
tia in Curia, quem ſequitur *Felinus in tract.*
quando littera Apoſtolica noceant patronis
Eccleſiarum. in princip.
12 Adeò verò firmam, legem in fundatione
datam haberi voluerũt ſacri Canones, prop-
ter datam rationem, ne à fundandis Eccle-
ſijs, dotandiſq; homines retrahantur, vt neq;
ipſemet fundator poſt opus perfectum, atq;
Epiſcopi conſenſu confirmatum, ex ſe in
fundatione præſcriptas mutare leges valeat.
ex *tex. in cap. dilectus.* 8. ibidèmq; *Gloſſ.* ver-
bo *conſtitutum.* & *Abb. n.* 5. *in* 5. *notabili de*
conſuetud. Rota deciſ. 228. *ſub n.* 1. *part.* 1. *di-*
uerſorum. Rocchus de Curte d. tract. de iure
patronat. verbo *ipſe, vel is. n.* 33. & verbo *de*
diœceſani conſenſu. q. 13. *n.* 29. & *ſequent.*
Lambertin. part. 2. *lib.* 1. *art.* 6. *q.* 2. *principali.*
Franciſcus Marcus deciſ. 473. *n.* 6. *part.* 1.
Creſcentius deciſ. 7. *de iurepatronat. Verall.*
deciſ. 190. *n.* 2. & 3. *part.* 2. *Marius Antoni-*
nus Maceraten. variar. reſolut. lib. 1. *reſolut.*
3. *n.* 14. *Garſias de beneficijs part.* 5. *cap.* 9. *nu.*
68. & *ſeq.* Neq; etiam Epiſcopus ipſe ſolus.
13 ex *tex. in cap. nos quidèm.* 3. *de teſtament. l. ſi*
quis ad declinandam 38. *C. de Epiſcopis.* &
clericis . Rocchus verbo *pro eo, quod de con-*
ſenſu Epiſcopi. q. 15. *num.* 31. 32. & 33. *Lam-*
bertinus de iurepatronat. lib. 3. *q.* 5. *princip.*
art. 3. *nu.* 4. *Berous d. conſ.* 5. *num.* 34. & *ſeq.*
14 *lib.* 1. *Viuius deciſ.* 265. *num.* 12. Rationem
verò habes ex Gregorio illo Magno ad Se-
cundinum Epiſcopum Taurominitanum in
can. rationis ordo. 34. 16. *q.* 7. qui ſequenti-
bus loquitur : *Rationis ordo non patitur, vt*
Me-

Digitized by Google

Monaſterium contra voluntatem fundato-
rum ab eorum diſpoſitione ad arbitrium ſuū
quis debeat vendicare. & ex Romana Synodo
Eugenij II. & Leonis IV. in *can. monaſterium*
33. *eadem cauſa , & quaſt.* ſic enim in illa.
Monaſterium, vel Oratorium canonicè con-
ſtructum à dominio conſtructoris eo inuito
non auferatur. à dominio, id eſt à diſpoſitio-
ne. *Gloſ.* ibidèm commentum agit. ſequi-
turq; *Gloſſ. in cap. nobis.* 25. verbo *in cappella.*
de iurepatronat. Butrius in cap. ſignificatum
11. *n.* 9. *de prabendis. Rota part.* 1. *diuerſ. corā*
Robuſterio deciſ. 550. *num.* 1. *Viuius d. deciſ.*
265. *num.* 1. *& ſeq.*
15 Multò minùs igitur ſucceſſor id poterit ,
qui in iure ipſo patronatus ſucceſſit, ne datas
in fundatione conditiones, & qualitates de-
mutare valeat: neq; ſucceſſoribus in ipſo iu-
re vocatis præiudicium inferre. vti poſt alios
ſequitur *Garſias de beneficijs dicto cap.* 9. *nu.*
69. *&* 70. *ex Calderino conſ.* 19. *de iure patro-*
natus. Viuianus in praxi iuris patronatus
lib. 4. *cap.* 2. *num.* 6. *Lambertin. d. lib.* 1. *part.* 2.
art. 8. *q.* 2. *princip. nu.* 6. *& ſequent.* & notata
per *Afflict. deciſ.* 335. *in* 2. *dubio. nu.* 12. *Gra-*
tianus forenſ. part. 3. *cap.* 577. *num.* 40. 42. *&*
43. *Molin. de hiſpan. primog. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 31.
Riccius in praxi part. 1. *reſolut.* 194. *n.* 4. *Rota*
apud Card. Manticam d. deciſ. 86. *nu.* 11. *verſ.*
nec obſtat. refertq; ita tentum in Rota *in*
vna Salernitana iuris patronatus de Man-
ganarijs 7. *Februarij* 1586. *coràm*
Oriolen.
16 Licet enim per donationem iuſpatrona-
tus, & præſentandi poſſit in alterum, quàm-
uis Laicum transferre patronus Epiſcopi
accedente conſenſu. apertiſſimè ex Alexan-
dro III. in *cap. illud prætereundum* 8. *& c. ex*
inſinuatione 14. ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *libe-*
raliter de iure patronat. extra. cap. 1. *eodem*
17 *tit. lib.* 6. ſiuè præcedat, ſiuè etiam ſubſequa-
tur Epiſcopi conſenſus. ex eodem Alexandro
III. in *cap. ſuggeſtum* 20. *de iure patronat.*
illis verbis: aut eius aſſenſus fuerit poſteà
ſubſequutus. *Rota deciſ. finali. nu.* 6. *de iure*
patronatus in antiquis. & apud Cardinalem
Manticam deciſ. 86. *num.* 7. *& apud Card.*
Seraphinum deciſ. 884. *num.* 1. *& apud Ve-*
rallum deciſ. 287. *nu.* 1. *& ſeq. part.* 1. *& apud*
Coccinum deciſ. 453. *num.* 1. *& ſeq. & apud*
eundem Coccinum deciſ. 337. *num.* 7. *part.* 2.
in recentiorib. & part. 1. *in eiſdem recentio-*
rib. deciſ. 680. *ſub num.* 1. *& apud Duranum*
18 *deciſ.* 415. *num.* 5. *part.* 2. Quod planè, quòad
ſui præiudicium exauditur, non quòd tertio
ex donatione ſua illud inferre valeat; cùm
19 nemo in alterum plus iuris , quàm in ipſo
eſt, transfundere valeat. *regula nemo poteſt*
plus. 79. *de regulis iuris in* 6. Rota *d. deciſ. fin.*
num. 5. *&* 6. *de iure patronat. in antiquis.*
Puteus deciſ. 16. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota apud Coc-*
cinum d. deciſ. 453. *num.* 6. *& apud eundem*
d. deciſ. 337. *nu.* 7. *part.* 2. *in recentiorib.*

20 Haud tamen poterit iuri ipſi patronatus
vocatorum in præiudicium renunciare, vel
eius naturam, & formam immutare, vel al-
teram reddere. ex *Archidiacono d. cap. vnico*
de iurepatronat. in 6. *& Philippo Franco*
ibidèm. & *Ancharano nu.* 3. *in* 2. *notabili. &*
Fontana in additionib. ad Gloſſ. ibidèm. ex
Papiniani ſenſu lib. 19. quæſtionum in *l. Peto*
Luci Titi 71. *§. fratre hærede inſtituto ff. de*
legatis 2. illis verbis, quibus dictorum ab ſe
rationem reddit: *nec tamen ideò ſequentium*
cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi
debet. concinitq; neq; ab re Iuſtinianus Cæ-
ſar in §. *ſed hæc quidèm. in authentico de nup-*
tijs collat. 4. verbis, quæ damus: *ſed dudùm*
ſancita teneant (inquiens) *& maneant apud*
accipientes, donec viuunt; Licèt decies millies
21 *contrarium aliquid velint morientes. Quod*
enim ex lege datum eſt lucrum, priuatus au-
ferre modis omnibus non valebit. Firmum
igitur apud ſubſequentes ius ipſum patro-
natus tranſibit, vt illud fundatores pro ipſis
ſtatuerunt. ſequiturq; *Ioannes Baptiſta Fer-*
rettus conſ. 133. *per totum, & conſ.* 134. *nu.* 5.
22 *& ſeq. Borrellus conſ.* 14. *nu.* 6. *&* 7. Quem-
admodùm neq; poſſe feudo nuncium in
eorum præiudicium mitti, qui ad illud ex in-
ueſtitura vocati fuere . ex apertiſſima iuris
feudorum diſpoſitione in *cap.* 1. *de ſucceſſio-*
ne feudi in vſibus feudorum. illis verbis: *nul-*
la ordinatione defuncti in feudo manente, vel
valente. In feudo præſertim antiquo. *Ioan.*
Baptiſta Ferrett. d. conſ. 134. *nu.* 12. *Natta*
conſ. 501. *nu.* 22. *& conſ.* 504. *nu.* 9. 10. *&* 11.
Maranta noſter *conſ.* 79. *nu.* 29. *Caluacanus*
deciſ. Fiuizanen. 36. *num.* 333. *part.* 2. *Ioan.*
Franciſcus de Ponte lectione 13. *de ſucceſſio-*
ne feudi. nu. 14. 15. *&* 16. *Garſias,* qui in caſu
noſtro ſimili à feudo vtitur argumento *de*
beneficijs part. 5. *d. cap.* 9. *num.* 69.
23 Ratio verò eſt; quia à forma in inueſtitu-
ra data diſcedendum eſt minimè , quàmuis
illa feudorum aduerſetur conſuetudinibus .
rationem reddit *Baldus in l. cùm te* 6. *C. de*
pactis inter emptorem, & venditorem in prin.
24 Quia ſi non ſeruatur pactum, (inquiens) re-
ſcinditur factum. ſequitur *Afflict. deciſ.* 193.
nu. 2 *& d. deciſ.* 335. *nu.* 15. *verſ. nec eſt rece-*
dendum. Caccheranus deciſ. 23. *nu.* 20. *Viuius*
deciſ. 334. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 336. *num.* 4.
Ambroſinus deciſ. Peruſina 19. *num.* 8. *part.* 1.
Gratianus forenſ part. 4. *cap.* 663. *num.* 5.
25 quàmuis etiam per ſecundam à priori receſ-
ſum inueſtitura eſſet; quia illa in præiudiciū
in priori vocatorum attendi non vtiq; debe-
bit. *Bald. in l* 1. *C. quando nō petentium par-*
tes petentibus accreſcant. Pariſius conſ. 106.
num. 2. *lib.* 1. *Gozadin. conſ.* 53. *n.* 18. *Menoch.*
conſ. 1. *num.* 124. *lib.* 1. *Gratianus forenſ. par.*
3. *cap.* 530. *num.* 25.
26 Veluti neq; proprietarius rei vſum, quàm-
uis in melius , in vſuarij præiudicium com-
mutare poteſt: quia deteriorem cauſam eius
facere

Digitized by Google

facere non poteſt. Audias quæſo ex Neratio Paulum lib. 2. aliàs 1. ad Neratium in *l. fin. ff. de vſu, & habitat.* quam diſertis hoc exprimat verbis, ne fide deficias ab his, quæ probamus: *Neratius ait:* (inquit ipſe) *Vſuariæ rei ſpeciem is, cuius proprietas eſt, nullo modo commutare poteſt: deteriorem enim cauſam vſuarij facere non poteſt. Facit autem deteriorem etiam in meliorem ſtatum re commutata.* ſic Paulus. ſequiturq; *Gloſſ. d. can. mona-*
27 *ſterium. 32. verbo à domino 16. q. 7.* Quod enim ius eſt nobis iam quæſitum, à nobis quod auferatur, nobis inuitis, & nolentibus, omninò dedecet, iniuſtumq; æſtimatur. ex Pomponio lib. 6. ad Sabinum in *l. id, quod noſtrum 11. ff. de regulis iuris.* nec ab eodem ſenſu diſceſſit Furius Anthianus lib. 1. ad edictum in *l. fin. ff. de pact. C. ement. conſtitutio-*
28 *nem. 4. circa fin. de electione.* Potiſſimùm verò ſi irreuocabiliter illud ſit nobis ius acquiſitum. *Natta d. conſ. 501. num. 15. Gratianus forenſ. par. 4. cap. 654. nu. 2. & 3.*
29 Poteſtatis itaq; ſucceſſoris in iure patronatus haud erit, Inſtitutionis formam in fundatione à fundatore datam, eorum in præiudicium, qui vocati ſunt ad illud, ſuo ex arbitratu immutare. in perpetuum præſertim, & abſq; cauſa. etiam Epiſcopi accedente cõ-
30 ſenſu. *d. can. monaſterium 33. 16. q. 7.* Quia voluntati fundatoris neq; Epiſcopus, neq; patronus poſt opus iam perfectum, detrahere poteſt. *d. cap. nos quidem. 3. de teſtament. can. vltima voluntas 4. 13. q. 2. l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. d. Clement. quia contingit. 2. de religioſis domib.* Sacrum Tridentinũ Concilium *d. cap. 5. ſeſſ. 25. de reformat.* & declaraſſe Sacram Congregationem eiuſdem
31 Sacri Concilij Interpretum: Non poſſe Epiſcopum qualitates, & conditiones ex fundatione perquiſitas imminuere, vel immutare, ſiuè etiam in totum tollere, etiam patronorum accedente conſenſu, quàmuis ſemel referunt *Genuenſ. in praxi epiſcopali cap. 24. deputata ad certos pios vſus. n. 10.* latiùſq; *Garſias de beneficijs par. 7. cap. 1. n. 99. cum ſequentib. & n. 113. & 114.* ità tentum fuiſſe in Rota refert in *Valentina iuris patronatus 20. Martij 1585. coram Orano. & in Toletana Cappellania 14. Februarij 1583. coram Robuſterio.*
32 Potiſſimùm verò ſi certo perſonarum generi (vt in facto hoc noſtro) ex fundatione beneficium debeatur. *Creſcentius d. deciſ. 7. de iure patronat. Rota apud Cardin. Seraphinum deciſ. 1091. n. 5. & 6. & par. 2. in recentiorib. deciſ. 194. ſub n. 1. in fin.*
Obſtaculum proindè facit minimè, quod
33 opponunt Aduerſarij: Defuncti voluntatem, eiuſq; factum peruertere haud poſſe hæredem. ad *tex. in l. cùm à matre 14. C. de re iudicata.* ſtare propterea eidem teneri, atq; cõditiones donationi iuris patronatus innexas ſeruare. *Rota d. deciſ. vltima de iure patronat. in antiquis n. 5. & 6.* noſter *Maranta conſ. 139. n. 3. verſ. vlterius in fin. Oſaſcus deciſ. Pedemontana 180. n. 1. & ſeq. Aluarus Valaſcus conſult. 52. n. 44. lib. 1. Gomezius Leo deciſ. 100. n. 5. & 6. Rota apud Coccinum deciſ. 437. n. 2. & apud Card. Caualer. decis. 276. ſub n. 3. & decis. 430. n. 5. & decis. 471. n. 1. & apud Duranum decis. 101. n. 3. par. 1.*
34 Quãmuis cum legis, inuentarijq; beneficio hæres fuerit. Quatenus enim in hæreditate erit, vireſq; ſuppetunt patrimonij, defuncti factum prſtare debebit. *Rota apud Caualer. d. decis. 430. n. 5. & 6. & decis. 536. n. 4. & decis. 664. n. 1. & ſequent.*
35 Præter quàm quod enim hoc ipſum obiectum de voluntate exaudiri debet defuncti, quæ legibus, ſacriſq; canonibus, vndequaq; iuſtitiam ſectantibus, non reluctatur. *cap. tua nobis. 17. de teſtament. d. §. diſponat in authentico de nuptijs collat. 4. & §. ſi quis autem pro redemptione. de eccleſiaſticis titu-*
36 *lis collat. 9.* Prudens nempè, non ſanè imprudens, atq; damnandum teſtantis conſilium eſſe debet, vt ſeruetur. ad Sceuolæ ſenſum lib. 2. reſponſorum in *l. Lucius Titius. 85. in fin. ff. de hæredib. inſtituend. Marcus Mantua conſ. 7. n. 34. & conſ. 87. n. 8.* quem
37 ſequitur *Viuius deciſ. 265. n. 10. & 14.* Alioquin factum ſequi defuncti à legibus, ſacriſq; canonibus improbatum non tenetur hæres. *Afflict. deciſ. 240. n. 8. Guido Papa conſ. 180. n. 4. Portius Imol. commun. concluſionum lib. 3. concluſ. 8. in 7. limitat. Gabriel eodem tract. lib. 6. de regulis iuris concluſ. 11. limitat. 14. nu. 31. Ioſeph Ludouicus eodem tract. concluſione 16. in 5. limitat. d. l. cùm à matre fol. mihi 54. Grammatic. dec. 93. n. 8. & 9. Viuius deciſ. 56. n. 2. & 9. Oſaſcus d. decis. 180. n. 2. & 3. Antonius Faber lib. 4. tit. 10. C. de hæreditarijs actionib. diffinit. 4.*
38 Nihilominus tamen, nec firma regula habetur, ſi ex alio capite, quàm quòd ſit hæres, ius quæratur ſucceſſori. ex *Gloſſ. fin. circa med. in l. Lucius. 39. ff. ſoluto matrimon. Rota d. decis. fin. de iure patronat in antiquis. n. 5. in fin.* noſter *Maranta cons. 55. n. 3. verſ. imò poſſet dici. Ioan. Baptiſta Ferrettus d. cons. 134. n. 14. Portius Imola d. conclus. 8. limitat. 9. & ſeq. Gabriel d. conclus. 11. n. 27. in 11. limitat. Viuius d. decis. 56. n. 2. in fin. in 4. limitat. Oſaſcus d. decis. 180. n. 5. Caluacan. deciſ. 11. n. 11. part. 3. Antonius Faber C. de hæreditar. action. d. definit. 4.*
39 Non itàq; firmas habere nouas adiectas qualitates in iure patronatus, & præſentandi debet hæres, qui ex fundatione vocatur, ſibiquè præiudicium acceſſit nouas illas ad-
40 mittendo qualitates. quemadmodùm nec tenetur hæres defuncti ſequi factum in feudo antiquo, quod ex inueſtitura iure ad ſe ſpectante debetur. *Portius Imola d. concluſ. 8. in 4. limitat. Gabriel. d. concluſ. 11. in 7. limitat. num. 19. Ioſeph Ludouic. d. concluſ. 16.* in-

in 7.limitat.d.l.eùm à matre fol.52. Oſaſcus d.dec.180.n.5.

Tranſgreſſus proindè à maioribus ſuis poſitos ſibi terminos hic fuit teſtator. perpe-
41 ràm idcircò egit. iure ergo non ei paretur impunè. ex Bonifacij Octaui determinatione in *cap. vt animarum 2. aliàs fin. de conſtitut. in 6.*

Atq; ita ex his, iudicio non exploſo meſſori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Fidem frangere, pupillum fraudare, & ſocium fallere in negotio perfidum, ac nefarium. ex Cicerone.*
Qui hoc faciunt, ſunt improbi. n.2.
Fides improborum leuis, & tàm infida, quàm ipſi. Plinij ſecundi dictum.
3 *Homine ſubdolo, & duplici nihil poteſt eſſe perniciosius.*
Ab eo proindè cauendum.
4 *Cenſus annuus ex Pij V. Conſtitutione imponendus erit ſuper re immobili fructifera, certiſq; finibus deſignata.*
Quid verò ſi apparentèr quidem, nō tamen verè ſuper tali re imponatur, erit ne cenſus nullus? n.5.
Cenſus quid? n.9.
Cenſus accidens dicitur, quod ſine ſubiecto eſſe non poteſt. n.10.
6 *Forma data ſi prætereatur, quidquid indè ſequitur nullum eſt.*
Forma defecta formatum deperit. n.7.
Forma data videtur per diſpoſitionem negatiuam. n.8.
Et quæ actum annullat, ſi alitèr fiat.
10 *Accidens ſine ſubiecto, à quo ſubſtentatur, eſſe non poteſt.*
11 *Potentia, quæ ad actum non reducitur, fruſtranea æſtimatur.*
12 *Cenſus deperit in totum, vel pro parte, ſi res, ſuper qua impoſitus fuit, in totum, vel pro parte pereat, vel infructuoſa euadat.*
Quid verò ſi fructus non producat, quia ager non colitur. n.13.
Vel domus non locetur.
Sufficit tamen, ſi res natura ſua fructifera ſit. n.14.
Vel ſi domini malitia res pereat. n.16.
15 *Fundamento ſublato depereunt omnia.*
17 *Fraude ſua, vel ex dolo commodum percipere nemo debet.*
Vel lucrari.
18 *Proprietarius, qui rem vſufructui ſuppoſitā fraude immutauit, tenebitur ex dolo vſufructuario.*
19 *Cenſus venditor, qui rem ſuppoſitam fraude deſtruxit; tenebitur, vel ſuper alia re cenſum ſupponere.*
Vel acceptas reſtituere pecunias.
Cum damnis, & intereſſe. n.30. & 32.
20 *Mentiri in caput ſuum. ex Daniele.*
21 *Suſannam caſtiſſimam duo Senes falsò de adulterio accuſauere.*
22 *Nemo debet ex improbitate ſua conſequi actionem.*
Neq; ex delicto conditionem ſuam meliorem facere. n.23.
24 *Iniuriæ naſci non debent, vndè iura naſcuntur.*
25 *Deceptis ſubueniri iura volunt, non deceptoribus.*
26 *Mulieribus deceptis ex SenatusConſulto ſubuenitur, non decipientibus.*
Infirmitas enim fœminarum, non calliditas auxilium ſumit. n.27.
28 *Lucrum captare, & damnum pati differunt.*
Huic ſubuenitur magis, quàm lucrum captanti.
29 *Prouerbium. Fiducia pecuniam perdidi.*
31 *Damnum, qui alteri intulit, cum intereſſe reſarcire tenetur.*
Quia decepit illum. n.32.
33 *Teſtatorum ſuprema iudicia quòd exitum habeant, publicè intereſt.*

ARGVMENTVM.

Cenſus annuus ſuper re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, fructifera, conſtitui debet, ex Pij Papæ Quinti Conſtitutione. Quæ ſanè Conſtitutio pro forma ſeruanda erit. Quid verò ſi ſuper immobili certis finibus deſignata cenſus conſtituatur, verè tamen conſtituens rem illam non habet. ſit nè cenſus ipſa conſtitutio nulla? & ad quid teneatur conſtituens, qui ſocium in negotio fefellit? an pecuniam reſtituere acceptā; vel nouam rem immobilem cenſui ſupponere? Quid verò re in toto, vel in parte perem-

pta, vel infructuoſa effecta? Quiduè ſi id vendentis culpa, doloue accidat?

RESPONSIO LXXXII.

Magnus ille eloquentiæ parens Cicero oratione pro Roſcio Commodo aduerſus eos, qui fidem frangunt,& fallere ſocium in negotio tentant,ſic loquitur:

1 *Æquè perfidioſum, ac nefarium eſt fidem frangere, quæ vitam continet;& pupillum fraudare,qui in tutelam peruenit; & ſocium fallere, qui in negotio ſe coniunxit.* Improbi
2 certè hi ſunt;nàm leuis eorum fides eſt,quin magis infida. ſic Plinius ſecundus: *Fides improborum leuis,& tàm infida,quàm ipſi.* Et
3 ſane quid homine ſubdolo, & duplici poteſt eſſe pernicioſius? vt exclamatit Seneca traged.in Hippolyto;

O vita fallax,abditos ſenſus geris,
Animiſq; pulchram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem celat,audacem quies:
Pietas nefandum vera,fallaces probant,
Simulantq; molles dura.

ſic enim ſepiſſimè

Impia ſub dulci melle venena latent.

Sic quidam Nicolaus Vinzanus ex Ciuitate Aquilæ in negotio circumuenit fratrem ſuum,qui in illo,ſe cum eo cõiuxerat. Cùm enim ipſe pecuniarum egeret, ſimulans ſe vineam,& domum habere, certis illa finibus terminata,fructuſq; parere ſufficientes, ſexcenta ſcutorum accepit, annuumq; cenſum ſuper domo, & vinea impoſuit, vendiditque.emptor poſt nonnulla tempora diem vidit vltimum, ſibiq; hæredem dixit in omnibus Sacrum Montem Mortis, & Orationis Almæ Vrbis Romæ. Huius Gubernatores aduerſus Vinzanum pro annuo cenſu in iudicio agunt apud Tribunal Fabricæ Sãcti Petri Neapoli. Euocatus ille rem aperit, cenſumq; ſuppoſititium fuiſſe, non verum, remanere non ſuper fundo,ſed ſuper perſona.ex Pij V.Conſtitutione de cenſibus nullum fuiſſe,ad nullum ſe ampliùs obnoxium eſſe cenſum ſoluendum. Fit itaq; cauſæ ſtatus: Fuerit nè nullus cenſus impoſitus per Vinzanum, & nùm nihilominùs ad cenſum ſoluendum, vel ſaltim receptam pecuniam reſtituere teneatur? Ex ſe nullum cenſum impoſitum fuiſſe, & nihilominùs vel ad certum fundum cenſui ſupponẽdum,vel ſaltim ad receptam reſtituendam pecuniam cogi poſſe,reſpondendum putauimus.

Et quidem nullum impoſitum cenſum
4 fuiſſe ſupponimus:Quia nimirùm ex Pij Papę V.Conſtitutione de cenſibus, quam etiam refert *Quaranta in ſumma Bullarum* verbo *contractus cenſualis.fol. mibi* 210. eamque commento illuſtrem refert etiam *Nauarr. tract.de vſuris num* 84 perpenditq; *Viuius dec.*319 per treacecim requiſita hanc penſans Conſtitutionem, cenſus conſtitui minimè poteſt, *niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus deſignata*
5 *ſit.*hic verò & ſi apparenter,atq; verbotènus, cenſus ſuper re immobili, & fructifera conſtitutus appareat:verè tamen, ac realitèr, ac formalitèr non fuit. contra proinde formam Conſtitutionis præfatæ.ergò nullitèr. Forma
6 namq; à Conſtitutione data ſi prætereatur, quidquid ex illa ſequitur nullum eſt. *cap.*1. ibidemq; *Gloſſ.fin.de baptiſmo, & eius effectu.cap.cum dilecta* 22.§.*cùm enim.de reſcrip. cap.prudentiam.*21.*de offic.delegat. cap.piſanis.*19.*de reſtitut.ſpoliator.* ibidemq; *Gloſſ. fin.*verbo *irritum.* *Nauarr.*qui in terminis loquitur huius Conſtitutionis de cenſibus *dict.tract.de vſuris Gloſſ.*17. *num.*98. Ratio
7 in promptu eſt: Quia forma deſecta, formatum ipſum deperit. ad *text.in cap. cùm ceſſante* 60.*de appellat.can.cùm Paulus* 26.1.*q.* 1.*Rota apud Cardinalem Mantic.in dec.*286. *nu.*2. *& in Veronen. penſionis* 3. *Iulÿ* 1591. *coram Cardinali Mellino apud Marcheſan. part.*1.*deciſ.*11.*num* 2.3.*&* 4.*fol* 611.*ad tex. in l.*1.§ *ſi quis ità interroget. & Gloſſ. illam marginalem* ibidem. *ff.de verbor.obligation.* ex Vlpiano lib.5.de omnibus Tribunalibus in *l cùm hi,quibus.*8.§ *ſi prætor aditus. ff.de tranſact.Rota part.*1. *in recentiorib. dec.*158.
8 *num.*10.*in fin.* Forma autem data in Conſtitutione videtur, quia illa diſponit per negationem,atq; actum annullatiuum: *Statuimus*(inquiendo) *cenſum, ſeù annuum reditum creari, conſtitutiuè nullo modo poſſe, niſi in re immobili, &c.* cenſetur ergò data forma,vt cenſus ſuper re immobili conſtituatur. ex *Bald.in l.* 1 *ff.de liberis, & poſthumis.Rota dict.deciſ* 158. *num.*1.*part.*1.*in recentiorib.Mandoſius ſuper regula* 24. *Cancellar.quæſt.*3.*num.*8. quem ſequitur *Quarantà in ſumma Bullarum.* verbo *ordo.fol. mibi* 374.*verſ.amplia hanc extrauagantem. Garſias de beneſic part.*8. *cap.*1.*num.*108. *& part.*9.*cap.*2.*num.*230.*Rota dec.*167.*n* 5.*par.* 2.*in recent.*

9 Pręter quàm quòd,cùm cenſus ius ſit percipiendi redditus ex re alterius fructifera, oneriq; non ſubiecta. vti definiunt cenſum *Binsfeldius in enchyridion Thologiæ paſtoralis p.*2.*cap.*27. §.1. *Boninſignius de cenſibus cap.*2.*num.*1.*Cenctus part.*1. *cap.*1. *quæſt.*3. *art.*2.*num.*1 diximus *reſponſ.*noſtra 8. *num.* 25.*& reſponſ.*50.*num.*10. *part.*3. *Rota in Romana cenſus* 18.*Octobris* 1602.*coràm Cardinali Mellino dec.*187.*n.*2.*apud Statil.Pacif. de Saluian.interdict.*

Neq; res ipſa exiſtat, ex qua fructus, vel re-

Digitized by Google

reditus percipi poſſint. Cenſus vtiq; ipſe
ſuper re non exiſtenti impoſitus nullus erit.
10 eſt nempè cenſus accidens quodam: acci-
dens verò ſine ſubiecto, quod illud ſubſten-
tat, eſſe minimè poteſt. præter Philoſophos
ex Pauli ſenſu lib. 5. ad Sabinum in *l. ſi ſerui*
mihi. 4. § ſi modus agri. ff. de actionibus emp-
ti, & venditi. & Gloſſella marginalis ibidèm.
cap. veniens. 3. de presbytero non baptizato
miniſtrante. Nauar. conſ. 21. nu. 6. in fin. lib.
3. de empt. & vendit. diximus *d. reſponſ. 50. n.*
6. & ſeq. par. 3. Rota in hiſcemet terminis in
Vrbeuetana cenſus 31. Maij 1591. coram
Penia decis. 279. num. 1. & 2. apud Statilium
11 *Pacificum de Saluiano interdicto.* Fruſtrà nē-
pè illa exiſtimatur potentia, quæ ad actum
reduci nequaquàm poteſt. ad *tex. in l. 4. § ſi*
prætor ff. de ſuſpectis tutorib. cap. paſtoralis.
14. §. quoniam. vbi etiam Decius notab. 2. de
reſcriptis. l. multum intereſt 6. C. ſi quis alte-
ri, vel ſibi. noſter *Maranta conſ. 31. num. 2.*
circa medium. Barboſa aſſiomat. 184. nu. 1.

Vt quid enim (quæſo te) ius illud perci-
piendi; ſi ex qua re fructus percipere valeas,
nuſquàm appareat? Eſt ergo nullus hic ita
12 impoſitus cenſus. Sed dicet Aduerſarius: Re
cenſui ſubiecta, ex qua fructus percipiuntur,
vel in totum, vel in partem infructuoſa effe-
cta, vel etiam perempta, neq; cenſus, ſiuè in
totum, ſiuè in partem, ex qua fundus infru-
ctuoſus euaſit, debebitur. vt ipſa diſponit Pij
Papæ Quinti Conſtitutio: *Poſtremò cenſus*
omnes (inquiens) *in futurum creandos, non*
ſolùm re in totum, vel pro parte perempta,
aut infructuoſa in totum, vel pro parte eff-
ecta, volumus ad ratam perire; ſed etiam poſſe
pro eodem pretio extingui. hic verò nedùm
res infructuoſa eſt, ſed in totum extincta,
quia non extat. ergo nec cenſus debebitur.
Rota apud Card. Seraphinum decis. 148. n. 3.
Caual. commun. contra commun. q. 312. n. 4. 5.
6. & 7. Nauar. de vſur. Gloſſ. 2. nu. 86. Viuius
d. decis. 369. nu. 15 in 11. requiſito. & perpen-
ſum videtur in *d. Romana cenſus corā Card.*
Mellino d. decis. 187. nu. 8. 9. & 10. apud Pa-
cificum.

Reſponſione tamen nos iaculum declina-
mus: non parem eſſe inſtantiam: aliud quip-
pè eſt, ſi fortè fortuna res cenſui ſuppoſita in
totum, vel pro parte perimatur, vel infru-
ctuoſa euadat: aliud ſi indè fructus non per-
cipiantur, quia ab initio res non extitit, neq;
ſuper re exiſtenti cenſus impoſitus fuit. in
primo enim Conſtitutio loquitur, non in ſe-
13 cundo. Et quid (amabo te) ſi dominus, ſua
vecordia, ne dixeris verſutia, ſine fructu ma-
gis fundum eſſe voluerit, ne cenſus ſoluatur,
vndè nec fundum colit, neq; colere facit; nec
domum locat. percipiet ne ex ſua fraude cō-
14 modum? Sat certè erit, vt rectè cenſus ad Cō-
ſtitutionis formam conſtitutus dicatur; rem
immobilem, eſſe natura ſua fructiferam: *Niſi*
(Conſtitutio inquit) *in re immobili, aut quæ*
pro immobili habeatur, de ſui natura fructi-
fera. Poteſt itaq; parere fructus, non autem
parit; quia nec agrum colit, ſua negligentia
Dominus, nec domum alteri locat. non itaq;
par eſt inſtantia in vno, aliove caſu. Si enim
temporalis hæc eſt venditoris negligentia, ab
onere haud redimetur ipſe, quin cenſum ſol-
uat; quia poteſt fundus fructus producere,
non tamen producit, quia non colitur, non
aratur, non ſeritur; vndè nec fructus colligū-
tur. ſibiq; imputet venditor, ſi cenſus adhuc
ſoluere cogatur: quoniam eſt natura ſua res
fructifera, ex accidenti verò fructus non pro-
ducit Domini malitia. *Nauar. de vſur. q. 23.*
num. 117. & 118. q. 25. Ioan. Azorius Inſti-
tut. moralium part. 3. lib. 10. de cenſibus cap.
6. q. 5. & ſeq. & cap. 16. Leſſius de iuſtitia, &
iure lib. 2. cap. 22 dub. 12. num. 91. Virginius
Boccaccius de cenſib. part. 2. q. 24. nu. 41. Salas
de contractib. tract. de cenſibus. dub. 41. Surd.
cons. 162. num. 22. vol 2. Cencius de cenſibus
part. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. num. 6. & ſeq. & part.
3. cap. 1. q. 2. nu. 9. Gratian. forens. par. 4. cap.
654. n. 6. & 7. Caualos. d. q. 312. n. 6.
15 Licèt enim hic cenſus, vt putà ſine funda-
mento, ſubſiſtere haud potuit. *d. can. cùm*
Paulus. 26. 1. q. 1. vt in ſuperioribus diximus,
contra formam d. Conſtitutionis Pij V. con-
ſtitutus. non ex hoc tamen vendens illum
fraudulenter, acceptam pecuniam lucrari
16 potuit. Quemadmodùm ſuper molendino
conſtitutus cenſus, ſi culpa Domini molen-
dini illud pereat, deſtruaturq; non ex hoc ta-
men dominus, qui in mala fide fuit, commo-
di quidquam indè conſequitur: Quia profe-
ctò, vel ſuper alia re immobili fructifera cō-
ſtituere illum tenebitur; vel acceptas ſaltim
17 reſtituet pecunias. ne ex ſua fraude, & d.
commodi quidquam percipiat. *Ne ex do.*
ſuo lucrentur. Paulus lib. 11. ad edictum, in-
quit in *l. ne ex dolo. 13. ff. de dolo.* ex Vlpiano
lib. 2. reſponſorum in *l. 1. ff. de natalibus re-*
ſtituendis. cap. intelleximus. 7. de Iudicijs. cap.
officij 14. §. ſi verò conſtiterit. de teſtament. &
ad rem hanc noſtram expreſſiſſimis verbis
Vlpianus lib. 18. ad Sabinum in *l. repeti po-*
teſt. 5. in fin. ff. quibus modis vſusfructus, vel
18 *vſus amittatur.* illis verbis: *Planè ſi proprie-*
tarius hoc fecit, (vt res ſcilicèt vel mutaretur,
vel deſtrueretur) *ex teſtamento, vel ex dolo*
tenebitur. ibidèmq; pluribu[illegible] *ff. fin.* verbo
vel de dolo. cap. fin de iniurijs, & damno dato.
Nauar. *d. q. 25. n. 118. de vſuris. Leſſius de iu-*
ſtit. & iure lib. 2. d. cap. 22. dub. 12. num. 91.
Boccaccius part. 2. d. q. 24. num. 42. & 43. Cē-
cius d. part. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. nu. 16. & par.
3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 18. Salas de cenſib.
dub. 16. & 17. Petrus Binsfeldius. in cap. in
Ciuitate 6 de vſuris q. 12 concluſ. 2. circa fin.
verſ. ſi autèm dolo. Gratian. d. cap. 654. nu. 1.
& ſeq. & num. 7. ac per totum illud cap. Ca-
uallos. d. q. 312. ſub num. 6. Ioannes Azor. d.
lib. 10. cap. 7. q. 2. verſ. quæres, quid ſi Titius.

Digitized by Google

*& q.7. Molina de iuſtit. & iur. tract. de con-
tract. lib. diſputat.* 394. *num.* 4. *dub.* 4.

Tantum verò abeſt, vt Vinzanus, qui ſup-
poſitum domum, vineamq; cenſui conſtitu-
to ſubmiſit, cum neq; vineam, neq; domum
haberet, lucrum ex ſua malitia referre va-
19 leat; vt magis, vti diximus, vel nouum fun-
dum cenſui ſupponere teneatur, vel accep-
tas demùm pecunias fraude extortas reſti-
tuere; cùm in caput ſuum mentitus fuerit.
iuxta Danieliis *cap.* 13. § 5. illud ad inuetera-
20 tum illum dierum malorum ſenem. *Rectè
mentitus es in caput tuum*. & alterum eiuſdē
21 farinæ ſenem, quòd iniquè Suſannam caſtiſ-
ſimam illam mulierem Ioakim vxorē, adul-
22 terij falsò accuſauerant. neq; porrò decet, vt
ex improbitate ſua actionem ipſe conſequa-
tur. ex Vlpiano lib. 29. ad Sabinum in *l. itaq;
fullo.* 12. *ff. de furtis.* & ex eodem lib. 21. ad
edictum in *l. non fraudantur*. 177. §. *nemo
ex ſuo. ff. de regulis iuris.* cum iuſtiſſimè lo-
23 quitur, regulamq; omnibus rectam tradit:
Nemo (dicens) *ex ſuo delicto meliorem con-
ditionem ſuam facere poteſt.* ibidèmq; *Gloſſ.*
verbo *nemo*. Nunquid ne ex Sanctiſſima Pij
V. conſtitutione, quæ ad iuſtitiam annui cē-
ſus promulgata fuit, ipſe ſocium, qui ſe in ne-
24 gotio ſocum coniunxit, fallet; vt indè na-
ſcantur iniuriæ, vndè iura naſcuntur? verbis
loquimur Innocentij III. in *cap. qualiter, &
25 quando* 17. *in princip. de accuſat.* Abſit. Quin
magis aduerſarij aſtu, calumnioſaq; malitia
deceptis ſubueniendum iura proclamant.
ex Innocentio III. in *cap. inter dilectos* 8 §.
attendentes de donationib. eodemq; in *cap.
cùm vniuerſorum* 8. *de rerum permutatione.*
dixeruntq; Diocletianus, & Maximinianus
Cæſares in *l. ſi is, qui minorem.* 2. *C. ſi minor
ſe maiorem dixerit.* per pulchrè aientes; *Cùm
iuxtà ſtatuta iuris, errantibus, non etiam
fallentibus publica iura ſubueniant.* & eru-
ditiſſimè omnium Vlpianus lib. 29. ad edi-
ctum in *l. & primò quidem.* 2. §. *verba itaq;
ff. ad Senatus Conſultum Velleianum.* de
26 mulieribus verba faciens; *ſed ita demùm eis
ſubuenit*, (inquiens, Senatus Conſultum vi-
delicet) *ſi non callidè ſint verſata. Hoc enim
Diuus Pius, & Seuerus reſcripſerunt. Nam
deceptis, non decipientibus opitulatur.* ſub-
27 dens in fin. *Infirmitas enim fœminarum,
non calliditas auxilium ſumit.* Auxilium
itaq; ſumet Vinzani calliditas, qui in ne-
gotio ſocium feſellit? non vtiq; ſequiturq;
28 *Aymon Crauetta conſ.* 157. *num.* 15. ea po-
tiſſimùm ratione, quòd ipſe de lucro agit
captando; hic verò, qui bona fide cenſum
emit, de damno vitando, quod ſanè multum
ſubiret, ſi cenſum, & pecuniam perderet; vt
29 ex veteri paræmia dicere poſſet? *Fiducia
pecuniam perdidi.* Huic igitur ſuccurren-
dum ex Vlpiano lib. 25. ad edictum in *l. At
ſi quis.* 14 § *ſed & ſi res legata. ff. de religio-
ſis, & ſumptibus funerum.* illis verbis: *me-
lius eſt legatarium non lucrari, quàm empto-
rem damno affici.* nec alitèr ſentire viſus eſt
Paulus lib. 12. ad edictum in *l. ſciendum* 18.
ibiq; notatis per *Gloſſ.* verbo *damno, & Scri-
bentes. ff. ex quibus cauſis maiores.* ſequi-
turq; *Aymon conſ.* 33 *num.* 24. *in fin. Rota
apud Sancta memor.* Gregor. *XV. deciſ.* 439.
num. 9. *& deciſ.* 492. *num.* 11. *&* 12. *Et apud
Card. Caualer. deciſ.* 220. *num.* 8. quæ eſt
etiam in impreſſis apud *Farinatium poſt
2. volum. conſiliorum deciſ.* 365. *num.* 6. *in
fin. in Romana Societatis* 16. *Nouembris
1612. Vincentius Hondedeus conſ.* 34. *num.*
18. *lib.* 1. *Gratianus forenſ. part.* 4. *cap.* 786.
num. 18.

Erit igitur contra Vinzanum, qui dolosè
ſocium circumuenit, Sacri Montis Mortis, &
Orationis Gubernatoribus ſuccurrendum:
vt vel ſuper alia re exiſtenti, immobili, vel
quæ pro immobili habeatur, fructifera, cen-
ſum denuò verè, realitèrq; imponat; vel
30 quòd acceptas fraudulentèr pecunias cum
damnis, & intereſſe reſtituat. ex Vlpiano *d. l.
repeti poteſt.* 5. *ff. quibus modis vſusfructus,
vel vſus amittatur* eodèmq; Vlpiano lib. 32.
ad edictum in *l. Iulianus.* 14. §. *ſi verò ſciens.
ff. de actionibus empti, & venditi.* apertiſſi-
31 mè loquente, ac dicente: *Omnia detrimen-
ta, quæ ex ea emptione emptor traxerit, præ-
ſtaturum ei.* ex ratione, quam ex eodem
Vlpiano eodem lib. 32. ad edictum in *l. ſi
quis domum.* 9 §. *idem quærit. ff. locati, &
conducti.* venantur, inquit enim. *Quid tamen
ſi non quaſi fructuarius ei locauerit, ſed
32 quaſi fundi Dominus? videlicèt tenebitur. de-
cepit enim conductorem. & ità Imperator
Antoninus cum diuo Seuero reſcripſit.* Te-
nebitur itaq; Vinzanus omnia reſtituere, ac
etiam intereſſe: decepit enim emptorem. &
hanc ſequitur ſententiam *Salas de cenſibus.
dub.* 48. *Nauarr. d. q.* 25. *num.* 118. *de vſur.
Molina d. diſputat.* 394. *num.* 4. *dub.* 4. *Ioann.
Azor. Inſtitut. moralium par.* 3. *d. lib.* 10. *cap.*
7. *q.* 2. *Gencius d. part.* 3. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 18.
Gratian. d. cap. 654. *nu.* 2. *& ſeq. & nu.* 7. *&*
9. *Caualios. d. q.* 312. *nu.* 6.

33 Aget proindè iure Fabrica, vt deceptis
ſuccurratur, & pia teſtantis voluntas exitum
videat. ex Paulo lib. 8. ad Paulutium in *l. vel
negare.* 5. *ff. quemadmodùm teſtamenta ape-
riantur.* quod publicè intereſt.

Atq; ita ex his, iudicio meliori non abie-
cto, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Proceſſit demum Fabrica aduerſùs Vin-
zanum ad iuris præſcriptum, cenſumq; an-
nuū vēdicauit, reſtitutis pecunijs cū intereſſe

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſtellis ſimiles dicuntur.*
Ex loco Apocalypſis 1.16.
Et quarè n.3.
Angeli quoq; dicuntur.
Quarè verò non ſyderibus, præſertim errantibus, ſiuè planetis?
Quia ſtabiles ſunt in firmamento fidei, & Eccleſiæ. num.5.

2 *S. Ioannes Euangeliſta ob fidei Catholicæ confeſſionem in Pathmos Inſulam relegatus.*

4 *Hæretici ſydera dicuntur errantia.*
Et quarè?
Quia errant, & errare alios faciunt.
Et inſtabiles ſunt in fide.
Et extrà firmamentum Eccleſiæ.

6 *Epiſcopi Catholici à Chriſto, qui eſt Sol iuſtitiæ, vti ſtellæ lumen recipiunt.*
Sunt nitiſſima ſpecula, imaginem à Chriſto recipiunt. n.8.
Lucere debent his, quibus præſunt. n.9.
Et vndè dicti Epiſcopi?

7 *Locus Apoſtoli 2. ad Corinth. 3.18. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes, &c. de Epiſcopis expenditur.*

10 *Epiſcopatus onus eſt Angelicis quoq; humeris formidandum.*

11 *Epiſcopus familiarem ſuum triennalem ordinans, ſi non beneficium, verùm penſionem eidem conferat; ſatisfactum nè ſit decreto Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 23. cap. 9. de reformat.?*
Quamob cauſam text. præfatus expenditur.

21 *Text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 23. c. 9. de reformat. perpenditur. & n.41.*
Quod decretum locum habet, etiam ſi ad primam Clericalem tonſuram familiarem promouebit. n.13.
Ratio redditur. n.26.
Et beneficium illi conferre debet.

14 *Ordinari vt quis poſſit ab Epiſcopo triplici modo quis ſubiectus efficitur. ex text. in cap. cùm nullus 3. de temporib. ordinat. in 6.*

15 *Epiſcopus familiarem triennalem vt ordinare valeat, beneficium illi conferre debet. vt ex non ſubiecto ſubiectus fiat.*

16 *Beneficium, & penſio vti diuerſa habentur, atq; à ſe inuicem diſtincta.*
Ratio eſt: Quia per beneficium quis intitulatur Eccleſiæ, eiq; obligatur, etiam ad reſidentiam. n.17.
Non verò per penſionem.

18. *Ordinari quis non poteſt ex decreto Sacri Concilij, niſi ad titulum beneficij.*
Ad patrimonij verò, vel penſionis, niſi Epiſcopus id iudicauerit expediens pro cōmoditate, vel neceſſitate Eccleſiæ.

19 *Penſio eſt quid temporale, & formalitèr per ſe diſtinctum à beneficio.*
Quarè penſio non eſt aliquod incompatibile cum beneficio. n.20.
Etiam ſub eodem tecto.
Niſi penſio in titulum detur beneficij. n.21.
Neq; penſio ſubiectionem tribuit, ſiuè, forum. n.22.

23 *Origo, vel propria, vel paterna ſufficit, vt ordinari valeat ab Epiſcopo originis.*

24 *Penſio non eſt beneficium, neq; beneficij nomine comprehenditur.*

43 *Epiſcopum alienum ſubditum ſine dimiſſorijs ſui Epiſcopi Ordinarij ordinans, in pœnas dat à ſacris canonibus conſtitutas.*
Et à Sacro Tridentino Concilio.

27 *Epiſcopus penſionem reſeruare in alterius commodum minimè poteſt.*
Niſi cauſa ſufficiens fuerit. & n.29.
Alioquin reſeruatio eſt nulla. & n.34.
Ratio redditur. n.30.
Ordinans verò aliquem ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem ſine ſufficienti titulo, de ſuo illi prouidere debet ad victum ſufficientia, & neceſſaria.

30 *Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debent.*

31 *Penſio ab Epiſcopo impoſita ex iuſta, & rationabili cauſa, vtputà ad ſedandas lites, vel Clerico pauperi, vt ſtudijs litterarum vacet, prouideat, ſucceſſorem in beneficio non afficit. n.32. & n.35.*
Ratio redditur n.33.
Quia penſiones perpetuæ reſeruari non poſſunt, niſi per Papam.

36 *Penſionem obtinens ab Epiſcopo reſeruatam, etiam ex cauſa, cùm in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat, & ad titulum eiuſdem penſionis promotus, ſecuta beneficiarij morte, cùm penſio extincta ſit, ſine titulo remanet.*
Satiùs tamen illi erit, ſi à Sancta Sede Apoſtolica confirmationem obtineat. nu.42.

37 *Prouerbium. Incidit in Scyllam cupiens euitare Caribdim.*

38 *Penſionem, vel patrimonium habentes, vt ad illorum titulum promoueri valeant, verè illa habere debent.*
Vt perpetuò videlicet habeant.
Et Epiſcopi remittitur iudicio, ſi titulum illum admittere iudicauerit. & num. 39. & 40.

43 *Epiſcopus de vna in aliam Eccleſiam tranſlatus, ſi familiari ſuo beneficium contulit in priori Diœceſi, non poterit eundem promouere poſtmodùm ex vi beneficij in illa priori obtenti.*
Niſi in ſecunda aliud illi conferat beneficium.
Vt ſubditus efficiatur.

AR-

ARGVMENTVM.

Epiſcopus familiarem ſuum triennalem promouere quidèm ad ordines poteſt, modò illi ſtatim quacunq; fraude ceſſante re ipſa beneficium conferat. ex *Sacro Tridentino Concilio ſeſſ. 23. cap. 9. de reformat*. Quid ſi non beneficium, ſed penſionem illi contulerit, an menti ſatis Sacri Concilij factum fuerit? Nùm penſio in hoc capite beneficij nomine comprehendatur: vel vt diuerſa habeantur? Nùm verò Epiſcopus penſionem reſeruare poſſit, etiam ſine cauſa? & nùm perpetua illa dicatur, vt ad ſucceſſorem beneficij tranſeat? Ordinans verò ſine titulo ſufficienti, vel non conferens beneficium familiari ſuo, quàmuis triennali, quem promouit, in quas pœnas dederit? diſſeritur. Quid ſi Epiſcopus à priori illa Eccleſia, in cuius Diœceſi ſit beneficium, quod familiari contulit, in aliam ſit translatus Eccleſiam, ſi illum ad ordines promouerit, nùm aliud illi conferre beneficium debeat, vt menti factum ſatis ſit Sacri Concilij?

RESPONSIO LXXXIII.

1 STellis, qui Epiſcopos eſſe ſimiles dixerit, non ſanè errauerit. Nam ſtellis ſimiles eos conſpexit Ioannes *Apoca-*
2 *lyps*. 1. 16. cum primum in Pathmos Inſulam relegatus ob fidei Catholicæ confeſſionem, ſimilem filio hominis vidit Angelum: qui habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Explicans quippè ipſemet Angelus quid ſeptem ſtellæ eſſent, quas in dextera manu habebat: *Septem ſtellæ* (inquit) *Angeli ſunt Eccleſiarum*. Angeli, hoc eſt
3 Epiſcopi explicant omnes. Stellis autem quarè comparentur Epiſcopi, qui etiam Angeli dicuntur. manifeſtum facit Riccardus de S. Victore ſequentibus loquens.

Rectè ſtellis comparantur, non planetis, id eſt errantibus ſyderibus; quia in eodem ſtatu iuſtitia debent ſtare, non per diuerſa vitia ſemetipſos permutare; & conuerſationem habere in Cœlo *per contemplationem*. Erran-
4 tia nempè ſydera, atq; planetæ ſunt hæretici, vt eos appellauit Iudas Apoſtolus epiſt. vnic. num. 13. *Fluctus* (inquiens) *feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia*: & quia in doctrina errant, errareq; alios faciunt; tùm etiam quia inſtabiles ſunt in fide, & errant. hoc autem accidit eis, quia extrà Eccleſiæ firmamentum ſunt. Vt contrà, Ca-
5 tholici Epiſcopi ſtellis ſunt ſimiles: Quoniam ſtabiles in Eccleſiæ Catholice, fideiq; firmamento ſunt. Et propterea ſicut ſtellæ à Sole
6 lumen recipiunt, ità Epiſcopi à Chriſto, qui Sol eſt iuſtitiæ, illuminantur, vt alijs lucere
7 poſſint. vti Apoſtolus 2. *ad Corinth*. 2. 18. docet, dùm ait: *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem*. Quia nimirùm veluti ſpecula *gloriam* Domini contemplantes recipimus, eandem Chriſti imaginem in nobis tam clarè excipimus, vt in eandem ipſius imaginem transformari videamur *à claritate in claritatem*. tan-
8 quàm videlicèt nitidiſſima ſpecula imaginem à Chriſto recipientes, eandem ſubindè in alios iacentes, *à claritate*, quam accipimus, *in claritatem*, quam emittimus per communicationem eiuſdem imaginis, eiuſdemquè ſplendoris emiſſionem prodeuntes. *Blaſius Viegas in Apocalyp. c. 1. comment. 2. ſect. 13. n.*
9 1. Lucere proindè debent Epiſcopi his, quibus Epiſcopi, hoc eſt ſuperintendentes, poſiti ſunt, ſuperquè eos intendere, nè periclitentur. ex Iſidoro lib. 7. ethymologiarum cap. 12. à Gratiano relato *can. Cleros, & Clericos*. 1. §. *Epiſcopatus. diſt*. 21. & ex Hieronymo ad Euagrium Epiſcopum epiſt. 85. tom. 3. in *can. legimus in Eſaia* 24. §. *ſed & Petrus diſt*. 93. ob hanc proindè cauſam in Spiritu Sancto congregati Patres illi in Sacroſancta Tridentina Synodo *ſeſſ. 6. cap. 1 de reformat*.
10 Epiſcopale munus, *Onus Angelicis humeris formi-*

formidandum, agnouere, atq; appellauere.
Circumſpicere namq; eos oportet, ne quid
fiat, quod alios offendat. Idcircò petitioni
factus eſt locus, quam ſubijcimus.

Epiſcopus quidam familiari ſuo triennali
penſionem tribuit, quadraginta octo duca-
torum monetæ Regni, quam ille exigit, Bul-
lis expeditis per eundem Epiſcopum. Eun-
dem poſtmodum ad penſionis præfatæ titu-
lum ad Sacrum ſubdiaconatus ordine pro-
mouit, nec aliud ei confert beneficium.
11 Quæritur proindè, an Sacroſanctæ Tridenti-
na ſynodi menti, & diſpoſitioni *cap. 9. ſeſſ. 23.*
de reformat. factum ſatis fuerit per penſionis
reſeruationẽ, vt ritè, rectèq; promotus fuerit?
& ùtrùm in aliquam dederit pœnam Epiſco-
pus ſic promouens illum, vel ſit ei locus, vt
malè factum per Beneficij collationem re-
ponat? Quæſitis vt reſpondeamus verba in
medium afferamus Sacri Concilij oportet:
ſic illa: *Epiſcopus familiarem ſuum non ſub-*
ditum, ordinare non poſſit, niſi per triennium
ſecum commoratus, & beneficium, quacunq;
fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi conferat,
conſuetudine quacunq; etiam immemorabili
in contrarium non obſtante.
12 Duo ergò ſunt quæ copulatim Sacrum
Concilium perquirit, vt Epiſcopus familiarẽ
ſuum, non aliàs ſibi ſubiectum, ordinare va-
leat: quòd ſit familiaris, & triennalis familia-
ris: & quòd beneficium, quacunq; fraude ceſ-
ſante, ſtatim re ipſa (in veritate ſcilicet) illi
conferat. Vnum horum ſi defuerit perperàm
promouebit illum, ſiuè ad minores, ſiuè etiã
ad maiores, vel ad primam Clericalem ton-
13 ſuram promoueat illum. ita nec ab re per-
pendit *Rota coram Seraphino in Cremanen.*
penſionis 3. Decembris 1582. deciſ. 731. n. 3.
part. 1. diuerſorum. in qua ita declaraſſe Sa-
cram refert Congregationem Eminentiſſi-
morum Sacri Concilij Tridentini Interpretũ
in vna *Hieracen. 6. Septembris 1581. Barboſa*
in collectan. ad Sacrum Concilium d. cap. 9.
ſeſſ. 23. num. 1. Pater Diana part. 4. tract. 4.
miſcellaneo. reſolut. 145. Requiri verò vt be-
neficium illi conferat, vt ex non ſubiecto
ſubiectus euadat. *Rota ibidèm d. num. 3. &*
14 *num. 15.* Triplici quippè ratione cùm quis,
vt promoueri valeat, ſubditus alicuius Epi-
ſcopi efficiatur, vel ratione originis, vel do-
micilij, vel deniq; beneficij, ex Bonifacio
VIII. *cap. cùm nullus 3. de tẽporibus ordinat.*
lib. 6. neq; familiaris, non aliàs ſubiectus, ex
aliquo dictorum capitum ſit Epiſcopo ſub-
15 ditus, & priuilegium hoc ſit Epiſcopi, vt fa-
miliarem ſuum, antequàm ſit ei ſubiectus,
promouere valeat, modò triennalem, decre-
uit Sacrum Concilium, vt poſſit illum pro-
mouere, modò tamen beneficium quacũq;
fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat; vt
ratione collati beneficij ſubiectus eidem
fiat, qui non erat aliàs. De beneficio ergo lo-
quitur Sacrum Concilium, ſicut de benefi-
cio & verba facit Bonifacij Conſtitutio *d. c.*
cùm nullus. 3. non itaq; de penſione exaudiri
poterit: & quòd penſio beneficium non ſit, &
quòd ipſa ſubiectum non faciat vt benefi-
cium.
16 Et quidèm ſatis diuerſa inter ſe habentur
beneficium, & penſio; Vti diſtincta quippè
Honorius III. in *cap. ad audientiam noſtram*
31. de reſcriptis extrà. Bituricen Archiepiſco-
po Apoſtolicæ Sedis Legato ſcribens, agno-
uit ea, illis verbis; *recipientes ab eis annuas*
penſiones, ſeu alia beneficia. vti diſtincta equi-
dèm penſiones habet, & beneficia. eiuſdẽq;
ſenſus Bonifacius VIII viſus eſt eſſe in *capit.*
quàmuis 4. de præbendis in 6 dicens: *eis non*
in penſione, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis tã-
17 *tùm volumus prouideri.* Rationem refert
Gloſſ. ibidèm verbo *in penſione.* in additio-
nib. *Quia* (inquiens) *per beneficium quis in-*
titulatur, & obligatur Eccleſia, & tenetur
ad continuam reſidentiam; Sed per penſionẽ
non intitulatur, nec ad reſidentiam tenetur,
cùm illa poſſit etiam laico concedi. ſic Gloſſ.
concinit non obſcurè eiuſdem Sacroſanctę
Tridentinæ ſynodus decretum *ſeſſ. 21. cap. 2.*
18 *de reformat.* Decernens namq; ita; *ne quis*
deinceps Clericus ſecularis, quàmuis aliàs ſit
idoneus moribus, ſcientia, & ætate ad ſacros
ordines promoueatur, niſi prius legitimè con-
ſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſi-
bi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſi-
dere. Subnectit poſtmodum; *Patrimonium*
verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſt-
hac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudi-
cauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel com-
moditate Eccleſiarum ſuarum. Satis itaq; di-
ſtincta inter ſe Sacroſancta Synodos in his
verbis penſionem agnoſcit, atq; beneficium,
penſionemq; beneficij ſub nomine compre-
hendi minimè. quam ſententiam admittunt
ferè omnes. *Gigas de penſionib. q. 28. in prin-*
cip. & q. 32. Capycius deciſ. 200. per tot. Hoie-
da de incompatibilitat. beneficiorum in præ-
fatione num. 3. & part. 2. cap. 7. nu. 4. Gonza-
lez ad regulam 8. cancellar. Gloſſ. 5. §. 5. nu. 2.
& 25. Ioannes Azor. in Inſtit. moralium par.
2. cap. 5. q. 2. & lib. 8. cap. 5. q. 4. Nauar. conſ.
66. quidam penſionarius num. 3. 4. & ſeq. lib.
5. de ſimonia. Parſius de reſignat. benefic. lib.
2. q. 15. Mandoſius conſ. 55. à num. 15. & nu.
18. & ſeq. Barboſa de officio Epiſcopi part. 2.
allegat. 4. num. 56. Squillantes de priuileg. cle-
ricor. cap. 4. num. 249. Rota in Cæſarauguſta-
na penſionis 13. Nouembris 1591. coram Card.
Pamphilio apud Marchesan. part. 1. fol. 569.
num. 6. Salzedus ad praxim Diaz cap. 65.
num. 10. Garſias de beneficijs part. 1. cap. 5. n.
2. & dictum fuit in *Brixien. confidentia 5. Iu-*
nij 1591. coram Penia, quam ad verbum re-
19 fert *Garſias* ibidèm *num. 52.* Quippè pen-
ſio eſt quid temporale, & formaliter per ſe
diſtinctum à beneficio. *Grilenzonius conſ. 3.*
num. 1. 2. & 3. Gigas dict. q. 28. de penſionib.

Cre-

Digitized by Google

*Creſcent.deciſ.*14.*num.*2.*& ſequent. de ſentent.& re iudicat.Rota par.* 1. *diuerſorum deciſ.*425.*nu.*2.*Gonzalez ad regulam* 8.*Gloſ.* 5.*d.*§.5.*num.*25.*Garſias d.cap.*5. *num.*49. *&*
20 *ſeq.* Propter quam cauſam penſio, vt quid
diuerſum à beneficio, incompatibilitatem
minimè operatur cum alio beneficio eodē
21 ſub tecto, in eadem ſcilicet Eccleſia. ni forsan
ſis penſio data fuiſſet in beneficij titulum.
Gigas de penſionib. d. q. 32. *Mandoſius in praxi ſignaturæ tit. de diſpenſatione ad beneficia ſub eodem tecto col.*2.*verſ.an autem penſio ſol.mihi* 43.*alter. Hoieda de incompatibilitate part.*1.*cap.*20. *num.* 22. *& part.*2. *cap.*7.*nu.*1.*& ſeq.Pariſius de reſignat. lib.*2. *d.q.*15.*num.*17.*Garſias de beneficijs part.* 11. *cap.*5.*num.*315.*vſq; ad* 318. *Creſcent. d.deciſ.*14.*nu.*3.*de ſentent.& re iudicata.*
22 Quòd verò forū in hac ordinationis materia
penſio non tribuat, conſequenterq; ſubiectum minimè faciat, id probatur. ex d. nāq; *cap.cùm nullus* 3.*de temporib. ordination. in* 6. tres tantummodò traduntur modi, quibus
ad Epiſcopum ordinandum, quis forum, cōſequenterq; ſubiectionem ſortitur: vel ratio-
23 ne originis, vel propriæ, vel paternæ; vt Sacram
declaraſſe Congregationem in *vna Vici Equen.* 12.*Auguſti* 1628.refert *Barboſa in collectan.ad Sacrum Trident. ſeſſ.* 23. *cap.*8. *num.*17 *Diana part.*3. *tract.*4. *miſcellan. reſolut.*148. *Rubeus in aphoriſmis Epiſcoporū verbo ordo num.*7. & nos alibi plenius. vel ratione domicilij, vel demùm ratione bene-
24 ficij. penſio verò beneficium non ſit, neq;
beneficij appellatione comprehendatur, vt paulò antè diximus. non ergò forum tribuet, conſequenterq; ſubiectionem. nullo itaq; modo per penſionem Sacri Concilij menti ſatisfactum erit. Malè proindè, atq; contra formam in d. Sacro Concilio ſtatuta familiarem hunc ſuum promouit Epiſcopus, niſi beneficium illi ad Sacri prædicti Concilij præſcriptum, ſtatim (quàm primum ſcilicet commodè poterit) modò non magnum præterfluat tempus, ſex ſaltim menſium, vt poſt *Molpheſium in ſum. Theologia moralis tract.*2.*cap.*2.*num.*9. ſequitur *Barboſ. ad d. cap.*9. *Sacri Concilij ſeſſ.*23. *num.*10. omni
25 fraude ceſſante re ipſa illi contulerit. dedit
propterea in pœnas contra alienum ſubditum ſine Ordinarij ſui licentia ordinantem ſtatutas. ex Calixti II. conſtitutione in *can. nullus.* 1.*& can.nullus primas.*3.9.*q.*2. & ex Sacroſancta Tridentina ſynodo *ſeſſ.*6. *cap.* 5. *& ſeſſ.*14.*cap.*2.*& ſeſſ.*23.*cap.*8.*de reformat.* quæ eſt, vt *ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum executione, quandiù proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.* & reſpondit *Rota in dicta Cremonen. penſionis coram Seraphino d.deciſ.*731.*part.*1.*diuerſorum.* Hieronymum Carcanum quàmuis familiarem Eminentiſſimi Cardinalis Sfortiæ Epiſcopi Parmen. malè ab eo ad primam Clericalem tonſuram ſine ſui Ordinarij litteris, atq; licentia promotum fuiſſe, cùm non illi ſtatim quacunq; fraude ceſſante re ipſa beneficium contulerit. iuxtà diſpoſita in d. decreto Sacri
26 Concilij *cap.*9.*ſeſſ.*23.*de reformat.* Quod ſa-
nè cum generalitèr loquatur, vt (*Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, &c.*) generalitèr exaudiendum erit de quocunq; ordine, etiam Clericali tonſura. vt plenè in *d.deciſ.per totam*, potiſſimùm *nu.* 3. *&* 4.*& ſeq.*

Quibus pari modo ſuccedit, malè hunc etiam ſuum familiarem, quàmuis triennalē, ad Sacrum Subdiaconatus ordinem ad titulum penſionis ab eodem Epiſcopo reſeruare
27 promouiſſe. Cùm enim penſio ipſa ab eodē
Epiſcopo eidem reſeruata fuerit, & abſq; cauſa. reſeruatio vtiq; nulla fuit, atq; conſe-
28 quenter ſine titulo promotus fuit. quam ob
cauſam donec illi de ſufficienti beneficio, vel alia penſione legitimè reſeruata prouiderit, ex ſuo tenebitur illi alimenta ad victum neceſſaria præſtare. ex Innocentio III. in *cap. cùm ſecundùm Apoſtolum* 26. *& cap. tuis* 23.*de præbend.extrà.& cap.ſi Epiſcopus.* 37. *de præbend.in* 6. diximus *reſponſion.* noſtra 61.*nu.*3.4.*&* 5.*part.*3.
29 Et quidem receptum comuniori Doctorum
eſt calculo, quicquid aliqui in aduerſum dixerint, Epiſcopum non poſſe ſuper beneficijs, penſionem alijs reſeruare, ſine cauſa,
30 illaquè iuſta, præſertim. Quoniam ipſo Sa-
crorum canonum iure conſtitutum eſt, Beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione conferri. ex Innocentio II. in ſynodo Romana cap. 2. relato *can.ſi quis præbendas.*15. *aliàs ſin.in ſin.* ibi: abſq; diminutione aliqua. ibidèmq; *Gloſſ.fin.* verbo *diminutione* 1. *q.*3. ex Innocentio III. in *cap. vnico* §. *omnibus ergo in fin. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conſeruentur*, & Alexandro III. in Concilio Turonen. in *cap. maioribus.*8. & Innocentio III. in *cap. vacāte* 26. Gregorio quoq; IX. in *c.cùm cauſam* 36. *de præbendis extrà.* & ex Concilio Lateranen. in *cap.prohibemus.* 7. *extrà de cenſibus.* Et quatenùs quidèm ex
31 iuſta cauſa illam impoſuerit, vt putà differen-
tiarum, & ſedandarum litium gratia; vel in pauperem Clericum, vt poſſet ſtudijs vacare litterarum. ex *Abbate in cap. conquærente num.*5.*de clericis non reſidentibus. Pelin. in cap.ad audientiam* 31.*num.*2.*verſ.ſecunda concluſio de reſcript. Rota coram Eminentiſſimo Lancellotto ſeniore deciſ.*519. *ſub nu.*3.
32 *verſ.minus facit.part.*1.*diuerſorum.* Illa ta-
men in ſucceſſorem in beneficio non tranſibit, ſed ſupremo illius die, qui beneficium obtinebat, & quo cum lis perdurabat, terminabit, ſtabitq; *Ioannes Azorius Inſtitut. moralium part.*2.*lib.*8.*cap.*6.*q.*1. *verſ. extrà omnem controuerſiam. Gonzalez d.Gloſſ.*5.§. 5.*num.*27.*& ſeq.* plenè *Garſias d.part.*1.*c.*5.

num.

Digitized by Google

n.296.cum ſeq. per plura. & dictum fuit in
Meleuitana Canonicatus 9. Martij 1595. *co-
ràm Card. Mellino apud Marcheſan. p. 1. fol.*
611. *dec.* 12. quæ eſt etiam in impreſſis per
Farinac. deciſ. 104. *poſt* 1. *vol. ſuor. conſilior.*
& meminit idem *Garſias d. cap. 5. num. 296.
& num.* 343. & ſequuta fuit *Rota p. 2. in re-
cent. dec. 166. num. 5. & par. 1. in recent. deciſ.*
437. *num.* 2. rationemq; reddit ex *Gigante*
33 *de penſion. q. 87. nu. 5.* Quia penſiones per-
petuæ non poſſunt reſeruari, niſi authoritate
Papæ.

Vel itàq; ex iuſta, rationabiliq; illaq; pro-
bata cauſa penſionem hanc ſuo huic fami-
liari reſeruauit Epiſcopus; vel non ex iuſta
cauſa, neq; probata, neq; rationabili, ſed ex
eo duntaxat, quòd familiaris eius eſſet. &
quidèm ſi hoc modo, non ex cauſa, reſerua-
34 tio vtiq; nulla fuit. vt dixit *Rota in d. Meleui-
tana Canonicatus coràm Card. Mellino dict.
deciſion.* 12. *apud Marcheſanum, vel* 104.
*apud Farinacium poſt primum volum. eius
conſilior. & d. deciſ. 166. num. 5. par. 2. in re-*
35 *centior.* Si verò primo modo, & cum cauſa,
& reſeruatio temporalis fuerit, donec vitæ
ſuperſtes erit beneficiarius, qui penſioni cõ-
ſenſit, neq; ad ſucceſſorem tranſibit. Ex tunc
36 itàq; ſine titulo manebit: Quia penſio per
mortem titularis extinguitur. Quoquo verta-
tur igitur res hæc, periculoſa videtur; vt in
37 Scyllim dediſſe videatur hic, cupiens euitare
Caribdim, vt fertur adagio. Nàmq; ex Sacro
Concilio *d. cap. 1. ſeſſ. 21. de reformat. in fin.*
perquiritur; vt qui ad patrimonij, vel etiam
penſionis titulum promouentur, quia ſic
Epiſcopus pro neceſſitate, vel ſuæ Eccleſiæ
38 commoditate expediens iudicauerit; verè,
vel patrimonium, vel penſionem poſſideant,
illaq; perpetua, donec vixerint, vt neq; extin-
gui, vel remitti valeant, eſſe debeant. *Squill.
de priuileg. Clericorum dict. cap. 4. num.* 248.
*Cenedus practicar. quæſt. cap. 4. num. 23. Il-
luſtriſſ. Epiſcopus* Campanilis *in diuerſorio
iuris Canonici rub. 8. cap. 3. num. 1. & ſeqq.*
Iſta verò penſio nullo ex duobus modis per-
petua eſt: non primò, quia temporalis, & ad
vitam tantùm beneficiarij: non ſecundò, quia
nulla,

39 Neq; dicant ex Sacro Tridentino *d. cap. 2.
ſeſſ.* 21. Epiſcopo datam eſſe facultatem arbi-
trandi, an debeat quiſquam ad patrimonij,
vel penſionis titulum promoueri. Iudicauit
iàm Epiſcopus hunc familiarem promoue-
re ad penſionis titulum. eſt propterea rectè
promotus, ſatiſquè factum menti Sacri Con-
cilij.

40 Factum ſatis eſt menti Sacri Cõcilij, quòd
Epiſcopus iudicauit hunc familiarem ad pẽ-
ſionis promouere titulum, quòad hanc par-
tem quidèm tituli, modò promotus verè
penſionem poſſideat. iuxtà diſpoſita *d. capit.
2. ſeſſ. 21. de reformat.* & hoc ſanè non abnui-
41 mus. Satisfactum eſt menti Sacri Concilij
d. cap. 9. ſeſſ. 23. de reformat. quatènus fami-
liarem ſuum triennalem, nõ ſibi ſubiectum,
ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij promouere
valeat Epiſcopus, neq; ſtatim, (quacunquè
fraude ceſſante) re ipſa beneficium eidem
conferat, penſionem illi conferendo; & hoc
expreſsè negamus. Quia, vt iàm diximus,
penſio beneficium non eſt, nequè beneficij
nomine comprehenditur.

42 Satiùs itàq; eſſet huic familiari, ſibiq; in
maius commodum cedet, penſionem ſibi à
Sancta Sede Apoſtolica confirmari, nouo ac-
cedente beneficiatij conſenſu, iuxtà tradita
per *Gonzalez d. Gloſſ. 5. §. 5. num. 30. cum
ſeqq.* & ab eadem Sancta Sede per pœniten-
tiariam ſecretam remedium ſibi quærere
à ſuſpenſione, vel etiam ab irregularitate
contracta ſi ordinem exercuerit ſuſceptum.

43 Quod multò magis expediens putamus,
quin non neceſſarium; quòd ſupponitur,
Dominum hunc Epiſcopum ex illa priori
Eccleſia in aliam tranſlatum fuiſſe, & poſt
tranſlationem hunc familiarem ad ſacrum
ſubdiaconatus ordinem promouiſſe ad titu-
lum illum penſionis in priori illa Eccleſia
reſeruatæ. vt neq; ſi beneficium fuiſſet, pro-
mouere eum potuiſſet abſq; dimiſſorialibus
litteris, vel Epiſcopi ſui originis, vel benefi-
cij. *Barboſa ex Sellio d. cap. 9. ſeſſ. 23. nu.* 12.
Ex vtroq; itàq; capite non ſibi ſubiectum
promouit. In pœnas itàq; vterq; dedit. ille
ab exercitio pontificalium per annum; hic
ab executione ſuorum ordinum, vt in ſupe-
rioribus diximus.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto ſapien-
tiori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem viri adiutorium creauit Omnipo-
tens Deus.*
*Vt ea illa cuſtodiret domi, quæ foris labo-
rando vir acquiſierit. n. 2.*
*Indè viro timidior, vt paratior ad domus
cuſtodiam eſſet. n. 3.*
*Mulier viri conſors, ſacrorumq; ſocia. ex
lege Romuli dicitur. n. 4.*
*Ex vitæ verò ſocietate quodammodò do-
mina eſt. n. 5. ex Paulo.*
*Conſortium omnis vitæ, diuini, & huma-
ni iuris communio. ex Modeſtino nu. 6.*
*Socia humanæ, atq; diuinæ domus. ex An-
tonino Cæſare. n. 7.*
*Adiutrix operum rei domeſticæ. ex Cle-
mente Alexandrino. n. 8.*
Vndè materfamilias nuncupatur.
*Mulier, quæ proba eſt, elàm viro nihil re-
tinere debet. ex Plauto. n. 9.*

Digitized by Google

Mulier nulla ſine culpa reperitur.nu.10.
Ideò mulieres vitandæ.n.11.
12 *Vxor matrimonij tempore ſi quid acquiſierit,ex viri bonis acquiſiſſe præſumitur.*
Vt turpis lucri ſuſpitio omnis vitetur.
Extenditur etiam in vidua.n.13.
Intrà annum luctus potiſſimùm.
Ni alitèr ipſa,ex quibus acquiſierit,oſtenderit.n.14.
Nàm habet contra ſe iuris præſumptionem.n.15.
Niſi alitèr ipſa diuitijs abundaret.n.16.
Vel in aliqua eſſet arte perita.& ex illa multum lucraretur.n.34.
Secùs ſi pauper.n.18.
Quàmuis ſe diligentem,atq; induſtriam matremfamilias probauerit.n.27.
Vel de venditione agatur bonorum,atquè ſtatim poſt viri mortem.n.41.
Vel ſi tutrix reperiatur filiorum,quia ex eorum bonis vendidiſſe videbitur.nu.42.
Et rationem reddere tenebitur.n.43.
Potiſſimùm verò ſi contra eam ſint probationes.n.44.
Secùs ſi ad vindicandam agatur rem, quam viuente viro emerat,& poſſederat.n.45.
17 *Præſumptio euidenti cedit probationi.*
19 *Vxores,quæ dotes deferunt magnas,virorum emunt dominium.*
Illa dotata ſatis eſt, quæ morata rectè venit.
20 *Regulæ ſtandum,donec exceptio probetur.*
Qui autem exceptionem dixerit,probare tenebitur.n.21.
Quod enim de regula eſt,certum,euidenſq; dicitur.n.22.
Proindè caſus,qui à regula deficiunt,probandi.
23 *Præſumptionem iuris,qui elidere tentat,hoc legitimis probationibus præſtare oportet.*
Quia iuris præſumptio ſine euidentibus non deficit probationibus.n.24.
Præſumptio iuris pro veritate habetur.num.25.
Et concludens,ac liquidiſſima probatio dicitur.
Inq; aduerſarium probandi onus reijcit.num.26.
28 *Vxor in domus cura viro cooperari debet.*
Et in officio mariti eſſe debet.n.29.
Etiam poſt viri ſuprema funera intrà annum luctus.n.30.
Quia interim alimenta ei præſtantur.num.31.
Etiam in telis conficiendis.
Et maritalia ſeruitia præſtare.n.33.
32 *Mulieris induſtria regularitèr non tanta eſſe conſueuit,vt multum ex illa lucrari valeat.*
Niſi nimis perita circà aliquam artem eſſet.n.34.
Vt ſi moaulatrix eſſet, & ad eam audiendam Magnates viri confluerent.
35 *Cautio ſemper extare facere depoſitam pecuniam videtur.*
In alterius tamen damnum trahi non debet.n.36.
Nè per ſolam cautionem alterius fiat conditio deterior.
Non enim remedium, ſed venenum tunc dicitur.n.37.
38 *Pecunia depoſita liberari,(quàmuis ſub cautione)non debet; niſi fundatum ſit eius ius,cui liberatur.*
Iudicis verò arbitrio regulato remittitur,nu.40.
Nullo verò modo liberabitur ei, qui fundatum ius non habet.n.47.
39 *Dolo facit,qui petit,quod eſt mox mox reſtituturus.*
46 *Rem emptam ab vxore matrimonij tempore vindicare hæredes non poſſunt ex præſumptione l.Quintus Mutius.*
Sed ad pecuniam tantùm ius habent.
Multòq; magis ad pecuniam habebunt ex re vendita,quæ viri æſtimatur.n.48.

ARGVMENTVM.

Mulier matrimonij tempore quod quæſierit, ex viri bonis quæſiſſe videtur,euitandi turpis quæſtus gratia ſuſpitionē. ni alitèr ipſa apertis docuerit probationibus. propter quam cauſam *textus* expenditur in *l.Quintus Mutius.52.ff.de donation. inter virum, & vxorem.& text.in l.etiam ſi vxoris 6. C.eodem.* Quid verò ſi mulier diuitijs affluat, vel arte polleat,ex qua multum lucretur? Præſumptio autem hæc iuris eſt, vt ſine probatione euidenti reſcindi non poſſit. Regulæ verò ſtandum, ni caſus probetur exceptus. Vxor viro cooperari debet, illiquè de-

debita præſtare obſequia,
etiam poſt viri ſuprema fu-
nera, intrà annum. Cautio
pecuniam ſemper extare fa-
cit. Et quid in tertij præiudi-
cium?

RESPONSIO LXXXIV.

1 MVlierē creauit Omnipotens Deus
in adiurorium viri. poſtquàm
enim Adam Dominus Deus ex
limo terræ creaſſet, eumq; in
Paradiſo voluptatis poſuiſſet, vt operaretur;
& cuſtodiret illum; videns, quòd non eſſet
bonum, hominem eſſe ſolum, fecit ei adiu-
torium ſimile ſibi. *Geneſis.2.15.* Adiutrix
2 proindè viri creata eſt mulier. Cùm enim
opera, & diligentia, (quę ad vitam tranſigen-
dam humanam neceſſaria ſunt, quæ in ſudo-
re vultus parantur) nec exigua cura foris
acquirantur, vt viro calores, & frigora perpe-
rienda, atq; ad longiſſimas etiam terras iti-
nera ſubeunda, trananda maria; ruſticaniſq;
ac militaribus rebus incumbendum ſit. Quę
3 domi curam gereret, atq; parata cuſtodiret,
data eſt Mulier; eaq; timidior viro creata;
nam metus plurimùm confert ad diligentiā
cuſtodiendi. ex Plutarcho, & Columella
de re ruſtica in procemio; *Tuillius ad Alcia-*
4 *ti emblema* 196. proſequitur. Et quidèm in
lege veteri Romuli, viri concors Mulier, ſa-
crorumq; ſocia eſt agnita. Paulus lib. 7. ad Sa-
binum in *l.1. ff. de actione rerum amotarum.*
5 ex Nerua, & Caſſio, ex vitæ ſocietate quodā-
modò eam dominam facit. Modeſtinus lib.
1. regularum in *leg.1. ff. de ritu nuptiarum.*
6 Conſortium omnis vitæ diuini, & hu-
mani iuris communionem nuncupauit.
& Antoninus Cæſar in *l. aduerſus uxorem 4.*
C. de crimine expilatæ hæreditatis. Sociam
7 rei humanæ, atq; diuinæ domus, dixit. *Cle-*
mens Alexandrinus; Adiutricem operum
8 rei domeſticę nuncupauit. & demùm idcir-
cò quidam, Matrem familias dictam aſſerue-
re. Cuſtodire ergò quæ parata ſunt eam
9 oportet, quæ proba eſt, non clàm viro quid-
quam retinere. Plautus in Curculione dixit.

Peculi probam nihil habere addecet.
Clàm viro.

Sed, vt Terentius in Hecyra petijt

10 *Cenſen te poſſe reperire vllam mulierem.*
Quę careat culpa?

cur quæſito facimus ſatis ex Panegeri mu-
liere apud Plautum in Sticho. actu 1. Scen. 2.
hæc namquè ab Antipho patre interro-
gata.

age tu altera.
Vtra ſit conditio penſior
Virginem, an viduam habere? Panegeris
Quanta mea ſapientia eſt;
11 *E malis multis, malum, quod minimū eſt,*
id minimum eſt malum.
Qui poteſt mulieres vitare, vitet, vt quo-
tidie,
Pridiè caueat, ne faciat, quod ſe pigeat po-
ſtridie.

Sic faciendum fuiſſet: Sed non omnes ca-
piunt verbum iſtud, qui poteſt capere, ca-
piat. Chriſtus reſpondit Phariſeis, Dominus,
ac Magiſter noſter *Matthæi 19.12.* Factum
proinde, quod proponitur mentem indicat
mulierum; cùm præſertim viri diem clauſe-
re vltimū. Portia Neapolitana mulier, poſt-
quàm fatis conceſſit V.I.D. Mauritius Tor-
telli vir ſuus, Detio Maſutio Baroni Terræ
Auulturaræ proprio nomine, ſtatuto pretio
porcorū numerū vendidit. pater ex apocha
ducator. 250. in actis deducta. In iudicium
vocatur Detius pecuniam in Cedula com-
prehenſam vt ſoluat, qui penès publicum
Bancum Neapoli debitam pecuniam depo-
ſuit. interim Portia ſecunda init coniugia.
Inſurgit propterea D. Clemens Tortelli Ca-
nonicus Neapolitanus defuncti Mauritij
germanus, eiuſdemq; filiorum tutor; atquè
depoſitam pecuniam Portiæ non liberari
inſtat, pecuniam ex bonis Mauritij per-
ueniſſe, cuius erat porcorum grex: docet
in promptu ex reuelationibus vi monito-
rialium in Curia Archiepiſcopali Neapolita-
na habitorum. Iudex tamen domi pecuniā
Portiæ (data per eum cautione) liberari mā-
dat, à decreto reclamat Clemens. reclama-
tione propterea pendente, ac verbo facien-
do: fit cauſæ ſtatus, potuerit ne iure Portiæ
pecunia liberari, data potiſſimùm cautione?
Grauaſſe Iudicem pecuniam Portiæ liberā-
do reſpondimus.

12 Quàmuis enim porcos Portia proprio vē-
diderit nomine; certa tamen iuris eſt regu-
la: Mulierem matrimonio conſtante ex viri
bonis acquiſiſſe præſumi. Vel itaq; vndè ac-
quiſierit docet Portia, vel nō docet; ſi nō do-
cet, vt omnis à muliere turpis lucri ſuſpitio
ablegetur, ex viri bonis acquiſiſſe pręſumitur.
nō ergo ſua, ſed viri. Pomponiū (quęſo) audias
lib. 5. ad Quintum Mutium. in *leg. Quintus*
Mutius. 52. ff. de donation. inter virum, &
uxorem. quàm diſertiſſimis id exprimat ver-
bis: *Quintus Mutius ait: Cùm in contro-*
uerſiam venit, vndè ad mulierem quid perue-
nerit: & verius. & honeſtius eſt, quod non
demonſtratur vnde habeat, exiſtimari à vi-
ro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam per-
ueniſſe. Euitandi autem turpis quæſtus gra-
tia, circa uxorem hoc videtur Quintus Mu-
tius probaſſe. ſic Pomponius, & Gloſſ. ibidèm
verbo *exiſtimari.* Neq; ne latum vnguem à
Pomponio Alexander Cæſar in *l. etiam ſi*
uxoris 6. §. nec eſt ignotum, C. de donationi-
bus inter virum, & uxorem. diſceſſit. Eius

excipe verba · *Nec eſt ignotum , quod cùm
probari non poſſit , vnde vxor matrimonŷ te-
pore honeſtè quæſierit, de mariti bonis eam
habuiſſe veteres iuris auctores meritò credi-
derint.* nec diſſentitur *Gloß.* ibidèm verbo
meritò crediderint. ſequiturq; *Gloſſ.fin.* verbo
diuiſionem in *ca.2.in fi.de donat. inter vir.&
vxor.* ibiq; *Scribẽtes.Frãc.Cremẽſ.ſingul.6.tu
ſcis.Boerius deciſ.81.nu.1.Guido Papa deciſ.
468. num.19. Alciatus de præſumptionibus
regula 3.præſumpt 26.num.1.Fortius Imola
commun.concluſionum lib.1.concluſ.14.Ga-
briel lib.1.de præſumptionib.concluſ.15. Si-
mon de Pratis conſ.149.num.3.Iacobus No-
uellus poſt Duennas de regulis iuris regul.
99.Minſyngerius centur.2. obſeruat.92.nu.
1.Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſin. 12. num.
19.& deciſ.28.num.2. Menoch.de præſumpt.
lib.3.præſumptione 51.num.1.& ſeq.Cache-
ran.deciſ.140.num.4.& 8.Marius Antoni-
nus variarum reſolut.lib.3.reſolut.60. aliàs
fin.caſu 47. Vincent. de Franchis deciſ.536.
num.4.*Hector Capycius Latro *deciſ.46.num.
31.Rota apud S.memor.Gregorium XV.de-
ciſ.539.num.17. & in recentioribus part.1.
deciſ.607.num.2. & apud Cardin.* Cauale*r.
deciſ.331.num.2.*

13 Laxãt Doctores regulam in vidua quoq;
præſertim verò intra annum luctus. adhuc
enim in matrimonio cum viro iam defuncto
perdurare videtur. *Boer.d.deciſ.81. num.7.
Alciat.d.præſumpt.26.num 4. cum ſeq. Por-
tius Imola d.concluſ.14.in princ. Gabriel d.
concluſ.15.in 2.limitat.num.3.& 4.Menoc.
d.præſumpt.51.num. 14. Ioſeph Ludouicus
d.deciſ.12.num.20.*

14 Mulieris itaq; erit docere aliundè ſe, quàm
ex viri bonis, habuiſſe, quæ vel emit, vel ven-
didit. vti dictus Pomponius *d. l. Quintus
Mutius.52.* apertiſſimis verbis, quæ ſupra
retulimus, docet. & Alexander Cæſar eadem
l.etiam ſi vxoris.6. admittitq; *Petrus de Pe-
tra ſancta ſingulari 99.inter virum.num.3.
Boerius d.deciſ.81.nu.2.& 3. Minſyngerius
d.obſeruat.92.nu.5.6.& 7. Ioſeph Ludouic.
15 d.deciſ.12.num.20.& d.deciſ.28.num.2.* ha-
ber equidem contra ſe iuris præſumptionem
ſecundùm *Menochium,* & quos ipſe refert.*d.
præſumpt.51. num. 2.* ſequiturq; *Antonius
Monachus deciſ.Lucenſi 25.num.12 & nu.
79.& 80.* Niſi aliàs mulier ipſa diuitijs af-
16 flueret, contrà verò vir paupertate premere-
tur; vel illa in aliqua eſſet arte perita, vndè in
promptu acquiſitionis honeſta adeſſet cauſa.
*Boerius d.deciſ.81. nu.3. Alciat. d.præſumpt.
26.num.10.& 12.Imola d.concluſ.14. limit.
2.3.ac 6.& limit.16.Gabriel d. concluſ.15. in
1.limitat.num.12.13.& 17.& limit.12.nu.
24.Menoch.d.præſumpt.51. num.36.& 38.
Ioſeph Ludouic.d.deciſ.28.num.2. Antonius
Faber lib.4.tit.14.C.de probation. definit.41.
Rota coram* Coccino *deciſ.244. num. 17.18.
& ſeq.part.7.in recentiorib. per Rubeum.* &

perpenſum anteà fuerat in *Rota apud Vbal-
dum d.deciſ.607.num.3. & 5.part.1. in re-
centiorib.*

17 Tunc nempè probationi euidenti præſũp-
tio cederet, locumq; daret. ex Modeſtino
lib.4.regularum in *l.ſi Chyrographum 24.* &
Paulo lib.3.quæſtionum in *l.cùm de indebito.
25.ff.de probationib.Nouellus d.reg.96.*

18 Tantum verò abeſt, Portiam, & ſi nobili
ex gente natam, vel arte pollere, vel diuitem
eſſe, vt magis verum ſit paupertate præmi, vt
nec dotem dederit, & vir eam, vt putà di-
ues, in mille dotarit. an quod ipſe Plautini il-
lius dicti in Aſinaria memor fuit?

19 *Argentum accepi dote, imperium vendidi.
Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt Viri.*
Nam aliàs ex eodem in Au.
*Dotatæ mactant, & malo, & damno viros.
Dummodò morata rectè veniat, dotata
eſt ſatis.*

20 Regulæ proindè ſtandum, donec contra-
rium probetur. *Menochius d. præſumpt. 51.
num.19. Antonius Faber C.de probationib.
definit.36.Minſyngerius d.obſeruat.92. nu.3.*
& perpenſum in his terminis fuit de pauper-
tate mulieris, viriq; diuitijs in *Rota apud
Card.Caualer.deciſ.357.num.3.* ad excludẽ-
dam præſumptionem *d.l.Quintus Mutius.*

21 Qui ergò à ſua deficere rectitudine, falle-
req; regulam dixerit, id ipſum probatione
præſtare oportebit. ſine prouerbio id docuit
Paulus lib.9.reſponſorum in *l.ab ea parte. 5.
ff de probationib.* & ex Bonifacio VIII. in *c.
ad decimas.2.aliàs fin. de reſtitutione ſpolia-
torum lib.6.Alciatus regula 1.præſumpt.28.
num.6.Iacobus Nouellus regula 173. Viuius
deciſ.135.num.1. & ſeq.* Surdus *deciſ.322.n.
40.Petrus de Benintendis deciſ.65.num.9. &
10.Ambroſinus de immunit.Eccleſia cap.11.
num.4.verſ. primò enim.Rota apud Sanctæ
memor.Gregor.XV.deciſ.182.num.1.*

22 Porrò dubium eſſe haud dicitur illud,
quod regula fulcitur, & regitur, quin euidẽs,
certumque: quàmuis verò aliqui caſus ſint,
qui à regula deficiant, illi tamen ſpecialiter
probatione deducẽdi erũt. ex *Bart.in l.quo-
tiès 13.in fin. ff.ſi quis cautionib. Alciatus ſi-
uè Addentes ad eum d.regula 1.præſumpt.28.
num.6.Iacobus Thomingius deciſ. Lipſienſis
Senatus.16.num.7.*

23 Portiæ proindè erit, iuris ſibi obſiſtente
præſumptione, euidentibus oſtendere pro-
bationibus, quos vendidit Maſurio Sues, ex
viri bonis non fuiſſe, aliundè q; ipſam hone-
ſtè acquiſiſſe. ex Vlpiano lib. 5. opinionum in
*l.non eſt veriſimile.23.aliàs fin. in princ.ff.de
eo, quod metus cauſa geſtum eſt,* ibidèmq;
Gloſſ. verbo *præſumptioni.cap.quia veriſimi-
le 10.*ibiq; *Abb. 2.notabili de præſumptionib.
Simon de Pratis d.conſ.140. num.5. & 20.*

24 Non enim iuris deficit prẹſumptio niſi aper-
tiſſimis probationibus. ex Vlpiano *d.l. non
eſt veriſimile fin.* qui ſine fuco loquitur: *ſed*

bu-

huiuſmodi præſumptioni (dicens) debet aper-
tiſſimas probationes violentia opponere. ſe-
quiturq; Menochius lib. 1. de præſumptionib.
q. 31. num. 2. Marius Antoninus Maceraten.
variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 106. num. 25.
25 Iuris verò præſumptio, quam lex pro verita-
te habet, & quæ alias concludens, liquidiſſi-
maq; probatio dicitur. ex Decio in l. 1. nu. 57.
& 69. ff. ſi certum petatur. Alexander in l. li-
cèt Imperator. 77. num. 4. ff. de legat. 1. Socin.
iuniore in repetit. l. 1. num. 57. verſ. & iſta ff.
26 ſoluto matrimon. in aduerſarium probandi
onus reijcit. Menoch. de præſumption. lib. 1.
q. 33. num. 2. Maceraten. lib. 3. reſolut. 31. nu.
11. Rota part. 2. in recentiorib. deciſ. 756. n. 4.
27 Nihil itaq; ad depoſitam pecuniam ſibi
liberandam proficier, nomine quod proprio
Sues vendiderit; hæc eſt enim, quæ ſibi ob-
ſtat præſumptio, ex viri bonis acquiſiſſe vi-
deri; quàmuis ipſa ſe diligentem, atq; indu-
ſtriam matrem familias fuiſſe oſtēderit; quòd
28 ſanè vxor in domus cura habēda viro coo-
perati debeat, vt ſicur ille foris, ita intus ipſa
ad rerum quæſitarum cuſtodiam coopere-
29 rur, vt in initio diximus. Nam hæc in officio
mariti eſſe debet. vt Hermogenianus lib. 2.
iuris epitomarum in l. ſi patronus. 48. ff. de
operis libertor. loquitur. & Gloſſ. ibidèm ver-
bo operis. & ipſa dicens: nota. vxorem operari
viro. ex Paulo lib. 7. ad Sabinum in l. ſed ſi vir
lanam. 32. in princ. ff. de donationib. inter vi-
30 rum, & vxorem. quod planè procedit poſt
viri quoquè ſuprema funera intrà annum.
cùm enim alimenta percipiat ex viri defun-
cti bonis, eidem operari debebit. audi Gloſſ.
in d. l. ſicut patronus 48. verbo eſſe debet in fi.
quæ ſic dicit: Sed quid viro mortuo intrà an-
31 num? Reſpondeo. ibi debet operari, vnde &
alimentari. docuit Bald. in l. aſſiduis. C. qui
potiores in pignore habeantur. vxorem debe-
re cooperari viro etiam in telis conficiendis.
eumq; admittit Afflict. deciſ. 44. num. 30. Si-
mon de Pratis d. conſ. 149. num. 4. & 8. Ioſeph
Ludouic. d. deciſ. 28. num. 2. Antonius Faber
C. de probation. dicta definit. 41. Palatios
Ruuios de donationib. inter virum, & vxor.
§. 45. num. 4. Vincent. de Franchis deciſ. 18.
num. 13.
32 Prærerquàm quòd, nec tanta regularitèr
eſſe conſueuit mulieris induſtria, vt multum
ex illa lucrari valeat. ſecundùm Menoch. dict.
33 præſumpt. 51. num. 4. quin non etiam huiuſ-
cemodi induſtriæ, atq; maritalia ſeruitia ex
natura veniant matrimonij, debeanturq; il-
laq; vxor præſtare teneatur. Lupus de dona-
tionib. inter virum, & vxorem. §. 10. verſ. ſic
ergo dicendum. & verſ. extat hoc etiam. ſe-
quiturq; Maſtrillus deciſ. Siciliæ. 212. num.
26. & 27. part. 3. latèq; pertractat Sanchez
de matrim. lib. 6. diſput. 6. n. 13. & 14. & ſeq.
34 Ni fortaſſis illa circa artem aliquam perita
eſſet, ex qua admodùm lucraretur, vt perpen-
ſum fuit in Rota d. deciſ. 607. nu. 3. part. 1. in
recentiorib. de muliere illa Septimia, quæ
cantatrix, atq; modulatrix optima erat, ad
quam audiendam confluebant viri Princi-
pes, & Magnates, à quibus ampla munera re-
portabat. vt Rota loquitur. Gabriel d. concluſ.
15. n. 12. Menochius d. præſumpt. 51. nu. 32.
Minſyngerius d. obſeruat. 92. nu. 7. Maſtril-
lus d. deciſ. 212. nu. 28.

Obſtaculum propterea faciebat minimè;
quòd pro Portia obijciebatur, cùm liberari
35 ſibi pecuniam inſtabat: per cautionem vide-
ri ſemper extare pecuniam. nihil officere, no-
bis, ſi ei pecunia interim liberaretur. ex Vl-
piano lib. 29. ad edictum in l. procuratoris
autèm 5. §. fin. ff. de tributoria actione, & Ca-
io lib. 7. ad edictum prouinciale in l. ſed de
pecunia. 2. ff. de vſufructu earum rerum, quæ
vſu conſumuntur. Vincentius de Franch.
deciſ. 75. num. 9. & deciſ. 200. num. 4. quem
ſequuta fuit Rota apud Coccinum Decanum
deciſ. 356. num. 4. & deciſ. 498. n. 4. & 6.
36 Primò quidèm, quod hoc ipſum cautio-
nis amuletum, (remedium dixeris) quo pe-
cunia extare adhùc dicitur, in alterius dam-
num trahi minimè debet, ne per ſolam cau-
tionem alterius fiat conditio deterior. ex
Hermogeniani ſenſu lib. 4. fideicommiſſorū
in l. nam quod ad ius. 14. §. fin. ff. ad Senatus-
Conſult. Trebelleianum: illis quidèm verbis:
Quarè ſi fideicommiſſum pecuniarum alicui
fuerit relictum, ceſſat compulſio, tametſi in-
demnitatis cautio offeratur. ſic Hermoge-
nianus. non itaq; cautionis remedio iniuria
37 poteſt quis affici: non enim tunc remedium;
ſed venenum parabitur. ſequitur hanc exco-
gitationem Hieronymus Brunerus corol-
lar. 1. nu. 25. 31. & 32. poſt Deciſ. Cappellæ
Tholoſanæ per Maynardum.
38 Deindè procedet regula, ſi fundatum ius
ſit eius, cui liberari pecunia petitur, nec du-
bium vllum aliud de præſenti vertatur, quin
liberari eidem pecunia debeat, poſſit verò
alius emergere, cui debeatur, remedium tūc
ſanè cautionis adhibetur ex Vlpiano aper-
tiſſimè d. l. procuratoris autèm. 5. §. fin. & in
d. l. illud 7. in princip. ff. de tributor. actione.
idem ipſe Brunerus dict. corollar. 1. num. 32.
39 alioquin obſtabit ei, quòd dolo facere vi-
detur, qui petit, quod eſt mox mox reſtitu-
rurus. regula dolo. 59. de regulis iuris in 6. l. in
40 condemnatione 134. §. dolo. ff. eodem. quod
arbitrari Iudicem debere vt bonum virum,
ſequitur idem Vlpianus d. l. illud. 7. in fin.
princ. ff. de tributor. actione.
41 Præterea (magiſq; ſtrictiùs ad rem noſtrā)
quòd non hic agebatur de re à muliere emp-
ta; ſed ab ea matre, & tutrice filiorum, atq;
ſtatim poſt ſequutam viri mortem vendita,
vt exurgat hinc magis, magiſq; præſumptio,
ex viri bonis Sues fuiſſe, venditos. docere
proindè eam oportere, ex quibus ad eam
pecunijs peruenerint. vt perpendit Boerius
42 d. deciſ. 81. num. 8. in fin. alioquin vti mater,
& tu-

Digitized by Google

& tutrix ex bonis viri vendidiſſe extimabi-
tur. *Cacberanus d.dec.140.n.5. Menocb. dict. præſumpt.51.n.21. & 22. Barboſa in l.ipſe*
Gaius 46. ff. ſoluto matrimon. nu.12. ad limi-
tationem d.l. Quintus Mutius. Polydorus Ri-
pa ſingularium obſeruationum obſer.220.
43 *num.5.* atq; rationem reddere tenebitur.
vt perpendit *Ioſeph Ludouicus. dict. deciſ.28.*
num.7.

44 Deinceps, quòd in promptu hic aderant
probationes ex reuelationibus vi monito-
rialium habitis, ſues verè ex bonis Mauritij
extincti iam Viri fuiſſe.

45 Non hic proindè agi ad rem vindicandã,
quam ſuo nomine vxor emerat, vt vereri de-
buiſſet, ex viri ne bonis emiſſet; interim ve-
rò deberi eam in poſſeſſione manuteneri rei
emptæ, & quam ipſa ſuo nomine emerat, &
46 poſſidebat; viri autem hæredibus ad pecu-
nias, non verò ad rem emptam vindicandam
ius in hoc caſu eſſe. *Imola d.concluſ.14. in*
4. limitatione, Gabriel. d. concluſ.15. in 3. limi-
tat.n.14. Cacber. d. dec.140. nu.9. Minſynger.
d. obſeruat.92. n.5. Ioſeph Ludouic. d. dec.28.
num.9. Menocbius d. præſumpt.51. nu.42. &
44. Rota in recentiorib. part.1. dict. deciſ.607.
num.2.

47 Agi verò, ne liberetur depoſita pecunia
Portiæ, quæ ſecundum aſcendit thorum,
& quæ ius nullũ in ipſa pecunia habet, neq;
probauit, pecuniam eſſe ſuam, obſiſtente ſi-
bi regula *dict. l. Quintus Mutius.* vt interim
ſuperſederi debeat in pecunia liberanda,
vel magis hæredibus Mauritij liberari, qui
fundatam ex iuris quoq; præſumptione in-
tentionem ſuam habent, non illa. Si enim in
48 re empta, ad pecuniam ius habent, vt paulò
antè dictum fuit; multò magis nunc ad pe-
cuniam ex re vendita, quæ viri iuris præſũ-
prione æſtimatur.

Atquè ità ex his, qui iudicium non abnui-
mus Ariſtarchi, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia quæcunq; quæ magna in hac vita videntur, nihil omninò ſunt, & nihili habentur ab ijs, qui oculos habent, vt videant.*
2 *Diuitias magni homines mundi æſtimant.*
Sunt tamen nihil.
Et arena exigua. n.3.
Et lutum. & homines ſtrangulant. n.8.
Nec ex ijs mentes hominum leuantur.
3 *Sapientia rebus omnibus anteponenda.*
In ſapientia longiturnitas eſt vitæ. n.4.
Et lumen oculorum.
5 *Auro, & argento confidunt homines.*
Nec eſt finis acquiſitionis eorum.
Verùm ad Inferos deſcendunt.
Venenum in auro bibitur n.7.
6 *Diuites qui volunt fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli.*
7 *Cupiditas radix eſt malorum omnium.*
8 *Pecunia peregrinos mores in Mundum intulit.*
Et curas nimias.
9 *Pax homines, trux decet ira feras. ex Ouidio.*
16 *Dominus directus rei emphyteuticæ an propria authoritate emphyteutam expellere poſſit ob alienationem eo irrequiſito factam?*
Vel ob lineam finitam?
Vel ob canonem non ſolutum?
Tres afferuntur Doctorum ſententiæ.
Requiri Iudicis ſententiam communior, magiſq; tuta. nu.11. & 12.
Vel lineam finitam.
Præſertim ob alienationem. nu.12.
Poſt Iudicis tamen declaratoriam citato nouo poſſeſſore facilè poteſt. n.13.
14 *Iudicis authoritate melius exiguntur, quæ aliàs propria poſſent authoritate exigi.*
15 *Declaratoria Iudicis, emphyteutam cecidiſſe ab emphyteuſi, non ad ſubſtantiam eſſe requiritur, ſed ad executionem eſſe. ex Baldo.*
Præſertim quando deuolutio certa eſt. num.16.
Et adeſſet pactum, quòd propria authoritate ingredi poſſet. n.26.
Nam ſola citatio ſufficeret.
17 *Alienatio emphyteuticæ rei certa redditur ex inſtrumento alienationis, nec reſeruato aſſenſu Domini, & traditione poſſeſſionis. & n.36.*
18 *Emphyteutæ poſt declaratoriam deuolutionis manutentio aduerſus dominum minimè datur.*
Quia per deuolutionem omnes ceſſãt obligationes.
Et ſeruitutes.
Per alienationem à poſſeſſione naturali cadit. n.34.
Sibiq. ipſi damnum infert. n.41.
19 *Poſſeſſio Domino data ob deuolutionem emphyteuſis manutenenda eſt aduerſus emphyteutam.*
Quàmuis illa ex aliquo capite vitioſa eſſet. n.20.
Præſertim ſi in conceſſione reſeruata eſſet Domino facultas propria authoritate ingrediendi. n.22.
Quia pactum prædictum omne remouet ſpolij vitium. n.23.
Vel etiam ſi poſſeſſio capta fuerit nullo reſiſtente, neq; verbis, neq; factis. n.27.
21 *Spoliatus antè omnia eſt reſtituendus.*
Comprimè ſi aliàs omninò poſſeſſio Domi-
no

Digitized by Google

no reſtituenda eſſet.

24 *Emphyteutico in contractu pacta omnia licita habentur.*

Vndi obſeruari debent.

26 *Pactum in emphyteuſi, quòd poſſit Dominus propria authoritate ingredi, id operatur, vt ſola citatio noui emptoris ſufficiat. & n. 33.*

28 *Spoliare dicitur emphyteuta, qui Dominum impedit, ne ſuo iure vtatur, quando ipſe rem alienauit. & n. 35. & n. 40.*

29 *Citatio ad primam cum continuatione, &c. ad ſententiam cùm nimis vaga ſit, facit ſententiam nullam.*

Niſi in ipſa prima die feratur.

Subſtinetur tamen ex ſtilo. n. 30.

In Curia Archiepiſcopali Neapolitana intra menſem.

Ratio, quia nullitas hęc non eſt ex defectu iuris naturalis. n. 31.

Sed poſitiui.

Subſtinetur etiam intra paucos dies. n. 32.

Vt puta tres. n. 33.

Præſertim accedente ſtilo.

37 *Quod de vno negatur, de alijs conceditur, ex duobus illatis.*

Quæ propoſitio in quacunquè materia locum habet.

38 *Iura ſua tueri cuilibet datum, alteri verò iniuriam facere, non æquè permiſſum.*

39 *Iure ſuo qui vtitur, iniuriam non infert.*

41 *Imputet ſibi, qui ſibimet in cauſa fuit, vt damnum pateretur.*

42 *Suis vti cuiq; permiſſum, alienis verò inhiare, non ęquè.*

43 *Sacrilegium eſt bona Eccleſiæ, Deoq; Sacra occupare.*

Eiſq; iniuriam inferre.

44 *Deus vindex. &*

Plus valet humanis viribus ira Dei.

ARGVMENTVM.

Re emphyteutica ab emphyteuta irrequiſito Domino directo alienata, an propria authoritate, ob caducationem, poſſeſſionem ingredi Dominus valeat, nouo expulſo poſſeſſore? Et quid ſi conceſſionis in inſtrumento adiectum ſit pactum, quòd propria authoritate ingredi valeat, nùm ſine declaratoria deuolutionis, pacto vti valeat directus Dominus? & nùm capta poſſeſſio Iudicis mandato, attentata interim dici valeat, vt reuocari à Domino poſſit? Citatio ad ſententiam pro prima die, cum continuatione, &c. an ſaltim ex ſtilo ſuſtineri valeat? vel ad paucos dies?

RESPONSIO LXXXV.

1 QVæcunq; nobis magna videntur in
præſenti vita, nihil omninò ſunt,
& nihili habentur ab ijs, qui oculos habent, vt videant. vt perſpiciant, quæ intrinſecus ſunt rerum. hos habebat oculos, qui *Sapientiæ* 7. 7. res omnes
perpendens humanas, quòd nihil eſſent, ſapientiæ magis ſe dedit, quàm diuitijs, quas
2 magni mundi homines æſtimant. *Propter
hoc* (inquiens) *optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me Spiritus ſa-
3 pientiæ: & prępoſui illam regnis, & ſedibus,
& diuitias nihil eſſe duxi in comparatione
illius: nec comparaui illi lapidem prætioſũ:
quoniam omne aurũ in comparatione illius
arena eſt exigua, & tanquàm lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.* Nec longè ab huius ſenſu, & alter abiit ſapiens *Baruch.* 3. 14. qui ſic & ipſe locutus fuit: *Di-
4 ſce, vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus,
vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul, vbi
ſit longiturnitas vitæ, & victus, vbi ſit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locum
eius? Et quis intrauit in theſauros eius? Vbi
ſunt Principes Gentium, & qui dominantur
ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? qui in
auibus Cæli ludunt, qui argentum theſauri-
5 zant, & aurum, in quo confidũt homines, &
non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt,
& ad Inferos deſcenderunt, & alij loco eorũ
ſurrexerunt.* Hic eſt ex finis auri, & argenti,
& acquiſitionis eorum. *Nam* (vt Apoſtolus
Paulus 1. *ad Timoth.* 6. 9. inquit) *qui volunt
6 diuites fieri, incidunt in tentationem, & in
laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in inte-
7 ritum, & perditionem. Radix enim omnium
malorum eſt cupiditas.*
vt enim Seneca in Th. inquit:

Venenum in auro bibitur: expertus loquor,

quin, vt Iuuenal. Satir. 6. canit:

Pri-

Digitized by Google

8 *Prima peregrinos obſcena pecunia mores.*
Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu.
Diuitię molles.

Ipſę enim diuitiæ,& cura habendi homines ſtangulant, cunctiſq; malis ſubijciunt, vt idem Iuuenalis Satir. 10. dixit:

Sed plures nimia congeſta pecunia curæ.
Stangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus.

nam Tibullus canit lib. 3. eleg. 3.

Non opibus mentes hominum, curæque leuantur:
Nam fortuna ſua tempora lege gerit.

• Ex hoc ipſo principio nimis æſtimandi terrena, quæ nihil ſunt, & arena exigua, deſiderioq; habendi multa, factum proceſſit, quod accidit.

Ioannes Lucas, & Franciſcus Ioannes Vincentius de Marta eius filius anno 1625. menſe ſeptimo vendiderunt D. Alexandro Ruſſo presbytero Auerſano petium quoddã terræ modiorum octo in pertinentijs loci Iuliani Auerſanen. Diœceſis in loco, vbi dicitur *allo Pagliaro dello Monacho*, liberum, & franchum ab omni onere, excepto, & reſeruato à quodam annuo cenſu emphyteutico perpetuo, vel cum poteſtate affrancandi quandocunq; ducatorum trium anno quolibet venerabili Eccleſiæ Parochiali Sancti Nicolai Ciuitatis Auerſæ, præfinito certo pretio; poſſeſſionemque dicto D. Alexandro emptori tradidere. In agnitionem deuenit venditio R. D. Sabbatini Santorij Parochi dictæ Eccleſiæ Sancti Nicolai; ſentiens proindè ille iura Eccleſiæ violata ob alienationem irrequiſito aſſenſu Eccleſiæ directæ Dominæ territorij, in iudicium apud Vicarium Epiſcopalis Curiæ Auerſanæ D. Alexandrum emptorem interpellat, territorium deuolutum, atq; Eccleſiæ caducatum declarari inſtans ſibi, ob pactum in inſtrumento primææ conceſſionis adiectum: in caſu caducitatis propria authoritate poſſeſſionem ingrediendi, familiam concedi. Compilatoq; proceſſu audito D. Alexandro, tandẽ per Dominum Generalem Vicarium Auerſanum diffinitiua ſententia, territorium deuolutum ob alienationem irrequiſito Domino factã, declaratur; & Parocho familia datur, vt illum ad poſſeſſionem capiendam comitetur. capitur itaq; poſſeſſio. D. Alexãder per appellationem à S. Sede Apoſtolica Illuſtriſſimo Nuntio Neapoli cauſam committi per Breue Sanctiſſimi Domini obtinet. D. Alexander autem litigijs ſe inuoluere non amans, quòd

9 *Candida pax homines, trux decet ira feras.*

Ouidius 1. de arte amandi dixit.

Liti cedit, illamq; Authoribus, qui ſibi prædium vendidere denunciat, proteſtans ſe ad nihilum teneri. Laudati Authores iudicium in ſe ſuſceperunt in Tribunali Nuntiaturæ coram Illuſtriſſimo Nuntio, atq; cùm primus poſſeſſionem Parocho datam, vti attẽtatam appellatione pendente, reuocari petunt. Fit igitur diſceptationi locus, cauſæq; ſtatus: debeat ne reuocari poſſeſſio Parocho data; quòd attentatam Aduerſarius illam appellet? Reuocationi locum non eſſe reſpondimus.

10 Quàmuis enim diſſidium inter Doctores hac in re eſſe videatur: quibuſdam affirmantibus cum *Gloſſ. in l. 2.* verbo *repellere.* per ipſum etiam *tex. C. de iure emphyteutico.* ſequiturq; *Vrſillus ad Afflict. deciſ. 97. ſub nu. 1. & ſeq. Maſtrillus deciſ. 193. num. 1. & ſeq. p. 2.* alijq; quos ipſe refert. *Cauallos commun. contra communes q. 14.* qui de comuni reſtatur. *Tiraqu. in l. ſi vnquam.* verbo *reuertatur num. 8. C. de reuocand. donationib.*

11 Alijs verò contrà, requiri Iudicis authoritatem dicentibus, ad interuertenda præſertim ſcandala, quæ ex authoritatiua huiuſcemodi apprehenſione timeri poſſunt. cui ſententiæ magis reſidet, melioremq; eam exiſtimat *Gloſſ. in cap. potuit. 4.* verbo *expelli. de locato, & conducto.* quam ſequitur *Clarus §. emphyteuſis q. 11. Redoanus de rebus Eccleſ. non alienandis q. 74. tit. de ſolution. canon. emphyteutici cap. 1. num. 11.* melioremq; appellat *Cauallos d. q. 14. verſ. ſed contra.*

12 Nõnullis demùm aſſerentibus: Poſſe quidèm dominum propria authoritate poſſeſſionem ingredi non ſoluti canonis caſu, non autem in alijs caducitatis caſibus. rationem referunt: quòd in his alijs aliqua poſſit excuſationis cauſa ſubeſſe; nulla verò in caſu canonis non ſoluti. ex *Gozadino conſ. 39. num. 18. in fin. verſ. circa vltimum.* ſequitur *Gabriel conſ. 88. in fin. num. 23. lib. 1.* qui hanc ſententiam tenuiſſe *Rotam* coram *Peregrino deciſ. 33.* refert. tenuitq; pluriès aliàs Rota, ac præſertim coram S. memoriæ *Gregorio XV. deciſ. 105. num. 11. Caſſador. deciſ. 1. de locato, & conducto. Afflict. d. deciſ. 97. num. 2. & Vrſillus ibidèm. Ioſeph Ludouicus deciſ. Lucenſi 9. num. 9. & deciſ. Peruſin. 17. num. 4. Maſtrillus d. deciſ. 193. num. 10. & ſeq. part. 2. Cauallos d. q. 14. in ſecunda ſententia.* etiã in caſu canonis non ſoluti. quem ſequitur *Maſtrillus d. deciſ. 193. nu. 10. & ſeq.*

13 Receptum nihilominùs eſt; poſt Iudicis declaratoriam poſſeſſoris citatione præeunte, eoq; audito, nihil obſtaculi eſſe, quin Iudicis mandato pactum Dominus exercere valeat ob alienationem eo irrequiſito factã, vel ob lineam fortaſsè finitam, atq; poſſeſſionem ingredi. quod probare videtur Iuſtinianus Cæſar *d. l. 2. C. de iure emphyteutico.* illis præſertim verbis: *volenti eis,* (Domino ſcilicet) *licere eum à prædijs emphyteuticarijs repellere.* nec refugit *Gloſſ.* ibidèm verbo *repellere.* dicens: *ſed meliùs ſi Iudicis authoritate*

tate ſiat per libellum,cùm poſſideat.arg. infra
de pignorib.l.creditores,quæ lex eſt 3.Seueri,
& Antonini Imperatorum, de creditore, ſe-
quentibus decernentium.

Creditores,quin reddita ſibi pecunia, con-
uentionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercēt,
vim quidē in facere non videntur, attamen
auctoritate Præſidis poſſeſſionem adipiſci de-
bent. ſequiturq; *Gloſſella* marginalis ibidem.
14 dicens: *Quæ mihi licet exigere meo iure,bo-*
neſtiùs,meliùs, ac tutiùs eſt exigere per Iu-
dicem. neq; abhorret *Gloſſ.in d. cap.potuit* 4.
verbo *expelli.de locato, & conducto. Geza-*
din.d.conſ.39 num.18.in fin. Gabriel d.conſ.
88.*nu.*23.cuius ſunt verba: *Tamen* (inquiēs)
quando per alienationem, vel generationem
finitam deuolutionem prælatus prætendit, nō
poteſt poſſeſſionem accipere, niſi præcedat ſē-
tentia declaratoria. ergo(dicimus nos) ſen-
tentia declaratoria præeunte,nil vetat, quin
mandato Iudicis poſſeſſionem ingrediatur,
vt vim facere minimè cenſeatur.ex *d.l.credi-*
tores .3.C *de pignoribus*.probat hoc *tex in c.*
licèt Epiſcopus 28.cum *Gloſſ.*ibidem *de præ-*
*bend.& dignitat.lib.6.*docetq; *Bald.* in ſimili
in cap.1.num.1.de feudo ſine culpa non amit-
15 *tendo.in vſibus feudorum.* Inferens:ſenten-
tiam,ſiuè Iudicis declaratoriam neceſſariam
eſſe,non ad ſubſtantiam eſſe, ſed ad execu-
tionem eſſe.allegat *tex.in cap.pro humani* 1.
de homicid.in 6.& dixit *Alexand.conſ.6.nu.*
20.*vol.3.Ruinus conſ.50.num.10.vol.1.Io-*
annes Baptiſta Ferrettus conſ. 121. *num.* 1.
*lib.1.Crauetta conſ.212.num.2.cum ſeq.*Gui-
do Papa deciſ.107. in princ. Franc. Marcus
deciſ.Delphinatus 575.num. 4.part.1. Me-
noch.de recuperanda poſſeſſ.remed.1. nu.79.
& de adipiſcenda poſſeſſ. remed.5. num. 59.
Contard.de moment.poſſeſſ.q.15.§.caducitas
num.2.Caualcan.deciſ.36.num.347. part.2.
Ioſeph.Ludouic.d.deciſ.Lucenſ.9. num.9. &
d.deciſ.Peruſina 17.num.4. Gratianus forēſ.
diſceptat.part.2 cap.378.num.2. & num.25.
cum ſeq.& part.5.cap.921. num. 10. & ſeq.
Rota apud S.memoria Gregor.XV. dicta de-
*ciſ.105.num.11.*ibidèmq; *Beltram.litter.A.*
qui dicit,hanc ſententiam Rotam ſequi,& in-
16 dubiā eſſe,quando deuolutio eſt certa; atq;
ita tenuiſſe Rotam pluriès.latèq; proſequitur
Card.Mantica de tacit. & ambiguis lib. 11.
tit.5.nu.19.& lib.22.tit.22, num.14. & 15.
17 In facto autem hoc noſtro deuolutio cer-
tiſſima eſt per inſtrumentum alienationis,
nec etiam adiecta clauſula reſeruato,&c.atq;
poſſeſſionis traditione. *Viuius*, qui de com-
muni teſtatur *deciſ.234.num.4. Tiraquellus*
*de iure conſtit.poſſeſſ.part.1.num.37.*Rota
Maceraten. *apud Marcum Antonium Tho-*
mati deciſ.16.num.17.18. & ſeq. Magonius
deciſ.Lucenſ.87.num.14.& ſeq.
18 Ratio verò,cur poſt deuolutionem ſequu-
tam per ſententiam, emphyteutæ aduerſus
dominum directum manutentio non detur,
eſt, quia per deuolutionem omnes ceſſant
obligationes,omneſq; ſeruitutes, quæ com-
pletæ iam ſunt per deuolutionem. *Duennas*
regula 40.in 10.limit.Roland.conſ.59.nu.10.
vol.2.Gratianus forenſ.par.5.d.cap.921. n.8.
dictumq; fuit in vna Ciuitatis Caſtellanæ
iuris paſcēdi *coram Card.*Mellino, cuius me-
minit *Beltraminus* ad Gregor.XV.*deciſ.313.*
num.6.in fin.& Gratianus d.cap.921.nu. 8.
19 *in fin.*Maſtrillus *d.deciſ.193.num.8.* quin
magis, poſſeſſio domino data ob deuolutio-
nem aduerſus emphyteutam manutenenda
20 erit.*Gozadinus d.conſ.39.num.20.*quàmuis
poſſeſſio ipſa domino data ex aliquo alio ca-
pite vitioſa eſſet. ſequitur *Decius* receptus
*conſ.449.num.16.cum ſeq.*vbi regulam,quòd
21 ſpoliatus ſit antè omnia reſtituendus, com-
primit;quando, & ſi vitioſa poſſeſſio eſſet,
danda nihilominùs omninò domino fuiſſet.
per regulam *dolo facit. 59. de regulis iuris in*
6.&l.in condemnatione.134. §.dolo ff.de re-
gul.iur.Gratus conſ.123.num.4. & 5.vol.1.
& conſ.76.num.12.cum ſeq.vol.2. Vrſillus ad
Afflict.deciſ.392. nu.22. Corbulus de iure
emphyteutico tit.de cauſa priuationis ob non
ſolutum canonem.limit.41.q.14.& fin.totius
operis.
22 Quod multò magis locum habet,ſi in cō-
ceſſione pactum interceſſerit; poſſe domi-
num in caſu deuolutionis propria authori-
23 tate poſſeſſionem ingredi. pactum nempè
prædictum omne remouet ſpolij vitium. ex
d.l.2.C.de iure emphyt.& d.l.creditores. 3.C.
de pignoribus. Afflict.d.deciſ.326.nu.1.& 2.
Paris.cons.5.nu.27.lib.4. quem ſequitur *Ce-*
phalus cons.272.nu.70.lib.2. Gratian.forens.
part.5.cap.913.num.31. Maſtrillus d.decis.
193.num.5.
24 Virtus quippè hoc operatur conuentio-
nis. Et in cōtractu emphyteutico pacta om-
nia licita habentur.ex *Gloſſ. in authent. qui*
*rem.*verbo *repelli.C.de ſacroſanct.Eccleſ.d.l.*
2.C.*de iure emphyt.Afflict.decis.80.nu.3. &*
9. dicens; quòd omnia pacta in contractu
25 emphyteutico debent obſeruari.
26 Quinimmò hoc ex abundanti pactū ope-
ratur huiuſmodi, vt neq; declaratoria per-
quiratur deuolutionis,ſi præſertim ex inſtru-
mento alienationem factam fuiſſe pateat,
propter quam cauſam ab emphyteuſi ceci-
dit.*l.fin.C.de iure emphyteutic.* vt in hoc no-
ſtro facto. Et ſat,fuerit poſſidentem nouum
emptorem vocatum in iudicio fuiſſe, audi-
tumq; *Ferrett.d.cons.121.nu.3.& 6. Afflict.*
*d.decis.97.*ibidèmq; *Vrſillus num.1. & ſeq.*
Redoan.d.cap.1.num. 13. Rota apud Gregor.
27 *XV.d.decis.105.num.11. & ſeq.* præſertim
verò, ſi nulla per poſſeſſorem reſiſtentia in-
terceſſit,vel factis, vel verbis; ſed paſſus fue-
rit dominum pacificè ingredi, quod *Redoa-*
nus aduertit *d.cap.1.num.11.vers.in hac ma-*
teria. Caualcan.d.decis.36.nu.347. part.2.
Maſtrill.d.decis.193.nu.9.

Digitized by Google

28 Quinimmò ſpoliat e dicitur, qui domino
impedimento eſt, ne facultate vtatur tali in
conceſſionis inſtrumento annexa. poſt Pariſium cons.98.num.1.lib.2. ſequitur Cephalus
d.cons.272.num.70.lib.2. Maſtrillus d.decis.
193.num.7.
29 Neq; obſtaculum faciebat. Citationem ad
ſententiam fuiſſe ad primam cum continuatione, ſatis proindè vagam, præſertim cùm
non ipſa prima die ſententia lata fuerit. nullam proindè ſententiam euaſiſſe. ex Bald.
cons.268.factum.vol.1. canonizato in Rota
apud Creſcentium decis.11.num.1. de dolo,
& contumacia. & apud Caputaquen. decis.
108 part.1. Puteus decis.258.part.1. & dec.
152.part.2. Rota apud Sanctæ mem. Gregor.
XV.decis.140.nu.1.
30 Cùm quòd ex ſtylo huiuſmodi citatio
ſubſtinetur, intra menſem, vti de Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſtatur Riccius
31 Epiſcopus Vici Equen.decis.83.part.1. Quia
nullitas hæc non dicitur ex defectu iuris naturalis, ſed iuris poſitiui, in hac vtriq; parte citationis ad ſententiam; & ideò de ſtilo toleratur. vt dicit Afflict.decis.283.nu.6. & Vrſillus ibidèm num.12. & 13. Vantius de nullitat. tit. qualiter ſententia nulla reparari
poſſit.num.109. Non enim omninò citatio
ad ſententiam omittitur, quod perpendit
idem Afflict. deciſ.346.num.17. ſequiturq;
Vrſillus dict.dec.288.n.13.&.14. Idcircò de
ſtilo huiuſmodi citatio ſubſtinetur, & valida
æſtimatur, Rota part.4. diuerſorum collecta
per Farinac.deciſ.72.num.1. & apud Card.
Seraphin.dec.1057.numer.5.in fin. & apud
Sancta memor. Gregor.XV.dec.457.num.4.
quæ eſt etiam in impreſſis p.1. in recentior.
dec.227.n.2. & apud eund. Gregor.XV.d.dec.
140.num.2. & ſeq. & ibidèm Beltraminus.
num.11.
32 Tùm quòd citatio huiuſmodi licèt ſit vaga, ſaltim per aliquot dies ſubſtinetur, præſertim paucos, & accedente ſtilo. Cæſar de
Graſſis deciſ.9.nu.6. de ſentent. & re iudicat.
& ſequitur Rot.p.1. in recentior. dec.307.n.9.
in fin. & p.1. diuerſor.dec.311.n.3. ſequiturq;
Beltramin. ad Gregor. XV.dec.71. n.6. referens plurièс aliàs Rotam ità ſequutã fuiſſe.
Tũ prætereà, quòd quatènus hæc nullitas
33 aliquam obtineret firmitatem, (quam non
vtiquè obtinet, quia ſententia ad tres dies
poſt citationem emanata fuit, & nihilominus ſubſtinebatur, ex ſtilo) neq; etiam quicquã operari poterat ad poſſeſſionem interuertendam Eccleſiæ: cùm ſat fuerit D. Alexãdrum nouum emptorem citatione ad iudicium euocatum, auditumq; fuiſſe; euidèterq; apparere ex inſtrumẽto de alienatione
irrequiſito domino, atq; traditione poſſeſ-
34 ſionis, vndè emphyteuta à poſſeſſione naturali ceciderat. dict.l.fin.C.de iure emphyteut.
& territorium ad Eccleſiam deuolutum fuerat. nullum ſupereſſe ius emphyteutis, qui
ſuo peccato à poſſeſſione ceciderant, Eccleſiæ poſſeſſionem ex hac parte interuertendi;
quin non magis ipſi, vt in ſuperioribus diximus, Eccleſiam ſpoliare videantur.
De duobus equidem alterum concedant
Aduerſarij oportet; vel alienauete territorium emphyteuticum, vel non alienauerũt.
36 Hoc ſecundum dici haud poteſt; & quia ipſi
non diffitentur; & quia ex inſtrumẽto publico patet; & quia iudicium cum D. Alexandro emptore actum fuit, qui per appellationis remedium in hoc Tribunal illud tranſtulit; ipſiq; Aduerſarij vti Authores laudati ex venditione, ob Alexandri renunciationem, in ſeipſos iudicium ſuſcepere. Aliena-
37 uerunt propterea. Ex duobus quippè illatis,
vno remoto, alterum firmũ remanet. Quod
enim de vno negatur, conſequens intellectus
patet, quia de quibuſdam conceditur. Gregorius Magnus loquitur, can. qualis hinc quiſq;
4. diſt.25. idemq; Gloſſ. in caſus figuratione in fin. & verbo negatur, ibidemq; Gregorius in cap. non ne benè dicimus 5. in fin. de
præſumptionib. Nauar.conſ.24.n.2. lib.5. de
priuileg. Rota apud Card. Mantic. deciſ.322.
n.5. Surd.dec.195.n.3. Afflict.dec.298.n.4. &
5. Rota apud Card. Seraphin deciſ.447.nu.2.
quam propoſitionem procedere dicit in
quacunquè materia. ex Aymon.conſ.147. Si
alienauerunt, & in caducitatis pœnam dedete; cur quæſo te, contra Eccleſiam ſubterfugium quærunt, prohibereq; eam volunt, ne
38 ſuo vtatur iure? Nam & ſi ſua tueri iura
cuiq; datum à natura ſit ipſa, nemini tamen
hoc permiſſum, vt alteri iniuriam inferat. excipe hoc ex Vlpiano lib.71. ad edictum in
l.1. in fin. princip. ff. quod vi, aut clam. ſic
nempè nõ inconcinnè loquitur. Tueri enim
ius ſuum debuit, non iniuriam committere.
39 Iniuriam verò non infert, qui iure ſuo vtitur. ex Innocentio III. ad Epiſcopum Florẽtinum in cap. cùm Eccleſia Vulterrana.3.1. de
elect. extra, ibidemq; Gloſſ. verbo. iniuriam.
& Gloſſ. in can. quæritur.22. §. item opponitur. in fi. in verbo. non nocuit.22.q.2. Suo vſa
iure Eccleſia fuit, cùm Iudicis mandato, in
poſſeſſionem ſibi debitam ingreſſa fuit. non
40 itaq; ipſa, ſed illi iniuriam inferunt, qui ſua
poſſeſſione ſubterfugijs ſpoliare iterum, eam
41 tentãt. Damno ipſi cauſam dedere, territoriũ
emphyteuticum Eccleſia irrequiſita alienãdo. ad text. in d.l. fin. C. de iure emphyteut. ſibi ipſis imputent, non alteri, quod patiuntur detrimentum, ad tex. in cap. vnic. §. quod
etiam, & §. ideo nos vt Eccleſiaſtica beneficia. cap. cùm ad Monaſterium 20. in fin. de
ſentent. & re iudicata. Clement. vnic. in finalibus verbis. de conceſſione præbend. regula
damnum 86. de regul. iur. in 6. Rota apud
Card. Seraphinum dec.1256. in princ. diximus reſponſ. noſtra 18. num.49. & reſponſ.
23.num.18. par.3. Alienis itaq; inhiare videntur poſſeſſionem iterùm ab Eccleſia
præ-

præripere tẽtantes, ex qua iurè ipſi excidere. Suis frui cuiq; permittitur, alienis verò inhiare, non æquè. ex Leone Cæſare in *l. vnic.* in finalibus verbis, *C. de Theſauris lib.* 10.

43 Eſſet equidèm hoc ſacrilegium, quòd rebus Eccleſiæ, Deoque Altiſſimo dicatis iniuriam inſertent. ex Gregorio Papa *can. ſacrilegium* 3. 17. *q.* 4. ibidemq; *Gloſ.* 1. *S. Thom.* 2. 2. *q* 99. *art.* 1. 2. & 3. *Peguera deciſion. Cathalon* 24. *num.* 2. diximus *reſponſ.* 36. *nu.* 65. *par.* 3. At meminerint, quod paucis Ouidius 5. de Triſtib. dixit.

44 *Plus valet humanis viribus ira Dei.*

Atq; ita ex his, Ariſtarchi non excuſſo iudicio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Demùm pro Eccleſia iudicium dictũ fuit.

SVMMARIVM.

1 *Humanarũ rerum conditio ex illarum viciſſitudine innoteſcit.*
Cùm omnia mutentur.
Et nulli perpetuum datum.

2 *Vita humana ſphera inſtabilis à quibuſdam appellata.*
Ob continuam rerum verſionem.
Quia voluuntur omnia. n. 3.
Nec ſtabile quicquam.
Quaſi tenui pendeant filo.

4 *Frater Ioſeph de Cornia Epiſcopus Caſertanus.*
Celebratur. n. 22.

5 *Beneficia ad fauorem reſignata alterius etiã in manibus Papæ publicari debent intra ſex menſes, ſi beneficium eſt citra Montes.*
Intra nouem ſi vltra Montes à die datę cõceſſionis, ex Conſtitutione Gregorij XIII.
Moduſq; præſcribitur illas faciendi. nu. 6.
Alioquin non ſeruata forma, nec factis publicationibus, beneficia vacant. nu. 7.

8 *Publicationes ex Conſtitutione Gregorij XIII. reſignatorum beneficiorum, qui factas fuiſſe aſſeruerit, ipſe probare tenebitur.*
Retrahe tamen in triennali. n. 9.
Multoquè magis in decennali poſſeſſore.
Vel vlteriori.
Negatiuam autem, publicationes factas nõ fuiſſe, probare debet, qui ſe fundat in illa. n. 10.
Præſumuntur tamen factæ ex lapſu temporis. n. 15.
Et per immiſſionem in poſſeſſionem per Executorẽ Apoſtolicum, illiuſq; aſſertionem. n. 14.
Quia extrinſeca quædam ſunt ſolemnitates, quæ lapſu temporis præſumuntur. num. 16.
Neque enim eum Delegatus *Apoſtolicus in poſſeſſionem immiſiſſet. n.* 18.

11 *Epiſcopus modernus poteſt cogere in viſitatione beneficiarios ad oſtendendum bullas ſuorum beneficiorum.*
Vt cognoſcere valeat: an iure poſſideant. num. 12.
Non tamen ad finem illos priuandi. n. 13.
Et ſuffragatur præſumptio diligentię per anteceſſorem Epiſcopum. n. 21.

17 *Titulus in beneficialibus decennij lapſu præſumitur.*

18 *Delegatus Apoſtolicus non debet in poſſeſſionem immittere beneficiarium ex cauſa reſignationis, niſi factis publicationibus iuxta formam* Conſtitutionis *Gregorij XIII.*

19 *Negatiua, publicationes ex* Conſtitutione *Gregorij XIII. factas non fuiſſe duobus ſolùm modis probari poteſt.*
Quia poterunt quoq; fieri per reſignantem. num. 20.

ARGVMENTVM.

Publicationes reſignatorum beneficiorum ad Gregorij XIII. Conſtitutionis præſcriptum, factas fuiſſe, quiſnam docere debeat? & quid in triennali, multoq; magis decẽnali poſſeſſore? Et an ex lapſu temporis factas fuiſſe præſumatur? Quis autem negatiuã probabit, publicationes factas minimè fuiſſe? An verò cogi valeant beneficiarij per Epiſcopum, modernũ præſertim, ad ſuorum beneficiorum titulũ oſtendendum? Et an publicationes fuiſſe factas probetur ex immiſſione in poſſeſſionẽ per Delegatum Apoſtolicum, eiuſq; aſſertionem?

Digitized by Google

RESPONSIO LXXXVI.

1 R*Erum humanarum conditionem*
nihil eſt, quòd clarius nos doceat,
quàm earum intuita viciſſitudo.
Omnia quippè mutantur, & vt
Plautus in Ciſtellaria dixit

Nulli eſt hominum perpetuum bonum.
& alibi
Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.

Maniliuſq; lib. 1. Aſtro.
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per ſecula gentes.

Non ab re propterea fecit Ioannes Tret-
za apud *Martinum del Rio ſacrorum ada-*
2 *gial. tom. 1. adagio* 214. qui vitam humanam
ſpheram inſtabilem nuncupauit.

Atq; orbem vertibilem ex inſtabilibus dico
Continua verſionis gratia, atq; inordinatè.

3 Voluũtur quippè omnia, nec ſtabile quicquam in vita hominis eſt; ſed
Omnia ſunt homini tenuipendentia filio
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.
Ouidius lib. 4. de Ponto cecinit.

Sic mihi accidiſſe videtur, de quo nunc fa-
ctum narramus. Clericus Alexãder de Aloys
viginti trium annorum curriculo nonnulla
poſſedit ſimplicia Beneficia, vnum ſub inno-
catione Sancti Caſtrenſis, alterum S. Mariæ
à Grottola nuncupatum in Caſtro Terræ La-
nei Caſertanæ diœceſis, ex renunciatione ad
ſui fauorem à D. Fabritio de Aloys eius Pa-
truo in manibus Sanctiſſimi facta. Expeditis
Bullis Apoſtolicis, captaq; poſſeſſione ab Exe-
cutore ſibi data Apoſtolico, in poſſeſſione
perſeuerat beneficiorum. Viſitationem exe-
quente Diœceſis Illuſtriſſimo Domino Fra-
4 tre Ioſepho de Cornia Ordinis Prædicato-
rum Epiſcopo Caſertano, anno 1628. perſpe-
ctis Alexandri Clerici Bullis, ex illis non ap-
parere animaduertit, publicationes factas
fuiſſe ex Cõſtitutione fœlicis memoriæ Gre-
gorij XIII. Facit proindè ei ſcrupulum: va-
care beneficia, nec illum iuſtè poſſidere. hoc
ægrè fert Alexander: Publicationes tempore
emiſſas fuiſſe ſuo obijcit, atq; trium ſupra vi-
ginti annorum lapſum: iuſtoq; poſſediſſe ti-
tulo ab Executore Apoſtolico Bullarum vi in
poſſeſſionem immiſſum. nullum ſibi ex his
ſupereſſe ſcrupulum. Epiſcopus ad nos illum
remittit, ſalubre reſponſum, vt daremus.
Perſpectis omnibus; nullum ſupereſſe Ale-
5 xandro ſcrupulum reſpondimus. Quia pro-
fectò quàmuis in beneficijs in manibus Pa-
pæ reſignatis, ab eoq; per eum, ad cuius fa-
uorem reſignatio facta eſt receptis: reſigna-
tiones prædictæ *publicari debeant cum litte-*
ris Apoſtolicis deſuper confectis intra ſex
menſes, ſi beneficium citra Montes fuerit, vl-
tra verò intra nouem à data conceſſionis gra-
tiæ, non autem à die præſtiti ſuper ea conſen-
6 *ſus. Ipſa autem publicatio in Cathedrali, &*
in beneficij Eccleſia, vel Eccleſijs, ſi in pluri-
bus illud ſit, fiat; ibiq; dùm frequens populus
ad miſſarum ſolemnia conuenerit, palam om-
nibus litteræ Apoſtolicæ prædictæ, earumue
tranſumptum authenticum exhibeatur; cla-
raq; & intelligibili voce reſignatio, ſeu ceſſio
huiuſmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio,
nomina, & cognomina reſignantis, ſeu cedẽ-
tis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiuſ-
modi facta eſt, pronuncietur, ita, vt hæc omnia
ad notitiam omnium exiſtentium veriſimili-
ter peruenire, ſcriptoq; de his omnibus exem-
plo collato, valuis dictarum Eccleſiarum affi-
7 *xum relinquatur.* Alioquin reſignationes
ipſæ, & omnia indè ſecuta nulla declarantur,
& beneficia vacant. ex Conſtitutione præfa-
ta Gregorij XIII. quam refert etiam *Qua-*
rãta in ſumma Bullar. verbo *Beneficiorum*
reſignatorum publicatio, fol. mihi 112. quam
Cõſtitutionem commento illuſtrat *Pariſ de*
reſignat. beneficiorum lib. 11. per tot. memi-
nitq; *Gonzalez ad regul. 8. cancellar. Gloſſ.*
XV. in princ. nu. 85. & ſeq.

8 Vt qui ceſſionis iure vtitur, ipſe publica-
tiones factas fuiſſe, & in ſtatuto à Conſtitu-
tione tempore, probare teneatur. Vt dictum
fuit in *Zamoren. beneficij de Morales 28. Iu-*
nij. 1576. coram Corduba, quam refert *Gar-*
ſias de beneficijs par. 11. cap. 3. nu. 300. & nu.
304. & 305.

9 Nihilominùs tamen in poſſeſſore triẽna-
li publicationes iuxta formam Conſtitutio-
nis prædictæ Gregorij XIII. factas fuiſſe præ-
ſumi, multoq; magis in decennali, atq; vlte-
riori poſſeſſore. vt Rota ſequuta fuit *coram*
Gyptio par. 4. diuerſorum collecta per Fari-
nac. deciſ. 671. & in Placentina applicationis
fructuum 24. Februarij 1584. coram Bubalo.
& iterum 3. Iunij eiuſdem anni coram Ora-
no. & in Ripana beneficij 15. Decẽbris 1599.
coram Sacrato, vt refert *Pariſius de reſignat.*
d. lib. 11. q. 14. num. 36. & ſeq. admittitq; *Gar-*
ſias de beneficijs d. cap. 3. nu. 313.

10 Quicunq; igitur publicationes, minimè fa-
ctas fuiſſe obijcere voluerit, ſiuè Fiſcus, ſiuè
quiuis alius fuerit, ipſe hoc probandi onere
præmetur: neq; perfunctoriè, ac præſumpti-
uè, ſed concludentèr; cùm ſuæ intentionis ſit
fundamentum. negatiua verò per eum pro-
bari debet, qui in illa fundamentum iacit. ex
Vlpiano lib. 10. ad edictum in *l. in illa ſtipu-*
latione 50. ibiq, *Bart nu. 5. & Iaſon. ff. de*
verborum obligat. Gabriel de probationib.
concluſ. 6. num. 5. Quoniam præſumitur fa-
ctum, quod de iure faciendum fuerat. *Cra-*
uetta conſ. 22. num. 5. Proſper de Auguſtino
in additionib. ad Quarantam in d. conſtitu-
tione poſt 4. limitat. verſ. aduerte tamen,
fol. mihi 118. num. 49. & ſeq. Pariſius d. q. 14.
lib.

Digitized by Google

*lib.*11. *n.*49. *& ſeq. Rot. apud Duran. dec.*25. *n.*5. *par.*1. *Hieron. Cevallos commun. contra commun. q.*145. *Garſias de benefic. d. cap.*3. *n.* 309. *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 13. *num.*8. *&* 9. *& deciſ.*210. *nu.*1. *& ſeq.* ibidémq; *Beltraminus nu.*5. *& deciſ.*241. *nu.*1. *& deciſ.*280. *nu.*1. & coram Cardin. Cavaler. in Terdonen beneficij 20. Iunij 1614. *deciſ.* 315. *num.*6. quæ eſt etiam in impreſſis per *Farinacium par.*1. *recentiorum deciſ.* 632. *num. etiam* 6.

11 Neq; obſtaculum faciebat: potuiſſe Illuſtriſſimum Epiſcopum modernum exigere hoc à Beneficiatijs, vt de Titulo docerent ſuorum beneficiorum in Sancta Viſitatione, vt cognoſcere poſſet, ne contra ius aliquis beneficia poſſideret, conueniensq; adhiberet remedium, ne contra conſcientiam propriam conniuendo aliquid permittere mali videretur. Conſequêtérq; cognoſcere, an publicationes reſignatorum beneficiorum ad præſcriptum Conſtitutionis Gregorij XIII. factæ fuiſſent. vt plenè deducit *Pariſius de reſignat. d. lib.*11. *d. q.*14. *nu.*33. *& ſeq.* ex Innocentij III. ſenſu, & mente *in cap. licèt Heli* 31. *de ſimonia extrà* ibidémq; *Scribentes.* & ſequuta fuit *Rota apud Coccinum in Regien. Prioratus* 25. *Iunij* 1604. *deciſ.* 191. *per tot.* & in eadem cauſa 4. *Februarij* 1605. *deciſ.* 224. *num.* 1. *&* 2.

12 Annuimus quidèm, potuiſſe Illuſtriſſimũ Epiſcopum modernum cogere Beneficiarios in Sancta Viſitatione ad ſuas oſtendendas Bullas, ad finem illum dumtaxàt, an benè, vel malè quis fuerit ad beneficia promotus cognoſcendi, iuxtà terminos præfati *cap. cùm Heli.* 31. ſicuti Rota loquitur in *d. deciſ.* 224.

13 *n.*2. *&* 3. *coram Coccino.* non verò ad finem illos priuandi. vt in dictis deciſionibus deciſum refert Coccinus. Verùm ſatis manda-

14 to illos feciſſe ipſas Bullas exhibendo. vti ſatis illi fecit Alexander Bullas Apoſtolicas exhibendo, immiſſionemq; à Delegato Apoſtolico in poſſeſſionem vi Bullarum prædictarum factam, cum aſſertione, publicationes

15 factas fuiſſe. Cùm illas temporis quoq; lap-

16 ſus factas fuiſſe præſumi faciat. Sunt quippè publicationes hæ, extrinſecæ quædam ſolēnitates, quæ temporis ipſo lapſu intercesſiſſe præſumuntur, atq; propterea beneficiarium legitimè inſtitutum, & in poſſeſſionem immiſſum fuiſſe. ex pluribus traditis per *Gabrielem lib.*1. *titulo de præſumptionib. concluſ.*1. *per totam*, in qua regulam ſtatuens, etiam ampliat, & limitat pluribus. præſertim verò *nu.*10. *in* 7. *illatione. Menochius de præſumptionib. lib.*3. *præſumpt.*132. *per tot.* ſequitur *Gonzalez ad regulam Cancell. Gloſſ.* 12. *in princip. num.*79. Rota Marchiæ *apud Gratianum deciſ.*91. *num.* 1. *in additionib.* dixitq; *Rota apud Coccinum Decanum deciſ.* 475. *nu.* 4. *& num.*8. *in fin.* ex lapſu decennij

17 præſumi quoq; titulum in Beneficialibus. & antè eum dixerat *Sarnen. in regula de triennali q.*24. *nu.*7. *verſ. nam ſi aliquis. & q.* 26. *nu.*7. *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 241. *nu.*5. *in fin.* Neq; porrò Delegatus Apo-

18 ſtolicus in poſſeſſionem eum immiſiſſet, ni publicationes feciſſet. vt deducit *Garſias de benefic. d. part.*11. *cap.*3. *nu.*319. *& ſeq.* deciſiones Rotæ ad verbum referens, eumq; ſequitur *Beltraminus ad d. deciſ.* 210. *num.* 6. *Gregor. XV.*

19 Præter quàm quòd negatiua, non factas publicationes fuiſſe, vno ex duobus modis probari poteſt, vel ex confeſſione illius, qui illas facere tenebatur, vel ſi litteras expediuit poſt tempus à Conſtitutione Gregorij ſtatutum. vt ſequuta fuit Rota apud ſanctæ memoriæ *Gregorium XV. d. deciſ.*210. *nu.*4. *& d. deciſ.*288. *num.*1. *in fin. & num.*2. rationem referens ibidem *nu.*2. quia potuerunt etiam

20 fieri per reſignantem, quod ſufficit.

21 Quibus accedebat præſumptio, quòd nō fuiſſet ita reſupinus anteceſſor Epiſcopus, vt ſi factæ non fuiſſent publicationes, hoc non requiſiſſet, neq; Alexandrum tandiu in poſſeſſione reſignatorum beneficiorum dimiſiſſet. vt perpendit *Pariſius d. q.*14. *num.*26. *& ſeq.*

Ex his itaq; reſpondimus, Alexandrum propter hanc cauſam non eſſe moleſtijs am-

22 plius afficiēdum, vt illum Illuſtriſſimus Epiſcopus Dominus meus, vir ſanè in Sacra Theologia admodùm verſatus, dimiſit.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Principio quæ ſunt inſtituta malo, nunquàm benè cedunt.*
Illuſtratur dictis Poetarum.
*Difficile eſt enim, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inſtituta principio. nu.*2. *nec conualeſcunt. nu.*7.
*A Deo proindè incipiendum. nu.*3.
Quia facti dimidium qui benè cœpit habet
*Proindè Eccleſia cùm horas incipit: Deus in adiutorium meum intende, inclamat. nu.*4.
5 *Nulliter quod factum eſt, ac ſi factum non eſſet habitur.*
Nec factum valet.
6 *Fructus ex infecta radice bonus haberi non poteſt.*
8 *Nullum, & nihil conuertuntur.*
Nec poteſt alicuius generis ſpecies conſtitui.
*Cuilibet verò venire licet aduersùs id, quod nullum eſt. num.*9.
10 *Forma à lege, vel canone ſtatuta prætermiſſa, quod factum eſt, nullum eſt.*
*Nam forma ceſſante formatum deficit. n.*11.

For-

Formaq; defectus nullitatem ſemper operatur.n.12.
Quia dat forma cuiq; rei eſſe.n.13.
Sine qua res extinguitur.
14 *Electiones in Religione Minimorũ per tres vocales, vt minimum fieri debent, nec eligi vnus ex tribus vocalibus.*
Refertur decretum Capituli Generalis. num.16.
Expenditur n.17.
A calumnia vindicatur.n.24.
Per duos verò vocales fieri electiones abnuunt.n.26.
Et ita conſuetudo in illa ſe habet Religione.n.43.
15 *Collegium tres, vt minimum faciunt. & num.25.*
Congregationem verò duo, & n.30.
Collegij ius poteſt in vno conſeruari.n.41.
18 *Dictio (dummodò) modum ex natura ſua importat.*
Exprime, ſi adiungatur rei, quæ implenda venit, antè quàm actus perficiatur, tunc enim conditionem infert.n.19.
Vel etiam formam.n.21.
Vel ſi adijciatur propoſitioni negatiuæ. num.20.
22 *Negatiua malignantis naturæ eſt.*
Plus ipſa tollit, quàm affirmatio ponat.
Omnimodã denotat reſiſtentiam, ſi aliter actus fiat.n.23.
27 *Maiori ſummæ minor continetur.*
28 *Quod in vno conceditur, in alijs negatur.*
Quæ regula, & affirmatiuè, & negatiuè, veritatem habet.n.29.
Et quod in vno permittitur, in alijs prohibitum videtur.n.30.
Eodemq; modo quod negatur.n.32.
Namq; regula vtrinq; procedit, & affirmatiuè, & negatiuè.n.33.
31 *Congregationem duo faciunt.*
34 *Confirmatio plurium capitulorum, reliquorum reprobationem indicat.*
35 *Electio per duos, qui remanſerunt in Cõgregatione, vel tres in Collegio, facta, iure ſacrorum Canonum non improbatur.*
Vnus tamen ex duobus eligi non poteſt. num.45.
Quia non eſt facta per maiorem partem votorum.
Et quia vota pandũtur.ex Sacro Tridẽtino, quod fieri non poteſt.n.46.
36 *Stare prohibere nemo poteſt quod iure prohibitum non inuenitur.*
37 *Canones ſacri à Spirituſancto, eiuſq; inſtinctu, ac dono dictati ſunt.*
Qui eos proinde negligunt, Spiritumſanctum contemnunt.
38 *Text.in cap.1. de electione extrà expenditur.*
39 *Electio Prælati communi iure ad Collegium ſpectat.*
Quia, vt omnibus præficitur.
Ità ab omnibus approbari debet.
Debet tamen fieri per omnes, vel maiorem partem eorum.n.40. & n.44.
Quàmuis extra gremium paſtorem elegerint.
42 *Papa poteſt eligi per vnum Cardinalem, ſi vnus ſolus in Cõclaui remanſerit, omnibus alijs egreſſis.*
46 *Electiones Superiorum debẽt fieri per vota ſecreta.ex Sacro Tridentino Concilio.*
Alioquin electiones erunt nullæ.
Et ſic electi inhabiles redduntur.
Etiam ad alia officia in Religione.
47 *Electus per minorem partem compromiſſariorum conſentiẽdo auget ex ſua perſona numerum.*
Non procedit in electione per ſcrutinium. num 48.
Declaratur tex.in cap.cùm in iure peritus 33.de elect.
49 *Electionis confirmatio, quàmuis nullę, incipit valere ex confirmatione.*
Declara n.55. quando confirmatio fit ab eo, qui poteſt ex ſe ipſo actum facere.
Ratio datur.n.53.& 57.
50 *Confirmatio electionis iam nullæ non validatur per confirmationem.*
Ratio redditur.n.51.
Nam confirmatio nouum ius non tribuit. num.53.
Sed confirmati naturam imitatur.n.54.
Qui confirmat noui nil dat, ſed actum validat, atq; firmum declarat.nu.57.
51 *Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non ſubſiſtit.*
52 *Electus nullitèr, quàmuis confirmatus, non eſt tutus in conſcientia.*
Nec facit fructus ſuos.

ARGVMENTVM.

Electiones Correctorum, in Religione Minimorũ an per duos tantùm vocales fieri valeãt, ſi duo ſuperſint in Conuentu? Et nùm vnus alterum eligere poſſit, vt electio ſubſiſtat? Et quid ſi tres ſuperſint? Et an vnus eorum eligi valeat? Quid ſi electio, quàmuis nulla, confirmetur: nùm confirmatio teneat, quidvè operetur confirmatio? Nùm verò for-

forma data in aliquo negotio ſi non ſeruetur, vitiet factum? Dictio, dummodò, nùm modum, vel conditionem, vel formam importet; & quomodò? negatio quid operetur?

RESPONSIO LXXXVII.

1 NVnquàm benè cedunt, quæ malo ſunt inſtituta principio. Infauſtis qui principijs rem aggreditur, peſſimis ſemper ſucceſſibus eam cōplet. refert ad rē Plutarchus libro de Poetis audiendis Sophoclis illud:

Quicunq; rem recta ratione inceperit,
Bonum illius certò ſperabis exitum.

nec longè abijt Plautina Muſa in Perſa.

Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter,
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.
Atq; ædepol, fermè, vt quiſq; rem accurat ſuam,
Sic ei procedunt poſt principia deniq;
Si malus, aut nequam eſt, malè res vertunt, quas agit.
Si autem frugi eſt, eueniunt frugalitèr.

2 Difficilè eſt enim, vt bono peragantur exitu, quę malo ſunt inchoata principio. Leo edixit Papa in *can. principium. 25. in fin. 1. q. 1.* Cicero 2. de legibus: A Dijs immortali-
3 bus (inquit) ſunt nobis agendi capienda initia. & apud Græcos:

Deo monſtrante principium, nullius officit obex.

vt enim Poeta dixit.

Facti dimidium qui benè cœpit habet.

Luſit non ab re proindè eruditiſſimus Alciatus emblemate 127. cui eſt caput. Bonis auſpicijs incipiendum.

Auſpicijs res cœpta malis, benè cedere neſcit.
Felici, quæ ſunt omine facta, iuuant.
Quidquid agis, muſtela tibi ſi occurrat, omitte:
Signa mala hæc ſortis beſtia parua gerit.

4 A Deo igitur omnia principium in nobis, vt benè progrediantur, habere debent. Eccleſia cùm horis Canonicis dat initiū: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina.* rogat, & petit. & Poetis vſu erat dicere.

Ab Ioue principium Muſæ.

Quòd malo exitu terminatæ fuerint tres electiones trium Pătrum Correctorum in Religione Minimorum Sancti Franciſci de Paula: in Sanctę Mariæ Nouæ Campanien Sanctæ Mariæ Atellarum in Caſtro Sācti Elpidij Auerſanen Diœceſis: & Sancti Franciſci in Conuentu Cauen. hoc fuit in cauſa, quia malo inchoata principio fuerunt.
5 Nulliter quippè factæ fuere: ac ſi factæ non eſſent habentur, nec factum valet. ad Vlpiani ſenſum lib. 58. ad edictum in *l. ſi non obtulit 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata.*
6 Fructus ex infecta radice bonus non habetur. ex Gregorio *can fertur. 28. in fin. 1. q. 1.* perpulchra eius damus verba: *Qualem de ſe fructū producturus eſt, cuius graui peſte*
7 *radix infecta eſt?* Quæ verò malo ſunt inhoata principio non conualeſcunt, quàmuis ad eum caſum peruenerint, à quo rectè poſſent incipi. *Gloſſ.* loquitur in *can. ſi quis Epiſcopus. 8.* verbo *deſideret. diſt. 92.* regula *non firmatur. 18. de regul. iuris in 6.* Quia nimi-
8 rùm, quod nullum eſt, idem ſe habet, atquè nihil. nihil verò alicuius generis ſpecies eſſe non poteſt. *S. Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. in 3. argum.* ad Cai ſenſum in *leg. adeò quidèm 7. §. cùm quis ex aliena, ff. acquirendo rerum dominio. Alexand. conſ. 33. n. 1. in fin. vol. 1. Beccius conſ. 12. n. 54. Marius Antoninus Maceraten. variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 78. nu. 10.* Nullæ electiones præfatæ fuere, ac conſequentèr nihil. ſub aliquo ergò electionis genere reponi haud poterunt. contra eas itaq; ire licitum eſt cuiq; ad Imperatoris sē-
9 ſum, mentemq; in *l. quemadmodùm. 7. in fin. C. de agricolis, & cenſitis lib. 10. Lanarius conſ. 3. n. 3.*

Et quidem, quòd nullæ fuerint electiones præfatæ, id apertiſſimè probatur: quia contra Conſtitutionum formam Religionis fa-
10 ctæ fuere. Quidquid autem contra fit formam à lege, vel Conſtitutione datam, nullum omninò eſt, & inualidum, nec ſubſiſtere poteſt. *cap. 1. de baptiſmo, & eius effectu.* ibidemq; *Gloſſ. fin. cap. Piſanis. 19.* ibiq; *Gloſſ. fin.* verbo *irritum. de reſtitut. ſpoliatorum. cap. dilecta. 22. §. cùm enim. de reſcript. capit. prudentiam 21. de officio delegati. in fin. princip.*
11 Quoniam forma ceſſante, & formatū deficit. *cap. cum ceſſante 60. de appellationib. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 286. n. 2.*
12 & formæ defectus nullitatem ſemper operatur actus, qui forma dimiſſa factus inuenitur. regula *quæ contrà 64. de regul. iur. in 6.* regula *qui ex timore 8. de regul. iur. extrà. Gloſſ in clement. vt conſtitutio. 1.* verbo *inhibentes. de iure patronat.* ex Vlpiani quoquè ſenſu lib. 24. ad edictum in *l. temporibus 1. §. final. ff. de ventre inſpiciendo. l. non dubium 5. C. de legib. Maranta* noſter *conſ. 42. num. 4. & ſeq. & conſ. 84. n. 6. in fi. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 17. nu. 116. Garſias de benefic. par. 8. cap. 1. nu. 108. & part. 9. cap. 2. nu. 230. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. diſputat 5. ſub num. 2. verſ. 2. quia. in fin. Rota par. 1. diuerſorum. deciſ. 216. num. 2. & apud S. Mem.* Gre-

Digitized by Google

Gregor.XV.deciſ.23.nu.2.& deciſ.518.nu.3.
13 & 4. Forma nempe eſt,quæ rei cuiq; dat eſſe , & ſine quâ res ipſa extinguitur. habetur ex Vlpiano lib.24. ad edictum in *l. Iulianus ſcribit 9.§.ſi quis rem in fin.ff.ad exhibẽdum.* neq; ab his deniat Marcellus lib.fin. reſponſorum *in l.Seia.6.ff.de auro, & argento legato. Gloſſ. in cap. in Ciuitate 6.* verbo *ex tali forma.de vsur.Gloſſ.in can.ſi motum* 19. verbo *Altare de conſecrat.diſt.1.& Gloſſ.in can. Eccleſiam* 28. verbo *& raſis. ead. de conſecrat.diſt.1. Maranta* noſter *in ſpeculo par.2. princip.in princip.nu.25.Rota deciſ.11 nu.5. de iure patronat. in antiquis. Caualcanus deciſ.21. nu.20.par.3.*

14 Forma autem in Minimorum Religione eſt,vt Correctorum electiones,vt minimum, per tres fiant vocales,dummodò ipſi Electo-
15 res non eligantur. tres enim ad minimum Collegium faciunt. ex Marcello lib.1. digeſtor.in *l.Neratius Priſcus.85 ff de verborum ſignificat.* & *Gloſſ.* 1.ibidẽm.Licèt nempè per duos in Congregatione licitè fiat electio, cũ Congregatio in duobus conſiſtere poſſit *c.1.* ibidẽmq; *Gloſſ.*verbo *duo.de elect. extrà.Syl-ueſter in ſum.*verbo *electio 1.nu.2.Tabienſ. eodem.num.3.q.2.Angelus.nu.13. & Armilla num.6.* Sunt verò electiones hæ per duos factæ vocales, & ex eorum duorum vnus electus.contra formam proindè, ac conſequentèr nullæ.

16 Cùm enim anno . . in Capitulo Generali, Romæ celebrato, aſſidente Eminentiſſimo Domino S. R. E. Cardinali Aldobrandino Religionis Protectore, de hoc in dubium reuocatum fuiſſet. ſic Patres reſponderunt:

*Dubitatum eſt: An in Conuentibus vbi tantùm tres ſunt vocales, poſſit fieri electio Correctoris, Commiſſi ad Capitulum Generalem,& Diſcreti ad Capitulum Prouinciale?*Reſponderunt: *Ibi fieri electionem Correctoris, & Commiſſi ad Capitulum Generale; dummodò ipſi Electores non eligantur ad tale munus commiſſum: non autem Diſcreti ad Capitulum Prouinciale: quia hic debet eſſe de corpore dicti Conuentus.* hæc Patres.

17 Duo itaq; ex his, defectus his in electionibus accidere. Vnus,quòd non per tres,ſed per duos vocales electiones factæ fuere. Alter,quòd quàmuis tres fuiſſent. nullus tamẽ trium vocalium in Correctorem eligi poterat.At fuit ex duobus vnus electus . contra formam proptereà, conſequenterq; nullitèr.

18 Perpendenda proindè dictio illa erit , & Clauſula(*dummodò ipſi Electores non eligantur,*)quæ ſanè dictio(*dummodò*)& ſi ſui natura ſimpliciter adiecta,monitionem magis, & modum importare videatur.ex *Ioanne Andrea in cap.non poteſt.de præbend.in 6.*quem ſequuta fuit *Rota deciſ. 1. de conditionibus appoſitis in nouiſ. Maceraten. variarum reſolut.lib.1.reſolut.10.nu.2. & lib.2. reſolut. 31.nu.4.Menochius de arbitrar. lib.1. q.86. nu.28.Surd.dec.38 .num.7.Thobias Nonius conſ.62.num.6.Rota apud Cardin. Seraphin. deciſ.3 8. nu.5.*

19 Nihilominùs tamen quando illa adiungitur rei,quæ implenda venit antequam actus perficiatur,conditionem infert, nõ modum. ex ſecundo.a ſenſu lib. 15. reſponſorum in *l. Thais ancilla 41.§.Stichus,& Dama.ff.de fideicommiſſarys libertatibus. Aymon conſ.10. nu.14.* vel ſi futurum euentum reſpiciat. *ex Beccio conſ 41.num.26. Maceraten.d.reſolut. 31.num.7.lib.2.* vel exprimatur,quod non inerat:ex *Socino iuniore conſ.148.nu.46. lib. 1.Rota apud Seraphin. d. deciſ.338.ſub nu.5.*

20 In hoc tamen facto cùm, propoſitioni adijciatur negatiua, vt purà (*dummodò ipſi Electores non eligantur ad tale munus*) vel
21 cõditionem importabit, vel ſaltim formam, quam ob cauſam actus,& electio alitèr facta, vel contra formam, vel non ſeruata conditione,nulla omninò erit. *Rota apud eundem Card.Seraphinum d. deciſ.338. ſub num.5.*

22 Malignantis quippè naturæ eſt negatio, & plus ipſa tollit,quam ponat affirmatio. *Gloſſ. in cap.cùm dilectus.8. §.quia nobis.*verbo *à ſuſpenſis.circa medium.de conſuetud: Aymon conſ.146.nu.4.Menoch. de arbitrar. lib.1.q. 30.nu.6.Nauar.conſ.40.peto 1.nu.9.lib.5.de pœnitent.& remiſſ.Gratianus forenſ.part.4.*
23 *cap.755. num.32.* Omnimodamq; denotat reſiſtentiam,ſi alitèr actus fiat,quàm per negatiuam demandatum eſt. noſter *Maranta conſ.31.num.2.Roland. conſ.2.num.40.lib.4. Gratianus* Rotæ Marchiæ *deciſ.188.nu.7.&*
24 *forenſ.d.cap.755.nu.32.in fin.* Non enim fruſtrà apud Patres in dubium reuocatum fuit:an per tres vocales facta electio ſubſiſteret?cùm indubitatum apud illos haberetur, per duos,ex Religionis obſeruantia,electionem minimè legitimam haberi. de tribus proindè exquiſiuere.& reſponſum accepere: poſſe *ibi fieri electionem Correctoris, & Cõmiſſi ad Capitulum* Generale: *dummodò ipſi vocales non eligantur ad tale munus.* Et quidẽm prudentèr ſatis reſponderunt: & quòd
25 non receſſere à iuris tramitibus, cùm, vt diximus,In tribus Collegium conſtet: & quòd ambitionis præcidere materiem, formam tradendo:*dummodò ipſi Electores non eligãtur ad tale munus.* Cùm extrà Conuentum poſſit facillimè eſſe digniſſimus,qui eligatur; & Conuentus ipſe in eligendi ſibi Superiorẽ
26 facultate conſeruetur. Prudentèr ergò ſatis reſpondere. Per quam etiam reſponſionem, ex duobus vocalibus electionem minimè
27 conſiſtere, implicitè incluſere. Cùm equidèm in maiori ſumma minor includatur. ex Vlpiano lib.13.ad edictum in *l. diem proferre 32.§.ſi plures in fin.ff. de recept. arbitris.* ibidẽmq; *Gloſſ.*verbo *conſenſerunt.* & Paulo ad edictum lib.17.in *l.inter pares.18. in fin. ff de re iudicata.cap.1.*ibidèmq; *Gloſſ.fin. de arbitris lib.6.Afflict.deciſ.72.num.6. & de-*

cis.

Digitized by Google

ciſ.240.nu.5.& deciſ.262.num.3. Rota apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.558.nu.2.

Cùm electionem ex tribus vocalibus cō-
ſiſtere poſſe reſponderint, modò vocales ip-
ſi non eligantur; ex duobus vtiq; conſtare poſ-
ſe negauerunt. includebatur quidem in tri-
bus minor numerus duorum. concluſerunt
autem in tribus. excluſerunt propterea in
28 duobus conſiſtere poſſe. ex regula quod in
vno conceditur, in alijs negatum videtur. ex
Paulo lib.18. ad edictum in *l. cùm Prator*
vn.num.12.in princ. ibidémq; *Gloſſ.* verbo *vi-*
detur. ff. de iudicijs. nec ab ea diſcedere Vl-
pianus videtur lib.20. ad Sabinum in *l. quæ-*
ſitum eſt. 2.§.idem reſpondit, domo inſtru-
cta in fin ff.de fundo inſtruct.inſtrumentoq;
legato. in ratione, quam reddit: *Nam qui hæc,*
inquit, (Neratius ſcilicet) *excepit, non poteſt*
non videri, de cæteris rebus, quæ in ea eſſent,
29 *ſenſiſſe.* & ibidem optimè *Gloſſ.* verbo *non*
poteſt non videri. regulam ad vtramq; partē
interpretans; & affirmatiuè, & negatiuè pro-
cedere docet. quæ etiam regula deduci vi-
detur ex dictis Conſtantini Cæſaris in *l. ma-*
ritus.21 in fin. C. de procuratorib. vbi *Gloſſ.*
fin.vers. Item nota. adamuſſim ad rem no-
ſtram dicens: *item nota: quòd in vno permit-*
30 *titur, in alijs prohibetur.* permiſſum ad rem
hanc fuit electionem fieri valere tribus tan-
tummodò exiſtentibus in Conuentu voca-
libus. negatum proindè in duobus. Si nem-
pè in tribus permiſſum, & cum clauſula; *dū-*
modò vocales non eligantur ad tale munus;
vt ſe vix id permittere oſtenderent; multò
31 minus in duobus permiſiſſent. Licèt n. duo
Congregationem faciant *d. cap.1. de elect.*
Collegium tamen non faciunt, quod in tri-
bus, vt minimum poteſt cōſiſtere. vt ex Mar-
cello in *l. Neratius Priſcus.* 85 *de verborum*
32 *ſignificat.* in ſuperioribus diximus. Idcircò
negatum, nec permiſſum videtur. excipe hoc
ex Chriſti Domini reſponſione ad Hebræos,
Io.8.48. Cum enim illi aduerſus Ieſū Domi-
num, & Seruatorem noſtrum pijſſimum cō-
tumelias inferendo dixiſſent: *Non ne benè*
dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæ-
monium habes? Manſuetiſſimus Agnus re-
ſpondit: *Ego dæmonium non habeo, ſed ho-*
norifico patrem meum, & vos inhonoraſtis
me. commentum percipe Magni Gregorij
homil.18. in Euangelia, quod translatum
fuit in *cap. non ne 5. de præſumptionib.* ſic
nempè ille: *Duo ei illata fuere, vnum nega-*
uit, alterum tacendo conceſſit. quam regulam
33 vtrinq; procedere, & affirmatiuè, & negati-
uè affirmat *Gloſſ. finalis* ibidem in *fin.* ex Ca-
io lib.3. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. cùm*
ita legatum ſit.62. ff. de conditionibus, & de-
monſtrationib. Nauar. conſ.9.nu.2 in fin. &
conſ.24.num.2 lib.5. de priuileg. Surdus dec.
195.nu.5. Rota apud Cardinal. Manticam
deciſ.322.nu.5. & apud Cardin. Seraphini
deciſ.447.nu.1. & 2. Afflictus optimè ad tē

decis.298.nu.4.& 5. dum *nu.4.* infert ex *Dy-*
no, & Bart. in l. legata inutiliter. ff. de legat.1.
34 confirmationem plurium capitulorum, in-
ducere probationem aliorum. Excluſerūt
idcircò duos vocales ab eligendo Patres,
cum electionem per tres procedere poſſe
reſponderunt: dummodo ipſi vocales non
eligantur. Fuerunt propter hanc cauſam nul-
læ electiones prælatæ; & quod per duos vo-
cales dumtaxat factæ fuere; & quòd ex duo-
bus vnus electus fuit.
35 Neq; inſtabunt qui malè, quin peſſimè
electi fuere: ex iure Sacrorum Canonum *d.*
cap.1. de electione extrà. non improbari, per
duos, qui in Congregatione ſunt, cùm duo
Congregationem faciant; quemadmodùm
per tres in Collegio, ex quibus Collegium
cōſiſtere poteſt, Superioris electionem fieri
36 permitti proindè. Cur enim ſtare prohi-
beas, quod prohibitum, iureq; vetitum non
inuenitur? ex Iuſtiniani Cæſaris ſenſu in *l.*
ſancimus.27.in fin.princip. C.de teſtamentis.
magis verò improbandam eſſe dictam Ca-
pituli Generalis determinationem, quaſi iu-
37 ri ipſi Sacrorum canonum contrariam. Sa-
cri porrò Canones à Spiritu ſancto, eiuſq; in-
ſtinctu, ac dono dictati ſunt. Qui ergo eos
negligunt, ſpiritum contemnere ſanctum vi-
dentur. ex S. Damaſo Papa can. *violatores. 5.*
25.q.1. qui rationem in fine refert: *Quia* (in-
quiens) *contra eum agit, cuius nutu, & gra-*
tia ſancti canones editi ſunt. eiuſdemq; ſen-
ſus Leo quoq; Papa fuiſſe videtur *can. igi-*
tur. 5.25.q.1.

Decipiuntur ſanè ipſi, neq; ſacros ipſos
canones, vt par eſt, pondere expendere ſan-
ctuarij. Nihil enim contra ſanctorum ſtatuta
canonum per Patres in reſponſione illa at-
tentatum fuit; quin totum conforme illis.
38 Porrò Lucius Papa *cap. illo 1. de electione*
extra. id ſanè decernit, presbyteri electionē
in aliqua Congregatione, vel Collegio per
ipſam Congregationem, ac ipſum Collegiū
faciendam eſſe: ſi aliter quis Eccleſiam in-
greſſus fuerit, electione contempta, vti cupi-
dus, ambitioneq; notatus expellatur. poſſe
verò fieri electionem, quamuis in Congre-
gatione, vel Collegio duo remanſerint, vel
tres. ex quo *tex.* in caſus figuratione notat
39 *Gloſſ. in fin.* Nota, (inquiens) quòd de iure
cōmuni ad Collegium pertinet electio Præ-
lati. Quia verò Prælati electio omnes tangit,
quotquot ſunt in Collegio, quibus ille præfi-
citur; ab omnibus vtiq; qui in Collegio ſunt,
approbari debebit. *Gloſſ.* in *can. Archiepi-*
ſcopus 1. verbo *ab omnibus. diſt.66.* ex Iuſti-
niano Cæſare in *l. veterem dubitationem 5.*
aliàs finali §. ſed hæc omnia in fin. C. de au-
thoritate præſtanda. ſequuta fuit in hiſce
noſtris terminis *Rota part.1. in recentiorib.*
deciſ.65 nu.4. & 5. in fin. Non tamen id de-
cernit Summus Pontifex Lucius, per duos
ſimpliciter electionem fieri debere, ſed ex

Ppp acci-

accidenti, ſi contingerit Congregationem
ad duos, & ad tres Collegium redigi, poſſe
per eos electionem fieri. Cum alias electio
40 per omnes, vel maiorẽ partem totius Col-
legij fieri debeat, quàmuis extrà gremium
Collegij paſtorem elegerint. ex *cap. cum in-
ter canonicos. 21. cap. cum dilectus 32. & cap.
quia propter 42. de elect. Nauar. conſ. 6. in
quodam conuentu num. 1. & ſeqq. lib. 1. de
electiõ. Rodriq. quæſtionum regular. tom. 2.
q. 55. art. 11. Rota in d. dec. 66. n. 4. & 5. & 9.
part. 1. in recentiorib.* Poterit tamen ex acci-
41 denti Collegij ius ad vnum deuenire. ex
Gloſſ. dict. c. 1. de elect. & Panormit. ibidèm.
42 adeo quidèm, quòd ſi omnes Cardinales
exirent è Conclaui poſteaquam ad eligen-
dum Papam in eo cõuenerunt, excepto vno;
ille ſolus poſſet eligere Papam. ex *Gloſ.* recep-
ta in *cap. Gratum. 2.* verbo *pauciores. de po-
ſtulation. prælator.* ſequitur *Nauar. d. conſ.
6. n. 2. de electione.*

43 In Religione autem hac Minimorum ex
inueterata inductum cõſuetudine fuit, vt per
duos tñ vocales electio non habeatur; quæ
ſanè conſuetudo conformis cùm videatur
diſpoſitioni Sacrorum Canonum. *d. cap. cùm
inter canonicos 21. & cap. cùm dilectus 32. &
cap. quoniam propter 42. de elect.* ex quibus
44 habetur, electionem fieri debere per maio-
rem partem votãtium, ſubſtineri vtiq; debe-
bit. *d. cap. cùm dilectus. 32.* ibiq; *Butriusin
1. lectura n. 21. & in 2. lectura nu. 50. & 51.
& per Abbat. in cap. cùm terra. 14. nu. 2. circà
fin. de elect. ex cap. Cumana Eccleſia. 50. de
elect. Rota d. dec. 66. num. 11. in fin. part. 1 in
45 recentiorib.* Multoque magis, quòd inter
duos tantum vocales, ſi in vnum eorum
electio cadat, illa minimè ſubſtinetur: quia
per maiorem partem votorum electio tunc
facta non videtur, vt perquiritur per *d. text.
cap. quia propter 42. de election.* ſequiturquè
Nauar. d. conſ. 6. n. 4. de electione.

46 Præterquam quòd cũ ex Sacroſanctæ Tri-
dentinæ Synodi decreto *ſeſſ. 25. cap. 6. de re-
gularibus.* Electiones per vota ſecreta fieri
debeant. *Ità vt ſingulorum eligentium no-
mina nunquàm publicentur* Et in Religio-
ne hac Minimorum vnus vocalium electio-
nis ſcriba creetur, qui pronũciare debet, ele-
ctionem adeſſe, vt illa clauſa, & ſigillata ſer-
uetur in diem vſq; Capituli Prouincialis. ſe-
quetur vtiq; ſtatim, atquè publicauerit ele-
ctionem adeſſe, qui votum dederit, noſcatur,
quòd contrà formam, & mentem Sacri Cõ-
cilij cadet; quod ſanè electionem irritam fa-
cit, & ità electum indignum etiam habet de-
inceps ad alia officia in Religione obtinen-
da.

47 Nec facit, quod ex Innocentio III. in *cap.
cùm in iure peritus. 33. de elect. in fin.* habe-
tur, conſentientem in electionem de ſe fa-
ctam, quàmuis per minorem numerum cõ-
promiſſariorum, eligentium numerum au-
gere.

48 Quia nimirùm diſpoſitio dicti *text.* in ele-
ctione procedit, quæ fit per compromiſſum,
in quem maior cõpromiſſariorum pars con-
ſenſerit; non verò in electione, quæ fit per
Scrutinium. vt poſt *Abb.* receptum *d. cap. cùm
in iure peritus 33. & d. cap. Cumana Eccleſia
50. de elect.* probat *Nauarr. d. conſ. 6. num. 5.
de elect.*

49 Nequè ſuffragium ferebat illis, quòd per
Capitulum diffinitorum electiones eorum
confirmatæ fuerant: vt incipiant ex nunc va-
lere electiones, nõ vt ex tũc. *Bero. conſ. 171.
n. 7. lib. 2.*

50 Cùm enim ab ipſo initio nullæ fuerint
electiones, confirmari vtiq; haud potuere.
firmitatem propoſitionis huius excipimus
ex Innocentij Tertij deciſione in *cap. cùm
ſuper electione 4. de cauſa poſſeſſionis, &
proprietat.* Ipſe nempè electionem non legi-
timè factam, quàmuis confirmatam, irritam
nihilominùs declarat. addimus *Gloſſ.* ibidèm
verbo *confirmatus.* quia hunc magis aperit
ſenſum. *Ex hoc principio,* (inquiens) *& ex
fine capituli colligitur, quòd confirmatio ni-
hil iuris confert, vbi electio canonica non
fuerit.* patetq; neq; obſcurè ex *d. cap. cùm
inter canonicos 21. de election.* quod etiam
Gloſſ. prædicta ibidèm allegat. firmitatem
quoq; adijcit *Gloſſ. in cap. 1. de poſtulatione
prælat. in 6.* in verbo *irritum.* eius verba da-
mus, quia ſatis ad rẽ aptè loquitur: *Licèt igi-
tur* (dicens) *ſequatur admiſſio, vel confirma-
tio talis electionis, vel poſtulationis, non
proptereà conualeſcit, quia à principio nul-
lum erat ſupra. de electione dudùm.* Ratio-
51 nem verò ſubnectit. Quia non firmatur tra-
ctu temporis, quod de iure ab initio non
ſubſiſtit, regula *non firmatur 18. de regul.
iur. in 6.* confirmat hęc etiam *Gloſſ. finalis in
fin. in cap quàm ſit Eccleſijs. 6. de elect. lib. 6.*
quæ ſic verba facit. *Quid ſi poſteà confirma-
tionem petat electus, & eam obtineat? Dico
non poſſe conualeſcere, quod à principio fuit
52 nullum, & peccat retinendo Epiſcopatum,
nec facit fructus ſuos: niſi confirmatio ſcien-
tèr fuiſſet facta per illum, qui aliàs ſuo iure
conferre potuiſſet.* ſecundum Gulielm. *Gloſſ.*
quoq; 1. *in fin. in cap. cũ dilecta. 4. §. nos autẽ,
de confirmat. vtili. vel inutili.* ſequiturq; *In-
nocent. in capit. quod ſicut. 28. num. 10. de
election.* & eum ſequitur *Abb. dict. cap. cùm
ſuper 4. de cauſa poſſeſſ. & proprietat. nu 4.*
53 Non. n. confirmatio, noui iuris quidquam
tribuit, ſed quod habuit validat. *c. 1. de con-
firmat. vtili, vel inutili.* Confirmati nempè
54 naturam confirmatio imitatur. *l. omnium
19 C. de teſtament. Bald. in leg. ſi quis cum
procuratorio. 31. § Iulianus. nu. 1. in fin. ff. de
procurat. Rota apud Card. Manticam dec. 4.
num. 11. & apud Coccinum dec. 234. num. 5.
& apud Card. Caualer. dec. 385. nu. 1. & 2.
& apud S. Memor. Gregor. XV. dec. 233. n. 2.
& in poſthumis Farinac. tom. 1. dec. 597. n. 2.*

Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Marcus deciſ. Delphinatus 918. *num.2.lib.1.Gratianus forenſ.part.5. c.909. num.17.*

Quàm ob cauſam nec firmitatem habet quod ipſi ex *Bero.d.conſ.171. num.7.* aſſerebant, incepiſſe ex confirmationis tẽpore electiones validas fuiſſe.

55 Id nempè locum habet, quando confirmatio ſubſequitur ab eo, qui ab initio actũ facere poterat ſine electione, vt in Summo Pontifice. *Gloſſ. in d. cap: quàm ſit Eccleſijs 6. de elect. lib. 6. in Glo. fin in fi.* cuius verba paulò antè retulimus. *Abb. d. cap. cùm ſuper. 4. num. 4. de cauſa poſſeſſion. & propriet.* poſt *Bart. in l. obſeruare 2. n. 4. ff. de officio Proconſulis.* & ita declarat ipſemet *Berous d. conſ. 171. n. 24.*

56 Ratio redditur: Quia nimirùm non dicitur tunc confirmare, ſed actum de ſe anteà nullum de nouo facere: ex *Bart. in l. more maiorum 5. nu. 5. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* ſequuta fuit *Rota apud S. Mem. Gregor. XV. deciſ. 67. n. 8. Gratianus forenſ. par. 5. c. 992. num. 11.*

Hanc autem poteſtatem, de nouo actum facere, non habebat Capitulum Diſſinitoriũ, ſed tantummodò ex ſe legitimè factam electionem per Conuentum, ſiuè Collegium, confirmare. Electiones verò nullæ fuere. non itaq; confirmare eas valuit. Qui

57 enim confirmat noui nihil dat, ſed actum anteà legitimè, validat, atq; firmum declarat. vndè alterare factum non poteſt. ex Scæuolæ ſenſu in *l. Aurelius Symphorinus. 29. §. teſtamento facto. ff. de liberatione legata, Bart. d. l. more maiorum. 5. num. 5. verſ. aut noluit. ff. de iuriſd. omnium Iudicum. Rota in Romana Secretariatus 1592. coram Seraphino. deciſ. 84. n. 25. & 27. poſt primum volum. conſil. Farinac. & in Verdunen. Capellaniæ 5. Decembris. 1601. coram Cardin. Lancelloto dec. 29. num. 2. apud Marcheſan. par. 1. fol. 450.*

Fuerunt ergò nullæ electiones, quòd nec ſobriè, nec frugalitèr (ex Plauto) accuratæ fuerant. non potuere proindè bono peragi exitu, quæ malo fuerant inchoata principio. vt in initio ex Leone Papa diximus.

Atq; ità ex his, quę cenſoriæ lubentèr virgæ ſubijcimus, nec abnuimus, reſpondẽdum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Nullæ, & inualidæ electiones declaratæ fuere, vt prædiximus.

SVMMARIVM.

1 *Homo cìnis dùm ſe diù viuere perſuadet, nec Deum timet, multis ſe immiſcet calamitatibus.*
In ſuperbiam erigitur.
Et dùm nullum timet.
Omnes, vt timeat, ei minantur.
Eſt ſatis in ſtatu ſuo inſtabilis, ex Menandro. n. 2.
Debet proindè finem ſuum omni tempore cogitare. n. 3.
Cùm enim ſe diù viuere putat, moritur.
Hodiè eſt hominis vita.
4 *Mors omnes petit, neminiq; parcit.*
Nullius caput fugit.
Sed omnibus inijcit manus. n. 20.
Mortis cogitatio habenda. n. 21.
Quod nos admonuit Chriſtus.
5 *Sepulturam, ſi quis, non illa electa, ruri decedat, habere debet in ſua Parochiali intra Ciuitatem.*
Vel in ſepulchro maiorum.
Niſi aliquo iuſto detineatur impedimento.
Nam locus perpenditur formalitèr, non materialitèr n. 6.
Quia in illa Parochia Sacramenta percipiebat. n. 7.
8 *Legatum relictum ſuæ Eccleſiæ, ſi poſt teſtamentum ad aliam tranſeat Parochiam teſtator, & in hac diem obeat extremũ, Priori debetur Eccleſiæ, non ſecundæ.*
Quia illa conditi teſtamenti tempore ſua erat Eccleſia.
9 *Habitationis nomine perpetuitas habitandi ſignificatur.*
Habitare idem, atq; domicilium habere. nu. 10.
Alioquin ſi ad breue tempus, hoſpitari dicitur.
Habitare non dicitur, ſed hoſpitari, qui ad rus animi laxandi cauſa accedit. num. 13.
Habitare non dicitur deſijſſe, quì ad paucos dies, vel menſes, reuerſurus diſceſſit. n. 18.
11 *Hoſpes dicitur qui paulisſpèr hoſpitatur. & num. 22.*
Et differt ab habitatore.
12 *Domicilium habere, & peregrinari differunt.*
14 *Habitator idem eſt, atq; Inquilinus.*
15 *Inquilinus habitator dicitur, non diarius, ſed firmus.*
Inquilinus in vrbanis dicitur. n. 16.
Colonus in ruſticis. in agro.
17 *Vagabundus dicitur, qui neq; habitationem habet, neq; Inquilinus eſt.*
19 *Senſus compoſitus, & diuiſus quis nàm?*
22 *Qualitas verbo adiecta, ſecundùm tempus ipſum verbi intelligitur.*
Vt eo ſcilicèt tempore adſit.

Qua autem non eſt, grauare non debet. num 23.

Probari debet per aſſerentem illam. nu. 24.

Coarctat enim diſpoſitionem in illa ſpecie qualitatis.

Vt in alia eſſe non poſſit.

Et debet adeſſe tempore illo, pro quo poſita eſt. n. 25.

Alioquin non operatur.

Præſertim in legatis. n. 26.

27 *Parochiali in Eccleſia Sacramenta ſuſcipimus, atq; diuinis interſumus.*

28 *Legatum, ſeu diſpoſitio ex affectu animi teſtatoris interpretationem admittit.*

29 *Dictio (ſeù) ex ſui natura ſtat ampliatiuè, ſiuè declaratiuè.*

ARGVMENTVM.

Legatum relictum Eccleſiæ *alla quale ſtarà ſogetto la caſa, ſeu habitatione, doue moriro,* ſi domũ habeat teſtator in Ciuitate, in qua habitat, & domũ ruri, quã ad animi recreationiſuè cauſa accedere cõſueuit; Si repentè ab inimicis petitus in domo ruris moriatur, diemq; videat vltimum; cui nàm Eccleſiæ debeatur; ruris, in qua orcum petijt; vel Ciuitatis, in qua habitationem habebat? Quid ſit habitare, & quid inquilinum eſſe, vel hoſpitem, & hoſpitari? Qualitas verificari debet de tempore, de quo diſpoſitio decernit. Sepeliri quis debet in Parochia, in qua habitationem habet, quàmuis ruri moriatur.

RESPONSIO. LXXXVIII.

1 HOmo cinis, & filius hominis vermis dùm ſe in hac permanere diù vita perſuadet, nec Deum timet, multis ſe immiſcet calamitatibus: Nàm in ſuperbiam erigitur, & dùm nullum timet, omnes, vt timeat, ei minantur.

2 Inſtabilis in ſtatu ſuo ſatis eſt homo. audias quæſo Menandrum loquentem.

Caput, atquè ſumma orationis hæc: homo eſt;
Quo non eſt aliud animal vſquàm, quod modò.
Surgat, modò cadat citius, atq; crebrius.
Ac iurè ſanè; quippè debiliſſimum
Cùm ſit, negotia adminiſtrat maxima.

3 Finem ſuum proindè omni tempore cogitare deberet homo; facilè enim hoc ei accidit, cùm diù ſe viuere putat, vt moriatur. dicebat idcircò Martialis lib. 1. nec planè extrà rem.

Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, viuam.
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Sic accidit, de quo narramus factũ. Paulus Giraldus loci Iuliani Auerſanen Diœceſis diues nimis, dùm per triennium in Ciuitate Beneuenti moraretur, quod non liberè extra eam, ad quam tanquàm ad aſylum confugerat, eſſe poſſet, ſupremas viuens ſibi ſcribens tabulas, hæredibuſq; datis, hæc inter alia diſponit.

In primis laſcio alla Venerabile Chieſa dell'hoſpedale della Chieſa della Santiſſima Annuntiata di Beneuento; (ſe però piacerà à N.S. farmi morire in queſta Città di Beneuento, e ſuo territorio) docati trecento frà vn meſe eſecuta mia morte, quali li debbiano pagare detti miei heredi. Ma non morendo à Beneuento vadino à beneficio di quella Chieſa, alla quale ſtarà ſogetta la Caſa, ſeù habitatione doue morirò, con peſo però d'vna meſſa la ſettimana.

Reuerſus verò ad Patriam; cùm haberet ipſe domum, atq; continuam habitationem in Parochia Sancti Marci præfati loci Iuliani, ruri tamen aliam habebat ruralem domum, in quam laxandi animi cauſa ſe recipere quandoquè conſueuerat; reuertebatur autem ſemper (noctu potiſſimùm,) ad domũ intrà locum. Die verò quadam dùm ad rus properat, & in domo illa eſſet, reuerſurus Veſperi antè fores ſedens, extemplo ab inimicis adorſus, glandibus ex igniuomo tormento exploſis, eum animam efflare cogunt.

4 *Miſta ſenum, ac iuuenum denſantur funera; nullum*
Sæua caput Proſerpina fugit.

Horatius lib. 1. carmin. ode 28. cecinit.

Illo ſic in Orcum diuulſo lis inter Parochos,

Digitized by Google

chos,& loci ruris, & Sancti Marci in promp-
tu inſurgit. Eorum nempè vnuſquiſq; pro ſe
verba ſtare legati exiſtimat. Conſulti proin-
dè nos: pro Eccleſia Sancti Marci ſtare lega-
tum reſpondimus.

Relicta quippè tercenta ſuere illi Eccle-
ſiæ, *alla quale ſtarà ſogetta la Caſa, ſeu habi-
tatione, doue morirò.* habitatio autem eius,&
domus intra fines erat Parochiæ Sancti
Marci. illi proindè Eccleſiæ tercenta deben-
tur. Rem autem hanc certiſſimè dirimere
putamus per Bonifacij VIII. reſponſionē in *c.
is, qui habet. 3. de ſepulturis in 6.* eius verba
damus.

5 *Is, qui habet domicilium in Ciuitate, vel
Caſtro, quandoque ad villam ruralem ſe
transfert recreationis cauſa, vel vt ruralia
exerceat in eadem; ſi non electa ſepultura
decedat ibidem, non in Eccleſia dicta villa,
ſed in ſua Parochiali, vel in ea potiùs, in qua
maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit,
ſepeliri debebit: dummodò abſq; periculo ad
ipſam valeat deportari.* ita Bonifacius. non
6 itaq; materialitèr locus perpenditur, in qua
quis moritur, ſed formalitèr. Licèt itaq; ma-
terialitèr Paulus in loco mortem obierit do-
mus ruralis, at formalitèr in loco obijſſe di-
citur, in quo domicilium, domum,& habita-
tionem habebat. Quam ob cauſam, cùm non
electa ſepultura ex huius vitæ vſura abreptus
fuerit; nō ad Eccleſiam ruralem, ſed ad ſuam
Parochialem Eccleſiam funere contumulā-
dus tranſportari debuit. Illi propterea,& le-
gatum debebitur. quia illa eſt Eccleſia, cui
ſubijcitur domus, ſeu habitatio, in qua for-
7 malitèr mortuus eſt. In hac enim Parochia
ipſe Sacramenta percipiebat. iuxtà Leonis
III. determinationem in *cap. 1. de ſepulturis
extrà.* ſequiturq; *Federicus de Senis cōſ. 153.
ſub num. 2. verſ. non obſtat, quod allegatur.*
Confirmatur aſſertio ex *Cyni* doctrina in *l. 1,
num. 12. C. de ſacroſanctis Eccleſijs.* docet
8 quippè ipſe: Si quis exiſtens Parochianus Sā-
cti Petri legauerit ſuæ Eccleſiæ, deindè effi-
ciatur Parochianus Sanctæ Mariæ, legatum
debetur Eccleſiæ Sancti Petri. Illa enim erat
ſua Eccleſia, quo tempore teſtamentum con-
didit, licèt ſua eſſet Sanctæ Mariæ cùm diem
obijt extremum. perpenditur nempè quod
formale eſt, non quod materiale. & hanc ſe-
quuta fuit ſententiam *Rota apud Cardin. Se-
raphinum deciſ. 1149. num. 5.*

Et quidèm, vt rem hanc firmiùs aſtrua-
mus, atq; minorem potentiùs firmemus pro-
poſiti in initio ſyllogiſmi, perpendendum,
nec futilitèr erit: Paulum teſtatorem nō ſim-
plicitèr reliquiſſe tercenta Eccleſiæ, in qua
morietur, diemq; vltimum duceret; ſed illi Ec-
cleſiæ, *alla quale ſtarà ſogetta la caſa, ſeu ha-
bitatione, doue morirò.* domus proindè me-
minit, in qua habitationem habebit tunc tē-
poris, quando morietur. habitationem verò
habebat ipſe in domo in Parochia Sancti
9 Marci. Illi ergo,& non alteri tercenta deben-
tur. Habitationis nempè nomine perpetuitas
quædam ſignificatur, donec ſcilicet quis in
humanis fuerit, nam habitatio morte fini-
tur. *l. habitatio. 11.* & *l. cùm antiquitas. 13. C.
10 de vſufructu, & habitatione.* Idem porrò eſt
habitare, atq; domicilium habere; atq; per-
petuitatem quandam ſignificat; vt contrà,
non habitare, ſed hoſpitari dicitur, qui tran-
ſiturus demoratur. excogitationis huius do-
ctorem Vlpianum habemus lib. 23. ad edi-
ctum in *l. 1. §. hoſpes. ff. de his, qui deiecerint,
vel effuderint.* Is nempè ſic eruditiſſimis ver-
11 bis docet: *Hoſpes, placet, non tenebitur, qui
ibi non habitat, ſed paulispèr hoſpitatur: ſed
is tenetur, qui hoſpitium dedit. Tantum au-
tem intereſt inter habitatorem, & hoſpitem,
12 quantum intereſt inter domicilium haben-
tem, & peregrinantem.* ſic Vlpianus, hoſpitari
13 igitur magis,& quaſi paulispèr demorari, ſi-
uè peregrinari dicitur, qui ad rus animi la-
xandi cauſa, ad paruulas horas, reuerſurus,
accedit. non itaq; habitationem inibi ha-
bere dicetur, quia ibi domicilium non ha-
bet. hoſpes igitur magis dicetur, quàm habi-
tator. non itaq; in eo verificabitur, quod de
habitatore diſpoſitum eſt. non ergò conſe-
quetur legatum propter habitationem reli-
ctum. percipiet ergò Eccleſia Sancti Marci
legatum, quòd in illa Parochia domum, ha-
bitationemq; atq; proindè domiciliū Pau-
lus haberet, quando in momento glandula
percuſſus ignita animam coactus eſt agere.
Nec alienum tenere ſenſum viſus eſt Alphe-
nus lib. 2. digeſtorum in *l. habitatores. 30. ff.
locati, & conduct.* de habitatore enim loqui-
tur qui ad tempus aliquod habitat, non qui
hoſpitatur, vt ſentire viſa eſt etiam *Gloſſ.* ibi-
14 dèm verbo *habitatores.* ideſt inquilini, ipſa
15 vertit commētum agens. Inquilinus autem
diarius habitator non eſt, ſed firmus. ex Vl-
piano lib. 18. ad edictum in *l. cui vſus reli-
ctus eſt. 2. §. ſed an & inquilinum. & l. cæte-
rum. 4. ff de vſu, & habitatione.* & *Gloſſ.* ibi-
16 dèm verbo *notat.* & verbo *& habitat.* nam
dicitur inquilinus in vrbanis, Colonus verò
in agro. ex Marcello lib. ſingulari ad Fortu-
natum in *l. re pignoris. 37. ff. de acquirenda,
vel amittenda poſſeſſione* ad *tex. in l. emptorē.
9.* ibidèmque *Gloſſ.* verbo *colono. C. de locato,
& conducto.* ſequuta fuit *Rota part. 1. in re-
centioribus decis. 184. num. 17.* Idem Vlpia-
nus lib. 1. ad edictum in *l. dies cautionis. 4. §.
prætor ait. ff. de damno infecto.* ibidèmq;
Gloſſ. verbo *nec habitationem habeat.* dùm
17 infert: eum, qui habitationē non habet, neq;
inquilinus eſt, vagabundum haberi. *Bart.*
18 quoq; ibidèm, dùm docet: non deſijſſe dici
habitare in Vrbe eum, qui ad paucos men-
ſes, vel dies, reuerſurus diſceſſit. ſequiturq;
*Florianus in d. l. 1. §. habitare poſt medium,
verſ. pro hoc facit. ff. de his, qui deiecerint, vel
effuderint. & Rota apud S. memoriæ Grego-*

rium

ritium XV. decif. 182.*num.* 3.

19 Quam ob cauſam verba illa in legato: *di quella Chieſa, alla quale ſtarà ſogetta la caſa, ſeu habitatione doue morirò.* exaudiri debebunt in ſenſu diuiſo, non ſanè in ſenſu cōpoſito: non illi ſcilicet domui, ſeu habitationi, in qua moriar; ſed in qua ſcilicet habitabo cum moriar, quamuis alibi extrà domum, fortaſsè in via (vt nunc accidit) moriar, vt

Enim Ouidius 1. Amorum dixit.

20 *Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,*
Omnibus obſcuras injicit illa manus.

omni tempore, omni momento, vt nulli dicere reſtet; nunc viuam, nunc non moriar: vnde dicebat Perſ. ſatyr. 4.

21 *Viue memor lethi, fugit hora, hoc, quod loquor, inde eſt.*

Admonuitq; nos Chriſtus Dominus Deus & Saluator noſter. Lucæ 12. 40. *Et vos eſtote parati* (inquiens) *quia qua hora non putatis filius hominis veniat.* Sic in momento, qua hora non putabat, in ictu oculi, filius hominis, Dei iuſtum iudicium, ad hunc hominem venit. At ipſe non in domo ruris habitabat, cùm in momento mortuus fuit, ſed in domo intra locum in Parochia Sancti Marci. illi proindè legatum debebitur. Non enim ipſe habitationem perpendit materialitèr, ſed formalitèr. Ex accidenti quippè fuit, vt in domo ruris reperiretur tunc, quando ab inimicis adorſus glande percuſſus ignita interijt. Ita nempè, & per viam dùm domum regrederetur, inimicis occurrere poterat, eodemq; modo peti, & mori.

22 Qualitas ergò illa attendēda in hac re erit, quæ diſpoſitioni magis congruit de domo, & habitatione, quæ illi perpetua, non de domo, in qua paulisper hoſpes erat, non habitator. ex Vlpiano in *d. l.* 1. §. *hoſpes. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint.* magis enim ad ſenſum temporis mortis hæc accedit interpretatio, quàm illi contraria. ex Paulo lib. 3. ad edictum in *l. in delictis.* 4. §. *ſi damnum extraneus. ff. de noxalibus actionibus.* ſecundùm duplex *Baldi* ſummarium ibidem dicentis: *Qualitas adiuncta verbo intelligitur*
23 *ſecundùm tempus verbi.* vel: *Qualitas, quæ non fuit tempore maleficij, non debet aggrauare maleficium.* Qualitas ergò illa habitationis, de domo ruris non intelligitur, ſed de domo intra locum, in qua habitationem habebat. de iſtâ ergò exaudietur legatum. Eundemq; ſenſum habere viſus eſt idem Paulus lib. 9. quæſtionum in *l. ex facto.* 43. *ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitut.* illis verbis. *Eatenus id eum tribuere voluiſſe, quatenus filius eius in eadem valetudine perſeueraſſet.* quod ſequitur *Bartolus* ibidem. Idemq; Paulus lib. 11. reſponſorum in *l. Lucius Titius.* 41. *ff. de militari teſtamento. cap. ſi eo tempore.* 9. *& Gloſſ. in cap. ſtatutum* 11. *in principio verbo canonicis. in fin. de reſcript. in* 6. *Tiraquellus de priuilegijs piæ cauſæ priuileg.* 3. *col.* 3. *verſ. ſed Corneus. Rota decif.* 130. *nu.* 4. *apud Farinac. poſt* 1. *volum. conſiliorum. Hondedeus conſ.* 70. *n.* 32. *lib.* 2. *Rota apud Card. Caualer. decif.* 196. *nu.* 5. *& decif.* 231. *num.* 1. *& decif.* 506 *nu.* 5. *& apud Duranum decif.* 286. *n.* 10. *part.* 2. *& part.* 1. *diuerſorum coram Robuſterio decif.* 70 *ſub num.* 13. *Gonzalez ad* 8. *regulam Cancellariæ in proœmio* §. 3. *nu.* 72. *& Gloſſ.* 45. *nu.* 43.

24 Probanda itaq; qualitas illa habitationis erit per Parochum ruris aduersùs Parochū Sancti Marci, vt legatum obtinere valeat. Quia nimirum qualitas illa ita reprimit legatum, vt nullo debeatur pacto, niſi ipſa verificetur: ponit namq; legatum ipſum, & diſpoſitionem in alia ſpecie, quàm quòd verbū illud (*doue morirò*) ſimplicitèr exauditum poneretur. ex Paulo lib. 1. ad Sabinum in *l. ſi quis poſthumos.* 9. §. *ſi filium exhæredauero. ff. de liberis, & poſthumis. Berous conſ.* 159. *num.* 38. *lib.* 2. *& conſ.* 20. *num.* 15. *lib.* 3. *Surdus conſ.* 34. *nu.* 43. *& conſ.* 131. *nu.* 24. *&* 25. *lib.* 1. *Gratianus forenſ. par.* 5. *cap.* 834. *num.* 9. Siquidèm habitationis illa qualitas (iuxtà
25 traditam in ſuperioribus habitationis naturam, & proprietatem, vt perpetua ſit) illo ipſo mortis tempore adeſſe debebat. ex Paulo lib. 52. ad edictum in *l. ſi filiusfamilias* 78. *in principio ff. de verborum obligationib.* per rationem, quam ipſe ibi reddit: *Quia in ſtipulationibus* (inquiens) *id tempus ſpectatur,*
26 *quo contrahimus.* & ex eodem de legatis loquente lib. 3. quæſtionum in *l. ſi legati conditionalis.* 28. *ff. de pignoribus, & hypothecis.* ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *deberi. l. ſi uxorem.* 5. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *competentem. C. de conditionib. inſertis. Peregrinus decif.* Patauina 112. *nu.* 14. Qualitas verò illa nullo modo aderat, quo tempore morte ſublatus repentè, in ictu oculi, in momēto Paulus fuit, cùm illam intro in loco in Parochia Sancti Marci haberet, nullo itaq; modo legatum debebitur huic Eccleſiæ, ſub qualitate illa relictum habitationis.

Neq; porrò ſimplicitèr domum perpendit teſtator; ſed habitationem: *à beneficio di quella Chieſa,* (dicens) *alla quale ſtarà ſogetta la caſa, ſeu habitatione doue morirò.* habi-
27 tationem proindè contemplatus fuit; cùm propter eum ſacramenta ſuſciperet in illa Eccleſia, atq; diuinis adeſſe conſueuiſſet. ad *tex. in d. c.* 1. *de ſepulturis*, vt animi quadam affectione ob hanc cauſam erga illam teneri
28 *videretur.* Non ergò ædepol mirum erit; ſi ex ipſius affectione interpretationem admittat legatum hoc, in quo habitatio ipſa contemplata fuit, vt ipſi daretur Eccleſiæ, cui ſubiecta erit domus habitationis eius, cùm moreretur. ex Papiniano lib. 11. reſponſorum in *l. donationes in concubinam.* 32. §. *ſpecies extra dotem. ff. de donationibus.* concinitq; Vlpiani ſenſus lib. 31. ad edictum in *l. ſi verò*

non

non remunerandi.12.§.indè Papinianus quæris in fin. ibidèmque *Gloſſ.*verbo *patrono donaſſe ff.mandati.Lopez in rub. de donationib.inter virum,& vxor.§.45.nu.3.Menochius de præſumptionib.lib.1.præſumpt.28.n.12.& ſequ.& lib.3.præsumpt.26.nu.16.& lib.4 præsumpt.106.nu.26 & præſumpt.110.nu.12.Cardin.Mantica de coniectur.lib.8.tit.6.num.18 & 19.Surdus de aliment. tit.5. q.6. num* 8.& 9. diximus *reſponſione noſtra 15.nu.23.part.1.*

29 Perpendēda propterea dictio illa erit (*ſeù*) (*Caſa,ſeù habitatione*), quæ ampliatiuè ex ſui natura ſtare conſueuit.ex *Bart.in l.ſi quis ità legauerit, ff. de auro, & argento legato. Bald.in l.cùm quidam numer.4.ff.de verborum ſignificat.Decius in l.petens num.11.C. de pactis.& conſ.69. num.5.* Rota *coram Cardin.Veroſpio Iuniore deciſ 286.numer.9.part.7. in recentiorib. per Rubeum.*Ampliat enim nomen illud,domus(*la Caſa*)atq; declarat, vt non ſimplicitèr de domo exaudiatur , ſed ampliatiuè , atq; declaratiuè de domo, in qua habitationem haberet aſſiduam: vt applicari,exaudirivè minimè valeat de domo in rure exiſtente, in qua non habitationem, ſed hoſpitium ad breue tempus relaxandi animi cauſa habere conſueuerat. vt in ſuperioribus perpendimus. Non itaq; ruris Parocho,& Eccleſiæ legatum hoc debebitur, ſed Eccleſiæ Sancti Marci.

Atq; ità ex his, quæ lubentèr iudicio ſubijcimus acriori,ſaniorique reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Lotb è ſodomorum Ciuitate educentes Angeli,qui ad eam ſubuertendam à Domino miſſi fuerant; ne poſt tergum reſpiceret preceperunt ei.*

2 *Animam ſuam ſaluare qui vult, poſt tergum reſpicere non debet.*
Alioquin non aptus redditur Regno Dei.

3 *Locus Lucæ.9.62.Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,& reſpiciēs retrò, aptus eſt Regno Dei expenditur.*
Ex Dionyſio Carthuſiano.n.4.
Et ex Ioanne Caſſiano.n.6.

5 *Pactum qui ineunt cum dæmone retro reſpicere per reſipiſcentiam probibentur.*

7 *Renunciat vniuerſis,qui affectum renunciādi eis retinet.*

8 *Mente fuſco temporalium rerum fumo occupata,lumine claro cernere verum non poterit.*
Propterea ad cœleſtia attollenda.

10 *Vxor Lotb, quia retrorſum ad ſodomam aſpiciendam dùm arderet reſpexit,in ſalis ſtatuam conuerſa eſt.*
Memores eſtote vxoris Lotb.Dominus nos admonuit.n.11.
Et quarè?

12 *Monachus Mundo mortuus eſt.*
Vnde nec velle,nec nolle babet.
Non debet proindè ad ſecularem intitulari Eccleſiam.
Ratio affertur.n.14.
Præſertim verò ſi Moniales ſint illi Eccleſiæ annexæ.n.16.
Vel ex ordine Mendicantiū regularis fuerit.n.17.
Neq; poteſt in ſeculari Eccleſia Canonicus fieri.n.18.
Nulluſq; valet in boc diſpenſare, neq; etiā Epiſcopus.n.19.
Niſi ſolus Papa.n.32.& nu.43.
Ratio affertur.n.20.

14 *Beneficia regularia regularibus,& ſecularia ſecularibus danda.*
Quæ regula generalis eſt. & num.28. & num.31.
Extenditurquè etiam ad penſionem. num.15.

21 *Monachus extrà Clauſtra,ſicut extrà aquas piſcis,moritur.*
Eius officium quod? n.22.
Et nomen exponitur.

23 *Monachus non docentis, ſed plangentis babet officium.*
Solus proindè eſſe debet, non in turba. ex Vgone de Sancto Victore.n.24.
Ac ieiunijs intentus,& fletibus.
Monachi ſimplicitas eius philoſophia eſſe debet.
Quomodò Doctor eſſe debeat? n.25.

26 *Monachum eſſe,& ſeculari Eccleſiæ intulari, ſatis diuerſa babentur.*
Non itaq; commiſcenda.n.27.
Neq; inuicem deturbanda.

28 *Regularis ad ſecularem Eccleſiam intitulari quarè non debeat.*
Duplex affertur ratio.ex Lezana.
Et etiam tertia.n.29.
Vel ſi babeat vſum mitræ,& Collegium Presbyterorum ſecularium.n.30.
Præſertim ſi ex ordine Mendicantium ſit. num.31.
Requiritur proindè Sanctæ Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio.n.32.
Non diſpenſabit proindè ſecularis Princeps.n.38.
Quin peſſimè peccabit.n.40.
Præſertim ob grauamen,quod Monaſterio infertur.n.42.
Et ad reſtitutionem tenebitur ob graue damnum,quod ſecularibus Clericis infertur.n.47.

29 *Profeſſio diſpar nō debet eſſe in vno,eodemq; officio.*

33 *Beneficiā ſecularia præſumuntur,ni regularia*

Digitized by Google

riæ prohibentur.

Beneſicium proindè impetrans non facta mentione, regulare, vel ſeculare illud eſſe, impetratio ſubreptitia redditur. num. 34.

35 *Regularibus antiquitùs permiſſum erat ad Curatas Eccleſias intitulari.*

Præſertim Canonicis regularibus.

Iure tamen nouiſſimo, niſi ad Cathedrales eligi eos omninò prohibetur. n. 36.

Præſertim Fratribus Minoribus.

Vel alijs Mendicantibus.

Sine tamen diſpenſatione Apoſtolica. num. 37.

Ex declaratione Gregorij XIII. & ex Sacra Congregatione.

39 *Secularis incapax omninò eſt iurium ſpiritualium.*

Vel ſpiritualibus annexorum.

Alioquin graui ſe peccato maculabit, in illis ſe ingerens. n. 40.

Vnde & iuriſdictionem Eccleſiaſticam vſurpare videtur. n. 44.

Et in excommunicationem dabit. n. 46.

41 *Legi qui iuſtę reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

44 *Iuriſdictionem, qui vſurpat Eccleſiaſticam.*

Et peccat.

Et in excommunicationem incidit in Bulla in Cœna Domini. n. 46.

Et Sacri Tridentini Concilij.

45 *Iuriſdictione ſine iure minimè dicitur.*

Nec ſine peccato.

47 *Beneficium impediens Clerico ſeculari, dans illud regulari, peccat.*

Et ad reſtitutionem tenetur.

48 *Acceptionis perſonarum peccatum contra iuſtitiam eſt.*

Et ad reſtitutionem obligat.

Ob damnum, quod alteri infertur.

ARGVMENTVM.

Regularis, ex ordine præſertim Mendicantium, incapax eſt, qui ad Eccleſiam intituletur ſecularem, etiam Curatam, ni Sanctæ Sedis diſpenſatione ſuffultus fuerit. Nùm verò peccet ſic eundem eligẽs, & quodnam peccatum? & num ad reſarciendum teneatur damnum Clericis ſecularibus, quibus illa debebatur?

Hinc regula expenditur: Regularia regularibus, & ſecularia ſecularibus. Seculares ſunt incapaces iurium ſpiritualiũ, vel ſpiritualibus annexorum, illiſquè ſe ingerentes graui ſe peccati macula inficiunt.

RESPONSIO LXXXIX.

1 QVi Deo mandãte ad Sodomam ſubuertendam acceſſerant Angeli, Loth priùs extrà Ciuitatem educentes, & ad eum loquentes *Geneſis* 19. 17. dixerunt ei: *Salua animam tuam: noli reſpicere poſt tergum.* Poſt ter-
2 gum itaq; reſpicere prohibetur, qui animam ſuam ſaluare debet. Vt enim (*Luca* 9. 62.) Dominus noſter, & Magiſter Chriſtus nos docuit: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei.* Hoc eſt Dei militiæ ſemel aſcriptus ad ſecularia, & priores curas animum conuertere, & ad Aegypti ollas reſpicere nõ debet. vt *Martinus del Rio* in adagialibus ſacris *p.* 1. *adagio* 25. interpretatur. Et mirùm ſanè
3 quòd verba illa Dominus noſter reſpondit ad quendam, qui dixerat ei: *Sequar te Domine; ſed permitte mihi renunciare his, quę Domi ſunt.* Ait ad illum Ieſus: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens*
4 *retro, aptus eſt Regno Dei.* Quia nimirùm continuandum eſt opus inceptum (verba ſunt *Dionyſij Carthuſiani* in commento ad Euangelia) & quæ pro Deo reliquimus, rurſus appetere non debemus, vt faciunt ambitioſi, & vani, qui cùm diù fuerũt in Clauſtro, ad officia accenduntur tam fatuè, & carnalia, quæ reliquerunt pro Chriſto, rurſus viſitare, intueri, tractare peroptant. Vndè ait & *Beda*: Si diſcipulus Dominum ſecuturus arguitur, quia vel domi renunciare velit: quid fiet illis, qui nulla vtilitatis gratia ſæpè viſitant domos illorum, quos habent in Mundo? Sic Dionyſius Sanctus, ac deuotus Pater. Qui
5 cum dæmone pactum ineunt, (per maleficia ſcilicet) vt illi offerãt, retro reſpicere per reſipiſcentiam vetantur, apud Vergilium.

Fer cineres Amarylli foras, riuoq; fluenti.
Tranſq; caput iace: ne reſpexeris.

Et apud Theocritum ex græco.

Manè autem cineres ancillarum vna coactos.
Omnes proijciat trans flumen, trans quoq; fines,
Præruptam in rupem: corpus cauëatq; reuertens.

Ne

Ne retro flectat.
6 Neq; ab hoc inſtituto abſceſſit *Caſſianus*
de inſtitutis Cœnobiorum in *collationib. pa-*
trum lib.6. de ſpiritu philargiriæ *cap. 27.* ſe-
quentibus loquens:
Igitur ſi perfectionis deſiderio dimittens
omnia ſecutus es Chriſtum dicentem tibi.
Matth. 19 *vade vende omnia, quæ habes, &*
da pauperibus, & habebis theſaurum in Cœ-
lo, & veni ſequere me. quid miſſa ſuper ara-
trum manu reſpicis retrò, vt eiuſdem domini
voce pronuncieris nō eſſe aptus Regno Cœlo-
rum (Lucæ 9.) *Super tectum Euangelici cul-*
minis ſtabilitus: quid deſcēdis tollere aliquid
de domo tua, ex his vtaeliset, quæ antea con-
tempſiſti: Conſtitutus in agro, atq; operatio-
ne virtutum, ſubſtantiæ mundi, qua te renū-
cians ſpoliaſti: quid recurrens niteris reue-
ſtiri? Si verò paupertate præuentus nihil,
quod remitteres habuiſti, multò minus ac-
quirere debes, quod antea non poſſediſti. ob
id enim ita Domini beneficio præparatus es,
vt expeditior ad eum nullis pecuniarum la-
queis impeditus accurreres. Verùm tamen
nullus in hoc agens frāgatur; nemo eſt enim,
7 *qui non habeat, quod dimittat. Vniuerſis re-*
nunciauit facultatibus Mundi quiſquis af-
fectum renunciandi eas radicitus amputa-
uit. his Caſſianus.
Ab hac perfectionis norma deficit, quiſ-
quis iterùm ad renunciata reuertitur, atq;
8 retrò reſpicit. Non enim poterit lumine cla-
ro cernere verum mente fuſca temporalium
rerum fumo, ambitioneq; occupata.
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis
Hæc vbi regnant.
vndè monet Iacobus Billius in anthologia
ſacra
9 *Quiſquis iter vitæ ſequeris, vitæq; peren-*
nis,
Ne tua ſint terræ lumina fixa caue.
Semper at æthereas ſublimi vertice ſedes
Conſpice: ſic tutum latus habebis iter.
10 Retrò reſpexit vxor Loth, cùm Dominus
Ciuitates Sodomorum ſubuerteret, & in ſta-
tuam ſalis reuerſa eſt. Geneſ. 19. 26. *Reſpi-*
ciensq; vxor eius poſt, reuerſa eſt in ſtatuam
ſalis, quod cecinit perbellè Sedulius
dùm reſpicit vxor
In ſtatuam mutata ſalis, ſtupefacta re-
manſit,
Ad pœnam conuerſa ſuam, quia nemo re-
trorſum,
Noxia contempti vitans contagia mundi,
Reſpiciens ſaluandus erit. nec debet arator
Dignum opus exercens vultum in ſua ter-
ga referre.
11 vndè Chriſtus Dominus noſter *Lucæ 17. 32.*
nos admonuit dicens: *Memores eſtote vxo-*
ris Loth. vt periculo pœnæ ſimilis ſapiamus.
ex *Martino del Rio adagio 26. in fin.*
Retrò proindè reſpexiſſe ex Regularibus
quidam videtur, qui ad Eccleſiam ſecularem
Rectoriam nuncupatam a ſeculari Principe
12 ſe intitulari paſſus eſt. Quid porrò Mona-
cho ad ſecularem Eccleſiam, qui mortuus
Mundo eſt? ita planè vt mortuus habetur, vt
nec velle, nec nolle habeat. *can. placuit 8. 16.*
q. 1. can. placuit 54. ibidemq; *Gloſſ.* verbo
mortuos. & can. nullus monachus. 34. 2. q. 7. c.
ſi religioſus. 27. in princ. de elect. lib. 6. cap. fin.
13 *de ſepultur. eod. lib.* ſi itaq; Mundo mortuus,
quia diuinum nuncium ei miſit, intitulari
haud vtiq; ad ſecularem poterit Eccleſiā, ne
ad renunciata ſemel ſecularia reuertatur ite-
rum, atq; retrò aſpiciat; vndè non aptus Re-
gno Dei reddatur. Generalis eſt quippè Re-
14 gula: Regularia regularibus, ſecularia ſecu-
laribus de beneficijs & Eccleſijs ſacri diſpo-
ſuere canones. *cap. poſſeſſiones 10. de rebus*
Eccleſiæ non alienand. extra cap. cùm benefi-
cio. 5 de præbend. lib. 6. & Clemens V. in Co-
cilio Viennenſi in *Clement. quia regulares*
vnica. de ſupplenda negligentia prælator. eius
excipe verba:
Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, &
beneficia huiuſmodi, illa videlicet, quæ con-
ſueuerunt per ſeculares Clericos gubernari,
ſecularibus Clericis; alias verò, quæ religioſis
dumtaxàt committi ſunt ſolita, vel conferri,
religioſis monaſteriorum, quorum Prælati
huiuſmodi negligentes fuerint conferendo.
ibidèmque *Gloſſ.* verbo *ſecularibus.* & ex
Concilio Lateranen. in *cap. monachi 2.* Inno-
centius III. in *cap. quod Dei timore 5. de ſta-*
tu monachorum extra. & ibidèm latè *Gloſſ.*
verbo *Eccleſiarum parochialium.* Sacroſan-
cta Tridentina ſynodus *ſeſſ. 14. cap. 10. de re-*
format. & ſeſſ. 25. cap. 21. de regularibus. Fe-
lin. in cap. in noſtra 32. num. 44. & 45. de re-
ſcript. Rota deciſ. 5. nu. 2. & 3. de iurepatro-
nat. in nouis. Nauar. conſ. 11. quæritur 1. nu.
1. lib. 3. de ſtatu monachorum. Rota in Nola-
na penſionis 10. Ianuarij 1610. coram Card.
Sacrato deciſ. 25. nu. 1. apud Marcheſanum
15 *parte 1. fol. 621.* quam regulam extendit etiā
in penſione, *ex Nauar. conſ. 11. N familiaris*
nu. 2. lib. 1. de temporibus ordinandor. Gon-
zalez ad regul. 8. Gloſſ. 8. num. 38. & 39. Bar-
boſ. in collectan. ad d. Clementin. quia regula-
res. vnica nu. 13. de ſupplend. negligentia præ-
latorum. Ioan. Baptiſta Lezana in ſum. quæ-
ſtionum regular. part. 1. cap. 2. num. 17. &
par. 2. cap. 18. num. 1. Sanchez in ſum. moral.
tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 70. 71. & ſeq. Rodri-
quez quæſtion. regular. tom. 1. q. 34. art 4.
Suarez tom. 4. de religione tract. 8. lib. 3. cap.
19. per tot. ac præſertim nu. 3. Ioan. Baptiſta
Coll. de portione rata q. 53. num. 3. Riccius
Epiſcopus Vici Equen. *in praxi par. 2. reſo-*
lut. 322. nu. 1. & 2. & in collectan. deciſionum
par. 4. collectan. 763. Cardin. Tuſcus tom. 1.
litera B. Beneficia. concluſ. 67 num. 1. & ſeq.
Rota par. 2. diuerſor. deciſ. 772. num. 5. & 6 &
in Carpectoraten. Prioratus 19. Aprilis 1619.
Qqq coram

Digitized by Google

coram Buratto deciſ.390. num.1.& 2. Non
itaq; ad ſecularem Eccleſiam Rectoriæ titu-
lo decoratam, quæ ſecularibus Sacerdoti-
bus dari conſuetum eſt, intitulari Regularis
16 potuit: eo maximè, quòd Eccleſiæ prædictæ
annexum reperitur Monaſterium, cuius cu-
ram, adminiſtrationemq; Rector gerit, earũ
Monialium, quæ ex priori peſſimè acta ad
frugem melioris vitæ ad pœnitentiam per-
agendam recluſæ ſunt: quod perpendit *Bu-
trius inter conſilia Ancharani conſ.352. Mo-
naſterium Sancti Michaelis in fin. num. 6.*
quem ſequitur *Cardin. Tuſcus tom.5. littera
M. Monachus concluſ.350.nu.5.*
17 Generaliter quippe ſacrorum iure Cano-
num vetitum eſt Regularibus, ex Mendican-
tibus præſertim, ad ſeculares Eccleſias, &
beneficia intitulari; vel in ſeculari Eccleſia
18 Canonicum fieri, ex *Gloſſ.* in *can. quorundam
6. verbo Syracuſana diſt.74. cap. ſuper eo. 9.
de regularib. extrà. cap. ſi religioſus.27. & c.
nullus religioſus 28. de electiõ. in 6. extra-
uaganti diſpendijs de poſtulation. prælatorũ
inter cõmunes.* Clemens V. in *Clementin. vt
profeſſiones 1. §. ad prioratus. de regularib.*
19 Neq; valeat in hoc diſpenſare vel Prior
Monaſterij, nec Prouincialis, neq; Generalis
Ordinis: neq; etiam Epiſcopus, vt Regularis
ad beneficium ſeculare, ſecularemq; Eccle-
20 ſiam, non curatam præſertim, intituletur: ne
ex hoc vagandi anſa, quin non dixeris apoſta-
tandi, Regularibus detur, & extrà Clauſtra
demorandi, ſeq; ſecularibus negotijs immi-
ſcendi, vnde alijs ſcandalum, ipſiſq; Mona-
chis mors ſpiritualis accedat. ex Bonifacio
VIII. in *cap. cùm ſingula 32. de prabend. in 6.*
concinit diſpoſitio Sacri Tridentini Concilij
*ſeſſ.24 cap.11. de reformat. Coſta de portione
21 rata d.q.53.nu.6.* Portò ſicut extrà aquas
piſces, ità planè extrà clauſtra Monachi mor-
tui ſunt, vitaq; carent. hanc quippè rationem
Eugenius Papa in *can. placuit 8.16.q.1.* inter
alias refert: quare, (ſciſcitatus) ad ſecularem
Eccleſiam tranſire Monachus prohibeatur?
Quia (inquiens) *ſicut piſcis ſine aqua caret
vita, ita ſine monaſterio monachus.* addit-
22 què officium enucleans monachi: *Sedeat
itaq; ſolitarius, & taceat, quia mundo mor-
tuus eſt, Deo autem viuit. Agnoſcat nomen
ſuum. Monos enim græcè, latinè eſt vnus.
achos græcè, latinè eſt triſtis. Vndè dicitur
Monachus, vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, &
officio ſuo vacet.* His Eugenius. Sedere itaq;
ſolus, triſq; debet Monachus, vt officio ſuo
vacet, non ſeculari Eccleſiæ, intitulari, vt ex-
tra vagetur Clauſtra, vitaq; careat, conſe-
quenterq; moriatur.
23 Monachis nempè, (vt *Hieronymus* ad Ri-
parium, & Deſiderium à Gratiano relatus
can. monachus 4.16 q.1. ſcribit) non docen-
tis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe,
vel Mundum lugeat, & Domini pauidus pre-
ſtoletur aduentum. nec alieno ſenſu *Hugo à
Sancto Victore lib.3. de clauſtro animæ.* de
monachi loquutus officio fuit. audi (quæſo)
24 ipſum: *Si monachus es, quid facis in turba?
ſi amas ſilentium, cur declamantibus aſſiduè
intereſſe delectaris? Tu ſemper ieiunijs, & fle-
tibus inſiſtere debes, & tu philoſophari
quæris? Simplicitas Monachi philoſophia eius
eſt. Sed docere* (inquit) *alios volo. Non eſt
25 tuum docere, ſed plangere. Si tamen doctor
eſſe deſideras, audi quid facias: vilitas habitus
tui, & ſimplicitas vultus, innocentia vitæ, &
ſanctitas conuerſationis tuæ docere debent
homines.* his Hugo. Hæc ergò ſunt, quæ ad
Monachum ſpectant, non circuire per pla-
teas, neq; ambitiosè ad ſeculares Eccleſias
26 inhiare. Satis enim diuerſa hæc habentur.
Pelagium excipe Papam in *can. de præſen-
tium 20. 16. q.1.* ipſe de hac re loquatur, An-
toninæ Patriciæ, & Deciæ reſpondens, ra-
tionemq; reddens, quarè Monachum, defen-
ſorem eam habere non permiſerit: *Quia ve-
rè ſatis amariſſimum habeo* (inquiens) *de iſto
propoſito ad illud officium homines deduci, in
quo nullo modo, quæ à monachis Deo promiſ-
ſa ſunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim
eſt illius habitus, & iſtius officij diuerſitas.
Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic
cauſarum cognitio, conuentiones, actus, pu-
blica litigia, & quæcunq; vel Eccleſiaſtica
inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit.*
ità Pelagius. Diuerſa quippè ſunt Monachi,
27 atq; ſecularis Eccleſiæ Rectoris officia. non
itaq; commiſcenda, neq; inuicem deturban-
da. ſequitur *Geminian. conſ.28. attenta forma
libelli. num.1. Ancharan. conſ.57. quædam ex
prædictis exceptionibus. num.1. Cardin. Tu-
ſcus tom.5. monachus. d. concluſ.330. nu.1. &
6. Rodriquez d.q.34. art.4. Lezana par.2. d.
28 cap.18. num. 1. in fin.* Rationem reddens
duplicem, quarè ad ſecularem Eccleſiam re-
gularis intitulari non debeat ſine licentia,
vel diſpenſatione Summi Pontificis: *Tùm ex
parte ipſius beneficij,* (loquens) *quod petit
conferri ijs, quibus iure, vel conſuetudine eſt
deſtinatum. Tùm ex parte ipſius religioſi,
quia cùm eius ſtatus non ordinetur ad hu-
iuſmodi Clericorum miniſteria gerenda, non
debet ſe in illis immiſcere.* Concinitq; nec
extrà rem, quam ex Concilio Hiſpalenſi, cui
S. Iſidorus interfuit, in *can. in nona actione.
19. 16. q.7.* Gratianus refert, ſic dicens: *In vno
29 enim, eodemq; officio nõ debet diſpar eſſe pro-
feſſio.* Seculares videlicet Clericos per Regu-
larem regi Præpoſitum, & Rectorem. & hanc
ſequitur admittitq; perpenſionem *Sanchez
d. lib.7. cap.29. num.75.* plures alios, moris vt
eius eſt, referens. *& num. 76. Petrus Duenn.
regula 381. in 4. ampliat. Monaldus conſ.69.
num.2. vol.1. Maceratenſ. variarum reſolut.
lib.1. reſolut.20. nu.11. & 12. Cardin. Tuſcus
tom.1. Beneficia d. concluſ.67. num.2. & ſeq.
ac num.9.*
30 Et in hac quidèm Eccleſia Collegium eſt

ſecu-

ſecularium Presbyterorum , & Clericorum
Rector, qui ſemper ſecularis ſacerdos huc-
uſq; fuit, habet quoq; vſum baculi, & mi-
træ,adminiſtrationemq; atq;gubernationem
Clericorum,ac Presbyterorum,qui Eccleſiæ
deſeruiunt; vndè beneficij ſecularis vicem
obtinet,quod ſeculari Sacerdoti conferri cō-
ſueuit,quàmuis quidèm manuale ſit;reddi-
tuſq; ex Eccleſiæ redditibus percipit. Inca-
31 pax ergò Regularis, maximè verò ex Men-
dicantium ordine,erit, qui ad talem præfi-
ciatur Eccleſiam: ſecularia enim ſeculari-
bus,& regularia regularibus danda.ex *d cap.*
cùm de beneficio 5.& *cap. cùm ſingula* 32.*de*
præbēd.in 6. & meminimus ſupra.ſequiturq;
Suarez tom.4.de religion. tract.8. lib.3.cap.
19.nu.2.Sanchez d.lib.7.cap.29.num.11. &
ſeq.Riccius par.2.praxis d.reſolut.332.nu.1.
& d.collectan.763.par.4.Perez de Lara de
32 *Cappellan.lib.2. cap.6. num. 9.* Omnimodò
igitur Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia ne-
ceſſaria erit,atq;diſpenſatio, vt Regularis ad
ſecularem intitulari valeat Eccleſiam; ſicuti,
vt ſecularis Clericus ad Eccleſiam regularē.
d.cap.cùm de beneficio 5. & *cap. cùm ſingula*
32.de præbend.in 6.d.cap. monachi 2. de ſta-
tu monachorum.Gloſſ.in can.presbyteros.38.
verbo *abbates 16.q.1.* Sacrum Concilium *d.*
ſeſſ.14.cap.10.de reform. & d.ſeſſ.25.cap.21.
de regularib. Coſta de portione rata d. q.53.
n.7. & 8.Cauallos commun. contra commu-
nes.q.281.Ioannes Azor.Inſtitut. moralium
part.1.lib.13.cap.3.q.2.in fin. & part.2.lib.6.
cap.4.q.22.& ſequ.Sanchez d.cap.29.nu.28.
& 29. & ſeq. Hieronymus Rodriq.in com-
pend.reſolut.15.num.4.& ſeq.Pariſ.de reſi-
gnat.lib.4.q.5.nu.2.& ſeq.Campanil Epiſco-
pus Laquedonen.*in diuerſor.rub.12. cap.7.*
num.14. & ſeq. Rota in d.Nolana penſionis
apud Marcheſan.part.1.fol.621.deciſ.25.nu.
1. & apud Card. Caualer. deciſ.80. num. 1.
Marius Antoninus d.reſolut. 20. num. 112.
lib.1.

33 Beneficia autem ni probentur regularia,
ſemper ſecularia præſumuntur.*Rota deciſ. 2.*
ſub nu.2.de præbend.in nouis. & apud Card.
Manticam deciſ.68.num.2. Gonzalez ad re-
gulam 8.Gloſſ.7.num.1. & ſeq.Maceraten.
d.reſol.20.num.4.Cardin. Bellarmin. ad de-
cretum Sacri Concilij d.ſeſſ.14.cap. 10.in
obſeruat.doctrinalib. §.beneficia omnia præ-
ſumuntur ſecularia de iure communi .Nauar.
conſ.3.num.1.lib.3.de præbend. Barboſa de
offic.Epiſcopi par.3.allegat.57.nu.167.

34 Quiſquis igitur, vel Beneficiū impetrarit
ſeculare, vel regulare, non facta memoria
vel ſecularitatis,vel regularitatis,atq; diſpen-
ſatione obtenta,ſubreptitia gratia,(quàmuis
facta) cenſetur,atq; proindè inualida. *Aegi-*
dius de Bellemera deciſ.171. Menoch.de ar-
bitrar.caſu 201 num.86. & 87.Gonzalez d.
Gloſſ.7.num.4 5. & 6. & Gloſſ.8.num.40.&
41.Campanil.d.rub.12.cap.7. num.14. Pariſ.
de reſignat.lib.4.q.5.num.2. & 4. Card. Tu-
ſcus d.concluſ.67.num.9.Rota d.deciſ.5.nu.3.
de iure patronat.in nouis.

35 Quinimmò & ſi planè iure antiquo Sacro-
rum Canonum Regularibus ad Curatas in-
titulari Eccleſias permittebatur, potiſſimùm
verò Canonicis regularibus, ob animarum
curæ gratiam, & propter ſanctum prædica-
tionis officium.*d.cap. monachi 2. & d.cap.*
quod Dei timorem 5. ibidemq; *Gloſſ.* verbo
Eccleſiarum parochialium. de ſtatu mona-
chorum.Bellemera conſ.41. num.5. verſ.imò,
quod plus eſt. & nu.6. Rota apud Verallum
deciſ.85.part.1.Nauar.d.conſ.11.num.1. &
ſeq.lib.3.de ſtatu monachorum.Cardin.Tu-
36 *ſcus d.concluſ.67.num.4.* Nouo tamen iure,
ſi Minores Fratres fuerint,vel aliās Mendicā-
tes, ad inferiores Eccleſias Cathedralibus
eligi omninò prohibentur, vt neq; poſtulari
valeant. ex *extrauaganti* Ioannis XXII. *di-*
ſpendijs.vnica de poſtulat. prælatorum inter
communes.& Sacra Congregatio Concilij ex
37 S.memoriæ Gregorij XIII.mandato: regu-
lares etiam quòad beneficia curam anima-
rum habentia abſq; Sanctæ Sedis diſpenſa-
tione incapaces declarauit.dicens:

Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius
XIII. noluit licere Canonicis regularibus,
etiam de licentia Generalis, abſq; permiſſu
Summi Pontificis,aſſumere curam animarū,
etiam ad tempus, multoq; minus beneficium
curatum ad tempus.

Et hanc refert quoq; *Sanchez d. lib.7. cap.*
29.num.71.Gonzalez d.Gloſſ.7.num.53.&
*ſeq. Quaranta in ſum.bullarum.*verbo *Ca-*
nonicus regularis.fol.mihi 119. Marius An-
toninus Maceraten.d.reſol.20.num.13. lib.1.
Barboſa in collectan.bullarum verbo *benefi-*
cium Curatum 2. in princ. Addentes ad d.
conſ.11. Nauar. de ſtatu monachorum.Ric-
cius in praxi part.2.d.reſolut.332.nu.2.

38 Non itaq; diſpenſabit ſecularis Princeps,
vt Regularis Eccleſiæ intituletur ſeculari,
quàmuis prouidere eidem Eccleſiæ ad eum
39 ſpectaret. Cùm ſeculares incapaces iurium
omninò ſint ſpiritualium, atq; ſpiritualibus
annexorum.ex *cap. Sacroſancta 51. & cap.*
Meſſana 56.de elect. Abb.in cap.decernimus
2.in 1.notab.de Iudicijs. Rota apud Creſcent.
40 *deciſ.5.de iure patronat.nu.1.* Quin graui ſe
peccati macula inquinabit: & quòd legem
Sacrorum canonum in re graui violabit, re-
darguitus à lege,quaſi tranſgreſſor legis. *Ia-*
cob.2.9.cap.1.& cap. nam concupiſcentiam 4.
in fin de conſtitution.S.Thomas 1.2.q.96.art.
4.& 2.2.q.59.art.4.in corp.Syluest.ſum. ver-
bo *lex.q.8.Nauar.man.cap.23.num.48.Ioan*
Azorius Inſtitut.moral. part.1. lib.5. cap.6.
41 Quia certè,qui legi iuſtè in commune bonū
inſtitutæ per inobſeruantiam reſiſtit, quiſ-
quis ille fuerit, Dei ordinationi reſiſtit. *ad*
Roman.13.1.& 2.can.qui reſiſtit.97. 11.q.3.
S.Thomas d.q.96.art.4 in corpor. Viuius de-

Digitized by Google

*ciſ.106.num.5.& ſeqq. Layman Theologia moralis tom.1.tract.4.cap.14. nu.1. & ſeqq. Bonacina tom.1. de legibus in genere diſput. 1.quæſt.1.punct.7.§.1.*diximus *reſponſ.*noſtra 7.*num.3.& 4. & reſponſ.32.num.6.& 7.par.1.*

42 Et quòd Monaſterio grauamen inſeret,
atq; iniuriam, abſq; diſpenſatione legitima
Monachum è Clauſtro, Regulariq; Obſeruã-
tia abſtrahens. *d.can.placuit.8.16.q.1.& d.*
cap ſi Religioſus.27. de elect. lib.6. ibidemq;
*Gloſſ.*verbo *obtenta.* Papam ſolum faculta-
43 tem hanc Regulari facere poſſe docet. ex
*cap.nullus 17 de iure patronat.extrà,*qui *tex.*
de Papa loquitur, nõ de alio inferiore ab eo,
etiam ſi Epiſcopus fuerit. ex *Aretino conſ.7.*
num.4 verſ. quòd Monachus. ſequiturquè
Card.Tuſchus tom.1.Beneficia d.concluſ.67.
44 *num 7.* Tùm etiam quòd iuriſdictionem
vſurpare videatur Eccleſiaſticã, cõſequẽtèr-
què illam ſupremam Papæ. iuxtà illud Apo-
ſtoli ad *Roman.*14.4 dicentis.*Tu quis es, qui*
iudicas alienum ſeruum? Domini Dei ſcili-
cet, cui eſt addictus per regularem profeſſio-
nem, *S.Thom.2.2 quæſt.60.art.6.* argumen-
to etiam *tex.in cap.2. de conſtitutionib. in 6.*
& l.fin ff de iuriſdict. omn. iudic. quatènus
45 habet: ſine iuriſdictione ius minimè dici,
nec ſine peccato. *Nauarr. manual. cap.12.*
numer.71.verſ. ſecundò, qui habens. & cap.
27.num.8.Molina de iuſtit.& iur.tom.vltim,
*tract.5.diſputat.*18 *num.2. verſ. tertiò, quo-*
niam. diximus *reſponſ.* noſtra 40.*num.1.&*
ſeqq ad vſq; num.10.part 3. Quinimmò in
46 excommunicationem dabit in Bulla in Cœ-
na Domini §.17 *quios iuriſdictiones.*& Sacri
Concilij Tridentini *ſeſſ 22.cap.11. de reform.*
47 Tùm demùm ex damno, quod ſæculari Cle-
rico infertur. quam ob cauſam contra iuſti-
tiam faciet, & peccabit, & ad reſtitutionem
tenebitur. ex *S.Thom.2.2.dict quæſt.59.art.*
4 Nauarr.manual.cap.25.in fin.& de oratio-
ne,& horis canonic.cap.22.miſcellan.43.nu.
77.de beneficijs loquens, quæ ſi perſonis cõ-
ferantur, quibus illa minimè debentur, pec-
catum admittitur. Quoniam iniuſtitia in his
48 inuoluitur per acceptionem perſonarum,
quod peccatum eſt, ipſumq; læthale. *Deute-*
ronom.1.17.Actuum 10.35. Iacob.2.1.S.Th.
2.2.quæſt.63.art.1.in corpor.& quæſt.185.
art.3.in corpor. Reginald *in praxi fori pœni-*
tent.lib.23.cap.3 num.22.33.& ſeqq.& lib.
30.*tract.3 num.159.& num.160.* diximus
reſponſ. noſtra 3.*n.52.& reſponſ.52.n.95.p.2.*

Saluet proindè animam ſuam Regularis, nec aſpiciat retrò ni ad Regnum Cœlorum ineptus inueniri amauerit.

Atq; ità ex his, quæ iudicio ſupponimus ſaniori, nec abnuimus, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Hominum ſuprema iudicia de rebus ſuis exitum habere, publicè expedit.*
Nihil enim hoc amplius eis, poſtquàm demigrauere, debetur. n.2.
3 *Voluntas ſuprema hominis lex eſt ijs, qui in rebus ſuis ſuccedunt.*
Vt deuiare ab illa nemini liceat.n.4.
5 *Conditione non purificata legatum ſub illa relictum debetur minimè.*
Vt nec etiam antè quidquam peti poſſit. num.6.
Quia interim nihil debetur.n.7.
Vt neq; actio competat.n.8.
Cùm obligatio adhuc nata non ſit.
9 *Ablatiui abſoluti conditionem faciunt.*
10 *Dictiones (ſi, & poſtquàm) conditionem operantur.*
11 *Conditio. ſi ſine filijs deceſſerit, vno vel exiſtente filio, deficit.*
Siuè etiam fœmina fuerit.n.12.
13 *Filiorum appellatione omnes comprehendũtur.*
Siuè maſculi, ſiuè fœminæ.
Maſculum enim, & fœminam creauit Dominus Deus.n.15.
14 *Pueri appellatione, puella quoq; comprehenditur.*
15 *Pronomen (ſi quis) maſculos complectitur, ac fœminas.*
16 *Maſculinum fœmineum comprehendit.*
17 *Conditio in vno legato adiecta, in alio repetita cenſetur.*
Si vnica ſit orationis textura.n.18.& nu. 24.& 31.
Vt vtrumq; connexum videatur.
19 *Dictio (di più) ſiuè præterea, quid operetur?*
Sicut dictio item.n.22.
Et dictio inſupèr.n.23.
20 *Patria poteſtas emancipatione diſſoluitur.*
21 *Teſtamentum facere non poſſunt impuberes.*
Quia nullum eorum eſt animi iudicium.
25 *Ratio vbi vna diſpoſitionis eſt, vna quoq; iuris eſſe diſpoſitio debet.*
Sicuti ſi diuerſitatis ratio reddi minimè poteſt.n.26.
Ratio nempè vbi par eſt, idem ius expoſcit. num.27.
28 *Verba in diſpoſitionibus ſignanda, non prætereunda.*
Neq; enim fruſtrà adiecta.
29 *Dictio (& in tali caſu) ad ſuperiora diſpoſita per caſum illum trahitur.*
Sicut dictio, tunc, extremitatem temporis ſignificat.n.30.
32 *Cupido habendi aliena maximum malum ex Menandro.*
33 *Calumniam inferens in iudicio peccat.*
Et in expenſis damnatur.

AR-

ARGVMENTVM.

Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, deficere nè faciat ad pia quoquè legata, ſi vel cum filia inſtitutus diem clauſerit extremum? Quid conditio operetur, ſi illa exitum non habuerit; & an peti quidquam poſſit interim conditione non exiſtente? Ablatiui abſoluti conditionem operātur. quemmodùm dictiones (ſi, vel poſtquàm) mortuus fuerit. An verò conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, ad omnia ſub eadem oratione contenta legata extendi valeat? & quid de dictione (inſupèr, & prætereà?) Ratio verò diſpoſitionis vbi vna eſt, idem expoſcit decidendi ius.

RESPONSIO XC.

1 SVprema hominum iudicia exitum habere publicè expedire dixit Paulus, magnus ille inter Iureconſultos, lib. 8. ad Panlutium in *l. vel negare. 5. ff. quemadmodùm teſtamenta aperiantur.* Illis nem-
2 pè, poſtquàm hinc demigrauere, nihil præſtari ampliùs poteſt, quàm, quod, quæ de ſuis bonis dedere arbitria, firma ſint, non enim reuerti poſſunt, vt illa reddant iterùm. proteſtatus non ab re fuit Iuſtinianus Cæſar in *l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Legem proindè
3 eorum eſſe voluntatem ſupremis expreſſam elogijs ſacrę decreuere leges. *Diſponat vnuſquiſq; in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas. §. diſponat. in auth. de nuptijs. collat. 4.* Lex itàq; erit Dominici Saluati voluntas,
4 quam ſupremis ſuis tabulis dixit. vt deuiare ab illa nemini liceat gentium. ex Gregorio in *can. vltima voluntas. 4. 13. quæſt. 2.* Non receſſit proptereà in hanc vſq; diem, neq; ceſſura vnquàm ampliùs erit conditio, quam ipſe legato dixit duorum modiorum terræ Capellę SS. Roſarij in Caſali Caſępuzanæ Auerſanen. Diœceſis. Qnia conditionalis illa fuit, ſi eius filius Vincentius, quem hæredem dixerat, ſine filijs moreretur legitimis, & naturalibus v. erba damus teſtamenti.

Verùm morendo detto mio figlio ſenza figli legitimi, e naturali voglio in tali caſu ſoccedà Santo Loiſi d'Auerſa in quattro moia di terra, doue ſi dice à Faparano. Di più due altre moia, doue ſi dice à Terranoua, ſiano del Santiſſimo Roſario di Caſapuzano Cappella conſtrutta da me predetto teſtatore, con peſo d'vna meſſa la ſettimana per l'anima mia, di mio figlio, e di miei antepaſſati morti. & in tali caſu voglio, che habbiano lo ius præſentandi toties, quoties opus fuerit, Franceſco Saluato, e Saluatore Saluato miei parenti.

Poſt ſuprema Dominici funera, non multa poſt tempora diem vidit vltimum Vincentius, Maria filia legitima, & naturali in matrimonij conſtantia nata relicta. Qui pro Capella ſunt Sanctiſſimi Roſarij duo eidem dari modia terræ a Dominico teſtamento data, contendunt. Sed obijcitur eis, conditionem teſtamento dictam purificatam non eſſe, neq; purificandam ampliùs, cùm obierit Vincentius Maria filia relicta. Stetiſſe proindè conditionem illam, ſi ſine filijs deceſſerit: *Morendo ſenza figli legitimi, e naturali.* Vel equidem verbum illud (*Morendo*) in ablatiuum abſolutum reſoluetur, vel verò in dictionem, ſi morietur, vel poſtquàm morietur. Vtroq; modo in conditionem reſol-
5 uitur. non purificata verò conditione legatum ſub illa relictum, minimè debetur, vt nec peti quidèm poſſit. Quia *neq; ceſſit, neq; venit dies pendente adhuc conditione.* Vlpianus reſpondet lib. 1. reſponſorum in *l. cedere diem. 213. §. vbi ſub conditione, ff. de verb. ſignif.* Paulus lib. 2. ad Sabinum *in l. in illa ſtipulatione* 8. & Pōponius lib. 12. ad eūdē in *l. hoc iure vtimur. 10. ff. de verborum obligat.*
6 ex ratione, quam ipſe reddit: *non antè quicquam peti poſſit,* (inquiens) *quàm exploratū ſit, ante eam diem in Italiam Titium venire non poſſe, neq. veniſſe ſiuè eo viuo, ſiuè mortuo id acciderit.* Rationem reddit Gloſſ. ibidèm
7 verbo *poſſit.* quarè peti non poſſit. *quia* (inquiens) *nec debet.* Idcircò petere nō poſſunt Factores Cappellæ ſanctiſſimi Roſarij legatū modiorum duorum terræ, quia non debetur conditione non purificata, ſub qua relictum fuit. *l. vnica. §. ſi autem aliquid ſub conditione. C. de caducis tollendis.* Vlpianus lib. 50. ad edictum in *l. ſi quis ſub conditione. 8. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. § ſub conditione, & § conditiones. Inſtitutionibus de verb. obligationib. cap. fin. in fin. de translat. Epiſcopi. cap. fin. de conditionibus appoſitis. cap. 1. in fin. de ſponſalib. lib. 6. Abb. conſ. 27. num. 1. lib. 1. Bald. in l. cum teſtamento 4. nu 6. in fin. C. de manumiſſ. teſtamento.* Decius *conſ. 421. num. 6. Pariſ. conſ. 19. num. 45. & num. 156. lib. 2. Aymon conſ. 10. num. 15. & conſ. 101. num. 1. & conſ. 273. num. 9.* Monaldus *conſ. 16. num. 10. 11. & 13. lib. 2.* Camillus Borrellus

lus conſ.47. num.44. 45. 46. & 47. & conſ.
98.num.7.Maceraten. variarum reſolut. lib.
1.reſolut.88.num.4.Gratianus forenſ.part.5.
cap.949.num.10. Rota apud Caualer. deciſ.
183.num.2.& deciſ.251.num.1.& deciſ.561.
num.1. & apud Coccinum deciſ.371.num.3.
8 vt neq; actio competat conditione penden-
te, cùm nulla ſit etiam ſoluendi obligatio,
quæ nec nata dicitur. Decius.d.conſ.431.nu.
6.Ioan.Baptiſta Ferrett. conſ.289. ſub nu. 2.
Borrellus.d.conſ.47.num.44.& 45. Griuel-
lus Senatus Dolani deciſ.133.nu.9.Gratian.
d.cap.949.num.10.
9 Et quidèm, ſi per ablatiuum abſolutum
verbũ illud (Morendo ſenza figli, &c.) exau-
dieris, cùm, ſcilicèt, ſine filijs morietur, in du-
bium reuocari haud poterit conditionem
inferre. ex Paulo lib.34 ad edictum in l.cui-
ctis agris.18.ff de vſuris. apertiſſimè ex Sce-
uola lib.20.digeſtorum in l.à teſtatore roga-
tus, vt acceptis 108.ibiq; Scribentes.ff.de con-
ditionib. & demonſtrationibus.noſter Ma-
ranta conſ.31.num.3. Pariſ.conſ.81.num.7.
& conſ.97.num.86.lib.1.Ioan. Cephal.conſ.
398.num.2.lib.3.& conſ.559.num.1.lib.5.&
conſ.196.num.4.lib.2. Guido Papa deciſ.15.
num.2.Afflict.deciſ.188.num.5.& deciſ.355.
num.3.Cardin. Mantica de coniectur. vlti-
mar.volunt.lib.11. tit.1. num.13. Griuellus
deciſ.111.num.29.30.& ſequent.Vincent. de
Franchis deciſ.23.num.1.Ripa in rubr.ff.ſo-
luto matrimon. num.30. & ſeq. Rota apud
Cardin.Caualer.deciſ.78.num.3. & deciſ.
428.num.2.& apud S.memor. Gregor.XV.
deciſ.492.num.7.
10 Si verò per dictiones, ſi mortuus fuerit ſi-
ne liberis, vel poſtquàm, verbum illud (Mo-
rendo) reſolueris; pari quoq; modo conditio-
nem referent. ex Pomponio lib.5. ad Quin-
tum Mutium in l.ſi Titio.22 ff.quando dies
legati cedat.notatur in l.1. C.de his, quæ ſub
modo.Gloſſ.in cap.verum 4.verbo conditione.
in fin.ff.de conditionib.appoſitis. & ex Paulo
lib.1. digeſtorum in l. Aemilius Largianus.
39.ff.de minorib.Pariſ.conſ.31.num.83. lib.
1 Griuellus. deciſ.114.num.30.Rota par.1.in
recentioribus deciſ.46. num.2. diximus re-
ſponſ.noſtra 32.num.37. & 38.par.1. Rota
part.6. in recentioribus per Rubeum deciſ.7.
num.3.& deciſ.77.num.3.part.7.in eiſdem
recentiorib.per eundem Rubeum.
11 Conditio verò, ſub qua Eccleſijs Sancti
Aloyſij, & Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij lega-
tum reliquit teſtator, ſi ſine filijs Vincentius
moreretur, non extitit, quia Mariam filiam
reliquit: non ergò legatum debebitur. extin-
ctum enim tunc primùm fuit, quando Vin-
centius, Maria filia legitima, & naturali re-
12 manente, fatis conceſſit. Siuè porrò vnus, ſi-
uè plures fuerint filij; ſiuè maſculus, ſiuè fœ-
mina, qui reſidui ſint poſt patris ſuprema fu-
nera, conditionem ſtare faciunt, remouent,
tollunt, extinguũt, ſi ſine filijs deceſſerit teſta-
tam rem hanc facit Caius lib. 8. ad legem
Iuliam, & Papiam in l.non eſt 148.ff.de verb.
ſignificat. dicens aptiſſimè; audias (quæſo) il-
lum: Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius,
vnaue filia eſt. hac enim enunciatio: habet li-
beros, non habet liberos, ſemper plurali nume-
ro profertur, ſicut & pupillares, & codicilli.
Sic Caius. Paulus quoq; lib.3.ad Vitellium
in l.filij appellatione 83.ff.de verbor.ſignific.
13 qui & ipſe ſic loquitur: Filij appellatione
omnes liberos intelligimus. Siuè maſculos, ſi-
uè fœminas. Gloſſ ibidem verbo omnes com-
mentum agit. Ipſe idem Paulus in l.illa
verba 161.§.pueri.ff eodem de verbor.ſignif.
14 Inquit enim ipſe: Pueri appellatione, etiam
puella ſignificatur. Quia nimirũ (quod Gloſſ.
ibidèm aduertit verbo ſignificatur, ex Vlpia-
no lib.1. ad edictum l.1. ff.eodem.) verbum
15 hoc (ſi quis) tàm maſculos, quàm fœminas
complectitur. Et maſculum, & fœminam
creauit eos Dominus Deus. Geneſ.1.27. Satis
itaq; cum liberis Vincentius ex hoc Mundo
16 tranſiuit, quando vnicam filiam Mariam
reliquit. quia ſub maſculino fœmininum cõ-
prehenditur. ex Pomponio in l.ſi ita ſcriptũ.
46.ff.de legat.2.&c. ibidèmq; Gloſſ.C.de natu-
ralibus liberis.l.1.C.de conditionibus inſertis.
l.cùm vxori, 4.C.quando dies legati cedat. Ol-
dradus ab omnibus receptus conſ.21. Thema
tale eſt teſtator. Decius conſ.218. num.7.ad
11. Aymon conſ.98. Gratus conſ.68. num.9.
lib.1.& conſ.111.num.2.vol.2. Ioan. Cepha-
lus conſ.45.num.7.cum ſeq.& conſ.46. num.
14 lib.1. Borrellus conſ.33.nu.23. 24.& ſeq.
Franciſcus de Ponte conſ.61. num.1. lib. 1.
Franciſ.Marzar.conſ.8.num.4.Cardin.Mã-
tica de coniectur.vltimar.voluntat, lib.8.tit.
7.num.8.& lib.11.tit.6.num.6.& 8.et tit.14.
num.1.2.& ſeqq. Gratian.forenſ.lib.4.cap.
774.num.2.3.& 4.Rota apud Cardin.Caua-
lerium deciſ.417. num.5. & apud Gregor.
XV.deciſ.514.ibidemq; Beltraminus numer.
16.& deciſ.317.num.5.part.5.in recentiorib.
& apud Burattum deciſ.820.num.1. plures
deduximus reſponſ noſtra 22. num.16. cum
ſeqq.par.3.
Non extitit ergò conditio, ſub qua Eccle-
ſijs relictum fuit. neq; legatum debebitur.
17 Inſulſa verò eſt, quam faciunt, obiectio:
receſſum fuiſſe ab illa conditione, ſi ſine
filijs deceſſerit in hoc legato Capellæ San-
ctiſſimi Roſarij relicto, quia illam in hoc
non repetijt, vti in priori Eccleſiæ S.Aloyſij
adiecerat.
18 Vnica nempè orationis textura vtrumque
connexit legatum teſtator. vt vnica vtriuſq;
ac par determinatio eſſe debeat. in vtrumq;
enim caſum loquutus fuiſſe videtur, ex Mo-
deſtino apertiſſimè lib.ſingulari de eurema-
ticis in l.iam hoc iure vtimur 4.ff.de vulga-
ri, & pupillari ſubſtitution. apertiùſq; ex
Sceuola lib.19.digeſtorum in l.libertis om-
nibus 108 ibidemq; Gloſſ. verbo &c. eo am-
plius

Digitized by Google

pliùs, & Bartol. atq; Imola *ff.de conditioni-*
bus,& demonſtrationib.Ruinus conſ 3.num.
20.vol.2.Natta conſ.379.num.12.lib.2. Rota
apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.190.nu.2.
19 Quam perpenſionem non ineptam facit
dictio illa (*Di più*) prætereà (*due altre moia*
di terra,&c.) quæ ſanè continuat, atq; con-
iungit præcedentem cum ſubſequenti diſpo-
ſitione, vt vna videatur orationis contextura
ſub illa conditione: *Verùm morendo detto*
mio figlio ſenza figli legitimi, e naturali. Eatè-
nus enim reliquiſſe legata huiuſcemodi vi-
detur teſtator, quatenùs eueniret caſus mor-
tis Vincentij ſine filijs legitimis, & naturali-
bus, quibus proſpectum voluit, illis exiſten-
tibus, non ſanè Eccleſijs. *ijs verò quatènus*
illi non eſſent. *tex.* id docet non contemnen-
dus in §. *prætereà. Inſtitutionibus quibus*
modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. dans
quippè Imperator modos, quibus ius ſolui-
tur patriæ poteſtatis, ennarratis ex eis qui-
20 buſdā, adiungit & alios: *Prætereà* (inquiens)
emancipatione quoq; deſinunt liberi in pote-
ſtate parentum eſſe. continuat equidèm in-
ſtitutam materiam diſſoluendæ poteſtatis
patriæ, per dictionem *prætereà.* vt & *Gloſſ.*
ibidèm aduertit verbo *prætereà.* dicens; *non*
solùm ſupradictis modis, ſed prætereà, &c. eo-
demq; modo in §. *prætereà. Inſtitutionib.*
quibus non eſt permiſſum facere teſtamentū.
continuans nempè inſtitutam illam mate-
21 riam; *Prætereà* (inquit Imperator) *teſtamē-*
tum facere non poſſunt impuberes: quia nul-
lum eorum animi iudicium eſt. nec impari
modo Conſtantinus Auguſtus in *l.1. C. de*
Epiſcopis, & Clericis in fin. illis verbis; *præ-*
tereà neq; hoſpites ſuſcipietis. ſequitur hanc
perpenſionem *Hieronymus Gratus cōs. 163.*
num.40.vol.2. Natta d.cons.379.num.12. de
22 dictione *item* loquens, quæ idem importat.
Cardinal.Mantica de coniectur. lib.7. tit.5.
num.8.Barboſa de dictionibus dict.236. Po-
23 terit & dictio illa (*Di più*) Latinè reddi *inſu-*
pèr, quæ denotabit continuationem diſpoſi-
tionis, præter iam diſpoſita. ex Sceuola lib.3.
reſponſorum in *l. Seia ex parte. 20. in princ.*
ff.de fundo inſtructo, inſtrumentoq; legato.
illis verbis. *Seia inſupèr fundum legatum,*
hoc eſt vltrà inſtitutionem. *Gloſſ.* ibidèm
verbo *inſupèr* commentum agit. ſitq; hoc
manifeſtiùs ex Bonifacio VIII. in *cap. ſtatu-*
tum 11.§.inſupèr, vt gratis. de reſcriptis lib.6.
verùm ſatis concinnè ad rem noſtram *Gloſſ.*
ibidèm verbo *inſupèr.* audias (quæſo) vt aptè
ad rem, commentum perficit. *Quaſi dicat,*
ſupra prouidimus de perſonis, & locis, qui-
bus, & in quibus cauſæ committendæ sunt, &
tractandæ: nunc prouideamus circa exactio-
nes indebitas, quæ in iudicijs, et à Iudicibus,
Aſſeſſoribus, et Notarijs *fiebant.* ſic planè Do-
minicus, prouiderat in priori legato, *moren-*
do detto mio figlio ſenza figli legitimi, e natu-
rali, Eccleſiæ Sancti Aloyſij Ciuitatis Auer-
ſæ, prouidet deindè, & ſubſequens legatum
per dictionem inſupèr, *di più*, Cappellæ San-
ctiſſimi Roſarij, in caſu illo vtiq; *morendo*
detto mio figlio ſenza figli legitimi, e natura-
24 *li*: cùm vnica ſit orationis ſeries, vnica diſpo-
ſitionis contextura, Cùm ſine filijs legitimis,
& naturalibus fati tempus compleuerit Vin-
centius filius. & hanc ipſam perpenſionem
noſtram ſequitur *Berous.* de dictione *inſu-*
pèr loquens *cons.80.num.5.lib.2.* & dictum
fuit in *Romana Palatij 6. Iunij 1610. & 18.*
Februarij 1619.coram Card.Sacrato. & in
Romana legati de Valentinis 6. Nouembris
1612. coram *Merlino Decano*, doctiſſimo,
eruditiſſimoq; illo Sacræ Romanæ Rotæ Au-
ditore *deciſ.472. nu. 20. in ſupplemento par.*
5. recentiorum per Rubeum.

Neq; porrò fas eſt dicere, in illo vno le-
gato Eccleſiæ Sancti Aloyſij Ciuitatis Auer-
ſæ conditionem illam operari dumtaxàt:
Morendo detto mio figlio ſenza figli legitimi,
e naturali; & non in ſubſequenti quoq; quod
25 Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij fuit; Cùm vna
ſit ratio dumtaxàt, qua ad legādum piè mo-
tus fuit; *Morendo detto mio figlio ſenza figli*
legitimi, e naturali; vt vna quoq; diſpoſitio
eſſe debeat. adæquatam rationem hanc fa-
ciet, illa, quam Venuleius lib.10. epiſtolarum
reddit in *l. à Titio. 108. in fin. princ. ff. de ver-*
borum obligationib. Eius damus verba, con-
quieſcet certè intellectus; *Cur non idem, &*
in dote promiſſa reſpondeatur, ratio reddi non
poteſt. adiuuabitq. *Gloſſ.* ibidèm verbo *red-*
di: quæ ſic ait; *Nota, quòd vbi in diuerſis fa-*
ctis non poteſt ratio diuerſitatis reddi, idem
ius ſtatuendum eſt. Vel itaq; diuerſitatis ra-
tionem reddant Aduerſarij; vel ratione victi,
(ſi aliud præſtare non poterint) conquieſcāt.
quod ſi Venuleius ijs ipſis non ſufficiat, vel
Paulum audiant lib.1. ad Sabinum in *l. poſt-*
humi. 3. §. ſed & ij, qui. in fine. ff. de iniuſto
rupto, irritoq; facto teſtamento. non indiſer-
tè loquentem; *Nam Diuus Marcus decre-*
uit, idem in poſthumo, quod & in filio ſeruā-
26 *dum: nec ratio diuerſitatis reddi poteſt.* Ergò
idem ius. ſubſequitur ibidèm *Gloſſ.* verbo *di-*
uerſitatis. hoc ipſum patet ex Diocletiani, &
Maximiani Cæſarum reſponſione in *l. ſi li-*
queat 8. in fin. C. de inoffic. donat. concinitq;
Caius lib.7. ad edictum prouinciale in *l. il-*
lud quæſitum. 32 ff. ad legem Aquiliam. vide
qualibus verbis loquatur, *Cùm enim circa*
furti actionem hac ratio ſit, ne ex vno deli-
cto tota familia Dominus careat; eaq; ratio
ſimilitèr in hac actione damni iniuriæ inter-
ueniat; ſequitur, vt idem debeat æſtimari.
Quinimmò magnus ille iuris Magiſter *Oldra.*
in ſummario ſic legem illam compendiat;
Caſus, quos nectit paritas æquitatis, & iden-
titas rationis, non ſunt quoad iuris diſpoſi-
tionem ſeparandi. nec diſcedit *Gloſſ.* verbo
æſtimari. quin & ipſa dicit; *nota quòd vbi eſt*
27 *eadem ratio, & idem ius.* neq; diſſentiunt ſa-

cti

lus *conſ.47. num.44. 45. 46. & 47. & conſ.
98.num.7.Maceraten. variarum reſolut.lib.
1.reſolut.88.num.4.Gratianus forenſ.part.5.
cap.949.num.10. Rota apud Caualer. deciſ.
183.num.2.& deciſ.251.num.1.& deciſ.561.
num.1. & apud Coccinum deciſ.371.num.3.*
8 vt neq; actio competat conditione penden-
te, cùm nulla ſit etiam ſoluendi obligatio,
quæ nec nata dicitur. *Decius.d.conſ.431.nu.
6.Ioan.Baptiſta Ferrett. conſ.289.ſub nu. 2.
Borrellus.d.conſ.47.num.43.& 41. Griuel-
lus Senatus Dolani deciſ.133.nu.9.Gratian.
d.cap.949.num.10.*

9 Et quidèm, ſi per ablatiuum abſolutum
verbũ illud (*Morendo ſenza figli, &c.*) exau-
dieris, cùm, ſcilicèt, ſine filijs morietur, in du-
bium reuocari haud poterit conditionem
inferre. ex Paulo lib.34 ad edictum in *l.eus
ctis agris.18.ff de vſuris.* apertiſſimè ex Sce-
uola lib.20.digeſtorum in *l.à teſtatore roga-
tus, vt acceptis* 108.ibiq; *Scribentes.ff.de con-
ditionib. & demonſtrationibus.* noſter *Ma-
ranta conſ.31.num.3. Pariſ.conſ.81.num.7.
& conſ.97.num.86.lib.1. Ioan. Cephal.conſ.
398.num.2.lib.3.& conſ.559.num.1.lib.5.&
conſ.196.num.4.lib.2. Guido Papa deciſ.15.
num.2.Afflict.deciſ.188.num.5.& deciſ.355.
num.3.Cardin. Mantica de coniectur. vlti-
mar.volunt.lib.11. tit.2. num.13. Griuellus
deciſ.111.num.29.30.& ſequent.Vincent. de
Franchis deciſ.23.num.1.Ripa in rubr.ff.ſo-
luto matrimon. num.30. & ſeq. Rota apud
Cardin.Caualer.deciſ.78.num.3. & deciſ.
428.num.2.& apud S.memor. Gregor.XV.
deciſ.491.num.7.*

10 Si verò per dictiones, ſi mortuus fuerit ſi-
ne liberis, vel poſtquàm, verbum illud (*Mo-
rendo*) reſolueris; pari quoq; modo conditio-
nem referent. ex Pomponio lib.5. ad Quin-
tum Murium in *l.ſi Titio.22 ff.quando dies
legati cedat.* notatur in *l.1. C.de his, quæ ſub
modo.Gloſſ.in cap.verum 4.*verbo *conditione.
in fin.ff.de conditionib.appoſitis.* & ex Paulo
lib.1. digeſtorum in *l. Aemilius Largianus
39.ff.de minorib.Pariſ.conſ.31.num.83. lib.
1.Griuellus. deciſ.114.num.30.Rota par.1.in
recentioribus deciſ.46. num.2.* diximus *re-
ſponſ.*noſtra 32.*num.37. & 38.par.1. Rota
part.6. in recentioribus per Rubeum decis.7.
num.3.& decis.77.num.3.part.7.in eiſdem
recentiorib.per eundem Rubeum.*

11 Conditio verò, ſub qua Eccleſijs Sancti
Aloyſij, & Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij lega-
tum reliquit teſtator, ſi ſine filijs Vincentius
moreretur, non extitit, quia Mariam filiam
reliquit: non ergò legatum debebitur. extin-
ctum enim tunc primùm fuit, quando Vin-
centius, Maria filia legitima, & naturali re-
12 manente, fatis conceſſit. Siuè porrò vnus, ſi-
uè plures fuerint filij, ſiuè maſculus, ſiuè fœ-
mina, qui reſidui ſint poſt patris ſuprema fu-
nera, conditionem ſtare faciunt, remouent,
tollunt, extinguũt, ſi ſine filijs deceſſerit teſta-
tam rem hanc facit Caius lib.8. ad legem
Iuliam, & Papiam in *l.non eſt* 148.*ff.de verb.
ſignificat.* dicens aptiſſimè; audias (quæſo) il-
lum: *Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius,
vnaue filia eſt. hac enim enunciatio: habet li-
beros, non habet liberos, ſemper plurali nume-
ro profertur, ſicut & pupillares, & codicilli.*
Sic Caius. Paulus quoq; lib.3.ad Vitellium
in *l filij appellatione 83.ff.de verbor.ſignific.*
13 qui & ipſe ſic loquitur: *Filij appellatione
omnes liberos intelligimus.* Siuè maſculos, ſi-
uè fœminas. *Gloſſ* ibidèm verbo *omnes* com-
mentum agit. Ipſe idem Paulus in *l. illa
verba 161.§.pueri.ff eodem de verbor.ſignif.*
14 Inquit enim ipſe: *Pueri appellatione, etiam
puella ſignificatur.* Quia nimirũ (quod *Gloſſ.*
ibidèm aduertit verbo *ſignificatur*, ex Vlpia-
no lib.1. ad edictum *l.1. ff.eodem.*) verbum
15 hoc (*ſi quis*) tàm maſculos, quàm fœminas
complectitur. Et maſculum, & fœminam
creauit eos Dominus Deus. *Geneſ.1.27.* Satis
itaq; cùm liberis Vincentius ex hoc Mundo
16 tranſiuit, quando vnicam filiam Mariam
reliquit. quia ſub maſculino fœmininum cō-
prehenditur. ex Pomponio in *l.ſi ita ſcriptũ.
46.ff.de legat.2.* & *1*; ibidèmq; *Gloſſ.C.de natu-
ralibus liberis.l.1.C.de conditionibus inſertis.
l.cùm vxori,4.C.quando dies legati cedat.Ol-
dradus* ab omnibus receptus *conſ.21.Thema
tale eſt teſtator.Decius conſ.218. num.7.ad
11.Aymon conſ.98.Gratus conſ.68. num.9.
lib.1.& conſ.111.num.2.vol.2. Ioan. Cepha-
lus conſ.45.num.7.cum ſeq.& conſ.46. num.
14 lib.1.Borrellus conſ.33. nu.23. 24 & ſeq.
Franciſcus de Ponte conſ.61. num.1. lib. 1.
Franciſ.Marzar.conſ.8.num.4.Cardin.Mã-
tica de coniectur.vltimar.voluntat, lib.8.tit.
7.num.8.& lib.11.tit.6.num.6.& 8.et tit.14.
num.1.2.& ſeqq. Gratian.forenſ.lib.4.cap.
774.num.2.3.& 4.Rota apud Cardin.Caua-
lerium deciſ.417. num.5. & apud Gregor.
XV.deciſ.514.ibidemq; Beltraminus numer.
16.& deciſ.317.num.5.part.5.in recentiorib.
& apud Burattum deciſ.820.num.1.* plures
deduximus *reſponſ* noſtra 22. *num.16. cum
ſeqq.par.3.*

Non extitit ergò conditio, ſub qua Eccle-
ſijs relictum fuit. neq; legatum debebitur.

17 Inſulſa verò eſt, quam faciunt, obiectio;
receſſum fuiſſe ab illa conditione, ſi ſine
filijs deceſſerit in hoc legato Capellæ San-
ctiſſimi Roſarij relicto, quia illam in hoc
non repetijt, vti in priori Eccleſiæ S.Aloyſij
adiecerat.

18 Vnica nempè orationis textura vtrumque
connexit legatum teſtator. vt vnica vtriuſq;
ac par determinatio eſſe debeat. in vtrumq;
enim caſum loquutus fuiſſe videtur, ex Mo-
deſtino apertiſſimè lib. ſingulari de eurema-
ticis in *l.iam hoc iure vtimur 4.ff.de vulga-
ri, & pupillari ſubſtitution.* apertiùſq; ex
Sceuola lib.19.digeſtorum in *l. libertis om-
nibus 28.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *& ei am-*

plius

pliùs, & Bartol. atq; Imola ff. de conditionibus, & demonſtrationib. Ruinus conſ 3. num. 20. vol. 2. Natta conſ. 379. num. 12. lib. 2. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 190. nu. 2.

19 Quam perpenſionem non ineptam facit dictio illa (*Di più*) præterea (*due altre moia di terra, &c.*) quæ ſanè continuat, atq; coniungit præcedentem cum ſubſequenti diſpoſitione, vt vna videatur orationis contextura ſub illa conditione: *Verùm morendo detto mio figlio ſenza figli legitimi, e naturali.* Eatènus enim reliquiſſe legata huiuſcemodi videtur teſtator, quatenùs eueniret caſus mortis Vincentij ſine filijs legitimis, & naturalibus, quibus proſpectum voluit, illis exiſtentibus, non ſanè Eccleſijs. ijs verò quatènus illi non eſſent. *tex.* id docet non contemnendus in §. *præterea. Inſtitutionibus quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.* dans quippè Imperator modos, quibus ius ſoluitur patriæ poteſtatis, ennarratis ex eis quibuſdã, adiungit & alios: *Præterea* (inquiens) *emancipatione quoq; deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe.* continuat equidèm inſtitutam materiam diſſoluendæ poteſtatis patriæ, per dictionem *præterea.* vt & *Gloſſ.* ibidèm aduertit verbo *præterea.* dicens; *non solùm ſupradictis modis, ſed præterea, &c.* eodemq; modo in §. *præterea. Inſtitutionib. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentũ.* continuans nempè inſtituram illam materiam; *Præterea* (inquit Imperator) *teſtamentum facere non poſſunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium eſt.* nec impari modo Conſtantinus Auguſtus in *l. 1. C. de Episcopis, & Clericis in fin.* illis verbis; *prætereà neq; hoſpites suscipietis.* ſequitur hanc perpenſionem *Hieronymus Gratus cõſ. 163. num. 40. vol. 2. Natta d. conſ. 379. num. 12.* de dictione *item* loquens, quæ idem importat. *Cardinal. Mantica de coniectur. lib. 7. tit. 5. num. 8. Barboſa de dictionibus dict. 236.* Poterit & dictio illa (*Di più*) Latinè reddi *inſupèr*, quæ denotabit continuationem diſpoſitionis, præter iam diſpoſita. ex Sceuola lib. 3. reſponſorum in *l. Seia ex parte. 20. in princ. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoq; legato.* illis verbis. *Seia inſupèr fundum legatum.* hoc eſt vltrà inſtitutionem. *Gloſſ.* ibidèm verbo *inſupèr* commentum agit. ſitq; hoc manifeſtiùs ex Bonifacio VIII. in *cap. ſtatutum 11. §. inſupèr, vt gratis. de reſcriptis lib. 6.* verùm ſatis concinnè ad rem noſtram *Gloſſ.* ibidèm verbo *inſupèr.* audias (quæſo) vt aptè ad rem, commentum perficit. *Quaſi dicat, ſupra prouidimus de perſonis, & locis, quibus, & in quibus cauſa committendæ ſunt, & tractandæ: nunc prouideamus circa exactiones indebitas, quæ in iudicijs, et à Iudicibus, Aſſeſſoribus, et* Notarijs *fiebant.* ſic planè Dominicus, prouiderat in priori legato, *morendo detto mio figlio senza figli legitimi, e naturali*, Eccleſiæ Sancti Aloyſij Ciuitatis Auerſæ, prouidet deindè, & ſubſequens legatum per dictionem inſupèr, *di più*, Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij, in caſu illo vtiq; *morendo detto mio figlio ſenza figli legitimi, e natura-*

24 *li*: cùm vnica ſit orationis ſeries, vnica diſpoſitionis contextura, Cùm ſine filijs legitimis, & naturalibus fati tempus compleuerit Vincentius filius. & hanc ipſam perpenſionem noſtram ſequitur *Berous.* de dictione *inſupèr* loquens *conſ. 80. num. 5. lib. 2.* & dictum fuit in *Romana Palatij 6. Iunij 1610. & 18. Februarij 1619. coram Card. Sacrato. & in Romana legati de Valentinis 6. Nouembris 1612.* coram *Merlino Decano*, doctiſſimo, eruditiſſimoq; illo Sacræ Romanæ Rotæ Auditore *deciſ. 472. nu. 20. in ſupplemento par. 5. recentiorum per Rubeum.*

Neq; porrò fas eſt dicere, in illo vno legato Eccleſiæ Sancti Aloyſij Ciuitatis Auerſæ conditionem illam operari dumtaxàt: *Morendo detto mio figlio senza figli legitimi, e naturali*; & non in ſubſequenti quoq; quod

25 Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij fuit; Cùm vna ſit ratio dumtaxàt, qua ad legãdum piè motus fuit; *Morendo detto mio figlio ſenza figli legitimi, e naturali*; vt vna quoq; diſpoſitio eſſe debeat. adæquatam rationem hanc faciet, illa, quam Venuleius lib. 10. epiſtolarum reddit in *l. à Titio. 108. in fin. princ. ff. de verborum obligationib.* Eius damus verba, conquieſcet certè intellectus; *Cur non idem, & in dote promiſſa reſpondeatur, ratio reddi non poteſt.* adiuuabitq. *Gloſſ.* ibidèm verbo *redditq*. quæ ſic ait; *Nota, quòd vbi in diuerſis factis non poteſt ratio diuerſitatis reddi, idem ius ſtatuendum eſt.* Vel itaq; diuerſitatis rationem reddant Aduerſarij; vel ratione victi, (ſi aliud præſtare non poterint) conquieſcãt. quod ſi Venuleius ijs ipſis non ſufficiat, vel Paulum audiant lib. 1. ad Sabinum in *l. poſthumi. 3. §. ſed & ij, qui. in fine. ff. de iniuſto rupto, irritoq; facto teſtamento.* non indiſertè loquentem; *Nam Diuus Marcus decreuit, idem in poſthumo, quod & in filio ſeruã-*

26 *dum: nec ratio diuerſitatis reddi poteſt.* Ergò idem ius. ſubſequitur ibidèm *Gloſſ.* verbo *diuerſitatis.* hoc ipſum patet ex Diocletiani, & Maximiani Cæſarum reſponſione in *l. ſi liqueat 8. in fin. C. de inoffic. donat.* concinitq; Caius lib. 7. ad edictum prouinciale in *l. illud quæſitum. 32. ff. ad legem Aquiliam.* vide qualibus verbis loquatur. *Cùm enim circa furti actionem hæc ratio ſit, ne ex vno delicto tota familia Dominus careat; eaq; ratio ſimilitèr in hac actione damni iniuriæ interueniat; ſequitur, vt idem debeat æſtimari.* Quinimmò magnus ille iuris Magiſter *Oldra.* in ſummario ſic legem illam compendiat; *Caſus, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis, non ſunt quòad iuris diſpoſitionem ſeparandi.* nec diſcedit *Gloſſ.* verbo *æſtimari.* quin & ipſa dicit; *nota quòd vbi eſt*

27 *eadem ratio, & idem ius.* neq; diſſentiunt ſacri

cri Canones: quòd vbi par eſt ratio, æquale
iudicium ſubſequi debeat. *cum præcepit* 19.
ibidemq; *Gloſſ.* verbo *redundat. & can. apud*
nos. 20. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *pari*. 32. *q.* 5.
cap ſuper eo 4. ibidemq; *Gloſſ. de parochijs,*
Caſſadorus deciſ. 4. *num.* 5. *& deciſ.* 6. *de iure*
patronat. Gloſſ. in cap. 1. verbo *Italiæ. de tem-*
porib. ordinat. lib. 6. *& in Clement.* 1. verbo
eligantur. de elect. Gomeſius in regula de an-
nali poſſeſſor. q. 18. *& in regula de ſubrogad.*
collitigantib. q. 2. *Aymon conſ.* 190. *num.* 2.
Rota apud Card. Manticam deciſ. 225. *num.* 3.
in fin. Gonzalez ad regul. 8. *Cancellar.* §. 7. *in*
proœmio. num. 105. *Surdus deciſ.* 276. *num.*
8. diximus *reſponſ.* noſtra 14. *num.* 37. *&* 38.
part. 1. Cæteroquin ſi in ſua perſiſtere ſenté-
tia voluerint Aduerſarij; ipſi diuiſionis, di-
ſparitatiſq; rationem reddant. quod ſi præ-
ſtare non potuerint, nos noſtram alia nec le-
uiore ſirmiorem perpenſione faciemus, ita
teſtatorem ſenſiſſe, vt nos aſſerimus. Quippè
cùm in fine legati præfati Cappellæ Sanctiſſi-
mi Roſarij ſcripti, diſponens, qui ad illam
Cappellanum vti patroni iuris patronatus
præſentare debuiſſent: ſic demum intulit: *Et*
in tali caſu voglio, ch'habbianno lo ius præ-
ſentandi toties, quoties opus fuerit France-
ſco Saluato, e Saluatore Saluato miei paren-
28 *ti.* Notate verba, ſignate myſteria. verbis v-
timur Gregorij Magni *homilia* 29. *in Euange-*
lia in cap. 16 *Marci.* Et in tali caſu, dixit. In
caſu ſcilicet: *Morendo detto mio figlio ſenza*
29 *figli legitimi; e naturali.* non enim de caſu
alio locutus fuerat, neq; in alium caſum ad
pia diſpoſuerat, niſi (*Morendo detto mio fi-*
glio, &c.) ad illum itaq; caſum tota diſpoſi-
tionis ſeries trahenda erit. ex Iaboleni ratio-
ne lib. 8. ex poſterioribus Labeonis in *l. tu-*
toribus ita datis. 33. quæ eſt *penult. in fin. ff.*
de teſtamentaria tutela: reſpondendo enim
ipſe dubio: teſtator filijs Titium tutorem de-
30 derat. & ſi is non viueret, tunc Caium Plan-
tium, tutelam iniuerat Titius, & mortuus eſt,
an Caius ſuccederet Plautius, quæſitum eſt?
Negabat Trebatius. & ipſe: *Ego Trebatij ſen-*
tentiam probo; (reſpondit) *quia illa verba*
(tunc ſcilicet, & eo caſu) *ad mortis tempus*
referuntur: ſic Iabolenus. ad mortis vtiq; ſi-
ne filijs tempus verba illa referentur; *Et in*
tali caſu, &c.) Extremum enim ſignificant
illius, caſus mortis filij ſine filijs ex Pompo-
nio lib. 3. ad Sabinum in *l. ſi ijs legatum eſt.*
4 §. *ſi ita ſcriptum. in fin. ff. de conditionib. &*
demonſtrationib. & ad rem *tex. in cap. nos*
quidem. 3. *de teſtament.* illis verbis: *Tunc per-*
te ædificentur, eo ſcilicet caſu negligentiæ
hæredum. *Cephal. conſ.* 28. *num* 55. *col.* 1.
Roland conſ. 70. *num.* 13. *&* 14. *lib* 3. *Meno-*
chius conſ 166. *num.* 127 *&* 328. *vol.* 2. *Rota*
part. 2. *in recentiorib deciſ.* 144 *nu.* 7.
31 Repetita itaq; & in hoc ſecundo legato
conditio illa videtur: *Morendo detto mio fi-*
glio ſenza figli legitimi, e naturali. cùm in
tali etiam caſu de hoc ſecundo diſpoſuerit
teſtator. ex *Bart. in l. centurio* 15. *num.* 27. *in*
princ. verſ. quid enim ſi dicit teſtator. ff. de
vulgari, & pupillari. ſequitur *Surdus conſ.*
416. *num.* 22. *lib.* 3. In caſu ergo mortis Vin-
centij ſine filijs legata Eccleſijs deberi re-
licta teſtator voluit. Vincentius verò ſine fi-
lijs mortis diem, non vtiq; obijt, qui Mariam
filiam ſibi reliquit ſuperſtitem. non extitit
ergo conditio, ſub qua legata relicta fuere.
Conditione itaq; ſublata, quæ non exijt ex
ſua exiſtentia, neq; legata debebuntur re-
licta. cecidit ergò, & in ruinam ſpes abijt Oe-
conomorum Cappellæ Sanctiſſimi Roſarij
duo excerpendi terræ modia ex bonis Do-
minici teſtatoris. accidit ergò illis quod
Menander ex Græcis de quibuſdam dixit;

32 *Cupido habendi aliena, maximum ma-*
lum.
Aliena namq; qui ſtudent aſciſcere,
Sæpè excidentes ſpe ſua, contrà bonis
Alijs addunt ipſimet tandèm ſua.

Ne ergò ipſi tandem addant ſua, à Iudicio
33 recedant, calumniã ne inferre velle videan-
tur, & peccent. quin in expenſis damnentur.
ex Alexandro III. in Concilio Turonen. in
cap. calumniam 4. *de pœnis*.

Atq; ità ex his, iudicio haud exploſo ſa-
niori, purgatioriq; reſpondendum cenſui-
mus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionem adeptus non videtur, qui ade-*
ptus eſt, vt retinere eam non poſſit.
Ratio redditur.
2 *Lucra mala damnis ſunt ſimilia. ex He-*
ſiodo.
Quia non proſunt ea quærentibus.
3 *Diues, aut iniquus, aut iniqui hæres. celebra-*
tum dictum Doctorum vocibus.
Ratio redditur, quia diues quis ſtatim fieri
non poteſt.
4 *Pecunia dat omnia. vulgare dicterium.*
Eiq; obedit omnia.
Celebratur ex Horatio.
Magnis tamen ſeruatur anguſtijs. n. 5.
6 *Fame mori miſerum mortis genus.*
Propter eam Eſaù primogenia ſua vendi-
dit. n. 7.
7 *Eſaù propter pulmentum, vt comederet, pri-*
mogenia ſua Iacob fratri vendidit.
8 *Fideiuſſor dicitur, ad quem pecunia, vel com-*
moditas non peruenit, quamuis princi-
pali nomine ſe obligationi connexerit.
Principalis verò dicitur, ad quem pecunia
peruenit.
Eatènus verò fideiuſſor tenetur, quatènus
initus

initus contractus firmus erit.n.11.

9 *Contractu non perfecto, pro quo fideiuſſores acceſſerunt,neq; illi tenentur.& n.11.*

10 *Fideiuſſio eſt contractus damnum afferens, & læſionem,non verò lucrum.*

Confirmatur dicto Chilonis vnius ex ſeptē Græciæ Sapientibus.

Fideiuſſioni nunquàm deeſſe iacturam.

12 *Cauſa deficiente, ob quam contractum eſt, & conditio inuicta,& illa quoq; deficit.*

Cauſa ceſſante, effectus quoquè deficit. num.13.

14 *Factum non dicitur, quod non perſeuerat factum.*

Quinimmò nec incæpit.

15 *Obligatio principalis, ſiuè etiam contractus ſi perijt,& in irritum abijt:*

Et fideiuſſorum quoq; obligatio; vti acceſſoria, peribit.

Vtiquè ſi contractus ſit contra legem. num.16.

Vel prohibitum fideiuſſorem dari.

Quod pro regula ſtatuitur.n.17.

Neq; erit extendenda de caſu ad caſum. num.22.

18 *Fideiuſſor,qui proprio,& priuato, ac principali nomine ſe teneri voluit.*

Dicitur correus debendi.

Vndè tenebitur,etiam contractu nullo declarato.

Idcircò enim ſe taliter obligationi cōſtrinxit.nu.19.

Reprime tamen,ſi non ſe obligationi annexerint vti principales principalitèr. num.20.

Vel ſi non ex peculiari iure,vel principalis priuilegio contractus reſcindatur,ſed ex iure communi.n.21.

23 *Nouatio & ſi ex mutatione, vel additione perſonæ non fiat.*

Fit tamen, quando nouare voluiſſe partes.

Vel dixere.

Vel manifeſte oſtendere.

Nouatio enim eſt noua obligatio.

Priorisq; peremptio.

25 *Mutuum dicitur purum,ſiuè formale.*

Virtuale,ſiuè palliatum.

Quoquo modo in mutuo vſura committitur.n.26.

Quicquid exigitur in ſortem principalem tendit.

Eamq; extinguit. n.28.

Et quod ſortem ſuperat reſtituendum erit.n.29.& n.34.

27 *Vſura quid? Res aliena Domino tamen volente poteſt ſupponi cenſui.*

26 *Cenſus poteſt imponi ſuper re aliena domino volente.*

Vſuram qui excipit,rapinam facit.ex Ambroſio.n.33.

Et reſtituere tenetur.

30 *Cenſus annuus poteſt imponi ad rationem decem in ſingula centum. ex Bulla Nicholai V.*

Non tamen vt ſint franca,& immunia ab omni onere.

Atq; proindè lucrum excedat ipſam decimam partem.

Decem ſcilicet in ſingula centum.

Alioquin erit vſurarius contractus,& reprobus.n.31.& 32.

35 *Contractus reſcinditur conditione non impleta,ſub qua contractum fuit.*

36 *Conditio quid poſitiuum non eſt.*

Sed priuatio puritatis cōtractus,vel actus, cui adijcitur.

Cùm tamen exierit conditio nihil facit noui.n.37.

Operatur tamen,vt ab initio pura diſpoſitio facta videatur.

38 *Obſeruantia ſubſequuta declarat præcedentem obligationem.*

Nàm ipſa declarat actum; qualis ille fuerit.n.39.

Atq; voluntatem contrahentium.n.40.

Hanc autem obſeruantiam declaratiuam inducit decem annorum ſpatium decurſum.n.41.

Quod ſufficit.

Quamuis præſcripta non fuerit.

Multò magis ſi præſcripta.n.42.

43 *Præſcriptio in prophanis procedit ſpatio decem,vel viginti,vel triginta annorum:*

In Eccleſiis verò quadraginta.

Præſcriptio, ſolutionis ſimilis habetur. num.44.

Nàm qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit.

Omnemq; tollit obligationem.n.45.

46 *Ceſſionarius cedentis iure vtitur.*

Et in cedentis ſubrogatur locum.

Neq; plus iuris obtinet,quàm ipſe habebat cedens.& n.47.

47 *Nemo poteſt plus iuris obtinere, quàm ſit in dante.*

48 *Imputet ſibi damnum, qui eius ſibi cauſa fuit.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor is dicitur, ad quem pecunia, vel res non peruenit, nec commodum ex illa percipit. Quid verò ſi vt principalis proprio, ac priuato nomine fideiuſſor acceſſerit, an ſi contractus principalis non teneat; nihilomi-

nùs fideiuſſor teneatur, quod ideò acceſſit, vt firmum contractum redderet? Quid autem ſi non iure ſpeciali, ſed communi omnium ſit nullus contractus? Cenſus annui conſtitutio, ex quibus nulla ſit, & in contractum tranſeat puri mutui; vel ſaltim palliati, vndè vſurarius iudicetur? Quid verò ſi vltrà decem in ſingula centenaria exigatur, nùm vſurarius dicatur, vt exactum in ſortem cedat principalem? perpenditur *Conſtitutio Nicolai Quinti de cenſibus*. Nouatio quando facta dicatur? Obſeruantia ſubſequuta quid valeat ad interpretandum contractum? & quanto tempore præſcribatur? Ceſſionarius iure vtitur cedentis, neq; plus iuris in eum transfertur, quàm in cedente fuerit.

RESPONSIO. XCI.

VEritate non ſine maxima Iabolenus inter Iureconſultos non infimus lib. 19. ex Caſſio in *l. non videtur 22. ff. de acquirenda poſſeſſione* dixit.

1 *Non videtur poſſeſſionem adeptus is, qui ità nactus eſt, vt eam retinere non poſſit.*

Quid enim commodi accepit is, qui quod accepit reſtituere tenetur? Quia nimirùm
2 Heſiodus docuit: *Mala lucra damnis eſſe ſimillima.*

Et ex Græcis Euripides admonebat.

Iniuſtè ne poſſideas pecunias, ſi velis longo
Tempore in ædibus manere. Quidquid enim iniquè
Domi cumulaueris, non poteſt eſſe ſaluum.

nec longè abijt Menander.

Cupido habendi aliena, maximum malum.
Aliena namq; qui ſtudent aſciſcere.
Sæpè excidentes ſpe ſua, contrà bonis
Alijs addunt ipſimet tandèm ſua.

Namq; celebratum eſt illud Doctorum
3 hominum vocibus: *Diuitem, aut iniquum, aut iniqui hæredem.*

Qui enim fieri poteſt, vt opum, facultatúq; tàm expedita, facilisq; & penè momentanea, & vt ita loquar, adeptio, conquiſitio, poſſeſſio iuſta eſſe, & legitima cenſeri debeat? *Tuillij* dictum ad Alciati emblema 129. Iuuenalis optimè.

Diues, qui fieri vult,
Et citò vult fieri. Sed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt vnquàm properantis auari?

4 Pecuniæ nàmq; dant omnia, & quaſi, vt vulgare fert dicterium, per ipſam omnia facta, eiq; omnia parēt, obediuntq; *Eccleſiaſtes 10.16.* Horatium lib. 1. epiſt. audias (quæſo)

Scilicet vxorem cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

idémq; lib. 2. ſermon.

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris.
Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & Rex,
Et quicquid volet.

quinimmò vt idem ibidem ſubnectit.

Et genus, & virtus, niſi cum re vilior alga eſt.

5 Hæc facit pecunia: magnis tamen ſeruatur anguſtijs. Iuuenalis ſatyra 14. reſtatur.

Tantis parta malis, cura maiore, metuq;
Seruantur, miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Teſtatur, quæ dicimus factū, quod accidit annis longè quidèm decurſis, nunc verò nouiſſimè in controuerſiam reuocatum. À Virgineo partu 1590. magna cùm eſſet annonæ caritas, Vniuerſitas, ſiuè homines Terræ Scurrani Aprutinæ Prouinciæ, cùm præſentes pecunias ad frumenta emenda non haberent, eas mutuo accipere, ſibiq; acco-
6 modari, etiam ſub intereſſe tentant. *Miſerum* quippè *mortis genus, fame mori.* in adagijs habetur ex Platone, & ex Homero.

Dira quidèm miſeris mors eſt mortalibus omnis.
At periſſe fame, res vna miſerrima longè eſt.

7 Dixitq; Eſaù cùm propter pulmentum, vt comederet, Iacob, qui illud coxerat, primogenia vendidit; *En morior*, (dicens) *quid mihi proderunt primogenia?* Geneſis 25.32. Dominus Ioannes Vincentius Tucca vti procurator Vniuerſitatis præfatæ cum ſpeciali mandato, à Domino Ioanne Villano

Nea-

Neapoli mille quingenta ducatorum accipit, atq; pro ijs eidem Ioanni Vniuerſitatis nomine ex fructibus certorum corporum deſignatorum vendit annuum cenſum ducatorum centum quinquaginta, ſingulis annis perſoluendum, ad rationem decem in ſingula centum, liberos quidèm, & franchos ab omni, & quocunq; onere, cuiuſcunq; generis; quos quidèm ſingulis annis dictus D. Ioannes Vincentius dicto Domino Ioanni de propria pecunia dictæ Vniuerſitatis temporibus debitis ſoluere promiſit. Ad maiorem verò dicti Ioannis cautelã, tam prælatus Ioannes Vincentius, quàm Ioannes Franciſcus eius filius, & Octauius Brancacius, nec non Philippus Deſianus *promiſerunt, & teneri voluerunt, & ſuo proprio priuato, & principali nomine, & in ſolidum promiſit, et teneri voluit dictos annuos ducatos centum quinquaginta, vt ſupra venditos cum iuribus, etc. et poſſeſſionem, et perceptionem illorum, in iudicio, et extra ſemper, et in perpetuum eidem Domino Ioanni. etc. defendere, et anteſtare, et de euictione teneri, tam de iure, quã de facto, et pro quacunq; cauſa, et violentia, etc. Nec non promiſerunt, et quilibet eorum priuato, & principali nomine promiſit, & teneri voluit dictos annuos ducatos centum quinquaginta, &c. tàm de propria pecunia dictæ Vniuerſitatis, & bonorum illius, ac ipſorum Dominorum Ioannis Vincentij, Ioannis Franciſci, Octauij, & Ioannis Philippi integrè, &c. ſoluere, &c. dicto D. Ioanni, &c. aut procuratori, &c. hic Neapoli anno quolibet in fine, &c.*

Soluit dictus D. Ioannes ducatos 1500. per medium Banci Sacri Montis Pietatis dicto Ioanni Vincentio, qui eoſdem in dicto Banco reliquit, *riſico, periculo, & fortuna dictæ Vniuerſitatis, ſub conditione, quòd ab eo non amouerentur ex quauis cauſa, quàmuis vrgentiſſima, & priuilegiata, niſi pro illis conuertendis in emptionem frumentorum pro vſu, & graſſia ciuium, & particularium dictæ Terræ, iuxtà tenorem præinſerti decreti, & non aliter, nec alio modo.*

Pecuniæ non ſeruatis præfatis conditionibus voluntate etiam accedente dicti Domini Ioannis è Banco exceptæ fuere per aſſertum procuratorem dictæ Vniuerſitatis, nec in vtilitatem illius verſæ. Annuum tamen cenſum prædictum ducatorum 150. præfato Ioanni, cui per publicum inſtrumentum ſe obligauit, ſoluit D. Rodulphus SterliK vtilis Dominus, & Baro dictæ Terræ, nequè vnquàm Vniuerſitas ſoluit, neq; ſoluere voluit. Poſt nouem annos dictus Dominus Octauius Brancacius vnus ex obligatis, proprijs pecunijs eidem Domino Ioanni ſoluit 1500. pro ſorte principali, & ducatos duodecim ad complementum tertiarum, ſibiq; cedi fecit iura ſua omnia, & ſortem, & præſumptum annuum cenſum ducatorum 150. in ſingulos annos. Dùm in humanis nobiſcum egit Rodulphus SterliK ſoluit ſemper ipſe dicto D. Octauio annuos ducatos 150. poſtquàm verò ex hiſcè diſceſſit, vitæq; terminum fecit; neq; qui ſoluat ſit amplius, bonis dicti Rodulphi ære grauatis alieno; nequè Vniuerſitas ſoluere intendat, quod eius in vtilitatem pecuniæ verſæ minimè fuerint gentium. quemadmodùm propter hanc cauſam, ab ipſo initio Vniuerſitas ſoluere noluit; ſoluit autem dictus Dominus Rodulphus. Hæredes Octauij nè cenſum perdant, & pecunias, hæredes Ioãnis Vincentij Tuccæ in iudicium interpellant. Illi rem audientes nouam, ad nihil ipſos teneri reſpondent. Ioannem Vincentium eorum auum ſe procuratorio nomine obligaſſe, quàmuis verò euictionem promiſerit, & ſoluere etiam proprio, & priuato nomine, & in ſolidum ſpoponderit: tamen vnà cum alijs fideiuſſores interceſſiſſe. pecuniam in vtilitatem Vniuerſitatis Scurrani conuerſam minimè fuiſſe: annuum cenſum non firmum fuiſſe, tranſiſſe, propterea in mutuum formale, vel ſaltim virtuale, ſiuè palliatum. contractum proindè vſurarium fuiſſe; ſolutiones iàm factas in ſortem principalem, vt ſi quid etiam ſuperſit, reſtituendum veniat. Conditiones adiectas per ipſum Ioannem Vincentium pecuniæ ne ex Banco amouerẽtur, non fuiſſe ſeruatas etiam voluntate Domini Ioannis, præterea nouatum fuiſſe; quòd Dominus Rodulphus SterliK Baro ipſe ſe obligauit, & ipſe dùm vitalem trauit auram annuos ducatos 150. ſoluit. Dominum Octauium vnum ex obligatis, qui omnia nouerat, ipſum à Ioanne cenſum, quàmuis præſumptum, emiſſe, ſibi imputet, ſi nunc pecuniam perdidit, quam augere amauit, atquè ſpe excidit.

Fit itaq; cauſæ ſtatus: Sint nè firmæ rationes, quas aduerſus Octauij hæredes obijciunt, qui Tuccæ ſucceſſores fuere? Stare rationes ipſas, contraq; iura Octauij valentèr pugnare affirmamus.

Et planè, Ioannem Vincentium, alioſquè quàmuis ſe proprio, priuatoq; nomine de ſoluendo ex proprijs pecunijs Vniuerſitatis, ac proprijs, in annos ſingulos ſpoponderint, obligationiquè connexerint, fideiuſſores ſemper perſeueraſſe; non principales debitores.

8 Quia nimirùm ad ipſos pecunia non peruenit, in eorum ſcilicèt commodum, atquè cuiuſquè eorum commoditatem. Sicuti enim ille principalis reus dicitur, ad quem peruenit pecunia; ità pariq; modo ille fideiuſſor nuncupatur, ad quẽ pecunia nõ peruenit. Vlpianũ excipe huius dicti Doctorẽ lib. 28. ad edictũ in *l. ſed Iulianus. 9. ff. ad Senat. Conſultum Macedonianum.* loquitur nempè ſatis ad rem aptè: *Idem ait, ſi duos reos accepero, filiumfamilias, & Titium, cùm ad filiũ*

 fami-

familias eſſet peruentura pecunia; ideò autem
reum Titium acceperim: ne quaſi fideiuſſor
auxilio Senatus Conſulti vteretur; vtilem
eſſe exceptionem aduerſus fraudem dandam.
his Vlpianus. Reos duos accepi, in vnum
peruenit pecunia, in quem vero non perue-
nit, quàmuis reus debendi ſe adſtrinxerit,
manet tamen fideiuſſor, & hunc ſenſum re-
nuit *Paulus de Caſtro* ibidem in ſummario.
Fideiuſſorē illum dici, ad quem pecunia non
peruenit, ad quem verò illa peruenit, princi-
palem eſſe. Vel itaq; ad Vniuerſitatem pecu-
nia peruenit; vel non peruenit: ſi peruenit, illa
principalis eſt; Vincentius verò, alijq; fide-
9 iuſſores ſunt: ſi non peruenit; ſicuti illa ex
contractu, qui perfectus non vtiq; fuit, non
tenetur; ita pariq; modo, neq; fideiuſſores.
eatenùs enim acceſſere illi, quatenùs con-
tractus perfectus eſſet: & eatenùs ſe obliga-
uere fideiubendo, quatenùs, ad finem inten-
tum, pecunia ad Vniuerſitatem perueniret,
pro qua illi acceſſere, cautumq; pecunias
dantem reddidere. Nullam quippè ipſi ex
hoc contractu vtilitatem percipiebant aliam,
niſi vt rem gratam Vniuerſitati præſtarent,
pro qua acceſſere, ſuumq; patrimonium pro-
10 digerent. Eſt namq; fideiuſſio contractus
damnum ferens, ac læſionem, non ſanè com-
modum parans. ex Vlpiano lib. 11. ad edictū
in *l. ait prætor. 7. §. non ſolùm autem ff. de*
minoribus. l. 1. C. de filiofamilias minore. So-
cinus iunior conſ. 47. num. 2. & ſeq. lib. 4. ex
illo, Chilonis vnius ex ſeptem Græciæ ſapiē-
tibus, qui dicebat: *Fideiuſſioni nunquàm de-*
eſſe iacturam. & ſequuta fuit Rota apud S.
memoriæ *Gregor. XV. deciſ. 333. num. 2.* quæ
eſt etiam in impreſſis apud *Picum ad ſtatu-*
tum Vrbis deciſ. 7. num. 2. & apud eundem
deciſ. 8. num. 5. & deciſ. 56. num. 10. apud Pa-
11 *cificum de Saluiano interdicto*. Eatenùs
itaq; fideiuſſioni ſtabunt, quatenùs contra-
ctus, pro quo acceſſere, firmus erit. ex Vl-
piani ſenſu lib. 6. ad Sabinum in *l. 1. §. ſed ſi*
ob cauſam. ff. de conditione ſine cauſa. docet
12 nempè Vlpianus ibi, conditioni locum non
eſſe, ſi cauſa, ob quam, vel ſecuta non fuerit,
vel finita; hoc eſt abierit. Confirmatur ex
Celſo lib. 35. digeſtorum in *l. 1. ff. de regula*
Catoniana. Roland. conſ. 7. num. 6. & conſ. 58.
num. 14. & ſeq. lib. 4. Pariſius conſ. 19 num.
48. & ſequentib. lib. 2. Rota apud Card. Man-
tuam deciſ. 245. num. 9. & pari modo ex Sce-
uola lib. 13. quæſtionum in *l. ſi pupillus 88.*
ibidèmq; *Baldus. & Imola ff. de acquirenda*
hæredit. Rota apud Coccinum deciſ. 65. nu. 2.
Maſtrillus deciſ. 135. num. 33. & ſequent.
Contractus verò hic pro Vniuerſitate nun-
quàm ſtetit: Quoniam ad eam pecuniæ non
peruenerunt, defecit proptereà cauſa, pro qua
13 celebratus fuit, deficiet proindè effectus, qui
ab illa dependet. *cap. cùm ceſſante 60. de ap-*
pellationibus. can. cùm Paulus 26. 1. q. 1. cap.
1 *magna deuotionis 7. in finalibus verbis de*
voto, & voti redemptione. l. 1. C. de donatio-
nibus, quæ ſub modo. can. quod pro remedio.
7. ibidemque *Gloſſ.* verbo *ceſſante 1. q. 7. Gloſ.*
in cap. ita quorundam. 6. verbo *ferrum. de*
Iudæis. rationem referens carmine illo:

Nam cauſatum perimit cauſa perēpta ſuū.
Rota deciſ. 437. num. 3. in fin. part. 1. in recen-
tiorib. per Farinacium.

Non itaq; tenebuntur fideiuſſores, qui pro
contractus firmitate acceſſerunt, illo diſſo-
luto. perindè quippè habetur atq; ſi non fuiſ-
14 ſet initus. namq; factum minimè dicitur,
quod non perſeuerat factum; quinimmò nec
incepit factum. ex Sceuola lib. 2. digeſtorum
in *l. inter Caſtellanum 49. ff. de receptis ar-*
bitris. Gloſſ. in can. diuortium 21. verbo *ra-*
tum eſt. de pœnitent. diſtinct. 1. Vincent. de
15 *Franchis deciſ. 50. num. 8.* Cùm enim prin-
cipalis ipſa Vniuerſitatis obligatio, quin ma-
gis ipſe principalis contractus in irritum ſē-
per fuerit, in irritum quoq; & acceſſoria fi-
deiuſſorum obligatio abijt. ex Iuliano lib.
12. digeſtorum in *l. qui contrà 12. ff. de fide-*
iuſſoribus. & ibidèm *Bart.* in ſummario ad
rem noſtram dicens: *Vbi nulla ſubeſt obli-*
gatio, non poteſt accedere fideiuſſor, rationem
reddit *Gloſſ. in l. 1.* verbo *omnis. ff. eodem in fi-*
16 *ne* dicens: *Nam non valet, ſi contractus ſit*
contra legem, vel prohibitum fideiuſſorem
dari. eundemq; ſenſum habere viſus eſt Cle-
mens III. in *cap. Grauis admodum 15.* ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo *fideiuſſoria.* ibidèmq; *Do-*
ctores de cenſibus. & pro regula ſtatuit *Ma-*
reſcottus variarum reſolution. lib. 2. cap. 65.
17 *num. 1. cum ſequent.* Obligationem ſcilicet
eſſe nullā, data obligationis principalis nulli-
tate. dixitq; *Rota apud Sancta memoria Gre-*
gor. XV. deciſ. 321. num. 4. & ibidèm *Beltra-*
minus n. 13. Gratian. forenſ. part. 1. cap. 182.
num. 1. & ſeq. Rota apud Cardinal. Seraphi-
num deciſ. 1324 num. 1. & apud Cardin. Ca-
ualerium deciſ. 393. num. 8. & apud Coccinū
d. deciſ. 65. num. 2. & 5. Quia fideiuſſio eſt
acceſſoria ad principalem obligationem, vt
illa deficiente, & acceſſorium, fideiuſſio vi-
delicet, deficiat. *Maſtrillus d. deciſ. 135.*
num. 27.

18. Neq; obſtaculum faciet, ſi dixeris; Ioannē
Vincentium, alioſq; obligatos acceſſiſſe qui-
dèm pro Vniuerſitate fideiuſſores, verùm ſe
voluiſſe quoq; Domino Ioanni, qui pecu-
nias dedit, proprio, ac priuato, & principali
nomine teneri. fuiſſe proindè quòad perſonā
Domini Ioannis correos debendi, non re-
manere ab obligatione extorres, liberoſq;
quàmuis fuiſſet Vniuerſitatis obligatio nul-
19 la. Idcircò nempè ſe in ſolidum teneri, atq;
proprio nomine ſpoponderunt, vt obligati
eſſent, quàmuis Vniuerſitatis obligatio, &
obſtrinctio nulla fuiſſet. ex Vlpiano lib. 11.
reſponſorum in *l. nos promittendi 11. ff. de*
duobus reis ſtipulandi. Natta conſ. 52. nu. 1.
& 6. & conſ. 262. num. 3. Rota apud Card.
Sera-

Digitized by Google

*Seraphin.d.decis.*1324.*num.*4. & 5.*& apud*
*S.memor.Gregor.XV.d.decis.*321.*num.*7. &
*decis.*445.*num.*2. ibidèmq; *Beltraminus nu.*
8.*Magonius decis.Florentina* 10.*nu.*6.
20 Id nempè locum ſibi faceret, quando Io-
annes Vincentius,alijq; ſe obligationi anne-
xiſſent vti principales principalitèr:At illi no-
mine Vniuerſitatis ſe obſtrinxere,quòd illa
ſolueret,& etiam ex proprijs. quarè non ſe
vti principales principalitèr obligationi cō-
nexere.*Bart.in l. Marcellus ſcribit* 26. *in*
princ.ff.de fideiuſſoribus. Natta d.cons. 261.
*n.*14.*Paris.cons.*16.*n.*113.*lib.* 2. *Rota apud*
*Gregor.XV decis.*560.*n.*1. *& sequ. per tot.*
*Beltramin.ad dictam decis.*321.*n.*13.*Gratia-*
*nus part.*1.*d.cap* 122.*num.*21. excipitur per
quàm optimè hæc exceptio ex *Rota apud*
*Cardin.Caualer.decis.*581. in ipſo principio,
in quo meminit, obligationis huiuſcemodi,
vti principales principalitèr.
21 Deinde, quòd hic contractus non ex pe-
culiari Vniuerſitatis priuilegio ab initio
nullus fuit;ſed ex iure comuni,ex quo pecu-
nia ad Vniuerſitatem non peruenit; quam ob
cauſam neq; Vniuerſitas ſe obligauit vllo pa-
cto, neq; vnquàm ſoluit.ab initio igitur cō-
tractus nullus fuit, ex nullitatibus eſſentiali-
bus,quia neq;pecunia ad Vniuerſitatem per-
uenit;neq; illa ſe obligauit. Fideiuſſores verò
obligationi ſe addixere in Vniuerſitatis hanc
cauſam,& non aliam.non itaq; eorum firmi-
tatem habebit,promiſſio & fideiuſſio, etiam
proprio,& priuato, ac principali nomine fa-
cta;quia in illam cauſam fuit, & non aliam.
Quæ ſanè cauſa ab ipſo initio non tenuit,
neq;fuit, vndè nec effectum habuit.*Rota*
*apud Cardin. Seraphinum d.deciſ.*1324. *sub*
*num.*1.*in* 1.*limit.* eadem *Rota deciſ.* 118. *nu*
4.*impreſſa poſt* 2. *vol. conſil. Farinac. Mare-*
*ſcottus d.cap.*65.*n.*9. *Gratianus d.cap.*122.*n.*
14.& 15 *Beltraminus ad d.deciſ.*321.Gregor.
XV,*n.*13.Non equidèm extendenda,atq;di-
22 latanda obligatio erit.de caſu ad caſum. ex
Sceuola lib.3. reſponſorum in *l. Lucius Te-*
*tius teſtamento ita cauit.*90. §.*Ciuibus meis.*
ff.de legatis 2.ſequuta fuit *Rota apud Cardin.*
*Caualer.d.deciſ.*581.*n.*1.
Et hinc ſane factum fuit, quòd Dominus
Rodulphus SterliK Baro dictæ terræ ſe poſt-
modùm cum alijs dicto Domino Ioanni
obligatione obſtrinxit, & ipſe ſemper in ſin-
gulos annos ſoluit,vt apertiſſimè ex ſolutio-
nibus in annos ſingulos factis patet. Fuit
23 proindè nouatio contractus:Quia nimirum
mutatæ fuere perſonæ, & nouæ acceſſerunt,
inter quas Dominus Ioannes Vincentius
Tucca,alijq; non interuenere,expreſsèque
dixere ideò ipſas ſe obligare, quia Vniuerſi-
tas noluit, quæ pecunias non acceperat.no-
uauere proindè,ac nouum contractum, no-
uamq; obligationem ſe facere edixere. à
priori itaq;illa Vniuerſitatis,quæ nec ſe obli-
gationi connexerat, receſſere.ad *tex.in l.fin.*
*C.de nouationib.Afflict.deciſ.*353.*num.*3.&
ſequentib. ibidèmq; *Vrſillus. Rota apud S.*
24 *memor.Gregor.XV.decis.*30.*per totam.* No-
ua itaq; fuit obligatio, ac conſequentèr no-
uatio, priorisq; peremptio. ex Vlpiano lib.
46.ad Sabinum in *l.*1 *ff de nouationib. Aemi-*
*lius Ferrettus conſ.*24.*num.*23.ad *tex.in l.pa-*
cta nouiſſima 12.ibiq; *Bald. num.*13. *C.de*
*pactis.Rota apud Gregor.XV. decis.*76.*nu.*1.
ibidèmq; *Beltramin.n.*8. *& apud Duranum*
*decis.*302.*num.*5.*part.* 2. *& apud* Coccinum
*decis.*8 *num.*2.*& apud* Cardin. Caualer.*de-*
*cis.*124.*num.*4.*& decis.*338.*num.*3. *Maſtril-*
*lus d.decis.*135.*n* 44.
25 Ex hoc igitur ſequitur, contractum hunc
in purum mutuum,atq;formale,ſiuè dixeris
virtuale,atq; palliatum ad minimum, reſo-
lutum fuiſſe,& ſuper perſonas cenſum impo-
ſitum remanſiſſe. Cùm nempè Vniuerſitas,
(dicas magis Dominus Ioannes Vincentius
Vniuerſitatis nomine) annuum cēſum ſuper
terris quibuſdam Vniuerſitatis fructiferis Io-
anni vendidiſſet, & Vniuerſitas,ex quo pecu-
niæ ad eam non peruenerant, noluiſſet ſe
obligare; poſtmodùm verò ſe obligaſſet Do-
minus Rodulphus SterliK Baro, vtiq;ex no-
uatione, fundus ceſſauit,ſuper quo cenſus
impoſitus fuerat. fuit itaq; puri mutui con-
tractus,vel,vt minimum virtualis, atq; pal-
liati. De duobus enim alterum Aduerſarij
concedere tenebuntur, vt hoc dilemmate
eos constringamus; vel Dominus Rodulphus
nouum corpus pro annuo cenſu, ſuper quo
illum vendidit,ſuppoſuit, vel non ſuppoſuit.
Si primum.pro nobis res eſt. nouationem
eſſe euidentem. ſi ſecundùm.ſine fundo cen-
ſus remanſit.ſuper enim fundo Vniuerſitatis
illum imponere haud potuere, illa nolente.
ex Papiniano lib.18. quæſtionum in *l. rem*
alienam pignori. 41 *ff. de pignoratio. actione.*
ſequitur *Maſtrillus deciſ.* 141. *num.*26. 27.
*& ſeq. Nauar. tract.de vſur. num.*13.*verſ.*
quintum. idem *Maſtrillus eadem deciſ.* 141.
*num.*2. *& ſeq.* ad formale proindè mutuum
26 tranſijt,vel ſaltim virtuale,& palliatum. fuit
proindè vſurarius contractus.Quam ob cau-
ſam in ſortem principalem extinguendam,
ſolutum annis ſingulis 150. intereſſe nomi-
ne,tranſijt.& pro nobis res quoq;eſt, quia
etiam ſecundus contractus reſolutus fuit.
27 Et quidèm vſura eſt quicquid ſorti accedit
ex cauſa mutui,& plus exigitur,quàm datur.
can. ſi fœneraueris 1.*can. pleriq.* 3. *& can.*
vſura 4.14.*q.*3. vel,vt Cardin. *Toletus lib.*5.
*Inſtructionis Sacerdotalis cap.*28.*nu.*1. eam
definit;Eſt lucrum pecunia æſtimabile ratio-
28 ne mutui principalitèr proueniens. Quic-
quid igitur ratione præſumpti intereſſe ac-
ceptum fuit,in ſortem cedit.principalem,
eamq; extinguit. ex Ambroſio. *can. ſi quis*
29 *vſuram* 10.14.*q.*4. Quod autem ſortem ſu-
perat,reſtituendum venit. ex Vrbano III. in
*cap.conſuluit nos.*10.*in fin.de vſuris. l. inde-*
bitas.

debitas 18. *C. de vſuris*. ibiq; *Gloſſ.* verbo *non
potuerint. Sanct. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1.
2. & 4. *Nauarr. manual. cap.* 17. *num.* 206. &
233. *Viuius dec.* 369. *num.* 1. & *ſeqq.* & *num.*
17. & 18. & *ſeqq.* idem *Nauarr. conſ.* 4. *ad
ſecundam quæſtionem. numer.* 10. & 12. *lib.* 5.
de vſur. Rota apud Card. Seraphinum dec.
1006. *num.* 6. quam ſequitur *Grat. forenſ. p.* 4.
cap. 717. *num.* 11. 12. & 13. *Rota apud Sanct.
memor. Gregor.* XV. *dec.* 80. *numer.* 1. & 2.
& *num.* 9.

Prætereà, eſt quoq; contractus hic ex alio
capite vſurarius, atq; propterea nullus, quã-
uis cum Vniuerſitate initus firmus eſſet:
30 Quia nimirùm cenſus hic impoſitus fuit ad
rationem decem in ſingula centum. illa ta-
men conditione: *Francos, burgenſaticos, &c.
vt ſuperiùs dictum eſt, &c. & cum iuribus,
&c. & etiam francos à functionibus fiſcali-
bus, & alijs impoſitionibus ordinarijs, & ex-
traordinarijs, collectis, & donatiuis impoſitis,
& factis, & ex nunc, & de cætero imponen-
dis, & faciendis in Regno, ad quæ dictus Do-
minus Ioannes, vel eius hæredes, & ſucceſſo-
res teneantur tanquàm bona tenentes, vel
aliàs quouis modo. quæ omnia dictus Domi-
nus Vincentius, quo ſuprà nomine de propria
pecunia dictæ Vniuerſitatis temporibus de-*
31 *bitis ſoluere promiſit.* Excedit proindè ſum-
mam decem annorum in ſingula ipſa cen-
tum. eſt itàq; vſuraria exactio, atq; vſura-
rius contractus, atquè propterea improba-
tus.

Expreſſiſſimis quippè verbis Nicolaus
V. de Regno præſertim hoc Siciliæ ci-
trà, & vltrà Pharum ad ſupplicationes Al-
phonſi Aragoniæ, tunc etiam huius Regni
Regis, loquens; declarans, qui contractus
cenſuales eſſent permiſſi, & ab vſurariæ pra-
uitate alieni, & ad quam annualitatem
annuam imponi, & exigi poſſent, ſic
infert, atq; diſponit: *Dummodò* (dicens)
*annualis cenſus huiuſmodi cenſualium de-
cimam partem principalis recepti, ſeù pretij
eorundem non excedat.* & pauló infrà: *Decer-
nentes, & declarantes, eoſdem incolas, & ha-
bitatores, ac Ciuitatum, & Terrarum Vni-
uerſitates cenſualia prædicta, modo præmiſſo
in Regnis Siciliæ citrà, & vltra Pharum li-
citè, & liberè contrahere, ac emere, & vende-
re poſſe, neq; propterea vſurariam prauitatem
committere. (dummodò aliàs, quàm, vt præ-
mittitur, quodlibet annuum cenſuale deci-
mam partem recepti, ſeù pretij venditionis
ipſius non excedat, & penſionibus, ſeù annua-
litatibus illorum in ſortem non computatis
pro totali redemptione præter principalem
ſummam nihil vltrà percipiatur ab emptore,
vel exhibeatur à venditore.)* his Nicolaus
V. Papa, quam Conſtitutionem refert quoq;
*Stephan. Quaranta in ſumma Bullarum
verbo contractus cenſualis. fol. mihi.* 208.
32 Quicquid igitur decimam illam partem
annualitatum, excedit, & pro cenſu conſti-
tuto exigitur, vſura eſt. Reprobatum proin-
33 dè. Quia certè. Si quis vſuram acceperit, ra-
pinam facit, vita non viuet. Ambroſius lo-
quitur relatus *can. ſi quis vſuram* 10. 14. *q.* 4.
Ergò peccabit vſuræ peccato, eum obliga-
tione reſtituendi quidquid malè receptum
eſt *Gloſſ.* ibidèm verbo *rapinam.* quæ com-
mentum agens, ſic ad rem noſtram infert.
*Si ergò vſurarius eſt raptor. ergò in eum
non transfertur dominium.* reſtituere proin-
dè debet, quod rapuit, conſequentèr inferi-
mus nos. & hanc eandem ſequitur ſententiã
*Nauarr. tract. de vſuris in commentario ad
Bullam Pij V. de cenſibus ſub num.* 93. *Gloſſ.*
11. *Vgolinus tract. de vſuris cap.* 44. §. 13. *nu.*
2. & 3. *Viuius d. dec.* 364. *num.* 15. diximus
reſponſ. noſtra 50. *num.* 21. *part.* 3. idem *Na-
uarr. conſ.* 13. *num.* 2. *lib.* 3. *de cenſibus.* quem
ſequitur *Rota apud Cardinal. Seraphinum
dec.* 1418. *num.* 2. & *ſeqq.* Eſt ergò ex hoc
capite reprobus hic cõtractus vti vſurarius,
atq; damnatus. ad nihilum ergò tenentur,
qui in illo ſe obligatione obſtrinxere. Exa-
34 ctum verò in ſortem imputabit principa-
lem, & quod vltrà illam exegit, reſtitutioni
obnoxium remanebit. ex Vrbano Tertio
d. cap. conſuluit nos. 10. *in fin. de vſur. S. Th.*
2. 2. *d. q.* 78. *art.* 1. 2. & 3. *Nauarr. man. d. c.* 17.
num. 206. & *num.* 233. & *d. conſ.* 4. *num.* 10.
& 12. *de vſur. Rota apud Gregor.* XV. *d. dec.*
80. *nu.* 2.

Cæterùm (fac Vniuerſitatem obligationi
ſe connexiſſe annui ipſius cenſus) neq; ta-
men Ioannis Vincentij Tuccæ hæredes, qui
nunc in iudicium vocantur ad aliquid te-
nebuntur. Ipſe enim conditiones appoſuit in
apocha Banci Sacri Montis, quas omnimodò
ſeruari debere proteſtatus fuit, nec alio mo-
do pecuniam liberari, vt in ſuperioribus
verba retulimus. fuit tamen liberata pecu-
nia non ſeruatis conditionibus, neq; ipſo au-
dito. ergò nullitèr. in nullo proindè ipſe te-
netur, conſequentèrq; eius hæredes.
35 Quippè reſcinditur contractus conditio-
ne non impleta, ſub qua contractum fuit. ex
Paulo lib. 33. ad edictum in *l. neceſſariò ſti-
dum* 8. *ff. de periculo, & commodo rei vendi-
tæ.* quem *text.* ità exaudiri dixit *Rota apud
Card. Caualer. dec.* 541. *numer.* 1. & 2. Licèt
36 porrò conditio quid poſitiuum minimè ſit;
eſt tamen priuatio puritatis, vt purus non
dicatur interim contractus, vel quæuis alia
ſub conditione colligata promiſſio; niſi con-
37 ditio ipſa extiterit: quamuis cùm conditio
exierit, nihil illa noui faciat, operatur verò
vt diſpoſitio ipſa conditionalis, ab initio pu-
rè facta videatur. concinnè hoc exprimit Ca-
ius lib. ſingulari ad formam hypothecæ in
l. potior 12. §. *videamus. ff. qui pot. in pignor.
habeantur.* eruditis ſatis verbis inquiens:
*Cùm enim ſemel conditio extitit, perindè ha-
betur, ac ſi illo tempore, quo ſtipulatio inter-
poſita*

Digitized by Google

poſita eſt, ſine conditione facta eſſet. Quod & melius eſt. & ita interpretatur *Gloſſ.* ibidem.
verbo *melius eſt*. & poſt *Anton. Fabrum de coniectur. lib. 15. cap. 7.* ſequitur *Griuellus*
Senatus Dolani *deciſ. 105. nu. 30. & 31.*

Accedit his quoq; quòd per quinquaginta ſex annorum ſpatium, ex ipſo tempore initi contractus ſemper ita ſeruatum fuerit, vt
38 non Vniuerſitas, ſed Dominus Rodulphus SterhK ſoluerit. ex hac itaq; ſubſequuta per tot annos obſeruantia declaratio ſucceſſit; ad Vniuerſitatem cenſuũ non ſpectaſſe ſolutionem; ſed ad dictum Dominum Rodulphũ ex nouo contractu, vt in ſuperioribus diximus, & ex nouatione facta. *Aymon cons. 211. num. 8. Rota apud Card. Seraphin. decis. 456. num. 5. & part. 2. diuerſorum decis. 39. nu. 12.* quam ſequuta fuit eadem *Rota part. 1. in re-*
39 *centiorib. decis. 482. nu. 10.* Ipſa enim declarat actum, qualis fuerit. *Rota apud Coccinũ*
40 *decis. 436. num.* 1. atq; voluntatem contrahẽtium, & diſpoſitionem ipſam. *Roland. cons. 53. in fin. lib. 4. Rota apud S. memoria Gregor. XV. decis. 280. nu. 5. & decis. 502. n. 10.*

41 Quam ob cauſam ſat vtiq; erit decem annorum ſpatium; quàmuis ipſa obſeruantia præſcripta non eſſet. ſecundùm Rotam *apud Card. Caualer. deciſ. 427. num. 2. & 3.* qui teſtatur, ita ſæpius per Rotam declaratum fuiſſe. & ante eam *Aymon cons. 101. n. 4. et cons. 201. n. 12. Rota apud Puteum decis. 246. lib. 1.*
42 Hic verò nedùm decem annorum effluxit tempus; ſed quinquaginta annorum ſex; lon-
43 giſſimum ſanè tempus. Ad præſcribendum verò ſat fuerit decem, vel viginti, vel vt ſummum, triginta annorum ſpatium præterijſſe in prophanis, & quadraginta in locis religioſis. *authent. quas actiones. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* & vndè deſumpta fuit §. *pro temporalibus autem in authentico, de Eccleſiaſticis titulis collat. 11.*

Præſcripſere itaq; & hanc actionem Vniuerſitas, eiuſque fideiuſſores; quando ſemper ex noua conuentione Dominus Rodulphus
44 ſoluerit. Præſcriptio autem ſolutioni ſimilis habetur. *Nam is, qui tempore liberatus eſt, non eſt ſimilis ei, qui nihil habet: ſed ei, qui ſatisfecit. Habet enim, quod obijciat petitori.* verbis loquimur Pauli lib. 14. quæſtionum in *l. ſi pupillus. 46. in fin. ff. de adminiſtratione, & periculo tutorum*, quem admittit *Gloſſ. in l. cum notiſſimi iuris. 7. §. in his etiam prouiſionibus.* verbo *cuiuſq; anni. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* omnemq; tollit obliga-
45 tionem. *Gloſſ. in l. obligationũ ferè 43. §. placet autem* verbo *non poſſe. ff. de actionib. & obligationib. Aymon conſ. 10. n. 11. Tiraquell. de vtroq; retractu §. 1. Gloſſ. 9. n. 242. & ſeq. Surd. deciſ. 3. n. 23. & ſeq. & deciſ. 236. nu. 9. Gratianus forenſ. part. 5. cap. 860. nu. 8. 9. & 10. & cap. 881. nu. 19.*

Dominus ergò Octauius, qui vnus erat ex obligatis fideiuſſoribus, & qui poſt nouem annos cenſum (quàmuis imaginarium, cùm ipſe omnia noſſet;) a Domino Ioanne emit, & ab eo ceſſionem obtinuit, atq; vti ceſſiona-
46 rius in eius locum ſubrogatus fuit. Ceſſionarius quippe iure vtitur cedentis, in cuius locum ſuccedit. neq; plus iuris obtinet, quàm ille habebat. *l. fin. C. de priuilegio fiſci. Rota part. 2. in recentiorib. deciſ. 502. num. 1. et deciſ. 524. num. 1. Surdus conſ. 22. num. 6. lib. 1. Rota apud Card. Caualer. decis. 212. num. 3. & deciſ. 219. num. 16. & deciſ. 244. in princ. et decis. 310. num. 9. decis. 436. num. 2. et deciſ. 539. num. 3. et decis. 637. sub num. 1.* Nõ magis obtinere ipſe ex ceſſione potuit, quàm
47 Dominus Ioannes habebat. ex regula *nemo poteſt plus iuris. 79. de regulis iuris in 6. Rota apud Duranum decis. 290. num. 5. part. 2.* In vitium proindè ſucceſſit, quo Dominus Ioannes tenebatur. ſibi ergò imputet, ſi dùm
48 augere putauit, pecuniam perdidit, atq; ſpe cecidit. ex Vlpiano lib. 33. ad edictum. in *l. ſi non fuerint. 37. ff. de iureiurand. cap. inter monaſterium. 20. in fin. de ſentent. et re iudicata. cap. expoſuit. 4. in fin. de dilationib. clement. unica in fin. de conceſſione præbendæ. can. vxor fœlicis. 33.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *imputaret. 17. q. 4.* Aduerſus Rodulphi itaq; hæredes experiri tenebitur, ſi aliqua ei ſuperſit ſpes, vt pecunias redhibeat, quas perdidit.

Atq; ità ex his, quæ non illubentèr iudicio ſubijcimus Ariſtarchi, non Zoili, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Elementa in proprijs locis, in centro ſcilicet, non grauitant, neq; leuitant.*
Philoſophorum axioma, quod expenditur.
Ratio redditur.
Et tropologice conſideratur. nu. 2.
2 *Peccata in proprio centro grauant.*
Eorum ſcilicet non ſentitur onus.
Amota autem grauant.
Et quomodò. n. 9.
Et quando pondus ſentitur peccati. nu. 12.
Peccatum talentum dicitur plumbi, quod vidit Zaccharias Propheta.
Peccatum eſt iniquitas. n. 4.
Maledictum nuncupatur: & quare? num. 5.
Peccata in proprio centro eſſe dicuntur in præſenti vita. n. 8.
Cùm autem homo in extremis agit, tunc extra centrum eſt peccatum, & grauat. num. 9.
Vel cùm conteritur.

6 S.Ioannes, diſcipulus, quem diligebat Ieſus, dicitur.
7 In Gloria cæleſti iugis erit Dei laudatio, & ſumma iucunditas.
Nec erit in illa Ciuitate peccatum.
10 Deſperant homines in ſine vitæ ob grauitatem peccatorum.
Dei miſericordiam infinitam non perpendentes.
11 Miſericordia Dei maxima in peccatores.
In quacunq; hora ingemuerint illi.
13 Pecuniarum acquirendarum appetitus in homine non quieſcit.
Sed ſicut in hydropico.
Quo plus ſunt pota, plus ſitiuntur aquæ.
Ità eorum habendi deſiderium augeſcit.
14 Homini, quæ ſummis acquiſiuit laboribus, relinquenda ſunt omnia.
Et nudus ad Inferos deſcendet.
Interim tamen maximis cruciatur angoribus.
15 Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. & n. 8.
Neq; ſine reſtitutione quis ſaluatur.
16 Veritas vna eſt.
Quia Deus, qui eſt veritas, vnus eſt.
Nec occultari poteſt.
Sed magis ſplendeſcit in lumine.
Et quæ in tenebris dicuntur, illa faciente in lumine produntur. n. 18.
17 Fabrica Sãcti Petri ius habet in omnibus incertis, & pro malè ablatis relictis, & num. 62.
Et pro ijs compoſitionem piè admittit. num. 64.
19 Teſtamentum morte confirmatur teſtatoris.
20 Voluntas teſtatoris lex eſt in his, quæ dixerit in rebus ſuis, non in alienis.
Nec mutare poteſt legis diſpoſitionem. num. 22.
21 Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.
Non aliorum.
23 Legibus in commune bonum rogatis ſtandum.
24 Verbis internus animi ſenſus habetur.
Quæ ſunt notæ paſſionum, quæ ſunt in anima.
Et aperiunt nobis ſecreta. & n. 41.
25 Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate conſiſtit.
Importatq; redditionem eius, quod iniuſtè ablatum eſt.
Reſtitutio de neceſſitate ſalutis eſt. nu. 27.
26 Iuſtitia in æqualitate conſiſtit.
Iuſtitiam conſeruare eſt de neceſſitate ſalutis. n. 27.
29 Conſcientiæ ſtimulis ſibi quiſq; ſcrupulos ingenerat.
Vnde, vel conſcientiæ dubium dimittendum. n. 30.
Vel ſi non poteſt ſequendum.
Alioquin contra conſcientiam facit. n. 31.
Et peccat.
In re graui lethalitèr.
Et ad gehennam ædificat.
Quia formalitèr in peccatum conſentit. num. 33.
Dubiam conſcientiã in meliorem partem interpretandam. n. 46.
32 Locus Pauli ad Romanos 14. 23. Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. enucleatur de conſcientia.
34 Reſtitutio debet fieri ei, à quo iniuſtè aliquid acceptum eſt.
Et quarè?
Reſtituere quid? n. 35.
Reſtitutio incertorum in commodum facienda eſt animarum eorum, quibus illa debentur. n. 63.
36 Argumentum. Dilemma, quod cornutum appellatur.
Quia vtrinq; cornibus ferit.
Efficax ſatis eſt.
37 Teſtator in ſua diſpoſitione prudens præſumitur.
Neq; inanitèr loquutus.
Nec præſumitur dicere, quod nec cogitauit. n. 39.
38 Loquela manifeſtum facit hominem.
Ex loquela enim Petrum Chriſti diſcipulum quidam arguere.
39 Verbis à teſtatoris diſcedendum non eſt.
Sed eius ſequenda ſententia.
40 Scriptura plus valet, quàm quod actum fuit.
Nàm ex illa, ſicuti ex verbis, internus animi ſenſus patet. n. 41.
42 Dubium tunc quis deponere dicitur, cùm ſe determinat ad aliquid.
43 Iudicat quiſq; talitèr, qualitèr ipſe affectus eſt.
44 Pœnitentia ad extremum vſq; dimandanda non eſt.
Ne in damnationem quis incidat.
45 Certum quod eſt tenendum, incertum dimittendum.
46 Dubia in meliorem partem interpretanda.
47 Reſponſio propoſitioni, & interrogationi cõgruens eſſe debet. & n. 48.
48 Conſequentia debet eſſe congrua præmiſſis, vt ſit bona.
49 Legatum pro malè ablatis incertis, vt æs alienũ habetur in hæreditate teſtatoris.
Et ex hæreditate ante omnia extrahendum.
50 Bona intelliguntur deducto ære alieno.
Dicta quod beant, & proſunt ijs, quorum ſunt. n. 56.
Nec dicuntur, quæ plus incommodi, quàm commodi afferunt. n. 57.
51 Hæreditas dicitur quod ſupereſt alieno deducto ære.
Quod hæreditatem diminuit n. 52.
53 Funeris, & infirmitatis impenſa hæreditatem

tem minuunt.

54 *Anima cunctis rebus anteferenda.*

55 *Aes alienum in bonis eſſe teſtatoris non dicitur, ſed creditorum, quibus illud debetur. & n.60.*

Nihilq; prodeſt debenti. n.56.

Sed quod illud habere debet, cùm actionem habeat ad illud. n.58.

59 *Actionem qui habet ad rem, ipſam habere rem dicitur.*

61 *Teſtator nullam dicere legem poteſt in his, quæ reſtituere debet.*

Quia ſua non ſunt. & n.62.

63 *Incertorum reſtitutio in commodum facienda eſt animarum eorum, quibus illa debentur.*

ARGVMENTVM.

Legatum pro ſecuritate maiori conſcientiæ, & ob dubium incertorum relictum, an pro reſtitutione malè acceptorum incertorum relictum videatur? & nùm Fabrica Sancti Petri ius in illud habeat? & nùm antè omnia, vt æs alienum ex hæreditate extrahi debeat? nùm verò teſtator paulatim ex fructibus ſolui hæreditatis mandare valeat? & quid ſi pro ſacris faciendis pro animæ ſuæ commodo illud reliquit, an teneat onus iniunctum; vel reijciatur, quaſi in re aliena impoſitum? Reſtitutio cui facienda ſit, & nùm neceſſariò facienda? Nonnulla verò de conſcientia dubia, & an ſi quis ex dubio ſibi à conſcientia facto, ſe ad relinquendum determinarit, legatum pro reſtitutione incertorum factum dicatur?

RESPONSIO XCII.

1 CErtiſſimum eſt Philoſophorum omnium vno conſenſu receptum axioma: Elementa in proprijs locis (in centro videlicet) non grauare, ſicuti leuia non leuitant, ratio eorum eſt: quia in proprio centro quieſcunt. Qui ſubtus aquas in mari natant, aquę pōdus nō ſentiūt; ſi autem ſuper humeros aquæ vtrem geſtauerint, pondus vtiquè ferent. Lapis in proprio centro non grauat, ſi verò lapidem ſurſum violento ieceris impetu, grauabit, maximoq; impetu ad centrum deuoluetur, vt quieſcat, cùm ad centrum peruenerit. Pec-
2 cata in proprio cōſcientiæ cētro nō grauant, non eorum percipitur pondus, dum in hac vita præſenti, quaſi in centro in anima inſident, cùm paululum ex centro amoueris ea, atq; conſideratione perceperis; quid feciſti? tunc peccati ſenties pondus.
3 Hoc eſt talentum illud plumbi, quod portari vidit Propheta Zaccharias. 5.7. dicens: *Et ecce talentum plumbi portabatur.* Iniqui-
4 tas, ſcilicèt, nam peccatum eſt iniquitas. 1. *Ioannis.* 3.4. quod alio nomine maledictum appellatur. ex illo Ioan. Apocalypſ. 22. 3. *Et*
5 *omne maledictum non erit ampliùs.* Maledictum, peccatum exaudiri, interpretatur doctiſſimus *Blaſius Viegas in apocalypſin cap. vlt. comment. vlt. ſect. vlt. num.* 3. Dicitur autē peccatum, maledictum, quia execratione dignum eſt. quod extrahi dicit ex contextu græco vocabulo (κατάθεμα) catathema. nāq; in illa Ciuitate Sancta, quam ibi vidit Ioan-
6 nes Apoſtolus, & Euangeliſta, ac propheta, diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus. *Ioann.* 21.7. nō erit ampliùs maledictum; peccatum videlicèt, iuxtà illud Iſaiæ 60. 18. *Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas, &*
7 *contritio in terminis tuis.* Imò ibi erit indeficiens gratiarum actio, & iucundiſſima ſummi Dei laudatio. vt *Dionyſius Carthuſianus* ibidèm explicat.
8 Peccatum itaq; dùm in præſenti vita homo reſidet, nec ſe peccatorum pœnitet, & in cordis penetralibus, quaſi in centro inſidet, & quieſcit, non ponderat: eius enim pondus,
9 hoc minimè cogitando, non ſentitur. Statim verò, vt anima, extrà centrum peccatum extraxerit; vel quia contritione commota, eius ſe pœnitet; vel quia in extremis vitæ agens homo, eius menti, quæ grauitèr Deum ſuper omnia diligendum, offendendo, eiuſq; ſanctiſſimam legem transgrediendo, patrauit, ſe offerunt, grauitatem ſentit, atq; pondus pec-
10 cati. vndè fit quandoq; (quæ hominis eſt miſeria) vt minus perpendens quanta Dei Pientiſſimi ſit miſericordia, & quòd in qua-
11 cunq; hora ingemuerit peccator peccatorum eius, non recordatur ampliùs Deus. *Ezechiel.* 18. 22. *can. ſi aliquis* 11. §. *ecce quod. & can ſi presbyter.* 12. *& can. agnoui-*

mus 13.26. *q.6.* pondere victus peccatorum
12 in deſperationem ſe vertat. tunc ergo pon-
dus ſentitur peccati, cùm extra centrum eſt.
13 Hinc eſt itaq; quòd, qui in acquirendis pe-
cunijs in præſenti vita finem non habent, nec
quieſcunt, quin quanto plura habuerint, plu-
ta appetunt, & hydropicorum more,

Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Et illud Ouid. 1. Faſtorum.

Creuer unt, & opes, & opum furioſa libido,
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.

Cùm multa acquiſiuerint, nec modum in
acquirendo habuerint, (modò acquirerent)
cùm in nouiſſimis peruenitint terminis, vt
hinc diſcedāt, & quæ sūmis habuere labori-
14 bus relinquant; nam, vt Martialis lib. 8. lo-
quitur, & rectè:

Rape, congere, aufer, poſſide, relinquēdū eſt:
tunc pondere preſſi, peccatorum, an-
guntur ſcrupulis, & conſcientia lancinante,
nec quid loquantur nouere. meminere
namq; illius Propertij lib. 3.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad
vndas,
Nudus ad infernas ſtultè vehere rates.

Ad reſtitutionem extimulātur, neq; à qui-
bus accepere, quòd multa excepere, memo-
riam retinent. Vrget enim neceſſitas: quia
15 peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur
ablatum. *can ſi res aliena* 1.14. *q.6.* regula
peccatum.4.de regulis iur. in 6. nec ſaluatur
homo, niſi reſtituat. vt inquit Hieronymus
*can. nemo qui rapuit.*4.14. *q.*5. nec differtur
in hac parte vltionis ſententia, ſi non red-
dantur vniuerſa. idem loquitur Hieronymus
*can. diaconi ſunt.*23. §. *certè, vt ipſe noſti diſt.*
93. Hanc ob cauſam, cùm reſtituere tenean-
tur, & fortaſsè non vellent, ambiguis in ſuis
16 tabulis loquuntur verbis. ſed veritas, quæ
vna eſt, quia Deus eſt veritas, qui vnus eſt.
*can. fraternitatis.*1.35. *q.*10. occultari nō po-
teſt; ſed magis ſplendeſcit in lumine. ex ver-
bis Innocentij Papæ *in can graue.* 7.35. *q.*9.
17 Fabrica proindè, quæ incerta perſequitur,
tunc ſuas apponit manus, & quæ in tenebris
dixerunt homines, in lumine panduntur. ex
18 ratione, quam *Lucæ* 12.3. Dominus, & Ma-
giſter noſter nos docuit Chriſtus: *Quoniam,*
(inquiens) *quæ in tenebris dixiſtis, in lumine*
dicentur: & quod in aurem loquuti eſtis, in
cubiculis prædicabuntur in tectis. Non in te-
nebris eſt factum quod hiſce diebus accidit:
Dominus Gaſpar Neapolim properans, Ia-
nuæ in morbum incidit, lectoq; decumbit,
& moritur. Quàm ante diſcederet, ſupremis
ſuis tabulis, quas die 18. Nouembris 1642.
dedit, vxore hærede dicta vniuerſali. poſt
plura ſcripta legata, ſic demùm intulit.

E ſi bene per la Dio gratia non sà d'eſſere
tenuto ad alcuno di reſtitutione d'azienda,
pure eſſendo la memoria fragile, e per intiera
ſicurezza di ſua conſcienza, nel che deue
abondare ogni buon Chriſtiano, prega la ſu-
detta Signora D. Maria ſua moglie, che delli
frutti dell'heredità d'eſſo teſtatore ſpenda, &
impieghi docati ventimila, come in appreſſo.
cioè: Primieramente faccia vn capitale atto à
fondare due meſſe perpetue, e quotidiane da
dirſi ogni giorno per l'anima di eſſo teſtatore,
e le fondi in effetto in quella parte, ò parti, che
meglio pareranno à detta Signora D. Maria,
eligendoſi lei li Cappellani, *ò Sacerdoti amo-*
uibili ad nutum, mentre viuerà; il che dopò
ſua morte toccarà fare al detto S. Matthe0
fratello di eſſo teſtatore, ò gl'heredi di eſſo, ò à
chi dichiarerà il detto S. Mattheo in vita, ò in
morte, come li dà balia di poter fare. Il reſto
ſino alla ſumma di duc. 20. m. ſia impiegato
da detta Signora D. Maria in altre opere
buone, ò meſſe, ò limoſine particolari, in vna, ò
più volte ad arbitrio d'eſſa à prò, & beneficio
dell'anima ſua, e dell'anima di eſſo teſtatore,
e ciò ſenza conſenſo, ò interuento di teſtamē-
tarij, ò d'altra perſona del Mōdo, e ſenza obli-
go di render conto alcuno di detto impiego, nè
anco al Principe Eccleſiaſtico, ò ſecolare, ben-
che ſupremo.

19 Teſtamento morte confirmato teſtatoris.
cap. cùm Marthæ 6. §. *cæterùm de celebratio-*
ne Miſſarum. *Gloſſ. in cap. fin.* verbo *vltimam*
voluntatem. de ſucceſſionibus ab inteſtato. l.
1. *ff. de teſtament. l.*3. *in fin. ff. de adimend. le-*
gatis. anno 1644. in iudicium interpellatur
hæres D. Maria apud Fabricæ Sancti Petri
Neapoli Tribunal viginti milia vt reſtituat
tanquàm incerta pro malè ablatis incertis
relicta, quæ ad Fabricam ſpectant Sancti Pe-
tri. Lite conteſtata. In diſceptationem itum
eſt nō leuem: ſit ne relictum pro malè abla-
tis incertis, vt conſequentèr ad Fabricam
ſpectet? & nùm ſi tale ſit, ex vniuerſa ante
omnia hæreditate viginti milia ſint extra-
henda, an verò ex fructibus hæreditatis, vt
teſtator edixit? Conſulti proindè nos: Reli-
ctum pro malè ablatis incertis videri, reſpō-
dimus, & ad Fabricam ſpectare; conſequen-
terquè, vt æs alienum ex tota hæreditate
ante omnia extrahendum, non ex fructibus;
nec potuiſſe hāc legem rebus alienis impo-
nere teſtatorem, nec proindè impoſitam ſer-
20 uandam. Eſt nempe lex defuncti voluntas,
in ſuis, non verò in alienis: *Diſponat itaq;*
vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex
eius voluntas. Imperator Iuſtinianus edixit
in §. *diſponat. in authentico de nuptijs collat.*
4. In ſuis, ideſt, qui dat, & largitur. *Gloſſ.* ibi-
dèm exponit, *vt dignum eſt.* hoc eſt ſecun-
dùm leges, & bonos mores. *Gloſſ. ead.* ibi-
dèm commentum agit. Nulla verò lex eſt,
quæ de alienis diſponere poſſe decernat:
21 Cùm quilibet in re ſua ſit moderator, & ar-
biter; ex Conſtantino Cæſare in *l. in re man-*
data 21. *C. mandati.* non alienorum. Luculen-
tiorem rem hanc reddimus, & excogitatio-
nem ex Diocletiani, & Maximiani Auguſto-
rum diſpoſitione in *l. teſtandi.* 13. C. *de te-*
ſtamen-

Digitized by Google

ſtamentis. eorum verba damus, diſertè quippè loquuntur. *Teſtandi cauſa de pecunia*
ſua, legibus certis facultas eſt permiſſa, non
22 *autem iuriſdictionis mutare formam, vel iu-*
ri publico derogare, cuiquam eſt permiſſum.
23 Quia legibus in commune bonum rogatis,
ſtandum eſt, atq; de ſuo diſponendum, non
de alieno. ex *Gloſſ.* ibidem, & adnotat *Gloſſel-*
la marginalis ad *d. ct. legem in re mandata.*
concinuntq; quæ habentur ex Gregorio
IX. in *cap. tua nobis.* 17. ibidèmq; *Gloſſ.* ver-
bo *voluntatem extrà de teſtamentis.*

Adſtruimus primum ex duobus; pro malè
ablatorum reſtitutione relictum hoc, decre-
tum à teſtatore fuiſſe: quoniam in id eius
verba ſonant, ex quibus internus animi ſen-
24 ſus, & imperuius nobis aſtruitur. ex Ariſto-
tele 1. Perihermenias, quatènus docet: ver-
ba eſſe eorum, quæ ſunt in anima paſſionum
notas. in palam porrò aperiunt nobis, quæ
in penetralibus præcordiorum latent. ex
Celſo in *l. Labeo.* 7. *§. id Tubero ff. de ſuppel-*
lectili legata. dixit nempe teſtator, reperа-
mus, quæ ex eius verbis, anteà retulimus.

E ſi bene per la Diogratia non è d'eſſere
tenuto ad alcuno di reſtitutione d'azienda,
pure eſſendo la memoria fragile, & per intie-
ra ſicurezza di ſua conſcienza, nel che deue
abondare ogni buon Chriſtiano, prega la ſu-
detta, &c.

Quàmuis enim ipſe peculiarem memo-
riam, cui reſtituere aliquid deberet, non re-
neret, nihilominùs, & ad occurrendum me-
moriæ fragilitati; & ad integram ſuę conſciē-
tiæ ſecuritatem, in quo quilibet bonus Chri-
ſtianus abundare debet, reſtitutionem intu-
lit per opera pietatis. Reſtitutionem proin-
dè mandauit; nam de reſtitutione verba fa-
ciebat, & pro ſuæ ſecuritate conſcientiæ re-
ſtitutionē per opera pietatis fieri impoſuit,
& vt memoriæ fragilitati occurreret. Reli-
quit ergò pro ſuæ conſcientiæ exoneratione
in hac reſtitutionis materia. ergò pro malè
ablatis incertis. Si enim non pro malè abla-
tis reſtitutio fieret, nihil eſſet, quòd ſcrupulo
25 angeretur reſtitutionis. Reſtitutio enim
actus eſt iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in qua-
dam æqualitate conſiſtit; & ideò reſtituere,
importat redditionem illius rei, quæ iniuſtè
ablata eſt: ſic enim per iteratam eius exhibi-
tionē æqualitas reparatur. verba ſunt S. *Tho.*
2. 2. *q. 62. art. 2. in corp.* reſtituere ergò voluit
pro ſuæ ſecuritate conſcientiæ, id, quod malè
ablatum fuerat, atq; compenſare per æqua-
litatem, quod per inæqualitatem alterius ip-
26 ſe perceperat. Et conſequentèr contra iuſti-
tiam; quæ in æqualitate conſiſtit. vt idem do-
cet *S. Thom. ibid.* Alioquin ſuæ ſalutis animæ
27 in periculum omninò dediſſet. Quia nimi-
rùm ſicut conſeruare iuſtitiam eſt de neceſ-
ſitate ſalutis: ita, pariq; modo reſtituere id,
quod iniuſtè ablatum eſt, de neceſſitate ſa-
lutis eſt: *S. Thom. d. art. 2. in corpore in fin.*

28 neq; modo vllo peccatum dimittitur, niſi
quod ablatum eſt reſtituatur, ſi poſſit vtiq;
Auguſtinum audi *d. can. ſi res aliena.* 14. *q.*
6. qui ſine prouerbio loquitur: *Si res aliena,*
propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit,
non redditur: non agitur pœnitentia, ſed fin-
gitur. Si autem veracitèr agitur; non remit-
titur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. ſe-
quiturq; & refert *S. Thom. d. art. 2. ſed contra.*
In hoc ergò ſuam ſe curam reddere conſciē-
tiam, in hac reſtitutionis materia amauit,
quia ſaltim dubius erat de reſtitutione ali-
qua facienda; vel propter memoriæ fragili-
tatem, vel ob conſcientiæ ipſius obmurmu-
29 rationem. Niſi enim ipſe conſcientiæ lanci-
natus aliquos habuiſſet, non vtiq; ſcrupulum
30 ſibimet de reſtitutionibus intuliſſet. poterat
porrò, quin non debebat; vel dubium dimit-
tere; vel ſi non poſſet; conſcientiam ſequi ob-
murmurantem, oblatrantem, obacclaman-
31 tem, ni contra conſcientiam ipſam facere
amaiſſet, conſequentèrq; lætalitèr in re gra-
ui peccaſſet. vndè ad gehennam ædificaſſet.
ex Agathenſi Concilio in *can. omnes dein-*
ceps. 14. & Gratianus ibidèm in *§. ex his.* 28.
32 *q.* 1. aſſerens illud Apoſtoli ad Romanos 14.
23. *Omne autem quod non eſt ex fide, pecca-*
tum eſt. ex fide. hoc eſt contra conſcientiam,
explicat ipſe; ſed omne (dicens) quod contra
conſcientiam fit, ædificat ad gehennam. &
Gloſſ. ibidèm verbo *conſcientiam.* ſequiturq;
ipſemet Gratianus in *can. quærat hic aliquis.*
44 *§. itèm illud Ambroſij. de pœnit. diſt.* 3. di-
cens: *Non de ea fide intelligitur, de qua dici-*
tur. (fides ſine operibus mortua eſt:) ſed de
ea, de qua Apoſtolus ait. (Omne, quod non eſt
ex fide;) id eſt omne, quod fit contra conſcien-
tiam) peccatum eſt. accinuntq; ſimul, nec diſ-
ſentiunt tex. in *cap. litteras tuas* 13. *§. por-*
rò eùm. de reſtitut. ſpoliat. cap. per tuas 35. *in*
fin. de ſimon. cap. inquiſitioni 44. *de ſent. excō-*
33 *municat.* quia formantèr in peccatum non
reſtituendi, quod alienum eſt, conſenſum
præſtitiſſet. ſecundùm *Caietan. in ſumma*
verbo *conſcientia etiam erronea. Nauar. in*
can. ſi quis poſitus de pœnit. diſt. 7. *num.* 14.
& conſ. 2. num. 2. in fin. lib. 3 de reliquijs, &
venerat. ſanctor. & in cap. cum contingat de
reſcript. in 2. remedio num. 17. in fin. Couar.
lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 1. Sancta-
rellus variarum reſolutionum q. 27. ſub nu.
9. verſ. reſpondeo, talem. At ipſe tutius agens,
& vt ſecuram conſcientiam magis faceret, ad
reſtitutionem intulit, de viginti millibus di-
ſponendo. ergò ad malè ablatorum, incerto-
34 rumq; reſtitutionem. Namq; ſi certus ipſe
fuiſſet à quibus abſtuliſſet, illis vtiq; non
alijs, neq; ad pia reſtitutionem facere de-
buiſſet.
35 Quia profectò reſtituere nihil aliud eſſe
videtur, quàm iteratò aliquem ſtatuere in
poſſeſſionem, & dominium rei ſuæ. *S. Thom.*
d. q. 62. art. 1. in corpor. Reſtitutio autem, &

Digitized by Google

adæquatio hæc fieri non poteſt,niſi ei , qui
minus habet,quam quod ſuum eſt ; ſuppie-
turq; ei per reſtitutionem, quod ei deeſt. idẽ
S.Doctor ibidèm.art.5.in corpor.cap.cum te.
22.in princip de iure iurand.cap.ſicut dignũ
6.§.eos inſupèr de homic. *S.Antoninus in d.*
regula peccatum.4.circa medium verſ. eſt
*autem reſtituendum.par.*1.diximus *reſponſ.*
noſtra 22.*num.60.part.*1.Reſtitutionem au-
tem fieri mandauit,non certis perſonis, de
quibus memoriam non habebat. ergo in-
certis.pro reſtitutione ergo reliquit pro ma-
lè ablatis incertis.eſt ergò fundatum ius Fa-
bricæ in his, quæ ex applicatione ſibi facta
per Summos Romanos Pontifices,incerta
quæcunque pro malè ablatis relicta perſe-
quitur.

Verùm ſi non hæc eis arrident , vel huic
dilemmati reſpondeant nobis Aduerſarij .
36 Neq; portò inefficax hoc dicitur argumen-
tum , quod cornutum appellatur, duobus
vtrinq; feriens cornibus, quo vſus fuit Ale-
xander II.Papa in *can. ad Apoſtolicam* 2.*§.*
*quid igitur dicent.*35.*q.*5. Vel vti à prudente
viro , & appoſitè, atq; ad rem loquente hæc
proceſſit declaratio,& diſpoſitio ; vel vti ab
imprudente,& extrà rem loquente , nec ap-
37 poſitè.non hoc ſecundum. Quilibet enim
teſtator prudens præſumitur, & ad rem lo-
quens,atq; appoſitè:ſine cauſa quippè ita lo-
quutum fuiſſe,vti fuit , æſtimandum haud
erit.ex Sceuolæ ſenſu lib.2. reſponſorum in
l.Lucius Titius 85. *in fin.ff.de hæredibus in-*
*ſtituendis.*illis verbis. *Nam prudens conſiliũ*
*teſtantis animaduertitur.*ſequitur *Bald. in*
l.penult.nu.2.C.de impuberum,& alijs ſub-
ſtitutionib.Card.Mantica de coniectur. vl-
timarum volunt.lib.6.tit.14.num.5. Meno-
*chius lib.6.præſumption.45. nu.21.*diximus
*reſponſ.*noſtra 23.*num.38.part.*1. ergo pri-
mum. Si ergò vti prudens loquutus fuit, &
appoſitè,atq; ad rem , vt loquela eius mani-
38 feſtum eum facit. iuxtà illud,quod quidam
in domo Caiphæ dixerũt Petro,vt eum Ieſu
diſcipulum conuincerent. *Matthæi 26. 73.*
dicentes,vt eum arguerent: *Verè tu ex illis*
es: nam & loquela tua manifeſtum te facit.
Cùm ſe dubium ſaltim eſſe dixerit de reſti-
tutionibus,non quidèm certis perſonis,nãq;
illis,dubio omni procul, vt diximus, reſtitu-
tio facienda fuiſſet;ſed in genere,incertis vi-
delicèt perſonis ; quippè , ad aliquam quod
ipſe teneretur reſtitutionem in genere, iam
obmurmurante conſcientia,in dubium non
reuocabatur.cùm id ex verbis,quibus locu-
tus fuit,quæ ſupra retulimus,manifeſtè, & in
palam appareat.Propter hoc enim,vt fragili-
tati occurreret memoriæ,atq; à dubio egre-
deretur , ſecuramq; integrè ſuam redderet
conſcientiam ad iudicium propinquans, ad
reſtitutionem tandem intulit , vt abundaret
magis in conſcientiæ ſecuritate; mandauitq;
viginti millia in operibus pijs impendi. Pro
reſtitutione itaq; incertorum illa reliquiſſe ,
nemo eſt,qui addubitare ampliùs valeat.non
enim alias ita,etiam ſcripto declaraſſet. neq;
ſuam conſcientiam ſecuram magis redde
re, atq; exonerare tentaſſet per incertorum ,
(ſaltim in dubio apprehenſorum) reſtitu-
tionem,niſi ad illa ſe vtiq; teneri, ſaltim du
39 bitaſſet. nõ enim hoc dixiſſet,niſi paritèr ita
cogitaſſet. non itaq; ab eius recedendũ ver-
bis,& ſententia erit.ex Marcello lib.ſingula
ri reſponſorum in *l.non aliter.67.in princ.ff.*
*de legat.*3.ſemper enim plus valet ſcriptura ,
40 quàm quod actum ſit. ex verbis Modeſtini
in *l.ſi alij fundum 19.in fin.ff.de vſu,& vſu-*
41 *fructu legato.* Ex illa nempè, vti ex verbis,
internus animi ſenſus percipitur. *Nam quor-*
ſum ſunt nomina,inquit(Tubero)*niſi vt de-*
monſtrent voluntatem dicentis? ex Celſo in
d.l.Labeo ait.7.§.id Tubero.ff. de ſuppellect.
legata. Rota apud Cardin. Manticam deciſ.
247.num.7. Dubium verò diſpoſuit,cùm ſe
42 determinauit, atq; reſtitutionem intulit in-
certorum,per viginti millia, quæ in opera
pia expendere hæredem grauauit. non enim
illa reliquiſſet, niſi ſe priùs ad relinquendum
determinaſſet,& ſe ad incertorum reſtitutio-
nem teneri iudicaſſet. Iudicium enim non
niſi affectum ſequitur.vndè dici conſueuit ;
43 talitèr quiſq; iudicat, qualitèr ipſe affectus
eſt.ex Gregorio illo Magno *in can.iudicare.*
61.& can.illa præpoſitorum.67. 11.q.3. Et
quid(quæſo te) opus erat, vt ipſe præfatione
illa vteretur?

E ſi bene per la Dio gratia non sà d'eſſere
tenuto ad alcuno di reſtitutione d'azienda ,
pure eſſendo la memoria fragile,& per intie-
ra ſicurezza di ſua conſcienza,ne' che deue
abondare ogni buon Chriſtiano ,prega la ſu-
*detta, &c.*ſi non, (ſaltim dubitatiuè) ſe ad
aliquam incertorum reſtitutionem teneri ,
exiſtimaſſet?ſaltim,vt ſecurius ageret , inte-
grèq; ſuam ſecuram redderet conſcientiam;
abundaretq; in ſecuritate,illudq; ſequeretur
conſilium, quod tradit Auguſtinus de pœni-
tentia loquens in *can.ſi quis poſitus 4. in fin.*
44 *de pœnitent diſt.7.* non eſſe ad extremum
vſq; de peccatis pœnitentiam differendam
verbis id cognoſces ipſius.*Duæ res ſunt,*(in-
quiens)*aut ignoſcitur tibi, aut non ignoſci-*
tur.Quid horum tibi futurum ſit,neſcio.ergo
45 *tene certum, dimitte incertum.* ſequiturq;
Gloſſ.in cap.ad audientiam 12. verbo *in du-*
bijs.de homicid.& *Gloſſ.in can.quid culpatum*
4.verbo *iniquitas.23.q.1.*ſequutus ipſe fuit
certum,dimiſſo incerto. Dum ergò ad exe-
cutionẽ ſecuritatis huiuſce,& certi,ad quod
ſe determinauit, viginti millia in pietatis
opera erogari mandauit. in reſtitutionem
vtiq; incertorum illa mandauit,de hoc enim
erat, de quo dubitabat ipſe , nolebatq; con-
ſcientiam non integrè ſecurã,vita ex præſenti
ob memoriæ fragilitatẽ receſſurus dimittere.
46 atq; dubiam conſcientiam in meliorem par-
rem

rem interpretari,reſtituendo.ad *tex. in can.*
ſunt nonnulli.2.§.hinc rurſum. ibidemquè
*Gloſſ.*verbo *non aeſtimat diſt.46.can.indicas*
*Hermanum 14.circà finem 3.q.9.*Reſponſio
47 quippè interrogationi congruens eſſe de-
bet,ne inutilis,futiliſq; illa reddatur. *§.prate-*
reà.Inſtitut.de inutil.ſtipulationib. ex Vl-
piano lib. 22. ad edictum in *l. de ætate 12.*
præſertim *§.qui interrogatur.ff.de interrog.*
action.Bart.in l.ſi quis intentione ambigua.
ff.de iudic. Rum.conſ.50.num.1. volum.1.
Surdus conſ.281.num.27.28. & 29. lib.2.
Franciſcus Merlinus Rotæ Lucenſis dec.18.
n.2.& ſeqq.

Reſpondit autem ſibimet ad interroga-
tionem à conſcientia ſibi factam, per du-
bium de reſtitutionibus incertis:atq; execu-
tionem intulit legati viginti millium in ope-
ribus pijs, vt ſecuram ſuam conſcientiam
de reſtitutionibus (de quibus verebatur)
magis redderet. Legatum ergò prædictum
pro reſtitutione fuit malè ablatorum incer-
torum,de quibus ſcrupulus ſibi conſcientia
48 adlatrante,mouebatur. Non enim congrua
reſponſio; neq; conſequentia, qua viginti
millia in operibus pijs impendi mandauit,
in præmiſſis fuiſſet: neq; interrogationi con-
ſcientiæ oblatrantis congrue reſpondiſſet.
Fuerũt autẽ præmiſſæ de reſtitutione incer-
torum;intulitq; conſequentiam legati vigin-
ti millium.pro reſtitutione ergò incertorum,
(malè vtiq; acceptorum incertorum) lega-
tum fuit viginti millium. Legata autem pro
malè ablatis incertis vti propria Fabrica
perſequitur. Ad Fabricam ergò vti pro malè
ablatis incertis relicta viginti hæc millia ſpe-
ctant.

49 Fuit ergò legatum hoc viginti millium
pro malè ablatorum incertorum reſtitutio-
ne. Vt æs alienum propterea primitùs ex
50 hæreditate extrahendum erit. Nàm bona
intelliguntur cuiuſq; quæ deducto ære alie-
no ſuperſunt.ex Paulo lib.54. ad edictum in
l.ſubſignatum.39. §.bona. ff. de verbrum
ſignificat. & lib.8. reſponſorum in *l.mulier*
*bona 73.in fin. ff.de iure dotium.*illis verbis:
Sed non plus eſſe in promiſſione bonorum,
quàm quod ſupereſt deducto ære alieno. &
Gloſſ ibidem verbo *alieno.* idem Paulus lib.
41.ad edictum in *l.cùm emancipati.2. §.il-*
lud.ff de collatione bonorum. & in l.ſi quis
ſeruum.8.§.fin. ibidemq; *Gloſſ.fin.& Bart.*
ſummarium.ff.de legat.2. l.fin. §.vbi autem.
51 *C.de bonis, quæ liberis.* in hæreditate lo-
quens, quæ alieno deducto ære exauditur.
*Gloſſ.d l.mulier bona 73.*verbo *alieno, ff.de*
*iure dotium.*ex Vlpiano lib.4.ad edictum in
l.Papinianus 8.§.Quarta autem. ff.de inof-
ficioſo teſtamento: ſequentibus dicente:
Quarta autem accipitur,ſcilicèt deducto ære
alieno,& funeris impenſa.*cap.fin.§.porrò de*
officio Ordinar. lib.6. ibidemq; *Gloſſ.* verbo
52 *debitis.* Diminuent proindè hæreditatem
viginti hæc millia, vt æs alienum antè om-
nia ab illa extrahenda. Quemadmodùm &
53 infirmitatis, funeriſq; impenſæ, vt alienum
æs ab hæreditate extrahuntur.*l.in reſtituen-*
da hæreditate.4. C.de petit. hæreditat. l.1.C.
ad Senat.Conſult.Trebelleianum.Peregrin.
de fideicommiſſ.art.35.num.39. & 40.Rota
*apud Card.Caualen.dec.573.num.1.*Si infir-
mitatis, funeriſq; impenſa æs alienum in
hæreditate æſtimatur. quid ſanè tibi, quod
pro conſcientiæ exoneratione relinquitur,
54 quando anima cunctis rebus præualet? ex
canonibus Apoſtolorum in *can.præcipimus.*
24.12.q.1 cap.cùm infirmitas.13. de pœnit.
& remiſſion.l.ſancimus 10, in fin.C.de Sa-
*croſanct.Eccleſ.*Non itàq; tenuit, neq; ſubſi-
ſtere mandatum potuit teſtatoris, vt ex fru-
ctibus hæc viginti millia extraherentur hæ-
55 reditatis, cum alienum æs in bonis eſſent
ipſius, propriaq; eorum, quibus ea debe-
56 bantur,creditorum. Eo nempè bona dicũ-
tur,(naturalitèr) quia beant, & proſunt ijs,
quorum ſunt;nõ verò ijs, quorum non ſunt,
& qui reddere, reſtituereq; ea tenentur. ex
Vlpiano lib.40.ad edictum in *l.bonorum ap-*
pellatio 49.& ex Africano lib.3.quæſtionum
in *l.bonorum.208.*ibidemq; *Gloſſ.1.ff.de ver-*
*borum ſignificat.*nàm ex Iaboleno in *l.pro-*
57 *priè 86. ff eodem.*Propriè bona dici non poſ-
ſunt,quæ plus incommodi, quàm commodi
habẽt.Hoc enim incommodi æs habet alie-
num, quia reſtituendum eſt, cui debetur.
58 Quamob cauſam, cùm actionem habeat
creditor,ad illud rehabendum,ipſum æs ha-
bere videtur.ex Paulo lib.3.ad Sabinum in
l.qui actionem 15.ff.de regul.iur. ſic nempè
59 ipſe loquitur: *Qui actionem habet ad rem*
recuperandam, ipſam rem habere videtur.
60 Sunt ergò creditorum bona, quæ quis red-
dere tenetur. *Oldrad.conſ.297.colum.2.in*
61 *fin.*Non itàq; in his,vtputà alienis,non ſuis,
legem dicere potuit teſtator,vt ex hæredi-
tatis fructibus,creditoribus inuitis, ſolue-
rentur,vt ex ipſo *§.diſponat. in auth. de nu-*
ptijs collat.4. in ſuperioribus expendimus.
Nàm & ſiquidèm incerti, quibus debeban-
tur,creditores fuerint; poſtquàm tamen
teneri ſe ad incerta reſtituenda teſtator, vel
ſub dubia conſcientia, & vt ſecuram eam à
reſtitutionibus redderet,quod vel ſub dubio
ea teneret, edixit; atq; pro his reſtituendis
viginti millia in pia expendi opera mandauit;
62 ſtatim ius illis, & pro illis Fabricę Sancti Pe-
tri ex Summorum Pontificum Romanorum
applicatione, quæſitum fuit. Non itàq; in
illis legem dicere potuit, vt ex fructibus ſol-
uerentur,quæ ſua non erant: cùm incerto-
rum nomine ius dicere poſſit Fabrica, vt ex
tota hæreditate, vti aliena, extrahantur, ex
dictis.

Nec minus dicere potuit, vt pro ſua,vxo-
riſuè anima ſacra fierent, eleemoſynæ di-
ſtribuerentur,piaq; alia opera exercerentur
Cùm

Digitized by Google

63 Cùm viginta illa millia incertis deberentur, & in eorum incertorum cedere deberent commodum, non ſanè corporale, quòd non ſcirentur, at ſaltim ſpirituale; quòd illi, ex humanis fortaſsè abſtracti, multò magis hoc admitterent, pro ſuarum commoditate animarum, ex *S. Thoma 2. 2. dict. quaſt. 62. art. 5. ad tertium, & Caietan. ibidem.* diximus in ſimili facto *d. reſponſ.* noſtra 22. *num 60. 61. & ſeqq. par.* 1. Fabricæ proinde iudicium effugere haud poterit D. Maria hæres; cùm illi ſint hæc viginti millia quæſita. Vel ergò
64 ſoluat, vel componat: ſi illa admiſerit, admittet autem facilè, vt fuerit piè.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto Ariſtarchi, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Facta improba non benè ſemper ſuccedunt.*
Experientia docet.
Et natura ipſa comparatum eſt.
2 *Adagium. Vt quis ſementem fecerit, ita & metet. & n. 51.*
3 *Locus Eccleſiaſtici 7. 3. Fili non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ; & non metes ea in ſeptulum. elucidatur.*
4 *Lædit ſe ipſum, qui alium lædere quærit.*
5 *Fraudem in ſuum retorqueri auctorem, dignum eſt.*
Qualia enim quiſq; facit, talis finis manet ipſum. ab Oraculo dictum.
6 *Radix corrupta peſte, talem producit fructum.*
7 *Diabolus tranſfigurat ſe in Angelum lucis, vt decipiat.*
8 *Fabricæ Tribunal via executiua procedit, cùm duæ pro ea fuerint ſententiæ.*
9 *Alienatio in potentiorem lite pendente, ex ſacris quoq; canonibus prohibetur.*
Atq; per legitimas ſanctiones.
Quia in fraudem facta videtur: atquè per calliditatem, & verſutiam. n. 10.
Dat proindè in pœnas alienans. n. 12.
Et alienatio nulla redditur. n. 13. ratio redditur. n. 14 & n. 15.
11 *Fraus fieri quando dicatur.*
14 *Dolis, apertiſq; partium machinationibus occurrunt leges.*
Ne ipſa doloſa machinatione violentur. nu. 16.
Dolus neminem releuare debet. n. 50.
17 *Traditionibus dominia rerum, nō nudis pactis transferuntur.*
Quæ verò perquirantur conditiones, vt transferantur.
18 *Dominium, quod quis non habet, non vtiq; transfert, neq; donatione.*
Et pro non dato habetur; quod ab illo datur, qui dare non poteſt.
19 *Donatione res alienatur.*
20 *Fictio eſt, cùm quid agitur, aliud verò mente machinatur agens.*
21 *Donat nihil, qui nihil in donatarium transfert.*
22 *Verba qui dat, verba vt recipiat, iuſtiſſimum.*
23 *Doti quæ accedunt, in dotem imputantur.*
24 *Maritus vxoris bona, illa ſaltim non conſentiente, diſtrahere haud poteſt.*
Vndè rebus dotalibus renunciare minimè valet. n. 26.
25 *Dotes mulierum firmas eſſe, ſanctum legibus viſum eſt.*
Quarè pacto meliores fieri poſſunt, deteriores verò non ità.
27 *Nemo dat, quod non habet.*
Nec quiſquam poteſt accipere, quod in dante non erat.
28 *Datum eatènus ſubſiſtit, quatènus in dante eſt. non aliter.*
29 *Legatum euaneſcit, ſi quod mihi nō debetur, legauerim.*
30 *Fabricæ Sancti Petri, quæ fiunt donationes, vt firmæ ſint, quas conditiones ex Clementis VII. Conſtitutione perquirant.*
Neq; cauſas auocat, vbi de eius non agitur intereſſe. n. 31. & 34.
Rationes afferuntur. n. 35. & ſeqq.
32 *Fabricæ Tribunal quam ob cauſam erectum.*
Et quarè pias exequitur cauſam. n. 33.
35 *Cauſa defecta, effectus quoq; deficit.*
36 *Priuilegium in ſua forma ſeruandum.*
Verbiſq; inſiſtendum eiuſdem.
In materia potiſſimum odioſa. n. 37.
38 *Fabrica Sancti Petri portiones excipit, vel quintæ, vel medietatis, ex pijs relictis. data tamen negligentia exequi debentium, vel hæredum.*
39 *Nullitates ex reuolutione patent actorum.*
40 *Verba ſimpliciter prolata, primo actu complentur.*
41 *Onus non prius ſubeundum, quàm commodum quæratur ex legato.*
Præſertim ſi commodum incertum ſit, atq; illiquidum.
42 *Iniuſtitia alteri fieri, nec pietatis nomine debet.*
43 *Mala non vtiq; facienda, indè vt bona eueniant.*
44 *Pietatis prætextu, non eſt impietas committenda.*
45 *Animus doloſæ machinationis, ex modo pateſit diſponendi.*
46 *Oratio, quæ à pluribus fit, vtilior.*
47 *Fraus, & dolus nemini patrocinium ferre debet.*
48 *Monachi mali ad Clerum aſciſcendi non ſunt.*

Ne

Nè iniuria Clero inferatur. ex Auguſtino.

49 *Adagium. Malus choraula, bonus ſymphoniachus non eſt. ex Auguſtino.*

51 *Nocere qui alijs tentauit, ipſe ſuam vt ſentiat iacturam. Sanctum.*

52 *Agere qui conatur, quod illi nuda ratione conceditur, iniquè agit.*

53 *Iuſtitia cuiq; quod ſuum eſt reddit.*

ARGVMENTVM.

Fabrica Baſilicæ Sancti Petri nõ auocat cauſas, in quibus de ſuo non agitur intereſſe. Quid verò ſi donatio fiat Sacerdoti, vt oret pro eo, hoc verò in fraudem fiat: an Fabrica ius habeat cognoſcendi? ex quibus verò fraudandi animus dignoſcatur, doloſęq; machinationis? nùm autem teneat donatio de re non ſua facta? Et quid ſi vir vxoris bona donet, illa nec ſciente, neque conſentiente, an firma ſit donatio? quid verò in dote?

RESPONSIO XCIII.

1 FActa improba non benè ſemper ſuccedere experientia docet, & natura ipſa comparatum eſt, ſicuti & in adagijs

2 habetur: *Vt quis ſementem fecerit, ità & metet.* Quam ob cauſam Sapiens (*Eccleſiaſtici. 7. 3.* non ab re nos admonuit. *Fili*

3 (inquiens) *non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ; & non metes ea in ſeptuplum.*

Sulcos iniuſtitię deſideria carnis, prauoſq; affectus intelligere, voluit, quibus, qui fomẽtum prębuerint, ſemẽq; pręſtiterint per mala opera, metent indè ſeptuplum, infinitam ſcilicet malorum ſegetem. vt *Blaſius* Viegas *in Apocalypſin Ioan. cap. 9. comment. 2. ſect. 12. num.* 5. explicat. vera eſt enim, quin non veriſſima. Heſiodi illa ſententia.

4 *Ipſum ſe lædit, alium qui lædere quærit.*

Namq; *Ruinam ſibi fabricat, alijs qui fabricat.*

Neq; enim lex eſt iuſtior vlla
Quàm necis artificem arte perire ſua.

5 Quia dignum eſt fraudem in ſuum retorqueri auctorem; vt qui alij nocendum eſſe exiſtimauit, ſuam ſentiat iacturam, nè accipiat fructum ſuæ calliditatis. verba ſunt Iuſtiniani Cæſaris in *l. ſi legatarius* 25. C. *de legatis.* quod olim probatum fuit ab Oraculo.

Qualia quiſquè facit, talis finis manet ipſum.

Cecinitq; non extrà rem *Claudianus*

Quam benè diſpoſitum terris, vt dignus iniqui.
Conſilij fructus primis auctoribus inſlet.

6 Qualem enim fructum producet, cuius graui peſte radix corrupta eſt? Gregorius loquitur in *can. fertur. 28. in fin. 1. q. 1.* Indignũ eſt itàq; quin magis iniuſtum; fructum ex ſua calliditate vt ferat, qui quod narramus operatus fuit.

Pendebat multis antè annis lis, & in Neapolitano Conſilio, & in Epiſcopali Curia Iuuenacen ſuper prætenſa quorundam fructuũ reſtitutione per Ioannem Thomam Framarinum Canonicum Cathedralis Eccleſiæ Iuuenacen. Quidam verò Carolus Barone, y Vargas maritus Iuliæ Lupis Iuuenacen. ſupponens, quo tempore matrimonium cum dicta Iulia cõtraxit, dotis nomine ſibi quaſdam poſſeſſiones oliuarum datas fuiſſe, nec non, & ius recuperandi fructus, & intereſſe dictorum ſtabiliũ, ſiuè poſſeſſionũ, dictoſq; fructus, & intereſſe ad ſummam pertingere ducatorum mille quingentum. Cùm verò perdifficile ſibi videretur litem inceptam coràm competentibus Iudicibus proſequi. Demùm anno 1641. pietatis ſub imagine, (Et Diabolus ipſe trãsfigurat ſe quandoq; in

7 Angelum lucis, nè agnoſcatur. ex Paulo 2. *ad Corinth. 11. 13. & 14.* Auguſtinus in *can. Epiſcopi. 12. & can. nec mirum. 14. 26. q. 5. cap. licet quibuſdam 18. § ſi verò probabiliter. de regular.*) de dictis fructibus, & intereſſe ſequentibus inter viuos diſponit.

E perche eſſo Carlo più volte hà penſato di diſporre di detti frutti, & intereſſi per ſalute dell'anima ſua in alcune opere pie, però præuio Regio aſſenſu, mediante lo quale detta Signora Giulia reſta pro concurrenti quantitate aſſicurata ſopra le robbe di eſſo Carlo, dona eleemoſynaliter, et amore Dei detti frutti, & intereſſi al R. D. Achille delli Falconi abſente, & à me preſente, & accettante per eſſo, acciò preghi Dio per l'anima di eſſo donante, e di ſuoi predeceſſori. E con peſo di fare depoſito della metà delle quantità recuperande, à fine di fundare vno ius patronato in quella Chieſa, ſeù Cappella, e col peſo di quelle meſſe, che eſſo Signor Carlo, e ſuoi heredi, in defetto dichiararanno, e ſtabiliranno, nel tẽpo, che ſi farà depoſito; volẽdo che s'eriga detto

*te ius patronato con li requiſiti ſoliti, e con la
facultà di eligere, nominare li Cappellani ad
vitam, ò amonibili ad nutum, ſecondo ad eſſo
Carlo, e ſuoi heredi, e ſucceſſori parerà, e pia-
cerà, quia ſic, &c. E con vn'altro peſo, che caſo
che eſſo Carlo haueſſe torto nella lite moſſali
da Mõſignor* Datario *per li frutti del Bene-
ficio, ſia obligato detto Donatario ſodisfare
delle dette quantità recuperande, così lo loro
capitale, come le terze, quia ſic, &c.*

Donatione ità diſpoſita Achilles de Fal-
conibus ſtatim ſubſequenti die litigium in
Tribunali Fabricę aduerſus Framatinum de-
nunciat. Ille vocatus exceptiones dicit; ac li-
tem pendere in Epiſcopali Curia Iunenacen.
opponit; apud illum Iudicem interpellari
debere. non hic agi de pia cauſa, neq; de fa-
bricæ Sancti Petri intereſſe. ceſſare proindè
dictæ fabricæ iuriſdictionem. eſſe prætenſam
hanc donationem fraudulentam, & de re
non propria, neq; omninò ſubſiſtere. Fit itaq;
cauſæ ſtatus: Sint ne firmæ Framarini excep-
tiones? Firmas vtiq; illas, ſtabileſq; eſſe, aſſe-
ueramus. Accipiat caput hæc, quam ordi-
mur, tela, à donationis fraude. Facta nempè
eſt ſub pietatis nomine, vt transferret iudi-
8 cium in Fabricæ Tribunal, quod via proce-
dit executiua, cùm duæ pro ipſa fuerint ſen-
tentiæ, ex Pij Papæ Quinti Conſtitutione, quę
incipit: *Et ſi omnium litium, &c.* eãq; refert
quoq; *Quaranta in ſumma Bullarum*, verbo
Fabrica. in fin. & diximus *reſponſ.* noſtra 14.
9 *num. 21. par.* 1. Alienauit proindè rem, quam
non poterat, lite pendente, vt in potẽtiorem
iudicium transferret, contra Sacrorum ſtatu-
ta Canonum *cap. 1. & 2. de alienat. iudicij
mutãdi cauſa facta*, & ibidem *Gloſſ. &* Scri-
bent. *Gloſſ. in cap. ex litteris. 7.* verbo *vel an-
tequam. de iure patronat.* ex Gelaſio Papa *in
can. quia res in litigio.* 50. alias *fin. 11. quæſt.*
1. atq; legitimas ſanctiones in *l. penul. & fin.*
10 *C. mandati.* In fraudem idcirco id fecit,
quia per calliditatem, & verſutiam, vt Alexã-
dri III. verbis vtamur *dict. cap. 1. de alienat.
iudicij mutandi cauſa facta.* & circumue-
niendi animo, vt Imperator loquitur *d. l. pe-
nult. in fin. C. mandati.* Fraus enim fieri dici-
11 tur, vbi id fit, quod fieri non debuit. ex Pau-
lo in *l. contra 29.* & Vlpiano *in l. fraus. 30. ff.*
12 *de legibus.* nullo proindè modo alienatio
prædicta ſubſiſtet. quin in pœnas dedit alie-
nãs prafatus in *dict. cap. 2.* ſiue *fin. de alienat.
iudicij mutandi cauſa facta.* contẽtas, & *cle-
ment. cùm lite pendente. 2. vt lite pendent. cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ 3. vt lite pend.* & ibi-
dèm *Abb. & l. 1. & 2. C. ne liceat potentiori-
bus. l. 1. & 2. ff. de alienat. iudicij mutandi*
13 *cauſa facta.* quinimò nulla omnino aliena-
tio ipſa redditur, neq; effectum producit,
cùm contractus ipſe ceſſionis, ſiuè dationis
nullus omninò ſit. vt *Innocen. & Abb in c. 2.
de alienatione iudicij mutandi cauſa facta*
docent. ſequiturq; *Afflict. deciſ. 354. in fin.* eſt
tex. ſatis apertus Conſtantini Cæſaris in *l. li-
te pendente 2. C. de litigioſ.* ibi: tanquàm ſi ni-
hil factum ſit; lite nihilominùs peragenda. *&
l. cenſemus 4 C. eod Gloſſ. in cap. quia V. qui
violenter. 11.* verbo *ſicut inter eundem. in fi.
verſ. & ſicut ille, qui recipit rem. de iudic.*
hanc ſequitur ſententiam Hieronymus *à Ce-
uallos commun. contra communes. p. 3. quæſt.*
820. *num. 28. & ſeq.* & Regens *Ioannes Frã-
ciſcus Sanfelicius deciſ. 2. num. 6. 7. & ſeq.*
14 *part.* 1. Dolis nempè, atq; occultis partium
machinationibus hoc pacto occurrere ſacræ
voluere leges, iuxtà Iuſtiniani Cæſaris ſensũ
dict. l. cenſemus 4. § ſin autèm. C. de litigioſis.
& ſequuta fuit *Rota in Bononien. tranſactio-
nis 8. Iunij 1637. coram Cardin. Veroſpio de-
ciſ. 227. num. 1. & 14. part. 7. recentiorum per
Rubeum, & in eadem cauſa 26. Nouembris
1633. coram eodem deciſ. 281. num. 1. & ſeq.
& num. 18. ead. part. 7. per eund. Rubeum* ex
gloſſ. notabili in *d. cap. ex parte. 2.* aliàs *fin. de
alienat. iudicij mutandi cauſa facta* verbo
15 *Eccleſiaſticum.* rationem reddente; quia per
hoc mutatur iudicium. Idcircò enim dona-
tionem fecit D. Achilli ſub pietatis nomine,
vt in Tribunal Fabricæ iudicium mutaret, &
quod alia obtinere via non poterat fortaſsè,
hac ſecurius haberet, neq; ſe valentem de-
16 fendere opprimeret, iuraq; omnia doloſa
mente, & abſcondita machinatione violaret.
verbis vt vtamur Iuſtiniani Cæſaris *d. l. cen-
ſemus. 4. § ſin autèm. C. de litigioſis.*

Patefit autèm animus doloſæ huius ma-
chinationis, non ob pietatem D. Achilli do-
naſſe, ſed vt hoc modo in Tribunal Fabricæ
iudicium mutaret, ex pacto, quod demum
addidit, vt ſupra quoq; retulimus, dicens.
*E con vn'altro patto, che caſo detto D. Carlo
haueſſe torto in la lite moſſali da* Monſignor
Datario *per li frutti del beneſi io, ſia obliga-
to detto donatario ſodisfare delle dette quan-
tità recuperande, così lo lor capitale, come le
terze, quia ſic, &c.* Cõfinxit itaq; pietatis no-
men, non verè pietate ad donandum motus.
Voluit nempè, vt pecuniæ recuperãdæ in ſui
etiam commodum cederent. non tranſtulit
proindè in donatarium dominium. retinuit
ergò illud adhuc apud ſe. non itaq; tradidit,
17 quod donare ſe finxit. Traditionibus verò
dominia rerum, non nudis pactis transferũ-
tur. Imperatores Valerianus, & Gallienus
diſpoſuere *in l. traditionibus. 20. C. de pactis,*
& ibidèm *Gloſſ.* verbo *traditionibus.* condi-
tiones quaſdam perpendẽs: vt videlicet cau-
ſa vera ſit, & non ficta, atq; idonea ad tranſ-
18 ferẽdum dominium, & à Domino fiat. Quia
nimirum ſi dominium non habuit, ad eum,
qui accipit, nihil tranſtulit. Vlpianus loquitur
lib. 29. ad Sabinum in *l. traditio 20. ff. de ac-
quirendo rerum dominio. cap. quod autem
5. in fin. de iure patronatus.* & ibidèm *Gloſſ.*
verbo *pro non dato.* dicens. *Sic ergo pro non
dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure*

dare

dare non poteſt. allegat *text. in dict. l. traditio*
20. ff. de acquirenda rerum dominio. Cum n.
19 res donatur, à Domino tradita alienatur.
§. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſio-
ne. Nihil autem hic alienatum à Domino
fuit, voluit nempè, in ſui commodum pecu-
nias recuperandas expendi. retinuit propte-
reà rerum earũdem dominium. Fictio ergo
magis fuit, quam in cauſam piam donatio.
20 Nam, quod priùs fucatè moliebatur dona-
re, poſtmodùm conatur quadam vſurpatio-
ne ex toto auferre. verbis vt loquamur Ioã-
nis Papæ in *can. viſis litteris 1. in fin. 16. q. 2.*
Et quod benignè conferre videbatur, frau-
dis conſilio reuocauit. verba ſunt Modeſtini
lib. 8. differentiarum *in l. ad res donatas. 62.*
§. fin. in fin. ff. de ædilitio edicto. ſequiturq;
Gloſſ. d. can. viſis litteris 1. in fin. verbo *frau-*
21 *de 16. quæſt. 2.* Nihil ergo donauit, nihil tra-
didit, quia in donatarium nihil pleno iure
tranſtulit. vt *Gloſſ.* aduertit eodem *can.*
22 *viſis litteris*. verbo *tradita*. Verba itaq; dedit,
non res, verba & ipſe vt recipiat, quam iuſtiſ-
ſimè fit. iuxtà Gratiani verba in *can. Eccle-*
ſias 1. §. ad hæc callida 13. q. 1. quo loco *Glo.*
verbo *verba*, ſic placidè luſit.

Res dare pro rebus, pro verbis verba dare
ſolemus.

Et planè videat quiſquis ſano iudicio eſt,
quid (quæſo) hic pietatis nomine donauit.
Non ſua, nam quod donauit ius, ſiuè actio-
nem ad prætenſos fructus, & intereſſe, non
ſuum erat, ſed vxoris. Cedebant quippè hi
23 fructus, & intereſſe, quatènus quidèm debe-
rentur, atq; recuperarentur, in ſortem dotis,
atq; fundum, vt ipſemet aſſeruit Carolus, di-
cens: *Come à tempo ſi casò con detta Signora*
Giulia hebbe in dote alcuni ſtabili nella Cit-
tà di Giouenazo col ius di ricuperare li frut-
ti, & intereſſi di detti ſtabili, &c. In dotem
proindè ceſſerunt, iuxtà Gordiani Cæſaris
ſenſum *in l. etiam 8. in fin. C. de iure dotium*,
vbi *Bart. & Bald. in princ. & num. 4. Rota*
apud Duranum deciſ. 399. num. 11. part. 2.
24 Alienare proptereà hæc haud poterat, neq;
ad pia diſponere, vxore ſaltim non conſen-
tiente, quatènus & illa poſſet. ſecundùm Scę-
uolæ ſententiam à Paulo probatam lib. 8. ad
Paulutium in *l. ſi is, qui Stichum. 57. §. fin. in*
fin. ff. de iure dotium, & ibidèm *Gloſſ.* verbo
reuertatur. idem Paulus lib. 36. ad edictum.
in l. fundus dotali. 3. & Caius in *l. lex Iulia 4.*
Vlpianus *in l. Iulianus 5. & in l. ſed nec liber-*
tas. 6. ff. de fundo dotali. Adeò quippè ſanctũ
25 legibus viſum eſt, mulierum dotes firmas
eſſe, vt neq; pacto deteriores illas reddi poſ-
ſe, diſpoſuerint: meliores quidèm pacto fie-
ri, aſſenſum præſtitere, deteriores verò nec
conſenſere. adſtipulantur hoc Paulus lib. 35.
ad edictum in *l. de die 14.* & Caius lib. 11. ad
edictum prouinciale in *l. id eſt 15.* idem Pau-
lus *l. vt autem 16.* & Proculus lib. 6. Epiſtola-
rum in *l. Atticinius 17. ff. de pactis dotalibus*,
Rota apud Sanctæ memoriæ Gregor. XV.
26 *deciſ. 317. num. 6.* Nec valeat maritus rebus
dotalibus renunciare, vxore diſſentiente. ex
Modeſtino in *l. ſeruus dotalis 59. in fin.* &
Pomponio in *l. fin. ff. ſolut. matrimon.* Nullus
autem in hoc facto vxoris acceſſit cõſenſus,
fuit proinde donatio nulla: Quia facta ab eo,
27 qui rei Dominus non erat. Dat autem ne-
mo, quod non habet. regula *nemo poteſt. 79.*
de regul. iur. in 6. can. Daibertum. 24. in fin. 1.
quæſt. 7. Aemylius Ferrettus conſ. 22. nu. 1. &
2. nec quiſquam poteſt accipere, quod in
dante non aderat. *can. ventum eſt 18. §. ſed*
è contrario 1. quæſt. 1. can. præsbyterum
16. diſt. 28. Præter quàm quòd, eatènus da-
28 tum ſubſiſtit, quatènus ſit illud dantis, vt ſi
eius non ſit, datum depereat, nec ratio pa-
tiatur æſtimari deberi id, quod deeſt. vti ex
Aphricani dictis argumentamur in *l. ſi ſer-*
uus legatus 111. §. qui quinq; ff. de legat. 1. eo-
demq; modo ex Vlpiani in *l. ſi ſic legatum*
78. §. ſi mihi. eod. de legat. 1. quatenus decer-
29 nit Vlpianus, ſi, quod mihi non debetur, le-
gauerim, euaneſcere legatum. & notat *Bart.*
ibid. num. 2. in fin. Ioann. Cephalus conſ. 312.
num. 69. vol. 3. Gratian. forenſium diſceptat.
par. 5. cap. 988. num. 1. & ſeq. Dedit proindè
Carolus Achillii, quod ſuum non erat. nulla
30 idcircò datio. Fuiſſet proindè nulla quoq;
donatio, quàmuis illa Fabricæ ipſi Sancti Pe-
tri Baſilicæ facta fuiſſet. Vt enim illa firma
ſit, non quouis modo, ſat eſt, fiat; ſed oportet,
vt de debitis ceſſis conſtet per inſtrumenta,
ſeu per teſtes idoneos parte citata examinan-
dos, & concludenter debitum probantes, aut
alias legitimas probationes, & ſi debitũ me-
diatè ex quouis titulo, etiam ceſſionis libera,
& ſine fraude, nec ad commodum cedentis fa-
cta. vt ſunt verba Conſtitutionis Clemen-
tis VII. anno 1542. Pontificatus verò ſui ſe-
cũdo, de iuribus Fabricæ diſponentis, dedu-
ximuſq; nos *reſponſ.* noſtra *68. num. 9. & 10.*
part. 3.

Hic autem de nullo agitur Fabricæ inte-
reſſe, neq; Fabricæ donatum, neq; liberè D.
Achilli, ſed fraudulentèr ſub eius nomine, vt
quod aliàs probari non poſſet, in Tribunali
Fabricæ per leuiſſimas probationes extor-
queretur, cùm neq; per inſtrumẽta, neq; per
probationes legitimas de credito conſtet,
neq; cedentis res, ſiuè ius ſit ceſſum, & in cõ-
modum quoq; cedentis tranſeat, vt in ſupe-
rioribus quoq; deduximus.
31 Neq; Fabrica auocat vllo pacto cauſas, vbi
de eius fundato intereſſe non agitur, vt ex d.
Clementis VII. Cõſtitutione apertiſſimè pa-
tet. & nos latè deduximus d. noſtra *reſponſ.*
68. per tot.
32 Porrò Tribunal hoc Fabricæ non ideò ex-
citatum fuit, vt pia exequeretur legata, cùm
hoc per quàm optimè per Epiſcopos locorũ
Ordinarios executioni mãdaretur; tùm Im-
perialium legum Conſtitutione, tùm Sacro-

Ttt rum

rum Canonum, tùm quoq; Sacri Tridentini
Concilij ſanctione; ſed vt portiones faciliùs
excerperet, pro Fabrica Baſilicæ Principis
Apoſtolorum, Cœliq; Clauigeri, complen-
da; vti ex Conſtitutionibus Summorum Põ-
tificu Iulij II. Leonis X. Adriani VI. Clemẽ-
tis VII. Pauli III. Pij V. per quàm luculentiſ-
33 ſimè legitur. Ne tamen poſt excerptas por-
tiones inexecuta pia remanerent legata, vo-
luere præfati Summi Pontifices, cùm primis
verò Pius Papa V. Conſtitutione ſua, quæ in-
cipit (*exigit*) non priùs excerpere portionem
ſuam Fabricam, quàm relicta ipſa pia execu-
tioni demandari omnimodò curaſſet. Eſt
itaq; hoc ſecundariũ, non primarium Fabri-
cæ Tribunalis intentum: primarium verò
ſuam pro fabrica excipere portionem, vti
oſtendimus *dict. reſponſ. 68. à num. 58. cum
ſeq. part. 3.* & in noſtro *Apologetico* pro iuri-
bus Eccleſiæ *reſponſ. 1. per tot.* De nullo
propterea intereſſe fabricæ in hoc agitur, vt
apertiſſimè patet ex verbis ceſſionis ipſius,
quæ initio retulimus. non ergo ius habet Fa-
34 brica cauſas auocandi ab Ordinarijs loco-
rum Epiſcopis, vt ad ſuum illas trahat Iudi-
cium. ſequentibus nempè Clemens VII. in
ſua iam dicta Conſtitutione.

*Et ne ipſi Collegium, & ab eis pro tempore
eligendi officiales, pro exigendis oblationibus,
bonis, & rebus fabrica; tam ratione contra-
ctuum, quàm quarumcunq; diſpoſitionum
inter viuos, & vltimarum voluntatum, pro
tempore debitis, in diuerſis Tribunalibus liti-
gare cogãtur, & per varias cauillationes, &
ſubterfugia ſolutiones differantur; ſicq; pro-
ſecutio fabrica huiuſmodi impediatur, quod
Collegium pręfatum Ordinariam iuriſdictio-
nem exercere, & de quibuſuis cauſis quorũ-
cunq; dicta fabrica debitorum, etiam quo-
rumcunq; etiam maximarum ſummarum,
ex quauis cauſa contractorum, cum peritorũ
Conſilio cognoſcere, & iudicare ad inſtantiã
Oeconomi, ſeù procuratoris ipſius Fabrica per
Collegium præfatum deputandi, procedere
valeat, &c.*

Quæ nos quoq; deduximus *d. reſponſ.* no-
ſtra 68. *nu. 9. par. 3.* Eatènus ergò ius eſt Tri-
bunali Fabricæ cauſas alibi pendentes ad ſe
auocandi, ſuoque iudicio terminandi; qua-
tènus de intereſſe agitur fabricæ, De nullo
verò hic fabricæ intereſſe agitur. haud pro-
ndè ad ſe, ſuumq; iudicium cauſas alibi pẽ-
35 dentes auocare poterit. Tùm quia cauſa nõ
extat, ob quã priuilegium datum fuit. ceſſa-
bit proindè, atq; præpedietur effectus; cauſa,
à qua procedit, non exiſtente. *cap. cùm ceſſã-
te 60. de appellat. cap. magna deuotionis. 7. in
fin. de voto. can. quod pro remedio 7. vbi Gloſ.*
verbo *ceſſante 1. q. 7. l. 1. C. de donat. quæ ſub
modo. Gloſſ. in cap. ita quorundam. 6.* verbo
Ferrum. de Iudæis. referens carmen illud.

Nã cauſatum perimit cauſa perempta ſuũ.

36 Tùm etiam quia Priuilegium in ſua for-
ma ſeruandum, verbiſq; inſiſtendum, quibus
Princeps vtitur, priuilegiũ indulgens ad *text.
in cap. porrò 7. de priuileg. & ibid. Gloſſ.* ver-
bo *tenorem. Bald. in cap. licet n. 1. in 3. notab.
de tranſlat. Epiſcop. Rota apud Card. Mãtic.
deciſ. 82. n. 5. & deciſ. 163. n. 2.* In materia po-
37 tiſſimùm odioſa, & quæ in præiudicium ten-
dit tertij. ad *tex. in cap. olim. 16. de verbor. ſi-
gnific. extrà & cap. ſi Canonici. 2. de offic. or-
din. in 6. Benedictus Capra regula* 102. *n. 15.*
diximus *reſponſ.* noſtra 78. *nu. 56. 57. & 58.
part. 3.*

38 Quòd verò de nullo agatur fabricæ inte-
reſſe, in palam id deducitur. Cùm quòd nulla
hic intrat fabricæ portio, neq; quintæ, neq;
medietatis; illa quidèm poſt annum, hæc ve-
rò triennio, iam exacto à morte teſtatorum.
Hę nempè portiones nullo debẽtur pacto, ſi
nulla vel hæredum, vel exequi debentium
negligentia interceſſerit, iuxtà fabricæ priui-
legia, atq; Pij V. Conſtitutionem, & Declara-
tiones Eminentiſſimorum eiuſdem Collegij;
vti refert quoq; *Quaranta in ſumm. verbo fa-
brica* §. 1. Et quidèm quòd nulla intercedat
Achillis negligẽtia, quin magis multa ſit eius
has habendi pecunias ſolicitudo, ac diligen-
tia, vt multas propterea parum curarit nul-
39 litates, ex ipſa paret actorum reuolutione.
iuxtà *Gloſſ. 1.* & receptam *in fin. in l. iuſtum
6. C. de edendo. Bar. in l. fin. C. de rebus credit.
Rota apud Sanct. memor. Greg. XV. deciſ. 416.
n. 5. & 8.* diximus *reſponſ.* noſtra 13. *num. 24.
par. 2. & reſponſ. 78. nu. 11. par. 3.*

Tùm, quòd onus eidem adiectum eſt: *ac-
ciò preghi Dio per l'anima ſua*. Huic autem
rectè ſatisfecerit oneri, vel ſi ſaltem ſemel
40 orauerit.. cùm onus hoc ſimpliciter verbis
iniũctum fuerit. vnico proindè actu, ac pri-
mo faciet ei ſatis. ad *tex. in l. boues 89. §. hoc
ſermone. ff. de verbor ſignif.* & ibidèm *Tira-
quell in princ. Rota apud Card. Mantic. deciſ.
321. n. 6. Perez de Lara de anniuerſar. lib. 1. c.
3. n. 1. & ſeq.* diximus *reſponſ.* noſtra 4. *n. 27.
part. 3. & reſponſ. 74. nu. 5 ead. part. 3.*

41 Tùm præterea quòd oneri non antè, ſed
poſt habitas pecunias, fieri ſatis oportebit,
ne priùs onus ſubeatur, poſtmodùm emo-
lumentum quæratur, neq; emolumentum
hoc certum ſit, & liquidum, ſed illiquidum,
& incertum. ad text. Vlpiani in *l. Seio amico
10. ff de annuis leg. & c. 1. & Gloſſ. ibid.* verbo
*conſolationum. de ſepultur. extrà. can. Eccle-
ſiaſticis 57. in princ. 12. q. 2.*

Nullo itaq; de fabricæ hic intereſſe agitur.
Nullũ proindè ius ſupereſt ei, cauſas iam an-
tea coram Ordinario Epiſcopo pendentes
ab eo auocãdi. Sinat propterea fabrica, corã
Ordinario Epiſcopo Iuuenacen. Achillem
experiri, an ius ſit ei, ex Caroli ceſſione, neq;
42 patiatur iniuſtitiam alteri fieri, pietatis
ſub velamine. ne dicatur ei, quod de qui-
buſdam Apoſtolus ad *Roman. 3. 8.* dicere,
43 dixit: *faciamus mala, vt veniant bona. quorũ*

dam-

Digitized by Google

damnatio iuſta eſt. & eſt *tex.* Gregorij *in*
can. non eſt putanda 27. 1. *q.* 2. & Innocen-
tij III. *in cap. ad Apoſtolicam* 42. *de Simon.*
vbi *Gloſſ.* verbo *pietatis*: dicẽs: Prætextu pie-
44 tatis non eſt impietas cõmittenda. docuitq;
Alexander III. *in cap. ſuper eo.* 4. *de vſuris*,
non eſſe licitum vſuram permittere, etiam
pro pio opere, lucidiuſq; ad rem noſtram
Gloſſ. ibid. verbo *diſpenſationem*, dicens: ar-
guitur, quòd prętextu boni, malum fieri non
debet. pluraq; nos deduximus *reſponſ.* no-
ſtra 27. *n.* 5. *cum ſeq. & n.* 8. *part.* 2.
Sub pietatis itaq; velamine, iniquitas haud
permitti debet, vt cõtra fas ad iudicium tra-
hatur incompetens *Framari*nus.
45 An, non doloſæ machinationis animus in
palam fit, etiam quòd non deerant Eccleſiæ,
nec Monaſteria, quibus donare vtiliùs po-
tuiſſet, vt orarent pro eo; & ex maioribus
46 meritis, & orationibus, maiora perciperet
animæ ſuæ commoda multiplicatis interceſ-
ſoribus? ad *tex. in can. parſimoniam* 5. *& Glo.*
ibid. verbo in priuatis. diſt. 41. & tradita per
Nauarr. de orat. & horis canonic. c. 10. *n.* 46.
& c. 17. *nu.* 38. *& ſeq.* argumento *tex. in cle-*
ment. ex frequentibus 1. §. *quod etiam in fin.*
cum *Gloſſ.* ibidem verbo *comprobatur. de ſen-*
ten. excomunic. ex illo *Prouerb.* 11. *&* 14. Sa-
lus autem vbi multa conſilia. *&* 15. 22. Diſ-
ſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium:
vbi verò ſunt plures Conſiliarij, confirman-
tur. Dicere nempè poterunt quod Diſcipuli
de Cananitide illa: *Dimitte eam, quia clamat*
poſt nos. Matth. 15. 23. Voluit tamen viri tan-
tùm donare, quia cum eo iam occultè faci-
lius concordauit de quota litis. indè quippè
addidit; vt recuperatis pecunijs de medietate
depoſitum fieret pro erigendo beneficio iu-
ris patronatus ad voluntatem, & arbitrium
ipſius donantis, vt hoc prætextu, hacq; ima-
gine, pietatem machinatio redoleret, doluſq;
ſimularetur, & per Tribunal Fabricæ præri
peret, quod non poterat aliàs. Fraus verò, ac
47 dolus nemini patrocinium ferre debet. iuxtà
Alexandri III. ſenſum *in cap. audiuimus.* 3. *in*
fin. de colluſione detegenda. & ibidèm *Gloſſ.*
fin. allegans *tex. in can. legi* 36. 16. *q.* 1. qua-
48 tènus Auguſtinus probat ibidem, non eſſe
malum Monachum ad Clerum aſſumendum,
rationem referens: quòd ordini Clericorum
ſit indigniſſima iniuria, ſi deſertores Mona-
ſteriorum ad militiam clericatus eligantur:
cùm ex eis, qui in Monaſterio permanent,
non tamen niſi probatiores, atq: meliores in
clerum aſſumere ſoleamus: niſi fortè (ſicut
49 *vulgares dicunt) malus choraula, bonus ſym-*
phoniacus eſt; ita ijdem ipſi vulgares de no-
bis iocabuntur, dicentes; malus Monachus,
bonus clericus eſt. Rationemq; reddit Vlpia-
nus lib. 31. ad edictum *in l. verum* 64. §. *tem-*
pus ff. pro ſocio. dicens: *Nec enim æquum eſt,*
50 *dolum ſuum quemquam releuare.* repetitq;
lib. 21. ad edictum in *l. non fraudantur* 147.
ff. de regul. iuris in fin. Inquiens: *Nemo ex*
ſuo delicto meliorem ſuam conditionem face-
re poteſt. Non itaq; meliorem ſuam condi-
tionem facere debebit, qui machinatione
51 ſua dolum, pietatis imagine, cœlauit. Quin
magis Sanctum legibus æſtimatur; vt qui alij
nocendum eſſe æſtimauit, ipſe ſuam ſentiat
iacturam. vti Iuſtinianus loquitur Cæſar in
d. l. ſi legatarius. 25. *C. de legat.* & in initio di-
ximus. vt metat quiſq; vt ſeminauit; & in Pro-
52 uerbijs habetur: Vt quiſq; ſementem fècerit,
ita & metet. Prauum ergo eſt, & contra Do-
minicum præceptum, & detrimentum animæ
ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei
nulla ratione conceditur. verbis vt loquamur
Damaſi Papæ in *can. hanc conſuetudinem*
15. 10. *q.* 1. Remittat proindè Fabrica ad Epi-
ſcopi Iudicium, quod ſuum non eſt cogno-
ſcere. vt cuiq; quod ſuum eſt, reddatur, quod
53 facit iuſtitia. *l. iuſtitia.* 10. *ff. de iuſtitia, &*
iure. §. 1. *Inſtitut. eod. cap. ex ore* 17. *in prin-*
cip. de priuileg. extrà. Gregorius IX. *in proœ-*
mio decretalium. §. *ideò lex.* & ibidèm *Gloſſ.*
verbo *Ius ſuum. S. Thom.* 2. 2. *q.* 58. *art.* 11.
diximuſq; *reſponſ.* noſtra 16. *n.* 45. *&* 46. *p.* 3.
Atq; ità ex his, quæ iudicio ſupponimus,
quàm lubentèr, prudentiori, reſpondendum
cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Licèt quidèm Sacra Congregatio procedi in cauſa priùs mandaſſet, tamen poſtmodùm Epiſcopo inſtante, ſequentibus ad Illuſtriſſimum Dominum Franconum Epiſcopum Nucerinum, & Commiſſarium Generalem reſcripſit.

Foris quidèm. *All'Illuſtre, e molto Reu. Sign. come fratello Monſignor Francone Veſcouo di Nocera, e Commiſſario Generale della Fabrica di S. Pietro. Napoli.*

Intus verò. *Illuſtre, e molto Reuer.* Sign. *come fratello. Si bene con la lettera di queſta Sacra Congregatione ſcritta ſotto li* 12. *del paſſato fu rimeſſa in coteſto Tribunale la cauſa, che haue la Fabrica congiuntamente con D. Achille delli Falconi contro Gio. Tomaſo Framarino da Giouenazo. In ogni modo per hauere Monſignor Veſcouo di quella Città inuiata vna ſcrittura in iure, nella quale con molte raggioni cerca moſtrare, che non ſia luogo all'auocatione di queſta cauſa dal Tribunale ſuo, doue prima pendeua. Queſti Eminentiſſimi miei Signori ordinano, che nella medeſima cauſa ſi ſopraſeda, perche in tanto ſi conſideraranno dette raggioni, e ſi farà poi intendere à V. S. quel tanto s'haurà da fare. E li prego dal Signore ogni proſperità. Roma 2. Settembre 1645.*

Di V. S. come fratello. *Il Card. Lanti.*
Monſignor Franconi.

Andrea Ghetti Economo.
Cum *Sigillo* S. *Petri.*

SVMMARIVM.

1 Hominem, poſtquàm creauit Omnipotens Deus, poſuit eum in Paradiſo voluptatis.
Vt operaretur, & cuſtodiret illum.
Eumq; ſolum eſſe non bonum viſum eſt Deo.
Fecitq; ei adiutorium ſimile ſibi. n. 2.
Atq; ex coſta Adæ mulierem creauit.
Eamq; Adæ dedit in vxorem.
3 Eua quando eam ex coſta in mulierem formauit Deus, mulier fuit perfecta, non puella inepta matrimonio.
Quarè ex viri coſta creata maximum vt oſtenderet amorem, quo ſe inuicem proſequi debent. n. 10.
4 Vxor ſocia debet eſſe viri. & adiutrix operæ domeſticæ.
Et conſtituta in ætate, vt nouerit quid agat.
Et viri ſocia vtriuſq; fortunæ. n. 5.
5 Agathoclis dictum ſatis aptum: Vxorem eſſe ſociam viri, vtriuſq; fortunæ.
6 Matrimonium iugum eſt, indè coniugium appellatur.
In matrimonio amor præcipuus eſt. nu. 7.
7 Vir, & vxor debent ſe inuicem diligere.
Et eſſe ſimul ſicut vitis, & vlmus.
Viti fœcundæ vxor à Dauide comparatur. Pſal. 127. 3. n 8.
Ad prolem fœcundandam iunguntur. num. 9.
Quod maximo cum amore præſtare debent.
Indè Eua ex coſta viri creata. n. 10.
Quia ſe debent inuicem diligere vir, & vxor. n. 12.
11 Matrimonio puellas iungere ad patrem ſpectat.
Indè iunguntur, vt matres fiant. n. 14.
Ex honeſtate quidèm, non ex neceſſitate. n. 93. & 96
13 Amatoris fœmæ, & vita. ex Plutarcho.
15 Homo liber poſſideri non poteſt.
16 Manutentio viro in vxorem non datur, ſi tempore motæ litis in eius poſſeſſione non erat.
Manutentio enim poſſeſſori datur.
Manutentio non datur, niſi ad terminos præcedentis poſſeſſionis. n 19.
Eſt enim continuatio antiquæ poſſeſſionis. num. 20.
Neq; datur vbi à validitate tituli pendet, de titulo priùs non docto. n. 21.
17 Poſſidere non videtur, qui dari ſibi petit.
18 Petit nemo quod habet.
Neq; ſuum quis recipit.
22 Sequeſtranda interim puella eſt, donec de titulo diſſeritur matrimonij.
Si præſertim impubes fuerit, & non apta concubitui. n. 27. & 32.
Et timor ſubeſt peccati. n. 30.
Non itàq; reddenda viro. n. 46.
Potiſſimùm, ſi vir eam à concubitu abieciſſet. n. 48. & 66.
Nàm inepta præſumitur matrimonio.
23 Matrimonium inter virum, & mulierem vt conſtare poſſit.
Eos puberes eſſe oportet.
Ratio affertur n. 25.
24 Puberes qui dicantur. & n. 35.
25 Matrimonium ſine conſenſu non conſiſtit. & n. 65.
Neq; præſumitur, niſi probetur. n. 26.
Quia licèt ex matrimonio naſcantur homines.
Matrimonio tamen iuncti non vtiq; naſcuntur.
Matrimonium ex libera pendet contrahentium voluntate. n. 91.
Et eorum ſolus ſufficit conſenſus.
Matrimonium cum puella nouem annorum, & dimidio conſtare non poteſt. n. 27. & 65.
Quia non intelligit quid agit.
Atq; propterea nec conſentire.
Matrimonij condimentum amor.
28 Conſenſus ſine intellectu præſtari non poteſt.
29 Volitum nihil, niſi præcognitum.
31 Reſtitutio denegatur, vbi de materia agitur ſcandaloſa.
Atq; peccati nutritiua.
32 Matrimonium contractum cum puella impubere non apta viro, in ſponſalia tranſit de futuro. & n. 45.
Quia quid agat ignorat n. 44.
Secùs ſi malitia in ea ſuppleat ætatem. num. 33.
Quod tamen probandum erit. n. 34.
Quia contra iuris regulam ſit.
Nec qualicunq; probatione, ſed euidenti. num. 37.
Expectandum proindè tempus ætatis legitimæ. n. 45.
36 Fœmina ante 12. annum completum inepta ſecundùm ætatem ad matrimonium eſt contrahendum.
38 Fundamentum intentionis cuiuſq; probandum.
39 Malitiam ſupplere ætatem, qui dixerit, duo copulatim probare debet.
Et quæ?
Vt vnum ſine alio eſſe non poſſit.
40 Prouerbium. Elephantem ex Muſca facere.
Loquere vt te cognoſcam.
41 Petrus ex loquela, quòd diſcipulus Ieſu eſſet, agnitus fuit.
42 Veritas ex ore infantium, & lactentium prodijt.
43 Pondere ſanctuarij res perpendendæ.
47 Viri iuramento ſtandum eſt aſſerentis, ſe cognouiſſe carnalitèr puellam, quæ ſibi matrimonio iuncta fuerat.

Quod

Quod exaudi de puella proxima pubertati.n.52.
Limita, ſi contra virum ſit iuris præſumptio.n.53.
Vel ſi agatur de intereſſe pecuniarum num.54.
49 Amor maximum condimentum rerum.
Facitq; etiam fel dulce.
50 Matrimonium propter filios generandos initur.
Illudq; perficit corporum coniunctio.
51 Vxor ab vtindo dicta.
55 Sententia Iudicis legitimè prolata præſumitur.
Ideòq; ei ſtandum.
Declara in dubio n.56.
Secùs ſi apertè contra ſententiam appareat.
Vt quæ non iuſtificatur ex actis.n.57.
Vel quæ contra ius lata eſt.n.58.
Vel ſi iniuſta, & iniqua.n.59.
Etiam ſi commiſſa ſit cauſa appellatione remota n.60.
Vel ſi ſit relatiua ad acta, quæ nulla ſint. num.62.
Vel ſi prolata ex falſa cauſa.n.64.
Vel ſi nulla ex ipſa natura oſtendatur, num.68.
Vel ſi lata ſine iuriſdictione.n.70.
61 Sententia in cauſa matrimoniali in iudicatum non tranſit.
Ob periculum peccati.
Nec habere poteſt maiorem vim, quàm matrimonium ipſum.n.63.
67 Naturas rerum ſolus Deus mutare poteſt.
Neq; celari poteſt.n.69.
71 Ordinarijs debent dirigi Apoſtolica diplomata, iuſtitiam, vel diſpenſationem concernentia.ex Tridentino Concilio.
72 Sententia in non ſubiectum dicta, nulla.
Ex defectu iuriſdictionis.
Sine qua nihil omninò tenet.
73 Iuriſdictio dicitur lapis angularis iudicij.
Et de ea in primis conſtare debet.
74 Datæ tempus inſpicitur, vt quis ſit idoneus ad gratiam obtinendam, non præſentationis.
75 Matrimonium coràm non proprio Parocho contractum, eſt nullum. & n.88.
76 Parochus proprius dicitur vel ratione originis, vel domicilij, ſiuè habitationis.
77 Origo propria mutari nullo pacto poteſt.
78 Domicilium ſine animo perpetuo permanendi non contrahitur.
Et ſolus animus diſcedendi domicilio contrahendo repugnat.
Duoq; requiruntur, factum, & animus. num.79.
Præſertim ad matrimonium contrahendum.n.80.
Nàm non ſuffiit habitatio paucorum dierum.
Vel menſium animo redeundi.
Hic enim nihil à peregrinante differt. num.81.
Vel ſaltim domicilium requiritur pro maiori parte anni ad matrimonium contrahendum.n.83.
82 Hoſpes quis nàm dicatur? & n.87.
84 Domicilium patris ſequitur filius.
Exauditur, ſi cum patre filius habitet. num.85.
86 Filius patris originem ſequitur, non tamen domicilium.
Quod poteſt habere diuerſum à patre.
Sub patris poteſtate eſt.n.89.
Eiuſq; ſequitur domicilium.
Præſertim impubes.
Exauditur, ſi cum patre habitet perpetuò num.90.
91 Patria poteſtas in his, quæ ſpiritualia ſunt nihil quòad filium proficit.
93 Filia nubere poteſt etiam ſine parentum conſenſu. & n.96.
Decet tamen, vt eorum ex conſenſu prodeat. num.94.
In virginibus potiſſimùm.
Decet enim, vt expetita ad matrimonium accedat.n.95.
Non ipſa expetat.
Ob verecundiam.

ARGVMENTVM.

Puella nouem nata annos, & dimidio, an apta coniugio dicatur, & malitia in illa ætatem ſuperet? Quidue probare oporteat hoc aſſerentem, malitiam ætatem ſupplere? Nùm verò viro, quo cùm matrimonium cõtractum dicitur, vxorem petenti, manutentio danda ſit, vel verò ſequeſtro ponenda puella? quid ſi vir iuramento firmauerit, ſe puellam carnalitèr cognouiſſe, an eius ſtandum ſit Sacramento? & quomodò id procedat? declaratur. Nùm pro ſententia Iudicis ſtandum? & quo nàm pacto exaudiatur iſtud? & quid in cauſa matrimoniali? Quo-

Quomodò verò ex defectu iuriſdictionis ſententia dicatur nulla? & quis proprius dicitur Parochus ad Sacri Tridentini Concilij ſenſum, vt contrahentium matrimonio iurè aſſiſtat? Quando verò quis domicilium contrahere videatur? & nùm filius patris ſequatur domicilium, ad hunc præſertim effectum matrimoniũ contrahendi? Quiduè ſi filius alibi domicilium habeat, ſeorſim à patre? nùm verò mulier patris prætermiſſo conſenſu matrimonium iurè contrahat? & nùm patria poteſtas in ſpiritualibus operetur aliquid?

RESPONSIO XCIV.

1 HOminem cùm creaſſet Omnipotens Deus,poſuit eum in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cu-
2 ſtodiret illum. *Geneſis* 2.15. Cùm
verò vidiſſet, non eſſe bonum hominem eſſe ſolum,dixit: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Immiſit ergo Dominus Deus ſuporem in Adam: cùmq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius,& replenit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Dixitq; Adam. *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur Virago,quoniam de viro ſumpta eſt. Quam ob rem relinqnet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ:& erunt duo in carne vna.*
3 Coſtam, quam tulerat Dominus Deus ab
Adam,ædificauit eam in mulierem,vtiq;perfectam,non puellam ineptam matrimonio; vt enim eſſet adiutor ſimilis illi, ædificauit eam Dominus Deus,atq;in vxorem dedit ei, vt eſſent duo in carne vna. Innocentius III. in *cap.gaudemus* 8.§. *quia verò.de diuortijs.* Socia eſſe debet vxor, & adiutrix operæ do-
4 meſticæ. apud Clemenrem Alexandrinum.
ac tali in ætate conſtituta, vt nouerit quid agat,virumq; amet, ſequaturq; vtraq; fortu-
5 na. vt perpulchrè Theogona vxor Agatho-
clis apud Iuſtinum hiſtoricum *lib.* 23. dixit quondam. Cùm enim ægrè à marito diuelleretur: *Nubendo ſe non proſperè* (inquit) *tantum,ſed omnis fortunæ iniſſe ſocietatem.*
6 Iugum eſt matrimonium, vndè coniugium
appellatur;non vnus propterea,ſed vterq; illud pares ducere debent coniuges. ex Ambroſio in *can.cùm initiatur* 5.*& can. coniuges.*6 *& ſeqnentibus.*27.*q.*2. dicebatq; concinnè huc alludens Ouidius 3. de Ponte ad coniugem ſcribens:

Cùmq; ego deficiam,nec poſſim ducere currum,
Fac tu ſuſtineas debile ſola iugum.
Ad medicum ſpecto venis fugientibus æger,
Vltima pars vitæ dùm mihi reſtat,ades.

7 Quæ nõ eſt apta viro,neſcit amare. Amor
in matrimonio,coniugioq; præcipuus.debet proindè,quæ ducitur,amori apta eſſe. Vt ſint inuicem velut Vitis,& Vlmus ſociati. Ouidius 2.Amor.eleg.16.

Vlmus amat vites, vitis non deſerit Vlmum.
Separor à Domina,cur ego ſæpè mea?

8 Iure proindè merito apud Pſalmiſtam
Dauidẽ *pſal.*127.3.Viti fœcundæ vxor comparatur. *vxor tua ſicut vitis abundans in la-*
9 *teribus domus tuæ.* Ad prolem fœcundandã
iunguntur. Maximo id cum amore præſtare
10 debent. Ex coſta viri Eua creata à Domino
Deo fuit:vt viri in vxorem,vxoriſq; in virum ex corde debere eſſe amorem oſtenderet,ex S.Ambroſio lib. de paradiſo cap. 10. relato *can.nec illud otioſum* 20.*aliàs fin.*33.*q.*5. ibidèmq; *Gloſſ.*verbo *Coſta.* vt collateralis videretur.commentum agit: quia inter virum, & mulierem debet eſſe ſocialis coniunctio ex *S.Thom.* 1.*part.q.*92.*art.*3.*in corpore.* diximus *reſponſ.*noſtra 33.*nu.*13 *par.*2. taléq; qualem Propertius lib. 2. charactere inſinuauit.

Terra priùs falſo partu deludet arantes,
Et citiùs magnos Sol agitabit equos.
Quam poſſim noſtros alio transferre calores:
Huius ero viuus,mortuus huius ero.

Non ſic egere, de quibus nunc factum narramus. Ioſeph iungere ſibi tentauit coniugio nouennem puellam,quam ſibi pater dedit.ex Euripide apud Ambroſium in *can.honorantur parentes* 13.32.*q.*2. Hermione in Andromacha dicẽte: *Sponſaliorum meorum pater meus curam ſubibit. Hoc enim non eſt*
11 *meum.* Cùm verò ætatis defectu matrimo-
nium inter eos eſſe non poſſet: Breue obtinuere Apoſtolicum, quo narratum fuit,proximam pubertati puellam eſſe,eamq;ex Diœceſi Anglonen. Hanc ob cauſam Ordinario Anglonen.demandatum fuit cum clauſula: *Si tibi verè,& legitimè conſtiterit, malitiam ſupplere ætatem: & explorata dicta Franciſca voluntate,ſi ſpontè, & non vi ad matrimonium contrahendum fuerit inducta.* Vicarius Anglonen parum perpẽſis omnibus, neq; ſi ſua eſſet iuriſdictio;neq; inſtituta deſuper

ſuper informatione legitima ſuper expoſi-
tis, diſpenſando etiam in denunciationibus
faciendis,cauſa legitima non præcedente ,
matrimonium contrahi decernit , & ſuper
ætatis defectu diſpenſat. Matrimonium id-
circò de facto per Parochum Terræ Clati-
montis , in qua Pater puellæ demorabatur
Terræ Dominus,contrahitur:teudunt feſti-
nanter ad Terram Gallichij,ibiq;Ioſeph ma
trimonium ſe conſumaſſe iactat . Puella ad
Auiæ domum ætatem legitimam præſtola-
tura,demigrat. Interea conſanguinei, Auus
ſcilicet maternus, Auiaq; paterna,eiuſq; Pa-
truus viri potentes,ac Principes,de nullitate
matrimonij ad Sanctiſſimum proclamant ;
Cauſamquè Eminentiſſimo Cardinali Bon-
compagno Archiepiſcopo Neapolitano per
Breue Sanctitatis ſuæ ſub annulo Piſcatoris
committi obtinent.Citationes ad partes di-
mittuntur; actiſq;tranſmiſſis à Vicario An-
glonen puellaq; Neapolim tráſuecta:ſit cau-
ſæ ſtatus;validum,ne firmumq; ſit matrimo-
nium inter hos putatos coniuges contractũ?
Ioſeph reintegrari ſe ad matrimonij poſſeſ-
ſionem,ſibiq; vxorem reſtitui,inſtat.Sed re-
ſpondetur ei ; neq; matrimonium verum ,
neq; in poſſeſſione eſſe vxoris prætenſæ.nul
lam ſibi manutentionem deberi. Et quidẽ
in poſſeſſione eum non eſſe prętenſæ vxoris,
id apertiſſimè ex his , quæ coram Vicario
Neapolitano puella dixit, per quam lucidiſ-
ſimè deducitur. Interrogata nempè ipſa.Per
quantum temporis ſpatium cum Ioſepho
cubauit?Reſpondit;*per tre notti;e poi dormij
con la Prencipeſſa vaua.*Vt quid igitur per-
ditio hæc ? ſiccine ergò ſtatim cupitis com-
plexibus dilectæ ſponſæ nauſeam , ſtoma-
chumq; contraxit ardens ſponſus , vt poſt
tertiam noctem abijcerit eam , atq; à ſe re-
22 pulerit?An non meminit illius,qui dixit:Di-
lectus meus mihi,& ego illi , & ad me con-
uerſio eius? *Canticor.6.2.& 7.10.*

23 Amatoris ſcenia deſcripſit affabrè Plau-
tus in Mercatore.

*Sum ne ego homo miſer,qui nuſquam benè
queo quieſcere?*
Si *domi ſum foris eſt animus:ſin foris ſum,
animus domi eſt.*
*Ita mihi in pectore,atq;in corde facit amor
incendium .*
*Ni oculos lacrymæ defendant , iam ardeat
credo caput .*

Eccine iſte amabat,iſte ardebat;non hic no-
ſter nouus algidus ſponſus, qui dilectam ſuã
à ſe abijecit,ſtomacho,nauſeaq; euomit. Vel
itaq; erat apta connubio,puella;(dilemmate
24 vt conuincamus illum)& à ſe abijcere non
debebat,ſed magis eam matrem reddere, vt
filios procrearet,ad Innocentij *III.* ſenſum
in *cap.fraternitatis tuæ.6.* & Honorij *III.* in
cap.litteras 7.de frigidis, & maleficiat. Vel
inepta erat, & malitia in ea ætatem non ſup-
plebat, & matrimonium inter eos conſtare
non poterat. non itaq; eius erat vxor. non
15 ergo poſſidebat illam.quia liber homo poſ-
ſideri non poteſt.ex *Innocentio III.* in *cap.
ex parte M.mulieris.14.*ibidèmq; *Gloſſ* ver-
bo *commodo deſtituta.de reſtitut. ſpoliator.*
16 Nulla itaq; ei debetur manutentio,qui, de
tempore potiſſimùm motæ litis in poſſeſſio-
ne non erat . Poſſeſſorem enim tuetur inter-
dictum; quippè cum ſufficiat ei, quòd poſſi-
deat . Vlpianus lib. 69. ad edictum in *l.1. §.
interdictum autem.ff.vti poſſidetis.* Impera-
tor Iuſtinianus in *§.retinendæ poſſeſſionis.* &
§.hodie autem.Inſtitutionib. de interdictis .
Rota in *recentioribus part.2.deciſ.238.nu.1.
& apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.*100. *nu.
5.& deciſ.160.nu.1.* At non poſſidet . non
17 itaq; debetur ei interdictum poſſeſſorium.
Ipſe enim petit dari ſibi prætenſam vxorem,
non itaq; poſſidet . *Quia & ciuilis, & natu-
ralis ratio facit, vt alius poſſideat , & alius à
poſſidente petit .* verbis reſpondemus *Impe-
ratoris d.§. retinendæ Inſtitutionib. de in-*
18 *terdict.*Ipſe petit.non ergo poſſidet. nemo
quippè petit quod habet ; ſed quòd non ha-
bet.nam ſi petit,ideo petit, quia non habet .
alioquin nemo ſuum recipit.ex Vlpiano lib.
23.ad edictum in *l.ſi quis ſeruum comunem.
9.in princ.ff.de ſeruo corrupto.*non itaq; de-
19 betur ei mandatum de manutenendo . Et
quia manutentio non datur, niſi ad termi-
nos præcedentis poſſeſſionis.ad *tex.in d l.*1.
§.interdictum autem ff.vti poſſidetis , quatè-
nus datur interdictum poſſeſſorium , vt vti
poſſidetis poſſideatis.& *d.§.retinendæ poſſeſ-
ſionis.Inſtitut.de interdictis.*& *l.*1. *§.deindè
ait prætor.ff.de aqua quotidiana , & æſtiua*
ex Vlpiano lib. 70. ad edictum.Rota apud S
memoriæ Gregorium *XV.d deciſ.*100.*nu.*5.
& *deciſ.*569.*nu.*1.*& ſequentib.*ibidèmq; *Bel-
traminus* Addens *nu.6.*

20 Porrò manutentio antiquæ poſſeſſionis
continuationem importat. ſecundùm Rotã
in Carthaginen.Canonicatus 1609. *coram
Cardinali Lancellotto apud Marcheſanum
part.1.fol.971.* & in alia Romana nullitatis
donationis 11.Ianuarij 1610. *coram eodem
Card.Lancellotto* , cuius meminit *Beltrami-
nus* ad dictam *deciſ.*569.*num.*5.*Gregor.XV.*
21 *Et* quia , neq; datur manutentio , vbi illa à
validitate pendet tituli,niſi poſtquàm de ti-
tuli eiuſdem firmitate doctum fuerit. vt di-
ctum fuit in vna *Lucen.ſeù nullius iuriſdi-
ctionis 4.Maij 1598.coram Card. Seraphino
deciſ.1278.nu.4.* & ſequuta fuit *Rota apud S.
memor.Gregor.XV.deciſ.*283. *num.*5. & ibi-
dèm *Beltraminus num.8.Lancellottus de at-
tentat.part.3.cap.24.q.19.num 4.Rota in re-
centiorib. part.2. tom. 1. deciſ.423. num.7.*
A titulo itaq; pendet validitatis matrimo-
nij,ſua ne,vel non ſit puella vxor; vt ſi firmũ
illud fuerit,vxorem habeat,ſin verò;nulla in-
terim debeatur ei manutentio .

22 Sequeſtranda igitur interim puella erit
atq;

atq; in tuto reponenda, donec de validitate
conſtiterit matrimonij. d. cap. ex tranſmiſſa
8. ibidémq; Gloſſ. verbo legitimè. de reſtitut.
ſpoliator. Berous in cap. in litteris 5. num. 53.
eod. tit. Gabriel de reſtitut. ſpoliator. lib. 5. cõ-
cluſ. 1. in 22. limitat. num. 146. Sanchez de
matrimon. lib. 3. diſput. 45. nu. 1. in fin. Rota
apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 351. nu. 39.
40. 41. & 42. quod nos inualidum demon-
ſtramus.

Quippè matrimonium inter virum, ac
23 mulierem vt conſiſtat, contrahentes pube-
res eſſe oportet. Iuſtas enim nuptias inter ſe
Ciues Romani contrahunt, (Iuſtinianus Cę-
ſar §. 1. Inſtitution. de nupt. loquitur) qui ſe-
cundùm præcepta legum coeunt; Maſculi
quidèm puberes, fœminæ autem viri potẽ-
tes. Id eſt maiores duodecim annis. Gloſſ.
24 ibidèm commentum agit. docet Iſidorus
lib. 11. Ethymologiarum cap. 2. & 7. canoni-
zatus in cap. puberes. 3. de deſponſatione im-
puber. Nicolaus Papa cap. vbi non eſt con-
ſenſus. 2. Alexander III. in cap. continebatur.
6. Vrbanus III. in cap. atteſtationes 10. &
cap. ex litteris 11. Innocentius III. in cap.
tua nobis. 14. de deſponſat. impuber. Apertiſ-
ſimè Bonifacius III. in cap. vnico §. idem
quoq; eodem tit. lib. 6. cuius verba damus:
Nec matrimonium (quod vt matrimonium
ætate non tenuit prohibente) per lapſum di-
cti temporis conualeſcit; niſi per carnis copu-
lam ſubſequutam, vel aliquem modum alium
contrahentes eoſdem cum eiuſdem perſeue-
rantia voluntatis ad pubertatis tempora per-
ueniſſe conſtiterit euidentèr. ſequiturq; Co-
uar. in 4. decretalium de ſponſalib. & matri-
mon. par. 2. cap. 5. num. 1. Menochius de pra-
25 ſumptionib. lib. 6. praſumpt. 90. nu. 3. Quia
nimirùm intelligere eos oportet quid fa-
ciunt, vt conſenſum præſtare valeant, ſine
quo matrimonium non conſiſtit. Nicolaus
Papa d. cap. 2. de deſponſat. impuber. Alexan-
der III. in cap. cùm locum. 14. de ſponſalibus.
Vlpianus lib. 42. ad Sabinum in l. nuptias. 31.
ff. de regulis iuris. dicens apertiſſimis verbis:
Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.
Nicolaus Papa à Gratiano relatus can. ſuf-
ficiat. 2. 27. q. 2. & ex Ioanne Chriſoſtomo
can. matrimonium 1. ead. cauſa, & quaſt.
26 Hanc ob cauſam cùm ex conſenſu procc-
dat matrimonium, atq; ex facto pendeat,
nunquam præſumitur, ni probatione firme-
tur. non enim matrimonio iuncti (& ſi ex
matrimonio legitimè) naſcuntur homines.
ex Euariſto Papa apud Gratianum in decre-
to can. aliter legitimum. 1. 30. q. 5. ibidèmq;
Gloſſ. verbo contubernia. Alciatus de pra-
ſumptionib. regula 2. praſumpt. 2. num. 5. &
praſumpt. 5. nu. 1. & ſeq. Maſcard. de proba-
tionibus tom. 1. concluſ. 597. nu. 13. & tom. 2.
concluſ. 1023. nu. 1. & ſeq. Surdus conſ. 364
nu. 20. lib. 3. Sanchez de matrimon. tom. 2. lib.
7 diſputat. 104. nu. 1. & ſeq. & nu. 4.

27 Intelligere autem per ætatem haud pote-
rat hæc puella, quid agebat, in nono etiam,
& dimidio, non adhuc decimum excedens,
ætatis ſuæ anno conſtituta. Non igitur inter
ipſam, & Ioſephum conſtare matrimonium
potuit, quod ſolo perficitur conſenſu, qui ſi-
28 ne intellectu præſtari minimè poteſt. pluri-
bus tuetur Gratianus in ſumma 29. q. 1. quia
29 nihil volitum, quin præcognitum. ex Ariſto-
tele docet S. Thom. 1. 2. q. 3. art. 4. & q. 12. art.
1. Nauar. conſ. 1. q. 6. nu. 25. lib. 1. de conſti-
tut. & in can. cogitationis. nu. 2. de pœnitent.
diſt. 1. & de finibus humanorum actuum. nu.
29. verſic. omiſſa tamen altiori. Sequeſtranda
30 igitur, nec viro reſtituẽda, quam nunquàm
poſſedit; quamuis legitimè in matrimonium
conſenſiſſet; cùm abſq; iniuria Creatoris eã
habere non poſſit; ne fomẽtum peccato præ-
ſtare videamur. ex Innocentio III. d. cap. gau-
demus. 8. §. qui autem. de diuort. cuius verba
ſubijcimus, quia rem noſtram faciunt aper-
tam: Aut etiam ſi conſentiat, non tamen abſq;
contumelia Creatoris, vel vt eam pertrahat
ad mortale peccatum; in quo caſu reſtitutio-
nem petenti, quamuis de iniuſta ſpoliatione
conſtaret, reſtitutio negaretur; quia ſecundũ
Apoſtolum, frater, aut ſoror non eſt huiuſ-
modi ſubiectus ſeruituti. nec longè ab hoc
ſenſu abijt Alexander III. in cap. ex tranſmiſ-
ſa 8. de reſtitutione ſpoliator. dùm mulierẽ,
quæ ſecurè cum viro eſſe non poteſt, in tuto
ſequeſtrandam decernit. eodemq; modo In-
nocentius III. in cap. litteras tuas 13. §. nos
autem eod. tit. ex ratione, quam reddit; Cùm
non poſſit huiuſmodi viro, ſine mortali pecca-
to carnaliter commiſceri. & ex eodem Ale-
xandro III. d. cap. cùm locum 14. in fin. ibiq;
Scribentes de ſponſalibus. Idemq; Innocen-
tius III. d. cap. ex parte M. mulieris 14. de re-
ſtitut. ſpoliat. Ripa in l. naturaliter. 12. §. ni-
hil comune nu. 83. poſt Alexand. ibidèm nu.
20. ff. de acquirenda poſſeſſion. Couar. de ſpõ-
ſalib. part. 2. cap. 7. §. 5. nu. 9. in fin. Genuenſ. in
praxi Epiſcopali cap. 15. de muliere ſeque-
ſtranda. in impreſſione Romana anni 1609.
Riccius in praxi part. 1. reſol. 216. Vrſillus ad
Afflict. deciſ. 113. nu. 2. Gayllus practicarum
obſeruat. lib. 2. obſeruat. 45. nu. 7. Rota par. 4.
diuerſorum collecta per Farinac. deciſ. 245.
& 246. & in Hipporegien. pratenſi matri-
monij coram Comitulo deciſ. 72. poſt 1. volu.
conſil. Farinac. & ex ſolemni conſ. Federici de
31 Senis 283. num. 4. concludentis, quòd vbi
agitur de materia ſcandaloſa, atq; peccati
nutritiua, interim denegetur reſtitutio. ſe-
quuta fuit Rota in Hiſpalen matrimonij de
Alcalà coram S. memor. Gregor. XV. deciſ. 351.
num. 45.

Nihil proindè proficiet; matrimonium iã
contractum fuiſſe, atq; in facie Eccleſiæ corã
Parocho, & teſtibus ad præſcriptum Sacri
Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 1. de reform.
matrimon.

Quo-

Digitized by Google

32 Quoniam contractum de facto fuit cum
puella non apta matrimonio ob ætatem no-
uem annorum eum dimidio; quam ob cau-
ſam matrimonium ipſum attentatum, in ſpõ-
ſalia tranſiuit de futuro. ex Alexandro *III.*
cap. de illis, qui 7. & 9. de deſponſation. impu-
ber. & ex Innocentio *III. cap. tuæ nobis. 14.*
aliàs *fin. eod & cap. 1. §. idem quoq; ſi pube-*
res eodem tit. lib. 6. d. cap. ex parte M. mulie-
ris 14. de reſtitut. ſpoliat. Rota deciſ. 1. de de-
ſponſatione impuberum in nouis. Surdus d.
conſ. 364. nu. 22. & 36. vol. 3.
33 Nec obſtaculum faciet, quod ipſi aſſerunt,
eſſe quidem puellam minorem duodecim
annis, at malitiam in illa ſupplere ætatem. *ex*
tex. in d. cap. de illis 9. & d. cap. puberes. 3. &
d. cap. tuæ nobis. fin. de deſponſat. impuber.
Sanchez d. lib. 7. diſput. 104. num. 5. & ſeq. de
matrimon.
34 Quoniam certè hoc ipſum, quod aſſerunt,
probare eos oportet, qui aduerſum ſe regu-
lam habent; ne matrimonio coniungantur,
qui ad ætatem legibus, vel canonibus deter-
minatam non peruenerunt. ex Nicolao Pa-
pa *d. cap. vbi non eſt conſenſus. 2. de deſponſa-*
35 *tione impuber.* Eos verò eſſe puberes, qui ex
habitu corporis pubertatem oſtendunt, &
generare poſſunt. ex Iſidoro *d. cap. puberes.*
3. ibidem. ibidemq; *Gloſſ.* verbo *generare.*
36 Antè autem duodecimũ annũ, ipſumq; cõ-
pletum, puellam ineptam eſſe matrimonio
ſecundùm ætatem eſſe, ſacri tradunt cano-
nes *d. cap. continebatur 6. & d. cap. tua no-*
37 *bis fin. de deſponſat. impuber.* Quiſquis igi-
tur à regula recedere voluerit, atq; puellam
aptam aſſerere, quòd malitia in illa ætatem
ſuppleat; probatione, nec qualicunq; ſed
euidenti præſtare oportebit. *d. cap. 1. §. idem*
quoq; impuberes de deſponſat. impuber. in 6.
Nauar. manuali cap. 22. num. 29. Couarru-
uias de ſponſalib. part. 2. cap. 5. nu. 3. Sanchez
lib. 7. d. diſput. 104. num. 4. Rota d. deciſ. 72.
num. 6. & 8. poſt 1. vol. conſil. Farinac. Pu-
38 *teus deciſ. 65. lib. 2.* fundamentum eſt nempè
intentionis eorum: *Rota apud Achillem de-*
ciſ. 1. de probat. & apud Caſarem de Graſſis
deciſ. 176. aliàs prima. qui filij ſint legitimi. n.
17. & 18. & part. 2. diuerſorum deciſ. 102. n.
6. Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria Gloſſ.
43. num. 95. Rota apud ſ. memor. Gregor. XV.
deciſ. 278. num. 6. & 7. ibidémq; *Beltrami-*
nus num. 12.
39 Duo quippè copulatinè probanda fuerint,
vt malitia ætatem ſupplere videatur: Corpo-
ris ſcilicet aptitudo, atq; ad generandum po-
tentia: & animi prudentia ad intelligendum
coniugalis vinculi vim, atq; ad illud conſen-
ſum præſtandum: vt vnum ſine altero eſſe nõ
vtiq; poſſit, inualidè ni quis agere velit. *d. c.*
puberes. 3. & d. cap. de illis 9. ibiq; Scribentes
de deſponſat. impuberum. Couar. de ſponſalib.
part. 2. d. cap. 5. num. 2. Sanchez d. diſputat.
104. q. 4. num. 21. Surdus d. conſ. 364. num. 1.
& num. 34 Rota d. deciſ. 72. num. 2. & 3. poſt
1. vol conſiliorum Farinac. Neutrum autem
horum præſtauere, neq; præſtare potuere, vt
nec præſtare poſſunt, ipſamet ſe prodente
puella, & verbis, atq; ex corporis aſpectu.
Sex quippè menſes ſupra nouem annos nata
puella eſt. nũquid *Elephantem ex Muſca fa-*
40 *cient?* vt in adagijs fertur. loquatur de ſe
puella, vt eam cognoſcamus. iuxtà illud Phi-
loſophi: *loquere, vt te cognoſcam.* & ex ratio-
41 ne eorum, qui in domo Caiphæ Petrum in-
terpellarunt, quòd diſcipulus Ieſu eſſet: *Verè*
tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum
te facit. Matth. 26. 73. Interrogata nempè co-
ram Eminentiſſimo, ac rationem reddens;
quarè cum Ioſepho non degeret viro? *Per-*
che lo Signore Tata (Reſpondit) *m'hà dato*
tempo ſino alli dodici anni, perche ſono picci-
rella. & paulò poſt: *perche ſono troppo picci-*
rella. Ipſa itaq; vtrumq; requiſitum non ad-
eſſe verbis oſtendit: corporis aptitudinem,
atq; ad generandum potentiam; *perche ſono*
troppo piccirella; nimis paruula erat; animi
verò prudentiam, atq; ad intelligendum cõ-
iugalis vinculi vim; *Perche lo Signore Tata*
m'hà dato tempo ſino alli 12. anni, perche ſò
42 *piccerella.* Ex ore itaq; infantium, & lacte-
tium (balbutientium *Tatta, e Babo*) veritas
prodijt. iuxtà illud *Pſalm. 8. 3.* Regij Citha-
redi; *Ex ore infantium, & lactentium perfe-*
ciſti laudem propter inimicos tuos. ſic facien-
te diuina bonitate; *Quoniam ſapientia ape-*
ruit os mutorum, & linguas infantium fecit
diſertas. Sapient. 10. 21.
43 Ex his autem verbis duo perpendere li-
cet, pondere Sanctuarij. *Exodi* 30. 24. ad *tex.*
in can. non afferamus. 21. 24. q. 1. Vnum qui-
44 dem, puellam in matrimonium nõ conſen-
ſiſſe; quia quid ageret ignorabat, cùm nimis
eſſet paruula, tempuſq; ad vſq; duodecimũ
annum à Genitore accepiſſet: alterum verò,
illum, quem quoquo modo præſtitit conſen-
ſum, Conditionalem fuiſſe, ad vſq; duodeci-
mum annum; *perche lo Signore Tata m'hà*
dato tempo ſino alli dodici anni; perche ſò pic-
45 *cirella:* fuiſſe proindè ſponſalia non matri-
monium; præſtolari idcircò deberi annum
duodecimũ cõpletum, vt ſciri valeat, an ve-
lit matrimonium eo tempore cum Ioſepho
contrahere, atq; in ſponſalibus perdurare, an
reſilire. iuxtà Alexandri III. in *d. cap. de illis,*
qui 7. & Vrbani *III.* in *d. cap. atteſtationes.*
10. de deſponſatione impuberum. determina-
tionem. atq; Innocentij *III. d. cap. ex parte*
46 *M. mulieris 14. de reſtitut. ſpoliat.* Non itaq;
matrimonium. non ergo reddenda viro, qui
adhuc (per ætatem) non ſnus vir eſt; futurus,
cùm ad ætatem legitimam peruenerit, ſi
ſponſalibus ſtare voluerit. Idcircò ſupra fir-
mam petram fundamentum ſe locaſſe, ne
47 putent Aduerſarij; quòd iuramento ſtãdum
ſit viri, ſe carnaliter cognouiſſe puellam ia-
ctante. Iuramento ſe firmaſſe Ioſephum, illã

iam carnaliter cognouiſſe; ipſius ſtandum
Sacramento. ex Alexãdri III. determinatio-
ne *d.cap.continebatur 6.de deſponſat. impu-
ber.* vbi Scribent. Rota *in Toletana matrimo-
nij 27.Octobris. 1589.coram Card. Seraphi-
no deciſ.893.num.1.& ſeq.* & in *Suauen.ma-
trimonij* 1596. *coram Ratta deciſ.281. nu.4.
part.4.diuerſorum collecta per Farinac.*
48 Præterquàm quod,ſua ſe luce prodit veri-
tas,puellam matrimonio aptam non fuiſſe,
cùm à ſe repulerit eam Ioſeph poſtremam
noctem. vt in ſuperioribus perpendimus,fa-
ctoq; declarauit ipſe, quod puella verbis ex-
preſſit, quæ ſupra retulimus, interrogata
quippè; *quanto tempo dormi con detto Signor
D.Gioſeffo.* Reſpondit: *Tre notti; e poi dormij
con la Prencipeſſa Vaua.* Si enim apta ma-
trimonio fuiſſet,& copulæ,non eam à ſe vtiq;
repuliſſet,vt cum Auia illa cubaret,ipſe verò
deſerto frigidus iaceret lecto. vt quondam
Ouidij cantu Penelopes conqueſta fuit.

Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto.

non itaq; amabat,quod non expetebat, cùm
49 illa amoribus apta non eſſet. Si ipſe primos
amores abſtuliſſet, retinuiſſet vtiq; neq; illa,
ſi intellexiſſet, ad cubandum cum Auia iuiſ-
ſet. non ſic illa, quæ intelligebat Dido (4. Æ-
neidos apud Vergilium) de ſuo Sichęo.

*Ille meos,primus,qui me ſibi iunxit,amores
Abſtulit,ipſe habeat ſecum, ſeruetq; ſe-
pulchro.*

Maximum cõdimentum Amor. Et fel etiam
dulce facit. Plautum audi in Caſina.

*Nam vbi amor condimentum inerit, quoi-
uis placiturum credo:
Neq; ſalſum prorſus, neq; ſuaue eſſe po-
teſt quicquam,vbi amor
Non admiſcetur: fel,quod eſt amarum, id
mel faciet.
Hominem ex triſti lepidum,& lenem.*

Quam perpenſionem in ſimili habuit etiã
Rota *in d. Toletana matrimonij coràm Card.
Seraphino d.deciſ.893.ſub num.14. in fin.* ex
quo diruitur illud, quod de carnali copula
ſubſequuta efferunt. Si enim illa apta copulę
50 fuiſſet,non a ſe vtiq; abijeciſſet. Indè quip-
pè matrimonium inirere,(ſaltim vt putaue-
re) vt filios haberent. cõiunctio nempè cor-
porum, ex poteſtate,quam accipit vnus in
corpus alterius,perficit matrimonium. ex S.
Ambroſio *can.in omni* 36. & S.Hieronymo
can. quapropter 37.in fin 27.*q.*2.præſertim
verò ex illo S.Patris Auguſtini in *can.non eſt
dubium* 16.dicentis: *Non eſt dubium,illam
mulierem non pertinere ad matrimonium,
cum qua commiſtio ſexus non docetur fuiſſe.*
iiſdemque verbis vſurpauit S. Leo Papa in
can. cùm ſocietas. 17. & expreſſit Gratianus
in *can.Inſtitutum.* 39. *§.iuxta hanc diſtin-*
51 *ctionem. eadem 27. q. 2.* Porrò ab vtendo
vxor dicta.ex S.Ambroſij ſenſu in *can ſi quis
deſponſata.* 38.& *Gloſſ.* ibidèm verbo *tradita
vtatur.* & *can.Genuit.*40.ex Hieronymo *ead.*
27.*q.*2.diximus *reſponſ.* noſtra 61. *num.*51.
*part.*1. Vſus vtiq; vxore fuiſſet,ſi aptam amo-
ribus inueniſſet puellam nobilem, pulchra.
Quis tantum boni, ſi inueniat,dimittat? vt
dixit quidam. & alter: Inueni, quem diligit
anima mea: tenui eum: nec dimittam. *Canti-
corum* 3.4. Dimiſit. vel non amabat; vel non
aptam amoribus expertus.
52 Nihilominus tamen exauditur propoſi-
tio; ſtari viri iuramento, cognouiſſe ſe carna-
liter puellam; quando illa apta quidèm eſt,
vt cognoſci valeat, vt putà proxima puber-
tati in vndecimo,vel circa duodecimũ annũ,
quibus in terminis loquitur *tex.in d.cap.cõ-
tinebatur.* 6. Alexandri III. ibidèmq; *Gloſſ.
& Scribent.* & ſequuta fuit Rota *apud Sera-
phinum d.deciſ.893.num.8.&* 13. Limitatio-
nes referentem ad dictum *tex. in cap. conti-
nebatur*, & ibidèm *Barboſa num.3. Aymon
conſ.190 num.4.Sanchez de matrimon. lib.3.
diſput.45.num.1.& d.lib.7.d.diſput. 104 q.
5.num.33.Rota in recentioribus part.1. de-
ciſ.147,num.28. & apud S. memor. Gregor.
XV.d.deciſ.351.num.45.*
53 Deindè,quòd nec procedit aſſertio, ſtari
iuramento viri; ſi contra ipſum iuris pugnet
præſumptio,vt iſthæc eſt, in puella nouem
annorum, quæ inepta naturaliter eſt copulę.
argumento *tex in l.ſi non conuitij.5. C. de
iniurijs,Bartol.in l.inter omnes. 47. §. recte
num.3.ff.de furtis.Puteus d.deciſ.65.num.4
lib.2.Rota apud Seraphin.d.deciſ.893.nu.12*
54 Prætereà nec locum habet, ſi præter inte-
reſſe matrimonialis vinculi, & aliud inuo-
luatur, intereſſe videlicet pecuniarum (vt in
facto hoc noſtro magnæ dotis, & maioratus
60.m. ducatorum.) non enim tunc viri ſtatur
Sacramento,neq; etiam conſanguineorum
viri. vt perpendit *Rota apud Seraphinum d.
deciſ.893.num.15,*

Neq; inſiſtant; Satis aptè de habilitate cõ-
ſtare puellæ,malitia ætatem ſupplente,ex ſẽ-
tentia Vicarij Anglonen Delegati Apoſtoli-
ci. pro ſententia ſtandum eſſe, quæ legitimè
55 prolata præſumitur. ex Innocentio III. in
*cap.cùm inter vos.13.§ fin.& cap. ſicut no-
bis 16.§ fin.de ſententia,& re iudicata. Ol-
drad.conſ.89.Epiſcopus inuocat brachium
num.2.in fin.Verallus deciſ.367. num.5.par.
2.Rota part.2.diuerſorum deciſ.178. num.4.
Menochius lib.2.præſumpt.67.nu.22.*
56 Id quippè in dubio exauditur, vt pro iu-
dicis authoritate tenendum ſit. vti ex ipſis
textibus *cùm inter vos.13.* & *ſicut nobis* 16.
apparet. Secus tamen erit,ſi apertè ex actis,
ipſaq; facti euidentia, contrarium apparue-
57 rit. Quæ nempè ex actis non iuſtificatur ſen-
tentia,pręterquàm quòd iniuſta ſit,eſt quoq;
nulla, vt nullo vnquàm tempore, quamuis
ab illa appellatum non fuerit, in iudicatum
tranſeat,neq; iudicati effectum producat *l.1.
C.quando prouocare non eſt neceſſe.cap.inter
cæteras* 9.ibiq; notatis *de ſentent. & re in-
dicata.*

Digitized by Google

dicata.ex Alexandrò III. expreſſiſſimis ver-
bis ibidèm loquente, diceteq; *Item cùm aliqua cauſa appellatione remota committi-
tur,& ſententia fertur iniqua,eam euacuari oportet:nec ei debet ſtari,ſi iniquitatem con-
tineat manifeſtam*.commentum agens *Gloſſ.*
verbo *manifeſtam*. explicat, & ipſa dicens
58 atq;exemplificans : *puta*(inquiens)*quia la-
ta eſt contra ius ſcriptum, ſcilicet contra le-
ges,ac ſacros canones.ita quod in ipſa ſenten-
tia continebatur error*. An non contra ſa-
ctos canones,ipſoſq;expreſſiſſimos, lata hęc
eſt ſententia:quæq;manifeſtum continet er-
rorem,quæ puellam nouem annorum , aptã
declarat matrimonio, vt malitiam ætatem
in ea ſupplere præſumat,quæ loquitur *lo Si-
gnore Tata m'hà dato tempo ſino alli dodici
59 anni, perche ſono piccerella* ? Iniuſta ergo,
atq;iniqua fuit,neq;pro illa præſumendum.
receptumq; eſt apud *Caſarem de Graſſis de-
ciſ*.106.*aliàs* 13.*num*.10.*de ſentent. & re
iudicata.& deciſ*.147.*aliàs* 2.*de ſolut. nu*.5.
60 *& ſeq*. quoloco *num*.8. dilatat propoſitio-
nem, etiam ſi in commiſſione adſit clauſula
(*appellatione remota*) quod conforme eſt
tex.in d.cap. inter cateras.9. & Rota *apud
Cardin.Seraphin.deciſ*.1261.*num*.5. qui de
inueterata teſtatur Rotæ obſeruantia. *Rota
apud S.memor. Gregor. XV.decis*.1. *num*.4.
ibidèmq; *Beltraminus.num*.5.6.*&* 7.*& de-
cis*.109.*num*.4.*& decis*.264.*num*.4. *Meno-
chius d.praſumpt*.67.*num*.45.*& seq.& nu*.
49.*Rota apud Card.Caualer.decis*.337.*num*.
0. *& coram Buccabella decis*.132.*num*.10.
part.7.recentiorum per Rubeum.
61 Deindè , quia in cauſa lata fuit matrimo-
niali,quæ in iudicatum non tranſit , ob peri-
culum animarum,quod inuolui in ea poteſt.
ex Alexandro *III*.in *cap. lator praſentium* 9.
plenèq; ibidèm *Gloſſ*.verbo *permanere*.& ex
Clemente *III*.in *cap.conſanguinei*.11.*de ſen-
tentia,& re iudicata.Gratianus*.35.*q*.9.*in
summa.& per totam quaſtionem. ibidẽ can.
loci noſtri*.2.*quod ergo ſentẽtia.Oldrad.can.*
3.*num*.7.*Rota in Nicen.pratenſi matrimonij*.
23.*Martij* 1588.*coram Card.Mantica decis*.
24.*num*.9.*Gayllus practicar. obseruat.lib*.1.
obser.112.*per tot.Geminian.cons*.24.*num*.2.
& 3. *Marescottus variarum resolut.lib*.2.*c*.
121.*num*.115.*Gratianus forens.part*.5.*cap*.
850.*num*.13.*vers.additur,quòd sententia.&
num*.14.
62 Cæterùm relatiua cùm ſit ſententia præ-
dicta ad acta,atq; ad teſtium depoſitiones ,
quæ apertiſſimę falſitatis conuinguntur, &
acta nulla ſint, & inualida; intra duarum (ni
etiam paucarum) horarum ſpatium confi-
cta;eodem quoq; morbo, & ipſa laborabit ,
vt nulla ſit,& inualida,atq;ex falſa cauſa pro-
lata. *Felin.d.cap.inter cateras*.9.*num*.3.4.*&*
5.*de sentent.& re iudic.Rota decis*.26.*eodem
tit.in antiquis.Afflict.decis*.47.*num*.2. *&* 3.
Aymon Cranetta cons.134.*in fin.Doctor. in
authent.ſi quis in aliquo documento*. C.*de
edendo.Menochius lib*.2.*d.praſumpt*.67.*nu*.
52.*Gratianus decis.Rota Marchia* 148. *nu*.
17.*Marta voto* 13.*num*.11.*Rota apud S.me-
mor.Gregorium XV.decis*.2.*num*.4.
63 Accedit his etiam , quod vim maiorem
habere ſententia hæc haud poterit, quàm
contractus ipſe matrimonij, vi ſententiæ ip-
ſius initi , habuit . matrimonium verò
nullum fuit ex pluribus defectibus,atq;pręſertim conſenſus , qui legitimus in puella
nouem annorum eſſe non poterat,cùm quid
ageret,non vtiq; intelligeret, vt oſtendimus;
tùm etiam quòd,quatenùs acceſſerit,condi-
tionalis fuit;ex ratione,quam ipſamet puel-
la manifeſtauit;*Perche lo Signore Tata m'hà
dato tempo ſino alli dodici anni , perche ſono
piccerella*,non liberè proindè,neq; explicitè
in matrimonium conſenſit, quia paruula ni-
64 mis,& nõ apta matrimonio erat. Erit prop-
tereà & ſententia ipſa nulla, vti ex falſa cauſa
prolata.ex *Felino d.cap. inter cateras. nu*.5.
de sentent.& re iudicat.Aymon cons 192.*n*.
21.*vers. tertiò arguitur.Rota apud Gregor.*
65 *XV.d.decis*.2.*num*.4. Non enim ex ſententia
matrimonium validum fuit ; ſed ideò inua-
lidum,quia cum ea contractum , quæ minor
ætate erat,neq; apta ad legitimum conſensũ
matrimonio præſtãdum,ſine quo matrimo-
nium conſtare minimè poteſt gentium . *d.c.
ex transmiſſa*.8.*& d.cap.ex parte M.mulie-
ris* 14.*de reſtitution.spoliator*.diximus *d.re-
spons*. noſtra 6.*num*.77.*& seq.part*.1. Neq;
enim ſententia eam , quæ nouem erat nata
annos,maiorem efficere potuit, atq; aptam
ad contrahendum ; licèt pronunciauerit,illã
aptam eſſe , at perperàm ; nam exitus acta
66 probauit,quòd dimittere illam poſt tertiam
noctem, atq; à concupitis amplexibus abij-
cere,cùm inepta concubitu eſſet , ipſe *Io-
ſeph* etiam nolens coactus fuit. Iaciant itaq;
firmum fundamentum in ſententia,puellam
viri potentem decernentem ; cùm natura ip-
ſa,ex minori ætate,impotentem , ineptamq;
67 oſtenderit . Deus autem ſolus naturas mu-
tat. ex Ambroſio *can. re vera* 69.§. *sermo
Chriſti.de consecrat.diſt*.2. non ergo ſentẽ-
tia mutare naturam potuit . vt curtat ei Ho-
ratianum illud lib. 1. epiſtol.

*Naturam expellas furca , tamen vſq; re-
curret*.

ex Caio lib.7.ad edictum in *l.sed de pecunia*.
2.§.1.*ff.de vſufructu earum rerum, qua vsu
consumuntur*.dicente: *Nec enim naturalis
ratio authoritate Senatuſconſulti mutari
potuit*. ſequiturq; *Afflict.decis*.299.*num*.6.
68 Ridiculum idcircò ſundamentum ; pro ſen-
tentia præſumendum; quæ nulla ex ipſa rerũ
69 natura oſtenditur. voluerunt illi *ex Musca
Elephantem facere* , vt in ſuperioribus me-
minimus ; ſed non potuere cęlare naturam ,
ipſa ſe prodente, & vitia, & affectus in palam
deducente.audi Tibullum lib. 1.

Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa,
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec benè mendaci riſus componitur ore:
Nec benè ſollicitis ebria verba ſonant.

70 Fuit præterea nulla ſententia hæc Vicarij
Anglonen ex defectu iuriſdictionis. Porrò
puella hæc *Anglonen* Diœceſis non erat,
neq; in illa domicilium traheb it. *I*pſa namq;
Neapoli nata fuit,(à *Pietra bianca*) baptizata
in Eccleſia Parochiali Sanctæ Mariæ ad Pu-
glianum, educata poſtmodum in Terra Sa-
ponariæ nullius Diœceſis apud Principiſſam
*A*uiam paternam. nullo itaq; pacto mulier
*A*nglonen diœceſis aſſeri potuit in Breui de-
legationis.

71 Fuit propterea Breue ipſum ſubreptitiũ,
neq; proprio Ordinario (vti ex decreto Sacri
Tridentini Concilij *ſeſſ.22.cap.5. de reform.*
debebat) directum. Carebat itaq; iuriſdi-
ctione Vicarius Anglonen. quando ſenten-
tiam illam perpulchram tulit in perſonas ſi-
bi non ſubiectas; neq; ex perſona viri, neque
etiam ex illa puellæ. Fuit ergò nulla ſententia
ex defectu iuriſdictionis. Quidquid indè igi-
tur ſequutum fuit, nullum, & inane euaſit ex
defectu iuriſdictionis, tùm ipſius Vicarij, tùm
etiã Parochi, qui matrimonio interfuit; quia
neuter proprius. Et quidèm quòad Vicariũ:
quoniam puella illa mulier Anglonen Diœ-
72 ceſis non erat. in non ergò ſibi ſubditos ſen-
tentiam dixit. nullitèr ergò ex defectu iuriſ-
dictionis. *toto tit. C. ſi à non competente Iu-
dice iudicatum eſſe dicatur.* Rationem exci-
pe ab Vlpiano lib.3. ad edictum in *l.1. §. hac
autem verba. ff quod quiſq; iuris.* dicente, an-
nec ſomniante: *Et ideò ſi inter eos, quis di-
xerit ius, inter quos iuriſdictionem non ha-
buit: quoniam pro nullo hoc habetur, nec eſt
vlla ſententia, ceſſare edictum putamus.* ſe-
quutuſque ipſemet Vlpianus fuit lib.48. ad
edictum in *l.2. § fin. in fin. ff de pœnis. Alex.
conſ.79. in fin. lib.7. Rota apud Cardin. Caua-
ler. deciſ.40 num.1. & deciſ.63. num.2. & 3.*
73 rationem reddens: quia iuriſdictio dicitur
lapis angularis iudicij, de qua in primis, &
antè omnia conſtare debèt. Qui ſanè defectus
inſanabilis vocatur apud *Verallum deciſ.38.
num.2. lib.3. Rota part. 1. diuerſorum deciſ.
199 num.1. & ſeqq. & dec.12. nu.6. p.2. etiam
diuerſor.*

74 Nec remouetur obſtaculum: quòd puel-
la in Anglonen Diœceſi in Terra Clarimon-
tis aderat tempore, quo ſententia lata fuit.
Quia nimitùm ſupplicationis tempore, ac
datæ eam mulierẽ Anglonen Diœceſis fuiſſe
oportebat. ad *text. in cap. ſi eo tempore. 9. de
reſcript. in 6.* illis verbis: *Cùm tempore datæ
ipſarum adhùc non eſſes idoneus.*

75 Quò verò ad Parochum: (fac matrimoniũ
validum aliàs fuiſſet, atq; inter puberes con-
tractum) ex hoc vno dumtaxat inualidum
fuiſſet, coràm non proprio contrahentium
Parocho, vel vnius ſaltim eorum, celebratũ,
ex Sacroſancta Tridentina Synodo *ſeſſ.24.c.
1. § qui aliter. de reform. matrim.*

76 Et ſanè proprius non fuit Parochus, neq;
ratione originis, neq; domicilij, ſiue habita-
tionis. Non originis: quia ipſa puella Neapoli
originem propriam habuit in loco Neapo-
lis à *Pietrabianca*, nata, vt diximus. quæ nul-
77 lo pacto mutari poteſt. ex Vlpiano lib.2. ad
edictum in *l.1.* & eodem lib.2. opinionum
in *l. aſſumptio. 6. ff. ad municipalem, & de
incolis.* neq; etiam domicilij, ſiuè habitatio-
nis; quoniam domicilium illa habebat in
Terra Saponariæ nullius Diœceſis apud auiã
paternam. ad Terram autem Clarimontis
ad hunc dumtaxàt effectum tranſlata fuerat,
vt matrimonium hoc celebraret, alijs inſcijs
conſanguineis, præſertim paterna auia.

78 Non itàq; in illa domicilium contraxit,
mox mox diſceſſura matrimonio inito, vt
verè diſceſſit. qui ſolus animus diſcedendi,
nè domicilium contrahatur, efficit. ex Vlpia-
no lib.2. ad edictum in *l. eius, qui. 27. §. Cel-
ſus lib. 1. digeſtorum. ff ad municipalem, & de
incolis.* ibidemq; *Gloſſ. fin.* apertiſſimè Dio-
cletianus, & Maximianus Cæſares in *l. Ciues
7. C. de incolis. lib. 10. Gloſſ.* in *l. 1.* verbo *inco-
lam. C. de municipib. & originar. eod. lib. 10.*
quæ verbo *incolam*, ità commentum agit. *hoc
eſt, quia aliundè illuc [immediatè? – uncertain] cauſa perpetuò ibi
habitandi.* requiritur igitur animus perpetuò
ibi habitandi, vt domicilium contrahatur.
ex his, quæ habet Cœleſtinus Tertius in
*cap. ſignificauit. 5. ſeù fin. de Parochijs, &
alienis Parochianis,* latè diſſerit *Federic. de
Senis conſil. 254. quæſtio ſubſequent. Felin.
cap. dilectus filius. 29. num. 12. in 2. limit. de
reſcript. Pariſ. conſ. 53. nu. 91. vol. 3. Roland.
conſ. 79. num. 51. vol. 3. Rota in Romana ſo-
cietatis coràm Comitulo apud Marcheſan.
par. 2. fol. 227. & apud ſanct. mem. Gregor.
XV. deciſ. 279. num. 11. & 12.* ibidemq; *Bel-
tramin. num. 26. Menoch. de arbitrar. lib. 2.
centur. 1. caſu 86. num. 7. Maſcard. de probat.
tom. 1 concluſ. 535. num. 13. & ſeqq. Marta
voto 96. num 5 Farinac. in fragment.* verbo
*domicilium. num. 218. Gratian. diſceptation.
forenſ. part. 1. cap. 181. num. 1. & ſeqq. & per
totum.* plenè diſſerens hanc materiam, dicẽs
79 *num.13.* duo requiri coniunctim ad contra-
hendum domicilium; factum, animumquè.
*Gayllus practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat.
36. Menoch. de præſumpt lib. 6. præſumpt. 42.
per tot. Nauarr. conſ. 3. Ordinatus an ſit legi-
timè. num. 2. & ſeqq. lib. 1. de tempor. ordin.*
noſter *Marant. conſ. 103. n. 5.*

80 Quod planè multò magis erit ad matrimo-
nium contrahendum. Non enim domicilium
hunc ad effectum contrahitur, ex eo dumta-
xàt, quòd ad locum quis ſe transferat ad pau-
cos dies, vel etiam menſes, vel recreationis
cauſa, vel negotij peragendi; animo tamen
81 diſcedendi peracto negotio. Nihil enim à
peregrinante is differt. ex Vlpiani ſententia
lib.23.

Digitized by Google

lib. 23. ad edictum in *l. 1. §. hoſpes. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint.* verba eius hæc ſunt: *Tantum autem intereſt inter habitatorem, & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem.* hoſpes itaq; dicitur, non domicilium habens, qui ad paucos dies, vel menſes negotij gratia alibi demoratur, vt magis peregrinus habeatur, quam domicilium habens. *Gloſſ.* in caſus figuratione *in fin. in cap.* mox ſequenti de rurali Parocho diſponēte. *in cap. is, qui habet. 3. de ſepultur. lib. 6.* ſequiturq; *Menochius de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 88. num. 3. & ſeqq. Maſcard. de probat. tom. 2. concluſ. 1150. num. 2. Borgnin. Cauálcan. dec. 21. num. 44. verſ. vndè ex præmiſſis inſertur par. 3. Rota* in proprijs terminis coram Vicecomite *par. 1. diuerſorum deciſ. 643. per tot. Romanus conſ. 264* Vt is *Nurſinus.* ibidēmq; *Mandoſius addens.* verbo *requiritur. Thomas Triuiſanus deciſ. 13. lib. 1. Paſchalis de viribus patriæ poteſtatis part. 2. cap. 5 nu. 51. & ſeqq. Riccius* Epiſcopus Vici Equen. *part. 2. deciſ. 108. Bellettus diſquiſitionis Clericalis tit. de exemptionibus Clericorum à ſtatutis ſecularium §. 5. num. 8. & ſequent. fol. mihi 409.* impreſſione minori. *Nauar. conſ. 14. quidam volentes. num. 4. & ſeq. lib. 4 de clandeſtina deſponſat. Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 23. num. 11. & ſequent.* qui doctiſſimè ſuo more articulum diſputat. & *nu. 12.* in ſecun-

83 da ſententia, requiri ſaltim domicilium pro maiori anni parte, quam ſententiam ſequūtum fuit Regium Tribunal Siciliæ apud *Caſtillum deciſ. 96. num. 10. 11. 12. & ſeq. par. 1. Barboſa de offic. & poteſtat. Epiſcopi part. 2. allegat. 32. nu. 56. cum ſeq.*

84 Parum, quinimò nihil obſtaculum faciet: puellæ huius Genitorem in Terra Claromōtis domicilium habere perpetuum, cuius Dominus eſt temporalis. Filium Patris ſequi domicilium, impuberem præſertim, ſecundū *Nauar. d. conſ. 3. num. 6. de temporib. ordinat.* Fuit ergò proprius Parochus ille domicilij patris in Terra Claromontis.

85 Exauditur id quidem, ſi filius cum patre habitet, neq; alibi domicilium habeat. Nam ſi non alibi, neq; ſit vagabundus, oportet autem, vt alicubi habitet, cum patre verò habitet, ergo ibi domicilium habet, & ſortitur, vti argumentatur etiam *Nauar. d. conſ. 3. nu. 3.*

86 *de tempor. ordinat.* Nam & ſi filius Ciuitatē, ex qua pater eius naturalem originem ducit, ſequatur, non tamen domicilium. Vlpian. loquitur *d. l. aſſumptio 6. § filius Ciuitatem ff. ad municipalem.* ibidēmq; *Gloſſ.* verbo *non domicilium.* ex ratione, quam ipſemet Vlpianus lib. 25. ad Sabinum in *l. placet 3. ff. eodem* refert, dicens: *Placet etiam filiumfamilias domicilium habere poſſe. Non vtiq; (ſequens l. 4.) ibi, vbi pater habet, ſed vbicunq; ipſe domicilium conſtituit.* ibidēmq; *Gloſſa* verbo *conſtituit.* ſequitur *Bald. conſ. 409. cum quæritur vol. 5.* cui ſubſcripſit *Signorolus de Amodeis.* ſequiturq; *Card. Tuſcus tom. 2. littera D. conc. uſ. 594 Grattanus d. cap. 181. nu. 2. & ſeq. & num. 15.*

Puella autem hæc cum Genitore domicilium non habebat; ſed cum Auia ipſa paterna in Terra Saponariæ, eoq; magis, quòd ipſe Genitor eius, puellæ matre ex humanis hiſce abſorta, cum alia coniugium duxerat; tranſducta verò ad Terram Claromontis fuerat, vt cum Ioſepho germano ſecundæ huius vxoris matrimonium iniret; diſceſſura ſtatim completo negotio. erat igitur ad paucos dies habitatio. hoſpes proinde magis fuit, ac

87 peregrinans, quàm domicilium contrahens. ex Vlpiano *d. l. 1. § hoſpes. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint,* paulò ante relato. Non

88 ergo proprius fuit puellæ Parochus. ergo alienus. contra formam propterea à Sacro Tridentino Concilio præſcriptam, *d. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* non proprius Parochus alienorum parochianorū matrimonio præſens fuit, authoritatemq; præſtitit, & præſentiam, nullitèr proindè. ex eadem Sacroſancta Synodo ibidèm. perpenditq; *Nauar. d. conſ. 14. num. 4. & 5. de clandeſtina deſponſat.* ergo nullum matrimonium ita contractum, ex hoc vno capite, quia à non proprio contrahentium Parocho in aliena Parochia, præſentia, authoritateq; firmatum; quādo nullum aliud adeſſet impedimentum, quo, vti in ſuperioribus oſtendimus, matrimonium infirmum redditur, & mancum.

89 Neq; demùm proficiet intortum iaculum de patria poteſtate, filium ſub patris poteſtate eſſe. patris proinde ſequitur domicilium, præſertim verò impubes. plenè deducit *Federicus de Senis d. conſ. 254. nu. 4.*

90 Proficeret quippè argumentum, ſi cum Genitore filius habitaret, impubes præſertim; atq; animo cum patre demorandi, nam ibi videtur ſibilarem eligere, vbi habitat. alioquin ſine domicilio eſſet. vt ſequitur *Nauar. d. conſ. 3. num. 3. & ſeq. de temporib. ordinat. Federicus de Senis d. conſ. 254 nu 4. & 5.* Hæc verò puella cum Genitore, qui ſecundas iniuetat nuptias, minimè morabatur: domicilium autem habebat cum Auia paterna in Terra Saponariæ, nihil ergo illi patria ipſa poteſtas proficiebat, vt domicilium in Terra Claromontis ſortiretur; & ad hunc effectū tantum, vt matrimonium contraheret non apta connubio, mox mox etiam receſſura, cum matrimonium cum Ioſepho iniiſſet. Cùm filius patris domicilium non ſequatur, præſertim ſi ipſe nolit, vt diximus.

91 Præterquàm quòd in his ſpiritualibus, vt ſepultura eſt, & matrimonium, aliaq; his ſimilia, parum ſatis, aut fortaſsè nihil patria proficit poteſtas. ad *text. in cap. ſi annum quatuordecimum. 3. de Iudicijs lib. 6.* ſequiturque in hiſce noſtris terminis *Federicus de Senis d. conſ. 254. ſub nu. 5. col. 4. ad 12. additio-*

Digitized by Google

92 *ditionem.verſ.in iſtis ſpiritualibus*. Matrimonia quippè ex libera pendent contrahẽtium voluntate, quorum ſolus ſufficit conſenſus. ex Nicolao Papa in *can. ſufficiat*. 2. ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *ſolus* 27.*q*.2. *d. cap. cũ locum* 14.*&* *cap.Gemma* 29.*de ſponſalibus*.
93 Ob quam cauſam nubere poteſt filia ſine parentum conſenſu. *can. Hoc ſanctum* 16. ex Concilio Toletano 3.32. *q*.2. aptèq; ibidèm *Gloſſ.* verbo *parentum* Quamuis deceat, vt
94 ex parentum conſenſu nubant; virgines preſertim.ex ratione, quam S. Ambroſius lib. de Patriarchis (relatus *can. honorantur parentes*.13.*in fin.ead*.32. *q*.2.) affert: *Expetita*
95 *enim magis* (inquiens) *debet videri à viro, quàm virum ipſa expetiſſe. Verecundiam præmittat, antequàm nubat, quò ipſum coniugium plus commendet vereeundia*. & ex *tex*.in *d.cap.*1.*ſeſſ*.14 *de reformat.matrimon.* Sacri Tridentini Concilij. *Menoch.lib*.4.*præſumpt*.188. *num*.55. ſequutaq; fuit Rota *apud* Card.*Caualer.deciſ*.415.*num*.4. *Barboſ.in collectan. ad dictum decretum* Sacri *Trident.Concilÿ.num*.2.*&* 3.

96 Nullus igitur neceſſariò perquirebatur Patris conſenſus, vt puella hæc nuberet. non tamen ipſe eius conſenſus, honeſtatis ergò exquiſitus, ei domicilium præbebat; quod apud ipſum non habebat, ſed alibi. Fuit ergo non proprius Parochus, qui matrimonio præſentiam præſtitit. Ergò nullum matrimonium. Nullum, quia non coràm proprio Parocho: Nullum, quia non apta coniugio puella nonem nata annos. Nullum, quia non matrimonium, ſed ſponſalia fuere. Si nullum, firmũ propterea eſſe non poteſt.

Atq; ita ex his, lima non abiecta Ariſtarchi, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Conuitiari alÿs facilè in rebus humanis.*
2 *Adagium. In multis Momum agere, & reprehendere longè facilius, quàm imitari.*
3 *Nihil eſt in humanis, quod ſit vndequaq; perfectum, & ſine peccato.*
Vel quòd non poſſit à quoquam reprehendi. ex Xenophonte.
4 *Viri boni eſt ſcire pati, non facere iniuriam. ex Seneca.*
Et ferre poſſe conuitiantem. ex Philemone.
5 *Chriſtiani eſt pati, non facere contumeliam.*
Et frænum iracundiæ imponere. ex S. Hieronymo.
6 *Paulo pro ſe loqui permiſſum fuit.*
Qui pro ſe rationem reddidit.
7 *Iuriſdictionis ea qualitas, & natura eſt, vt non præſumatur, niſi probetur.*
*Qui verò ſine iuriſdictione ius dixerit, ei non paretur impunè.n.*8.
*In dubio tamen parere quis debet.n.*9.
Et in ius vocatus adeſſe.
*Exaudi tamen de Ordinario.n.*10.
Non de Delegato.
11 *Delegatio non præſumitur, niſi doceatur de ea.*
*Quia Delegatus certus eſſe debet de ſua delegatione.n.*12.
*Nimirùm quòd cum ſit materia odioſa, non præſumitur. n.*13.
Ideò præſè exaudienda, non diffundenda.
*Nàmq; abſq; ſpeciali Principis authoritate iuriſdictio Delegato non tribuitur. num.*14.
*Debet igitur Delegatus ſe talem probare. num.*15.
15 *Fundamento quæ caret domus, corruet.*
16 *Delegatus quod primò cognoſcere debet, eſt, an ſua ſit iuriſdictio.*
*Præſertim ſi de appellationis deſertione opponatur. n.*17.
Vel ſi de ea ex actis appareat.n. 18.
Quamuis non opponatur.
Alioquin inutilitèr agit.n. 19.
20 *Appellatione deſerta, perindè ſe habet negotium, ac ſi appellatum non fuiſſet.*
*Appellationi renunciare, vel non appellare, idem.n.*21.
*Et cauſa iàm completa dicitur.n.*26.
*Non appellare, & minùs legitimè appellare paria æſtimantur. n.*29.
*Appellationis deſertio in dubio non præſumitur. n.*33.
Et contra eam magis pronunciandum.
*Secùs tamen ſi de ea ex actis appareat. num.*34.
Vndè nec cauſat attentata.
*Vel ſi poſt appellationem ipſi in cauſa procedi inſtetere.n.*39.
Vel paſſi ſunt.
*Nàm recedere videntur.n.*40.
21 *Delegati iuriſdictio in cauſa appellationis extincta dicitur.*
Si appellatum non fuerit.
Vel eidem renunciatum.
*Et iuriſdictio ad Iudicem à quo reuertitur.n.*22.
22 *Iudex à quo, appellatione deſerta, ſuam exequi ſententiam poteſt.*
23 *Appellare qui deſtitit intra ſtatuta tempora, ipſe ſuo facto iudicatum confirmat.*
*Quia videtur conſentire n.*24.
Vel ſi appellationem deſeruit.
25 *Delegatio ſubreptitia dicitur, ſi de appellanis deſertione mentio facta non fuerit.*

27 *Ap-*

Digitized by Google

27 *Appellatio coram Iudice à quo interponenda eſt.*
Non coram ad quem.
Neq; admittitur, ſi ſola appellationis cedula coram Notario Actuario dimittatur.n.28.
Nec ſufficit appellare voce, niſi in ſcriptis appelletur.n.30.
Niſi incontinenti appelletur.n.31.
Appellaſſe qui dicit, & appellaſſe, & ritè appellaſſe oſtendere debet.n.32.
Ratio n.36.
Debet tamen docere qui aſſerit, cenſurarũ metu feciſſe.n.37.
Præſertim ſi ex actis ſpontanea appareat renunciatio.n.38.
36 *Obediens non dicitur, qui non obediendi animo facit.*
41 *Falſus prĉeator carere debet impetratis.*

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio, Delegata præſertim, non præſumitur, niſi probetur, nàm aliàs in Ordinario, parere quis debet antequàm de exemptione doceatur. Delegatum proindè ſe aſſerens, de Delegatione docere oportebit. Quia materia cùm ſit odioſa, comprimenda magis, quàm diſtendenda. Illam autem ſortitur iuriſdictionem Delegatus, principiò, vt cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio; præſertim ſi de appellationis deſertione, vel non interpoſita appellatione obijciatur. Appellatio coràm Iudice à quo interponenda eſt, non ad quem. nec voce, ſed in ſcriptis, & coràm Iudice; non dimiſſa cedula coràm Notario. Quid verò ſi cenſurarum metu, vel non appellaſſe, vel appellationem deſeruiſſe quis aſſerat? Et quid ſi poſt appellationem Iudicem procedere paſſus fuerit, eiquè paruerit?

RESPONSIO XCV.

1 REbus in humanis nihil tàm facilè
eſt, niſi vt conuitieris. Vt.n. vetus
fert apud etiam Græcos Adagij
2 loco: *In multis Momum agere, &
reprebendere, longè faciliùs, quàm imitari.*
3 Veriùs tamen Xenophon dixit: *Non facilè
eſt, vt reperiri aliquod opus poſſit, in quo nihil
à quoquam reprebendatur. Eſt enim arduum
itá quicquam perficere, vt non alicubi
pecces. Quid ſi etiam ſine aliquo errore
quidquam peragat aliquis, difficile eſt non
pati, aut inuenire aliquem iniquum Iudicem.*
4 Sed, vt Seneca docet: *Viri boni eſt ſcire pati,
non facere iniuriam.* Ille Magnus, & nobilis
eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum
canum ſecurus obaudit. Lepidiſſimè
hoc expreſſit Philemon Comicus apud Græcos.

Iucundius nihil eſt, nequè etiam concinnius
Eſt, quàm poſſe conuiciantem ferre.
Nàm qui conuiciatur, eo, in quem conuicium iacitur
Diſſimulante, tacenteq; efficit, vt ſibi ipſe conuicietur.

Sanctus verò Hieronymus, Sacrum no-
5 men, Eccleſiæ lumen ad Euſtochium: *Apud
Chriſtianos* (inquit) *vt quidam ait, non qui
patitur, ſed qui facit contumeliam miſer eſt.
Iraſci hominis eſt. frẹnum iracundiæ imponere
Chriſtiani.* Non itàq; iraſcamur, ſed
frẹnum iracundiæ imponamus ex his, quæ
6 accidere. Permittitur enim nobis loqui pro
nobis ipſis. Veluti Agrippa Rex ad Paulum,
Actuum 26. 1. dixit, cùm apud ipſum Feſto
Præſide iudicandus ſtaret: *Permittitur tibi
loqui pro te ipſo. Tunc Paulus extenta manu
cœpit rationem reddere.* Et nos pro nobis
rationem reddimus: Agere haud poſſe Illuſtriſſimum
Caleni Epiſcopum ex vi prætenſẹ
Delegationis Apoſtolicæ, donec iuriſdictionem
ad ſe ſpectare iure conſtiterit. Ea quip-
7 pè iuriſdictionis eſt qualitas, & natura, nè
præſumatur, niſi probetur. Præeſſe enim iuriſdictioni
debet, vt in ius vocatus venire
debeat. vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis
eius ſit. ex Paulo lib. 1. ad edictum in *l. ex
quacunq; cauſa. 2. ff. ſi quis in ius vocatus nõ
ierit.* ibiq; *Bart. & Doctor.* poſt *Gloſſ.* verbo
ſciatur.
8 Cæteroquin ſi ſupra iuriſdictionem ſuam
velit ius dicere, & extrà territorium; impunè
non

Digitized by Google

non paretur. idem Paulus eodem lib. 1. ad
edictum in *l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iud.*
cap. 2. aliàs fin. de conſtitutionib. in 6. nec ali-
tèr ſentire viſus eſt Vlpianus lib. 2. ad edictũ
in *l. 2. ff. de iudicÿs. Innocent. in cap. cæterum*
5. de iudic. Lapus allegat. 58 ſiuè 59. incipien-
te Prælatus Eccleſiæ. nu. 3. 14. & 15. Afflict.
deciſ. 297. num. 1. & ſeq. ad fin. Petrus de Be-
nintendis deciſ. Bononien. 18. num. 3. Ioſeph
Ludouicus decis. Lucenſi 2. nu. 21. Andræas
Gayllus practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 2.
num. 1. & 2.
9 Et licet quidèm ſi dubium fuerit, an ex
aliena quis iuriſdictione ſit, vocatus nihilo-
minùs venire debeat. ex Vlpiano lib. 5. ad
edictum in *l. ſi quis ex aliena iuriſdictione*
5. ff. de iudic. ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *æſtimare.*
d. l. 2. §. ſed ſi dubitetur cum *Gloſſ.* verbo
10 *poſſit. ff. eod.* ſed planè de Ordinario exaudi-
tur, non de Delegato. ex *Gloſſ.* in *cap. accuſa-*
tus 8. §. ſanè verbo *manifeſtè* ibidèmq; *Ioã.*
11 *Monachus nu. 8. de hæretic. in 6.* Delegatio
nempè non præſumitur, ni de ea doceatur.
apertiſſimè Innocentius III. in *cap. cùm in*
iure peritus. 31. de officio delegati. quiſeq uẽ-
tibus Boiacen. Epiſcopo ſciſcitanti reſpõdit:
Super quo tibi huiuſmodi damus reſponſum,
quòd niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ certus
extiteris, exequi non cogeris quod mandatur.
12 Certus itaq; Delegatus eſſe debet; alioquin
delegatio non præſumitur. *Gloſſ.* ibidèm ver-
bo *ſuper mandato.* & ibidèmq; *Bald. C. de*
mandatis Principum. Federicus de Senis cõſ.
130. Quædam domus. nu. 2. in fin. Rota decis.
29. de præbend. in nouit. quam ſecuta fuit
Rota apud *Creſcentium deciſ. 13. de conceſſ.*
præbend. & dictum fuit in *Carthaginen. trãſ-*
lationis penſionis 19. Iunÿ 1606. coram Mã-
zanedo apud Marcheſan. part. 1. fol. 638. de-
ciſ. 43. num. 2. & in Tuden. Beneficÿ de Ro-
ſel. 12. Decembris 1594. coram Penia apud
eundem cod. part. 1. fol. 649. deciſ. 52. num. 1.
& ſeq. & apud Card. Caualer. deciſ. 644. nu.
1. & apud Durantum deciſ. 6. num. 5. part. 1.
13 Quia nimirùm, cùm ſit materia odioſa, nõ
præſumitur. ex *Bald. l. 1. C. de mandatis prin-*
cipum. vndè preſsè exaudienda erit, nec di-
ſtendenda. ex Alexandro III. in *cap. ſuper eo.*
15. ibiq; *Scribentes de officio Delegati. Gayllus*
d. lib. 1. obſeruat. 48. num. 21. Gratianus fo-
renſ. par. 1. cap. 170. num. 29. namq; abſq; ſpe-
14 ciali Papæ authoritate iuriſdictio Delegato
non tribuitur. ex Alexandro III. Epiſcopo
Senonen. in *cap. præterea. 5. de officio delegati.*
Rota apud Card. Manticam deciſ. 185. nu. 8.
15 Adſtruere proindè ſe Iudicem Delegatũ
Dominum Epiſcopum oportebit, vt ſua ſit
iuriſdictio. alioquin corruet ædificium; quod
fundamento caret. *can. cùm Paulus. 26. 1. q.*
1. ne ſuper arenam ædificaſſe videatur, vndè
ruinam domus videat. accipe omnium Ma-
giſtrum Chriſtum Dominum noſtrum Mat-
thæi. 7. 26. dicentem, docentemq; *Similis erit*
viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſu-
per arenam: & deſcendit pluuia, & venerũt
flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius
magna.
Hanc ob cauſam de appellationis deſer-
tione obiectum cùm fuerit aduerſus prętẽ-
ſam Delegationem per Promotorem Fiſcalẽ
16 Curiæ Epiſcopalis Auerſanæ, hanc tantum-
modo iuriſdictionem ſortitus eſt Dominus
Epiſcopus Delegatus, vt cognoſcat, ſua ne ſit
iuriſdictio, rectèq; procedat Delegatio, illaq;
per appellationem prætenſam firma ſit, neq;
per deſertionem illius impedita. ex *tex. in*
cap. ſuper litteris. 20. ibiq; *Doctores,* inter
quos Sandeus ille *Felin. nu. 18. verſ. an ſua*
ſit iuriſdictio. Imola num. 12. & 13. & Hen-
ricus Boich. num. 7. de reſcriptis. ex Grego-
rio IX. in *cap. ſignificantibus. 38. de officio*
delegati. Gloſſ. d. cap. accuſatus. 8. §. ſanè. ver-
bo *manifeſtè de hæretic. in 6.* ex Paulo *d. l. ex*
quacunq; cauſa. 2. ibiq; *Bart. num. 3. & 6. ff.*
ſi quis in ius vocatus non erit. & Vlpiano *d. l.*
ſi quis ex aliena iuriſdictione. 5. ff. de iudicÿs.
Rota deciſ. 24. de appellationib. in nouis. &
deciſ. 6. num. 3. de exceptionib. in nouis. Lapus
d. allegat. 58. Prælatus Eccleſiæ. num. 3. & 4.
Gayllus d. obſeruat. 48. num. 11. & obſeruat.
137. num. 5. eodem lib. 1. Marius Antoninus
Maceraten. variarum reſolut. lib. 1. reſolut.
48. nu. 5. Sayrus in Theſauro de cenſuris lib.
3. cap. 28. num. 7. qui refert *d. tex. in d. l. ſi quis*
ex aliena 5. de iudicÿs.
17 Super deſertione itaq; ipſa appellationis
dicere, ac pronunciare primitùs debebit. ſe-
cundùm *Cardin. in Clement. ſi appellationi*
6. in 2. q. in fin. num. 3. de appellationi. quam-
18 uis de illa obiectum non fuiſſet, ſi de ea ex
actis appareat. ex *Ioachino Minſynger. cent.*
3. obſeruat. 22. nu. 3. alioquin inutilitèr pro-
19 cedendo in cauſa aget iuriſdictione nuda-
tus, illaq; non perpetuata. ad *tex. in cap. ſi plu-*
res. 8. ibidemq; *Gloſſ. final. de offic. delegati*
in 6.
20 Deſerta nempè appellatione perindè ſe
habet negotium, atq; ſi appellatum minimè
fuiſſet. vt *Gloſſ.* inquit in *l. 2. §. quòd ſi ab arbi-*
tro. verbo *executioni. in fin. C. de temporibus,*
& reparationib. appellationum. probatq;
tex. in l. fin. §. illud etiam circa fin. C. eodem.
illis verbis: *tanquàm ſi ab initio minimè fue-*
rit prouocatum. Bonifacius VIII. in *cap. ab eo,*
qui appellat. 6. de appellationib. in 6. illis ver-
bis præſertim: niſi appellationi renunciatum
fuerit. *Clementina ſicut appellationem 3. &*
Clement. ſi appellationem. 6. de appellationib.
noſter *Maranta in ſpeculo 6. par. tit. de ap-*
pellationib. nu. 409. in 8. q. Guido Papa deciſ.
426. nu. 27. Minſynger. d. obſeruat. 22. nu. 4.
Oldradus conſ. 291. propè fin. ſequitur *Rota*
apud Verallum decis. 177. num. 2. par. 2. Ma-
ceraten. variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 61.
num. 15. Rota decis. 2. de appellationib. in no-
uis,

uis,& apud Creſcentium decis.7. de ſentent.
& re iudicat.: ſequutaq; fuit eadem Rota
coram Cardin.Mantica decis.272 nu.7. in fi.
*& decis.270.num.*1.
21 Completa eſt ergo Delegati Iudicis ad
quem iuriſdictio,ſi appellatum non extitit,
atq; conſequenter appellationi renunciatũ,
quod idem efficit, vt diximus.ſequiturq; Ro-
ta *apud Mobedanum decis.293.alias 9.nu.1.*
22 *de appellationib.* Statim igitur ad priorem
Iudicem à quo, iuriſdictio quaſi poſtliminio
reuerſa fuit, quæ per appellationem erat ſu-
ſpenſa,atq; deſerta appellatio fuit, vt potue-
rit ſuam exequi ſententiam Iudex à quo. ex
Alexandro III.*in cap.cùm ſit Romana 5.de*
appellationib.extrà.d. Clement.ſi appellatio-
nem 6.eod.Rota in nouis d. decis.1. de appel-
lationib.num.2.& 3.Rota par.3.lib.2.diuer-
ſorum decis.208. num.2. & in recentiorib.
23 *part.1.decis.601.num.*1. Ipſe nempè ſuo fa-
cto confirmauit iudicatum, qui non intra
ſtatuta tempora prouocauit. ex Gordiano
Auguſto in *l.hac ſententia 4.alias fin. in fin.*
C. de ſententijs, quæ ſine certa quantitate
proferuntur. Rota part. 2.diuerſorum decis.
119. *num.* 10.11.& 12. Rationem reddit
24 *Gloſſ.* ibidèm verbo *confirmaſti*. Videris
enim (inquiens) cõſentire cùm ſtatuto tem-
pore non appellaſti. vel (addimus nos) ſi ap-
pellaſti,& appellationem deſeruiſti,nec pro-
ſecutus fuiſti.*d.cap.cùm ſit Romana 5.de ap-*
pellat.& d.Clement.ſi appellationem.6. eod.
*Rota apud Cardin. Manticam d. decis.*276.
*num.*1.
25 Subreptitium propterea delegationis Bre-
ue fuit, non facta memoria de appellationis
deſertione.non enim illud Pontifex indulſiſ-
26 ſet,ſi id reſciuiſſet.Quoniam per appellatio-
nis deſertionẽ iam cauſa completa fuerat,
vt nihil aliud ſupereſſet ampliùs,quàm quòd
Iudex ſuam exequeretur ſententiam,*d. cap.*
cùm ſit Romana 5. de appellationib. Lancel-
lottus de attentatis par.2. cap.12. in 1. am-
pliat.num.34 & ſeq.Grauatius ad Veſtrium
lib.3.cap.6.nu.16.Rota in recentiorib.par.1.
*d.decis.601.ſub num.*1.
27 Præter quàm,quod,neq; appellationem
interpoſitam fuiſſe,ex actis appareat,quę ſa-
nè coram Iudicem à quo, non ad quem in-
terponenda erit:alioquin effectum non pro-
ducit.*cap. vt debitus. 59.§. cùm autem.*ibiq;
Doctores, & cap fin. de appellationib.extrà.
Clement.1. de appellat.& cap. appellatio. 9.
eodem tit.in 6.Caſſador.decis.8.num.3.de ap-
*pellat. Cappella Tholoſana decis.*429. ibiq;
Aufrerius.nu.2.Grammatic.decis.36.nu.76.
Zerola in praxi Episcopali par.1. verbo *ap-*
pellatio.num.3. ad tertium.Scaccia de appel-
lationib.q.6.nu.1.& ſeq.Rota in recentiorib.
part.1.decis.293 num.13.& par.2.decis.396.
28 *num.*3. Vt neq; debito fiat ſatis ſi appella-
tionis cedula coram Notario actuario di-
mittatur.ex *d.cap.vt debitus. 59.de appellat.*
Clement.1.eod.tit. Rota apud Coccinum de-
cis.234.num.3. & apud Card.Caualcr.decis.
495.num.2.3.& 4. rationem *num.1.*reddit:
29 *Quia parta ſunt non appellare, & minus le-*
gitimè, vel ſolemnitèr appellare. Vt neq; ſuffi-
30 ciat appellare voce, niſi in ſcriptis appellatio
interponatur.*l.eos,qui.6.§.fin.& l.litigatori-*
bus 14. ibidèmq; *Gloſſ. C. de appellationib.*
31 ibiq; *Bart.Bald.& Angelus,alijq;* niſi incõ-
tinenti,ac illicò prolata ſententia,appelletur.
d.l.litigatoribus. 14. & *Gloſſ.* ibidem verbo
illicò. antèquam ſcilicet ad alia diuertatur.
Martianus lib.1. de appellationib. in *l.2. ff.*
eod.Achilles decis.2. num.1. de appellat. Ve-
ſtrius in praxi lib.7.cap.3.nu.28. Rota apud
Coccinum d.decis.234.n.2.& decis.265.n.2.
Et apud Duranum decis.297.num.1.part.2.
32 Is igitur, qui appellaſſe ſe dicit,& appellaſ-
ſe,& ritè appellaſſe oſtendere debebit,ni in
caſſum Iudicem ad quem fatigare voluerit.
Imperator hoc eddicit in *l.hi,qui 7.C.de ap-*
*pellat.*qui ſic loquitur.*Cùm igitur ad munus*
euocatus appellaueris, apud Præſidem Pro-
uinciæ iuſtè te appellaſſe oſtende. ibidèmq;
Gloſſ. verbo *oſtende.*& *Bart.nu.3.verſ. quã-*
doquè quæritur.& *tex.in d.cap.Romana. 3.§.*
*ſi verò.*ibiq; *Francus nu.7. de appellationib.*
in 6.Cæſar de Graſſis decis.2. alias 8. de re-
ſcript.num.2. Rota apud Card. Seraphinum
decis.422.nu.5.& apud Coccinum decis.356.
nu.1.& 2. Quatènus verò appellaſſe ſe do-
cuerint,quod,vt præfati ſumus,non apparet,
obſtaculum tamen facit eis deſertio ipſa ap-
pellationis,quæ quamuis in dubio non præ-
33 ſumatur, vt pro non deſertione pronunciã-
dum ſit potiùs.ex *Caſſadoro decis.7.nu.1. de*
appellat.Rota part.2. diuerſorum decis.6.nu.
10.Ioſeph Ludouicus decis. Peruſina 35. nu.
12.& hanc ſententiam ſequitur *Rota*, vt te-
ſtatur *Card.Caualcr.d.decis.495. num. 3. &*
part.4.diuerſorum collecta per Farinacium
34 *decis.734.num.2.* Attamen ſecus eſt, ſi de
deſertione ex actis appareat. quam ob cau-
ſam neq; attentata dicuntur, nec reuocan-
tur.ex *Rota d.decis.1.nu.3.de appellat. in no-*
uis.& d.decis.6.num.10.par.2.diuerſorum,
& par.3.lib.3.decis.758.nu.4.etiam diuerſo-
rum.Aufrerius ad Cappellam *Tholoſanam*
q.vlt.circa med.Lancellott. de attentatis par.
2.cap.11.limitat.50.num.224.
Adeò verò certum eſt,appellationẽ, qua-
tènus quidèm illa interceſſiſſet, eſſe deſertã,
35 vt ipſimet Aduerſarij hoc confiteri non diſ-
fugiant: dicant verò ſe, cenſurarum metu,
appellationi renunciaſſe. non habere proin-
de illam firmitatem vllam.ad *tex.in cap.olim*
inter te. 17.de reſtitut.ſpoliator. Ibidèmq;
Gloſſ fin.& Innocent.num.2 in fin. ſequitur
Rota apud Achillem de Graſſis decis 21.nu.2.
*de appellat.*ex ratione, quam *Gloſſ fin.d cap.*
36 *olim.17.*reddit: Quia non gerit ſe pro obe-
diente, qui non facit animo obediendi. ex
Vlpiano lib.61.ad edictum in *l.pro harede*

20.ff.de acquirend.vel amitt.hæred.

Verum id eorum aſſumptum deijcitur: Cùm quòd in dubio ſaltim obediendi fecíſ-
37 ſe animo videntur; vt ipſis probandi onus maneat,non obediendi animo feciſſe, cùm aliàs pro talibus ſe geſſerint. ad *text. in d.l. pro hærede 20. ff. de acquirend. hæreditat.* expreſſiſſimè, teſtatur *Innoc. d.c.olim 16.n. 2.verſ.idem etiam intelligimus.*

Tùm etiam quòd ex actis ipſis de non iu-
38 re apparet Aduerſariorum, qui appellationem deſeruere: *Achill.dec.3.vt lite pendente. Lancell de attent.p.4.c.4.in præfatione.num. 326.*quem ſequuta in his terminis fuit *Rota p.2.in recent.dec.383.n.3.*

39 Tum deniquè, quòd ipſimet Aduerſarij, (ſic etiam appellaſſent) ex ſeipſis nullo cogente,ſed voluntariè,ſcienteſq, petenteſquè inſtitere, Dominum Vicarium Auerſanum accedere ad locum Paſcharolæ ad nouam Oeconomorum electionem excipiendam, illamq; factam confirmari voluere,eaq; confirmata per plures menſes in illa ſtetere ſuo munere fungentes,adminiſtrâteſq;Receſſere
40 proindè ab appellatione,quatenus illā iniſſent;& in Iudicē conſenſere,petendo procedi ad actus, qui citrà ius, & nomen Iudicis, atq; iuriſdictionis exercitium fieri, & explicari minimè aliàs poterant.ad *text.in d.l.pro hærede 20.ff de acquirend.hæreditat. & cap. cùm M Ferrarienſi 9.de conſtitutionib.Rota.decis 63.de appellation.in nouis, & apud Achill.dec.19.de appellation.& apud Verall. dec.29.n.1.p.1.& apud Card.Caualer.deciſ. 292.n.3.*

Cum itàq; neq; appellauerint; quatènus verò appellaſſent, nuncium eidem voluntariè miſerint;ipſiq;ſe appellaſſe,atq; grauatos fuiſſe in Signatura Sanctiſſimi proclamauerint;cauſamq; delegari obtinuerint,& in eorum aſſertione mendaces fuerint: non aliud ex delegatione ſortiti fuere, quàm quòd vti
41 falſi precatores, & mendaces, impetratis careant.ad *text.in d.cap.ſuper litteris 20. in fin. de reſcriptis.* Non itaq; firma eſt delegatio Domino Epiſcopo Caleni facta, cùm obreptionis,ſubreptioniſq; vitio ſcateat.Remittat proinde cauſam oportet,ſeq; incompetentem declaret.

Atq; ità ex his, ſupercilio non reiecto ſeueriori,reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Deſtitit à procedendo veritate agnita Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus; ſiluitquè litigium; mandatiſq; paruere Curiæ Epiſcopalis, qui reluctantes fuerant. minutorumq; canum latratus ſecuti obaudiuimus.

SVMMARIVM.

1 *Hominum vita poſt primi parentis peccatum innumerabilibus inuoluta malis fuit.*
Horum omnium peſſimum mors.n.2.
2 *Mors malorum omnium peſſimum.*
Omnibus hæc ſtatuta dies eſt.
Debemus morti nos,noſtraq;
Neminiq; euadere datum, quàmuis fugacem perſequitur.
Sub ſuas leges omnes vocat.
Moritur autem homo, & obliuioni datur. num 3.
Nihilq; ei proſunt ſubſtantiæ Mundi. num.4
5 *Fecit quod quis,iurè patitur.*
6 *Legata etiam pia Eccleſijs, pijſq; locis relicta quadragintà annorum curſu præſcribuntur.*
7 *Præſcriptio contra Eccleſiam non niſi quadragenaria procedit.*
Etiam in executione legatorum, & hæreditatum.
Quod vniuerſim, & regularitèr procedit. num.9.
Etiam in annua præſtatione.n.11.
Et in decimis.
8 *Conſtitutio Iuſtiniani Cæſaris in § pro temporibus,in auth.de Eccleſiaſticis titulis collat.9.canonizata reperitur.*
Sicuti Anaſtaſij Conſtitutio in l.comperit,6. C.de præſcript.30.vel 40.annorum.n.10.
12 *Præſcriptio contra Eccleſiam Romanam non currit,niſi centenaria.*
13 *Solutione eius,quod debetur,obligatio omnis tollitur,& euaneſcit.*
Et debitor liberatur.
Omniſq; ceſſat hypotheca bonorum.nu.14.
15 *Præſcriptione actiones omnes, & hypotheca ceſſant,& extinguntur.*
Præſcriptio omnem tollit obligationem num.16.
Ciuilem potiſſimum.
Solutioni æqualis habetur. num.17. & num 58.
Et tollit omnem actionem.
Atquè ad inſtar ſe habet rei iudicatæ. num.18.
Et finita eſt negligentis pœna.n.45.
19 *Actione qui ſine experitur,malè agit.*
20 *Legata annua tot æſtimantur, quot ſunt anni.*
Et tot requiruntur præſcriptiones.
Declara tamen quò ad obligationem,et petitionem.n.22.
Non quòad ſubſtantiam legati.
Nàm legatum dicitur vnum eſſentialitèr. num.24.
Plura verò virtualitèr.
Solutiones verò diuiduntur in ſingulos annos

[illegible] multiplicandæ obligationis. n. [illegible]

21 *Aequiuocæ priùs diuidenda, & declaranda erunt, poſtmodum definienda.*

23 *Legatum annuum quàmuis in minus ſolemni teſtamento relictum, ſi hæres agnouerit, ſolueritq; tribus ſaltem annis, in futurum quoq; tenebitur.*

25 *Humana in eſſentia dantur plures gradus metaphyſici, qui diſtincti ſunt formalitèr.*

26 *Anima rationalis eſt vnà, licèt habeat tres potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem.*

Quæ ſola, & per ſe eſſentialitèr eſt forma corporis humani.

27 *Forma vna eſt, nec in plura diuidi poteſt.*

Solaq; dat eſſe rei.

Sine qua res perimitur, & extinguitur.

29 *Legatum annuum ſimile dicitur legato vſusfructus.*

30 *Subſtantia rei ſublata, omne quoq; accidens remouetur.*

Cùm ſine ſubſtantia nihil ſubſiſtere valeat.

Et ſine ſubſtantia, neq; rei nomen datur. num. 32.

31 *Matrimonium ſine conſenſu non ſubſiſtit.*

33 *Actio ſine obligatione non datur.*

Quæ mater dicitur actionis.

Hæc illius filia.

34 *Obligatione ſublata omnis agendi quoq; via præcluditur.*

Obligatione in perpetuum ſublata reſtitui non poteſt. n. 35.

36 *Prouerbium. Securis ad radicem poſita eſt. expenditur.*

37 *Modus ab ente non diſtinguitur.*

Quia ſine ente, & ſubſtantia eſſe modus non poteſt.

Modus accidens eſt. n. 38.

Et ſine ſubiecto non datur.

38 *Accidens ſine ſubiecto eſſe non poteſt. & num. 37.*

39 *Cauſa originaria præſtationis annuæ ſublata, obligatio quoq; ſolutionis ceſſat.*

40 *Præſcriptiones tot requiruntur in annuis præſtationibus, quot ſunt anni.*

Declara, quæ ex ſe, & natura ſua præſtationes annuæ ſunt.

Et obligationes ſucceſſiuæ annuæ.

Alioquin præſcriptio in his locum non haberet. n. 41.

42 *Iniuſtè agit, qui non iure agit, ac conſequentèr malè.*

43 *Fabricæ Sancti Petri iura quando intrèt, vt ipſa portiones exigat?*

Oportet, vt pia legata exequi priùs curet, quàm portiones exigat. ex Pÿ V. Conſtitutione. n. 44.

Nam ius eius ex dicta Conſtitutione conditionale eſt. num. 49.

Non adimpleta igitur conditione extrahere illas non poteſt. n. 50.

46 *Lex, vel Conſtitutio, quod non diſponit, ſub diſpoſitione iuris communis reliquiſſe videtur.*

Et quod non dicit, nec nos dicere debemus. num. 47.

Quia quod lege ſcriptum non inuenitur, nec actum præſumitur. n. 48.

51 *Iniuſtè alteri grauamen inferens, & damnum, peccat.*

Et ad reſtitutionem tenetur.

52 *Fabrica Sancti Petri tueri haud ſe poteſt præſcriptione centenaria quòad portiones, ex legatis pÿs.*

Si illa præſcripta fuerint contra Eccleſiam legatariam.

Ratio affertur n. 53.

Venit ad portiones ſecundariò, & ad coarguendam negligentiam hæredum, vel executorum. n. 54.

Priùs igitur curare debebit legata exequi, quàm portiones exigat. n. 55.

Neq; ad portiones venit, ſi hæredes, antequàm illa manus appoſuerit, legatis fecerint ſatis. n. 56.

Ratio affertur.

Vel ſi legatum præſcriptione extinctum reperit. n. 57.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio contra Eccleſiam non admittitur niſi quadragenaria. Contra verò Romanam centenaria. Legatum aduersùs Eccleſiam quadraginta annorum curriculo præſcribitur. quàmuis annuum; quia ſubſtantia præſcribitur legati. nàm, quòd ſingulis ſoluatur annis, modus eſt legati, non ſubſtantia. qua occaſione agitur ad propoſitionem illam: tot ſunt legata, quot ſunt anni, & tot perquiruntur præſcriptiones, quot anni ſunt, eaq; declarantur. Præſcriptione omnis tollitur obligatio, omniſq; hypo-

theca,& actio perimitur,reiq; iudicatæ, & finitæ ſimilis habetur. Et nùm Fabrica iurè agat ad portiones ſibi reſeruatas, legato pio, annuo præſertim,præſcriptione quadragenaria extincto? Et *Conſtitutio* expenditur *Pij V. Exigit*: qua conditionalitèr Fabricæ portiones reſeruatę fuere.

RESPONSIO XCVI.

1 HOminum vita, poſtquàm primus noſtrum omnium parens Adam à muliere illectus vetitum pomum comedendo tranſgreſſor diuini præcepti,ne de eo comederet,factus eſt; vndè & animæ,corporiſq; mortem ſubiuit, in-
2 numerabilibus inuoluta malis fuit. Omnium verò eorum peſſimum eſt mors,quando, vt Vergilius 10. Æneid. cecinit

Stat ſua cuiq; dies,breue, & irreparabile tempus
Omnibus eſt vita.

nam Horatius, vt in Poetica dixit

Debemur morti nos,noſtraq;

& lib.3.carmin.

Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis Iuuentæ
Poplitibus,timidoq; tergo.

Quippè,vt Ouidius ad Liuiam ſcripſit

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

3 Moritur ergò homo,& obliuioni ſtatim à viuẽtium corde datur. Quid itaq; prodeſt ei, quòd multos genuerit liberos, quòd multa eis reliquit, ſi ipſe neq; bonis fruitus fuit, neq; poſt mortem habet,qui eius meminit? Hoc ipſum prægustaſſe quandoq; mihi videtur ſapientiſſimus ille Rex Salomon, *Eccleſiaſtes.6.3.* quando huiuſce vitæ miſerias commemorans,ſequentibus, fleuit magis,
4 quàm dixit: *Si genuerit quiſpiam centum liberos,& vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ,ſepulturaq; careat: de hoc ergo pronuncio,quòd melior illo ſit abortiuus. Fruſtrà enim venit,& pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.*

In vno hoc facto,quod narramus, dupliciter adumbratum hoc ipſum, quod diximus,vidimus. Filius matris iam prædefunctæ oblitus fuit, vt eius nõ impleret pro ani-
5 mæ ſuæ commodo ſuprema iudicia. Ipſe verò hoc ipſum,quod fecit,ſic permittente ſupremo omnium Iudice, paſſus fuit. ex Vlpiani ſenſu, verbiſq; lib.11.ad edictum in *l. ſed & partus ancillarum.12.§.1.ff.de eo quod metus cauſa.* Audias(quæſo)ipſum ſupremis ſuis tabulis,quæ anno 1584.ſcripſit, dicentẽ, Dominum Fabritium de Frangipane:

Laſcio, che ſi dia alla Chieſa della Trinità di Roma detta de'conualeſcenti vna botte di vino ogni anno, conforme al teſtamento di mia Madre,che ciò confermo, e voglio che ſi ſuppliſca del mio,nõ eſſendoci di mia madre.

Matris ille oblitus fuit,eius hæredes,quos reliquit,obliti quoq;fuere, nec eius impleuere voluntatem. Duo verò ſuprà ſexaginta tranſiere anni,ex quo ille fatis obiuit. Reuelari tamẽ nouiſſimis hiſce diebus, quod occultum erat,permiſit Deus. In agnitionem hoc nempè venit Miniſtrorum Fabricæ Sãcti Petri in Vrbe. putant proindè illi,vigore priuilegiorum,& facultatum, quæ obtinet, annatas omnes decurſas à die ipſa, qua ex humanis Fabritius exceſſit,ad ſe ſpectare. Nedùm itaq; qui ſuperſunt hæredes hæredum Fabritij,in Iudicium compellant, quin ſequeſtrum bonis inijciunt. Reponendum omninò iniectum bonis ſequeſtrum,qui hęredes tuentur,edicunt. Legatum hoc temporis curſu quadraginta annorum,quin non ampliùs,ſexaginta duorum, contra Eccleſiã legatariam iam pręſcriptione ſublatum.nullum ius Fabricæ eſſe, vt præteritas ad ſe reuocet non ſolutas annatas. Fit ergo cauſæ ſtatus: Præſcripſerint nè iure hæredes contra Eccleſiam temporis lapſu relictum à Fabritio legatum? Et nùm iure Fabrica legato iã præſcriptione ſublato, repellatur?

Ad vtrumq; caput affirmandum cẽſemus.
6 Primum autem ſic adſtruimus. Legatum omne Eccleſijs,ſiue monaſterijs,ſiuè pijs locis quibuſcunq; quadraginta annorum lapſu præſcribitur. lapſi in hoc facto fuere nedum quadraginta quidèm, ſed ſexaginta quoq; anni.eſt ergò præſcriptum legatum. Maiorẽ ſyllogiſmi firmam reddimus ex Iuſtiniani Cæſaris ſanctione,§.*pro temporalibus autem in authent.de Eccleſiaſticis titulis. collation.* 9.verba damus Cæſaris.

Pro temporalibus autẽ præſcriptionibus,
7 *decem,& viginti,& triginta annorum: Sacroſanctis Eccleſiis, & alijs vniuerſis venerabilibus locis ſolam quadraginta annorum præſcriptionem opponi præcipimus; hoc ipſo ſeruando, & in exactione legatorum, & hereditatum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.*
8 his Iuſtinianus Cæſar. neq; ſcrupulum te moueat,quòd lex ſit ſecularis Principis,quia nimirùm, canonizata reperitur per Gratianũ in *can.neq; decennij.* qui eſt *fin.10.q.4.* & hãc ſententiam poſt *Abb. Federicum*, & *alios* admittit, probatq; *Felin.in cap.2. nu.4.de præſcriptionib.* ſequiturq; *Gloſſ.*ibidèm verbo *futuris.* *Gratianus* Rotæ Marchiæ *decis.4. nu.10.& seq.& forens.par.3.cap.565.num.32.33.& seq.*

9 Vni-

9 Vniuerſim verò, & regularièr contrà Ec-
cleſiam quadragenaria currit præſcriptio.
ex Gelaſio Papa *can.placuit* 8. & ex Gratia-
no *can.placuit* 15. §.*cæterum aduerſus loca
religioſa*.& *can.iubemus* 16.16.*q*.3. qui canō
exceptus à Gratiano fuit ex Anaſtaſij Cæſa-
ris conſtitutione in *l.comperit noſtra sereni-
tas.6.C.de præſcriptione* 30.*vel* 40.*annorum*.
10 quam ob cauſam d. Anaſtaſij conſtitutio
canonizata iam reperitur in *d.can.iubemus*.
Gloſſ.in can.poſſeſſiones.1.verbo *abbates in
fin.* & *can. ſequent*.16. *q*. 4. & ita paritèr ex
Alexandro III.in *cap.de quarta*.4. ibidèmq;
Gloſſ.verbo *quadragenaria*. & *cap. illud au-
tem*.8. & ex Innocentio III. in *cap. auditis*.
15.*de præſcription. extrà*.*Gloſſ. in cap.fin.in
fin*.verbo *legitimè.de conſuetud.extra*. & ex
eodem Innocentio Tertio in *cap. olim cau-
ſam* 20.§.*cùm igitur de cenſibus*.ibidemquè
Gloſſ. verbo *non niſi triginta ſex*. qui ſanè
11 textus in annua præſtatione loquitur.*Gloſſ.
in cap.cùm acceſſiſſent*.8.*in fin*.verbo *contra-
uenerint.verſ.Vincentius diſtinguit*.ibi: niſi
legitimo tempore, ſcilicèt quadraginta an-
norum ſpatio fecerint contra priuilegium
decimas ſoluendo.*de conſtitutionibus extrà*.
& ſimile ex Innocentio Tertio habetur in
cap. accedentibus 15.*de priuileg extrà*. qui
etiam textus in præſtatione annua loqui-
tur de decimis ſoluendis. & ex Bonifacio
VIII. in *cap.ſi quis exigentibus* 2.*de præſcri-
ption.lib.6. auth. quas actiones. C. de Sacro-
ſanct.Eccl*. quæ eſt excerpta ex dicta nouel-
la Iuſtiniani ſuprà relata in §. *pro temporali-
bus.in auth.de Eccleſiaſticis titulis*. Rota in
Romana concordiæ Sancti Petri 12.*Februa-
rij* 1610.*coràm* Card. *Caualer deciſ*.92.*n* 1.
& *ſeqq*. quæ eſt etiam in impreſſis *part*.1.*re-
centiorum per Farinacium deciſ*.221.*num*.1.
& *apud eundem* Card. *Caualer. deciſ*. 346.
num.2. & *in Romana pecuniaria* 22.*Ianua-
rij* 1589.*coràm Penia apud Marcheſanum
part*.1.*fol*.636. *deciſ*.40.*in fin*. & *apud Bu-
rattum dec*.774.*nu*.4. & *apud Merlinum
dec*.94 *num*.12.*part*.7.*recentiorum per Ru-
beum*.

12 Contrà Eccleſiam verò Romanam cente-
naria omnis præſcriptio perquiritur.*d.auth.
quas actiones*.C.*de Sacroſanct.Eccleſ*.ex Io-
anne VIII.in *can.nemo* 17.qui eſt finalis 16.
quæſt.3.ex Innocentio Tertio *cap.cùm vo-
bis* 14.& *cap.ſi diligenti* 17.*in fin.de præſcri-
ption.extrà*. & ex Bonifacio VIII. *dict.cap.ſi
qui exigentibus,aliàs fin.de præſcript.in* 6.

Maiore ſyllogiſmi probata, minor ex ſe
patet ex facto. Legatū nempè dolij vnius vi-
ni ſingulis annis perſoluendi Eccleſiæ San-
ctiſſimæ Trinitatis Conualeſcentium per Fa-
brittum de Frangipane anno 1584.rogatum
fuit.ex illa die ad præſens, quo Fabrica age-
re cœpit, duo ſupra ſexaginta effluxere anni.
toto iſto tempore legati ſolutio facta mini-
mè fuit,alioquin ex hoc vno capite, quando
alia non prodeſſent, inanitèr Fabrica ageret,
id perſequens, quod ſolutum eſt, quod op-
poſitum fuit per Procuratorem Domino-
rum de Matthæis hæredum hæredum D.Fa-
britij, aduerſus quos nunc Fabrica tumul-
tuatur. Maiore, minoreq; probata, conſequē-
tia certa eſt: Eſt ergò præſcriptum legatum.
Inanitèr igitur nunc agit Fabrica ad legatum
tēdens, quod non debetur. Sicuti enim ſolu-
13 tione eius, quod debetur, obligatio quæcū-
què ceſſat aboletur, euaneſcit. §.1. *Inſtitut.
quibus modis tollitur obligatio*. ex ratione,
quam à Pomponio lib.35. ad Sabinum in
l.ſi creditor 26.*ff.de ſolutionibus*, venamur:
quia *quantum ei debebatur recepit*. conſe-
quentèrq; liberatus fuit debitor. idem Pom-
ponius lib.24.ad Sabinum in *l. ſolutionem*
23.*ff eodem*. Vlpianus in *l*.1.*ff.eodem*. Vt om-
14 nis hypotheca ceſſet. *l*.1.§.*cùm venditor*. &
l.2.Martianus in *l.ſoluitur hypotheca* 5.& §.
1.Vlpianus in *l.item liberatur*.6. *ff. quibus
modis pignus, vel hypotheca ſoluatur. l*.2.*C.
ſi pignus pignori datum ſit. l.ſi reddita* 3.
aliàs fin.C.de luitione pignoris. Rota *apud
Cardinalem Manticam deciſ*.145.*numer*.3.
Surdus deciſ.308. *num*.3. Rota Maceraten.
apud Marcum Antonium Thomati deciſ. 51.
num.24. & 25.& *deciſ*.13 *num*.4. *Gratiar.
forenſ part*.2.*cap*.286. *num*.6. & 7. Ità pari-
15 tèrq; præſcriptione, per quam actiones om-
nes, etiam hypothecariæ, & iura, quæ pro le-
gato conſequendo habebat Eccleſia Sanctiſ-
ſimæ Trinitatis aduersùs Fabritij hæredes,
extinctæ, atq; abolitæ fuere, & in hilum abie-
re.*l.ſi à creditore* 7.*in fin*.ibidemq; *Gloß*.ver-
bo *vel longi temporis præſcriptione*. & *l.eſt
in arbitrio* 14 quæ eſt *fin. C.de actionib*. &
*obligationib. l.fin. C.de præſcriptione longi
temporis l*.1 & 2.*C.ſi aduerſus creditorem
præſcriptio opponatur. Gabriel lib*.5.*de præ-
ſcript. concluſ*.7. *num*.8. *Anton. Monachus
deciſ.Lucenſi* 22. *num*.6. Rota *apud Cardin.
Manticam deciſ* 291.*num*.3. quæ eſt etiam
in impreſſis *apud Statilium Pacificum de
Saluiano interdicto deciſ*. 85. *num*.2. & 4.
Afflict. deciſ.139. *num*. 2. & *ſeqq*. quam
etiam ſequuta fuit Rota *in Romana Saluia-
ni interdicti* 5.*Decembris* 1601.*coràm Iuſto
apud eundem Pacificum dec*.86.*n*.1.*Gratian.
d.c*.286.*n*.6 *p*.2.

16 Præſcriptio nempè omnem tollit obliga-
tionem (ciuilem potiſſimùm.) ex *Gloſſ*. in *l.
obligationum ferè* 42.§ *placet autem* verbo
non poſſe ff de actionibus, & *obligationibus*.
17 Et ſolutioni æqualis habetur, quantum ad
hoc, vt excludatur is, contra quem præſcri-
ptum fuit. ipſe enim ſua ſocordia in cauſa
fuit, vt præſcriberetur, obligationeſq; atquè
tollerentur actiones. *Aymon conſ*.10. *num*.
11.*Tiraquell.de retract. lignag*. §.1.*Gloſſ* 9.
num. 242. & *ſeqq. ad* 252. *Surdus deciſ*.3.
num.23.& *ſeqq* & *deciſ*.239. *nu*.9. *Gratian.
forenſ.diſceptation.par*.5.*cap*.860. *num*.8. 9.
& 10.

& 10.& cap.881.num.19. Ad inſtar enim ſe
18 habet rei iudicatæ, & rei finitæ. *Magonius*
*deciſ.Florentina.2.nu.*1.ſublata itaq; actione
omni, omniq; hypotheca Eccleſiæ Sáctiſſime
Trinitatis per prius debita ex longiſſimi té-
poris præſcriptione, vt ad legatum dicere-
amplius minimè poſſit: ſublata quoq; eſt
actio omnis Fabricæ, ne ipſa ad exequutio-
nem agere ampliùs legati valeat: quia omnis
extincta, atq; aboleta obligatio eſt hæredi-
bus, quam olim, ante præſcriptionem, ad ſol-
19 uendum habebant legatum. Sine actione-
itaq; experitur Fabrica. malè proindè agit,
ex Vlpiano in *l.ſi pupilli 6. §.videamus in-*
perſona ff.de negotijs geſtis. de tutore loqué-
te: non imputari ei, cur alios debitores non-
conuenerit, quoniam conueniendi eos in iu-
dicio facultatem non habuit, qui nullam-
actionem intendere potuit. ad Pauli quoq;
ſenſum lib. 1. quæſtionum in *l. lecta* 40. *§.*
Dicebam, quia.in fin.ff.de rebus creditis, &
ſi certum petatur. ibidémq; *Bart.* idem *Bar.*
alijq; in l.vbi pactum 40.C.*de tranſactionib.*
Rota part.1.in recentiorib.deciſ.617.num.1.
circa fin. noſter Maranta *conſ.146.num.6.in*
fin.Viuius deciſ.41.num.2.Rota apud S. me-
mor.Gregor.XV.deciſ.118.nu.5.& 6.& de-
ciſ.119.nu.6.

Neq; fundamentum iaciant, qui pro Fa-
brica ſunt: legatum hoc annuum fuiſſe: reli-
20 quit nempè Fabritius: *Vna botte di vino*
ogni anno. tot igitur ſunt legata, quot ſunt
anni; tot ergo præſcriptiones perquiruntur,
quot anni erunt. ex Paulo in *l. cùm in annos*
ſingulos.11.ff.de annuis legatis. & ex Vlpia-
no in *l.cùm in annos 10.ff.quando dies lega-*
ti cedat. Abb.in d.cap.audstis.15.nu.36. de-
præſcript. Alciatus lib.9. reſponſ. conſ. 187.
nu.2.Gaſpar Antonius Theſaur.forenſ.lib.1.
q.44.nu.2.& q.86.Rota par.2.in recentiori.
deciſ.373.nu.9.Surdus de aliment.tit.vlt.q.6.
nu.3.& deciſ.173. num.9. diximus *reſponſ.*
noſtra 5.*nu.14.par.1.*

21 Vt reſponſum enim demus congruum-
inſtantiæ; æquiuoca declaráda erunt, ex Ari-
ſtotelis præcepto. ad *tex. in cap. in præſentia*
8.*§.quare cùm conſtat de probationib. Abb.*
*in cap.cùm Ioannes.*10. *§.ad hoc autem.ſub*
nu.16.de fide inſtrument. per illum eundem
textum. *Rota in Mediolanen. iuris patrona-*
tus 8.Iunij 1618. coram Pirouano deciſ. 74.
nu.4 apud Viuianum de iure patronat.

22 Tot enim ſunt legata, quòad obligationē
quidèm, petitionem, & exactionem; quia-
annua præſtatio ſingulis cedit annis, non-
verò quòad ſubſtantiam legati, quod vnum
eſt. diſtinctionem hanc probare videtur An-
toninus Cæſar in *l. 1. C. de fideicommiſſis.*
23 decernit quippè ipſe: legatum menſtruum,
annuumq; alimentorum, ac veſtiarij, quam-
uis in minus ſolemni voluntate relictum, ſi
hæres mater agnouerit, ſolueritq; triennio
ſaltim, in futurum quoq; deberi: quámuis
nempè plures ſint præſtationes, vnica tamen
eſt legati ſubſtantia. & ita ibidem *Gloſſ.* ver-
bo *impetrabis in fin. verſ. Item adid, quod*
dicit. in ſolutione contrarij. dicens: *hic pro*
futuro agitur, ſcilicet ex iure præſenti. quia-
relictum (dicimus nos) eſt vnum in eſſentia,
licet ſint plura quòad præſtationem. & hanc
perpenſionem approbat *Gloſſella* margina-
lis ibidem ex *Iaſone* dicens: *Ideò dic ſecun-*
dùm eum, quod ibi ius futurum ſtat de per
ſe, hic verò eſt vnitum cum iure de præſenti,
quia nimirum diſtinctio eſt tantummodò
quòad præſtationem ſingulis menſibus, &
annis faciendam, legatum verò vnum eſt in
eſſentia. diximus *reſponſ.* noſtra 35. *num.1.*
24 *part.1.* Dicamus aliter: eſt vnum eſſentiali-
ter, ſunt plura virtualiter. Aureus vnus eſt
eſſentialiter; ſunt tamen plura virtualiter;
25 quia continet in ſe vno, decem Iulios. quē-
admodùm etiam in vna humana eſſentia-
dantur plures gradus metaphiſici, qui tamen
virtualiter, ſiue formaliter, & à parte rei di-
ſtincti ſunt, ante omnem ſcilicet intellectus
operationem, vt Philoſophi loquuntur; eſt
tamen vna ſubſtantia, vna eſſentia, licèt ſint
plures gradus, plures perfectiones; vt gradus
ſentiendi, gradus vegetandi, diſcurrendi, &
26 cætera. Anima quoq; rationalis vna eſt, ſūt
tamen tres potentiæ diſtinctæ formaliter,
memoria, voluntas, intellectus, tamen vna eſt
indiuidua anima, quæ ſola eſt forma corpo-
ris humani per ſe, & eſſentialiter. ex Sacro
Viennenſi Concilio per Clementem V. *in-*
clem.vnica §. porrò doctrinam. ibidèmq;
Gloſſ. verbo *intellectiua.de ſumma Trinit.*
& Fide Catholica.S.Thom.1.part.q.76.art.
3 *Nauar.manuali præludio 1.num.4.* Forma
27 autem vna eſt, nec in plura diuiditur, quæ
ſola dat eſſe rei, ſine qua res ipſa perimitur,
& extinguitur. ex Vlpiano lib.24.ad edictum
in *l.Iulianus ſcribit.9.§ſi quis rem in fine ff.*
ad exhibendum. & ex Marcello lib.fin. reſpō-
ſorum in *l.Seia 6.ff.de auro, & argento lega-*
to.Gloſſ. in *can.ſi motum.nu.19.* verbo *Alta-*
re de conſecrat.diſt.1. & *Gloſſ.in can. Eccleſiā*
28. verbo *& raſis. ead. de conſecrat. diſt.1.*
Gloſſa in cap.in Ciuitate 6. verbo *ex tali for-*
ma.de vſuris. noſter *Maranta in ſpeculo*
*part.2.princip.in princ.num.*25.diximus *re-*
ſponſ. noſtra *32.num.68.part.3.* Vna eſt itaq;
legati eſſentia, vna ſubſtantia: quia nimirùm
reliquit Fabritius Eccleſiæ Sanctiſſimæ Tri-
nitatis conualeſcentium vnum vini dolium,
in ſingulos tamen annos ſoluendum: *Vna-*
botte di vino ogn'anno. Solutio verò diuidi-
tur in ſingulos annos in futurum, totq; erūt
28 præſtationes, totq; petitiones diſtinctæ, quot
ſunt anni, cauſa multiplicandæ obligationis,
non quòd tot ſint legata eſſentialiter. ex Ca-
io in *l.in ſingulos annos.* 8.*ff.de annuis lega-*
29 *tis.* æquale nempè facit legatum annuum
legato vſusfructus. Vſusfructus autem vnus
eſt, licèt in ſingulos ānos diuidatur. ita quoq;
ſentit

Digitized by Google

ſentit *Michael Craſſus* § *legatum.q.41. nu.*
2.& 3. Polydorus Ripa obſeruat.361. Surdus
deciſ.120. vbi ita Senatum determinaſſe di-
cit.ſequuti nos ſumus *d. reſponſ.* noſtra 5.
nu.16.part.1. Congruitq; hæc noſtra ſentē-
tia textui in *l.cùm notiſſimi iuris. 7. §. in*
his etiam promiſſionibus,& *Gloſſ.*ibidem ver-
bo *cuiuſq; anni C.de præſcript.30. vel qua-*
draginta annorum.Rota deciſ.300.num.1.&
deciſ.302.ſub num.7.apud Statilium Pacifi-
cum de Saluiano interdicto. quas infra refe-
remus.

Subſtantia autem legati,eiuſq;eſſentia per
quadraginta annorum præſcriptionem ſub-
lata fuit;perempta proindè, & obligatio fuit
ſoluendi; atq; actio conſequenter legatario
petendi. Quia ſubſtantia rei ſublata,omne
30 accidens remouetur;enim ſine ſubſtantia
nihil omninò ſubſiſtere valeat.præter Philo-
ſophos,habetur ex Celſo lib.25.digeſtorum
in *l.cum precario 12.in fin.ff.de precario.* ex-
preſſiſq; verbis ex Innocentio III. in *cap.tua*
nos.26.in § fin.in fin.extrà de ſponſalibus. ex
ratione,quā reddidit, quarè in caſu illi pro-
poſito matrimonium non ſubſiſtat,quia cō-
ſenſus minimè interuenit vnius ex coniugi-
bus,dicens: *Cùm in eo*(matrimonio ſcilicet)
nec ſubſtantia cōiugalis contractus, nec for-
ma contrahendi coniugium valeat inueniri:
quoniam ex altera parte dolus ſolummodò
31 *affuit,& defuit omnino conſenſus, ſine quo*
cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.
defuit ſubſtantia. ergo & illud,quod ex ſub-
ſtantia fluit, ac ſequitur.nihil ergo ſine ſub-
ſtantia ſubſiſtit.quod & *Gloſſ.* ibidèm verbo
nec forma, nec ineptè adnotat. & ex *Gloſſ.*in
cap.non putamus.2. verbo *officiali poſt me-*
dium de conſuetud.lib 6.Abb.in cap fin.nu.4.
de conditionib. appoſitis.Rota deciſ.10.ſub n.
2.apud Farinac.poſt 2. vol. conſiliorum. &
apud Cardin.Manticam deciſ.254.nu.2. Co-
uar.de ſponſalib par.2.cap.3.§.1. nu.1. quā-
32 do ſine ſubſtantia neq; rei nomen habemus
ex *Gloſſ.*in *can. quæ ipſis.5.*verbo *vix. diſt.*
38.

33 Obligatione quippè ſubmota, actio om-
nis extincta quoq: penituſq;de medio ſub-
lata eſt, quia ipſa ex obligatione naſcitur,
eiuſq; filia agnoſcitur. ex Paulo lib.8. ad edi-
ctum in *l.licet in popularibus 42.§.ea obliga-*
*tio.*ibidèmq; *Gloſſ.*verbo *parit in princ.ff de*
procuratorib.§.1. Inſtitutionibus de obligat.
ex ipſa obligationis deſcriptione. & *§.1.de*
verbor.obligat. ibidèm.

34 Præcedente itaq; obligatione, quæ ex le-
gato oriebatur, ſublata, atq; præſcriptione
perempta; omnis agendi via præcluſa fuit.
verbis dicimus Diocletiani, & Maximiani
Cæſarum in *l.per Aquilianam 3. aliàs fin.de*
*acceptilationibus.*vt nullo modo in idem re-
35 uerti potuit.*In perpetuum enim ſublata obli-*
gatio,reſtitui non poteſt. Paulus lib.15.quæ-
ſtionum loquitur in *l.qui res.98. §.aream.ff.*
de ſolutionib ibidèmq; *Gloſſ.*verbo *in perpe-*
tuum.Rota apud Card. Manticam deciſ.80.
num.2.

Si itaq; ſublata eſt rei obligatio,legati ſci-
licet ſoluendi, *Vna botte di vino ogni anno*:
Quia præſcripta obligatio fuit,ſublata quoq;
& actio, quæ legatario competebat, conſe-
quenter remanet. nullo igitur pacto ius re-
manet Fabricæ agēdi,vt legatum adimplea-
tur,quod extinctum fuit. Præſcriptione ete-
nim ſecuris ad radicem poſita fuit. iuxta
36 ſancti Præcurſoris prouerbium ad Phari-
ſeos,& Saduceos Matth.3.10.Lucæ 3.9. *Iam*
enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.
atq; legatum ſublatum in ſua ſubſtantia,quę
eſt,doleum vinum vini. *Vna botte di vino*;il-
lud verò(*ogni anno*) in ſingulos annos, mo-
dus eſt,quo legatum ſolui debebat. modus
37 autem ab ente,non diſtinguitur.vt ente ceſ-
ſante,& ſubſtantia non exiſtente,neq;modus
exiſtat:eſt enim accidens,quod ſine ſubiecto
dari minimè poteſt,neq; exiſtere; cùm ſub-
ſtentante careat. ex *can.cùm Paulus 26.1.q.*
1.cap veniens. 3. de presbytero non baptizato
miniſtrante. & ex Pauli ſenſu lib.5.ad Sabi-
num in *l.ſi ſeruum. 4. §.ſi modus agri ff.de*
actionib.empti. loquitur enim ipſe vt Philo-
ſophus ſatis aptè ad rem hanc: *ſi modus agri*
minor inueniatur, (inquiens) *pro numero*
iugerum author obligatus eſt: quia cùm mo-
dus minor inuenitur,non poteſt æſtimari bo-
38 *nitas loci, qui non extat.* Modus accidens
eſt,vt diximus,& in ſubſtātia imbibitur, quia
ſine ſubſtantia,in qua recipitur, eſſe non po-
teſt. Subſtantia proindè ſubmota, & modus
& accidens omne ſubmouetur. *Nauar. conſ.*
21.num.6.in fin.lib.3 de emptione & vendit.
diximus *reſponſ.* noſtra 50.*num 6. 7. & ſeq.*
part.3. Præſcriptione itaq;legati ſublata ſub-
ſtantia,atq; obligatione, ex qua oritur actio,
extincta;& modus ipſe legati ſoluēdi in ſin-
gulos annos ſublatus, atq; extinctus quoq;
fuit.Sicuti etiam ſublata cauſa originaria prę-
39 ſtationis,quāmuis annuæ, (vt putà in deci-
mis)ex præſcriptione quadragenaria, obli-
gatio quoq; ſolutionis tollitur, *d.cap.accedē-*
tibus.15.de priuileg.extrà.Gloſſ d.cap. cùm
acceſſiſſent 8.in fin. verbo *contrauenerint.de*
conſtitutionib. & d.cap.olim cauſam 20.§.
cùm igitur.de cenſibus qui Sacri Canones in
præſtationibus quoq; decimarum loquun-
tur, quę præſcriptione legitima ſubmouen-
tur,vt in ſuperioribus quoq; diximus.

40 Tot ergò perquiruntur præſcriptiones
quot ſunt anni; in ipſis quidem annuis præ-
ſtationibus, quæ ex ſe, & natura ſua præſta-
tiones annuæ ſunt, vt præſtationes ſunt cen-
ſuum, in quibus ipſa præſtatio annui cenſus
emitur,venditurq;ex *Butrio cap. peruenit 5.*
*num.27. de cenſibus extrà.*ex ipſomet textu
Rota in Romana Saluiani interdicti 22. Iu-
nij 1616.coram Vbaldo deciſ.300.nu.3. & 4.
apud Pacificum tractat.de Saluiano interdi-
cto.

Digitized by Google

Fo.dy deciſ.302.nu.9. & ſeq. in Romana Cẽ-
ſus de Capbarellis 9.Nouembris 1597.*coràm*
Gyſtio apud eundem Pacificum. *Cencius de*
cenſibus part.3.cap.1.q 8 *art.2. nu.1. &* 17.
ſequutaq; fuit *Rota apud eundem Cencium*
deciſ.230.nu.12. & deciſ.302.nu.1. & deciſ.
*303.nu.3.*impreſſis poſt ipſum tractatum *de*
*cenſib.*ſequitur *Grat.forẽſ.par.5.c.683.n.14.*
& in his terminis loqui videntur *deciſ.21.*
num.19.coràm Coccino & deciſ.264. num.
20. coràm Vbaldo part.7. in recentior. per
Rubeum. námq; Coccinus expreſsè in ob-
ligationibus loquitur ſucceſſiuis,quæ ſcilicet
eſſentialitèr obligationes ſunt annuæ,& ſuc-
ceſſiuæ. pariq; modo *Vbaldus d.dec.264.nu.*
20.vtraq; nempè deciſio ſuper eadem cauſa
Barbaſtren emanauit. non idem autem eſt
in legatis, quæ ex vnica pendent cauſa vni
uerſali,& eſſentiali legati; diuiditur,tamen
in ſingulos annos, vt tot videantur legata,
quot ſunt anni, quoàd petitionem quidèm,
& ſolutionem, vt ſingulis annis cedere vi-
deatur,vt in ſuperioribus oſtendimus.

41 Alioquin nunquàm in his legatis, & alijs,
quæ ſingulis annis ſoluuntur, præſcriptio lo-
cum haberet Præſcripſere ergò iurè hæredes
Fabritij lapſu ſexaginta annorum obligatio-
nem legati dolij vnius vini in annos ſingulos
ſoluendi; cùm ſubſtantiam ipſam legati prę-
ſcriptione peremere.in nullo ergò tenentur
ampliùs omni perempta obligatione. Non
iurè ergò facit Fabrica cùm ad ſolutionem
legati hæredes cogere tentat. Ceſſare proin-
42 de debet,quia non iurè agit;ergò iniuſtè.er-
gò malè.ex Auguſtino in *can.quid dicam* 11.
*in fin.*14.*q* 4.Repelli proindè debet ab agen-
do, quod eſt ſecundum è duobus in cauſæ
conſtitutione propoſitis.

43 Iura quippè Fabricæ, vt ipſa ex diſpoſitis
ad pia, ſuam exigat portionem, vel quintæ,
vel medietatis à die obitus teſtatoris, vel
etiam annatarum decurſarum ex legatis
annuis, quæ hæredum negligentia,vel exe-
cutorum ſocordia adimpleta minimè fue-
runt; iuxtà Summorum Pontificum Conſti-
tutiones,ac Pij V. præſertim 11. Kalend. Ia-
nuarij 1596.editæ,quæ incipit *Exigit* Conſt.
97.in *Bullar.nouo*, ad quam etiam acceſſe-
runt declarationes Sacri Collegij dictæ Fa-
bricæ, quas refert *Quaranta in ſumma*
Bullarum. verbo *Fabrica Sancti Petri fol.*
44 *mihi* 247. tunc ſanè intrant, quando ipſa
pia legata, quæ hæredum, vel executorum
ſocordia executioni demandata non fuere,
Fabricæ diligentia, atq; ſolertia exequi cu-
rantur; non verò quando ex lapſu legitimi
temporis legata ipſa aduerſùs eos, quibus
45 illa relicta fuere, præſcripta inueniuntur. Eſt
enim præſcriptio ſocordis, negligentiſq; pœ-
na.ex *Baldo in l niſi tricennale.colum.*1.*C.de*
bonis matern. Gratian.diſceptat. forenſ.part.
4.*cap.*602.*num.*15. Rota *d.deciſ.*21.*coràm*
*Coccino num.*18.*part.*7. *in recentiorib. per*
Rubeum. Hoc enim caſu, cùm Conſtitutio-
46 nes prædictæ nihil diſponant, ſub diſpoſi-
tione vtiquè illa remanent iuris communis,
vt præſcriptione legitima quadraginta anno-
47 rum lapſu intercipi valeant. Quia,quod lex
non dicit,vel Conſtitutio;neq; nobis dicere
permiſſum eſt.ad *text.in can. conſuluiſti.*18.
*§.& quod ſanctorum Patrum.*2. *q.*5. *l.diffi-*
*dentis.*5.*C.de repud. Rota in recentior.par.*2.
48 *deciſ.*560.*num.*5.námq; id,quod ſcriptum
non inuenitur,nec actum præſumitur. *l.fin.*
C.de iuris, & facti ignorantia. Rota apud
*ſanct. memor. Gregor.XV.deciſ.*13. *num.*10.
diximus in noſtro *nouiſſimo Apologetico* pro
iuribus Eccleſiæ *reſponſ.*1.*num.*136.*&* 137.
At nullo pacto, legato iàm præſcriptione
extincto, extinctiſq; obligatione ſoluendi,
actioneq; petendi, vti hucuſq; probauimus,
Eccleſia legataria agere ampliùs poteſt.ergò
nec Fabrica.

49 Ius enim Fabricæ,vt ad portiones agere
valeat, ſibi ex Conſtitutionibus reſeruatas,
conditionale eſt. At nullo pacto conditio
exire poteſt,ſub qua ſibi portiones reſeruatæ
ſunt.non ergo debebuntur.

Probatur maior. Nàm Pius V. dicta ſua
Conſtitutione (*Exigit*) conditionalitèr por-
tiones Fabricæ reſeruauit.

Si,& poſtquàm iuxtà tenorem priuilegio-
rum;& facultatum ſibi conceſſarum legata
huiuſmodi executioni debita demandari fe-
cerit,vnam eorum medietatem,reliquam ve-
rò loco,cui relata fuerint,applicamus,& ap-
*propriamus.*ſic Conſtitutio.

50 Eatènus ergò reſeruatas ſibi portiones
extrahet Fabrica, quatènus legata pijs locis,
pauperibuſq; dicta exequi fecerit,curaueritq-
què.vt non anteà extrahere illas valeat,quàm
legata huiuſmodi exequi fecerit. Hoc nem-
pè dictiones illæ (*ſi,& poſtquàm*) inferunt;
conditionem ſcilicet, vt non prius Fabrica
portiones exigere valeat,quàm adimplemẽ-
tum ſequutum ſuit legatorum. diximus plu-
ribus *reſponſ.* noſtra 32.*num.*35. *& ſeqq.* &
*reſponſ.*40.*num.*39. *cum ſeqq. & reſponſ.*41.
*num.*19.*p.*1.quæ non repetimus.

At impleri legata huiuſmodi curare mi-
nimè gentium poteſt ampliùs Fabrica; quia
non ſunt;extincta iàm præſcriptione legiti-
ma,vt in ſuperioribus probauimus.Nullo er-
gò pacto ad portiones non ſibi debitas ani-
mum appellere poterit.Ceſſabit ergò ab in-
51 ceptis,nè iniquè agat contra iuſtitiam, gra-
uamen alteri inſerendo, quod peccatum eſt,
obligationemquè parit reſtituendi,reſarciẽ-
diquè damnum, quod alteri illatum eſt. ex
S.Thoma 2.2.*q.*59.*art.*4 *Nauarr.man.capit.*
25.*num.*5.*in fin.* diximus *reſponſ.* noſtra 58.
*n.*32.*p.*3.

Neq; dicant, præſcriptionem contra Ec-
cleſiam Romanam non niſi centenariam
admitti,vt in ſuperioribus diximus. Agi hic
52 cum Fabrica S.Petri. non ſufficere proindè
ſexa-

Digitized by Google

ſexagenariam præſcriptionem.
53 Nihil enim hic principaliter Fabricæ San-
cti Petri debetur. neq; præſcriptio contra
ipſam proceſſit, ſed contra, aduerſuſq; Ec-
cleſiam legatariam, quæ fuit Eccleſia San-
ctiſſimæ Trinitatis Conualeſcentium; quæ
non dicitur Eccleſia Romana, quamuis in
Alma Roma ſita. Satis proindè aduerſus
illam quadragenaria præſcriptio erit. vt in
54 ſuperioribus diximus. Fabrica autem ad
portiones ſibi a Summis Pontificibus re-
ſeruatas, vel quintæ, vel medietatis, vel annatarum
ſecundariò venit, ad negligentiam coar-
guendam ſocordium hæredum, vel execu-
torum nec antè accipit, quam legata ipſa
pia executioni debitæ demandari fecerit, vt
oſtendimus. diximuſq; latius *dict. reſponſ.*
noſtra 32.*num.*22.*& ſeqq. ad finem vſq;* & *d.*
55 *reſponſ.* 40.*num.* 38.*part.* 1. Legata verò ipſa
exequi curare minimè poteſt; quia præſcri-
ptione ſublata iam fuere. Non itaq; portio-
nes habebit, quas vel ex ipſis legatis, quæ
exequi curauit; vel à negligentibus hæredi-
bus pro intereſſe accipit, qui præſcriptionis
exceptione ex lapſu temporis tuti minimè
56 fuerint. Quemadmodùm neq; intrat Fabrica,
ſi hæredes, vel executores, priuſquàm illa
manus extenderit, ſatis legatis fecerint. Quia
nimirùm ad negligentiam illa venit coar-
guendam ſocordium hæredum, & quatènus
legata ipſa exequi fecerit, non antè. vt per-
pendimus *d. reſp.* 40.*n.* 38.*& ſeq.*
57 Præſcripſere proindè hæredes Fabritij
multò quàm antè Fabrica manus appone-
ret; quando verò illas appoſuit, extinctum
legatum reperit. Ad prædam quidèm ſurre-
xit, ſed illa abierat, atq; pertranſierat. Et quid
ſi hæredes legato feciſſent ſatis: nunquid eſ-
58 ſet ius adhuc Fabricæ? fecerunt autem ſatis
præſcriptione, quæ quòad legatariam Eccle-
ſiam, quæ ab actione cecidit, ſolutioni æqua-
tur, vt diximus.

Non itàq; contra Fabricam, ſed contra præſcripſerunt Eccleſiam legatariam, contra quam præſcriptio præualet quadragenaria, vt diximus. Fabrica autem eatènus portiones exigit, quatènus legatum debeatur, & ipſa exequi illud curauerit. hoc autem non poteſt, quia non debetur. ergò nec portiones exiget.

Atq; ità ex his, quæ prudentioris, emunctioriſq; naris iudicio lubentèr ſubijcimus, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

In hac ipſa cauſa informationem dedit quoque Dominus Carolus Antonius Caiſſottus in Alma Roma Aduocatus, quæ ad noſtras deuenit manus. proptereà illam hic ſubijcere operæ pretium me facturum putaui. eſt enim Magni nominis Aduocatus. proficiet nempè legentibus, pro quibus nos inſudamus.

SVMMARIVM.

1 *Actio ſine obligatione non oritur.*
Neq; quis ſine actione experitur.
2 *Conſtitutio Pij V. de legatis certis ad fauorem piorum locorum, & Eccleſiarum, non intrat ad fauorem Fabricæ in legato ſimplici, abſq; aliquo onere celebrationis miſſarum, & cæterorum onerum.*
Ratio redditur n. 3.
Tùm etiam quia conditionalitèr applicatio fit Fabricæ. n. 5.
4 *Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt, nec diſpoſitio ipſa conueniet.*
6 *Verba (ſi, & poſtquàm) important conditionem.*
7 *Dictio (poſtquàm) dùm reſpicit tempus futurum, importat conditionem.*
Nec non & formam. n. 8.
9 *Conditione non probata, non poteſt conſequi effectus ex diſpoſitione conditionali.*
10 *Mandatum relaxàtum pro toto, ſi totum nõ debeatur, corruit in totum.*
Et exequutio indè ſequuta. & n. 18.
11 *Legatum aduersùs Eccleſiam præſcribitur ſpatio quadraginta annorum. & nu.* 20.
Et omnis actio pro eo.
Etiam ſi ſit conditionale. n. 18.
12 *Præſcriptiones tot requiruntur in annuis præſtationibus, quot ſunt anni.*
Declara in annuis præſtationibus conditionalibus. n. 13.
Vel in legato annuo ad vitam. n. 14.
Secùs in legato ſimplici, & puro. n. 15.
Et in obligatione ſimplici.
16 *Legatum annuum perpetuum cenſetur factum gratia exonerandi hæredem.*
Quia habetur pro puro. nu. 17.
Et ſolùm dilata exactio in ſingulos annos.
19 *Præſcriptio centenaria non intrat contra Fabricam pro legatis Eccleſiæ relictis.*
Quia non agitur cum Fabrica.
Sed cum Eccleſijs legatarijs.
Contra quas ſpatio 40. *annorum præſcribitur. n.* 20.

Digitized by Google

Romana legati.

REuer. Pater. Reuocanda videtur
executio cum omnibus indè ſe-
quutis ex capite notoriæ iniuſti-
tię, quia agitur pro preſtatione le-
gati facti de anno 1584. à Fabritio de Fran-
gipane Eccleſię Sanctiſſimę Trinitatis Vrbis
de Cõualeſcentibus de vno dolio vini quo-
libet anno, & fuit relaxatum mandatum ad
fauorem R. Fabricę, quę tamen non habet
1 ius petendi illud legatum, quia ſine obliga-
tione non naſcitur actio. *l. ſi in area ff. de cõd.
indeb.* Menoch. *conſ.* 231. *nu.* 29. & ſine actio-
ne nemo experitur. *Rot deciſ.* 77. *nu.* 2. *par.* 6.
in recent.

2 Nec poteſt deduci obligatio ex applica-
tione facta per Pium V. de legatis certis ad
fauorem piorum locorum Eccleſiarum;
Quia cùm agatur de legato ſimplici abſq;
aliquo onere celebrationis Miſſarum; diui-
norum officiorũ, aut erogationis eleemoſy-
narum, non intrat applicatio pro toto tem-
pore decurſo ad fauorem Fabricę facta à Pio
3 V. in ſua Conſtitutione 97. bullario nouo,
quia illa eſt reſtricta per illa verba *ad effectũ
celebrationis Miſſarum, & recitationis Di-
uinorum officiorum, nec non erogationis elee-
moſynarum,* vt patet in §. 1. quæ verba non
4 conueniunt legato noſtro, in quo nulla de
tali onere fuit facta mentio; & ideò intrat re-
gula; cui non conueniunt verba, nec conue-
nit diſpoſitio. *l. 4. §. toties. ff de dam. infect.
Rot. dec.* 791. *n.* 3. *in fine par.* 3. *in recent.*

5 Sed neq; poſſunt niti dicto priuilegio, quia
in fine dicti §. primi fit applicatio medietatis
ad fauorem Fabricæ per illa verba, *ſi, & poſt
quàm legata huiuſmodi executioni debita de-
6 mandari fecerint,* quę verba (*ſi, & poſtquam*)
important conditionem, vt de dictione (ſi) eſt
*tex. in l. ſi Titio in princ. ff. quand. dies legat.
ced. l. qui promiſit ff. de cond. indeb. Rot. deciſ.*
505. *num.* 1. *par.* 2. *in rec. & in Auenionen. fi-
7 deicommiſſi* 5. *Decembris* 1635. *coram Emi-
nentiſſimo D. Cardinali Pancirolo*; prout
etiam dictio *poſtquàm* dùm reſpicit tempus
futurum importat conditionem, *Bart. in l.
quibus §. Terminus. num.* 5. *ff. de condit. &
demonſt. l. ſi ita. §. fin. & ibi gloſ. ff. de leg.* 2.
Rota deciſ. 46. *nu.* 2. *& deciſ.* 167. *num.* 6. *poſt
8 med. par.* 2. *rec. Duran. deciſ.* 105. *num.* 7. vbi
quòd etiam importat formam; & in terminis
huius Conſtitutionis *Marant. par.* 1. *reſpon.*
32. *& reſpon.* 40. *nu.* 44. *& reſp.* 41. *nu.* 19.

9 Vndè cùm hucuſq; Fabrica non fecerit de-
mandari executioni ad fauorem Eccleſiæ
Sanctiſſimæ Trinitatis, non poteſt vigore di-
cti priuilegij quicquam prætendere, niſi pro-
bata conditione requiſita, vt notant *Io. And.
& alij in c.* 1. *de homic. Rot. deciſ.* 551. *num.* 1.
par. 1. *diu. & deciſ.* 58. *nu.* 8. *& deciſ.* 110. *nu.*
16. *par.* 7. *rec.*

Sed quatenùs nitantur agentes pro Fabri-
ca, Conſtitutione antecedenti eiuſdem Pij
V. aut alijs aliorum ſummorum Põtificum,
atq; etiam iſta 97. illæ concedunt tantùm
10 medietatem, aut tertiam partem Fabricæ.
Vndè cùm fuerit relaxatum ad fauorem ſo-
lius Fabricæ mãdatum pro toto debito pre-
tenſo, & facta executio, iſta corrueret in totũ.
*Gloſ. & Doct. in l fin ff. de iuriſdict. omn. iud.
Iaſ. in l.* 1. *§ ſi ſtipulanti num.* 9. *verſ. quintò
limita. ff. de verb. oblig. Gabr. conſ.* 56. *num.* 1.
& 2. *lib.* 1. *Greg. deciſ.* 198. *num.* 1. *& ibi Ad-
den. Duran. dec ſ.* 37. *nu.* 9. *Rot. deciſ.* 162. *nu.*
1. *& deciſ.* 362. *nu.* 5. *par.* 1. *& deciſ.* 630. *nu.* 3.
par. 2. *in rec.*

11 Sed veriùs eſt, nõ adeſſe ampliùs aliquam
obligationem ad fauorem Eccleſiæ Sanctiſ-
ſimæ Trinitatis, quia iam ſunt elapſi ſexagin-
ta, & vltrà anni a die facti legati, & tamen ſpa-
tio quadraginta annorum præſcribitur om-
nis actio contra Eccleſiam, iuxtà notata
*per gloſ. & Doct. in c. cùm acceſſiſſent in ver.
contrauenerint. verſ melius. ex. de conſt. cap.
Accedentibus de priuil. Ruin. conſ.* 163. *in fin.
vol.* 5. *Gabr. conſ.* 162. *in princ. lib.* 1. *Buratt.
deciſ.* 774. *num.* 4.

12 Non obſtat, quòd in annuis præſtationi-
bus tot requirantur præſcriptiones, quot ſũt
13 anni. Quia cõcluſio procedit in annuis pręſ-
ſtationibus conditionalibus, prout in cenſu,
qui habet tacitam conditionem, quatenùs
non redimatur. *Rot. deciſ.* 35. *num.* 3. *part.* 4.
14 *rec. Adden. ad Bur. deciſ.* 643. *num.* 27. vel in
legato annuo ad vitam, quod non poteſt peti
niſi pro quolibet anno, & habet tacitam
15 conditionem, ſi legatarius viuat: ſed in lega-
to puro, & obligatione ſimplici ſufficit vnica
præſcriptio, vt diſtinguit *Rota dicta deciſ.* 35.
& Adden. ad Buratt. quia cenſetur factum
16 annuum perpetuum gratia exonerandi hæ-
redem, vt fuit dictum *in Aſſiſien. fideicom-
miſſi* 13. *Maij* 1630. *coram Pirouano*; & ſic
17 habetur pro puro, & ſolùm dilata exactio in
ſingulos annos, vt explicat *Abb. in c. Auditis
num.* 16. *in fin. de præſcript.* quem ſequitur
Balb. de præſcript. in 4. *part. q.* 4. *ad finem.*

18 Et quatenùs eſſet conditionale (quod ne-
gatur) ſemper vltrà quadraginta annos eſſet
præſcriptum; vndè mandatum relaxatum eſ-
ſet exceſſiuum, & ſic nullum, atq; executio
illius vigore facta, ex ſuprà alleg.

19 Nec intrat prætenſum priuilegium cente-
nariæ preſcriptionis, quia non agitur de præ-
ſcriptione contra Fabricam, ſed contra Ec-
cleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, contra quam
20 fuit præſcriptum ſpatio quadraginta anno-
rum, vt ſupra. Quarè &c.

Carolus Ant. Caiſſottus Aduocatus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptionis præſidium æquiſſimum, non ſanè iniquiſſimum, vt quidam perperàm dixerunt, æſtimatur*

A iure gentium inuentum. nu. 2.

Ne dominia rerum in incerto diù ſtarent.

Ob publicam vtilitatem. nu. 3.

Atq; bono publico introductum. num. 4. & num. 56.

Præſcriptio quid? nu. 5.

2 *Ius gentium omni humano generi cõmune eſt.*

Et hoc iure contractus pœnè omnes introducti.

6 *Legati ſubſtantia præſcripta, eius quoq; modus præſcriptus videtur.*

Namq; vnica præſcriptione præſcribitur.

Quamuis ſit annuum. nu. 7. & num. 8. & num. 12.

7 *Tex. in l. cùm notiſſimi iuris 7. §. in his autem C. de præſcript. 30. vel 40. annorum expenditur.*

Etiam in legatis annuis procedit.

Quicquid Gloſſ. dixerit.

Quæ declaratur nu. 17.

8 *Præſcriptio ſolutioni ſimilis habetur. & num. 38.*

Atq; ſoluiſſe videtur, qui præſcripſit.

Omnemq; tollit obligationem. nu. 27.

9 *Fabrica Sancti Petri, ſolutione iam facta legati antequàm ipſa manus apponat nihil habet ampliùs quod faciat.*

Sic quoq; legato præſcripto. & num. 30. & 37.

10 *Tex. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſijs expenditur.*

Et in §. pro temporalibus autem. in auth. de Eccleſiaſticis titulis collat. 9.

11 *Præſcriptio contra Eccleſiam quadragenaria perquiritur.*

Contra verò Romanam centenaria.

13 *Lex vniuerſalitèr, & indeterminatè loquēs, vniuerſalitèr quoq; exaudienda erit.*

14 *Legatum annuum, tot videntur eſſe legata quot ſunt anni, interpretatione elucidatur, quòad petitionem ſcilicet.*

Quia quolibet anno actio cedit petendi.

Non quòad eſſentiam, & legati ſubſtantiam.

Quam ob cauſam vnica præſcriptione præſcribetur.

Deprime in legato conditionali. nu. 18.

15 *Præſtationes annuæ ceſſant ſolutione facta ſortis*

Quia earum ſubſtantia ſublata eſt.

16 *Qualitas (vt putà accidens) ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*

17 *Gloſſ. in l. cùm notiſſimi 7. §. in his autem. verbo cuiuſq; anni C. de præſcriptione 30. vel 40. annorum expenditur, & declaratur.*

19 *Legatum cõditionale dicitur, ſi datur, ſi quid fiat; etiam in futurum.*

Legatum annuum Eccleſiæ relictum, vltrà centum perdurat annos. nu. 20.

Non quòd non poſſit præſcribi. nu. 21.

Sed quòd centum annorum curſu non finitur.

Rationes referuntur.

Præſertim ſi in perpetuum deberi teſtator edixerit. num. 24.

22 *Opinio, quæ pietati fauet, æquitatiq; congruit, ſequenda magis in dubio.*

23 *Anniuerſaria celebrat Sancta Mater Eccleſia, etiam poſt centum annos.*

25 *Voluntas teſtatoris lex eſt, idcircò ſeruanda.*

26 *Solutione eius, quod debetur, obligatio omnis tollitur.*

Ita etiam præſcriptione nu. 27.

28 *Illatio nulla recta à ſeparatis, & à ſe inuicem diſſitis.*

29 *Legatum præſcriptione ſubmotum perindè habetur, ac ſi nunquàm rogatum fuiſſet. neq; Fabrica in hoc intrat, quia contra eam (quæ ius non habet, niſi ad exequendum,) præſcriptio non requiritur. num. 65.*

31 *A priuatione ad habitum regreſſus non vtiq; datur.*

Niſi per Diuinam potentiam.

32 *Obligatio in perpetuum ſublata, reſtitui non poteſt.*

33 *Fabrica exequutrix eſt piarum omnium diſpoſitionum. & nu. 64.*

Loco Epiſcoporum poſt annum à morte teſtatorum.

Declaratur tamen. num. 34.

35 *Nullum quod eſt, ac conſequentèr nihil, ſub aliquo genere poni non poteſt.*

36 *Perfectum dicitur, cui nihil addi poteſt.*

Et omnibus ſuis partibus conſtat.

39 *Inciuile factum partis, Iudicis authoritate remouendum.*

40 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

Sicuti neq; aduersùs ignorantem. n. 41.

Sat tamen fuit præſcriptionem inter præſentes concluſam fuiſſe.

Vt ſcientia præſumatur. n. 42. & 44.

Semel verò completa præſcriptio, non interrumpitur ampliùs. n. 52.

43 *Fabricæ Miniſtri Neapoli diligentias adhibent etiam per edicta publica, vt Notarij ad pia rogata notitiam exhibeant.*

44 *Scientia præſumitur ex præſentia in loco.*

Atq; etiam ex præſumptionibus. n. 45.

Scientia ſi detur, qui ignorantiam opponit, ipſe probare tenetur. n. 46.

47 *Scienti, & conſentienti nulla fit iniuria, neq; dolus,*

48 *Ignoranti datur quadriennij reſtitutio aduersùs præſcriptionem contra ipſum completam.*

Verùm hoc aliqui negant.

Præſertim ſi longiſſimum ſit elapſum tempus.
Ratio redditur. n. 49.
Quæ ſententia magis iuris diſpoſitioni cõformis æſtimatur. n. 51.
53 *Præſcriptio cum mala fide non procedit.*
Quando quis mala fide poſſidet. numer. 63.
54 *Hæres interpellari debet per legatarium, vt legatum ſoluat.*
Sicuti debitor per creditorem.
Aliàquin negligentia non petenti nocet.
55 *Creditoris negligentia nocet ſibi, ſi non petat debitum.*
56 *Hæreditatis additione bona hæreditaria proprium efficiuntur hæredis patrimonium.*
57 *Legatum eſt donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda.*
58 *Imputet ſibi negligens, ſi damnum patiatur.*
Vel præſcriptionem.
Vel ſi commodum conſequutus non fuit. num. 59.
60 *Mala fides nulla computatur in eo, qui prõptus eſt ad ſoluẽdum, non tamen ſoluit, quia non interpellatur.*
Quamuis animo præſcribendi.
61 *Præſcriptio fundatur in negligentia non petentis.*
Quia in negatiuis præſcriptio procedit non ſoluendo. n. 62.
Cum taciturnitate non petentis.
Fundatur quoq; in ſcientia, & patientia aduerſarij n. 66.
Incipitq; à negligentia ipſius. n. 67.
68 *Fabrica ſe habet, vt nudus miniſter quoàd exequenda pia legata.*
Portiones verò extrahit conſequentèr.
Quatenus exequi fecerit.
70 *Acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis.*
71 *Occaſio calua dicitur.*
72 *Actione ſine nemo experitur.*
Vt Iudicis officio remoueri valeat.

ARGVMENTVM.

Præſcriptionis æquiſſimum eſt præſidium, iure gentium inuentum, ob publicum bonum, nè dominia rerũ diù in incerto ſtarent. Daturq; præſcriptio etiam in hæreditatibus, & in legatis etiam pijs, etiam annuis. & an vnica in his annuis ſufficiat præſcriptio, vel verò tot requirantur, quot ſunt anni? elucidatur. & nùm legata pia centum annorum curſu compleantur? nùm verò Fabrica Sancti Petri agere valeat, vt legatum exequatur, quod præſcriptione interceptum eſt? & an reſtitutio ei competat ex capite ignorantiæ poſt lapſa præſcriptionis tempora? Nùm nè autem ignorans dici poſſit, aduersùs præſcriptionem vt reſtituatuatur, qui in loco fuit præſens, nec egit, vt peteret ſibi relictam annuam præſtationem, annuum legatum? In mala verò fide an dici valeat fuiſſe hæres, qui relictum legatum non ſoluit, quòd interpellatus minimè fuit, animo tamen præſcribendi ſolutionis ſeruitutem, & lapſum ſit tempus longiſſimum; nec ſoluit? an præſcripſiſſe dicatur? proſequitur materiam præcedentis reſponſionis.

RESPONSIO XCVII.

1 AEquiſſimum, non ſanè iniquiſſimũ, vt perperàm putauere quidam, viſum eſt præſcriptionis præſidiũ.
2 Cùm enim iure gentium, quod omni humano generi cõmune eſt, (nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt; Vndè hoc iure omnes pœnè contractus introducti ſunt: vt emptio, venditio, locatio, & conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij innumerabiles. §. *ius gentium. Inſtitutionib. de iure naturali, gentium, & ciuili.*) non æquum viſum eſſet, dominia rerum in incer-

Digitized by Google

incertū ſemper eſſe;præſcriptionis , ſiuè vſu-
capionis remedio huic malo occurrerunt ;
vt per longi temporis poſſeſſionem (inter
præſentes decennio , inter abſentes viginti
annis)res præſcribantur,vſuq; capiantur. §.
1.& §.& *ideò conſtitutionem Inſtitutioni-*
3 *bus de vſucapionib.* Propter enim publicam
vtilitatem , & ſubditorum libertatem præ-
ſcriptiones inuentæ, vt non omni tempore
de ſuo iure dubitent homines. *Gloſſ.* loquitur
in *auth. de tempore non ſoluta pecunia.* § *ſi*
autem. verbo *diligentia. collat.* 7. Bono itaq;
4 publico eſt introducta præſcriptio , nè qua-
rundam rerum diù , & ferè ſemper incerta
dominia eſſent,ex Cai verbis,& ſenſu lib. 21.
ad edictum prouinciale in *l. 1. ff. de vſucap.*
Non ergò iniquiſſimum , at æquiſſimum ,
5 vt diximus,præſcriptionis eſt præſidium:quo
per continuationem poſſeſſionis temporis à
lege definiti rerum acquirimus dominium.
ex Modeſtino lib. 5. pandectarum in *l. vſu-*
capio eſt. 3. ff. de vſucap.

Inſtè igitur , non ſanè iniquè per Domi-
nos de Matthæis aduerſus Fabricam , quæ
iacula iacit acuta , vt feriat, præſcriptionis
obiectus eſt Clypeus, quo ſexaginta annorũ
lapſu aduerſùs Eccleſiam Conualeſcentium
Vrbis,dolij vnius vini in ſingulos annos ſol-
uendi per Dominum Fabritium de Frangi-
pane anno 1584. ſupremis ſuis tabulis reli-
ctum legatum,non ſoluendi ſeruitutem præ-
ſcripſere.

Et quidèm cùm dicti longiſſimi temporis
6 annorum ſexaginta ſpatio ſubſtantiam præ-
ſcripſerint legati; quod ſanè fuit vnius dolij
vini , quàmuis in ſingulos annos ſoluendi,
(*vna botte di vino ogn' anno.*) & modum ip-
ſum ſolutionis in ſingulos annos faciendæ
vnica præſcripſere præſcriptione, vt in prio-
ri noſtra reſponſione in hac re oſtendimus,
7 docetq; *text.* etiam in legatis apertiſſimè lo-
quens in *l. cùm notiſſimi iuris 6. §. in his au-*
tem prouiſionibus, vel legatis. C. de præſcri-
ptione 30. vel 40. annorum. ibidèmq; *Gloſſ.*
verbo *cuiuſquè anni.* verba damus Iuſtinia-
ni Cæſaris.

In his etiam promiſſionibus , vel legatis,
vel alijs obligationibus , quæ dationem per
ſingulos annos, vel menſes , aut aliquod ſin-
gulare tempus continet, tempora memorata-
rum præſcriptionum, non ab exordio talis ob-
ligationis, ſed ab initio cuiuſcunq; anni , vel
menſis, vel alterius ſingularis temporis com-
putari manifeſtum eſt. his Iuſtinianus.cuius
ſanè verba ex ſe non obſcura elucidat ma-
gis *Bald.* ibidem in ſummario dicens: *In ob-*
ligationibus annuis, & menſtruis, non ini-
tium obligationis, ſed ceſſationis inſpicitur.
Apertiùſq; *Salycetus* ibidem. *In annuis debi-*
tis præſcribitur ex tempore ceſſante ſolutio-
ris non integra obligationis. Rationem red-
dit *Gloſſ.* ibidem dicto verbo *cuiuſquè anni.*
8 Quia qui præſcribit, ſimilis eſt ſoluenti. mu-
tuata hoc ipſa fuit. ex Paulo lib. 4. quæſtio-
num in *l. ſi pupillus. 46. in fin. ff. de adminiſt.*
& peric. tutorum . ipſe enim rationem dicti
reddens, ſic infert. *Is autem, qui tempore libe*
ratus eſt, non ei ſimilis eſt, qui nihil habet, ſed
ei, qui ſatisfecit . Perinde igitur ſe habent
Domini de Matthæis , qui tempore iam ab
legati ſolutione liberati ſunt , atq; ſi ſoluiſ-
9 ſent. Si autem ſoluiſſent, nihil commune cum
ipſis Fabrica haberet , vt ſolutionem præci-
peret legati. ergò neq; nunc, quando tempo-
re liberati ſunt ; quo præſcriptione vnica
ſubſtantiam præſcripſere legati, ac modum
ipſum annuæ ſolutionis , vt poſt *Surdum*
conſ. 208. num 8. lib. 3. & Decianum . qui
etiam de communi teſtatur *conſ. 2. num. 39.*
lib. 1. ſequuta fuit *Rota in Romana Salutani*
interdicti 22. Iunij 1616. coràm Vbaldo dec.
300. num 1. & in *Romana cenſus de Capba-*
reliis 9. Nouembris 1597. coràm Gyptio deciſ.
302. ſub n. 7. apud Statilium Pacificum de
Salutan. interdict.

Nec refragatur , quòd Aduerſarij dicant
pro executione pij legati ; ſeù ad pias cauſas
relicti integrè vigent actiones , ſaltem pro
quadraginta vltimis annis. *auth. quas acti-*
nes. C. de Sacroſ. Eccl.
10 Quia nimirùm ipſemet *tex.* quem pro ſe
afferunt *d. auth. quas actiones.* aduerſus ipſos
11 pugnat. Sola enim quadraginta annorum
præſcriptione contentatur aduerſùs Eccle-
ſiam: contra Romanam verò centenaria. quæ
ſanè deſumpta eſt ex Iuſtiniani Cæſaris ſan-
ctione in §. *pro temporalibus autem. in auth.*
de Eccleſiaſticis titulis collat. 9. quæ Iuſtinia-
ni diſpoſitio canonizata reperitur per *Gra-*
tianũ in can. neq; decennij. qui eſt *fin. 16. q. 4.*
poſtquàm enim ibi quadraginta annorum
prçſcriptionem aduerſùs Eccleſiam admiſit;
non ab re noſtra, ſed pro ipſa , per quam ma-
ximè ſubnectit: *Hoc ſeruando* (inquiens) *in*
executione legatorum, & hæreditatum , quæ
12 *ad pias cauſas relicta ſunt.* Vt vnica ſcilicèt
quadraginta annorum prçſcriptione diſſol-
uantur, ſiuè ſint annua, ſiuè non ità; quia ab-
13 ſolutè loquitur, conſequentèrq; vniuerſali-
tèr, & indeterminatè exaudienda ſit. *can. ſi.*
Romanorum 1. diſtinct. 19. Nauarr. conſ. 6.
num. 1. lib. 2. de ſtatu regularium & conſ. 20.
num. 6. in fin. lib. 5. de ſentent. excommunicat.
Puteus dec. 266. in princ. lib. 2.
14 Quòd porrò tot videantur eſſe legata ,
quot ſunt anni . Id quidèm quòad exactio-
nem, & petitionem proſedere diximus in
priori noſtra reſponſione, cùm quolibet an-
no actio cedat petendę legati ſolutionis, non
quòad eſſentiam, atq; legati ſubſtantiam, quę
vna eſt, vt illa prçſcripta, & actio quoq; peté-
di ſingulis annis ſolutionem, prçſcripta quo-
15 què videatur . Sicuti ſolutione facta ſortis,
ceſſant annuæ pro ipſa ſorte prçſtationes,
quia ſubſtantia ipſa ſublata eſt, pro qua prç-
ſtationes, vti qualitates dabentur , vt ſubie-
cto

Digitized by Google

31 interceptum non ſit,non abierit, nõ obierit,
neq; vt reuiuiſcat; quia nimirùm humana
potentia (hoc nempè Diuinæ dumtaxàt re-
ſeruatum eſt poteſtati) a priuatione ad ha-
bitum minime regreſſus datur. poſt Philoſo-
phum, ſequutus quoq; fuit Paulus lib. 15.
quæſtionum in *l.qui res ſuas* 98. §. *Aream*
promiſi ff.de ſolutionib. illis non ineruditis
verbis, & ad rem noſtram apprimè cadenti-
32 bus. *In perpetuum enim ſublata obligatio,*
reſtitui non poteſt. ſequitur *Ioſeph Ludouic.*
deciſ.Peruſina 17. *n.*10. *Rota apud Cencium*
*de cenſib.dec.*271.*n* 9.

33 Nihil itáq; ad rem facit: Fabricam Sum-
morum Romanorum Pontificum priuilegijs
executricem poſitam fuiſſe piorum legato-
rum omnium, ac loco Epiſcoporum datam
poſt expletum annum à teſtatorum ſupre-
ma die.

34 Non hoc porrò nos Fabricæ diffitemur;
dicimus autem; ſicuti nullum ius eſt Fabri-
cæ,vt legatum à teſtatore non rogatum,non
relictum, non ſcriptum exequatur, quia non
35 eſt;quod autem nullum eſt, & nihil, ſub ali-
quo genere conſtitui ſpecies minimè poteſt
gentium. *S. Thom.*1.2.*quaſt.*94.*art.*1.*in* 3.
argum. & ex Caio in *l.adeò quidem* 7.§.*cùm*
quis ex aliena materia. ff.de acquirendo re-
rum dominio. Neq; iua eſt eidem, vt reli-
ctum legatum, ſolutum tamen ab hære-
de, vel exequutoribus,quam antè Fabrica
manus apponeret,ipſa exequi curet: quia
nihil eidem ſupereſt amplius, quod exequa-
36 tur,re perfecta. Nàmq; perfectum dicitur,
cui nihil adijci poteſt,ſuiſq; ex partibus om-
nibus conſtat.ex Caio lib.1.ad legem 12.ta-
bularum in *l.*1 *ff de origine iuris.can.ſi om-*
nis 7.*in fin.*6.*quaſt.*1. *Lucas de Penna in*
*l.*1.*num.* 8. *C. de agentibus in rebus lib.*12.
37 Ità,pariquè modo neq; ſupererit ei, quod
exequi curet;legato iàm præſcriptione legi-
tima quadraginta annorum, quin non etiam
ſexaginta,intercepto, extincto,aboleto;quia
38 ſicuti ſolutione intercipitur, pari quoquè
modo præſcriptione, quæ idem in effectu,
actuq; ſecundo eſt, & exercitio, quod ſolu-
tio,vt diximus. Docuere,proindè ſatis oppi-
parè, affluentèrq; de ſolutione Domini de
Matthæis, cùm legatum peremptum præ-
ſcriptione oſtenderunt,atq; propterea non
eſſe. Debere idcircò à ſequeſtro Fabricam
39 reponere. vt inciuile factum eius Eminen-
tiſſimi Iudices reuocent, moderenturq; ex
Vlpiani ſenſu in *l.medicus.*3. *in fin.ff.de var.*
& extraord.cognit.

40 Neq; obijciant Aduerſarij, Principium il-
lud:non valenti agere, contrà eum præſcri-
ptionem non currere, vtiq;Non valuiſſe verò
agere Eccleſiam Sanctiſſimę Trinitatis Con-
41 ualeſcentium Vrbis;Quia legati notitiam
non habuit. Contra verò ignorantem præ-
ſcriptionem retrahere pedem, non antece-
dere.ex traditis per *Afflictum deciſ.*27.*nu.*2.
ibidèmq; plura refert *Vrſillus num.*2. & per
*Rotam part.*1.*in recentiorib.deciſ.*621. *num.*
3.*& part.*5 .*in eiſdem recent. deciſ.*252.*num.*
11. *& per Gratianum forenſ.par.*5.*cap.*912.
*n.*43.*& ſeqq.*

42 Sat nempe fuit ad præſcriptionem per ſe-
xaginta annos,nedum quadraginta complē-
dam, inter præſentes fuiſſe,ac Domini Fabri-
tij teſtamentum,quàmuis Neapoli rogatum,
ex ipſo primo initio productum fuiſſe Ro-
mæ apud acta Fontiæ; & Fabricam per dili-
43 gentias, quas adhibent Miniſtri Tribunalis
illius (præſertim Dominorum de Reuiglio-
nis à ſecretis Tribunalis, qui diligentiſſimi
ſemper fuere) in perquirendis actis Notario-
rum,per edicta etiam publica,quibus Nota-
rios interpellant ad teſtamenta ad pias cau-
ſas publicāda,promiſſione etiam data, trium
ex ſingulis centum, eorum, quæ exiguntur,
iuxta Inſtructiones à Sacro Collegio eiuſ-
dem Fabricæ datas; facilè huiuſcemodi le-
gati notitiam habuiſſe, illamq; ad Fabri-
cam Romæ demandaſſe, conſequenterq; ad
Oeconomos dictæ Eccleſię Conualeſcen-
44 tium perueniſſe; vt ſat fuerit ad ſcientiam
præſumendam, rem inter pręſentes actam
fuiſſe.vt poſt *Bald.in l.penult.ad fin. C.qui-*
bus modis non obijcitur longi temporis præ-
ſcriptio. per ipſum met *tex:*. qui eſt Diocle-
tiani, & Maximiniani Cęſarum. & *Beroum*
*conſ.*191.*num.*29.*lib.*1. *Rolandum conſ.*89.
*num.*31.*lib.*3. ſequuta fuit *Rota apud Card.*
45 *Manticam dec.*291.*nu.*4. Hic enim agimus
de lapſu temporis annorum duorum ſupra
ſexaginta ab anno 1584. quo teſtamentum
rogatum fuit inter perſonas familię ex nobi-
libus de Frangipane; vt veriſimile haud fue-
rit notitiam habitam minimè fuiſſe de teſta-
ſtamento à dicto Domino Fabritio condi-
to. potiſſimùm cùm eiuſdem heredes teſta-
mento ſcripti in Alma Vrbe hereditatem
adiuerint ex teſtamento illudq; productum
reperiatur penès acta Fontię, vt pręſumen-
dum ſit minimè, Notarios illius notitiam
non dediſſe Oeconomis dictę Eccleſię Con-
ualeſcentium.atq; etiam Fabricę, vt ipſi ſal-
tim aliquid ex dicta notitia data commodi
46 exciperent. Quam ob cauſam data ſcientia
legati in ſpecie, ſiuè dicamus meliùs in indi-
uiduo,& pręſentia in Vrbe, ignorantiam al-
legantibus, probandi ipſam Ignorantiam
onus manebit. ex iuris enim regula *præſu-*
mitur ignorantia 48. *de regulis iuris in* 6.
Pręſumitur ignorantia vbi ſcientia non pro-
batur. ex his autem ſcientia deducitur. vt
præſumi ignorantia minimè valeat.ni qui ſe
in ignorantia fundant, illam probauerint.
47 alioquin:ſcienti,& conſentienti nulla fit in-
iuria, neq; dolus. *regula* 17. *de regulis iuris*
*eod.lib.*6.proceſſit proindè iurè,non quidèm
iniuria longiſſimi temporis duorum ſupra
48 ſexaginta annorum præſcriptio; vt nulla
dari valeat ex ignorantię capite quadrien-

nij

triceſimeſſe piarum diſpoſitionum omnium poſt annum, ex quo teſtatores ex hiſcè hu-
65 manis receſſere. Abnuimus tamen, contra illam præſcriptionem procedere debuiſſe, eiuſquè ignorantiam nobis haud officere affirmamus. Cùm ſat, ſuperquè nobis eſſe debeat aduerſùs Eccleſiam legatariam ſpatio, centſuq; annorum duorum ſupra ſexaginta nos præſcripſiſſe non ſoluendo, quia illa
66 non petijt, & paſſa fuit præſcribi. ad *tex. in cap. vigilanti. 5. de præſcript.* dixitq; *Abbas in c. cura paſtoralis* t 1. *n. 7. de iure patronat.* ex *Innocentio in cap. pleriq; de immunitat. Eccleſiaſt.* diximus *d. reſponſ. 26. num. 1. p. 1.* requiſita enumerantes ad præſcribendum
67 neceſſaria. Ex quo enim potuit agere, neq; egit, & negligens fuit, præſcriptio initium habuit. *d. l. cum notiſſimi iuris. 7. §. quam ob rem.* ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *competere. & §. illud autem. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* ibidèmq; *Bald. & l. 1. §. nè autem imperfecta. C. de annuali exception.* illis verbis: niſi ex quo actionem mouere potuerunt. *l. 1. in fin. cum auth. ſequenti. C. de bonis maternis. Vincent. de Franch. deciſ. 341. num. 3.* At agere Eccleſia ſtatim potuit à morte Fabritij, & non egit. ſibi itàq; imputet, ſi præſcriptio locum habuit. Quando equidem Fabrica notitiam habuit, manuſq; appoſuit, vt exequi faceret legatū, & exindè ſua iura, portiones ſcilicet ad ſe ex Summorum Pontificum Romanorum conceſſione ſemotas, extraheret, exciperetq; iàm inuenit legatum extinctum, abrogatum, præſcriptione aboletum, diſſolutum. Solutioni quippè præſcriptio ſimilis habetur, vt diximus. Nihil igitur ei ſupereſt ampliùs exequi, quæ legatum exequutum inuenit. Veluti ſi legatum iàm exequutum ſolutione inueniſſet: non nè eius ceſſaſſent diligentiæ exequendi, quod iàm exequutum, adimpletum, perſectum fuiſſet?
68 Vtiq; vt nudus etenim ſe habet Miniſter Fabrica ad exequendum. ad *text. in l. executorem. 8. C. de executione rei iudicat.* ibidemq; *Bald.* in ſummario. *Rota apud Sanct. memor. Gregor. XV. dec. 544. num. 1.* ibidèmq; *Beltram. num. 42.* diximus *reſponſ.* noſtra 66. *nu. 3. & 4. part. 3.* Ex conſequenti verò portio-
69 nes extrahit, quatènus exequi fecerit (*ſi & poſtquàm*) vt latè diximus in priori noſtra reſponſione. Legatum verò præſcriptione extinctum eſt. Quid ergò exequetur Fabrica, quod in rerum ipſa natura non eſt, abijt, obijt, interitum vidit? At non exequitur, neq; exequi curare poteſt. ergò nec portiones extrahet, quæ ſibi non debentur, vel exſoluto, vel diſſoluto legato.

Nihil igitur cùm ipſa commune quidquā habemus Fabrica, legato non exiſtente. Quid igitur fruſtrà clamat? fortaſsè quòd amat portiones exigere? ſed non debentur; quia legatum extinctum. Extinctum quoq; & ius ipſius. Hoc nempè ex illo dependet, & ad il-lud acceſſorium eſt. Naturam igitur ſui prin-
70 cipalis ſequi oportet. regula *acceſſorium. 42. de regulis iuris in 6. can. decernimus. 32. 16. quæſt. 2.*

Nulla igitur ei reſtitutio competit (quod ignorauit) vt id exequatur, quod non eſt, quod extinctum eſt.

Exequendum nempè ſupponit aliquod exiſtens. exequutioniq; demandandum, at non exiſtit. quia nihil. nihil ergò exequen-
71 dum. eſt ergò occaſio calua, vt quidam dixit

Poſt hæc occaſio calua.

Ceſſare ergò debet ab inceptis, quæ iurè,
72 & actione caret, ſine qua experiri nemini datur, vt Iudicis quoq; officio remoueri valeat. ex Vlpiano in *l. ſi pupilli tui 6. §. videadeamus, ff. de negot. geſt. Bar. alijq; Scribentes in l. vbi pactum 40. C de tranſact. l. lecta 40. §. dicebam. in fin.* ibidemq; *Bar. ff. ſi certum petatur. Rota part. 1. in recentiorib. deciſ. 612. ſub num. 1. in fin. & deciſ. 71. num. 1. poſt primum volum. conſilior. Farinac. Aymon conſ. 191. num. 1. Card. Tuſc. tom. 1. lit. A. concluſ. 127. n. 28.*

Atq; ità ex his, lima haud abiecta Cenſoris, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum licèt in initio dulce videatur, parit tamen poſtmodùm amaritudinem ſuam.*
Illuſtratur ex loco Prouerbiorum 20. 17. num. 2.
Lucidatur etiam ex loco Iob. 20. 12. n. 4.
2 *Locus Prouerbiorum 20. 17. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſteà implebitur os eius calculo. illuſtratur.*
3 *Mendaces grauiſſimè à Deo, à propria conſcientia, à periculis conſequentibus cruciantur.*
5 *Mendacium eſt quaſi panis lapidoſus, qui etiam dentes comminuit.*
6 *Res priùs in eſſe conſtitui debet, et qualitates in illa dentur.*
Prius quid res ſit quæritur, poſtmodùm verò qualis ſit.
7 *Qualitatis cognitionem, ſubſtantiæ cognitio præcedere debet.*
8 *Violentas manus inijciens in notorium Sacerdotem, vel Clericū, dat in Canonem, ſi quis ſuadente Diabolo.*
9 *Nullum quod eſt, effectum ex ſe producere non poteſt.*
Non eſſe, & nullitèr eſſe, ſpecie non diſtinguuntur. n. 10.
11 *Sententia, quæ nulla eſt, reuocatione non indiget.*

Digitized by Google

Sententia lata proceſſu non publicato ſuper receptis probationibus, nulla æſtimatur.n.12.
Sicuti etiam lata parte non citata,& ſpecificè ad ſententiam n.22.
12 Publicatio proceſſus omiſſa,ſententiam nullam reddit.
Quæ etiam in ſummarijs iudicijs requiritur.n.13.
Quia ſpecies defenſionis eſt.
Non eſſe de ſubſtantia aliqui voluere, ſed de iuſtitia n.14.
Quod reprimitur,ſi à non facta publicatione appellatum fuerit.n.15.
Vel ſi teſtes ſecretò recepti fuerint.n.16.
Vel ſi publicationem fieri petitum.n.17.
13 Defenſio à principio oritur naturali.
Eo protinùs principio etiam Bruta edocentur.n.19.
18 Citationis defectu acta omnia corruunt iudicij.
20 Tenebras quærit,qui malè agit.
Lucemq; odit.
Latebræ enim ſunt aptæ criminibus. n.27.
21 Peccatores diligunt magis tenebras, quàm lucem.
Vt non arguantur eorum mala opera.
22 Citatio ad ſententiam omninò requiritur.
Atq; ſpecifica ad ſententiam.
Et quòd exprimatur ad ſententiam citari. num.23.
Vt non ſufficiat per æquipollens, vtpute, ad audiendam voluntatem Iudicis. num.24.
25 Prouerbium. Rem nouam loquimur. immò non nouam,ſed veterem.ex S. Hieronymo.
26 Citari ſemper quis debet ad iudicium, quæ & actu lædi poteſt in iudicio geſto.
Alioquin iudicium mancum erit.& n.27.
Etiam in criminalibus, atq; in crimine notorio.n.29.
28 Legem contra actum; firmitatem non obtinet.
30 Citationis defectus inſanabilis dicitur.
Quia defenſionem perimit.
Quàmuis de bono iure partis conſtaret. num.31.
32 Sententia in iudicatum nunquàm tranſit in his, quæ animæ concernunt periculum.
Ratio redditur.n.33.
Et facilè remedium ei datur, petendo abſolutionem.n.35.
Sicuti neq; etiam declaratoria, quem non incidiſſe.n.42.
Quia declaratoria veritatem non mutat.
Et poteſt quis admitti ad probandum incidiſſe.n.43.
Vel ſi ex actis probetur incidiſſe.n.44.
33 Peccatori in ſuo facinore nulla conſuetudo fauere poteſt.
Potiſſimùm verò ſi veriſimilitudo aliqua aduerſùs ipſum pugnet.n.34.
Peccator in peccato ſuo moritur, cùm Chriſtus,qui vita eſt animæ,diſceſſerit. num.36.
37 Animas Chriſtus ſuo ſanguine redemit,pretio magno.
38 Excommunicatus quis magis æſtimari debet in re dubia.
Quis poteſt ſibi conſulere petendo abſolutionem.
Nec dimittere eum debet Epiſcopus,vt in ſententia perſiſtat.n.49.
Iumentum efficitur Diaboli.
39 Excommunicationis ſententia,ſiuè declaratio in iudicatum nunquàm tranſit.
Eſt enim medicinalis,non mortalis.n.40.
Exaudi,fauore animæ, ſecùs quoad priuatam vtilitatem. n.41.
Excommunicatus ergò qui ſoluitur,ad Ieſum ducendus. n.44.
45 Lazarum mortuum,ſepultum ſu[illegible] reſuſcitauit Ieſus.
Apoſtolis autem iuſſit, vt ſoluerent,& ſinerent abire.
46 Aſinam alligatam iuſſit Ieſus per Apoſtolos ſolui,& ad ſe adduci.
47 Epiſcopi munus eſt vigilare ſuper gregem ſuum.
Nè veniat lupus,& rapiat.
Ipſe verò pro ouibus tenebitur.
Earumq; ſanguinem exquiret Iudex. num. 48.& n.55.
50 Excommunicatum reuocare poteſt Epiſcopus in excommunicationem,ſi malè (non incidiſſe) declaratum fuerit.
Vel etiam malè abſolutus.
Nec noua requiritur citatio.
51 Sententia relatiua ad acta catènus ſubſiſtit,quatènus acta vera fuerint.
Strictèq; propterea, & preſsè interpretationem admittet.n.54.
Quatènus in relato eſt.
52 Referens exauditur de eo , quod eſt in relato.
Error proindè,vel vitium,quod in relato eſt,in referente erit.n.53.
55 Morbis extremis extrema ſunt adhibenda remedia. ex Hippocrate.
56 Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.ex Paulo.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Declaratoriam, aliquem non incidiſſe in cenſuras, non ità firmam eſſe, vt conuelli non valeat, ſi contrarium appareat, incidiſſe illum. Sententia in iudicatum nunquàm tranſit, vbi de materia agitur peccati. Fauor enim animæ magis attenditur, quàm priuata alicuius commoditas. Satiuſque expediens æſtimatur, in dubio quem excommunicatione nodatum tenere, quàm contrà. Poteſt enim ſibi abſolutionem petendo conſulere; quàm conniuendo, nec pœnitendo in orcum ruere. Proceſſu non publicato ſententia indè ſequuta fuit. num verò publicatio ſit de ſubſtantia proceſſus? Citatio neceſſaria eſt, vbi quiſquam ex actu in iudicio lædi poteſt. Et de citatione ad ſententiam, an neceſſariò illa requiratur? Sententia verò, quæ ſe refert ad acta, catenùs firma eſt, quatenùs acta ſteterint, ad quæ ſe retulit. neq; noua perquiritur citatio, ſi de reuocando quem in excommunicationem agatur, quòd perperàm ſolutus fuerat.

RESPONSIO XCVIII.

1 NVllum omninò peccatum eſt, quod
non adeo dulce in initio ſit, quod
ſuam non pariat poſtmodùm
amaritudinem. Hoc ſatis concinnè
Sapiens ille Salomon Rex Iſrael *prouerbior.*
20. 17. expreſſit dicens.
2 *Suauis eſt homini panis mendacij: & po-*
ſteà implebitur os eius calculo. Quia id, quod
initio molle viſum eſt, vertitur poſteà in du-
ritiem; & quod mel primoribus labris, in
3 ventriculo fel euadit. Nempè mendaces gra-
uiſſimè à Deo, a propria conſcientia, à peri-
culis conſequentibus cruciantur. iuxtà illud
nocet empta dolore voluptas.
4 ſuſiſſimè Huſita patiens *Iob. 20. verſ. 12. &*
ſequent. rationem reddit: *Cùm enim dulce*
fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub
lingua ſua.
Panis eius in vtero illius vertetur in fel
aſpidum intrinſecùs. Diuitias, quas deuora-
uit euomet, & de ventre illius extrahet eas
Deus. & paulò poſt *Luet, quæ fecit, omnia,*
nec tamen conſumetur: iuxtà multitudinem
adinuentionum ſuarum, ſic & ſubſtinebit:
5 Mendacium quippè eſt quaſi panis lapido-
ſus, quem eſurienti accipere iucundum eſt,
ſed poſtmodùm non ventriculum modò,
qui tenerrimus eſt, ſed ipſum os, & dentes,
qui robuſtiores ſunt, grauitèr lædit. ex *Mar-*
tino del Rio adagialium ſacrorum part. 2.
adagio 216. in cap. 20. prouerbiorum verſu
17. Sic plane homini cuidam Andreæ, acci-
dit, qui malitiosè, cùm in cenſuras dediſſet,
quòd iniurioſè in Sacerdotem quendā Dia-
bolo ſuadente violentas manus injeciſſet,
eumq; grauitèr læſiſſet, ita pecunijs cùm
præualuiſſet, falſiſq; teſtibus, vt non incidiſſe
declaratus fuerit; re tamen perſpicaciùs per-
ſpecta ex eiſdem teſtibus, incidiſſe inuentus
fuit. Quam ob cauſam in eam determinatio-
nem ventum eſt; ſententiam illam declarato-
riam (non illum incidiſſe) nullam fuiſſe. Ci-
tatus proindè denuò fuit ad dicēdum cau-
ſam, quarè non debeat declarari incidiſſe, &
publicari excommunicatus? Et quidem id
6 aſtruebamus ex Philoſophico principio:
Priùs, vt res ineſſe conſtituatur oportet, quàm
de ea qualitates dentur. Priùs enim quid res
ſit quæritur, poſtmodùm verò qualis ſit. Quia
7 certè ad cognitionem qualitatis, ſubſtantiæ
cognitio præire debet. Quid enim ex eo,
quod non eſt, deduces? ad Africani ſenſum
lib. 7. quæſtionum in *l. eius, qui in prouincia.*
41. §. *quòd ſi ſtipulatus ff. ſi certum petatur,*
& de rebus creditis: illis planè verbis: *vtiq;*
ſi ſciuerint eum ſibi cohæredem datum: Quo-
niam tunc non poſſent videri bonæ fidei poſ-
ſeſſores eſſe, qui nec poſſidendi animum habe-
rent. ex hoc enim ſecundo pendet illud. Si
ergò primum non eſt, quod ſanè eſt, eſſe nec
ſecundum erit, quòd ex illo fluit, maiorią;

expreſſit lumine Paulus lib. 1. ad Sabinum in
l. ſi ſeruum n. ibi 4 § ſi modus agri. ff. de actio-
nibus empti, & venditi. illis verbis: nõ poteſt
æſtimari bonitas loci, qui nõ extat. ibidemq;
Gloſſella marginalis. annotans ex eodē tex.
quòd non poteſt eſſe qualitas ſine ſubiecto.
ex Bald. in l. ſi ante medium. C. de bonorum
poſſ. ff. contra tabulas. & ibidem Caſtrenſ. n.
3 Gl. ff in cap. ad diſſoluendum. 13. verbo ac-
cuſari de deſponſatione impuberum. Res au-
tem hic non eſt ergò nec qualitates dabuo-
tur. Non vtiq; eſt, quia verum non eſt (vt
ſupponebatur) Andream non incidiſſe in
8 cenſuras, cùm apertiſſimè inciderit per vio-
lentas manus iniectas in notorium Sacer-
dotem. ex can. ſi quis ſuadente diabolo. 29.
17. q. 4. Non itaq; qualitates dabitur, potuiſ-
9 ſe Andream declarari non incidiſſe. eſt ergo
declaratoria ipſa nulla. nullum proindè effe-
ctum producet. ex Paulo lib. 3. ad Plautiū
in l. quod edictum. 33 de pactis. ex conſequē-
tia, quam ipſe infert. Igitur (inquiens) ſi mā-
dati actio nulla ſit, fortè ſi donandi animo fi-
deiuſſerit, dicendum eſt, non prodeſſe exceptio-
nem fideiuſſori. argumento etiam petito ex
regula non præſtat, 52 de regul. iur. in 6. &
cap. illud 8. de iure patronat. extrà Rota par.
1. diuerſorum deciſ. 644 num. 2. & deciſ. 297.
num. 5. & deciſ. 366 num. 11. poſt 2. volum.
conſil. Farinac. & apud S. memor. Gregor.
XV. deciſ. 486. nu. 12.

10 Perindè nempè hæc ſe habet declarato-
ria, non incidiſſe, ac ſi non fuiſſet; non enim
diſtinguuntur ſpecie, non eſſe, vel nullitèr eſ-
ſe ex Paulo lib. 6. quæſtionum in l. duo ſunt
Titij 30 ff. de teſtamentaria tutela, & Vlpia-
no lib. 40. ad edictum in l. non putauit Præ-
tor. 8. § non quauis ff de bonorum poſſeſſione
contra tabulas. Gloſſ in cap. paſtoralis officij
14. in Gloſſ 1. verbo ambigitur, paulò poſt
princip. verſ. Item qualiter primi Iudices de
reſcript. quam refert etiam Gloſſella margi-
nalis ad d. l. duo ſunt Titij 30. Surdus deciſ.
51. num. 14. & deciſ. 122. num. 2 Nec q; re-
11 uocatione indigeat, quæ nulla eſt ſententia.
Rota apud Card. Caualer deciſ. 42. num. 6. &
deciſ 69 num. 3. & deciſ 270. num. 5. Surdus
conſ. 160. num. 49. lib. 2. Rota in Gadicen Sta-
tutorum 19. Decembris 1580. coram Gardin.
Seraphino. deciſ. 493. num. 2. & ſeq. quam
ſequitur eadem Rota apud Caualerium d.
deciſ. 42. nu. 6. Nullam autem illam eſſe de-
12 ducebatur. Nimirùm, quòd lata proceſſu
non publicato ſuper receptis probationi-
bus. ex Innocentio III. in cap. cùm I. & A.
canonici. 22. § Iudices autem. illis verbis: de
poſitionibus coràm partibus minimè pu-
blicatis, nec oſtenſis. de ſententia, & re iudic.
ibiq; Gloſſ. verbo nec oſtenſis & Abb. nu. 10.
Felin. nu. 1. & ſeq. alijq; Scribentes. & in cap.
qualitèr, & quando. 24. § debet igitur. de ac-
cuſationib. cap fin. § ceſſante verb. ibiq; Gloſſ.
verbo iudicij. de hæreticis lib. 6. Gloſſ. in l.
prolatam 4. verbo ſolitum iudiciorum ordi-
nem. ibiq; Bart. C. de ſententijs, & interlocu-
tionibus omnium Iudicum. noſter Maran-
ta in ſpeculo part. 4. in 9. diſtinct. iudic. num.
22. & part. 6. in 11. actu iudicij. num. 1. cum
ſeq. optimè Viuius deciſ. 32. nu. 3. & ſeq. latè
13 comprobans, etiam in ſummarijs iudicijs
publicationem perquiri: quia ſpecies eſt de-
fenſionis, quæ à naturali prouenit principio.
ex Florentino lib. 1. inſtitutionum in l. vt vim
3. ff. de iuſtit. & iure. can. ius naturale. 7.
14 diſtinct. 1. Quamuis alij voluerint, publica-
tionem non quidem de ſubſtantia eſſe iudi-
cij, ſed de iuſtitia, atq; contrà ius litigatoris,
cum probationibus quoq; non receptis ſē-
tentia ferri valeat. quicquid Gloſſa dixerit in
d. l. prolatam 4. & Bart. ibidèm C. de ſentent.
& interlocutionib. omnium iudic. Abb. &
Felin. d. cap. cùm I. & A. Canonici. 22. Rota
deciſ. 1. de ſentent. & re iudicat. in antiquis.
& apud Puteum deciſ. 122. nu. 1. lib. 1. An-
char. conſ. 53. omiſſio publicationis. Maran-
ta dict. diſtinct. 9. num 22. part. 4. & part. 6.
dict. actu 11. nu. 4. Guido Papa deciſ. 369. nu.
4. & deciſ. 586. num. 1. & 2. Vantius de nul-
litat. tit. 13. de nullitate ex defectu proceſſus.
nu. 40 fol. mihi 215. Rebuff. in Conſtitutiones
Galliæ tom. 3. tract. de publicat. atteſtat. nu.
4. & 5. Menochius de arbitrarijs Iudicum
q. 33. num. 1. & ſeq. Farinac. de teſtibus. de
oppoſitione contra teſtes q. 75. cap. 1. nu. 5. 7.
8. & 9. Minſyngerius ſingularium obſeru.
centur. 4 obſeruat 52. Gayllus practicarum
obſeruat. lib. 1. obſeruat. 103. num. 5. & ob-
ſeruat. 105. num. 3. Bernardinus Græue ad
Cameram Imperialem tom. 1. concluſ. 105.
num. 1.

15 Quod ſanè comprimitur, retineturq; ſi à
publicatione non facta appellatum fuerit. ex
Gloſſ. d. cap fin. § ceſſante. de hæretic. in 6. quā
Felinus admittit. d. cap. cùm I. & A. Canoni-
ci 22. num. 2. verſ dicta declaratio. Rota d. de-
ciſ. 1. de ſentent. & reiudic. in antiquis. &
apud Put. d. deciſ. 122. lib. 1. Menoch. d. q. 33.
num. 1. & ſeq. Minſyngerius d. obſeru. 52. n.
1. & 3. Farinac. d. q. 75. cap. 1. num. 7. Viuius
d. deciſ 32. num 6.
16 Vel etiam ſi teſtes ſecretò recepti fuerint,
ſecùs verò ſi vtraq; parte præſente. Maranta
d. part. 6. actu 11. num. 7. Viuius d. deciſ. 32.
17 num. 1. Vel demùm ſi publicationem fieri
inſtatum fuerit. Ancharan. d. conſ. 53. Adden-
tes ad Guidonem Papam d. deciſ. 586. Rebuff.
d. tit. de publicat. atteſtationum. num. 4. Vi-
uius d. deciſ. 32. num. 3. & 5. Menoch. d. q. 33.
num. 2. & ſeq.

Non ergò ſuffragium ferebat Andreæ;
& quòd publicationem fieri petitum non
fuerit; & quòd à publicatione non facta, nec
etiam appellatum.

Accidit id quidèm, quòd citatus nuſquā
18 fuit quærelans ad actus neceſſarios. Quam
ob cauſam ex hoc vno ipſo principio, (ni
pro-

propeius deſectu dixeris) acta omnia vti
nulla intercidebant;quòd citatus non is fuerat,
quo agente iudicium ſurrexerat. *Si* enim
ipſe,qui offenderat,vt ſe defenderet,citatus,
vocatuſq; ad cauſam dicendam, quarè fuerar:
Cur,quæſo te,& aduerſarius,qui crimen
in iudicium detulerat,vocati non debebat,
19 ſua vt tueretur iura: quando ab ipſamet
omnium parente natura Bruta quoq; edocētur
animalia ſe tueri, illatamq; a ſe iniuriam
propellere? ex Florentino lib. 1. inſtitutionũ
in *l. vt vim.3.ff.de iuſtit. & iure. Clementin.
paſtoralis.2.§ caterùm de ſentent. & re iudicat.
Maranta in ſpeculo.6.parte.in 1.membro
iudiciorum de citatione.num.3. Vantius
tractat. 12. de nullitate ex defectu citationis
num. 1. 2. & 3. fol.176. Gabriel de
citatione concluſ.1.num.122.cum ſeq. & 126*
20 Latebras idcircò perquiſierunt,vt tacerẽt,
Aduerſarij. malè proindè agebant. *Omnis
enim,qui malè agit,odit lucem, & non venit
ad lucem,vt non arguantur opera eius.* Chriſtus
nos docuit,veritas infinita, verbum
Patris. *Ioan.* 3. 20. ne argueret mala eorum
opera, ne ad iudicium accederet delator,
tacendo operati ſunt,dilexeruntq; magis
21 tenebras,quam lucem: erant enim eorum
mala opera. *eod. Ioan.*3.19. nullum proindè
22 fuit quicquid operati fuere. ſententia præſertim
declaratoria,non incidiſſe; quia lata
parte ex aduerſo non citata,atq; ſpecificè ad
ſententiam. *Clement.ſapè* 2.§ *ſententiam de
verborum ſignificat.* ibiq; *Gloß.* verbo *ad id.*
23 quæ addit:non ſufficere citari;niſi exprimatur
id, quòd ad ſententiam audiendam citatur.
& *Gloſſ.in cap.conſuluit.*24. verbo *terminum
de officio delegati.* Marcellus lib.2.de
appellationib.in *l. 1.§.item cùm ex edicto.ff.
qua ſententia ſine appellat. reſcinduntur.
Vantius d.tit.12. de nullitate ſententia ex
defectu citationis. num.*16. *Caſar de Graſſis
deciſ.*11.*num.2.de re iudic. Rota part.1. diuerſorum
deciſ.*579.*num.2. & part.4. deciſ.*
789.*nu* 4. *& in recentiorib.part.2. decis.* 30.
*num.*1.*& decis* 759.*num.*1.*Capycius decis.* 1.
*num.*35.hoc in iudicijs quoq; ſummarijs extendens.
ex *d.clement. ſapè* 2.§.*ſententiam
verò de verbor.ſignificat. Viuius d.decis.*32.
*num.3.& ſeq. Intrigliolus decis.*44.*num.*37.
& 38. *Rota apud Sancta memoria Gregor.
XV. decis.*4. *num.*1. *& decis.*546.*num.*6. *&
decis.*209.*num.*4 *&* 7.*in Additionib.Beltramini*
24 dicentis: Citationem debere eſſe ſpecificam
ad ſentẽtiam,neq;ſufficere per æquipollens:
vt purà ad audiendam voluntatem
Iudicis. *Rota in recentioribus part.* 1.*decis.*18.
*nu.*2.*& part.*2.*decis.*141.*nu.*3.
25 Rem porrò nouam loquimur, imò non
nouam,ſed veterem,& decantatam, quæ veterum
legum,atq; nouarum authoritate firmatur.
verbis loquimur Hieronymi in *can.
non ſatis.*3.§.*quod ſi durum.* 34.*q.*1. Eum
26 ſemper citari, atq; ad iudicium euocari debere,
qui ex actu ipſo iudiciario læſionem,
ac damnum referre poteſt: alioquin actus
ipſe mancus,ac nullus euadit,nec tenet. Paulus
lib. 5.ſententiarum in *l. de vnoquoq.* 47.
ff de re iudicata. hoc ſatis amplis docet verbis:
*De vnoquoq; negotio,præſentibus omnibus,
quos cauſa contingit, iudicari oportet:
aliter enim iudicatum tantum inter præſentes
tenet.* Hoc verò negotium non præſentibus
his,quos cauſa contingebat, ſed clanculum,
27 ſed in tenebris, ſed in latebris, quæ
ſunt aptæ criminibus,iudicatum fuit. non
ergò tenet. ergò nullum. ergò inualidum.
Luce pomeridiana clariùs hoc expreſſit Vlpianus
lib. 1.de officio proconſulis in *l nàm
ità Diuus.*39.*ff de adoptionibus.* eius damus
verba: *Nàm ità Diuus Marcus Eutychiano
reſcripſit. Quod deſideras,an impetrare debeas
exiſtimabunt Iudices:adhibitis etiam
ijs,qui contradicerent, ideſt qui læderentur
confirmatione adoptionis.* Nullus autem,qui
lædi poterat hic adhibitus fuit, quia nullus
vocatus. Non ergò obtinere poterit id,quod
deſiderat Andreas. apertiſſimè ex Gregorio
Nono in *cap.in nomine Domini.* 2. *de teſtibus.*
qui in fine ſic ad rem noſtram concludit:
*Ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius,
vt ad audiendos teſtes veniat: quod quia
hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, vt quod contra
28 legem actum eſt, non habeat firmitatem.*
ſequitur, regulam enucleando *Decennas regula*
92. noſter *Maranta in ſpeculo* 6. *part. in
1.membro iudiciorum de citatione num.* 2.
Gabriel.dict.tit de citatione concluſ. 1. *per
tot.Portius Imola lib.*1.*regula* 43. In crimi-
29 nalibus quoq; atq; in crimine notorio, præſertim
verò in ſententia. *Farinac. in praxi
de delictis, & pœnis quaſt.*21.*num.*68. *&*
69. *Marius Antonin. variarum reſolutionum
lib.*1.*reſolut.*57.*num.*13. *& reſolution.*102
*num.*7.
30 Adeò quidèm vt defectus hic citationis
inſanabilis, ac deploratus omninò dicatur,
quia nimirùm defenſionem perimit. *d.clem
ſæpè* 2.ibidèmq; *Gloſſ.* verbo *defenſiones de
verborum ſignificat. Rota apud Puteum dec.*
119.*lib.*1.*& in recentiorib. part.*2. *dec.*486.
*num.*1.*apud Card.Caualerium dec.*35.*num.*
1.*&* 2.*& deciſ.*53.*num.*1.*& ſeqq.& dec.*396.
*num.*1.*&* 6. *& apud Sanct.memor.Gregor.
XV. deciſ.*416. *& in recentioribus part.* 1.
*dec.*179. *num.*2 *&* 3. quæ laxam rem facit:
31 quàmuis de bono iure partis conſtaret:
quia nimirùm,vt diximus,parti defenſionem
auſert.
Verùm (ſæ admonitum quærelantẽ fuiſſe,
atq; in iudicio auditum) neq; ſic tamen
firmum iudicatum perſtabit: Andream in
nullam incidiſſe cenſuram. Cùm luce appareat
clariſſima,etiam ex teſtibus ab ipſo An-
32 drea deductis, illum incidiſſe. Vbi autem
animæ vertitur cauſa,eiuſq; periculum, nuſquàm
ſententia in iudicatum tranſit, quin
ratre

retractari valeat. ex Alexandro III. in cap. lator. 7. ibiq; Gloſſ. verbo inſinuatione. & in Gloſſ. fin. & cap. conſanguinei 11. de ſentent. & re indicata. vbi Abb. nu. 7. Gloſſ. fin. in c. inter monaſterium 20. eodem. noſter Maranta in ſpeculo 6. part. de ſententia num. 147. Gaylus practicarum obſeruationum lib. 1. obſeruat. 112. per tot. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 24. num. 10.

33 Qualis namq; eſt vinculum, qualis conſuetudo, & quæ ſententia, quæ peccatori in
ſuo facinore ſuppetias ferre poſſit, eumq; tueatur ad tex. in d. cap. conſanguinei 11. & perpenſa per Abbatem ibidem nu. 7. de ſentent.
34 & re iudicata. potiſſimùm verò ſi veriſimi-
litudo aliqua aduerſus eum pugnaret, vti
35 Abb. ipſe eodem loco animaduertit. Facilè,
quippe; quin non præſentaneum eſt remedium, quod ei in peccato ſuo ferri poteſt, pœnitentiam agendo, atq; abſolutionem petendo, cum alioqui ſi in peccato perſtiterit, euidens ſit animæ periculum, in orcum in æter-
36 num dilabendi, & in peccato moriendi; cùm
Chriſtus, qui vita eſt animæ per peccatum diſceſſerit. ſic enim ipſe idem via, veritas, & vita Iudæis conteſtatus quandoq; fuit Ioan. 8. 21 dicens: Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Ne in peccato igi-
37 tur moriatur Anima, quam Chriſtus ſuo re-
demit ſanguine magno pretio. iuxtà Apoſtolum 1. ad Corinth. 6. 20. dicentem. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro: ſatiùs expedire
38 æſtimatur in re dubia, excomunicatum quen-
quam habere, quàm non æſtimare. Sic enim in promptu remedium eſt abſolutionem petendo. ex Enariſto Papa in can. aliter 1. 30. q. 5. ibiq; Gloſſ. verbo contubernia. cap. vnico ibiq; Gloſſ. de ſcrutinio. argumento etiam ducto ex tex. in cap. cùm contingat. 28. de iureiurando cap. ſignificaſti 18. §. quod ſi diſcerni. ibidemq; Gloſſ. & Abb. num. 4. de homicid. tex in cap. Iuuenis. 3. de ſponſalib. Ancharan. conſ. 179. prima facie in fin. num. 8. Decius in cap. in præſentia 8. num. 56. de probationib. Nauar. in can. ſi quis autem. 4. nu. 42. de pœnitent. diſt. 8. Horatius Mandoſius in additionibus ad Roman. conſ. 419. In primis ſciendum eſt in fin. Caluacanus deciſ. 1. alias 47. par. 2. nu. 102. cum ſeq. ad vſq; 111. & deciſ. 29. alias 93. num. 16. ead. parte. deduximus nos pluribus reſponſ. 111. à nu. 18. cum ſeq part. 2. Menoch. de præſumptionib. lib. 5. præſumpt. 2. n. 40. 41. & ſeq.

39 Hanc proinde fit ob cauſam, vt excommuni-
cationis ipſa ſententia in iudicatum nunquã tranſeat, quàmuis intra decem dies appellatum ab ea non fuerit. Quia nimirùm animæ ergò, atq; gratia abſolutionem ſemper petere excomunicationis ſunc ligatus poterit.

40 Eſt enim illa medicinalis, non mortalis, di-
ſciplinans, non eradicans. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. in cap. cùm medicinalis. 1. de ſentent. excomunicat. in 6. probat hanc noſtram excogitationem, firmamq; reddit Cœleſtinus III. in cap. ad reprimendã 8. cum Gloſſ verbo ſuſpendetur de officio ordinarij. extrà. Gloſſ. quoq; in cap. ſacro. 20. verbo ſatisfacere compellatur de ſententia excomunicat. & cap. venerabilibus. 7. de ſententia excomunicat. in 6. noſter Maranta in ſpeculo 6. par. de ſententia. n. 131. Monaldus conſ. 34. lib. 1. quod non ita erit quòad pri-
41 uatam vtilitatem, vt aduertit Abb. d. cap. cõ-
ſanguinei. 11. nu. 9. & Butrius num. 10. de ſentent. & re iudicata. Philipp. Franc. cap. qua fronte de appellationib. Maranta d. tit. de ſententia n. 151.

42 Eodem planè modo, eiuſdem animæ gra-
tia, ne illa in peccato detineatur, neq; in iudicatum tranſibit ſententia, non incidiſſe quempiam in excomunicationem: Nam pronunciatio Iudicis, quòd quis excomunicatus non ſit, non mutat veritatem, ſi verò excomunicatus ſit, verba ſunt Abb. d. cap. conſanguinei. 11. num. 9. verſ. nam pronunciatio. Illationemque nec extrà rem facit Butrius
43 ibidem num. 10. & ipſe dicens: Vndè ſi volo
probare veritatem, non obſtante ſententia videor admittendus, ne contra ſententiam illi comunicet; licèt fuerit facta pronunciatio, quòd non fuerit excomunicatus: ſic aptè, nec extrà rationem Butrius.

Fac ergo, firmam fuiſſe declarationem; in
44 nullam incidiſſe cenſuram Andream; pro-
palata tamen veritate per ipſoſmet teſtes, quos ipſe induxit, eum incidiſſe: quis dubio locus eſſe poterit, quin ex ipſis deductis; incidiſſe eum, pronunciari valeat: vt ita ad cor redeat, pœnitentiaq; peracta, a ligamine, quo miſerè ligatus permanet, ſolui valeat, atq; ad Dominum adduci Ieſum Saluatorem? Velu-
45 ti ipſe de Lazaro quatriduano, fœtente,
in monumento iacente, ligato pedes, & manus inſitis, & facie ſudario ligata, ne videre poſſet, iam mortuo, diſcipulis dixit, cùm è monumento prodijſſet ab eodem vocatus, voce magna clamante; Lazare veni foras. Soluite eum, & ſinite abire. Ioann. 11. 44 &
46 de aſina alligata, quam ſedere volebat
Matth. 21. 2. Apoſtolis præcepit: Et inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi: Et ſi quis aliquid vobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus ha-
47 bet: & confeſtim dimittet eos. Hoc nempè
munus Epiſcopi eſt, vigilare ſuper gregem ſuum, ni veniat Lupus, & rapiat, & diſpergat oues. Ioan. 10. 12. vndè ipſe tenebitur, ſi quæ
48 perierit, & ſanguinem ouium de manu pa-
ſtoris exquiret Iuſtiſſimus Iudex, Paſtor æternus. Ieremiæ 23. 3. & 4. Ezechiel. 33. & 34. can. cognouimus. 19. in fin. 18. q. 2. can. irrefragabili. 13. in princ. ibiq; Gloſſ. 1. de officio Ordin. c. fin. in princ. de regular.

49 Non itàq; dimittere eum debebit Epi-
ſcopus, cùm ligamine ſit alligatus tarthareo,

&

& inmentum factus Diaboli. ex Hieronymo in *can.audi deniquè* ibiq; *Gloſſ.* verbo *Sathana.& can.omnis Chriſtianus* 32.11.q.3. *Nauar. manual.cap.*27.*n.*18. vt in præceps ruat ad Inferna voraci abſortus lupi ore; ex eo, quòd falſis teſtibus, qui nihilominùs veritatem, nec volentes, occulere non potuere, nõ incidiſſe declaratoriam obtinuerit; cùm verè ſit ipſe excõmunicatione ligatus, declaret eũ incidiſſe, vt ſic, verecũdia perfuſus, pœniteat

50 ſe, & à ligamine ſoluatur peſſimo. Quod quidèm facere poteſt, vt neq; noua perquiratur citatio (perſonalis præſertim) iam ſemel ab initio vocatus; cùm de reuocãdo eum in excommunicationem agatur, à qua non iam abſolutus, ſed magis peſſimè religatus inuenitur, falſo ſuppoſito, eum non incidiſſe; qui & immunitatem violauit Eccleſiaſticam, & in Sacerdotem notorium violentas manus iniecit, vt aduertere per quàm optimè Domini in *Rota deciſ.7.de ſentent excommunic. in nouis.* ſequiturq; *Felin. d.cap.cùm ſit Romana* 5.*num.*20. *verſ. octauò noto de appellat. Couarruuias in cap. alma mater de ſentent.excommunicat.in* 6.*par.*1. §.9.*num.*4. *in* 4.*caſu Genueuſ.in praxi cap.*29.*de excommunicatione plura. num.*12. editionis Romanæ anni 1609.& *in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.*708. *num* 1. *Card.Toletus Inſtructionis Sacerdotalis lib.*1.*c.*10.*n.*3.

51 Præter quàm quòd neq; declaratoria ipſa officere vllo pacto poteſt: cùm relatiua ſit ad teſtes, quos Andreas produxit: viſis actis, &c. & ſignantèr defenſionibus factis, &c. qui ſanè falſi ſunt.

52 Referens verò de eo exauditur, quod in relato eſt. ex Vlpiano lib.19. ad edictum in *l. ait prætor.* 5. §. *ſi Iudex. ff. de re iudicata.* & Paulo lib. ſingulari de iure codicillorum in *l.ſi ità ſcripſero* 30. *ff. de conditionibus.& demonſtrationibus.* & lib.22. ad edictum in *l.certum* 6. *ff. de rebus creditis.& ſi certum petatur.* eodemq; Vlpiano lib. 17. quæſtionum in *l.aſſe toto.*77. *ff. de hered. inſtituend.* vbi *Bald. auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo.l.*1. *C. de errore calculi. cap. Abbate Sancti Syluani* 25. *de verborum ſignific. Feliu. in cap. ex parte* 2.*nu.*11. *verſ. aliquando verò.& num.*12. *de reſcript.* noſter *Maranta conſ.*67. *num.*2. *in fin.& conſ.*120. *ſub num.*19. *circa fin. verſ. quia relatio facta. Rota apud Card. Manticam deciſ.*336. *num.* 3.*& dec.*352. *num.*2. *& part.*2. *diuerſorum deciſ.*121.*num.*6.*& apud Card. Caualerium deciſ.*94. *num.*7.*&* 8.*& apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.*433. *num.*10.*&* 14. *& dec.* 439.*num.*1. *in recentiorib. part.* 1. *deciſ.*1. *num.*6. *Gratian. forenſ. part.* 3. *cap.* 501. *num.*16.

53 Quam ob cauſam ſi error, vel vitium in relato erit, & in referente apparebit, quod à relato regitur, atq; dirigitur. *d. auth. ſi quis in aliquo documento*, ibiq; Scribentes *C. de edendo.d.cap. Abbate Sancti Syluani.* 25. § *ad hoc autem.* ibiq; *Gloſſ.* uerbo *fides.de verbor. ſignificat. Maria voto* 13.*num.*11. *Gratian. Rotæ Marchiæ deciſ.*148.*num.*17. *Rota apud Sanct.memor. Gregor. XV. dict.deciſ.*439. *num.*1.

Et quidèm, quòd, quos produxit teſtes Andreas, falſi ſint; id planè apertiſſimè ex ipſis eorum depoſitionibus patet. Præter quã quòd nihil certum depoſuit, niſi hoc vnum, tem hancã nemine ſciri potuiſſe niſi à militibus, qui capturæ interfuere D. Petri Sacerdotis. Milites verò ipſi poſtmodùm examinati Sacramento depoſuere, Andreã ſe peſſimè aduerſus D. Petrũ habuiſſe, & pugnis, & calcibus, atq; verberibus, eũ afficiendo. Non itaq; firma perſiſtit declaratoria, Andream in nullam incidiſſe cenſuram; cùm illa in depoſitionibus teſtium ab Andrea productorum fundamentum habeat, & ad illos ſe re-

54 ferat. Strictè proindè, & preſsè interpretationem accipiet, quatènus illi vera depoſuiſſent, ad quos ſe refert. ad *tex. in l. quicquid aſtringendæ* 99 *ff de ver. oblig. Rol. conſ.*79. *n.*10.*lib.*3. quem ſequitur *Rot. in recentioribus par.* 3.*dec.*439.*nu.*2 ipſi autem ad milites, qui præſentes fuerunt, ſe referũt. Milites verò factum propalant, vt ſe habuit; Andreã peſſime ſe aduerſus D. Petrum geſſiſſe. approbantur proindè Milites in ſuo dicto ab Andreæ teſtibus. Certum igitur, & procul omni dubio remanet, Andream apertiſſimè in canonem ſaltim dediſſe *ſi quis ſuadẽte Diabolo*, aliasq; cẽſuras Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatas. Decidit idcircò, & in nihilum declaratoria abit: in nullam Andream dediſſe cenſuram. Ergo dedit. Declarandus propterea, vt ex Hippocratis Apho-

55 riſmo: *Extremis morbis, extrema adhibeantur remedia.* Probaturq; ex Vrbano IV. in *Extrauagãti ſanè.* 1. §. *nos igitur, de ſimonia inter communes* & ex me dicinali malagma, è faucibus Orci penè mortua reuocetur ouis, ne è paſtoris manibus deperdita

56 exquiratur. Quando: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. vt Apoſtolus teſtatur Doctor Gentium ad *Hæbr.*10.31.

Atq; ita ex his, quæ iudicio nos ſupponimus meliori, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Incidiſſe Andream declaratum demùm fuit. Sed mirum accidit, & iudicium Dei, quòd ille non multò poſt repentino interitu perijt. ſic panis mendacij, qui ſuauis apparuerat, durus lapis in fine fuit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vulturis auis rapacis natura à Plinio deſignatur.*
Accurrit ad prædam ex Alciati emblemate. num.70.
2 *Spoliorum Subcollectores Vulturibus ſimiles habentur.*
Futura enim cadauera perſentiunt.
Sed quandoq; falluntur, atq; ſpe excidunt.
3 *Clerici & ſi de patrimonialibus teſtamenta concedere valeant.*
Non tamen de bonis ex beneficijs aequiſitis.
Ratio affertur nu.4.
Poſſunt tamen nunc, poſt compoſitionem cum Camera Apoſtolica initam.
5 *Teſtes de valore, vel qualitate fructuum beneficiorum dependentes concludentèr deponere debent, nec in genere.*
Et rationem reddere ſui dicti, n.5.
Etiam non interrogati.
Et deponere valorem deductis oneribus. num.8.
In materia præſertim obiectiua, nu.10. & num.12.
6 *Diſpoſitio dubia, & incerta, nulla æſtimatur.*
7 *Valor rei, corporis non percipitur ſenſu.*
Probari autem debet per illum, qui ſe fundat in eo. num.9.
Concludentèr probari debet. num.11.
P. per quinque annos retrò, & poſt. n.12.
Vel per decem, n.13.
Vel per inuentarium bonorum, n.15.
Vel per libros taxæ pro extrahēdis decimis Papalibus confecta, n.17. & 19.
Vel per libros Maſſariorum, n.20.
Potiſſimùm verò ad pœnam vitandam, n.21.
Valor difficilis probationis eſſe æſtimatur. n.22.
14 *Probationes in materia obiectiua, & graui concludentes eſſe debent, & indubitatæ, & claræ.*
16 *Inuentarium bonorum probat contra producentem illud.*
18 *Probatio dubia, & incerta non releuat.*
20 *Libris Maſſariorū, & Officialium publicorum ſtatur ad probandum valorem.*
23 *Beneficiorum fructus ſi triginta ducatorum auri de Camera valorem annuum non exceſſerint, ex Pij V. Conſtitutione ſub ſpolio non comprehenduntur, & nu.52.*
Beneficiorum multiplicitas ex ſacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino improbatur, n.24.
Neq; obtinens non facit fructus ſuos.
Quod exaudi ex decreto Sacri Conc. n.30.
Pluralitatemq; ipſam retinere voluit Sacrum Concilium, n.37.
25 *Facta non præſumuntur, ni probatione firma fuerint, & n.63.*
Rationem excipe n.26.
27 *Beneficia vel collatione, vel inſtitutione habentur.*
Et per Bullas probantur.
28 *Actore non probante reus, & ſi nihil ipſe præſtiterit, abſoluitur.*
Ratio redditur n.29.
30 *Tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24. c.17. de reform. expenditur.*
Nec habet locum in beneficijs inſufficientibus, n.31.
Ratio redditur ex Caietano, n.32.
Et hæc ſententia magis recepta eſt, & verior, n.33.
Etiam ex ſtilo Curiæ, & obſeruātia Epiſcoporum probata, n.34.
Verba expenduntur eiuſdem text. Sacri Concilij, n.38. & 39. & 40.
Et Garſias refellitur circa illa, n.43.
Neq; procedit in beneficijs de iure patronatus, n.47.
Neq; extendenda de caſu ad caſum, n.49.
32 *Beneficium non ſufficiens, beneficium non æſtimatur.*
Quòad incompatibilitatem ſcilicet.
Et propter Miniſtros ſunt, non contrà, & n.41.
Beneficium vnum inſufficiens obtinēs, poteſt aliud ſufficiens ſimplex obtinere, n.38.
Plura verò inſufficientia donec ad ſufficientiam perueniatur. n.40.
Stāte præſertim Epiſcoporum conſuetudine illa conferendi, n.46.
36 *Eccleſiaſticus peruertitur ordo, ſi vnus plurium occupat officia clericorum.*
Et vnus eſurit, alius autem ebrius eſt.
39 *Pronomen aliud, de pluribus non verificatur.*
Niſi aliud appareat ex addito, n.40.
Vt declaretur per illud.
42 *Verba in ſacro Tridentino Concilio Spiritu Sancto Magiſtro confecto poſita, inutilitèr eſſe, atq; ſine effectu; & fruſtraneè æſtimandum non eſt.*
43 *Declaratione Sacræ Congregationis Concilij ſi authentica non fuerint, non probant.*
Omnes impreſſæ, & imprimendæ fuerunt prohibitæ ab eadem Sacra Cōgregatione, n.44.
Eſſe doctrinales, non deciſiuas quidam cōtendunt, n.45.
48 *Inſtitutio neceſſariò ſequi debet, nullo exiſtente canonico impedimento in præſtato.*
50 *Diſtinctio magna eſt inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem.*
51 *Homine m de ſuis ſubſtantijs, quæ dedit ei Deus, non videre bonum, eaſq; alienis relinquere, maxima eſt vanitas, & miſeria.*

53 *Be-*

Digitized by Google

53 *Beneficiarius, quod parcè viuendo, ſuumq; defraudans genium ſibi reliquauerit, ſibi acquirit, & proprium efficitur patrimonium.*
Neq; ſub ſpolio comprehenditur.
Vt poſſit etiam de illo teſtari.
Ratio affertur ex Nauarro nu. 54. & ex Azoric n. 56. & ex Leſſio n. 58.
Quod extenditur etiam ad Regulares. num. 55.
Et Garſiæ ſententia in hoc reprehenditur. num. 57.

59 *Beneficiarius poteſt ex fructibus beneficij viuere, ac patrimonium, quamuis amplum ſibi reſeruare, illudq; augere.*
Et in hoc Redoani carpitur ſententia.
Beneficiarius quandiù viuit vſufructuario comparatur, & fructuum dominus eſt. n. 64.
Vndè poteſt eos donare.
Et de eis teſtari poteſt. n. 65.
Potiſſimùm nunc temporis cùm Diœceſes cum Camera Apoſtolica compoſitioně inierint, & ſpolium ſoluant.
Ratio redditur n. 66.
Secùs tamen eſt quòad Epiſcopos. n. 67.

60 *Altari qui ſeruit, de altari vt viuat iuſtum, ſanctumq; eſt.*
Non enim decet os boui trituranti alligari. n. 62.

62 *Nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur.*

66 *Teſtandi impedimentum Clericis de bonis beneficiorum à iure deſcendit poſitiuo.*
Poteſt proindè illud Summus Pontifex remittere.
Ex cauſa præſertim oneroſa.
Vt eſt compoſitio cum Camera Apoſtolica.

68 *D. Carolus Caraſa Epiſcopus Auerſanus apud Cæſaream Maieſtatem Nuncius celebratur.*

69 *Diœceſis Auerſana cum Camera Apoſtolica pro ſpolio Clericorum compoſitionem inijt anno 1621. Authore agente tunc Vicario Auerſano.*

ARGVMENTVM.

Beneficiarius ex beneficij fructibus teſtari minimè poteſt. ſub ſpolio proindè comprehenduntur. Probari autem debet beneficij valor, per ſe fundantem in illo, & per teſtes concludentèr deponentes. in materia præſertim obiectiua, & vbi ad pœnam agitur. probatur verò per inuentarium bonorum; vel per taxam pro papalibus decimis extrahendis confectam. Pluralitas damnatur beneficiorum etiam ſimplicium, ſi illa ſufficientia ſint. ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* Nùm locum ſibi faciat in beneficijs ſimplicibus inſufficientibus, vt plura, quàm duo conferri vni valeant. & quid in beneficijs de iure patronatus laicorum? Et quid ex Epiſcoporum conſuetudine illa conferendi? vndè *Garſiæ* ſententia reijcitur. Quid verò ſi beneficiarius parcè viuēdo, ſuumq; defraudans genium aliquid acquiſierit, an dominus efficiatur eius, vt liberè de eo diſponere valeat, vel verò ſub ſpolio cōprehendatur? Quid verò nunc cùm Diœceſes cum Camera Apoſtolica compoſitionem inierint? Beneficiarius nùm vſufructuario comparetur, in vita præſertim, vt Dominus dicatur fructuum beneficiorum, & an teſtari valeat?

RESPONSIO XCIX.

1 DE Vulture,quæ auis eſt rapax, hoc
inſignc naturæ eius refert *Plinius*
lib.10. cap. 6. naturalis hiſtoriæ;
biduo, aut triduo præſentire fu-
tura cadauera, ob inſignem odorandi facul-
2 tatem.An non Vultures tibi videntur Spo-
liorum Clericorum Subcollectores, qui etiã
quatriduo futura cadauera perſentiunt, vt
quaſi morientibus inſtẽr,ob inſigniorẽ corũ
odorandi facultatem? Sed ipſis quandoquè
accidit,quod Vulturibus euenisse ex Gabriæ
apologis refertur. apud Tuillium ad Alcia-
ti emblemate 126.cui titulus;Ex damno al-
terius, alterius vtilitas.

In aprum Leo certare quandoquè auſus
eſt.
Quos longè ſpectabant lite mota Vultu-
res,
Qui vincerent,vt vorarent.attamen
Ijs tandem amicis tota ſpes prædæ exci-
dit.

Palàm hoc facit factum,quod ſubijcimus.
Infirmabatur,ſed ad mortem D.Lucius Thi-
ſius Neritonen Sacerdos; quæ ſua proindè
erant vt relinqueret elogio dato Ioannem
Laurentium Bonocore V. I. Doctorem hæ-
redem dixit,ſatiſq; conceſſit, eiuſq; hæredi-
tatem ex teſtamento adiuit. Verùm non de-
fuere Vultures;nam ſpoliorum Subcollector
odorato cadauere, bonis omnibus ſeque-
ſtrum inijcit.

Habet verò hoc prætextum: Dominum
Lucium dùm nobiſcum in humanis ageret
plura obtinuiſſe Eccleſiaſtica beneficia
exuberantium redditnum, vltrà decentem
ſui ſubſtentationem.ex frùctibus beneficio-
rum bona auxiſſe.ſub ſpolio proindè cade-
re.neq; potuiſſe de illis teſtamentum dice-
re.affert ſuæ pretenſionis apertiſſimam Ale-
xandri Tertij determinationem in *cap. quia*
nos 9.de teſtament.extrà decernentis: *Quòd*
3 *licèt Clerici de his,quæ paternæ ſucceſſionis,*
vel cognationis intuitu; aut de artificio ſunt
adepti, ſeù dono conſanguineorum,aut ami-
corum.non habito reſpectu ad Eccleſiam,
peruenerunt ad ipſos,liberè diſponere va-
leant: de his tamen,quæ conſideratione Ec-
cleſiæ perceperint,nulli de iure poſſunt facere
ſtamentum. ſic Alexander Tertius. Ratio-
nem reddit *Gloſ.* ibidèm verbo *teſtamen-*
4 *tum.*Cùm eorum proprietas(inquiens) non
ſit ſua,cùm ſolùm vſum habeant;ſed tantùm
victu & veſtitu contenti eſſe debẽt.& totum
ſuperfluum erogandum eſt pauperibus. itâ
Gloſſ & communitèr *ſcribent.*ibidèm. Ex
fructibus beneficiorum bona auxit Lucius.
Sub ſpolio proindè comprehendi. nec va-
luiſſe ſupremam de illis pro Laurentio dice-
re voluntatem.In Tribunali Nunciaturæ ſta-
re Laurentium oportuit.Quam ob rem cau-
ſæ ſtatus in hoc fuit: Eſſet nè firma aſſumpti
ſyllogiſmi pro Fiſco Apoſtolico minor; ex
fructibus beneficiorum patrimonium au-
xiſſe,opulentumq;feciſſe Lucium,vt alijs de-
inde derelinqueret?

Infirmam illam fuiſſe,nec pili valuiſſe ad-
ſtruebamus;nec ſanè ſine fundamento.

5 Nihil enim certi ex teſtium pro Fiſco de-
poſitionibus de beneficiorum exuberantia
fructuum, quæ Lucius obtinebat, habetur.
Cùm omnes in genere deponant, neq; de
valore certo diſtinguant, dictiq; cauſam nec
reddant,ex qua ad fructuum quantitatem,
atq; exuberantiam includere valerent. Eſt
6 ergò eorum depoſitio incerta,& dubia. in
nullo itaq; probet,ad *text.in cap.in præſen-*
tia.8. §.quarè cùm conſtet. ibiq; *Scribentes*
7 *omnes.de probat.* De valore verò deponen-
tes teſtes,quàmuis non interrogati, cauſam
reddere debent: Quia nimirùm valor cor-
poris non percipitur ſenſu.*Bart.in l.vnica*
ad fin. C.*de ſentent. quæ pro eo, quod inte-*
reſt. Bald.in l.fin.in fin.C.de iure dominij
impetrando. Caſſadorus deciſ.19.num.3.ſu-
per regul. Rota apud Sanct.memor. Gregor.
XV.deciſ.379.nu.3. Farinac.de teſtib.q.70.
8 *num.6. & ſeq.*Neq; propterea de beneficij
valore deponebant,deductis oneribus. ex
Bonifacio VIII.in *cap præſenti probibemus.*
9.alias fin.§ porrò vbi. de officio Ordinar. lib.
6.Rota deciſ.10. de præbend.in antiquis. &
apud Creſcentium deciſ.2.de probationib.&
apud Cardinal.Caualerium deciſ.383. num.
2 & apud Sanct.memor.Gregor XV.dec.411.
9 *num.3.&* 4.Probare autem valorem,illum-
què excreſcentem, ad illum ſpectat, qui ſe
fundat in illo.*Creſcent.deciſ.4.de probat.*Ni-
hil igitur certi probatum per Fiſcum. nihil
10 proindè obtinebit.Præterquàm quòd,cùm
de materia hic agatur obiectiua, vt bona
occupet Fiſcus,quaſi ſub ſpolio comprehen-
ſa,quod exquiſita ea prætendat ex excreſcē-
tibus beneficiorum fructibus; Valor vtiquè
11 ipſe beneficiorum, & fructuum redundan-
tia concludentèr probanda fuerant.In hoc
enim ſuæ fundamentũ intentionis firmabat
Fiſcus ipſe itàq; probare debebat. ex plenè
traditis per *Garſiam de benefi-ijs part.5.cap.*
3.num.187.188. & 189. Rota apud Sanct.
memor.Gregor.XV.deciſ.419.num.1. Pariſ.
de reſignat.beneficior. lib.10.q.2.nu.46.50.
& 55.quo loco ad materiam docet: Valo-
12 rem probari debere,vt minimum,per quin-
que annos retrò,& per quinque annos poſt,
reddituum in ſingulos annos. vel etiam per
13 decem annos.vt dictum fuit in *Cremen pen-*
ſionis 22 Iulij 1615.*coràm Cardin.*Caualer.
*dec.*361.

14 Quinimmò probationes ipſæ in materia
obiectiua,& grauj, ad priuationem ſcilicet,
vel ad delictum, (veluti ad ſpolium) nedùm
concludentes perquiruntur,ſed concluden-
tiſſimæ,atq; indubitatæ,& claræ.ſecundùm
Gloſſ.in cap.1.§ ſi quis igitur. verbo *aper-*
tiſſimis

tiſſimis. de except. in 6. ad *text. in l. ſciant cunctis 25. C. de probat.* quæ lex canonizata reperitur per Gratianum in *can. ſciant cunctis 2. 2. quæſt. 8. Rota apud* Sanct. *memor. Gregor. XV. deciſ. 20. nu. 3. & deciſ. 322. nu. 3. &* 4. ibidémq; *Beltramin. n. 12. & dec. 353. n. 3.* Addens *Beltram. n. 18.*

15 Verùm quod ſummoperè pro Laurentio contra Fiſcum faciebat, erat inuentarium bonorum beneficiorum ipſorum, quæ Lucius, cùm vitali perfruebatur aura, poſſederat; quod ipſemet Fiſcus produxerat, ex quo euidentiſſimè probabatur, beneficiorum redditus tenues eſſe. Mendacij igitur, non in tenebris, conuincebantur examinati teſtes pro Fiſco, qui in gene-
16 re, beneficiorum exuberantiam fructuum depoſuerant. Inuentarium quippè aduersùs producentem illud probationem non modicam operatur. ad *text. in l. fin. C. arbitri. tutela. Rota apud Cardin. Caualer. dec. 357. num. 2.*

17 Deducebatur etiam beneficiorum ipſorum redditum tenuitas ex libris taxæ beneficiorum Diœceſis Nerironen, quæ facta fuit pro extrahendis papalibus decimis, ex quibus vix beneficia præfata, quæ Lucius poſſidebat, ſummam implebant triginta ſeptem ducatorum monetæ Regni. Nullam idcircò firmitatem inſtituta à Fiſco, obtinebat probatio, quin magis dubia, æquiuoca,
18 atquè incerta permanebat. non itàquè æſtimanda, quin abijcienda, vti erronea; ni magis falſam dixeris. ad *text. dict. cap. in præſentia 8. §. quarè cùm conſtet. de probat. Rota apud Card. Caualerium deciſ. 97. num. 8. & deciſ. 125. num. 7. & deciſ. 590. num. 8. & in recentiorib. part. 2. deciſ. 318. num. 4. in*
19 *fin.* Taxa verò pro extrahendis decimis papalibus valorem probat. vt *Belleneinus* docet *de charitatiuo ſubſidio q. 84. num. 3. vol. 15. part. 1. tractat. Rota apud Card.* Caualle-
20 *rium dec. 361. num. 1.* dicens: Maſſariorum, & Officialium publicorum libris, ſtari ad valorem probandum beneficiorum. ex *Socino conſ. 205. in fin. verſ. non obſtat. lib. 2.* Rotamq; eiſdem fidem adhibere ſolere. vt in *Ceruien. decimarum 29. Ianuarij* 1605. *co-*
21 *ràm Penia.* potiſſimùm verò ad pœnam vitandam. ex *Bart. in l. fin. ante fin. verſ. item nota iſtam legem. ff. de haredibus inſtituend. Felin. in cap. cùm contingat colum. 2. de præſcript. Caſſador. d. dec. 20. ſuper regul. Verall. deciſ. 78. nu. 2. & 3. p. 2.*

22 Quia profectò valor difficilis eſſe probationis conſueuit. ſecundùm *Caſſadorum deciſ. 19. num. 3 ſuper regul. Verallus d. deciſ. 78. num 4 par. 2. & deciſ. 49. num. 4. part. 3.* & ſequuta fuit Rota in *Carpentoracten Prioratus 1. Iunij 1619. coràm Buratto.* eiuſq; meminit *Beltramin. in additionibus ad S. mem. Gregor. XV. dec. 101. n. 6.*

Exceſſiuo itàq; beneficiorum valore, vti Fiſcus præſumebat, non probato: quinimò, (firma remanente veritate ex inuentario bonorum, vt diximus, beneficia, quæ Lucius poſſederat, vix ſummam impleuiſſe triginta ducatorũ monetę Regni in ſingulos annos) elidebantur iura Fiſci, vt pro nobis quoquè diſpoſitio ſtaret Pij Papæ V. qua diſpoſuit:
23 Beneficiorum fructus, *ſi triginta ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non exceſſerint;* ſub ſpolio, beneficiario vita functo, non cõprehendi. eam Conſtitutionem poſt *Bullar.* refert *Quaranta in ſumma* verbo *ſpolia Clericorum. f. mihi* 484.

Quia verò ſemel cęperat loqui Fiſcus, reiterauit ſermonem, nè prædam perderet, ad quam Vultur ſpectatum accurrerat; ex alio capite ſub ſpolio Lucij bona com-
24 prehendi adſtruebat: quod contrà Sacrorum Canonum, atquè præſertim Sacri Tridentini Concilij normam plura poſſederit beneficia. Non feciſſe proindè ex illis fructus ſuos. ſub ſpolio iurè propterea comprehendi.

Obiectionem autem ſubmouebamus nos. Cùm, quòd ipſa beneficiorum pluralitas, veluti, nequè fructuum redundantia
25 probabatur. Facta verò non præſumi, niſi probatione firmentur. *cap. 1. de conſtitution. in 6. l. in bello 12. §. facta. ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſ. l. 1. C. de probationibus.* Rationem excipe ex Neratio lib. 5. membranarum in *l. in omni. 2. ff. de iuris, & facti*
26 *ignorantia.* Quia facta ſui natura incerta ſunt, atq; penè infinita. probatione proindè firmanda. ſequiturq; *Barboſa ax. omat 93.*
27 *nu. 27. & 28.* Beneficia verò, vel collatione, vel inſtitutione habentur. *regula beneficium 1. de regul. iur. in 6.* per Bullas itàq; vel Apoſtolicas, vel Ordinarij probanda. Neutrum
28 autem horum præſtabat Fiſcus. Obtinere haud vtiq; poterat. ex regula, quòd: Actore non probante, reus, etiam ſi nihil ipſe præſtiterit, abſolui debeat. *cap. fin. § fin. de iuiurand. cap. cùm Eccleſia Sutrina. 3. in fin. de cauſa poſſeſſionis, & proprietat. l. qui accuſare. 4. C. de edendo. Gloſs. 1. in cap. mulieri. 34. de iur. iurand. Gloſſ. in cap. cauſam, quæ 7. verbo ad domum circà fin. de dolo, & contumacia. Rota apud Cardin. Manticam dec. 68. num. 1. & num. 9. & apud Coccinum deciſ. 215. num. 3. & apud Cardinalem Caualerium deciſ. 98. num. 2. & deciſ. 523. num. 1.*
29 Ea ratione, quam reddit Rota apud *Verallum deciſ. 11. num. 2. part. 1.* Quia ſolùm ius actoris conſideratur: quod ſanè ſi fundatum non fuerit, non vtiq; releuabit. ad *text. in l. neq; natales. 10. C. de probat. Verall. d. deciſ. 11. n. 6.*

30 Tùm, quòd ex ſacris canonibus, atq; ex dicto decreto Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* Ea beneficiorum pluralitas damnatur; quando vnus plurium

officia occupat Clericorum ; vt propterea
ſanctè ſacris canonibus cautum fuerit, ne-
minem oportere in duabus Eccleſijs cōſcri-
bi: Quia ex hoc Eccleſiaſticus ordo peruer-
titur: Statuit proindè Sacrum Concilium :
Vt in poſterum vnum tantùm beneficium
Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod
quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, hone-
ſtè ſubſtentandum non ſufficiat; liceat nihi-
lominùs aliud ſufficiens, dummodò vtrunq;
perſonalem reſidentiam non requirat, eidem
conferri.

31 Diſpoſuit proindè Sacrum Concilium
vnum ſufficiens beneficium cuiq; conferri,
quod ſcilicet ad vitam eius, qui illud obti-
net, honeſtè ſubſtentandum ſufficiat. Non
32 ergò in inſufficientibus locū habebit. Nam
(vt Caiet. in *ſumma* verb. *beneficiorum mul-*
tiplicatio loquitur) *Beneficium adeò tenue,*
quod non ſufficit ad ſubſtentandum Mini-
ſtrum, non eſt beneficium, niſi imperfectè:
quoniam non poteſt ſana ratione inſtitui,
vt vnum ſit vnius ſtipendium Et propterea
de his minimis ſit, vt melius poteſt, quouſq;
Miniſter habeat ſufficiens vnde viuat; Quo-
niam propter Miniſtros ſunt beneficia, & nō
contrà. his Caietan. deduciturq; ex Bonifa-
cio VIII. in *cap. is, cui. 19. de præbend. in 6.*
quatènus ex eo deducitur; beneficium in-
ſufficiens, in hac ipſa collationis materia,
pro beneficio non haberi. illis verbis: *aliud*
beneficium ſufficiens obtinenti prouidere
non poteſt. quod perpendit etiam *Gloſſ.* ibi-
dèm. verbo *ſufficiens.* quæ ſic infert: *ergò ſi*
non eſt ſufficiens, ſecus eſt. Quia videlicèt
poterit eidem conferri; cùm pro beneficio
non æſtimetur. Quæ planè ſententia non
incongruè firmitatem recipit ex Alexandro
Tertio in *cap. eam te 4. in fin. de ætate, &*
qualitate, & ordine præficiendorum. extrà
illis verbis: *Niſi ita fuerint tenues in ſub-*
ſtantia, quòd proprios Sacerdotes nō poſſint
conuenienter alere. Loquitur verò de Eccle-
ſijs curam animarum habentibus. Perpen-
ditq; *Gloſſ.* ibidèm verbo *tenues.* dicens:
In caſu iſto permittit Papa propter pau-
pertatem habere plures Eccleſias. quod ſanè
non improbauit Sacrum Concilium *d. c. 17.*
perpenditq; *Nauar. Manuali c. 25. nu. 127.*
& 128. ſequiturq; *Zerola in praxi Epiſco-*
porum part. 1. verbo *beneficia. §. 7. in ſecun-*
da concluſ. & part. 2. verbo *conformitas. Leſ-*
ſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 34. dub. 31.
n. 169. verſ. quarto quia. Epiſcopus Vici *Ric-*
cius par. 1. in praxi reſol. 326. Ioannes Azo-
rius inſtitut. moralium par. 2. lib. 6. c. 11. q. 8.
33 qui hanc ſententiam probabiliorem, verio-
remq; nedum cōmuni Sacrorum Canonū
iure aſſerit, verùm iure nouiſſimo Sacri Tri-
34 dentini Concilij, ſtante potiſſimùm Epiſco-
porum in hac conſuetudine plura vni con-
ferendi beneficia, quæ inſufficientia ex ſe
ſint, & perſonalem reſidentiam non exqui-
rant. optimè omnium, & per plura compro-
bat, firmāq; reddit hanc ſententiam *Hoyeda*
de incompatibilitate beneficiorum part. 2.
cap. 1. à num. 24. cum ſeq. aſſerens prætereà,
probatam hanc ſententiam videri etiam ex
ſtilo, poſt quoq; Concilium. *Pariſius* quoq;
de reſignat. beneficiorum lib. 3. q. 1. num. 141.
Perez de Lara de Cappellanijs lib. 2. cap. 7. n.
12. 13. 14. Cenedus ad decretales collectanea
150. n. 1. in fi. & n. 2. Barboſa de officio Epi-
ſcopi part. 3. allegat. 62. n. 10. & in collectan.
ad d. cap. 17. Sacri *Concilij num. 10. Nauar.*
conſ. 11. quidam habens n. 1. in fin. lib. 3. de
præbend. in ipſis terminis Sacri Concilij lo-
quens. *Iſidorus Moſconius de Maieſtate*
militantis Eccleſiæ lib. 1. part. 3. cap. 2. de be-
neficijs fol. mihi 452. in fin. verſ. plura bene-
ficia ſimplicia. Viuianus in praxi iuris pa-
tronatus lib. 6. cap. 10. n. 14. qui de ſtilo teſta-
tur Curiæ, quòd poſſint Epiſcopi plura be-
neficia vni conferre, quæ ſufficientia non
ſint. *Lel. Zecch. de republ. Eccleſiaſt. tit. de*
beneficiatis. circa 3. caput ſub num. 5. fol. mi-
bi 493. & verſ. ad dignoſcendum. qui decla-
rationem Sacræ Congregationis etiam re-
ferr. Et regularitèr in hoc diſpenſationem
nō peti (inquit) relinqui propterea conſcien-
tiæ cuiuſq; *Garſias de beneficijs part. 11. c. 5.*
nu. 308. qui plures pro hac ſententia refert
Maſcolrius in praxi habendi concurſus ad
Parochiales requiſito 7. dub. 16. n. 7. 8. & ſeq.
Franciſcus Seuerinus reſol. 11. num. 4. & 5.
poſt ſecundum volum. quæſtionum forenſ.
Nouarij.

35 Nec ab re animaduertendum; Sacrum
Concilium verba haud facere *d. cap. 17.* de
pluralitate beneficiorum ſimplicium inſuf-
ficientium ad vitam honeſtè ſubſtētandam;
vt reliquiſſe id viſum fuerit ſub iuris cōmu-
nis diſpoſitione. quod ſequuta fuit *Rot. in*
vna Theanen. Sancti Euſtachij 20. Aprilis
1587. coram Gypſio. quam refert *Garſias*
d. cap. 5. n. 309. Quia Concilium (inquiens
Rota) non loquitur de pluribus beneficijs
ſimplicibus ad vitæ ſubſtentationem non
ſufficientibus Quod planè ad mentem vi-
detur Sacri Concilij. Voluit porrò Sacrum
Concilium proſpicere, vt haberet quiſq; ex
Miniſtris Eccleſię vndè vitam honeſtè ſub-
ſtentare valeret ex beneficiorum redditi-
bus; non verò permittere, vt vnus plurium
officia occuparet Clericorum, quo ſanè mo-
36 do Eccleſiaſticus peruertitur ordo, ſi vnus
quidèm eſurit, alius autē ebrius eſt. vt Apo-
ſtolus Doctor Gētium ad *Corinthios* loqui-
tur eos carpens. *prima cap. 11. 21.* pluralitatē
37 proindè ſufficientium retinere, ac reprime-
re voluit; non verò inſufficientium, qua-
tènus quidèm ad ſufficientiam illa perue-
nirent. Nam, vt diximus ex *cap. is, cui 19. de*
præbend in 6. & doctrina *Caietani*, inſuffi-
cientia, quòad hanc incompatibilitatis par-
tem, pro beneficijs non habentur, donec
ſuf-

ſufficientiam ad honeſtam cuiuſq; ſuſten-
38 tationem impleuerint. Quam ob cauſam idem Sacrum Concilium *dict. cap.* 17. permiſit habenti vnum inſufficiens, conferri etdem poſſe aliud ſimplex ſufficiens, etiam ſi primum inſufficiens Curatum fuerit; dummodò vtrumq; perſonalem reſidentiam non requirat.

Ad ſufficientiam proindè intendit, vt haberet vnuſquiſq; vnde vitam honeſtè ſubſtentare valeret, non ad inſufficientiam, vt hanc permitteret, donec ad ſufficientem vniuſcuiuſquè vitæ honeſtam ſubſtentationem perueniretur; illam verò pernicioſam plurimorum ſufficientium retentionem reprimeret, impediretq;

39 Neq; obijciàs pronomen illud aliud, quod de pluribus verificari non patitur.

Si enim rectè, vt par eſt, verba expendantur Sacri Concilij: (*Et et nihilominùs aliud ſimplex ſufficiens eidem conferre.*) pronomen
40 illud aliud declarari perſpexerimus per additum illud ſufficiens. Non itaq; de vnoquoquè beneficio exauditur, vt conferri aliud poſſit, & non aliud quoq; niſi ſufficiens illud fuerit. Ad finem enim perſpexit ſacrum Concilium, vt ſufficientem quiſq; haberet ſuæ honeſtæ ſubſtentationis prouiſionem, atq; de eo diſpoſuit, non ad media per ſe, donec per aliud, & aliud inſufficiens ad finem intẽtum, & honeſtam cuiuſq; ſubſtentationẽ perueniatur. Quoniam cùm non poteſt ſana ratione inſtitui, vt vnum ſit vnius ſtipẽdium; propterea de his minimis ſit vt melius poteſt, quouſq; Miniſter habeat ſufficiens, vndè viuat, vt ex *Caietano* in ſuperioribus quoquè
41 diximus, verba referentes eiuſdem. Propter Miniſtros enim ſunt beneficia; non contrà, propter beneficia Miniſtri Eccleſiæ. Alioquin permanebit adiectiuum illud (*ſufficiens*) ſi-
42 ne affectu; quin otioſum, & inutile; quod de Sacro illo Concilio Spiritu Sancto Magiſtro confecto, & ordinato, dici minimè, vel præſumi debet. ad *tex. in cap. ſi Papa* 10. *& cap. licèt nobis* 11. *de priuil. in* 6. nec recedit *Barboſa in collectan. ad dictum cap.* 17. *Concilij.* ad verbum vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum *num.* 3. quo loco ità deciſum refert.

43 Non itàq; refragabuntur, quas *Garſias dict. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 310. Sacræ Congregationis declarationes refert, quæ ipſum ab hac noſtra ſequenda ſententia, quam veriorem exiſtimat, deterrere. Primò, quòd de præfatis declarationibus non conſtat, neque authenticæ proferuntur, vt perpendit *Pater Diana part.* 2. *tract. de horis canonicis reſol.* 6. *verſ. ad reſponſionem.* & ante eum *Sanchez de matrimon. lib.* 8. *diſputation.* 2. *num.* 10. *in fin.*

44 Deindè, quòd declarationes huiuſmodi omnes, ſiuè impreſſæ, ſiuè etiam imprimendæ ex eiuſdem Sacræ Congregationis decreto, annuente fœlicis, ſanctæq; memoriæ Gregorio XV. tunc regnante ſexto Iunij 1621. prohibitæ fuere, & abrogatæ, quin non falſæ, atq; erroneæ exiſtimatæ.

45 Demum, quod (tàc authenticas fuiſſe) ſunt Doctores, qui huiuſcemod declarationes doctrinales exiſtimauere, non deciſiuas, atq; proindè neceſſario illis ſtandum non eſſe. vt refert *Diana part.* 1. *tract. de paupertate religioſa reſolut.* 32. *in fin. verſ. reſtat modò.*

46 Præterea verò cum in hac parte ſtet in contrarium Epiſcoporum recepta ab omnibus conſuetudo. & Doctores tam ex Theologis, quàm ex Canoniſtis hanc ſequantur interpretationem, quæ etiam Sacri Concilij verbis, & menti in *d. cap.* 17. congruere videtur. *Garſias d. cap.* 5. *part.* 11. *n.* 323. *& ſeq & nu.* 331. *Barboſa in collectan. ad d. cap.* 17. *Sacri Concilij. n.* 7.

Accedit his quoq; aduerſùs Fiſcum pen-
47 penſionibus: Decretum præfatum Sacri Concilij *d. cap.* 17. ad beneficia ſimplicia, quæ de iure patronatus laicorum ſunt, minimè extendi, loquitur quippè Sacrum Concilium de collatione: (*eidem conferri*) dicens. Beneficia verò de iure patronatus per inſtitutionem dantur, patronorum præcedente
48 præſentatione, quæ neceſſariò ſequi debet, nullo exiſtente in præſentato canonico impedimento. ad *text. in cap. cùm laici* 10. *& cap. ex inſinuatione* 14. *& cap ſignificaſti.* 18. *de iure patron. Paulus de Cittadinis de iure patronat. part.* 6. *art.* 3. *num.* 81. *& ſeq.* diximus *reſponſ.* noſtra 32. *num.* 46. *&* 47. *par.* 3. atq; ità Sacram declaraſſe Congregationem refert *Marius Antonin. Maceraten variar. reſol.* 112. *qua eſt finalis. caſu* 68. *verſ. quàmuis altus.*

49 Non erit itàq; facienda extenſio de caſu
50 ad caſum. Magna namq; diſtinctio intercedit inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem. vt Bonifacius decernit Octauus in *cap. cùm in illis* 16. *§. eùm autem. de præbend. in* 6. potiſſimùm verò ſi beneficia tenuiuium ſint redditiuum. *Garſias de beneficijs part.* 11. *d. cap.* 5. *§.* 3. *num.* 286. *& num.* 318. *cum ſeq. Lambertinus de iure patronat. par.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 15. *num* 15. *Maſſobrius in praxi habendi concurſum requiſit.* 7. *dub.* 18. *&* 19. *Barboſa in collect. ad d. cap. cum illis* 16. *n.* 8. *&* 9.

Prædam inuenerat Fiſcus, dimittere idcircò eam non rectè æſtimabat. Quam ob cauſam perſeuerabat pulſans: Lucrum patrimonium auxiſſe ex beneficiorum fructibus, maxima cum parſimonia viuendo, ſuum defraudans genium. comprehendi proptereà illud ſub ſpolio, vti ex fructibus confectum beneficiorum.

51 Et quidem hoc malum illud eſt, quod Salomon ſe ſub Sole vidiſſe dixit: *Eccleſiaſt.* 6. 1. atquè magnam vanitatem, & miſeriam magnam æſtimauit: *Vir* (inquiens) *cui dedit*

Deus

Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat; nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt commedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Laborauit hic, nec comedit, vt alienis relinqueret, atq; Vulturibus paſtum preberet.

Præter quàm quòd enim, ſtante fructuum beneficiorum tenuitate, vt in ſuperioribus demonſtratum eſt, qui neque ad honeſtam vitæ Lucij ſuſtentationem ſufficiebant, vnde nihil, vel genium defraudando ſuū, ſuperesſe ſibi poterat, neq; patrimonium ex illis
52 augere; neq; tamen ſub ſpolio comprehendebantur, vix ſummam triginta ſeptem ducatorum monetæ Regni implentes, vt diximus, proficiebat proinde ei Conſtitutio Pij V. vt in ſuperioribus meminimus, nè ſub ſpolio comprehenderentur.

53 Nihilominùs tamen, quod parcè viuendo, ſuumq; defraudans genium ſibi comparſit miſer beneficiarius, id ſibi acquiſiuit, vt liberè de eo diſponere potuerit, vt neq; ſub ſpolio computetur, neq; ſpolij nomine comprehendatur. ex traditis per *Sanct. Thom. 2.2. quæſt. 185. art. 7. in corpore.* & *ad ſecundum* ibidèmq; *Caietan. quæſt. 2.* ſequiturq; *Nauarr. de redditibus Eccleſ. quæſt. 1. monito 16. num. 1.* rationes referens: *Quia cùm ea*
54 *eis* (inquiens) *ad ſuum victum dentur, data cenſeri debent cum facultate plena diſponendi de illis. Et quia videntur id quærere ſua, quod ex induſtria, & pœna; & eo modo quæſita cenſentur patrimonialia.* ſic Nauarr. & idem ipſe *eodem tract. monito 3. num. 2. &*
55 *ſeqq.* id etiam in Regularibus extendens. ſequiturq; *Ioann. Azor. Inſtitut. moral. par. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 1. & 2.* rationemque dicti reddit:

56 Quia Beneficiario nedùm debentur fructus tanquàm vitæ neceſſaria, ſed etiam vt laborum ſtipendium, & merces. *Couarr. in in cap. cùm in officijs. num. 2. verſ. 3. ex eadem ratione. de teſtament. Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 14. Sotus de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 4. art. 4. colum. 4. verſ. eùm ergò reſiduum ſol mihi 962. Pater Molina de iuſt. & iure tom. 1. tract. 2. diſp. 147. in 2. concluſ. Leſſius de iuſtit. lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 39. & 40. Victorellus ad Toletlib. 5. inſtructionis Sacerdotalis cap. 4. verſ. bona, quæ parcè viuendo. Lælius Zecchius de Republica Eccleſiaſtica tit. de beneficiatis num. 10. verſ. quòd ſi beneficiarius ſol. mihi 503. Molin. de Hiſpaniæ primogen. lib. 2. cap. 10. num. 50. & ſeq. Rota apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 401. num. 6. Garſias de benefic. part. 2. cap. 1. num. 9.* quàmuis ipſe *n. 10.*
57 dicat: poſſe quidèm beneficiarium ex bonis præfatis parſimonia quæſitis in vita diſponere, non verò in morte, ſed iurè carpitur: & quòd nullam referat rationē; & quòd improbabilis eius ſit ſenſus: cùm contrà noſtra hæc ſententia, & multorum authoritate, tùm Theologorum, tùm Canoniſtarum fulciatur, & rationibus firmetur maximè ponderis, ijſq; nec contemnendis, ea præſertim, quam & *Nauarr. vbi ſuprà,* & *Leſſius dict. dub. 6. num. 39.* referunt: *Si enim* (inquiens
58 Leſſius) *liberè poterant hæc in ſuos vſus conuertere, cur, ſi ſe ipſos fraudare, & parcius viuere velint: vel reſeruatis fructibus beneficij, vt patrimonialibus, non poſſint eos fructus cuiuis alteri donare?* his Leſſius. ſequiturq; *Filliuccius tom. 3. tract. 43. cap. 3. quæſt. 6. num. 6.* contrariam ſententiam improbabilem appellans contra *Redoanum de ſpolijs quæſt. 6. num. 8. & ſeqq.* quem *Garſias* pro ſua ſententia non affert. *Alzedus in praxi Epiſcoporum cap. 14. num. 42.* de Epiſcopis etiam loquens, ſicuti *S. Thom. d. q. 185. art. 7.*

Neque prætereà probatum fuerat per Fiſcum, vt oportebat, patrimonium ex beneficij fructibus auxiſſe, exuberanſquè feciſſe
59 Lucium. Cùm potuerit ex fructibus ipſis patrimonij, quod anteà habebat, ex beneficijs viuendo, illud amplum reddere, atquè excedens. Nullibi enim prohibitum inuenitus, quin ex beneficij fructibus viuere beneficiarius poſſit; patrimonij, quàmuis ampli, quod poſſidet, fructus, in illud exuberans reddendo, reſeruare. vt aduersùs *Redoanum de ſpolijs dict. quæſt. 6. num. 8. & ſeqq.* communis aliorum ſtat ſententia Theologorum,
60 & Canoniſtarum. Quia, qui altari ſeruit, de altari, vt viuat congruum eſt, & iuſtum. Et qui in Sacrario operātur, quę de Sacrario ſūt edunt. ex Paulo Gentium Doctore *1. ad Corinth. 9.* quod ex dictis Proſperi de vita contemplatiua lib. 2. cap. 11. tranſtulit Gratianus in *can. Sacerdos. 9. 1. quæſt. 2.* & Innocentius Tertius in *cap. cùm ſecundùm Apoſto-*
61 *ſtolum 16. de præbend.* Neq; deceat os boui trituranti alligari. vti ex *Deutoronomio 25.* ſequutus fuit idem Apoſtolus *1. ad Corinth. 9.* & *text. in capit. extirpandæ 30. de præbend.* faciunt tradita per *Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 2. & 3. & dict. quæſt. 185. art. 7. Cardinalis conſ. 79. num. 3. Couarr. in cap. 1. de teſtament. num. 2. Nauarr. de redditib. Eccleſiaſticis quæſt. 1. monito 31. nu. 1.*
62 ea ratione præſertim, quia ſecundum Apoſtolum, nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur. *can. Eccleſias. 1. § quis militat. 13. quæſt. 1. can. idm nunc. 8. in fin. 28. quæſt. 1. Gloſſ. in ſumma 15. quæſt. 2 verbo pro impenſis in fin. cap. cùm ex officij 16. de præſcription. Franciſcus Sarmiento de redditibus Eccleſiaſticis capit. 1. numer. 18. Ioannes Azorius Inſtitut. moralium part. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 1. Molina de iuſt. & iure diſput. 135. col. 1. in prinč. & diſput. 137. in 4. concluſ. Leſſius de iuſtit. d. lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 38. Filliuccius dict. cap. 3. q. 7. n. 7.* idem *Redoan.* ſibi contrarius *de ſpolijs q. 10. num. 6.* qui hanc ſententiam pro-

probabilè agnoſcit.ex *Innoc.in c. Epiſcopus
de prabend. Menochius de arbitrar. centur.
6.caſu* 520.*num.*1.*& ſeqq. Emmanuel Sua-
rez in communibus concluſionibus tom.*1.
*commun.opinionum lit.C.Clericus patrimo-
nio.nu.*98 *fol.mihi* 22.*Barboſa de officio, &
poteſtat. Epiſcopi par.*3.*alleg.*114.*num.*36.*ad
fin.vſq; Iacob. Anton. de Mauro allegat.*34.
num 4.*Ioannes Franciſcus de Ponte dec.*12.
*num.*10.*& ſeqq.Gratianus forenſ.diſceptat.
part.*2.*cap.*381.*nu.*3.4.*&* 5. *Molfeſius conſ.*
1.*n.*8.*&* 9.*ad calcem* 1. *vol. Commentarior.
ad Conſuetudines Neapolitanas.*

Verùm nouo capite quaſi hydra inſurge-
bat Fiſcus. Patrimonium,quod Lucio eius
Germanus Nicolaus reliquerat,cùm ex hu-
manis abſceſſit,ex fructibus quoq; beneficij,
quos illi Lucius dùm vitali fruebatur aura,
donauerat,auxiſſe.ſub ſpolio comprehendi.

Recidebamus autem caput. Primò, hoc
ipſum aſſeri; non probari à Fiſco. in facto
63 conſiſtere. probandum propterea. vt in ſu-
perioribus diximus.

Deindè (manus demus donauit) vel ex
eo donauit, quod ſibi parcè viuendo com-
parſerat,& quia ſuum effecerat, donare po-
tuit: vti in antecedentibus oſtendimus. vel
64 donauit ſimplicitèr, & cùm beneficiatius
dùm viuit adhùc,& in humanis agit,vſufru-
ctuario comparetur, dominus vtiquè eſt
fructuum.donare proindè potuit fratri, in-
digenti potiſſimùm.ex *S.Thom.*2.2.*d.quaſt.*
185.*art.*7.*Gloſſ.in cap. praſenti* 9. verbo *re-
ſeruari de officio Ordinar. lib.*6.ibidemquè
*Barboſa num.*8.*Nauar.de redditibus. d.q.*1.
*num.*21.*Lelius Zecchius d.tit.de beneficiatis.
num.*7 *fol.mihi* 500.*Fachinaus Illuſtr. con-
trouerſ.lib.*5.*cap.*29.*Molina de Hiſpan.pri-
mogen.d.lib.*2.*cap.*10.*num.*33.*& ſeq. & nu.*
37.*&* 43. *Ioan.Azor. Inſtitut. moralium
dict.lib.*8.*cap.*10.*q.*4.*Leſſius d.dub.*6.*nu.*42.
& ſeq. Barboſ.de offic. Epiſcop. d.alleg. 114.
*num.*33.*Rota dec.*41.*num.*2.*de probation. in
antiquis.& apud Cardin.Seraphin.dec.*594.
*num.*7.*& ſeq.& apud Caualer.dec.*104. *nu.*
7. *& in Romana pecuniaria* 4 *Iunij* 1593.
*coram Blanchetto.*quæ eſt etiam in impreſſis
ad calcem *tract.de ſpolijs Clericorum fol.mi-
hi* 905.*num.*7. *& apud Sanct.mem. Gregor.
XV.d.dec.*401.*nu.*1.*& ſeqq. Cauallos comm.
contra comm.q.*388.*n.*36.*& ſeq.& n.* 52.*cum*
65 *ſeqq.*ſententiam tutans, etiam quòad pote-
ſtatem teſtandi. quod ſanè multò magis hi-
ſcè noſtris procedet temporibus,cùm Diœ-
ceſes omnes cum Camera Apoſtolica com-
poſitionem inierint,quam ſingulis annis pro
ſpolio ſoluunt;vt nulla ſit ampliùs ingerenda
in his difficultas, neq; ſcrupulus aliquis re-
ſtricandus. ſequiturq; *Grilenzonius conſ.* 14.
*num.*3.*Garſias de beneſic.par.*2.*cap.*1.*nu.*5.
66 Hoc namquè impedimentum non teſtandi
Clericis à iure procedit poſitiuo. potuit pro-
ptereà Summus Romanus Pontifex illud re-
mittere,ex cauſa præſertim oneroſa, vt eſt
compoſitio,& concordia cum Camera Apo-
ſtolica,quòad beneficiatios. vt ſequitur *Ca-
67 uallos d.q.*388.*nu.*38.*cum ſeq.* Secùs tamen
eſt quòad Epiſcopos quòad poteſtatem te-
ſtandi de bonis ex fructibus Eccleſiarum
acquiſitis, quibuscum nulla eſt inita cum
Camera Apoſtolica concordia. *Garſias dict.*
68 *c.*1.*n.*11.*& ſeqq.*Hanc ob cauſam cùm anno
1621. in Epiſcopatu Auerſano Illuſtriſſimi
D.Caroli Carafæ ex Principibus Roccellæ
tunc Epiſcopi,& apud Cæſaream Maieſtatem
Sanctiſſimi D.Gregorij XV. Nuntij locum
69 tenerem,viceq;eius fungeret;neq; Diœceſis
Auerſana cum Camera Apoſtolica compo-
poſitionem pro ſpolio inijſſet, vndè multa
oriebantur ſcandala cum periculo anima-
rum;& propter ipſos beneficiarios,præſertim
curam animarum exercentes, qui conſan-
guineis per ſuprema elogia bona relinque-
bãt;& ppter cõſãguineos ipſos,q, in ſupremis
agentibus beneficiarijs,bona occupabant,vt
illos neq; adhùc mortuos ſpoliarent,nudoſ-
què in ſtratu relinquerent;hiſcè malis omni-
bus vt occurrerem,operam dedi,vt Diœce-
ſis tota cum Camera compoſitionem iniret,
vt inijt,eamq; ſingulis ſoluit annis, & ſtetere
in poſterum ſcandala. Ex hac igitur parte,
quando alia Fiſco non obſtarent,ob compo-
ſitionẽ, quã à Diœceſi Neritonen in annos
ſingulos excipiebat, infirma ſatis iura eius
erãt;Excidit proindè ſpes omnis eius prædæ,
quam ſpectabat,cùm Vultur accurriſſet, ca-
70 dauer vt deuoraret.Sic luſit Alciatus quon-
dam,emblemate 126.

*Dum ſæuis ruerent in mutua vulnera
telis,*
*Vnge Leæna ferox, dente timendus
aper;*
*Accurrit Vultur ſpectatum,& prandia
captat.*
*Gloria victoris, præda futura ſua
eſt.*

attamen

Ijs tandem amicis tota ſpes præda excidit.
Vt initio diximus. Perpenſis nempè om-
nibus, quæ pro Laurentio hærede nos pro-
poſueramus; demùm Nunciaturæ Modera-
tore, ac Generali tunc Regni Collectore
Eminentiſſimo nunc S.R.E. Card.Bichio pro
ipſo Laurentio palma fuit,eiectis Vulturibus,
qui ad prædam ſpectatum accurrerant.

Namq; abſolutus Laurentius à ſpolio fuit,
hæreditatemq; habuit,& ad ſua reuerſus eſt.

Atq; ità ex his, cenſura non abiecta Ari-
ſtarchi, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Diogenes Philoſophus indè Cynicus dictus, quòd mordax fuerit, & maledicus.
2 Hominum conditionem miſeram, & infortunatam eſſe, dixit Diogenes.
Et quarè?
3 Mala homini celerius eueniunt, quàm ipſe putet.
Mala etiam non quærentibus obtingunt.
Bona non æquè.
4 Prouerbium. Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.
Et multa inter os, & offam.
Expenditur etiam ex Iuſtiniano Cæſare.
5 Gratia iuſtificanda eſt per eum, qui ſe fundat in illa.
Quia intentionis ſuæ fundamentum eſt.
Potiſſimùm verò quòad clauſulas conditionales in illa adiectas. n. 6.
Vel ſaltim extraiudicialiter. & nu. 16.
Iuſtificata tamen exequenda. n. 7.
Ob reuerentiam eius, qui illam dedit,
Vndè paratam exequutionem habet.
8 Principis mandata obſequenda, eiſq; parendum.
9 Gratiæ iuſtificatio ex actis probatur.
Vndè exequenda. n. 10.
11 Executor gratiæ, illa iuſtificata, exequi eam tenetur.
Alioquin parti impetranti tenetur.
Quia mandata exceſſit.
Exequutor mixtus partes aſſumit Iudicis, & iudicialitèr procedere tenetur. Citato Aduerſario. n. 12.
Contra verò merus exequutor. n. 13.
Qui ſimplicitèr procedit.
Poteſtq; etiam extraiudicialitèr ſe informare.
Quia nullam obtinet cognitionem. n. 14.
Neq; ab eo appellari poteſt. n. 15.
Niſi modum in exequendo exceſſerit.
Et iuſtificata gratia, ſaltim extraiudicialiter. nu. 16.
Denegare executionem haud poterit. n. 17.
Quia nulla perquiritur iudicialis cognitio. & n. 20.
18 Clauſula (dummodò) nō conditionem adÿcit meræ gratiæ, ſed admonitionem.
Non enim natura ſua conditionem infert. num. 19.
21 Executor etiam merus, ex legitima contradictoris oppoſitione in mixtum tranſit.
Exaudi in contradictore legitimo, & de iure. n. 22.
Secùs de facto.
Vel ſi friuola ſunt, quæ proponit, & nocere tentat. n. 34.
23 Vocatus, ſeù ſubſtitutus poſt mortem duorum collectiuè nuncupatorum, vno eorum ſublato non admittitur.
Niſi vterq; intereat.
Vel ſi vocetur per dictionem pluralem, vtputà, poſt eorum mortem. n. 25.
24 Oratio ſi vniuerſim, & collectiuè ſumatur pro pluribus, in vno eorum verificari non poteſt.
26 Ius nemo habet vt alteri noceat.
Quamuis prodeſſe non teneatur.
27 Actionem licet non habeam, vt mihi proſit, habeo tamen, nè mihi noceat.
28 Benefacere alteri nemo cogi poteſt.
Poteſt tamen prohiberi, nè noceat.
29 Prodeſſe ſibi vnuſquiſq; dùm alteri non noceat, prohiberi non poteſt.
30 Actione qui caret, etiam Iudicis officio prohiberi poteſt, & repelli, ne agat.
31 Conſenſum præſtare qui tenetur, ſi inſtam negandi cauſam non habeat, cogi poterit.
Et ſupplebit Iudex.
Præſertim ſi, vt noceat, id agat. n. 32.
33 Verba ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum nota.
35 Mortem nullus exorauit adhùc.
Obſeruatq; ſtatutum diem.
Et cùm ſemel abierimus, noxq; superuenerit. n. 36.
Non reuertemur ampliùs.
Non fidendum igitur iuuentæ.
Neq; corporis fortitudini, vel valetudini.
Quia qua hora non putamus mors veniet.
Et multò celerius venit, quàm æſtimamus. nu. 37.
37 Homo in quocunq; loco ceciderit per mortem, ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Aquilonem, ibi erit.
Vt lignum,
Timendum ergò.

ARGVMENTVM.

Gratia à Papa obtenta iuſtificanda erit coràm datis Executoribus; iuſtificata autem executionem meretur, ob reuerentiam eius, qui dedit illā. Executor alter mixtus, alter verò merus dicitur. Ille Iudicis partes aſſumere debet, parte ex aduerſo citata. hic verò nullas aſſumit partes Iudicis, ſed merè exequitur etiam extraiudicialitèr informatus. Clauſula (dummodò) non conditio-

ditionem, ſed monitionem infert, natura ſua. Vocatus poſt mortem duorum, ſi vnus interim eorum fatis cõcedat, nùm vocatus admittatur? Cõtradictor non admittitur ad dicendum contra gratiam, ſi non ſit legitimus, & de facto magis, quàm de iure, atq; friuola proponat, in Executore præſertim mero, magiſq. nocendi gratia, quàm ſua proponẽdi iura, etiam ſine actione agat. Conſentire qui tenetur, ſi ſine cauſa iuſta negat, cogi poterit, atq; Iudex eius ſupplebit defectum.

RESPONSIO C.

1 QVid de hominum ſorte ſentiret, rogatus quandoq; Diogenes Philoſophus, qui Cynicus eſt appellatus, quaſi caninus, quòd mordax,
2 maledicus eſſet. Miſeram, & infortunatam hominum conditionem, eſſe, dixit: cùm bona quærentibus vix obtingant, cadant autem infortunia, non tantùm non quæſita, ſed præter omnem expectationem. rectèq; Plautus in Moſtellaria

3 *Vnum hoc ſcito, nimio celeriùs*
Venire quod moleſtum eſt, quàm id, quod cupidè petas.

eratq; apud Græcos vulgatum illud. *Mala vel etiam non quærentibus obtingunt, bona vix accedunt, etiam quærentibus.* Græcus quoq; eſt ille verſiculus hexameter

4 *Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.*

quod dictum prouerbij loco habetur veluti illud *Multa inter os, & offam.* Quia nimirũ multa accidere poſſunt, vt quod manibus quaſi certum habebas, dilabatur. ad Imperatoris Iuſtiniani ſenſum in §. *illud quæſitum eſt. in fin. Inſtitut. de rerum diuiſione.* Sic eueniſſe pœnè videtur, de quo factum narramus. Multis laboribus V.I.D. Ioannes de Monica gratiam obtinuit à S. D. N. Vrbano VIII. per Breue Sanctitatis ſuæ, commiſſum Epiſcopo Puteolorum, vt nonnullas pecuniarum ſummas, quas ex adminiſtratione Montis familiæ de Monica ab eius patruo reiecti, in ſuæ familiæ commodum expenderat, nec ſine maximo ſuo, familiæq; incommodo reſtituere poterat, retinere ſibi liceret. in quo Sanctiſſimus D.N. gratioſe diſpenſabat ob numeroſam familiam puellarum, quam dictus Ioannes habebat. Præſentato breui coram Illuſtriſſimo Domino Puteolorum Epiſcopo, & eius Vicario, cum inſtaret ille iam ad gratiam exequendam, inſurrexere quidam nomine Honofrij de Monica nepotis Ioannis, gratiam non eſſe exequendam obijcientes, velle ſe audiri dictum Honofriũ vti contradictorem. In difficultatem proindè itum eſt: Exequenda ne eſſet gratia prædictam, etiam non audito Honofrio; vel deberet ille audiri? Gratiam exequendam, nec Honofrium audiendum inſtabamus. Et
5 ſanè non iniuria. Sicuti enim iuſtificanda eſt gratia per eum, qui ſe fundat in illa; cùm intentionis ſuæ ſit fundamentum. ad *tex. in c. ſi proponente 42. de reſcript. extrà. & tex. in cap. ſi motu proprio. 23. de præbend. in 6. Abb. per illum tex. in cap. quia circa 6. nu. 3. in 2. notabili de conſanguinitat. & affinitat. Rota in nouis deciſ. 10. de reſcript. & apud Verallũ deciſ. 39. par. 2. Maſcard. de probationib. tom. 2. con. luſ. 1216. nu. 3. Epiſcopus Campanilis in diuerſorio iuris canonici rub. 6. cap. 3. nu. 46. Marius Antoninus Maceraten. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 3. nu. 15. & reſolut. 29. num. 1. eod lib. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 314. num. 2. & deciſ. 387. num. 5. & apud Cardin. Manticam deciſ. 358. nu. 4. & apud Cæſarem de Graſſis deciſ. 58. alias 12. num. 1. de probationib. & apud Card. Caualer deciſ. 266. num. 4.*

6 Potiſſimùm vero quòad clauſulas, & conditiones in reſcripto adiectas, quamuis illæ monitionem tantummodò inducerent; vel ſaltim extraiudicialitèr, ſecundùm *Abbat. in cap. fin. num. 13. & Imol. ibid. num. 8. de præſumptionib. Caualcanus deciſ. 22. num. 14. part. 1.*

7 Ita planè, poſtquàm iuſtificata fuerit, exequenda omnimodis eſt per datos in illa executores; ob reuerentiam eius, qui gratiam dedit; habet enim hoc caſu gratia expreſſam, paratamq; executionem, ad inſtar *l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo. cap. paſtoralis. 28. §. quia verò in fin. de officio delegati.* ibidemq; *Gloſſ.* verbo *tenetur. cap. ſi Capitulo.* 5. & ibi *Gloſſ.* verbo *exequatur de præbend. in 6. Rota apud Coccinum deciſ. 373. num. 2. apud Card. Caualer. deciſ. 148. nu. 1. & deciſ. 363. nu. 3. & deciſ. 639. nu. 1. & in recentiorib. par. 2. deciſ. 625. nu. 2. & apud S memor. Gregorium XV. deciſ. 221. num 2.* diximus alios referentes *reſponſ.* noſtra 42. *num. 5. part. 3.*

8 Quia nimirùm mandantis Principis iuſſa ſunt diligentiſſima exactione ſeruanda, nec prætereunda. ad *tex. in cap. cùm dilecta. 22. circa fin. de reſcript. cap. prudentiam 21. in fin. princip. de officio delegati. cap. Piſanis 19.*

de reſtitut. ſpoliator. ibidèmq; *Gloſſ. fi.*
verbo *irritum.* ex Paulo etiam lib. 32. ad
edictum in *l. diligenter igitur. 5. ff. mandati,*
vel contrà. *Ancharan. conſ. 84. Domina An-*
zolina nu. 1. Rota part. 2. diuerſorum decſ.
33. nu. 2. & apud Coccinum d. deciſ. 373. n. 2.
Iuſtificauit autem, in gratia narrata, Domi-
nus Ioannes. Exequenda igitur illa erit per
Dominum Exequutorem Apoſtolicum.
9 Probatur minor, quia iuſtificatio ex actis
apparet, ex quibus probatur. ad *tex. in c.*
quoniam contrà 11. de probationib. Rota
apud Creſcentium deciſ. 5. de fide inſtrumēt.
quam ſequuta fuit *Rota apud S. memoria*
Gregor. XV. deciſ. 413. num. 1. diximus *d. re-*
ſponſ. 42. nu. 29. part. 3. In actis vero ſcriptu-
ras omnes protulit Ioannes, ex quibus gra-
tia iuſtificata oſtenditur. Et quidem, quòad
Clauſulam: (*Dummodò dilectorum filiorum*
dicti Montis Adminiſtratorum accedat aſ-
ſenſus) oſtendendo ex teſtamento fundato-
ris Montis, eius Patrui, ſe vnum, ac ſolum eſ-
ſe Adminiſtratorem, conſequenterq; nullius
10 alterius egere aſſenſu. Nihil ergo ſupereſt,
niſi, vt gratiam exequatur Dominus Vica-
rius Puteolanus exequutor illius deſtinatus.
11 Si non itaq; impleuerit exequendo manda-
ta, tenebitur, niſi indemnem ipſum Ioannem
conſeruet. iuxta Pauli mentem, & verba *d. l.*
diligenter. 5. ff. mandati, vel contrà. quaſi
mandata exceſſerit. ſecundùm *Gloſſ.* ibidem.
verbo *aliud.*
12 Neq; porrò ipſe mixtus eſt executor de-
ſtinatus, ſed merus. Quam ob cauſam Iudi-
cis partes aſſumere haud tenebitur, neq; co-
gnoſcere quidquam, neq; partes, quæ nullæ
in hoc ſunt, citare, neq; iudicij figuram aſſu-
mere, parteſq; audire, vti mixtus tenetur. ex
Honorio III. in *cap. exhibita nobis 19.* ibi-
demq; *Felin. nu. 4 alijq; de iudicijs. Rota de-*
ciſ. 12. de officio delegati in nouis. Caputa-
quen deciſ. 286. num. 4 part. 2. Rota par. 2.
diuerſorum deciſ. 35. num. 3. & apud S. me-
mor. Gregor. XV. d. deciſ. 413. num. 1. & ſeq.
ibidèmq; plura refert *Beltrāminus nu. 4. &*
par. 1. in recentiorib. deciſ. 225. nu. 3. & apud
Card. Caualer deciſ. 211. nu. 2. 3. & 4. & de-
ciſ. 274. nu. 1. & ſeq & deciſ 359. nu. 8. & in
Auerſana beneficij 1593. coram Card. Sera-
phino deciſ 94. num. 1. & ſeq. poſt 1. volum.
conſil. Farinacij. Marius Antoninus varia-
13 *rum lib. 1. reſolut. 29 nu. 7.* Merus verò exe-
cutor ſimpliciter procedit iuſtificata gratia,
quatènus iuſtificanda illa ſit, neq; Iudicis
partes aſſumit, ſed ad executionē procedit,
cùm extraiudicialiter etiam valeat ſe infor-
mare. ex Innocentio III. in *cap. paſtoralis.*
28. §. quia verò ſæpè de officio delegati. ibi-
14 dèmq; *Gloſſ.* verbo. *& ſi ſciat.* quia nullam
ipſe obtinet cognoſcendi facultatem ex Ale-
xandro III. in *cap de cætero noueris 5.* ibi-
dèmq; apertiſſimè *Gloſſ de ſentent. & re iu-*
15 *dicata.* vt neq; ab eo appellari liceat, niſi for-
tè modum excedat in exequendo. vt Inno-
centius loquitur III. in *cap. nouit ille 43. de*
appellationib rationemq; eandem reddit
Gloſſ ibidem verbo *ab executoribus:* Quia
nullam habet cognitionem ſed tantùm exe-
cutionem, concinitq; Marcianus lib. 1. de ap-
pellationibus in *l. ab executore 4 ff. de appel-*
lationib. Aymon conſ 273. nu. 1. verſ. & iſta
eſt ratio, quem ſequuta fuit *Rota apud Coc-*
cinum deciſ. 144 nu. 2. & apud Andrææ. de-
ciſ. 91. num. 3. & apud Card. Caualer. deciſ.
359. nu. 8. & 10. dictumq; fuit in *Fanen. tu-*
telæ 21. Februarij 1622. coram Merlino de-
ciſ. 426. nu. 8. & 9. in ſupplemento part. 5. re-
centiorum per Ruueum.
16 Sat itaq; ſuperq; fuit Domino Puteolano
Vicario vel extraiudicialiter ſe informaſſe,
vt gratiam exequi poſſet: vt multò id magis
procedat, quod etiam ex præſentatis ſcrip-
turis ſe informauit, atq; etiam nullum alium
præter Ioannem Montis adeſſe Adminiſtra-
17 torem agnouit. denegare propterea execu-
tionem haud illi poterit, cùm nulla alia per-
quiratur, aut libelli oblatio, vel partis, quæ
nulla eſt, citatio, vel litis conteſtatio. vt poſt
Innocentium in cap. conquerente num. 8. in
fin. de officio ordinarij ſequuta fuit Rota *corā*
Robuſterio par. 1. diuerſorum deciſ. 100. nu.
7. & 8. Gratianus forenſ. part. 4. cap. 766. nu.
18. Mareſcottus variarum reſolutionum lib.
2. cap. 1. nu. 15. Surdus conſ. 358. nu. 13. &
ſequent. lib. 3. Caualcanus d. deciſ. 22. nu. 1.
& ſeq. ad 10 part. 1. Riccius in praxi part. 2.
18 *reſolut. 305. nu. 1.* Hanc ob cauſam dicendū
omninò erit, per Clauſulam illam vnicam
(*Dummodò dilectorum filiorum dicti Mon-*
tis Adminiſtratorum accedat aſſenſus.) non
conditionem gratiæ adiectam fuiſſe; ſed ad-
monitionem magis quòad hoc gerendorū
19 per datum executorem. Siquidèm natura
ſua dictio illa dummodò, non ſanè conditio-
nem, ſed admonitionem infert. ex *Ioan. An-*
drea in cap. non poteſt de præbend. in 6. &
Rotam deciſ. 1. de conditionibus appoſitis in
nouis. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 86. nu.
28. Achilles de Graſſis deciſ. 182. alids 18. nu.
2. in fin. de probationib. Marius *Antoninus*
Maceraten variarum reſolut. lib. 1. reſol. 10.
n. 1. & 2. Riccius Epiſcopus Vici Equen. *in*
praxi part. 1. de iure patronatus reſolut. 177.
num. 7.
20 Sat itaq; fuit vel extraiudicialiter ſe infor-
maſſe Dominum Executorem, non alium
adeſſe Montis Adminiſtratorem præter ipsū
Ioannem, ad plenè tradita per Scribentes
Innocent. Abb. num 13. Imol. nu. 8. & 9. Fe-
lin. & alios in d. cap. fin. de præſumptionib.
Maceraten. d. lib. 1. reſolut. 29. num 7. & alios
paulò ante relatos. *Surd. Mareſcottum. Ca-*
ualcan. Ricium. alioſq;
21 Obſtaculum haud proindè faciet quod ex
aduerſo aſſumitur: Ex legitimi contradicto-
ris oppoſitione, etiam merum executorem
mixti

Digitized by Google

mixti partes aſſumere,debereq; auditis par-
tibus in cauſa procedere. *Rota apud Cocci-
num d.decis.144.nu.15.Garſias de beneficijs
part.6.cap.2.nu.110.Riccius par.4.collectan.
1304.in fin.& part.5.collect.1690.circa fin.*
22 Exauditur id quidèm in contradictore le-
gitimo,atq; de iure, non verò de facto. ex
*Rota apud Coccinum d.deciſ.144.num.15.in
fin.* & tradita per *Lancellottum de attentatis
part.2.cap.12.de attentatis appellat. pendente
limitat.8.num.45.* quem ſequuta fuit *Rota
apud eundem Coccinum deciſ.407.num.5.&
6.Maceraten. variarum lib.1.reſolut. vltima
caſu 66.circa fin.verſ.nec ambigitur.*
Eſſe autem Honofrium contradictorem
de facto, id apertiſſimè deducitur, & quòd
Adminiſtrator ipſe non ſit Montis: & quòd
nullum in negotio intereſſe habeat. Et qui-
dèm quòd Adminiſtrator non ſit,ex verbis
deducitur teſtamenti quondam Vincentij
de Monica Montis fundatoris ;ſic enim ille:
*Faccio, e deputo Maeſtri, e Gouernatori di
detto Monte Gio.Geronimo della Monica
V.I.D.e Giouanni della Monica V.I.D.miei
nepoti,e poi loro morte,loro primogeniti*. Io-
annes Hieronimus Honofrij genitor diem
vidit vltimum. ſupereſt vnus Ioannes,non
adhuc locus factus eſt Honofrio,vt ad Mon-
tis adminiſtrationem admittatur,Ioanne vi-
23 talem adhuc auram trahente. Collectiuè
nempè vterq; eorum poſitus fuit, vt poſt eo-
rum ſuprema funera, eorum primogeniti
admitterentur: *E poi loro morte loro primo-
geniti*. vtriuſq; igitur eorum fati dies expe-
ctandus erit, vt eorum primogenitis ſit lo-
24 cus.Cùm enim oratio ex vniuerſo ſumatur,
& collectiuè,in vno verificari non poteſt.Iu-
ſtinianum Cæſarem propoſitionis huiuſce
defenſorem damus in *l.cùm quidam 10. C.
de impuberum,& alijs ſubſtitutionib.* verbis
ſic enim ipſe loquitur,non ſanè ineruditis:
*Cùm quidam duobus impuberibus filijs ſuis
heredibus inſtitutis adiecit; ſi vterq; impu-
bes deceſſerit, illum ſibi heredem eſſe,dubi-
tabatur apud antiquos legum authores,vtrũ
ne tunc voluerit ſubſtitutum admitti,cùm
vterq; filius eius in prima ætate deceſſerit:an
altero decedente, illicò ſubſtitutum in eius
partem ſuccedere? Et placuit Sabino,ſubſti-
tutionem tunc locum habere, cùm vterq; de-
ceſſerit.Cogitaſſe enim patrem primo filio de-
cedente,fratrem ſuum in eius portionem ſuc-
cedere. Nos eiuſdem Sabini veriorem ſenten-
tiam exiſtimantes,non aliter ſubſtitutionem
admittendam eſſe cenſemus,niſi vterq; eorum
in prima ætate deceſſerit.* his Iuſtinianus Cæ-
ſar.cui accedit *Gloſſ.* ibid.& *Bald.nu.3.ac Sa-
licet. & Alexander.* nec ab hoc ſenſu aber-
rauit Papinianus lib.1.definitionum in *l.qui
duos impuberes.42.ff.de vulgari, & pupilla-
ri.* ſequitur *Bart.in l.quidam teſtamento.30.
num.4.& 5 ff. eodem de vulgar. & pupillar.*
quem ſequitur *Rota apud Card. Seraphinũ
deciſ.266.num.1.& ſeq.* perpendens quoq;
25 rationem aliam ad rem noſtram accomo-
dam: ſi ſubſtitutus vocatus fuerit per dictio-
nem pluralem (poſt eorum mortem) ſicuti
in hoc noſtro facto: *E poi loro morte, loro
primogeniti*, quæ ſanè deciſio *Seraphini* eſt
etiam in impreſſis *part.1. diuerſorum deciſ.
141.*& pro nobis eſt.
Quòd autem nullum in negotio intereſſe
habeat,niſi vt noceat;id apertiſſimè patet; &
quòd Adminiſtrator cùm ipſe non ſit, nullũ
in negotio ius habet; & quòd nullum ipſi
accedit incomodum, quin magis commodi
non minimi, quòd ad participationem gra-
26 tiæ in futurum admitti poterit, nullum pro-
indè ius habet,vt alteri noceat,qui prodeſſe,
non amat; neq; etiam ſibi. ex Paulo lib.49.
ad edictum in *l. in ſumma. 2. §.idem Varus
ff.de aqua pluuia arcenda.* ex ratione, quam
27 in fine intulit: *Nam hac actione* (inquiens)
*neminem cogi poſſe,vt vicino proſit, ſed ne
noceat.* ſimiliq; argumento vſus eſt Auguſti-
nus contra litteras Petiliani lib.2. cap.8. re-
latus à Gratiano in *can.ad fidem. 23.q.5.*
illis nec ineruditis verbis: *Si quæ igitur ad-
uerſus vos leges conſtituta ſunt: non eis be-
28 nefacere cogimini, ſed malefacere prohibe-
mini.* Vt nõ malefaciat,atq; ne noceat prohi-
beri poteſt Honofrius, qui nullũ in negotio
ius habet,neq; intereſſe;cũ cõtrà,Ioannes ſi-
bi prodeſſe tentet ſine alterius nocumento,
29 *Prodeſſe enim ſibi vnuſquiſq; dùm alij non
noceat, non prohibetur: nec quenquam hoc
nomine teneri.* Vlpiani ſunt verba lib.53.ad
edictum in *l.1.§.ijdem aiunt ff.de aqua plu-
uia arcenda.* ſequiturq; *Petrus Gerardus
ſingul.49.nota regulam.* Repelli proindè de-
30 bet,qui actione caret, & non aliud,quàm
nocere tentat. ex *Bart.in l.vbi pactum 40.
per tex.ipſum num.7. & 8. C.de tranſactio-
nib.Rota apud S.memor. Gregor. XV. deciſ.
119. num.6. & part.1. in recentiorib. deciſ.
617.num.1.Viuius deciſ.41.num.2. Caual-
canus deciſ.23.num.23.part.2. Aymon conſ.
191. num.1. Rota in Cornetana bonorum
1589.coram Comitulo. deciſ.71. num.1. poſt
1.volum.Conſiliorum Farinac.*
31 Præter quàm quod,(dà illum Adminiſtra-
torem eſſe, vndè propterea aſſenſum petitus
annuere nollet) cogi nihilominùs poſſet aſ-
ſentiri, cũ nullam in aduerſum haberet cau-
ſam iuſtam,niſi vt noceret; vel per ſe Iudex
ſupplere valeret. ad *tex. in c.nullus.17.ibiq;
Abb.n.1.de iure patronat. Rota deciſ.5.in fin.
de rerum permutat.in nouis. Antonius Cor-
ſettus in ſingularib. littera C. verbo cõſenſus
incipit.ſtatuto cauetur.Lanarius conſ.6. nu.
5.& 6.Franciſcus de Ponte deciſ.4. num.25.
36.& ſeq.Gizarellus deciſ 65.num.4 & ſeq.
Aymon conſ.190 num.8.in fin. Gonzalez ad
regulam 8. Cancellar.Gloſſ.48. nu.37. & 38.
Riccius in praxi part.1.reſolut. 627. num.6.
Rota apud Cardin. Manticam deciſ.238. nu.*

Digitized by Google

9. quæ eſt etiam in impreſſis per *Farinac. part.* 4. *diuerſorum deciſ.* 272. *numer.* 14. & *apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 117. *num.* 8.

32 Quia nimirum qui conſenſum præſtare debet, perquiſitus verò renuit, vt noceat, cogi omninò poteſt; vel ita haberi, ac ſi præſtitus fuiſſet. ex Iuſtiniani Cæſaris ſanctione in *l. cùm dubitatur* 3. *aliàs fin.* § *ſed ne hac occaſione C. de iure emphyteotico. Rota apud Card. Caualer. deciſ.* 309 *num.* 1. & 2. *Mandoſ. ad regulam* 32. *Cancellar. de impetrat. beneficiorum per mortem familiarium Cardinal. quæſtion.* 31. *Viuianus in praxi iuris patronat. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *numer.* 48. 49. & *ſeqq.*

Quæ autem ipſe objicit, & nullius momenti, ac friuola ſunt, & quo animo erga patruum affectus ſit, non vulgari demonſtrant
33 indicio. Sunt enim verba earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. ex *Ariſtotele* 1. *Peribermenias.* ex Celſo in *l. Labeo* 6. § *id Tubero ff. de ſuppellectili legata.* ex hoc igi-
34 tur repellendus; eſtò contradictor eſſet legitimus. vt perpendit Rota *apud* Coccinum *d. deciſ.* 144. *nu.* 15. Executori verò non cauſæ cognitio, ſed executio demandata fuit. vt in ſuperioribus diximus, perpendimuſquè hanc igitur partem exequi debet Dominus Vicarius Puteolanus executor merus datus.

Atq; ita ex his, quæ Ariſtarchi ſupercilio ſubijcimus nec illubentèr, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Epiſcopus Iuuenacen.

Poſt longam diſceptationem, diuq; dilatã colluctationem, deniq; manus dedit Dominus Vicarius Puteolanus, atq; gratiam Ioãni executus fuit, quam Dominus Regens Vrſinus, & Præſes Sacri Conſilij admiſit, neq; Ioannem ampliùs pro Montis adminiſtratione moleſtia affecit. verùm non multa poſt tempora, cùm floreret adhuc ætate, Ioannes ad Acherontem tranſijt. tranſibimus & nos.

35 *Lanificas nulli tres exorare puellas*
Contigit; obſeruant quem ſtatuere diem.

Martialis cecinit lib. 1.

Verèq; Catullus & ipſe faſſus eſt.

36 *Soles occidere, & redire poſſunt.*
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Non ergo Iuuentæ fidas, nec fortitudini, corporiſq; valetudini: Quia qua hora non putamus filius hominis veniet. Lucæ 12. 42.

37 *Et; ſi ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit.* Eccleſiaſtes 11. 3. timeas ergo.

Vnum hoc ſcito nimio celerius
Venire quod moleſtum eſt.

Vt in initio diximus.

FINIS.

RE-

Digitized by Google

RERVM OMNIVM

VERBORVMQ; AC DICTIONVM

Quæ hac quarta Reſponſionum parte comprehenduntur, exacta, accurataq; Synopſis.

A

Abbas

ABBAS eligi quis non poteſt in Cœleſtinorum Religione, niſi poſt quartodecimum annum à profeſſione laudabiliter vixerit. reſponſ. 45. n. 4. f. 255.

Et per tres annoe Prioratus officio functus. & n. 12.

Abbatis doctrina à Domino Coccino *allata expenditur. reſponſ. 21. n. 42. f. 107.*

Abbates, qui aſſumi debeant in Religione Cœleſtinorum? reſponſ 46. n. 2. f. 263.

Et per quot annos in diſciplina regulari probati?

Tempus autem hoc annorum debet eſſe completum. n 9. f. 264. & n. 16.

Abbates Generales *in Religione Cœleſtinorum, qui proximè* Generalis *officio defuncti fuere, poſſunt ſibi eligere Abbatiam, quam maluerint, iuxtà* Conſtitutiones. *reſponſ. 47. nu. 35. fol. 271.*

Non tamen Abbatiam S. Euſebij in Vrbe.

Neq; Collegium *in eadem Vrbe. ex Vrbani VIII.* Conſtitutione.

Ablatiui

Ablatiui abſoluti conditionem faciunt. reſp. 90. n. 9 f. 494.

Abſolutio

Abſolutio à iuramento ad finem agendi, periurium quidèm remouet, vt agere valeat, contractum verò non reſcindit. reſponſ. 77. n. 10. fol. 430.

Quia tertio ius quæſitum auferri non debet. num. 11.

In genere verò petita non ſufficit, niſi ab omnibus iuramẽtis ſpeciatim abſolutio petatur. nu. 12. & 13.

Præſertim ſi cauſæ ipſæ in ipſa tranſactione expreſſæ fuerint, atq. iuratum, illam ſemper firmam fore. n. 14. f. 431.

Abſoluto in mortis articulo à peccatis, & cenſuris vigore Tridentini Concilij, nullum aliud remanet vinculum abſoluendum. reſp. 48. n. 11. f. 274.

Vndè poterit Eccleſiaſtica tradi ſepulturæ. num. 22.

Abſolutionem petens à iuramento, mentiendo peccat. n. 16.

Abſurdum

Abſurdum quod eſt, nè cogitandum quidèm, nec dùm dicendum. reſponſ. 49. numer. 54. fol. 282.

Abſurda quæ ſunt, abijcienda potiùs, quàm admittenda. reſp. 33. n. 71. f. 172.

Acceptio perſonæ.

Acceptionie perſonarum peccatum contra iuſtitiam eſt. reſp. 89. n. 48 f. 492.

Et ad reſtitutionem obligat, ob damnũ, quod alteri infertur.

Acceſſorium

Acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis. reſp. 21. n. 33. f. 106. & reſp. 73. n. 39. fol. 412. & reſp. 97. n. 70. f. 545.

Accidens

Accidens *ſine ſubiecto eſſe non poteſt, reſponſ. 8. nu. 23. fol. 46. reſp. 82. n. 10. f. 459. & reſp. 96. n. 38 f. 535. & n. 37.*

Accurſij

Accurſij Gloſſa *in l. vt vim 3. verbo nàm iure de iuſtit. & iur. reprehenditur. reſp. 31. n. 17. fol. 153.*

Acerbum

Acerbum æſtimari non debet, ſi idem fiat in eo, quod in alio facere tentauit. reſp. 31. num. 17. fol. 153.

Actio

A*ctio ad legitimæ ſupplementum agendi triginta annorum lapſu præſcribitur. reſp. 10. n. 41. f. 62.*

Et, vel eſt conditio ex lege. n. 42. quæ perſonalis eſt.

Vel eſt petitio hæreditatis.

Malè igitur iudicio aſſiſtentia in hac actione agitur.

Aduer-

Digitized by Google

I N D E X

Aduerſùs præſertim tertios poſſeſſores. n.43.

Actio popularis vno agente conſumitur, reſpon. 51.n.61.f.295.

Et an detur in matrimonio ſpirituali?

Actio ſine obligatione non datur. reſp.96.n.33. fol.535.

Quæ mater dicitur actionis, hæc illius filia.

*Actio ſine obligatione non oritur, reſp.96. in allegat.*Caiſotti.*n.1.fol.*538.

Neq; quis ſine actione experitur.

Actionem, qui habet ad rem, ipſam habere rem dicitur. reſp.92.n.59.f.509.

Actionem licèt non habeam, vt mihi proſis. reſp. 100.n.27.f.563.

Habeo tamen, ne mihi noceas.

Actione funeraria heredes in ſolidum conueniri poſſunt. reſp.16.n.10.f.89.

Actione ſine qui experitur agendo, vtiq; reijciendus. reſponſ.77.num.25.fol.431.

Actione qui ſine experitur, malè agit. reſp.96. n.19.f.534.

Actione ſine nemo experitur. reſp.97. num.72. fol.545.

Vt Iudicis officio remoueri valeat.

Actione qui caret, etiam Iudicis officio prohiberi poteſt, & repelli, ne agat. reſponſ.100. nu. 30.f.563.

Actiones omnes, & obligationes in heredem tranſeunt, & ab herede debentur. reſpon.15. n.65.f.35.

Actor

Actor ſequitur forum rei, etiam Clericus. reſp. 7.n.22.f.39.

Actor rei forum ſequitur, ordine verò conuerſo reus actoris. reſp.53.n.31.f.304.

Actore non probante, reus, & ſi nihil ipſe præſtiterit, abſoluitur. reſp 99. nu.28.f.555.

Ratio redditur n.29.

Actus

Actus humanus, vt humanus dicatur, fieri debet ab homine, cùm eſt dominus ſuorum actuum, per rationem, & liberam voluntatem. reſp.34.n.40.f.189.

Actus agentium vltrà eorum intentionem operari nequicquam poterunt. reſponſ.6. nu.37. fol.34.

Actuum multiplicatio non præſumitur. reſp.8. n.47.f.48.

Adagia

Adagia. Poſt iactam aleam. reſponſ.28.nu.31. fol.139.

Teſſeram iacere. elucidantur.

Nè cadat alea fati. n.33.

Sub omni lapide ſcorpius excubat. elucidatur. n.34.

Ouis Cultrum.*nu.54. f.140.*

Siuè Capra gladium.*elucidatur.*

Et Ouium mores. n.55.

Adagium. *Et muſca ſplenem habet, & formica bilem. reſp.31 n.5.f.152.*

Adagium. *Aſinus portans myſteria. elucidatur. reſp.38. n.44.f.214.*

Adagium. *Palynodiam canere. expenditur. reſp. 39.num.31.fol.219.*

Et Vertere *Vela. Funem reducere. n.32.*

Adagium. *Cum mortuis non niſi laruæ luctantur. reſp.48.n.6.f.273.*

Et Mortuo Leoni etiam Lepores inſultant.

Vt quis ſementem fecerit, ſic metet. num.45. f.276.

Adagium. *Paxillum paxillo. Clauum clauo trudere. reſp.51.n.1.f.290.*

Adagium. *Mortui non dolent. expenditur. reſp. 60.n.19.f.338.*

Adagium. Fiducia *pleroſq; mortalium falli. illuſtratur. reſp.79.n.1.f.441.*

Adagium. *Vt quis ſementem fecerit, ità & metet. reſp.93.n.2.f.511. & n.51.*

Adagium. Malus choraula, bonus ſymphoniacus non eſt. ex Auguſtino. reſponſ.93.nu.49. fol. 515.

Adagium. In *multis* Momum *agere, & reprehendere, longè faciliùs, quàm imitari. reſponſ.95. n.2.fol.527.*

Adam

Adam nè contriſtaret mulierem, delicias ſuas, pomum vetitum comedit. ex Chryſoſtomo. *reſp.58.n.14.f.324.*

Adam à facie Domini Dei ſe abſcondere tentauit. reſp.75.n.4.fol.416.

Quia peccato detinebatur, nè appareret.

Adiectiuum

Adiectiuum (Proximus) *perpenditur. reſponſ.3. n.22.fol.16.*

Et dictio (intrà)

Adminiſtrator

Adminiſtrator *quilibet rationem reddere tenetur. reſp.62.n.33.f.353.*

Et, quod tenet, ſoluere.

Ex Sacro Euangelio Lucæ 16.1. probatur.

Redde rationem villicationis tuæ. n.34.

Et ex natura negotij venit, vt, qui aliena negotia gerit, rationes reddat. n.35.f.354.

Siuè negotiorum ſit geſtor, ſiuè procurator, ſiuè quis alius.

Et nihil apud eum ex geſtis remanere debet. num. 36.

Præſertim verò ſi fraus detegatur. n.38.

Ratio redditur. n.39.

Aduerſarius

Aduerſarium in beneficio ſufficit excludere per non ius ſuum. reſp 67.n.33.f.387.

Aduocatus

Aduocatus, & Patronus ſunt idem. reſponſ.40. n.54.f.226.

Ædificia

Ædificijs exornari Ciuitates, Reipublicæ intereſt. reſp.25.n.14.f.123.

Quorum extructio ex iure gentium introducta.

Æquiuoca

Æquiuoca diuidenda priùs, definienda poſtmodùm. reſp.43.num.56.f.246. reſp.80.num.1. fol.449.

Alioquin nihil certè concluditur. num.2. & reſponſ.96.n.21.f.534.

Æs

Digitized by Google

INDEX

Æs

Æs alienum hæreditarium dicitur, quàmuis eius ſolutio in tempus mortis dilata fuerit. reſp.65.n.31.f.374.

Æs alienum in bonis eſſe teſtatoris non dicitur. reſp.92.n.55.f.509.

Sed creditorum quibus illud debetur, & num.60.

Nihilq; prodeſt debenti.n.56.

Sed,qui illud habere debet, cùm actionem habeat ad illud.n.58.

Ætas

Ætas humana volabilis. reſponſ. 58. num.12. fol.323.

Et tempora labuntur.

Agathoclis

Agathoclis dictum ſatis aptum: Vxorem *eſſe ſociam viri vtriuſq; fortunæ. reſpon.93.n.5. fol.516.*

Agere

Agere qui conatur, quod illi nulla ratione conceditur, iniquè agit. reſponſ.93. num.52. fol.515.

Aggreſſor

Aggreſſorem in dubio vita occidens, calumniam non meretur.reſp.31.n.15 f.153.

Etiam in foro interiori n.16.& 17.

Quia actus huiuſmodi licitus eſt. num. 23. fol.154.

Aggreſſorem occidens,ſi mortem aliter vitare nõ poſſit, irregularis minimè efficitur. nu.28.& n.35.f.155.

Ratio affertur n.29.

Aggreſſo fas eſt ſe tueri,quocunq;modo id fiat. n.38.f.155.

Quod prudentis Iudicis arbitrio reÿcitur. n.39.

Alciatus

Alciatus doctiſſimus vir, humanis litteris apprimè excultus,celebratur. reſponſ.46. n.20. fol.265.

Alienatio

Alienatio eſt omnis actus,per quem transfertur dominium.reſp.25,n.2.f.122.

Alienatio,verbum eſt æquiuocum, ſiuè analogum,multa ſignificans.n 3.

In propria verò ſignificatione translationem dominÿ importat.

Præſertim in materia odioſa,& ſtatutaria. num.4.

Sicuti in terminis extrauag. ambitioſa Pauli II.nu.5.

Siue dominium trãſferatur vtile,ſiuè directũ. num. 6.

Alienatio tunc dicitur, cùm res à dominio,poteſtate,& nomine exit habentis illam.num.12. f. 123.

Et patrimonÿ diminutio eſt,atq; diſtractio. num.13.

Alienationis naturam ſapit cùm ius in re conſtituitur alteri.n.15.

Alienatio omnium bonorum ab eo facta, qui ſciebat ſe creditores habere,in eorum fraudem facta cenſetur.reſp.34.n.14 f.188.

Alienatio emphyteuticæ rei certa redditur ex inſtrumento alienationis,nec reſeruato aſſenſu Domini,& traditione poſſeſſionis.reſp.85. n.17 f.473.

Alienatio in potentiorem lite pendente ex ſacris quoq; canonibus prohibetur.reſponſ.93.n.9. fol.512.

Atq; per legitimas ſanctiones.

Quia in fraudem facta videtur,atq; per calliditatem,& verſutiam n.10.

Dat proindè in pœnas alienans n.12.

Et alienatio nulla redditur.n.13.

Ratio redditur.n.14. & 15.

Alienationis bonorum Eccleſiæ nullitatis quærelam nullus niſi Eccleſia ipſa dicere poteſt. reſp.58.n.62.f 327.

Alienationis nomine quid comprehendatur? num.65.

Etiam vſucapionem.nu. 66.

Et qui non vtendo,amittit ſeruitutem. n. 71.

Alienationis nomine rerum Eccleſiæ ſatis laxè Sacri Canones vtuntur.n.67.

Comprehenditur etiam hypotheca n 69.

Et omnis modus,per quem Eccleſia bonis ſpoliatur. n 70.

Alienare res Eccleſiæ eſt omnibus prohibitum. Sacrorum Canonum cenſura,reſponſ.58. nu. 32 fol.325.

Atq; etiam per leges Iuſtiniani n.76.

Nè Eccleſia Dei ad nihilum redigatur. n.33.

Nec etiam diſmembraretur.n.34.

Nè Eccleſiæ depauperentur. n.35.

Quia ad Diuinam Religionem ordinata ſũt. num. 77.

Alienationis eſt ſpecies, bona Eccleſiæ ab emphyteuta,qui ea deſtruxit,recipere. n.36.

Quia diſmembrationi æquiparatur.

In alienatione duo requiruntur, vt iure fiat; neceſſitas,& vtilitas.n.49.

Et copulatim requiruntur.n. 50.

Alioquin nulla eſt alienatio. numer.51. & nu. 74.

Alienatum non dicitur, quod in noſtro adhùc manet dominio reſp.25.n.9 f.123.

Et quod in dominio adhuc Eccleſiæ detinetur.num.11.

Alimenta

Alimenta ad vitam relicta, perpetuò debentur, donec vixerit.reſp.15.n.54.f.84.

Præſertim ſi annua ſit relicta præſtatio.

Alimenta ad perſonæ qualitatem, & conſuetorum quantitatem dantur. reſponſ.49. nu.2. fol.278.

Nec temerè illa taxanda.

Quia non viuitur vento n.3.

Pupillis pro modo facultatũ conſtituuntur. n.4.f.279.

In dubio verò id, quod conſuetũ eſt,decerni debet. n.5.

Quod ſi prætereatur, fit iniuria ei,cui debetur.n.8.

Ideò in his ſeruanda conſuetudo.n.13.

Mo-

Digitized by Google

I N D E X

Moderationis tamen, & neceſſitatis ratio habebitur.n.24.
Alimenta qui negat, necare dicitur, numer.27. f.280.
Et qui non paſcit, occidit.
Qui verò alimenta defraudat, homo ſanguinis eſt.n.28.
Et qui poteſt dare, nec dat, alimenta ſubtrahit.n.29.
Facitq; contra præceptum ſecundæ Tabulæ. Non occides.
Alimentorum legatum non multiplicatur. reſp. 8.n.48.f.48.
Et text. expenditur in l.libertis, quos. 15.ff.de aliment.& cibar.legat.
Quia plures ſtomachos nemo habet.
Alimentis in taxandis perpendi debet, quod neceſſarium eſt ad vitam humanam tranſigendam.reſp.49.n.18 f.280.
Attenta perſonarum qualitate, & facultatũ quantitate. n.20.
Vt qui alendi ſunt commodè ſubſtentari valeant. n.22.

Alphonſus

Dom Alphonſus Cappellettus *Neapoli Nunciaturæ* Auditor *celebratur. reſponſ.*28. *nu.*74. *fol.*142.

Altare

Altari qui ſeruit, de altari vt viuat, iuſtum, ſanctumq. eſt.reſp.15.num.45.f.83.& reſp. 99.num.60.f.558.
Non enim decet, os boui trituranti alligari. nu.61.

Alter

Alteri per alterum, ſine facto proprio, iniqua conditio non infertur.reſp.8.n.7.f.45.& reſp. 61.n.13.f.344.

Alternatiua

Alternatiuæ vnam tantummodò partem exiſtere ſatis eſt in alternatiuis. reſp.14.n.1 f 74.
In alternatiuis electio eſt eius, cuius fauore adiecta, ac præſertim debitoris. reſp.26.n.38. fol.129.
In alternatiuis ſat erit vnam ex alternatis partibus impleri.reſp.45.n.34 f 260.
Siue affirmatiuè, ſiuè negatiuè propoſitio feratur.n.45.
Alternatiua vnam partem ſatis eſt impleri, reſp.59.n.52.f.334.
Secùs ſi vna earum ſit reſtricta ad certum modum.n.56.

Alternis

Alternis vicibus vocati, vicem ſuam quiſq. implere debebit.reſp.35 n.3.f. 92.

Ambigua

Ambiguo, dubioq; in facto id commodiſſimè accipiendum, vt res valeat, non pereat.reſp.8. n.14.f 45.

Amor

Amor vnus ex tribus, quæ modum non habent. reſp.41.n.8.f.230.& n.22.
Nec moras patitur, n.22.f.232.
Nec finem habere dicitur.n.23.
Nec conſilium habet.n.24.
Amor maximum condimentum rerum. reſp 94 n.49 f 522.
Facitq; etiam fel dulce.
Amori nihil ſatis. reſp.94 n.22.f.188.
Et qui impensè amant, impensè donant.
Præcipuè autem ſenes.
Amor cur cæcus? n.26.
Et in furorem vertit hominem.
Delirumq; eum facit.
Amatoris ſcema, & vita. ex Plutarcho.reſp.94 n.13 f.519.

S.Andræas

S.Andræas Apoſtolus Crucem quomodò ſalutarit, mox in illa figendus, cùm à longè eam aſpexiſſet.reſp.40 n.34 f 225.

Angelus

Angelis quòd fuit ruina, hoc hominibus eſt mors.reſp.13.n.38 f 70.

Anima

Anima rationalis, & caro vnus eſt homo. reſp. 1.n.12 f.3.
Sic Deus, & homo vnus eſt Chriſtus.& reſp. 40.n.45 f 226.
Anima cunctis terrenis præferenda. reſp.15 nu. 72.f.86.
Quia pretioſior illis eſt.n.73.
Animam proindè curare ſuam quiſq; debet & reſp.92.n.54 f 509.
Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, nec filius patris iniquitatem portabit, nec filij pater.reſponſ.44.n.38 f.253.
Anima rationalis eſt vna, licet habeat tres potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem.r ſp.96.n.26 f.534.
Quæ ſola, & per ſe eſſentialitèr eſt forma corporis humani.
Animę de ſalute certitudo haberi non poteſt. reſp.2.n.52 f.10.
Niſi per Dei reuelationem.
Poteſt tamen per ſigna id coniecturari.
Inter quæ agnoſcitur deuotio ergà Virginẽ Mariam.n.53.
Animæ de ſalute vbi agitur, abundantiùs eſt agendum.reſp.15.n.94 f.87.& reſp.45.nu.38. f.260.& n.40.
Animę pro fauore iudicium ſemper eſſe debet. reſp.32 n.29.f.161.
Nec anima fauor eſt. ſi fama denigretur defuncti teſtatoris.n.30.
Animam ſuam ſaluare qui vult, poſt tergum reſpicere non debet.reſp.89 n.2 f.488.
Alioquin non aptus redditur Regno Dei.
Animę defunctorum quatuor modis ſoluuntur. reſp.13.n.8.f.67.
Animarum cura Epiſcopis demandata, reſp.49. n.46.f.281.
Multòq. magis temporalium.num.47.f.282.
Cùm illę pretioſiores ſint.
Pro illis rationem reddere tenentur.n.48.
Omnibus rebus anteponendæ.n.49.
Animas Chriſtus ſuo ſanguine redemit, pretio magno.reſp.98.n.37 f.550.

Animus

I N D E X

Animus

Animus humanus videre rectum non poteſt, paſſionum fluctibus impulſus. reſp. 9. num. 4. fol. 51.
Paſſiones proindè pellendæ.
Et quatuor modis humanum peruertitur iudicium.
Animus & verbis fit palàm, & factis. reſp. 31. n. 30. f. 154.
Factis autem meliùs. n. 32.
Animus doloſæ machinationis ex modo pateſit diſponendi. reſp. 93. n. 45. f. 515.
Animi internus ſenſus ex verbis pateſit. reſp. 41. n. 15. f. 231.
Animi motus vultus detegit. reſponſ. 64. nu. 55. fol. 368.

Annibal

D. Annibal Ferrettus V. I. D. celebratur. reſp. 42. n. 41. f. 239.

Anniuerſaria

Anniuerſaria propter quam cauſam Eccleſia inſtituit. reſp. 59. n. 26. f. 332.
Anniuerſaria celebrat Eccleſia Sancta Mater, etiam poſt centum annos. reſponſ. 97. nu. 23. fol. 542.

Annus

Annus certus, certuſq; annorum numerus à Cõſtitutione aliqua exquiſitus, de anno completo exauditur per tercētos ſexaginta quinque dies. reſp. 46. n. 18. f. 265.
Annus naturalis numeratur tercentis ſexaginta quinque diebus. num. 19. & 21.
Præſertim verò in odioſis. n. 22.
Vel ſi annus per accuſatiuum caſum, ſiuè in plurali referatur. n. 23.
Vel de fauore agatur publico. n. 24.
Vtputà de præficiendis ad Dignitates, & Curatæ.
Ratio redditur. n. 25.
Annus legitimus nouitiatus quando incipere dicatur. reſp. 51. n. 28. f. 192.
Non contemnenda perpenſio. & num. 46. & 48.
Et debet eſſe integer. n. 50.
Cum habitus geſtatione.
Annorum numerus à Conſtitutione præfinitus, vt probatus quis ad dignitates aſſumatur, debet eſſe completus. reſp 46. n. 9. f. 264.
Quia eſt fauor publicus, vt magis probati præficiantur.
Vndè tempus omninò completum eſſe debebit. num. 12.
Præſertim verò ſi Conſtitutio per verba negatiua loquatur. n. 13.

Antecedens

Antecedens qui vult, & conſequens velle videtur. reſp. 15. n. 46. f. 83.
Præſertim in ijs, quæ ab abſoluta pendent diſponentis voluntate. n. 48.

Ante tempus

Ante tempus petere creditor non poteſt. reſp. 62. n. 22. f. 353.
Si præſertim ſub conditione eidem debeatur.
Quia incertum eſt, an exeat conditio.
Et qui ante diem agit, malè agit. n. 23.
Quin iniquè agit. n. 52.
Quia interim exploratum non eſt, an debeatur.

Antianitas

Antianitatis prærogatiua à die ſuſcepti habitus currit. reſp. 3. n. 11. f. 15.
Antianitatis nomen hoc ſignificat, priorem eſſe in Ordine, vel Religione. n. 12.

Antiquum tempus

Antiquum tempus dicitur, quod annorum centum metas excedit reſp. 71. n. 15. f. 401.

Antonius

Antonius ab Alexandro Iure Conſultus Neapolitanus celebratur. reſponſ. 9. num. 84. fol. 57.
D. Antonius de Petio Archiepiſcopus Surrentinus celebratur. reſp. 38. n. 39. f. 214.

Anus

Anus cùm ſaltat, morti delicias facit. Comici dictum. reſp. 10. n. 1. f. 59.

Apocha Banci

Apocha Banci licèt probet ſolutionem, non tamen probat inſtrumentum, ad quod ſe refert. reſp. 79. n. 29. f. 444.
Niſi de illo appareat.

Apologus

Apologus Gabriæ. de Aſino, Deæ argenteum ſimulacrum deferente, in ſuperbiam elato. reſp. 38. n. 3. f. 211.
Quo pacto admonitus fuit.
Tropologicè exprimitur. n. 4.

Appellatio

Appellatio non datur à decreto. eſſe inſtituendum à Fundatore vocatum, quòad effectum ſuſpenſiuum. reſp. 20. n. 1. f. 100.
Modò tamen per viam diffinitiuæ ſententiæ non proferatur.
Quia poſſeſſio illa eſt, quid facti, & conſecutiua inſtitutionis. ſecundùm Lambertinũ. num. 2.
Et agitur iudicio ſummariſſimo pro executione voluntatis teſtatoris. n. 3.
Atq; potiſſimùm, nè diutiùs Eccleſias vacare cõtingat, cum maximo animarum fidelium in Purgatorio purgantium damno. n. 4.
Neq; interim beneficiorum bona dilapidentur. n. 5.
Præſertim ſi de iuſta appellatione appareat. n. 6. f. 101.
Vel ſi non formitèr appelletur. n. 7.
Appellatio interponi debet coràm Iudice à quo. num. 7. f. 101.
Et exponi cauſæ, propter quas appellatur, ſi decretum interlocutorium fuerit. n. 8.
Neq; ſufficit appellationis cedulã corã Notario dimittere, niſi corã Iudice appelletur. n. 9.
Appellatio non datur à Iudice exequente voluntatem legis, vel ſtatuti, vel teſtatoris. num. 16. fol. 101.
Modò tamen non excedat. n. 28.
Quia merus dicitur exequutor.

Cccc Neq;

I N D E X

Neq; ipſe grauat, ſed lex exequitur.

Appellatio eſt ad maiorem Iudicem prouocatio ratione grauaminis illati, vel inferendi. reſp. 36. n. 9 f. 198.

Appellatio coram Iudice à quo interponenda eſt. non coram ad quem. reſponſ. 95. num. 27. fol. 529.

Nequè admittitur, ſi ſola appellationis cedula coràm Notario Actuario dimittatur. num. 28.

Nec ſufficit appellare voce, niſi in ſcriptis appelletur. n. 30.

Niſi in continenti appelletur n. 31.

Appellaſſe, qui dicit, & appellaſſe, & ritè appellaſſe oſtendere debet. n. 32.

Ratio n. 36.

Debet tamen docere, qui aſſerit, cenſurarum metu feciſſe. n. 37.

Præſertim ſi ex actis ſpontanea appareat renunciatio. n. 38.

Appellationem non remouet Sacrum Concilium Tridentinum à diffinitiua, ſeù à vim diffinitiuæ habente. reſp. 28 n. 29 f. 138.

Vel ſi quoq. grauamen ſit à diffinitiua irreparabile. n. 30. f. 139.

Quod eſt etiam conforme antiquis canonibus. n 36.

Et declarauit Sacra Congregatio. n. 37.

Et ſi dubitetur, vel timeatur ſi reparari à diffinitiua grauamen poſſit. n 8

Vel cum difficultate ei occurri.

Vel vbicunquè eſt notorium grauamen. num. 39.

Appellatione deſerta perindè ſe habet negotium, ac ſi appellatum non fuiſſet. reſponſ. 95. n. 20. fol. 528

Appellationi renunciare, vel non appellare idem. n. 21.

Et cauſa iàm completa dicitur. n. 26.

Non appellare, & minus legitimè appellare, paria æſtimantur. n. 29.

Appellationis deſertio in dubio præſumitur. num. 33.

Et contra eam magis pronunciandum.

Secùs tamen ſi de ea ex actis appareat. n. 34.

Vndè nec cauſat attentata.

Vel ſi poſt appellationem, ipſi in cauſa procedi inſtetere. n. 39.

Vel paſſi ſunt. nàm recedere videntur. n. 40.

Appellans in ipſo iudicij veſtibulo, proteſtare videtur, ſe nolle ampliùs in iudicio comparere. reſp. 51. n. 55 f. 295.

Appellare qui deſtitit intrà ſtatuta tempora, ipſe ſuo facto iudicatum confirmat. reſp. 95. nu. 23. f. 529.

Quia videtur conſentire. num. 24.

Vel ſi appellationem deſeruit.

Appetens

Appetentes primos accubitus, vt dent locum maioribus, iurè carpuntur, ex Domini ſententia. reſp. 67. n. 25 f. 386.

Arbitrium

Arbitrium, ſi optimum exquiſitum, non quodcunq; arbitrari poterit, reſponſ. 59. num. 13. fol. 331.

Sed quod optimum dumtaxàt. & num. 15. & 19.

Quia regulatiſſimum arbitrium dimiſſum videtur. n. 21.

Et viro optimo, nedùm bono.

Arbitrium (ſi tibi videbitur, &c.) *vt bono viro dimiſſum videtur. n. 14.*

Nec aliter arbitrari poterit.

Arbitrium Iudicis præiudicio ſine tertij eſſe debet. reſp. 61. num. 29 f 345.

Arbitrium regulatum quod nàm dicatur. reſp. 64. n. 49. f. 367.

Arbitrium ratione regitur, non voluntate.

Illicitum verò moderandum n. 50.

Iuriſq. rigorem temperat. n. 59.

Quia regulatum eſſe oportet. n. 60.

Nè præſertim ius ladat alterius.

Arbitrio remittitur Ordinarij iudicium, an defectus corporis naturalis ſit talis, quo debeat quis à ſacris operandis remoueri. reſp. 22. nu. 11. fol 115.

Quod fieri debet perpenſis omnibus circumſtantijs n. 12. & 13.

Arbitrarijs in rebus nemo damnandus, quòd hoc magis, quam illud arbitratus fuerit. reſp. 59. n. 12 f. 331. & num. 51.

Quia ex iuſta cauſa moueri potuit.

Declaratur n. 54.

Arena

Arenam ſuprà ædificans, imprudenti ſe gerit conſilio. reſp. 10. n 8. f. 59.

Nam corruet ædificium.

Vt ſtulto comparetur viro.

Argumentum

Argumentum à ſimili non improbatur. reſp. 4. n. 12. f. 22.

Omnimoda tamen exquiritur ſimilitudo inter ea, & inter quæ ſimilitudo arguitur. n. 13. fol. 23.

Alioquin vel minima quæq. diſſimilitudo illud deturbabit. nu. 14.

Nec admittitur in odioſis, & pœnalibus. nu. 15.

Vel vbi certa, & determinata iuris eſt diſpoſitio. nu. 18.

Vel in materia agatur priuationis. num. 19.

Etiam ſtante identitate rationis, & materia eſſet aliàs extendibilis. n 20

Argumentum à poſteriori non ſemper firmum. reſp. 15. n. 88. f. 87.

Argumentum negatiuum ab authoritate Doctoris non ſtringit. reſponſ. 21. num. 40. fol. 107.

Neq. etiam ſubſiſtit. n. 41.

Argumentum vitio notatur à præmiſſa negatiua ad conſequentiam affirmatiuam n. 45.

Argumentum à feudo ad ius patronatus, quòad ordinem ſuccedendi firmum. reſponſ. 27. num. 14. f. 133.

Argu-

Digitized by Google

I N D E X

Argumentum à nomine licitè, iurèq. ducitur, & ab eo argumentari licet. reſponſ.29.num.11. fol.145.

Argumentum de ſpecie ad genus, optimum. reſp. 32.num.39.f.161.

Non aquè è contrà. n.40.

Affirmatiuè præſertim.

Argumenti fallacia, quæ dicitur conſequentis, eſt argumentari à terminis non conuertibilibus.n.43.

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, quod inductio nuncupatur, vili habendum non eſt.reſp.33.n.33.f.170.

Argumentum ex vi nominis petitum, efficax. reſp.34.n.35.f.189.

Argumentum à conſuetis tenet. reſp.36.nu.35. fol.201.

Nequè enim inſolitum, & nouum hoc eſt fieri.

Igitur permittendum.

Argumentum, quæ inductio dicitur, ſiuè à ſufficienti partium enumeratione, optimum. reſp. 43.num.61.fol.247.reſponſ. 51. num. 39.fol. 293.& reſponſ.79. num.13.fol.443.

Quod negatiuè quoq; procedit.

Argumentum de minori ad maius ritè procedit. reſp.47.num.27.f.270.

Præſertim negatiuè.

Et à ſolitis, & conſuetis validum eſt argumentum.num.28.

Argumentum à contrario ſenſu non rectè ſemper ducitur.reſp.54.num.22.f.307.

Quia coniectura quædam eſt.

Non expreſſa deciſio.

Nec locum habet, ſi contrarium ſtatutum iurè inueniatur.n.23.

Argumentum à poſteriori, hoc eſt ab effectu, validum.reſponſ.59.num.29.fol.325.reſpon. 76.num.27.fol.425. & reſponſ.79.num.25. fol.444.

Argumentum ex coniecturis iurè ducitur, atq; firmum eſt.reſp 66.nu.24.f.379.

Argumentum à titulorum diſtinctione procedit.reſp.78.n.18.f.437.

Sicuti à diuerſitate nominum.n.19.

Quia natura diuerſa ſunt.n.20.

Argumentum à conſuetudine patriſfamilias, vel Notariorum, validum. reſponſ.79. n.28. fol.444.

Argumentum, Dilemma, quod cornutum appellatur.reſp.92.n.36 f.508.

Quia vtrinq; cornibus fuerit. efficax ſatis eſt.

Articulus

Articulos eſſe calumnioſos iudicare, ab arbitrio pendet Iudicis. reſp.21. in 2.dec.Coccini n.3. fol. 113.

Et ex quibus calumnioſos eſſe iudicari poſſit.

Articulorũ releuantia eliditur ex probationibus teſtium in contrarium.n.6.

Concurrente etiam aſſiſtentia iuris communis.

Vel Conſtitutionum ſynodalium.

Vel ſi poſt didicita teſtificata offerantur. num.7.

Aſcanius

Aſcanius Turaminus fuit Auditor Nunciaturæ Apoſtolicæ Neapoli, nũc Epiſcopus Roſſeti. reſp.41.n.59.f.235.

Aſina

Aſinam alligatam iuſſit Ieſus per Apoſtolos ſolui, & ad ſe adduci. reſponſ.98. num.46. fol.550.

Aſſenſus

Aſſenſus Apoſtolici reſeruatio in renunciatione beneficij ad fauorem collitigantis, refectis expenſis, omnem tollit ſimoniæ labem. reſp. 44. n.38.f.252.

Atq; ſimoniæ ſuſpitionem.

Et conditionalis renunciatio dicitur.n.39.

Aſſenſu Apoſtolico non accedente nullum eſt, quod ſub eius ſpe inter partes conuentum eſt. reſp.37.n.26.f.206.

Præſertim ſi aſſenſus pro forma requiratur. num.27.

Aſſerens

Aſſerens probare debet quod aſſerit. reſponſ.10. n.35.f.61.

Aſſiſtentia

Aſſiſtentia ſola iuris ſine poſſeſſione non ſufficit ad manutenendum. reſp.7.n.53.f.42.

Aſſiſtere quid? eiuſq; acceptiones. reſp.21. n.2. fol.104.

Aſſiſtere homicidio patrando qui dicantur? num.3.

S. Athanaſius

S.Athanaſius ab immortalitate nomen accepit. reſp.40.n.46.f.226.

Attentata

Attentata non dantur appellatione prohibita. reſponſ.20.n.20.f.102.

Attentare non dicitur, qui ſuam continuat poſſeſſionem.reſp.51.n.14.f.291.

Libertatiſq; præſertim.

Attentare eſt contra ius, faſq; atq; in alterius præiudiciũ priuata authoritate tentare.reſp. 52.num.34.fol.300.

Auaritia

Auaritia, & ambitio duo ſunt, quæ hominum vitam curis exercent, atq; bello fatigant.reſp. 71.num.2.f.399.

Diciturq; Auaritia: Opum furioſa libido.

Neq; opibus mentes hominum, curæq; leuantur.num.3.fol.400.

Maximum hominibus malum. ex Menandro.

Atq. vitiorum mater. ex Claudiano. nu.23.

Cuius eſt nutrix ambitio.

Auaritiam malorum omnium radicem appellauit Apoſtolus. reſponſ.66.num.3.fol.377.

Vitiorum Metropolim, Bion.num.4.

Cum annis creſcit, n.5.

Ipſa ergò malorum omnium cauſa. num.6.

Abominanda propterea peſtis.num.7.

INDEX

Audientia

Audientia denegatur ob non editionem ſcripturarum, quæ occupatę præſumuntur ab illum petente.reſp.01.in Rotæ dec.num.22 fol.349.

S.Auguſtinus

S. Auguſtinus Chriſtianæ eloquentiæ parens. reſponſ.6.num.1.fol 30.

Magnus Chriſtianæ eloquentiæ Cicero. reſponſ.43.num.48.fol.245.

Auia

Auia tenetur relinquere nepotibus ex filia quæ natura, legiſq; cenſura eis constituta ſunt. reſponſ.32.num.64.fol.163.

Aurum

Auro, & argento confidunt homines. reſp.85. num.5 fol.471.

Nec eſt finis acquiſitionis eorum.

Veriem ad Inferos deſcendunt.

Venenum in auro bibitur.num.7.

Author

Author iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ, eiuſq; correptioni omnia ſua committit.reſponſ.1. num 46 fol.5.

Author in Epiſcopatu Auerſano Epiſcopi vices geſſit.reſponſ.21.num.70 fol.109.

Author conciliat ſe ipſum cum his, quæ hic, & alibi dixit.reſponſ.80.num.31 fol.451.

B

Bellum

B*ELLI euentus varius eſt.ex Dauide. reſp. 62.num.25.fol.353.Ergò incertus.*

Benefacere

Benefacere alteri nemo cogi poteſt.reſponſ.100. num.18 fol 563.

Poteſt tamen prohiberi, nè noceat.

Beneficium

Beneficium, & penſio vti diuerſa habentur, atq; à ſe inuicem diſtincta reſp.83.n.16.fol.483.

Ratio eſt: Quia per beneficium quis intitulatur Eccleſiæ, eiq; obligatur; etiam ad reſidentiam.num.17.

Non verò per penſionem.

Beneficium non ſufficiens, beneficium non æſtimatur reſp.99. num.32.fol 556.

Quoad incompatibilitatem ſcilicèt.

Et propter Miniſtros ſunt, nō cōtrà. & n.41.

Beneficium vnum inſufficiens obtinens poteſt aliud ſufficiens ſimplex obtinere.num.38.

Stante præſertim Epiſcoporum conſuetudine illa conferendi.num.46.

Beneficij natura eſt, vt ſit perpetuum. reſponſ. 64.num.68.fol.369.

Ratio redditur.n 69.

Beneficium iuris patronatus laicorum erectum cum qualitate, vt ſit ad nutum amouibilis Rector, poterit ille ex libera voluntate remoueri. num.71.

Beneficio vacante ius aperitur patronis ad præſentandum.reſpon.5.num.6.fol.26.

Et Epiſcopo ad præſentatum inſtituēdum. & num.30.fol.28.

Per quantulamcunq; moram beneficium vacet.num 7.

Iure igitur vel collatio, vel inſtitutio procedit.num.8.

Beneficio translato, ſiuè Capella, omnia emolumenta, ſiue etiam onera translata quoque ſunt.reſponſ.73.num.50.fol.413.

Beneficia plura obtinēs diuerſis in Diœceſibus, ab vnoquoq; Epiſcoporum illorum promoueri ad ordines, ſiuè minores, ſiuè ſacros poterit.reſponſ.4 n.6.f.22.& n.12.f.23.

Quàmuis beneficium ſit ſimplex, nec requirit reſidentiam.num.7.

Et quàmuis tenue num.8.

Quia titulus attenditur, non reddituum quantitas.num.10.

Beneficia vacant per profeſſionem in Religione ex approbatis emiſſam. reſponſ.5. nu.1.f.25.

Beneficia non niſi magnis laboribus acquiruntur num.16 fol.27.

Beneficij natura eſt, vt perpetuum ſit.nu.17.

Vita videlicet perdurante beneficiarij.

Beneficium vacat morte beneficiarij. nu.20. fol.28.

Eodem modo morte ciuili per profeſſionem in Religione. num.30.fol.29.

Beneficia Principum ſunt interpretanda largiſſimè reſp.45. num.57.fol.261.

Beneficia Oblatorum, ſeù Donatorum alicuius Religionis interim non vacant. reſponſ. 56. num.9.fol.316.

Sed illa iurè retinent.

Probatur etiam ex decreto Sacri Tridentini Concilij.num.10.

Neq; ratio vlla eſt, neq; text. qui contrarium dicat num.18.

Sicut etiam beneficia, quæ obtinet Nouitius, non vacant, niſi emiſſa profeſſione.

Beneficia Eccleſiaſtica in perpetuum conferuntur.reſp.56.num.15.fol 317.

Donec vita firma erit beneficiarij.

Neq; poteſt obtinens illis priuari abſq. graui culpa. num.16.

Ratio affertur.num.17.

Quarè verò vacent per profeſſionem in Religione ex approbatis emiſſam.

Ratio affertur.n.19.& 20.21.& 22.

Beneficia Eccleſiaſtica, ſingula ſingulis diſtribuenda.reſp.57.n.3.fol.319.

Quòd ſi ad vitam ſubſtentandam ſufficiens non ſit.

Poteſt ei aliud ſimplex ſufficiens conferri, ex Sacro Tridentino.

Beneficia omnia de iure compatibilia præſumuntur.num.9.fol.320.

Qui incompatibilia dixerit, probare tenebitur. num.10.

Beneficia, quæ ſub eodem tecto ſunt, quàmuis difformia, incompatibilia æſtimantur. num. 11.fol.320.

Limita in beneficijs de iure patronatus laicorum.num.12.

Ratio

Digitized by Google

Ratio aſſertur ex verbis Sacri Concilij Tridentini. & n. 17.
Et ita declarauit Sacra Congregatio. nu. 14.
Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare in duobus difformibus ſub eodem tecto, ſi inſufficientia fuerint. n. 15.
Verùm aliqui aſſerunt, poſſe retineri. Vt Parochialis cum ſimplici, ſi diſſormia ſint. num. 16.
Et inſufficientia, etiam ſine diſpenſatione. & num. 17.
Quia nullum ius hoc diſponit. n. 18.
Beneficia cùm vacant, omnes currunt, vt habeant. reſp. 66. n. 14. fol. 377.
Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debent. reſp. 83. n. 30. f. 464.
Beneficia ad fauorem reſignata alterius. etiam in manibus Papæ, publicari debent intra ſex menſes, ſi beneficium eſt citrà Montes. reſp. 86. n. 5. f. 476.
Intrà nouem ſi vltrà Montes à die datæ conceſſionis. ex Conſtitutione Gregorij XIII.
Modusq; præſcribitur illas faciendi. n. 6.
Alioquin non ſeruata forma, nec factis publicationibus, beneficia vacant. n. 7.
Beneficia regularia regularibus, & ſecularia ſecularibus danda. reſp. 89. n. 14. fol. 489.
Quæ regula Generalis eſt. & n. 28. & 31.
Extenditurq; etiam ad penſionem. n. 15.
Beneficia ſecularia præſumuntur, ni regularia probentur. n. 33. f. 491.
Beneficium proinde impetrans non facta memoria, regulare, vel ſeculare illud eſſe, impetratio ſubreptitia redditur. n. 34.
Beneficium impediens Clerico ſeculari, dans illud regulari, peccat. n. 47. f. 492.
Et ad reſtitutionem tenetur.
Beneficiorum fructus ſi triginta ducatorum auri de Camera valorem annuum non exceſſerint. ex Pij V. Conſtitutione ſub ſpolio non comprehenduntur. reſp. 99. n. 23. fol. 555. & nu. 52.
Beneficiorum multiplicitas ex Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino improbatur. n. 24.
Eaq; obtinens non facit fructus ſuos.
Quod exaudi ex decreto Sacri Tridentini Concilij. n. 30.
Pluralitatemq; ipſam retinere voluit Sacrũ Concilium. n. 37.
Beneficia, vel collatione, vel inſtitutione habentur. n. 27.
Et per Bullas probantur.
Beneficijs obſtringitur quiſquis illa recipit, ad antidora ſaltim. reſponſ. 32. n. 45. f. 162.
Et locupletior gratijs fieri dicitur.

Beneficiarius.

Beneficiarius ex beneficij fructibus vixiſſe præſumitur. reſp. 33. in informatione Paſcutij. n. 6. f. 174.
Bonaq; patrimonialia conſeruaſſe. n. 21. in alleg. Tuſchi f. 176.
Nec eſt veriſimile, patrimonialia diſſipare, & beneficij fructus conſeruare. n. 7.
Quod ſi faceret, reprehenſione eſſet dignus. num. 8.
Beneficiarius, ſicut etiam Epiſcopus non eſt dominus bonorum Eccleſiæ. reſponſ. 58. nu. 38. fol. 325.
Sed adminiſtrator.
Sed defenſor.
Meliora proindè proſpicere poterit. n. 39.
Non deteriora.
Et quæ, non ſit dubium, profutura.
Alioquin irrita ſunt, quæ agit. n. 40.
Et maleficiarius magis dicitur. n. 42.
Qui in bonorum Eccleſiæ deſtructionem conſentit.
Vndè peccat. n. 48.
Nec poteſt conſenſum præſtare in damnum Eccleſiæ. n. 56.
Vel ſucceſſorum.
Neq. damnorum refectionem bonorum Eccleſiæ remittere poteſt Beneficiarius. nu. 60.
Poteſt tamen emphyteuſis caducitatem remittere. n. 61.
Conſentire verò in totius damnum, & deſtructionem non poteſt. n. 63.
Nec poteſt alienare. Neq; in longum tempus locare.
Beneficiarius, quaſi contrahere videtur cum penſionario, beneficium acceptans, de ſoluendo penſionem. reſp. 68 n. 19. f. 390.
Hinc perſonalis etiam oritur actio.
Beneficiarius, quòd parcè viuendo, ſuumq; defraudans genium, ſibi reliquauerit, ſibi acquirit, & proprium efficitur patrimonium. reſp. 99. n. 53. f. 558.
Neq; ſub ſpolio comprehenditur.
Vt poſſit etiam de illo teſtari.
Ratio aſſertur ex Nauarro. n. 54. & ex Azorio. n. 56. & ex Leſſio. n. 58.
Quod extenditur etiam ad Regulares. nu. 55.
Et Garſiæ ſententia in hoc reprehenditur. num. 57.
Beneficiarius poteſt ex fructibus beneficij viuere, ac patrimonium, quamuis amplum, ſibi reſeruare, illudq; augere. reſponſ. 99. num. 59. fol. 558.
Et in hoc Redoani carpitur ſententia.
Beneficiarius quandiu viuit, vſufructuario comparatur, & fructuum dominus eſt. n. 64.
Vndè poteſt eos donare.
Et de eis teſtari poteſt. n. 65.
Potiſſimùm nunc temporis, cùm Diœceſes cum Camera Apoſtolica compoſitionem inierint, & ſpolium ſoluant.
Ratio redditur. n. 66.
Secùs tamen eſt quoàd Epiſcopos. n. 67.
Beneficiarij ſemel intitulati, ſine cauſa amoueri ampliùs non poſſunt. reſp. 5. nu. 18 f. 27.
Beneficiarius per renunciationem, & titulũ, & poſſeſſionem à ſe abdicat. n. 19.
Beneficiarij, Epiſcopiquè de bonis Eccleſiæ teſtari non poſſunt. reſponſ. 33. n. 12. in reſolut. Dianæ f. 179.

I N D E X

Bigamia

Bigamia tollit priuilegia Clericalia.reſponſ.76. num.38 f.426.
Exercitium ſcilicèt Clericatus.
Non tamen characterem.

Bigamus interpretatiuus dicitur, eum vidua matrimonium contrahens,& irregularis efficitur.reſponſ.76.num.25.f.425.

Bona

Bona Epiſcopi,qui è vita exceſſit,importunitatē pati non debēt, pro rebus Eccleſiæ.reſponſ.33. num.17 f.169.
Ratio redditur. n.19.

Bona intelliguntur deducto ære alieno.reſponſ. 92.num.50.f 509.
Dicta, quod beant,& proſunt ijs, quorum ſunt.num.56.Nec dicuntur,quæ plus incommodi,quàm commodi afferunt.num.57.

Bonorum Eccleſiæ,& Clericorum par eſt ratio. reſponſ.7.num.7.f.38.

Bona fides

Bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus idē ius habet,quod Dominus .reſponſ.50.nu. 57. f.288.

Bonum

Bonum nullum,niſi voluntarium . reſponſ.51. num.43.f.293.

Bonum facere deficere nunquàm debemus,tempore enim ſuo metemus bonum facientes.reſponſ.56.num.29.f.317.
Bonum præſumitur quod à bono,animoq; recto factum eſt. num.30.

Bono melius datur.reſponſ.59.num.58.f.334.

Brachium

Brachium impartiri non debet Iudex in ſuæ iuriſdictionis præiudicium. reſponſ.53.nu.4. f.302. Neq; illam negligere.
Ratio redditur.num.5.
Decretum declaratur Sacræ Congregationis. num.36.

Brachium imploratus Iudex, poteſt partem citare ad dicendum contrà. num.11.
Præſertim ſi à non competente Iudice imploretur.num.12.
Atq; brachium denegare, ſi defectus detegatur.num.14.Citationis præſertim. num.22.
Vel ſi modus ſeruatus non fuerit.num.27.

Brachium implorare debet, qui in alieno territorio quenquam citare vult.num.22.f.303. vt præſertim valeat quis cenſuris innodari. num.23.vel ſi exequi mandatum debeat.nu. 28.

Braſida

Braſidæ Lacedemoniorum Ducis fortiſſimi dictum,cùm eum ſorex momordiſſet . reſponſ. 31.num.5.f.152.

C

Cadauer

CAdauera cùm deducuntur ad Eccleſias regularium humanda,Parochus nō poteſt officium facere ſuper illa intrà eorum Eccleſiam.reſponſ.21.n.13.in deciſ.Coccini.f.112.
Et idem eſt in Eccleſijs,Parochialibus non ſubiectis.num.14. Quando verò ſepeliuntur Cōfratres in eorum Oratorio officium ſpectat ad Parochum,intrà cuius limites ſitum eſt Oratorium. num.15.

Cain

Cain toto vitæ ſuæ tēpore tremuit timore mortis. reſponſ.31.num.41.f.155.

Calcaneus

Calcaneo inſidiatur ſerpens Diabolus,quia ſinè inſidias tendit hominis . reſponſ.15. num.12. f.79.& quarè n.13.& 16.

Calumnia

Calumniam inferens in iudicio,peccat. reſponſ. 90.num.33.f 496.

Calumniatores qui.reſponſ.10.num.21.f.60 & qui (non debitum) petunt.n.22.

Calumnioſè in iudicio agens , in expenſis iurè damnatur.reſponſ.10.num.10.f.59.

Camera Apoſtolica

Camera Apoſtolica in locum ſuccedit ſucceſſorum in beneficijs. reſponſ.33.num.3.f.168.
Siuè Epiſcopatibus.
Et ita erit Camera , atquè ex ſucceſſoribus vnus.num.5.Ad eam ſpectat probare,bona remanſa,acquiſita eſſe ex fructibus beneficiorum.num.13.
Vel ſi beneficiarius opulentum obtineat patrimonium.num 14.f.169.
Cameræ agenti ad ſpolium obſtat exceptio notorij non ſui iuris. n.15.
Vndè probare tenetur,quod aſſerit.
Ratio affertur duplex. num.16.& 17.

Camera Apoſtolica, quæ in fructibus iure ſpolij ſuccedit, ipſa penſionem ſoluere tenetur . reſponſ 68.num.6 f.389.
Et æs alienum conflatum, vt ſe beneficiarius aleret . num.7.

Canes

Canū Catulī quò vberius lac ſuxerint,tardiùs lumen recipiunt.reſponſ.32.num.48.f.162.

Canones

Canones ſacri à ſācto Spiritu,eiuſq; inſtinctu , ac dono dictati ſunt.reſponſ 87.nu.37.f.481.
Qui eos proindè negligūt,Spiritum ſanctum contemnunt.

Canonicus

Canonicus eò ipſo, quòd ad Canonicatum aſſumitur,canonicalia acquirit.reſponſ.38.num. 14.f.212.
Inter hæc eſt Stallus in Choro.num.15.
Et præcedentia.
Canonici Collegium diſtinctum à Beneficiarijs, ſiuè Manſionarijs faciunt.num.16.
Etiam priuatiuè quòad eos.
Et Capitulum conſtituunt.num.17.

Canonici Cathedralis,Collegiatarum Eccleſiarum Canonicos præcedunt. reſponſ.38.num. 30.f.213.
Quia ſunt in ſtatu maiori.
Et vnum corpus cum Epiſcopo faciunt.num. 41.f 214.

I N D E X

Canonici Cathedralium Eccleſiarum eligi poſſunt in Iudices Synodales, non verò Collegiatarum. reſponſ.43.num.34.f.244.

Capellanus

Capellanus ſemel in perpetuum electus mutari non poteſt. reſponſ.13.num.19 f.70.

Capellanus reſilire nõ poteſt ab obligatione, qua ſe aſtrinxit ſacris operandi. nu.49.f.71.

Ita neq; ei, qui eum conſtituit, à pactis conuentis reſilire licebit. multoq; minus eius hæredibus. num.54.

Capitale

Capitali relicto. pecunia relicta videtur. reſponſ. 15.num.33 f.82. Nam capitale ſors eſt.

Hæc verò pecunia.

Capitis diminutio

Capitis diminutio quid? reſponſ.60.n.17.f.338.

Capitulum

Capitulum per Canonicos repræſentatur. reſponſ.38.num 8 f.212.

Capitulum Generale Cœleſtinorum, neq; Generalis ipſe diſpenſare poteſt ſuper qualitatibus eligendorum. niſi certo modo. reſponſ.45.nu. 42.f.259.

Qui exprimitur. num.46.

Captatoria diſpoſitio

Captatoria dicitur diſpoſitio vltima, ſi in alterius voluntatem illa committatur. reſponſ.9. num.15.fol.52.

Nulla proindè. num.16.

Captatoria diſpoſitio etiam in militis teſtamento improbatur. num.17.

Captatoria diſpoſitiones eam ob cauſam improbantur, vt turpiſſima. nu.27 f.53. Quia liberam retinent hominis facultatem de rebus ſuis diſponendi. num.28.

Captatoria diſpoſitio non dicitur, in qua nulla cadit captionis ratio num.30 f.53.

Vndè nec improbatur.

Quia eatenus vitiatur, quatènus eſt captatoria. num.31.fol.54.

Cui in pœnam ſuccedit nullitas.

Captatoriæ inſtitutiones quæ dicantur. nu.23. f.53.

Has improbauit Senatuſconſultum Libonianum. num.24. Etiam in militis teſtamento.

Et quam ob cauſam. num.27.

Non verò quæ mutuis affectibus dimanauere iudicia. num.25.

Captare, ex verbi proprietate, quid? n.18.f.52.

Pluribus explicatur.

Et captare, quis à veteribus dicebatur? n.19.

Captare hæreditatem quis dicatur? num.20.

Eſt quaſi per fraudes hæreditatem aucupari. num.21.fol.53.

Capuccini

Capuccini ex Regula bonorum incapàces ſunt. reſponſ.18.num.28.f.95.

Non tamẽ eorum puritati Regulæ repugnat. Si relinquatur in Monaſteriũ conſtruendũ, et ipſi illud incolant. num.29.

Rerum autem omnium nudum tantum facti vſum habent. n.31.

Cardinalis

Cardinalis Eminentiſſimus Bichius fuit Neapoli Nuncius Apoſtolicus. reſponſ.41.num.60. fol.235.

Cardinales S.R.E. Epiſcopi vigore induIti fundatam habent intentionem ſuam conferendi omnia beneficia, etiam in mẽſibus reſeruatis. reſponſ.11.num.7.f.63.

Cardinales ſunt veluti membra, & pars Papatus. reſponſ.33.num.34. in allegat. Lezana. fol.182.

Cum Papa vnum corpus myſticum.

In Congregationibus repræſentant Eccleſiã. num.35.

Cardinales Sacræ Congregationis ſancti Officij ſunt Commiſſarij Papæ, & Inquiſitores. num.36.

Carnalia

Carnalia meti poſſunt ab his, quibus ſpiritualia ſubminiſtrantur. reſponſ.49.num.25.f.280.

Quia dignus eſt operarius cibo ſuo.

Caro

Carnem, & ſanguinem Chriſti comedentes, vnũ cum eo efficiuntur. reſponſ.35.num.7 f 193.

Carnem ſuam nemo vnquam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam. reſponſ.28.n.15.f.138.

S.Carolus

S.Carolo Borromæo Prælati omnes maximopere debitores ſunt reſponſ.25.num.19. f.124.

Ob ſanctos eius mores, & doctrinam.

Et ob exactiſſimi Eccleſiarum regiminis exẽpla.

D. Carolus Carafa modernus Auerſanus Epiſcopus celebratur. reſponſ.48 num.48.f.276.

D. Carolus Carafa ſenior Epiſcopus Auerſanus apud Cæſaream Maieſtatem Nuncius, celebratur. reſponſ.99 num.68.f.559.

F. Carolus Paganus Eques Hieroſolymitanus quamuis Nouitius, vel ſaltim tacitè profeſſus, fuit à M.C.V. ad ſuam Religionem remiſſus, criminis patrati cauſa. reſponſ.80.n.30 f.451.

Caſmate

Caſmate perijt, quod cecidit, interijt, non extat. reſponſ.75.num.40.f.420.

Caſitare dixit Iure conſultus, hoc eſt, frequẽtèr cadere.

Cathedralis Eccleſia

Cathedralis Eccleſia Polinianen. Dignitates, Canonicos, & Manſionarios habet. reſponſ. 38.num.6.f.211.

Ex his nonnulli dumtaxàt portionẽ obtinent.

Cauſa

Cauſa 9. in decreto à Gratiano compilato elucidatur. reſponſ.54.num.1.f.306.

Cauſa limitata limitatum parit effectũ. reſponſ. 7.num.50.f.41.

Quia præteriri limites non poſſunt.

Cauſa efficiens in vltimis voluntatibus ſolus teſtator eſt. reſponſ.9.num.67.f.56.

Et hoc ſolum ſufficit, vt defuncti voluntas ſubſtineatur. num.68.

Cauſa, quæ Deo donatur, nuſquàm deficit. reſponſ.18.num.13.f.94.

Can-

Digitized by Google

I N D E X

Cauſa facti potiùs conſideranda, quàm factum ipſum. reſponſ. 37. num. 51 f. 208.

Cauſa reſeruationis penſionis (vtputà, vt commodius literarum ſtudijs incumbere poſſis) ſi deficit, & reſeruatio quoq; ipſa deficiet. reſponſ. 55. n. 1. f. 310.

Potiſſimùm ſi cauſa finalis fuerit. num. 6.

Cauſa deficiente, qua ad concedendum mouit Principem, & effectus intercipitur. num. 7.

Et conceſſio ipſa facta finem videt, atq; interitum. num. 12.

Cauſa vniuerſalis potiùs attenditur in materia ſolutionis penſionis, quàm ſolutio ipſa particularis. reſponſ. 68. num. 10. f. 389.

Cauſa originaria præſtationis annuæ ſublata, obligatio quoq; ſolutionis ceſſat. reſponſ. 96. n. 39. f. 535.

Cauſa ceſſante effectus retinetur, nec prodit. reſponſ. 33. num. 30. f. 170. reſponſ. 40. num. 70. f. 227. reſponſ. 91. num. 13. f. 500. & reſponſ. 57. num. 35. f. 514.

Cauſa deficiente, ob quam contractum eſt; & conditio indicta, & illa quoq; deficit. reſponſ. 91. num. 11. f. 500.

Cauſidici

Cauſidici, Patroni forenſes, Togati vultures dicuntur reſp. 39. n. 8. f. 214.

Quia vitã, hoc eſt victũ, ex morte extrahunt.

Cautio

Cautio, ſemper extare facere depoſitam pecuniam, videtur. reſponſ. 84. num. 35. fol. 469.

In alterius tamen damnum trahi non debet. num. 36.

Ne per ſolam cautionem alterius fiat conditio deterior. Non enim remedium ſed venenum tunc dicitur. num. 37.

Cedula bancaria

Cedula bancaria ſolutionis annui cenſus, ſi de inſtrumento non appareat conſtitutionis cenſus, ſolutionem tantùm probat, non autem cenſum annuum. reſponſ. 79. num. 48. f. 446.

Præſertim ſi ſe referat ad inſtrumentum, quod non appareat.

Cenſuræ.

Cenſurarum, & irregularitatis pœnæ, non niſi in caſibus à iure expreſſis dandæ ſunt. reſpõſ. 4. num. 29. f. 24.

Cenſus

Cenſus eſt ius exigendi penſionem ex re vtili alterius. reſponſ. 9. num. 81. f. 57.

Penſionem, idest, quotam, vel fructuum, vel pecuniarum, & hic eſſe videtur in hæreditate defuncti, non res, ex quibus percipitur. nu. 83.

Cenſuarius neq; ciuilitèr, nequè naturalitèr rem poſſidet; ſuper qua cenſus impoſitus eſt. n. 82.

Cenſus magis præſumitur, quàm emphyteutica reſponſio, ſiue Canon, in dubio. reſponſ. 71. num. 16 f. 401.

Præſertim verò in perſona priuata. num. 17.

Vel ſi nuſquam appareat, ſolutiones ſub nomine emphyteuticæ canonis factas fuiſſe. n. 18.

Cenſus quid? eius datur definitio. reſp. 79. nu. 33. fol. 445.

Et ex inſtrumento probatur. n. 34.

Cenſus annui conſtitutio per inſtrumentum publicum apparere debet, nõ per nudam Notarij fidem. num. 58. f. 447.

Cenſus annuus ex Pij V. Conſtitutione imponendus erit ſuper re immobili fructifera, certiſq; finibus deſignata. reſpon. 82. num. 4. fol. 458.

Quid verò ſi apparentèr quidèm, non tamen verè ſuper tali re imponatur: erit nè cenſus nullus? n. 5.

Cenſus quid? nu. 9.

Cenſus accidens dicitur, quod ſine ſubiecto eſſe non poteſt. n. 10. f. 459.

Cenſus deperit in totum, vel pro parte, ſi res, ſuper qua impoſitus fuit, in totum, vel pro parte pereat, vel infructuoſa euadat. num. 12. fol. 459.

Quid verò ſi fructus non producat; quia ager non colitur. n. 13.

Vel domus non locetur?

Sufficit tamen, ſi res natura ſua fructifera ſit. num. 14.

Vel ſi Domini malitia res pereat. n. 16.

Cenſus poteſt imponi ſuper re aliena domino volente. reſp. 91. n. 25. f. 501.

Cenſus annuus poteſt imponi ad rationem decem in ſingula cẽtum. ex Bulla Nicolai V. n. 36. f. 502.

Non tamen, vt ſint franca, & immunia ab omni onere.

Atq; proindè lucrum excedat ipſam decimam partem.

Decem ſcilicet in ſingula centum.

Alioquin erit vſurarius contractus, & reprobus. n. 31. & 32.

Cenſus venditor, qui rem ſuppoſitam fraude deſtruxit; tenebitur vel ſuper alia re cenſum ſupponere. reſp. 82. n. 19 f. 460.

Vel acceptas reſtituere pecunias.

Cum damnis, & intereſſe. n. 30. & 32.

Cenſus annui intereunt, ſi fundus, ſuper quo impoſiti fuerint, vel caſmate perierint, vel infructuoſus euaſerit. reſp. 75. num. 39 fol. 420. & num. 44.

Cenſus definitio datur. n. 45.

Cenſus nõ ceſſat ob dilationem debitori datam, ſi res fructus adbùc pariat. n. 46.

Ratio affertur. n. 47.

Certamen

Certamen non admittit excuſationes, ſiue excuſationes, ex Platone. reſp. 47. n. 1 f. 268.

Quarè certare oportet, cùm ad bellum excitamur.

Certum

Certum quod eſt, tenendum, incertum dimittendum. reſp. 92. n. 45 f. 508

Cedi Ceſſio

Cedi non poteſt, quod non eſt. reſp. 30. n. 6. f. 149.

Cedere contra ſe ipſum actiones nemo æſtimatur. num. 8.

I N D E X

Ceſſio extinctis actionibus inutilitèr fit.reſp.30.n.5.f.149.

Quia qui nihil habet, transferre actiones non poteſt.n.6.

Ceſſione ius omne abdicatur à cedente; ſicuti à mortuo. reſp.60.n.14.f.338.

Cedere,& decedere inter ſe differunt. n.23.

Ceſſionarius cedentis iure vtitur. reſp.91.n.46.f.503.Et in cedentis ſubrogatur locum.

Neq; plus iuris obtinet, quàm ipſe habebat cedens. & n.47.

Character.

Character eſt qualitas in anima impreſſa. reſp.76.n.39.f.426.

Atq; propterea indelebilis.

Ratio affertur ex S.Thoma. n.41.

Charitas.

Charitas ordinata à ſe primùm incipit. reſp.53.n.5.f.302.

Charitas,& gratia idem ſunt. reſp.59.num.30.f.333.

Vel ſaltim vna non eſt ſine altera.

Charitas, quæ diuerſa ſunt, vnit.reſp.43.nu.66.f.247.

Eiuſq; virtutes,& effectus numerat Apoſtolus Paulus.n.68.

Charitatis inter opera eſt, errantem ab erroris ſui ſemita reuocare.reſp.2.n.36.f.9.

Charitatis ordo eſt, vt magis ſe quiſquè diligat, quàm alterum.reſp.15.n.85.f.87.

Chriſtus.

Chriſtus Dominus Deus eſt, Deus verus de Deo vero. reſp.1.n.10.f.3.

Verbum Patris, Filius Dei.n.41.f.5.

Chriſtus Dominus noſter eiecit vendentes,& ementes de Templo.reſp.17.n.5.f.91.

Quia domus orationis eſt, nec debet fieri ſpelunca latronum.

Multò minus Sicariorum ſpelunca.n.6.

Chriſtus Dominus nõ rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit.reſp.33.n.58.f.171.

Chriſtus per Crucem principatum obtinuit. reſp.40.n.35.f.225.

Sine Cruce Chriſtus non eſt, ſicuti nec Rex ſine Regno.n.37.& quarè n.38.

Et à Cruce regnauit.

Chriſtus non ſanctus, ſed Sanctus Sanctorum. reſp.40 n.44.f.225.& Dominus.

Et Dominus eſt,& Creator omnium. nu.51.f.226.

Deus de Deo. Subſiſtit ſuppoſito Diuino Verbi.

Nec purus homo, ſed homo Deus.n.45.

Et in duabus Naturis, Diuina,& Humana, vna eſt Chriſti perſona. n.47.

Sanctus per eſſentiam. n.48.

Chriſtus eſſentialitèr Dominus eſt,& Protector omnium Chriſtianorum. nu.53.f.226.

à Chriſto Chriſtiani dicuntur.

Eſt propitiatio pro peccatis noſtris.n.55.

Pontifex in æternum. Semper viuens.

Patronus pro nobis interpellans apud Patrẽ.

Chriſtus Dominus in Cruce moriens terga ad Orientem vertit.num.63.f.227. Quia indè peccati cœpit origo. ex Hieronymo.

Chriſtum nullibi reperiemus, niſi in Cruce, & cum Cruce.n.64.& 65.

Chriſtus Dominus Dei verbum Philoſophorũ omnium Magiſter. reſp.49.n 49.f 282.

Chriſti Domini ſub protectione quiſq; ſe ſubÿcere poteſt. reſp.40.n.19.f.224

Quin debet Quia eius ſumus,& vt creati,& vt redempti.

Eodem modo,& ſanctæ eius Cruci. n.33.

Chriſto nemo iurè contradixerit; in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. reſp.10.n.9.f.59.

A Chriſto diſcedere,& à Chriſto eÿci, pœna eſt,& maxima. reſp.64.n.27.f.365.

Chriſtianus.

Chriſtiani eſt, pati, non facere contumeliam. reſp.95.n.5.f.527.

Et frænum iracundiæ imponere.ex S.Hieronymo.

Chriſtiano licitum eſt eligere ſepulturam in qualibet Eccleſia.reſp.21.in deciſ.Coccin.nu.10.f.111.

Etiam quòd non ſit Parochialis.

Et liberè in hoc caſu Eccleſiæ poſſunt concedere ſepulturam.

Chriſtiani homines id ſummoperè curare debent, vt per bona opera ad æterna recipiãtur tabernacula.reſp.13.n.1.f.67.

Chriſtianorum in primitiua Eccleſia erat cor vnum,& anima vna. reſp.43.n.67.f.247.

Citatio.

Citatio non requiritur in notorÿs.reſp.24.n.22.f.120.

Citatio ad ſententiam omninò requiritur. reſp.98.n.22.f.549.

Atq; ſpecifica ad ſententiam.

Et quòd exprimatur ad ſententiam citari. n.23.

Vt non ſufficiat per æquipollens, vtputà, ad audiendam voluntatem Iudicis.n.24.

Citationis defectus ſententiam reddit nullam. reſp.53. n.20.f.303.

Quiq; dicit citatum fuiſſe, probatione præſtabit.Et inſanabilis hic dicitur defectus.n.24.

In cauſa præſertim cenſurarum.num.23.& n.34.

Citatum quem nõ fuiſſe, ex reuolutione probatur actorum.n.24.

Citationis defectu acta omnia corruunt iudicÿ. reſponſ.98.n.18.f.549.

Citationis defectus inſanabilis dicitur.nu.30.

Quia defenſionem perimit.

Quamuis de bono iurè partis conſtaret.n.31.

Citare ad primam cum continuatione,&c. ad ſententiam; cùm nimis vaga ſit, facit ſententiam nullam.reſp.85.n.29.f.474.

Niſi in ipſa prima die feratur.

Subſtinetur tamen ex ſtylo n.30.

In Curia Archiepiſcopali Neapolitana intrà menſem. Ratio, quia nullitas hæc non eſt ex

Digitized by Google

*defectu iuris naturalis.num.*31.
Sed poſitiui.
*Subſtinetur etiam intrà paucos dies.n.*32.
*Vtputà tres.n.*33.
Præſertim accedente ſtylo.
*Citari omninò debet, qui intereſſe habet in negotio.reſp.*7 *n.*62*f.*42.
*Citari ſemper quis debet ad iudicium, qui ex actu lædi poteſt in iudicio geſto.reſp.*98. *nu.* 26*f.*540.
*Alioquin iudicium mancum erit.& n.*27.
*Etiam in criminalibus.atq; in crimine notorio. n.*29.
Citatus ad locum non tutum,iurè appellat.reſp. 28.*n.*45.*f.*140.

Clauis

*Clauis poteſtatis,iuriſdictionem, animarumq; ſignificat gubernationem. reſponſ.*40.*nu.* 59. *fol.*226.
*Indè claues Eccleſiæ. n.*60.
Poteſtatem ligandi,atq; ſoluendi ſignificant.

Clauſula

Clauſula,ſiuè conditio(conſtito de paupertate) *cauſæ cognitionem expoſcit.reſponſ.*12. *nu.*9. *fol.*65.
Atq; propterea partis citationem.
Clauſula(omni meliori modo)*operatur,vt obligatus,vti principalis interceſſiſſe videatur, ac vt reus debendi.reſp.*26.*n.*7.*fol.*126.
*Extenditur in omnem caſum.n.*17*f.*127.
*Etiam duriorem.n.*28.
Clauſula (quoniam nullum ius,&c.)*perpetuitatem abdicationis,& bonorum renunciationis importat.reſp* 29.*n.*29*f.*146.
Sicuti pactum de non petendo.
Clauſula (conſtituens eū procuratorem veluti in rem propriam)*facit,vt ità cōſtitutus in iuribus ſuccedat conſtituentis.n.*34.
*Atq; dominij translationem operatur. n.*35. *fol.*147.
*Omnemq; ſuccedendi potentiam à conſtituente amouet.n.*36.
Clauſula (auditis confeſſionibus) *in Bullis Pōtificijs non eſt extendenda ad vtrumq; membrum, ſed referendo ſingula ſingulis.reſp.*33. *n.*17 *in reſolut.Dianæ f.*179.
*Clauſula appoſita in fine,ad omnia præcedentia refertur.n.*18.
Clauſula(conſtituti)*nihil operatur, ſi donatio principalis deſtruatur. reſponſ.*34. *num.* 51. *fol.*190.
Clauſula (ſupplentes omnes,& quoſcunq; defectus) *poteſtatis importat plenitudinem, etiam cum tertij præiudicio. reſp.*45 *nu.*68. *fol.*262.
Tollitq. omnes ſolemnitates à iure poſitiuo requiſitas.
Nec anteà adhibitas.
Clauſula (ſi ſuper his à quoquam quauis authoritate,&c.)*expenditur de authoritate priuata.reſp.*52.*n.*31.*fol.*300.
Non de Summi Pontificis, vel ſucceſſoris. num 32.
Clauſula (vt aſſeris) *probandi onus in aſſerentem transfundit.reſp.*55.*nu* 19.*f.*311.
Clauſula (dummodò remaneant centum, &c.)*conditionalis dicitur.n.*28.*f* 312.
Clauſula(eo ipſo) *nullitatem ipſo facto facit, operaturq; reſp.*55.*n.*52.*f.*313.
Clauſula(conſtituti)*ne dominy quidèm,ſed poſſeſſionis quoq, tranſfuſionem operatur.reſp.* 65.*n.*23.*f.*373.
Ad quoſcunq.effectus.
*In præiudicium præſertim hæredis cōſtituti.n.*24.
Accedente potiſſimùm clauſula(ex nunc,prout ex tunc)*n.*25.
Et accedente clauſula (ad habendum) *n.*27.
Clauſula (ex nunc,prout ex tunc) *dominij translationem operatur.n.*25.
*Quàmuis donatarius donantem morte præuenerit.n.*26.
Clauſula (ad habendū) *conſtituto adiuncta, donationem cauſa mortis, inter viuos transfert facit.n.*27.
Clauſula(non obſtantibus)*non ità laxè exaudienda erit,vt vltrà terminos dilatetur gratia conceſſa.reſp.*69.*n.*42.*f.*395.
Sed in caſu ſpecificato dumtaxàt operatur, non vltrà.
Clauſula(dummodò) *non conditionem adijcit merà gratia,ſed admonitionem.reſp.* 100.*nu.* 18.*f.*562.
*Non enim natura ſua conditionem infert. nu.*19.
Clauſulæ (quomodocunq; & qualitercunquè) *ampliſſimæ ſunt. reſp.*29.*n.*19.*f.*145.
Et omnem comprehendere caſum apta.
Etiam vltra expreſſa.
Clauſulæ (ponens,& conſtituens eum procuratorem,&c.& ad habendum,&c.) *donationem,etiam aliàs cauſa mortis, inter viuos transducunt.reſp.*65.*n.*34.*f.*374.
Et per eas dominium,atq; ciuilis, ac naturalis poſſeſſio transfertur.
*Clauſulæ acceſſoriæ principalem diſpoſitionem non alterant.reſp.*78.*n.*42.*f.*439.
*Clauſulæ derogatoriæ oī partis occludunt,& Iudicem ligant.reſp.*80.*n.*38.*f.*452.

Clericatus

*Clericatus probatur per litteras teſtimoniales Epiſcopi ordinantis.reſp.*76.*n.*1.*f.*422.
*Nec ſtatur aſſertioni in litteris beneficij; vbi de tertij agitur præiudicio.n.*2.
Præſertim,ſi Clericum non agat,ſed laicum.
*Neq; etiam per ipſius iuramentum.n.*3.
*Vel ſi in poſſeſſione non ſit Clericatus. n.*5.

Clericus

*Clericus in habitu, tonſuraue incedēs nullo poteſt pacto coràm laico Iudice iudicio pulſari. reſp.*7.*nu.*3.*f* 37.
Quia ille omninò incompetens eſt.
*Sed coràm Epiſcopo conueniri debet Dei ordinatione,& Eccleſia, & n.*4.
Clerici non humano tantùm iure, & Eccleſiaſtico à foro exempti ſunt laicorum Iudicum

Digitized by Google

ſum,ſed etiam Diuino.nu.5.f 38.
Quia Deo Altiſſimo ſacri ſunt.
Siuè in ciuilibus,ſiuè,multòq; magis in criminalibus. n.6.
Vt neq; volentes poſſint ſe iudicio ſubijcere laicorum.n.8.
Quia priuilegium hoc vniuerſale eſt,ſtatui, non perſonæ indultum.
Clericus in ſortem Dei aſciſcitur.reſp.51.n.16. f.291. Sicut & Monachus.
Diuinoq; officio mancipatur.n.17.
A reliquo populo ſegregatus.
In Deiq; famulatum electus.
Clericus in ſortem Dei aſſumitur per Clericatũ. reſp.56.n.24.f.317.
Eiquè ſacratur. Et in ſacra militia numeratur.n.25.Cæleſtiſq; fit miles.n.26.
Quia Clerici milites Chriſti ſunt.
Si verò Oblatus,vel Donatus Religionis alicuius fiat,nihil detrahit Clericatui.n.27.
Sed fortius dimicat contra ſpiritualia nequitia in cæleſtibus.
Clericus per matrimonium, & à beneficijs,& à penſionibus cadit.reſp.76.n.6.f.423.
Ratio redditur ex Alexandro III.n.7.
Et ne in iniuriam redundet ordinis.n.8.
Sicuti etiam ex contrario ſtatu aſſumpto.n.9.
Clericus coniugatus, quæ requiſita habere debeat,ex Bonifacij VIII Conſtitutione.n.10. f.423.Atque ex Sacro Tridentino Concilio. Alioquin priuilegijs non perfruitur Clericis coniugatis indultis.Sicuti nec Clericum coniugatum aget, qui militiam regularem ingreſſus fuerit.n.13.Ratio redditur.n.14.
Clericus per clericatum Deo ſacratur, eiuſquè ſorti addicitur.n 40.f.426. Si tamen in habitu,& tonſura non incedit Clericatus exercitium perdit.n.41.Non tamen ſubſtantiam, & characterem.
Clerici poſſunt aduerſus malefactores apud Iudices querelam habere. reſp.31.n.26.f.154.
Ratio affertur. n.27.
Clerici, & ſi de patrimonialibus teſtamenta cõdere valeant.reſp.99.n.3.f.554.
Non tamen de bonis ex beneficijs acquiſitis. Ratio affertur.n.4.
Poſſunt tamen nunc poſt compoſitionem cum Camera Apoſtolica initam.

Coabbas.

Coabbates,qui Generalis officio defuncti fuere in Religione Cæleſtinorum, ſocij ſunt Generalis,& primam poſt ipſum ſedem merentur, ac reuerentiam.reſp.47.nu.2.f.268. Poſſunt ſibi eligere Abbatiam,quam maluerint pro reſidentia.n.3.
Hoc autem ſine ratione non videtur.n.5.
Quo autem ordine hoc facere debeant Aduerſarij proponunt.n.14.f.269.
Sed refelluntur.n.32.f.271.
Germanaq; interpretatio datur.n.33.& 34.
Quia eſt hoc peculiare eorum priuilegium. n.17.

Coacta ſeruitia.

Coacta ſeruitia Domino præſtanda non ſunt. reſp.51.n.34.f.293.
Voluntarium Militem ſibi legit Chriſtus. n.35.

Cœcus.

Cœcus, captuſq; oculis ineptus eſt, qui ordinetur.reſp.22.n.1.f.114.
Ordinatus verò ab exequutione ordinum ſuſpenſus.
Ratio affertur. n.2.
Cœcus vtroquè oculo, aut ita debilis viſu,vt literas non diſcernat,etiam conſpicillis adhibitis,irregularis eſt ad officium altaris. nu.5. f.115.

Cœlius.

Cœlius Bichius Rotæ Romanæ Auditor celebratur.reſp.61.n.37.f.346.

Collatio.

Collatio, & inſtitutio inter ſe differunt. reſp. 57.n.13.f.320.

Collegium.

Collegium tres,vt minimùm, faciunt.reſp.87. n.15.f.480.& n.25.
Congregationem verò duo.& n.30.
Collegij ius poteſt in vno conſeruari.n.41.

Commodum.

Commodum ex iniquitate trahere abominandum.reſp.51.n.24.f.292.

Communis error.

Communis error ius facit.ad intellectum l.Barbarius. 3.ff.de officio Prætoris.
Si eum communi errore etiam titulus, coloratus ſaltem,acceſſerit.reſp.69.n.13.f.393.& nu.14.
Neq; ſit intruſus. n.15.
Neq; Titulus à quocũq; Superiore ſit datus. n 16.
Sed legitimus requiritur,qui poteſtatem dãdi habeat.
Neq; locum habet in his,quæ ab alterius procedunt,pendentq; voluntate.
Neq; etiam in ſpiritualibus.n.25.
Neq; abſolutè,vniuerſimq; procedit. n.23.

Commutatio.

Commutatio bonorum inter vnam, & aliam Eccleſiam alienatio non dicitur. reſp.25.nu. 10.f.123.
Modò Epiſcopi accedat conſenſus.

Compenſatio.

Compenſatio ſolutionis eſt ſpecies.reſp.25.n.22. f.124.
Compenſatio fieri non poteſt, ſi de veritate non conſtet partitarum.reſp.62.n.44.f.354.
Neq; ſi debitum nõ purum,ſed in diem fuerit. n.47.f.355.
Neq; certum.
Quia tunc non exiſtere videtur.
Compenſatio de liquido ad illiquidum locum non habet. num.48.
Quamuis breui liquidatio ſperaretur.n.49.
Multò minus, ſi dubium,incertum,illiquidũ, captioſumq; ſit debitum. n.50.

I N D E X

Et hoc animaduertere Iudices oportet.n.51.

Nec ita faciles eſſe in admittendis compenſationibus, ſi liquida illa non fuerint.

Concilium Tridentinum.

Concilium vndè dictum.reſp.43.n.58.f.246.

S.T.Concilium ſeſſ.24 c.11.de reformat. modũ tradidit,quo Regulares de vna in aliam tranſire poſſint Religionem.reſp.52.n.5.f.297.

Vt omnem vagandi,apoſtatandiq; anſam reprimeret.

S.T.Concilium ſeſſ.24.cap.3.de reformat.de procuratione viſitanti ſoluenda deducitur, perpenditurquè.reſp.49.n.7 f.279.& nu.23.24 & 37.

S.Concilium T.ſeſſ.25.c.15.& 16.de regularibus,locum habet in omnibus Religionibus, in quibus tria vota ſubſtantialia emittuntur. reſp.3. n.37.f.18.

S.Concilium T.diſpoſitione emanata. c.16.ſeſſ. 25.de regularibus,indemnitati conſulens voluit ingreſſorum quòad renunciationes emittendas.reſp.3.n 13.f.15.

Ne inuoluntariè poſtmodùm profiteri cogerentur. Et formam indicit omninò ſeruandã. n.60.f.20.

Concordia.

Concordia perſonalis in ſucceſſorem non trãſit. reſp.61.n.35.f.346.

Conditio.

Conditio ſuſpendit effectum. reſp.7.n.44.f.41.

Nec aliter operatur,niſi extiterit.n.45.

Conditio nihil interim ponit in eſſe, ſed omnia in ſuſpenſo retinet.reſponſ.34.n.60.f.191.

Etiam ſi conditio fuerit tacita. n.61.

Quia impedit, nedùm actum,verùm etiam & illius natiuitatem. n.62.

Conditio natiuitatem quoq; retinet actionis,illa non adhuc purificata.reſp.37.n.20.f.206.

Potiſſimùm verò ſi pendeat conditionis exequutio ab alterius voluntate.n.21.

Vtputà Principis.

Conditio verò vt ſubuertatur, ſat fuerit, ſi etiam vel in minimo non purificetur.n.22.

Conditio pro impleta habetur. ſi per eum non ſtetit,qui eam implere tenebatur.reſp.41.nu.13.f.231.

Conditio vni legato adiecta, in altero repetita videtur.reſp.41.n.42.f.234.

Ex Bartoli doctrina. Qua declaratur.n.50.

Et expenditur. Exauditurq; in legatis in vna oratione connexis. n.53.

Conditio nihil ponit in eſſe, donec ipſa exierit. reſp.44.nu.39.f.252.reſp.55.nu.29.f.312.& reſp.69.n.18.f.393.

Conditio(ſi ſine liberis deceſſerit) *ſubſtitutioni annexa,duo inſimul continet.reſp.72.nu.12. f.405.*

Et mori,ac vltimum trahere diem.n.14.

Et ſine liberis mori.

Vnum ſi defecerit horum,purificata conditio non videtur n.15.

Morte tamen ſubſequuta locus ſtatim ſubſtituto aperitur. n.16.

Conditio quid poſitiuum non eſt,reſp.91.nu.36 f.502. Sed priuatio puritatis contractus,vel actus, cui adijcitur.

Cùm tamen exierit conditio nihil facit noui. n.37.

Operatur tamen, vt ab initio pura diſpoſitio facta videatur.

Conditionis natura eſt, ſuſpendere actum in tempus vſquè,quo purificatur. reſp.78.nu.9. f.436.

Vt neq; actionem interim concedat.

Conditionem ſuam ex alterius delicto meliorem nemo facere debet.reſp.61.n.28.f.345.

Cùm tertij damno.

Conditione non purificata,legatum ſub illa relictum debetur minimè.reſponſ.90.n.5.f.493.

Vt nec etiam antè quidquam peti poſſit. n.6.

Quia interim nihil debetur.n.7.

Vt neq; actio competat.n.8.

Cùm obligatio adhùc nata non ſit.

Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, *vno vel exiſtente filio deficit. n 11.f.494.*

Siue etiam fœmina fuerit.n.12.

Conditio in vno legato adiecta, in alio repetita cenſetur.n.17.Si vnica ſit orationis textura. n.18.& n.24.& 31.

Vt vtrumq; connexum videatur.

*Conditione non probata,non poteſt conſequi effectus ex diſpoſitione conditionali. reſp.96. in allegat.*Caiſotti *n.9.f.538.*

Conditiones in fundatione adiectæ ſeruandæ ſunt; alioquin,quod ſequitur,inane. reſp.13. n.40.f.70.

Conditionalis promiſſio conditione non purificata perindè ſe habet,ac ſi facta minimè fuiſſet. reſp.37.n.19 f.206.

Quia nihil interim conditio in eſſe ponit.

Conditionali qui innititur diſpoſitioni,ipſe conditionem eueniſſe probare debet.n.23.

Conductor

Conductor fructus omnes rei conductæ percipit, & in eum omnis tranſit illius commoditas.reſp.50.n.11.f.285.

Præſertim verò ſi ad longum tempus locatio conceditur. n.12.

Licèt ipſe non poſſidere,ſed in poſſeſſione eſſe dicatur. n.13.

Etiam iuris præſentandi.n.14. & n.27.

Potiſſimùm ſi ad longum tempus locatio fiat. num.15.

Quàmuis alij,etiam ſi ad modicum tempus. num.16.

Ratio redditur.

Conductor nomine poſſidet locatoris.reſpon.50. num.27 f.286.

Eiuſq; locum tenet.n.28.

Quam ob cauſam & ipſe præſentabit ad ius patronatus.

Et præſentare videtur nomine locatoris. num.29.

Conductor ſuo nomine fructus percipit: quia conductor eſt.n.30.

Quemadmodùm & dominus illos percipit. num.56. *Etiam*

Digitized by Google

Etiam iuris præſentandi. n.32.
Quia in fructu eſt.
Duo tamen probare oportebit.
Et ſe conductorem.
Et locatorem in poſſeſſione eſſe præſentandi, & per eum facta præſentatio ſubſtineturi. num.33.
Conductor quis nàm dicatur? n. 46.f.297.
Qui rei conductæ mercedem numeratò ſoluit.n.48.

Confeſſarius

Confeſſarij teſtimonio ſatis defertur pro exoneratione conſcientię pœnitentis,deponentis. reſp.15.n.60.f.85.
Piæ cauſa fauore præſertim.n.61.
Confeſſario proprio qui relinquit,neceſſariò relinquere videtur.reſp.32.n.83.f.165.
Quia periclitanti animæ opem tulit.
Et merces æſtimatur,non donatio.n.84.

Confeſſio

Confeſſio, etiam implicita, partis,quæ declaratur ex adminiculis, & veriſimilitudine in ſupplicatione facta,probat.reſponſ.61.in Rotæ dec.n.5 f. 48.
Et coadiuuat dicta teſtium pro Aduerſario. num.6.
Confeſſio,etiam in teſtamento, confitenti nocet. in ſui præiudicium.reſp.74.n.15.f.415.
Non autèm tertij.
Ni,quod aſſeritur probetur.
Confeſſione proprij oris probatio nulla maior. reſp.10.n.11.f.59.
In precibus præcipuè, vel in libello.n.12.
Et ſententia, reiq; iudicata vim obtinet. num.13.
Quàmuis in alio iudicio confeſſio proceſſerit. num.14.
Atq. inter alias perſonas.
Vt nedum confitenti præiudicium inferat, ſed etiam ab eo cauſam habentibus.n.15.
Atq; hæredibus quoq; n.16.f.60.
Si geminata præſertim.n.17.
Quia irreuocabilis efficitur.n.18.
Neq. probationes in aduerſum admittuntur.n.20.
Confeſſione partis aduerſæ quis conſtituitur in poſſeſſione eius, de quo confeſſa illa fuit.reſp. 51.n.12.f.291.
Confeſſiones Prælati prædeceſſoris ſucceſſorem non afficiunt. reſp.55.n.41.f.312.
Neq; Eccleſiam. & n.54.

Confirmatio

Confirmatio plurium capitulorum,reliquarum reprobationem indicat. reſponſ 87. num.34. fol.481.
Confirmatio electionis iàm nulla, non validatur per confirmationem.n.50.f.482.
Ratio redditur.n.51.
Nàm confirmatio nouum ius non tribuit. num.53.
Sed confirmati naturam imitatur. n.54.
Qui confirmat noui,nil dat; ſed actum validat,atq; firmum declarat.n.57.
Confirmans nil noui addit, nec continet, quàm quòd res confirmata contineat.reſp.46.n.28. fol.258.
Quàmuis clarioribus rebus rem confirmet. num.29.
Nàmq; declaratio erit prioris.n.30.

Congregatio

Congregationem duo faciunt. reſpon.87.nu.30. & 31.f.481.

Coniungi

Coniungi non poſſunt,neq; inſimul cohærere, quibus & ſtudia,& vota diuerſa ſunt.reſp. 56.n.22.f.317.

Connexa

Connexorum quod de vno dicitur;hoc de altero negare non poſſumus. reſponſ.40. num.24 fol.224.
Quia ab inuicem diſiungi non poſſunt.n.25.
Connexa quæ nàm dicantur? n.27.
Quæue ſeparata.
Cõnexorum,qui vnum admittit, & alterum admittere debet.nu.40.
Quoniam ſibi inuicem ſubordinantur. n.41.
De duobus connexis eadem eſt ratio,atq; vna deciſio.
Nec ratio in contrarium reddi poteſt.

Conſaluus

Conſaluus Caputus Epiſcopus Cathacen moritur.reſp.39. n.60.f.282.

Conſanguinei

Conſanguinei ſunt nobis quàm maximè inimici,vt nos ſpolient,nudoſq; dimittant. reſp.65. n.8.f.372.

Conſcientia

Conſcientia malè acceptorum pondere grauata,eorum exoneratur reſtitutione. reſp. 32. n.5.f.159.
Conſcientia non vno furti peccato grauatur, ſed alijs quoq; criminibus.n.8.
Conſcientia contritione peccatorum exoneratur,atq; confeſſione.n.11.
Conſciētia cuiq; propria teſtimonium perhibet. reſp.61.n.26.f.345.
Conſcientia ipſa admiſſi criminis,maxima pœna.reſp.64.n.35.f.366.
Conſcientiæ ſtimulis ſibi quiſq; ſcrupulos ingenerat.reſp.92.n.29 f.507.
Vndè vel conſcientiæ dubium dimittendum.
Vel ſi non poteſt,ſequendum.n.30.
Alioquin contra conſcientiam facit. n.31.
Et peccat.
In re graui lethalitèr.
Et ad gehennam ædificat.
Quia formalitèr in peccatum conſentit. n.33.
Dubiam conſcientiam in meliorem partem interpretandam.n.46.
Conſcientiam contra faciens peccat.reſp.51.nu. 18.f.291.
Atq; ad gehennam ædificat.

Conſenſus

Conſenſus ſolus matrimonium efficit.reſpon.28. n.5.f.137.
Conſenſus non niſi ſuper cognito fertur. reſp. 37.n.53.f.208.

Con-

Conſenſus eſt duorum, pluriumuè ſenſus in idem. reſp. 58. nu. 46 f 326. & reſp. 69. nu. 22. fol. 293.
Conſenſus cum errore non eſt.
Vndè nihil operari valet. n. 24.
Conſenſus Epiſcopi in donatione iuris patronatus exquiſitus, non proficit, niſi ſolemnitates interceſſerint in alienatione rerum Eccleſię. perquiſitę. reſp. 63. n. 14 f. 358.
Sed refellitur ſententia. nu. 21. & 31. & 32.
Niſi in donatione iuris patronatus Eccleſiaſtici. n. 30.
Sufficiet tamen conſenſum ipſum Epiſcopi, vel pręcedere, vel ſubſequi. n. 22.
Etiam poſt præſentationem factam. n. 28.
Etiam ſi extrà ſuam Diœceſim illum impertiatur. n. 33.
Quia eſt actus iuriſdictionis voluntarię.
Et à mero Epiſcopi deſcendit arbitrio. nu. 34.
Conſenſus Epiſcopi in translatione, ſeù donatione iuris patronatus laicorum, ex lapſu temporis triginta annorum interceſſiſſe pręſumitur. reſp. 63 n. 39. f. 361.
Multòq. magis ſi interceſſerit, ex lapſu temporis firmus habebitur.
Neq; fit, qui contra obmurmuret eorum, qui donauerunt. n. 40.
Conſenſus ſine intellectu pręſtari non poteſt. reſp. 94 n. 28. f. 520.
Conſenſum praſtare qui tenetur, ſi iuſtam negandi cauſam non habeat, cogi poterit. reſp. 100. n. 31. f. 563.
Et ſupplebit Iudex.
Pręſertim ſi, vt noceat, id agat. n. 32.

Conſequentia

Conſequentia de præterito tempore ad præſens, non rectè infertur. reſp. 43. n. 36. f. 244.
In his præſertim, quæ tempore variantur.
Conſequentia debet eſſe congrua pramiſſis, vt ſit bona. reſp 92. n 48. f. 509.

Conſeruator

Conſeruator vt quis eligi valeat, debet eſſe actu in dignitate. reſp 43. n. 22 f 243.
Atq. etiam ſynodalis Iudex. n. 23.
Quia qualitates vbi plures in vna re perquiruntur, omnes coniunctim adeſſe oportebit. num. 24
Aduerſariorum circà hęc ſententia. num. 45. fol. 245.
Quę refellitur n. 46.
Conſeruatores Iudices Regularium, quibus qualitatibus prædìti eſſe debeant. ex Gregorij XV. Conſtitutione. expenditur. reſp. 42. n. 7. fol 236.
Verba afferuntur eiuſdem.
Eaq. perpenduntur. n. 8. f. 237.
Illaq. formam inducunt. n. 9.
Conſeruatores Iudices eligentes, illiſq; vtentes contra formam Conſtitutionis Gregorij XV. in pœnas dant in illa Cōſtitutione inſlictas. reſp. 42. n. 28. f. 238.
Semel tamen electi legitimè, mutari non poſſunt, niſi quinquennio exacto.
Et cauſa à Sancta Sede, vel Ordinarijs probanda. n. 29.
Exacto tamen quinquennio eorū expirat iuriſdictio. ex Sacri Tridentini Cōcilij ſanctione. n. 30.
Eodemq; modo Gregoriana Cōſtitutio exaudiri debebit. n. 33.

Conſobrini

Conſobrini dicuntur filij duarum ſororum, vel fratris, & ſororis. reſpon. 34 num. 8. fol. 187. & nu. 11.
Et ſunt in quarto gradu de iure ciuili.

Conſtitutio.

Conſtitutio Iuſtiniani Cæſaris in §. pro temporalibus. in authent. de Eccleſiaſtic. titul. collat. 9. *canonizata reperitur reſp. 96. nu. 8. f. 532.*
Sicuti Anaſtaſij Conſtitutio in l comperit. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. *num. 10. f. 533.*
Conſtitutio Regni In aliquibus *expēditur. reſp. 39. n. 39 f. 220.*
Conſtitutio Bonifacij IX. pro Patribus Prædicatoribus, ne ad alias admittantur Mendicātium Religiones, vt tranſiſſe, & à qua tranſit, & ad quas, meminerit. refertur. reſp. 52. n. 19. f 299. Expenatur. n. 22. & 31.
Detractum eidem fuit per diſpoſitionem Sacri Concilij ſeſſ. 24. cap. 11. de reformation. num. 20.
Neq; ex motu proprio, ſed ad Patrum ſupplicationem proceſſit. n. 25.
Conſtitutio Pij V. de diſpoſitione Eccleſiaſticorum in ſpurios non tollit æquitatem text. in cap. cum haberet 5. de eo, qui duxit, quā polluit per adulterium. *reſpon. 34. num. 64. fol. 191.*
Conſtitutio Pij V. de legatis certis ad fauorem piorum locorum, & Eccleſiarum, non intrat ad fauorem Fabricæ in legato ſimplici. abſq. aliquo onere celebrationis miſſarum, & cæterorum onerum. reſp. 97. in allegat. Caiſotti. n. 1. f. 538.
Ratio redditur. n. 3.
Tùm etiam: quia conditionalitèr applicatio fit Fabricę. *n. 5.*
Conſtitutionis Gregorij XIII. verba referuntur. reſp. 80. n. 14. f. 449.
Qua quid ſeruādum quòad Cappellanos, *& Seruientes Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani ab* Ordinariorum *iuriſdictione ſtatuitur, expenditur. n. 15. f 450.*
Conſtitutio Gregorij XIII. reductionis priuilegiorum exemptionis ab Ordinariorum *iuriſdictione* Cappellanorum, *& Seruientium Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, conformis eſt diſpoſitioni Sacri Tridentini Concilij ſeſſ 24 c. 11. in fin. de reform. Eſt munita clauſulis derogatorijs. n. 28. f 451. & n. 36.*
Conſtitutio Gregorij XV. de Conſeruatoribus *eligendis per Regulares, duo præſertim quærit. reſp. 43. num. 6. f. 242. Eaquè copulatiuè.*
Cōcinit Conſtitutioni *Bonifacij VIII. n. 22.*

Verùm

Verùm eam loqui indeterminatè, & exaudiri de Iudicibus Synodalibus, etiam præteritis, & ſi non actu deſignatis, volunt aliqui. n. 7.
Sed refelluntur. n. 9. & 22. 23. & 29.

Conſuetudo.

Conſuetudo Neapolitana (Et ſi teſtator) *reprimit facultatem in vltimis diſponendi de rebus antiquis, niſi de medietate. reſp. 9. nu. 76. f. 57.*
Alteram ſeruat agnatis proximioribus, & cognatis ex latere, quo bona obueniunt.
Et habet locum tam in ſtabilibus, quàm mobilibus, iuribus quoq; & actionibus. n. 77.
Et quid in annuis cenſibus extrà diſtrictum Neapolitanum. n. 79.
Conſuetudo *probari debet per tempus à ſacris definitum Canonibus. reſp. 38. nu. 26. f. 213.*
Probarique debet, actus factos fuiſſe animo conſuetudinem inducendi. n. 27.
Conſuetudo facti eſt, & probari debet. n. 28.
Neq; ſimpliciter, ſed in contradictorio obtenta. n. 29.
Cum partium oppoſitione.
Et effectuatione mandatorum.
Conſuetudo, *vt inferior maiorem præcedat, non ferenda. n. 34. f. 213.*
Quia irrationabilis, & inpræſcriptibilis. n. 37.
Et vecors dicitur, qui hoc dixerit. n. 38.
Poteſt tamen induci, vt dignitate inferior, dignitate maiorem in quibuſdam præcedat. nu. 35.
Quod declaratur. n. 36.
Conſuetudo *antiqua poſſeſſionem tribuit. reſp. 47. n. 29. f. 171.*
Atq; propterea ſeruanda.
Et firmiſſima habenda. n. 30.
Vimq; obtinet priuilegij. n. 31.

Conſuetum.

Conſuetum *quod eſt, ſeruari debet. reſp. 49. n. 9. fol. 279*
Non tamen illicita perpetranda.
Et id decernere Iudex debet, quod conſuetum eſt. n. 13.

Conſultores Sancti Officij.

Conſultores *Sancti Officij in Vrbe, in ſanctæ Sedis ſeruitio eſſe dicūtur. reſp. 33. n. 43. f. 171.*
Sunt nobiliora Tribunalis membra. n. 44.
Atq; pars quædam corporis eius.
Qui à Conſilijs ſunt Tribunalis. n. 47.
Nec ad imparia iudicari debent. n. 49.
Eorum vota deciſiua nō ſunt, ſed conſultiua. n. 50.
Et in ſeruitio commorantur Papæ.
Et inter eius familiares agnoſcuntur. n. 51.
Et in ſeruitio ſanctæ Sedis mori dicitur, qui Conſultor diem obit extremum. n. 63. f. 172.
Conſultores *Sancti Officij officium gerere dicuntur. ibid. in allegatione Tuſchi. n. 27. f. 177.*
Et Miniſtri ſanctæ Sedis appellantur à Pio V.
Conſultores *Sancti Officij Romæ in ſeruitio dicuntur eſſe Summi Pontificis. ibid. in reſolut. Dianæ n. 7. f. 178. & n. 19. & 49.*
Et Sacræ Congregationis. n. 33. & 43. & 44.
Qui eliguntur à Summo Pontifice. n. 8.
Alij verò extrà ab Inquiſitoribus.
Iſti non dicuntur eſſe in ſeruitio Papæ. n. 48.
Eorum votum non eſt deciſiuum, ſed conſultiuum. n. 9.
Aſſumpti ad Epiſcopatum ſunt liberi ab expenſis pro expeditione Bullarum. num. 10. & n. 39.
Sunt Miniſtri, & Officiales neceſſarij. nu. 38. & n. 51.
Et priuilegijs remunerantur. n. 39.

Contractus.

Contractus *talis agnoſcitur, qualis à partibus nominatur. reſp. 6. n. 39. f. 34.*
Contractus *ex pactis in eo appoſitis intelligitur, atq; dirigitur. reſp. 14. n. 24. f. 76.*
Non extendendus propterea vltrà expreſſa.
Contractus legem ex conuentione accipiunt. n. 25. & 26.
Contractus *ſicuti vtriuſq; conſenſu firmatur. reſp. 52. n. 14. f. 298.*
Pariq; modo vtriuſq; diſſenſu infirmatur. & n. 15.
Contractus *cenſus vſurarius reputatur, ſi non iuxta formam factus fuerit. reſp. 79. num. 38. f. 145.*
Et quæ requiſita habere debeat?
Cōtractus *ſit ne vſurarius, regula eſt, an intret in eo mutuum, vel formale, vel virtuale, ſiuè palliatum. n. 45. f. 446.*
Vbicunq; enim contractus in mutuum reſoluitur, vſura eſt. n. 47.
Contractus *reſcinditur conditione non impleta, ſub qua contractum fuit. reſp. 91. n. 35. f. 502.*
Contractus *ratione forum quis ſortitur in loco contractus. reſp. 53. n. 29. f. 303.*
Quod tamen non ita abſolutè procedit.
Sed domicilium requiritur, vel ſaltim reſidētia. n. 30. f. 304.
Poterit tamen illum citare, non tamē ad comparendum arctare. n. 32.
Neque excommunicare; poterit tamen contumacem habere. n. 33.
Contractu *non perfecto, pro quo fideiuſſores acceſſerunt, neque illi tenentur. reſp. 91. num. 9. f. 500.*
Contractus *à nomine iudicantur. reſp. 29. n. 13. f. 145.*
Contractus *bonæ fidei mutuo contrahentium conſenſu ſoluuntur. reſp. 58. n. 15. f. 324.*
Congruit hoc principio naturali. n. 16.
Declara. n. 72. & 75.
Non tamen vnius tantum conſenſu diſſolui poterunt. n. 30.
Vel ſi lex actui reſiſtat. Vt in rebus Eccleſiæ. n. 73.
Contractus *omnes duobus, vel tribus teſtibus præſentibus perficiuntur. reſp. 65. n. 46. f. 375.*
Contractus *inire liberum cuilibet eſt: ab illis verò initis recedere, non æquè. reſp. 6. nu. 22. fol. 32. & n. 24.*

Con-

I N D E X

Contractus agĕre cuilibet liberum, non tamen actos mutare.reſp.13 nu.43.f.71.
Contractus vltrò, citròque obligatorij ſunt. num. 50.
Ideſt ab omni parte. ſecundùm Gloſſam.

Contradictor, Contradictoria

Contradictor in iudicio, quis legitimus æſtimetur? reſp.51.n.54.f.295.
Contradictoria de eodem ſubiecto, idem manĕte, dici non poſſunt.reſp.15.n.58.f.84.

Contrapoſitio

Contrapoſitio partitarum, compenſationis eſt ſpecies.reſp.62.n.42.f.354.
Quæ inter mercatores locum habet. n.43.
Inter quos de partitarum veritate conſtat, neq. ſint dubia.n.46.f.355.
Neq; ſint ſeparata, nec connexa.n.46.
Quomodò verò ſeparata dicantur, ibidem.

Contraria

Contrariorum eadem, atq; vna diſciplina eſt. reſp.66.n.22.f.379.
Vnoq; eorum cognito, & reliquum æquè cognoſcitur.
Contraria inuicem opponuntur.n.24.
Et in eodem ſubiecto, eodem tempore eſſe non poſſunt.n.25.

Conuenientia

Conuenientia eſſentialis improportionabilitèr excedit modum inhærentiæ accidĕtalis.reſp. 2.n.44.f.10.

Conuerſi

Conuerſi nomen non ſtrictè ſemper accipitur. reſp 6.n.30.f.33.
Vndè poſſunt matrimonium contrahere.
Si videlicèt ſolemnem profeſſionem non emiſerunt.
Conuerſorum indemnitati conſulens Sacrum Concilium Tridentinum, certam formam ſtatuit, ſeruandam ab ijs, qui de nullitate dicere voluerint.reſp.51.n.59.f.295.
Et qui euocari debeant in hoc iudicium? nu.60.
Ratio redditur.n.61.

Conuitiari.

Conuitiari alijs facilè in rebus humanis.reſp.95. n.1.f.527.

Coronatur

Coronatur, qui legitimè certauit.ex Paulo Apoſtolo.reſp.66.n.53 f.382.

Corpus

Corporis omnis defectus, qui vel congruum Ordinis exercitium impedit, vel notabilem deformitatem, aut horrorem affert, irregularitatem inducit.reſp.21.n.2.f.114.
Corporis defectu notabili notati in lege Moyſi prohibebantur, nè in Sacerdotio panes Deo offerrent.n.3.

Correlatiua

Correlatiuorum quod de vno dicitur, de altero affirmatur.reſp.40.n.66.f.327.
Quia ſunt ad inuicem conuertibilia.
Simul natura. Simulq; cognitione.

Corrigere

Corrigere ſe loquentem in continenti, veriſimile non eſt.reſp.29.n.32.f.146.

Credenda

Credenda non ſunt in humanis, quæ non probantur.reſp.69.n.10.f.386.

Creditor

Creditor immiſſus in poſſeſſionem ſtatim poſſidet.reſp.7 n.41.f.41.
Creditor immiſſus in poſſeſſionem bonorum, debitoris nomine fructus percipit, & in ſortem computat.reſp.50.n.37.f.287.
Et, qui ſuperſunt, reſtituere debet.
Vndè nec præſentare ad ius patronatus poterit.n.42.
Creditor ſub conditione interim creditor non dicitur.reſp.62.n.17.f.352.
Simplicitèr, & vt ſic.
Sed cùm extiterit conditio.
Quatènus enim actionem aliquam habeat; illam tamen exceptione eliſibilem habet. num.18.
Vndè debitor eidem interim non tenetur num.19.
Quia ipſe creditor non eſt.n.20.
Nullaq; ei competit actio.
Non dum enim ceſſit dies.n.21.
Nec petere ante tempus poſſum.n.22.
Quia incertum eſt, an exeat conditio.
Præſertim ſi probare adhùc ſe creditorem debet.n.24.
Petere proindè interim non poteſt.n.40.
Creditoris negligentia nocet ſibi, ſi non petat debitum.reſp.97.n.55.f.544.

Crux

Crux ſydus eſt, quod in hoc mari ſpacioſo Mundi huius nauigantibus, pœnèq; naufragantibus oritur.reſp 40.n.5.f.223.
Crux Chriſti, in qua ipſe pependit, eodem honore, quo Chriſtus Dominus, honoratur. nu.16. f.224.
Et adoratione latriæ adoratur.n.17.
Etiam ſi ex alia materia fuerit; tantùm verò vt Chriſti imaginem adoramus. n.18.
Crux Chriſti inſtrumentum eſt redemptionis noſtræ.n.57.f.226.
Et clauis, quæ nobis Chriſtus Paradiſum aperuit.
Eſt & Cathedra docentis Paſtoris, & Epiſcopi.n.61.f.227.
In ea per mortem Diabolum dextruxit.
Eſt inſtrumentum coniunctum Chriſto, num.62.
Crux, & Chriſtus correlatiua ſunt. numer.65. f.227.
Nec ab inuicem ſeparantur.
Nec ſine Cruce Chriſtus Ieſus.
Crucis ſymbolum, & Paganis ſalutis ſignũ fuit in littera Tau.n.72.f.228.
Et in Serapidis Templi parietibus viſum.
Crucis ſigno myſteria omnia noſtræ fidei perficiuntur.n.73.
Atq; ſanctificantur.

Et

Digitized by Google

I N D E X

Et ex vtero ipſo matris, ad terra vſquè vterum in ſepulchro, Crucis munimine protegimur. n.74.

Crucis figura, & Cœlum ipſum ex quatuor Orbis partibus ſignatum videtur. n.7. f.223.

Hoc ſignum Conſtantino apparuit aduerſus Maſſentium pugnaturo. n.8.

Et in hoc ſigno etiam, ſpiritualia nequitiæ, Diabolos vincimus.

Sub hoc ſigno militamus omnes, qui Chriſto nomen dedimus. n.9.

Et ſub quatuor Mundi plagis vocantur omnes ſub Sancto Crucis Vexillo. n.11.

In cuius glorioſo ſigno, nos ſignati, vbiq; vincimus.

Et triumphamus. n.12.

Crucis figuram in humano noſtro corpore delineamus ex Iuſtino Martyre. n.13.

Homo natans per aquas formam Crucis exprimit. ex Hieronymo. n.14. f.224.

Crucis Sancta ſub protectione quiſq; ſe ſubijcere poteſt. n.20. f.224. & n.33.

Per Sanctam Crucem liberati ſumus.

Quaſi ſub Chriſti vexillo, ſub quo militamus. n.21.

Crux, ſanguis, Chriſtus connexa inter ſe ſunt. n.26

Hæc tria in reparationem humani generis in vnum coiuere. n.28. f.225.

Crux Chriſti ex membris eius decorem attraxit. n.33.

Crux eſt Chriſto connexa, ſicut Regi Regnũ. n.39.

Qui verò à Cruce proteguntur, à Chriſto, qui in ea pependit, proteguntur. n.64. f.227.

Crucifixus.

Crucifixus, quia Cruci confixus fuit, dicitur. reſp.40. n.29. f.225.

Et à Cruce Crucifixus.

Crucem alloquimur, & deprecamur quaſi ipſum Crucifixum.

Crucifixum non niſi in Cruce nos ſequi oportet, ſi poſt eum ire volumus. n.31.

In vitam quoq; æternam. & n.32.

Cruci confixos eſſe oportet, qui volunt piè viuere in Chriſto. n.30.

Nequè in alio gloriari, quam in Cruce Domini.

Cui.

Cui communicamus viuo, & mortuo etiam cõmunicamus. reſp.48. n.8. f.274.

Quæ regula etiam negatiuè procedit. n.31.

Culpa.

Culpa qui caret, in damno eſſe non debet. reſp. 35. n.42. f.195.

Cupido.

Cupido habendi, inter omnia vitia, venena plurima ſpargit. reſp.67 n.5. f.384.

Cupido habendi in hominibus ſæua nimis à Sapientibus æſtimatur. reſp.71. n.1. f.399.

Nunquàm enim humanum animum quieſcere ſinit.

Vt nihil niſi pecuniam cogitet.

Cupido habendi aliena, maximum malum. ex Menandro. reſp.90. n.32. f.496.

Cupiditas.

Cupiditas radix eſt malorum omnium. reſp.85. n.7. f.471.

Cura.

Curam animarum ad ſuſcipiendam aſſumi nemo poteſt, niſi vigeſimumquintum ætatis annum attigerit. reſp.46. n.8. f.264.

Curæ præſentis ſeculi ſpinæ dicuntur, quæ mẽtem hominis, & cor penetrant. reſp.64. nu.7. f.364.

Curator.

Curatores iacẽti hæreditati dati, hæredis vicem ſubeunt. reſp.7. n.63. f.42.

Atq; cum illis agere debẽt creditores defuncti.

Curialis.

Curiales dicuntur qui Curiæ, ſeu Sedi Apoſtolicæ ſeruiunt. reſp.33. in allegat. Lezzanæ nu. 40. f.182.

Et Cardinalibus, aut Officialibus Curiæ. nu. 51. in allegatione Theſauri fol.185.

D

Damnum.

DAmnum nõ facit, qui facere ius habet. reſp. 31. n.13. f.153.

Quod exaudi formalitèr, licèt materialitèr damnum faciat. n.14

Damnum ferre debet, qui in culpa eſt. reſp.35. n.41. f.195.

Damnum ferre debet, qui ineptum Miniſtrũ in officio ſubſtituit. n.44.

Quemadmodùm qui procuratorem, vel negotiorum geſtorem. n.45.

Quia ſuo periculo eum conſtituit. n.47.

Damnum, qui intulit bonis Eccleſiæ, reſarcire illud debet. reſp.58. n.58. f.327.

Et totius temporis canones ſoluere.

Damnum, qui alteri intulit, cum intereſſe reſarcire tenetur reſp.82. n.31. f.460.

Quia decepit illum. n.32.

In damno eſſe non videtur, qui lucratur. reſp. 77. n.60. f.433.

Data.

Datæ tempus inſpicitur, vt quis ſit idoneus ad gratiam obtinẽdam, non præſentationis. reſp. 94. n.74. f.524.

Datum.

Datum ob cauſam, cauſa ipſa deplorata, nec datum debebitur. reſp.55. n.8. f.310.

Datum, eatènus eſt firmum, quatènus illud eſt dantis. reſp.66. n.37. f.380. & reſp.93. nu.28. f.513.

Dantes aliquid pro impetranda gratia, vel iuſtitia à Sede Apoſtolica, in pœnas dant Conſtitutionis Gregorij XIII. reſp.33. in allegat. Alciati. n.46. f.184.

Debitor.

Debitor, qui intrà certum tempus ſoluere promiſit, lapſu temporis non ideò liberatur. reſp. 36. n.23. f.128.

I N D E X

Debitor liquidus, liquidè ſoluere debet. reſp.62. n.32.f.353.
Debitori modicum tempus datur ad ſoluẽdum. reſp.75.n.15.f.417.
Quod quadrimeſtre æſtimatur.
Non tamen inde debitum eluditur.
Ratio.n.16.
Debitor ſolutionem differens debiti iurati, eò magis ſe periurio inuoluit.n.27.f.419.

Debitum.

Debiti dilatio concedi poteſt debitori. reſp.75. n.30.f.419.
Non autem illius peremptio.
Quæ legibus eſt improbata. & n.35.
Debita omnibus reddenda. ex Paulo Apoſtolo. reſp.62.n.31.f.353.

Decanus.

Decanus eſt prima Dignitas in Cathedrali Eccleſia Conſentina. reſp.42.n.6.f.236.

Deceptor.

Deceptores duos nouimus ex ipſis creati Mundi incunabulis. reſp.58.n.13.f.324.
Ex ſacris literis.
Diabolum, & Mulierem.

Deceptus.

Deceptis, & quibus damnum illatum eſt, ſuccurrendum. reſp.37.n.46.f.308.
Deceptis ſubuenire iura volunt, non deceptoribus. reſp.82.n.25.f.460.
Decipitur, qui alios decipere tentat, reſp.60.nu. 40.fol.340.

Decimæ

Decimę ſolui debent Parochiali Eccleſiæ, & in hoc eſt ius Parochiale. reſp.21. in dec. Coccini n.5.f.111.

Deciſa

Deciſa rationabilitèr, & ordinata retractari minimè debent. reſp.61.n.1.f.343.
Et hoc Eccleſiaſticæ moderationi eſſe omninò conueniens.

Deciſio.

Deciſio Rotæ 11. de teſtament. in antiquis *expenditur. reſpon.15.n.86 fol.87.*
Deciſio Rotæ 778 part.1. diuerſorum *enucleatur. reſp.64.n.64.f.368.*
Et *expenditur.n.65.*
Deciſio Rotæ 131. poſt 2. volum. conſil. Farinac. *expenditur. reſpon.28.n.70. & 71.f.141.*
Deciſio Rotæ in Meten. profeſſionis coram Vbaldo *expenditur. reſp.51.n.65.f.295.*
Deciſio Achillis de Graſſis 13. de penſionib. *declaratur. reſp.4.n.16.f.23.*
Deciſio Cæſaris de Graſſis 15. de probationib. *declaratur. nu.30.f.24.*
Deciſiones 3. & 4. Creſcentij de iure patronatus *expenduntur. reſp.27.n.32.f.134.*
Deciſio Cardin. Seraphin. 964. *expenditur. reſp. 38.n.35.f.213.*
Et declaratur.n.36.
Deciſio Cardin. Seraphin. 1312. *expenditur. reſp.63.n.30.f.360.*
Deciſio D. Franciſci del Caſtillo 150. *declaratur. reſp.26.n.45.f.129.*

Declarans

Declarans nil noui dat, ſed datum ſignificat. reſp.45.n.31.f.259.
Sicut qui ſpicas excutit, non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt, detegit.n.32.
Quia nimirùm declaratio actui, cui accedit, idem ineſt, nihilq; noui addit.n.33.
Operatur autem, vt habeamus veram, & effectualem prouiſionem ab initio.nu.34.

Declarationes

Declarationes Sacræ Congregationis, ſi non fuerint authenticæ, non probant. reſp.80. nu.34. fol.452.
Ioannis de Gallemarth, & aliorum prælo preſſę prohibita.n.35.
Et in materia exemptionis declarantur ad terminos Sacri Concilij, & Conſtitutionis Gregorij XIII n.36.
Declarationes Sacrę Congregationis Concilij, ſi authẽticę non fuerint, non probant. reſp.99. n.43. fol.557.
Omnes impreſſæ, & imprimendæ fuerunt prohibitę ab eadem Sacra Congregatione. num.44.
Iſſe doctrinales, non deciſiuas quidam contendunt.n.45.

Declaratoria

Declaratoria Iudicis, emphyteutam cecidiſſe ab emphyteuſi, non ad ſubſtantiam eſſe, requiritur, ſed ad exequutionem eſſe. ex Baldo. reſp.85.n.15.f.473.
Præſertim quando deuolutio certa eſt. n.16.
Et adeſſet pactum, quòd propria authoritate ingredi poſſet.n.26.
Et ſola citatio ſufficeret.
Declaratoriæ incurſus exquiritur, quamuis ipſo facto pœna ſit inflicta. reſpon.24. num.21. fol.120.

Decretum.

Decretum, mulierem eſſe ſequeſtrandam in Monaſterio, licet interlocutorium, appellabile ſit. reſp.28.n.12.f.137.
Quia parit grauamen à diffinitiua irreparabile. & n.23.f.138.
Etiam contrà mulieris voluntatem. num.40. fol.139.
Vel ſi locus non tutus aſſignetur.n.41.
Decretum Sacræ Congregationis Rituum de Sanctis in Patronos aſciſcendis. reſp.40.n.43. fol.225.
In Chriſto locum non habet. & n.50.
Ratio affertur.
Neq; de Cruce loquitur.n.56.f.226.
Loquitur de Patronis per Ciuitates, Oppida. & Regna in Patronos aſciſcendis. num.67. fol.227.
Non ergò de peculiari Eccleſia.
Decreta ſynodalia ſunt, quę in ipſa Synodo decernuntur, & Conſtitutiones Synodales nũcupantur. reſp.43.n.59.f.246.
Non ſunt tamen ſynodus.n.64.
Niſi in ſenſu compoſito, non in ſenſu diuiſo. num.65.

Digitized by Google

INDEX

Defenſio.

Defenſio à natura ipſa deſcendit. reſp.31.nu.3. fol.152.& n.24.fol.154.

Et vt iniuriam vi repellamus.

Defenſionis modum excedens, ſi homicidium ſequatur, irregularis efficitur.n.18.f.153.

Defenſio à principio oritur naturali. reſp.98. n.13.f.548.

Eodem proindè principio etiam Bruta edocentur.n.19.f.549:

Defendens ſe, & vitã propriam, etiam ſi occidat, irregularis non efficitur. reſp.31.n.10.f.153.

Etiam ſi præueniat; neq; expectare debet, vt feriatur.n.21.& 36.fol.155.

Secùs ſi poſt percuſſionem id faciat.n.22.

Deficere.

Deficere non poteſt quod non dum cœpit.reſp. 14 n.6 f.75.

Neq; interitum videre, quod originem non habuit.

Nec deſiſſe videtur, quod nec cœpit.n.7.

Definitio.

Definitio cui non conuenit, nec definitum conuenire debet.reſp.50.n.49.f.288.

Definita iuſtè, differri non debent.reſp.49.n.10. f.279.

Defunctus.

Defuncti, vt à peccatis ſoluantur, orationibus adiuuantur fidelium.reſp.13.n.10.f.68.

Delegatio.

Delegatio non præſumitur, niſi doceatur de ea. reſp.95.n.11.f.528.

Quia Delegatus certus eſſe debet de ſua delegatione n.12:

Nimirùm quòd cùm ſit materia odioſa, non præſumitur.n.13.

Ideò preſſè exaudienda, non diffundenda.

Namq; abſq; ſpeciali Principis authoritate iuriſdictio Delegato non tribuitur.n.14.

Debet igitur Delegatus ſe talẽ probare.n.15.

Delegatio ſubreptitia dicitur, ſi de appellationis deſertione memoria facta non fuerit.nu.25. f.529.

Delegatus cum clauſula (conſtito) *mixtus dicitur exequutor.reſp.12.n.10.f.65.*

Delegatus à Papa, eius vice fungitur. reſp.36. n.12.f.198.

Delegatus Apoſtolicus non debet in poſſeſſionem immittere Beneficiarium ex cauſa reſignationis, niſi factis publicationibus iuxta formam Conſtitutionis Gregorij XIII.reſp.86. n.18.f.477.

Delegatus, quod primò cognoſcere debet eſt, an ſua ſit iuriſdictio. reſp.95.n.16.f.528.

Præſertim ſi de appellationis deſertione opponatur.n.17.

Vel ſi de ea ex actis appareat.n.18.

Quamuis non opponatur.

Alioquin inutilitèr agit.n.19.

Delegati iuriſdictio in cauſa appellationis extincta dicitur.n.21 f.529.

Si appellatum non fuerit.

Vel eidem renunciatum.

Et iuriſdictio ad Iudicem à quo, reuertitur. n.22.

Demoſthenes.

Demoſthenis dictum de Auaro mortuo.reſp.39. n.5.f.216.

Depoſitum.

Depoſitum quo pacto à locatione & conductione diſcernatur. reſp.50.n.53.f.288.

Depoſitum quid?

Deſcendentia.

Deſcendentia probatur ex teſtamento. reſp.19. n.15.f.98.

Atq; etiam per teſtes, qui ſeriatim perſonas nominent. n.16.

Deſcendentiam probare ab his, qui nouiſſimo loco præſentauere, & in poſſeſſione ſunt iuris præſentandi in iuris patronatus materia ſufficit. reſp.39.n.19. f.217.

Neq; neceſſe eſt deſcendentiam à primis fundatoribus deducere.

Quod exaudi in poſſeſſorio:

Non in petitorio.n.28.& 29.f.219.

Sufficit ſe probare, in gradu eſſe ſucceſſibili. n.20.

Neq; requiritur ſe hæredem probare.

In iure tamen patronatus hæreditario.

Ratio redditur.

Deſcendentiam ſufficit probare ab vltimo, qui præſentauit.reſp.67.n.29 f 387.

Deſcendens ex fœminis incapax non æſtimatur iuris patronatus; ſicut nec fœminæ ipſæ.reſp. 19. n.17.f 98.

Quin capaces æſtimantur.n.18.f 99.

Secus verò, ſi qui de familia fundatoris ſunt, vocati fuerint. n.19.

Deſcẽdens ex fœmina extrà familiam nupta, de familia non dicitur teſtatoris.n.20.

Deſiderium.

Deſiderio ſatis acri habendi mortales detinẽtur. reſp.66.n.1.f.177.

Vt magnis propter illud ſe incommodis inijciant.

Creſcitq; magis, quò quis plus habet.n.13.ex Ouidio.

Deſipi.

Deſipit, qui non rectè ſapit.reſp.58.n.41.f.326.

Et demens æſtimatur, qui peruerſi ſenſus eſt. ac penitus deſipere.& reſp.43.n.30.f.244.

Deſperare.

Deſperant homines in fine vitæ ob prauitatem peccatorum reſp.92.n.10.f.505.

Dei Miſericordiam infinitam non perpendentes.

Deſtinatio.

Deſtinatio ſolutionis facit, vt res dicatur eo in loco eſſe, in quo ſolutio deſtinata fuit.reſp.9. n.80.f.57.

Præſertim ſi perpetuò in illo fieri debeat.

Determinatio.

Determinatio plura reſpiciens determinabilia, æqualitèr determinari debet. reſp.41.nu.17. f.231.

I N D E X

Deus

Deus ſumma veritas eſt. reſponſ.28.num.27. fol. 138.
Et mendacium in eo cadere non poteſt.
Deus omnipotens ſummus, rerum opifex, qui vniuerſa creauit, Mundumq. vniuerſum ornauit; Hominem in Mundum habitatorem illius nouiſſimum creauit, reſponſ.36.num.1. fol.195
Eumq. in illum induxit.
Deus ſanctus per eſſentiam.reſp.40.n.48.f.226. & n.49.in fin.
Deus omnipotens Mundum ſex diebus condidit. reſp.49.n.43.fol.281.
Vt nobis innueret;nos in tempore operari debere.
Deus plagas imponit his,qui ſacris abutuntur. reſp.58.n.80.f.328.
Deus omnia nouit, antequàm fiant.reſp.64.nu. 43.f.306.
Scrutator eſt cordium.
Secretorum ſolus cognitor,& Iudex.
Cor interrogat,non manum.
Deus nuſquam abeſt, & nulla creatura eſt inuiſibilis oculis eius.reſp.75.n.4.f.416.
Quibus omnia nuda,& aperta ſunt.
Deus vindex,&
Plus valet humanis viribus ira Dei. reſpon. 85.n.44.f.475.
Dei potentia contradictoria efficere non poteſt in eodem ſubiecto.reſp.28.n.26.f.138.
Quia implicat in obiecto.
Neq;falſum efficere; vt quod factum eſt,non ſit factum.
Quia repugnat rationi entis.n.28.
Dei ſolius eſt, humana diuinis ſociare.reſp.58. n.3.f.323.
Dei maiorem gloriam nos pro viribus curare oportet.reſp.59.n.25.f 332.
Deo appropinquamus non paſſibus corporis, ſed mentis affectu.n.28 f.333.
Dei gloriam quantò magis nos quærimus, tantò magis ei per charitatem vnimur, numer.27. fol 333.
Atq; magis in eum tendimus.
Eiq; appropinquamus.
Quantò magis Deo vnimur, tantò eo magis perfruemur. n.29.
Magiſq; proficit anima.n.33.
Et clariùs Deum videbimus.n.53.& 55.
Deo nemo dicere poteſt; Cur ità facis? reſp.1. n.34.f.4.
Vniuerſorum Dominus.
Deo ſemel dicatum, Sanctum Sanctorum eſt. neq; ad humanos vſus transferendum. reſp. 18.n.22.f.94.
Deo donata,eius efficiuntur, non titulo ſolùm vniuerſali,quia Dominus eſt omnium.n.37. fol.96.
Sed etiam particulari.
Quia deſinunt eſſe in dominio aliorum.

Dij.

Dÿ vocantur ÿ, ad quos ſermo Dei factus eſt. reſp.1. n.19.f.4.

Diabolus.

Diabolus tunc maximè, cùm homo in termino eſt, circuit,vt eum deuoret reſponſ.9.num.9. fol. 51.
Diabolus capitales ſimultates cum homine exercet.reſp.15.n.10.f.79.
In fine potiſſimum vitæ.
Diabolus,Lucifer dictus, initio ipſo creationis in ſuperbiam elatus primatū appetÿt.reſp.47. n.10. f.268.
Sed in Infernum detractus fuit in profundum laci.
Conturbat terram Zizaniarum ſator. n.11.
Paciſq; æmulus.
Inimicus ille, qui ſuperſeminauit zizania in medio tritici.
Hoſtis verſutus,qui habet mille nocendi modos.n.12.f.269.
Callidus hoſtis, qui inſidias tendit.vt rapiat.
Fallit,& ſtudio fallendi inuida voluntate errore hominum lætatur.n.13.
Excitat ſpiritum,quandoq. fratrum,vt diffidia ponant.
Diabolus transfigurat ſe in Angelum lucis. vt decipiat.reſp 93.n.7.f.511.
Diaboli eſt circuire, & quærere quem deuoret. reſp.52.n.1.f.297.
Vt quietam animi, ſinceramq; tranquillitatem perturbet.

P. Diana.

P. Diana celebratur. reſponſ.48. numer. 26. fol.275.

Dictio

Dictio (aut) quę diſiunctiua eſt, expenditur, declaraturq.reſp.45.n 43.f.259.
Dictio (niſi prius) ordinem denotat gerendorum.n.17.f.260.
Dictio (autem) eſt aduerſatiua,& diſpoſitionis ſubſtantiam penetrat. reſponſ.55 numer.57. fol.314.
Dictio (dictus) reſtrictionem ad nominatam perſonam operatur.reſp.13.n.57.f.72.
Dictio(dummodò) modum ex natura ſua importat.reſp.87.n.18.f.480.
Reprime. Si adiungatur rei, quę implenda venit antè quàm actus perficiatur,tunc enim conditionem infert.n.19.
Vel etiam formam.n.21.
Vel ſi adÿciatur propoſitioni negatiua n.20.
Dictio(Et)in diſiunctiuam quandoq.reſoluitur. reſp.27.n.19.f.133.
Atq;in ſenſu diuiſo, non compoſito exauditur.n.24.f.134.
Dictio (Et) ſtat copulatiuè.reſponſ.47.num.33. fol.271.
Et qualitatem præcedentis extremi tribuit ſequentibus.
Eaq.uniformitèr coniungit.

Dictio

Digitized by Google

Dictio (Et cętera) extendit dicta etiam ad alios caſus.reſp.29. n.21 f.146.
Ampliatq; ad terminos præſertim conſuetos, & ſecundùm naturam actus,qui geritur.nu. 22.
Operaturquè, vt renũciatio realis æſtimetur, omniq; tempore renunciantem excludat. nu. 23.
Et perſona adiecta Patris, etiam filios comprehendit. n.24.
Dictio(item)repetitionem indicit antecedẽtium. reſp.41.n.52.f.234.
Dictio (mox) pro confeſtim exponitur.reſp.30. n.26.f.150.
Dictio (niſi)aduerſatiua eſt,& pro(ſi non)exprimitur.reſp.3.n.29. f.17.
Præſertim ſi poſt negatiuam ſequatur.n.30.
Facitq; diſpoſitionem conditionalem;& conditionem diſpoſitioni inurit.n.31.
Vt transferat onus probãdi in Aduerſarium. n.32.
Dictio(nullatènus)verbo (poſſum) iuncta,omnimodam neceſſitatem importat. reſp.43.nu. 15.f.242.
Dictiones (niſi, non ſolùm, non poſſint) expenduntur . n.17.
Quòd orationem,cui adijciuntur ſatis arctãt.
Conditionemq;important.
Et formam omnimodis ſeruandam referunt. n. 19.
Dictio(per)tempori adiuncta,perfectionem,atq; continuationem temporis totius denotat.reſp. 46.n.14. f.264.
Dictio(poſtquàm)dùm reſpicit tempus futurũ, importat conditionem.reſp.96.in allegat.Caiſotti. n.7.f.538.
Nec non & formam. n.8.
Dictio (ſeu) ex ſui natura ſtat ampliatiuè,ſiuè declaratiuè.reſp.88.n.29.f.486.
Dictio (ſiue) diuiſionem indicat.reſp.80.nu.19. f.450.
Stat quandoq; augmentatiuè.n.20.
Dictio (ſeu) inter diuerſa ponitur.n.21.
Quamuis aliquam ſimilitudinem inter illa arguat.
Dictio (vel)inter diuerſa ponitur.reſp.33.in reſolut.Dianæ.n.5.f.178.
Et caſus diſtinguit.n.6.
Licèt quandoq; inter idem importantia ponatur.n.16. f.179.
Vel parum diſtantia.
Dictiones (ſi,& poſtquàm) conditionem operantur.reſp.90.n.10.f.494.
Dictio (di più) ſiuè præterea,quid operatur? n.19.
Sicut dictio (item.) n.22.f.495.
Et dictio(inſuper.) n.23.
Dictio(Et in tali caſu)ad ſuperiora diſpoſita per caſum illum trahitur.n.29.
Sicut dictio(tunc) extremitatem temporis ſignificat. n.30.

Didacus.

Didacus Couarruuias extollitur, reſp.9.nu.26. fol.53.

Dies.

Dies pars ſtipulationis eſt,ſicuti ſumma. reſp. 3.n.21.f.16.
Dies termini in termino non computatur.reſp. 46.n.29.f.266.
In fauorabilibus quidem.
Secùs in odioſis.n.35.
Vel pro publico commodo.
Dies vitæ hominis breues ſunt.reſp.13.num.13. f.68.

Diffinitores.

Diffinitores,qui ſine cauſa capitularibus actibus nolunt interuenire, peccant.reſp.24 n.8. fol.119.
Quia ſuo muneri deſunt.
Diffinitores in Minorum de Obſeruantia Religione prius in Capitulis ſuffragium non dabant.n.12.
Dant autem nunc ab anno 1633.

Diffinitorium.

Diffinitorium Prouinciale Patrum Diſcalciatorum Carmelitarum ampliſſimam habet,ex Regulis,poteſtatem in rebus agendis.reſp.73. n.22.f.410.

Dignitas.

Dignitatis priſtinę memoria prodeſt,non obeſt. reſp.47.n.6.f.268.
Vnde ſeruus,etiam poſtquàm diſtractus,venditusq; fuit,contra priorem dominum non deponit,in memoriam prioris dominij.n.7.
Dignitatiq; perſonæ eſt deferendum.n.8.
Etiam in corrigendis exceſſibus.n.9.
Dignitatum porta vilibus,& indignis patere non debent.reſp.24.n.3.f.119.
Dignitates ad Eccleſiaſticas non omnes paſſim aſſumendi. reſp.46.n.1.f.268.
Neq;id expedit.
Ne animarum cura vileſcat.
Dignitates ijs debentur, quos labor prolixior fecerit anteire.n.10.f.264.
Quiquè meliores, præſtantiores, ſanctiores, quiq; omni virtute eminentiores ſunt, ij ad Sacerdotium eligendi.n.11.
Et quibus nihil ſapientiæ,nihil ſcientiæ,nihil deſit induſtria. ex Hieronymo.
Non itaq; in ijs dandis feſtinandum.n.12.

Dilatio.

Dilatio ad ſoluendum etiam tacitè reo facta, fideiuſſores non liberat.reſp.26.n.47.f.129.
Ratio redditur.n.48.
Multoquè magis locum habet in reis debendi. n.50.f.130.
Dilationem debitori dari ad ſoluendum, è re eſt creditorum.reſp.75.n.17.f.418.
Vt ille paratior tempore ad ſoluendum fiat. & n.28.
Neq;eſt magnum damnum in mora modici temporis. n.20.
Dilatione pendente, Iudicis conquieſcit officium. n.21.
Reuiuiſcit autem illa excurſa.n.22.
Vndè agere liberè tunc poterit creditor.n.23.
Neq; aliter fieri æquitatis ratio patitur.n.37.

Dila-

Dilatione, ſiuè moratoria perdurante Iudicis officium conquieſcit. reſponſ.75. numer.11. ſol 417.
Reuertitur autèm illa extincta.
Dilatione petita, & obtenta, debitum acceptare videtur debitor, ſeq; ſententiæ ſubijcit. n.12.& 26.
Dilatio, ſeù moratoria non indè conceditur, vt nunquàm debitor ſoluat; ſed vt paratior ad ſoluendum creditoribus euadat. n.14.
Et acceptare debitum videtur, ſeq; ſententię ſubijcere.n.26.
Dilationum terminum, vel breuem reddere, vel efficere longiorem ex Iudicis pendet arbitrio.reſp.49.n.54.f.282.
Ratio affertur. n.55.

Dilectio.

Dilectio proximi malum non operatur.reſp.64. n.20.f.365.
Dilectionis probatio, operis exhibitio eſt. reſp. 74.n.10.f.414.

Diœceſis.

Diœceſis Auerſana cum Camera Apoſtolica pro ſpolio Clericorum compoſitionem iniyt. anno 1621. Authore agente tunc Vicario Auerſano.reſp.99.n.69.f 559.

Diogenes.

Diogenes Philoſophus indè Cynicus dictus, quòd mordax fuerit, & maledicus. reſp.100. n.1.f.561.

Diſmembratio.

Diſmembratio alienationis eſt ſpecies. reſp.58. n.34.f.325.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio irregularitatem ſupponit. reſp.31. n.49.f.156.
Diſpenſatio omnis odioſa eſt, ideò ſtrictè interpretanda.reſp.45.n.53.f.260.
Quod exaudi quòad eos quidèm, quibus cum diſpenſatur.n.55.f.261.
Secùs verò quòad facultatem ipſam diſpenſandi, & perſonas, quibus facultas data fuit. num.56.
Vel niſi Princeps aliter ipſe declarauerit. num.58.
Nequè diſpenſationes omnes odioſæ ſunt. num.59.
Nàmq; fauorabiles dicuntur, quæ publicum reſpiciunt commodum.n.60.
Diſpenſatio iuſtificari debet, obtenta. reſp.67. n.17.f.385.
Et omnis Ordinarijs committitur extrà Romanam Curiam.
Ratio redditur.n.18.
Diſpenſationes omnes (ad beneficia præſertim) ſunt odioſæ.n.23.f.386.
Ideò ſtrictè interpretandæ.
Diſpenſatio relaxatio eſt rigoris, & legis. reſp. 69.n.36.f.395.
Et idcircò odioſa æſtimatur.
Vndè ſi plura fuerint obſtacula, diſpenſatio in vno eorum facta, ad aliud non extendetur.n.37.
Tot proindè perquiruntur diſpenſationes, quot obſtacula fuerint.n.38.
Diſpenſatione rigor relaxatur, quo quis iure communi detinetur, nè quid faciat.reſp.45. n.26.f.258.
Diſpenſatio quid.n.27.
Diſpenſare cum corpore vitiatis ad Papam ſolum ſpectat.reſp.22.n.14.f.115.
Diſpenſatus ad beneficia iuris patronatus, ad illa præſumitur, quæ ſunt de familia.reſpon. 67 n.22.f.386.
Diſpenſatus ad vnicum beneficium, non cenſetur ad aliud diſpenſatus.n.26.& 28.
Diſpenſatus in vno impedimento, diſpenſatus in altero non cenſetur. reſpon.76.num.45. fol 426.
Quia tot ſunt diſpenſationes, quot ſunt impedimenta.n.46.f.427.
Quarè diſpenſatus, vt penſionem retinere poſſit. n.47.
Etiam ſi cum vidua matrimonium contraheret.
Non cenſetur diſpenſatus, vt in Clericatu perſiſtat.
Præſertim ſi ei ſit impoſitum, vt militiam regularem ingrediatur.
Et ſufficit illum gaudere diſpenſatione, quoad effectum retinendi penſionem n.49.
Et tamen talis diſpenſatio expreſsè requiritur.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio vltima ab aliena pendens voluntate improbatur, reſp.9 n.33.f 54.
Etiam quòad legata.n.34.
Declara, ſi in arbitrium conferatur alterius, nàm tenet.n.35.
Nàm pro viri boni arbitrio accipitur.
Sicuti in extranei voluntatem tacitam poni poteſt. n 36.
Vel ſi ità arbitratus fuerit, vel iuſtum putauerit.n.37.
Procedit etiam in arbitrio in generali. n.39.
Diſpoſitio teſtatoris, qua mandat eligi incertum de certis, ſuſtinetur.nu.69.f.56.
Neq; captatoria iudicatur.
Quemadmodum ſuſtinetur, ſi quis aſſenſum præſtet, vt alius quis de rebus meis diſponat, teſtamentum roget, legata decernat. n.70.
Ratio eſt, quia bona concedit, non voluntatem.
Et alienaſſe in eum bona videtur, & quaſi dominum conſtituiſſe.n.71.
Diſpoſitio teſtatoris legem facit, atq; proindè ſeruanda.reſp.20.n.11.f.101.
Diſpoſitio Principis fauorabilis dicitur, cùm remunerare ille intendit. reſp.33. in reſolut. Dianæ, & aliorum. n.23.f.181.
Et ex principali intentione ipſius.n.24.
In dubio fauorabilis cenſenda.n.25.
Diſpoſitio nulla debet ſine effectu eſſe, atquè ludibrio rogata videtur. reſpons.47.num.26. fol.270.

I N D E X

Diſpoſitio teſtatoris, quæ ampla videtur, reſtringitur tamen ad ea, de quibus vti ſua diſponere ipſe poterat.reſp.78.n.34.f.438.
Quia diſpoſitio, quantumuis generalis, reprimitur ſecundùm facultatem, quam diſponens habet.n.35.f.439.
Diſpoſitio dubia, & incerta, nulla æſtimatur. reſp.99.n.6.f.554.
Diſpoſitionis cauſa finalis, quænàm dicatur? reſp.55.n.14.f.310.
Ex qua directionem, atq; regulam ſumit diſpoſitio.n.15.f.311.
Qui autem ſtare dixerit, probatione præſtabit.n.18.
Diſpoſitiones pij teſtatoris infringere licet nemini. reſp.32.n.60.f.163.
Diſponendi de quibuſdam facultatem habens, ſi non diſponit, in venientes ab inteſtato illa transfundit.reſp.78.n.10.f.437.
Iuris ſaltim fictione.n.11.
Quod exaudi, ſi omninò non diſpoſuit.nu.12.
Secùs ſi pro parte, nàm pro illa tantummodò diſpoſitio ſubſtinebitur.n.13.
Non verò pro non diſpoſitis.
Quia noluiſſe videtur.n.14.
Præſertim verò ſi reſtricta facultas fuit ad certum modum.n.15.
Diſponentium de rebus ſuis voluntates deſpici nequaquàm debent.reſp.20.n.14.f.101.
Ne alioqui retrahantur fideles à fundandis, conſtruendis, vel dotandis Eccleſijs.
Et poteſt quilibet de rebus ſuis diſponens, quas voluerit conditiones apponere.n.15.
Modò bonis moribus non reluctentur.
Diſponere quiſq; poteſt de rebus ſuis, vt dignũ eſt, vt ſit lex eius voluntas. reſpons.9.nu.63. fol.56.
Vt dignum, hoc eſt ſecundùm leges.
Diſponere verbum, ad hæredis quoq; inſtitutionem tranſgreditur. reſp.78.n.38.f.439.
Limita, ſi verba ſint relatiua, non diſpoſitiua. num.39.

Diſtinctio.

Diſtinctio eſſe debet inter res humanas, & diuinas.reſp. 8.n.23 f.94
Diſtinctio magna eſt inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem.reſp.99.num.50. fol.557.

Diſtractus.

Diſtractus vtriuſq; conſenſu perficitur, ſicuti contractus.reſp.36.n.26.f.200.
Diſtractus à contractu regitur. reſp.51.nu.22. fol.292.
Contractusq; eſt diſſolutio.
Quia quomodò actus conſtituitur, pari modo deſtruitur.

Diuerſa.

Diuerſa, quæ inæqualia.reſp.28.n.11.f.137.
Diuerſitas titulorum, diuerſitatem indicat diſpoſitionum.reſp.78.n.20.f.437.

Diuinum.

Diuinum inter ius, & publicum, atq; priuatum, non modica ſtatuitur differentia.reſp.65.nu. 22.f.373.
Diuini timoris nemo ità immemor præſumitur, vt in ſupremo vitæ ſpiritu velit animam ſuam decipere.reſp.10.n.12.f.61.
Diuini iuris quæ ſunt, humanis nexibus alligari, legibus vetitum.reſp.18.n.23.f.94.

Diuiſio.

Diuiſio corruptionem generat.reſpons.15.n.67. fol.85.

Diuitiæ.

Diuitiæ vitæ huius, habendi deſiderium non ſatiant.reſp.8.n.2.f.44.
In pretio tamen apud Mundi amatores habentur.n.3.
Diuitiæ, ſapientię comparatione nihil ducendæ.reſp.50.n.5.f.284.
Diuitias fictiles vocauere quidam.n.6.
Quin in damnum vertuntur domini ſui. ex Salomone.n.7.
Rationem refert.n 8.
Earum poſſeſſio inanis, ſi neſcias vti illis. num.9.
Factum narratur.n.10.
Diuitiæ spinarum nomine exaudiuntur. reſp. 64.n.8.f.361.
Rationem affert S.Gregorius.
Rerum quoq; penuria nullum onus moleſtius.
Diuitiæ, & mendicitas mala duo. ex Salomone.num.9.
Diuitiæ improbę dicuntur. & curtæ ſunt.reſp. 71.n.3.f.400.
Diuitias plurimi mortales æſtimant, ſed non magni eas faciendas ſapientes omnes iudicant.reſp.50.n.1.f.284.
Ratio affertur ex S.Paulo.n.2.
Et fortunæ arbitrio mortalibus dari putauere Gentiles.n.4.
Diuitias magni homines Mundi æſtimãt. reſp. 85.n.2.f.471.
Sunt tamen nihil.
Et arena exigua.n.3.
Et lutum.
Et homines ſtrangulant.n.8.
Nec ex ijs mentes hominum leuantur.

Diues.

Diues, aut iniquus, aut iniqui hæres.celebratum dictum Doctorum uocibus. reſp.91.num.3. fol.498.
Ratio redditur.
Quia diues quis ſtatim fieri non poteſt.
Diuites valdè homines bonos non eſſe. dicebat Plato.reſp.50.n.3.f.284.
Diuites ſtultos appellauit Dauid.reſp.66.n.10. fol.377.
Ratio redditur.n.11.
Diuites, qui volunt fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli.reſponſ.85.num.6. fol.471.

Doctor

Digitized by Google

I N D E X

Doctor.

Doctorum Ordo eſt pracipuus in Eccleſia Dei. reſp.45.n.61.f.261.
Pracipuus, hoc eſt priuilegiatus. ex Gloſſa.

Documentum.

Documentum dicitur ſcriptura publica, non priuata. reſp.79.n.59.f.447.

Dolus.

Doli praſumptionem inducit tarditas in opponendo tempore opportuno. reſp.61. in Rota deciſione. n.8. f.348.
Et oppoſitio poſt mortem facta aduerſarij.
Sicuti nolle exhibere ſcripturas, qua apud ipſum erant. n.9.
Dolo facit, qui petit, quod eſt mox mox reſtiturus. reſp.84.n.39. f.469.
Dolis, apertiſq; aliorum machinationibus ſacra occurrere leges. reſp.62.nu.14.f.352.& reſp.93.n.14.f.512.
Ne ipſa doloſa machinatione violentur. n.16.
Dolus neminem releuare debet. n.50.

Domicilium.

Domicilium mutandi cuilibet liberum manet arbitrium. reſp.4.n.9.f.22.
Domicilium habere, & peregrinari differunt. reſp.88.n.12.f.485.
Domicilium ſine animo, perpetuò permanendi, non contrahitur. reſp 94.n 78.f.521.
Et ſolus animus diſcedendi domicilio contrahendo repugnat.
Duoq; requiruntur, factum, & animus. n.79.
Praſertim ad matrimonium contrahendum. n.80.
Nam nō ſufficit habitatio paucorum dierum, vel menſium, animo redeundi.
Hic enim nihil à peregrinante differt. n.81.
Vel ſaltim domicilium requiritur pro maiori parte anni, ad matrimonium contrahendū. n.83.
Domicilium patris ſequitur filius. n.84. f.525.
Exauditur, ſi cum patre filius habitet. n.85.

Dominium.

Dominium legatorum ipſo iure tranſit in Eccleſiam abſq; traditione. reſp.16.n.23.f.90.
Dominium ipſo iure, ipſoque facto, donatione emiſſa, etiam ſine traditione in Eccleſiā transfertur. reſp.65.n.21.f.373.
Ex prarogatiua, quam Deo dicata res habēt.
Accedente potiſſimùm clauſula conſtituti. n.23.
Dominium rei donata acquiritur per ſeruū, & procuratorem noſtrum. n.43.
Dominiū non niſi ex actis probationibus oſtenditur. reſp.71.n.10.f.400.
Neq; probatur per ſolum inſtrumentum emptionis, cum poſſeſſione emptoris. n.11.
Neq; per vnicam probatur enunciatiuam. n.12.
Quamuis antiquam.
Dominium, quod quis non habet, non vtiquè transfert; neq; donatione. reſp.93.n.18.f.512.
Et pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui dare non poteſt.
Dominia rerum, ex partium nuda aſſertione dicentium, non pendent. reſp.71.n.8.f.400.

Dominus.

Dominus, qui eſt de rebus ſuis, vt libet, diſponit. reſp.32.n.70.f.164.
Quia Dominus eſt, & iuſtum ſit ſua cuiquè committere.
In quoſcunq; diſponat. n.71.
Dominus directus rei emphyteutica, an propria authoritate emphyteutam expellere poſſit, ob alienationem eo irrequiſito factam? reſp.85. n.10.f.472.
Vel ob lineam finitam?
Vel ob canonem non ſolutum?
Tres afferuntur Doctorum ſententia.
Requiri Iudicis ſententiam, communior, magiſq; tuta. n.11.& 12.
Vel lineam finitam.
Praſertim ob alienationem. n.12.
Poſt Iudicis verò declaratoriam citato nouo poſſeſſore, facilè poteſt. n.13.

Domus.

Domus nūcupatio familiam importat, & agnationem. reſp. 19.n.22.f.99.
Potiſſimùm ſecundùm ſubiectam materiam à teſtatore deductam. n.23.
Nam illi comprehēduntur, qui eadem arma, & inſignia deferunt.
Sicuti in dubio. n.24.
Vel ſi domus appellatio abſolutè poſita ſit.
Nām de propria diſponentis familia exauditur.
Vel ſi ex mente teſtatoris appareat: qui ſe ad ſuam familiam reſtringere voluit. n.25.

Donatio.

Donatio ex liberalitate, & munificentia donantis procedit reſp.8.n.50.f.48.
Non ex neceſſitate propterea. n.51.
Et extrà cauſam bonorum defuncti eſt. n.56. f.49.
Donatio libera voluntate perfecta irreuocabilis eſt. reſp.18.n.8.f.93.
Perfecta verò quomodò dicatur? n.9.
Donationes ſemel libera voluntate factas reuocare inciuile eſt, atq; inuſitatum. n.11.
Donatio propter nuptias acceſſoria eſt ad dotē. reſp.30.n.19.f.150.& n.33.f.151.
Donatio ob benemerita facta diffusè interpretanda eſt. reſp.34 n.3. f.187.
Et ex natura ſua irreuocabilis eſt. n.4.
Etiam ob ingratitudinem. n.5.
Et metus cauſa.
Praſertim ſi ſeruitia non fuerint debita. n.6.
Donatio extraneis facta, & omnium bonorū ab eo, qui ſciebat, ſe ſanguine ſibi iunctos habere, in eorum fraudem facta videtur. n.13.
Donatio ab inſano homine facta, nulla. n.25. f.188.
Donatio in incapacem collata, inualida. n.36. f.189.
Donationes naturalibus tantùm fieri, eſt iure prohibitum. n.37.
Multoq; magis ſpurijs.

Pra-

Præſertim à perſonis Eccleſiaſticis. n.38.
Donatio ſuſpecta arguitur ex clauſulis inſolitis.n.46.f.190.
Et ex interpoſitione perſonæ tertiæ.n.49.
Donatio omnium bonorum inualida efficitur ex reſeruatione modica diſponendi,atquè pro anima, cùm ſit nimis reſtricta.
Vndè ſuſpecta præſumitur. n.50.
Donatio facta de iurepatronatus laicorum, ſi Epiſcopi Ordinarij conſenſus non intercedat, eſt nulla.reſp.63.n.8.f.358.
Niſi Eccleſiæ, vel vni ex Compatronis donetur.n.13.
In præiudicium tamen donantis ab initio illa tenuit.n.29.
Donatio cauſa mortis reuocabilis eſt, ſicuti aliæ vltimæ voluntates.reſp.65.n.10.f.372.
Eſt enim vltimæ voluntatis ſpecies.n.35.
Differt à donatione inter viuos.n.13.
Donatio ſimplex,vera,& abſoluta irreuocabilis eſt. n.13.
Dicta quaſi doni datio.
Donationes ſemel factas reuocare,inciuile eſt,& inuſitatum. n.15.
Semel perfectæ reuocari non poſſunt.n.16.
Donatio,quæ irreuocabilis dicta eſt,quamuis cauſa mortis facta,in inter viuos tranſit. nu. 17.
Donatio ex ipſa nominatione, vel inter viuos, vel cauſa mortis dicitur. n.20.f.373.
Donatio perfecta inter viuos irreuocabilis perſeuerat. n.28.
Donatio cauſa mortis inter viuos tranſit, ſi cauſa finalis fuit beneficij erectio pro ſalute animæ donantis. n.29.f.374.
Videturq; tantum exequutio diffuſa in tempus mortis.
Demandata præſertim celebratione Miſſarum.n.30.
Præſertim ſi hæredes ad obſeruantiam teneri voluit, poſſeq; cogi n.32.
Accedente iuramento;nam irreuocabilis euadit. n.33.
Sicut etiam per clauſulam(ponens,& conſtituens eum Procuratorem.)n.34.
Vel ſi donatio facta ſit ob cauſam.n.37.
Vel alimentorum, potiſſimùm.n.38.
Vel coniunctæ perſonæ.n.39.
Vel ſi fiat præſenti,recipienti,& acceptanti. n.41.
Quo caſu dominium ſtatim acquiritur.n.42.
Vel ſi fiat coniuncto ſanguine.n.44.
Donatio ob benemerita inter viuos æſtimatur, & irreuocabilis perſeuerat.n.40.f.374.
Donatio cauſa mortis in inter viuos tranſit, ſi non quinque teſtes,ſed duo,vel tres in illa interceſſerint.n.45.f.375.
Ex coniecturis interpretationem recipit, vt dicatur inter viuos. n.47.
Et ex clauſula(omni meliori modo.)n.48.
Donatio inter viuos,ex nominatione arguitur. n.47.f.375.
Maximè enim refert, quid actum ſit,perſpicere. n.49.
Donatio,quæ vera,ac firma eſt,inficiari non poteſt.reſp.74.n.1.f.414.
Facta enim, vt liberalitatem, & munificentiam in donatarium exerceret.
Et,vt ſtatim accipienti fieret.eſt propriè donatio. n.2.
Potiſſimùm transfuſo ſtatim dominio in donatarium.n.3.
Nullo proindè modo;neq; ſimulationis exceptione conuelli poterit. n.4.
Donationes,quæ perfectæ ſunt, temerè reuocari non poſſunt.n.4.
Perficiuntur autem declaratione voluntatis. n.5.
Vel ſcripto,vel verbis.
Donationes ſemel libera voluntate factas reſcindere,inciuile,atquè inuſitatum habetur. n.6.
Donatio propter ſeruitia facta, remuneratio magis,quàm donatio dicitur.n.12.f.414.
Donatione res alienatur.reſp.93.n.9.f.513.
Donationes in pias facta cauſas, irreuocabiles ſunt.reſp.18.n.14.f.94.
Nec reuocari poſſunt cauſa,quòd conſanguinei non interuenerunt.n.38.f.96.
Impiè igitur reuocantur, quia Deo ſunt factæ. n.15.& n.18.
Neq; abſq; ſacrilegij nota. n.21.
Ratio affertur.n.25.
Donans vt liberalitatem,& munificentiam ſuã in donatarium exerceat,donare videtur.reſp. 34.n.1.f.187.
Ita enim dare videtur,vt eius fieret. n.2.
Donare,vel nõ donare à liberæ voluntatis principio procedit.reſp.18.n.12.f.94.
Factas verò ſemel firmas,in poteſtate non eſt amplius donantis.
Donat nihil,qui nihil in donatarium transfert. reſp.93.n.21.f.513.
Donata Deo diuinum quid efficiuntur,eiq; ſanctificantur.reſp.18.n.19.f.94.

Donatarius.

Donatarius manutentri interim debet in poſſeſſione bonorum donatorum, donec de validitate diſputatur.reſp.34.n.55.f.190.
Quod exaudi in donatione non ſuſpecta.n.57.
Neq; facta ſub aſſertione meritorum.

Dos.

Dos natura ſua multiplicationem non admittit. reſp.8.n.45.f.48.
Dos matrimonio conſtante ad virum ſpectat pro oneribus matrimonij ſupportandis. reſp.10. n.25.f.60.
Dos ſoluta præſumitur, ſi vir ſocero viuente nunquàm pro ea inſtiterit, nequè de medio illo ſublato, apud eius hæredes. n.26.
Præſertim ſi induſtrius maritus vir fuerit. n.27.
Quia donatio non præſumitur.
Et nemo ſuum iactare æſtimatur.n.28.
Potiſſimùm ſi conqueſtus non interceſſit.nu. 29.f.61.
Vel etiam ſi calculationes de negotijs inter Socerum,& Generum interuenere. n.30.

Digitized by Google

Vel ſi Pater in ſupremo vitæ ſtatu nihil de dote meminit.
Et nihilominùs legatũ aliquod filiæ reliquit. n.31.
Illaq; legatum acceptauit, exegit, nihil de dote loquens.n.33.
Dos *in bonis mariti quamuis ſit, mulieris tamẽ eſt. reſp.30.n.22.f.150.*
Vndè alienatum dotalem fundum poteſt mulier ex ſtipulatu redhibere. n.23.
Etiam è manu Fiſci. n.25.
Etiam viuente viro. n.27.
Dos marito datur, vt ex fructibus matrimonij onera ſubleuet.n.24 & n.28.
Dos proprium eſt mulieris patrimonium.nu. 31.
Dos *ducatorum mille videtur ſufficiẽs pro qualibet Comitiſſa.reſp.34.n.21 f.188.*
Multoq; magis pro perſona priuata.
Ac præſertim pro ſerua, pro qua centum ſufficiſſent.
Dos *mulieri debetur ſecundùm facultates, & dignitatem mulieris reſp 49.n.21.f.280.*
Dotis *legatum in maiori ſumma inter viuos relictum, debetur.reſp.8.n.46.f.48.*
Quamuis in minori ſumma in vltima voluntate relictum fuerit.
Ratio redditur.n.55.f.49.
Dotis *cauſa data ea dicuntur, quæ in dotem dãtur. reſp.70.n.6 f.397.*
Doti *quæ accedunt, in dotem imputantur.reſp. 93.n.23.f.513.*
Dotes mulierum firmas eſſe, ſanctum legibus viſum eſt. n.25.
Quarè pacto meliores fieri poſſunt, deteriores verò non ità.
Dotem *inæſtimatam vir diſtrahere probibetur. reſp.30.n.9 f 149.*
Vxore etiam conſentiente.
Ratio affertur.n.10.
Vt neq; ſeruitutes dotali fundo debitas amittere, neq; nouas imponere maritus poſſit.nu. 11 f.150.
Dos viro data, eo fatali ſorte conſumpto, ad mulierem reuertitur.n.14.
Et in rebus immobilibus ſtatim.n.15.
Dotis prioritas, non a ſolutione, ſed à promiſſionis currit die.n.17.
Dotis cauſa ſemper, & vbiq; præcipua. n.20.
Dotes mulieribus conſeruari Reipublicæ intereſt. n.21.

Dubium.

Dubium *tunc quis deponere dicitur, cùm ſe determinat ad aliquid.reſp.92.n.42.f.508.*
Dubia in meliorem partem interpretanda. n 46.
Dubio *in facto pro pia cauſa reſpondendum. reſp.15.n.84.f.87.*
Quia illa animam reſpicit.
Dubio *in facto interpretatio illa ſumenda, quòd faciens actum, ita illum facere videatur, vt nullam mereatur reprehenſionem. reſp.33.in informatione Paſcutij. n.9.f.174.*
Dubia *meliorem in partem interpretanda.reſp. 32.n.27.f.160.*

Ducati.

Ducati *centum pro Rectore, qui remanere debẽt in reſeruatione penſionis, debent eſſe liberi. reſp.55.n.27.f.312.*
Ab omni onere, atq; grauamine. n.30.
Neq; comprehenduntur incerti. n.31.
Niſi dictum fuerit.

Duo.

Duabus *propoſitis propoſitionibus, qui vnam negat, alteram affirmare videtur. reſp.45.nu. 50.f.260.*
Vel ſi vnum affirmat, non ſtatim alterum negaſſe æſtimatur.
Præſertim ſi vtrunq; dictum eandem habeat rationem. n.51.
Et vnum cum altero ſtare poſſit.
Quod in omni materia locum habet.n.52.
Duo *rei debẽdi, quiſq; eorum in ſolidum tenetur. reſp.26. n.6 f.126.*
Duo *vincula magis ſtringunt, quàm vnum. reſp.72.n.24.f.405.*

E

Eccleſia.

E*Cleſia polluitur ſanguinis, vel ſeminis effuſione. reſp.17.n.1.f.90.*
Veluti etiam homicidio, vel vulnere intus illam inflicto.n.2.
Sanguis autem debet eſſe humanus.n.3.f.91.
Et cum iniuria effundatur.
Quia tunc iniuria irrogatur Eccleſiæ. n.4.
Eccleſia *non polluitur ſi ſanguinis ſeminiſq; effuſio occulta fuerit.n.14.f.91.*
Quia Eccleſia de occultis non iudicat.
Sufficit tamen, (vt illa polluta dicatur) ſi ex poſt facto publicetur, atq; publicũ efficiatur. n.15.
Etiam partium ipſarum confeſſione.
In Eccleſia nec ridendum quidem.ex S.Chriſoſtomo.n.7 f 91.
Eccleſia non polluitur ſi ſanguis effundatur caſu, vel ſine voluntate, vel ioco.n.8.& 9.
Etiamſi mors poſtmodùm indè ſequatur.nu. 10.
Quia ipſa mors hoc caſu inuoluntaria eſt. n.13.
Ac proindè materialitèr tantum.
Eccleſiæ fauore reſpondendum in dubio eſt; illam non fuiſſe pollutam. n.12.
Eccleſia *cultrix eſt iuſtitiæ, neminiq; iniuriam facit. reſp.33.n.18.f.169.*
Eccleſia *curare debet, vt omnis peccati materies præſcindatur. reſp.37.n.40.f.207.*
Eccleſia *eſt in Ciuitate Panormi S. Ignatio Chriſti Martyri dicata. reſp.40. n.15.f.224.*
In eadem degunt Patres Oratorij à S.Philippo Nerio.
In illa Crucis Chriſti fruſtulum aſſeruatur.
Eccleſia *pia mater eſt filiorumq; ſuorum neceſſita-*

I N D E X

ſitatibus prouidere tenetur. reſp.48.num.17.
fol.274.
Nulliq. claudit gremium redeunti.
Neq. perſecutionem facit, dùm peccata perſequitur, vel animarum ſalutem quærit. num.18.
Gladium non habet, niſi ſpiritualem.n.19.
Nec occidit, ſed viuificat.
Et quos ſoluit in terris, ſoluti ſunt in Cœlis. num.20.
Eccleſia ad ſui regimen viris litteratis permaximè indiget.reſp.55.n.5.f.310.
Et maximè illuſtratur ex litterarum ſtudijs. num.9.
Eccleſia ſicut alienas res rapere non debet, ita nec ſuas amittere, prodigereque.reſp.58.n.37. f.325.
Et qui eis damnum intulit, ſacrilegus eſt.nu. 55.
Eccleſia viduata dicitur, quæ inutilem habet Epiſcopum.reſp.60.n.13.f.338.
Quia mortuus æſtimatur.
Cùm operari non poſſit.& n.14.& 15.
Quemadmodùm ſoluta dicitur à lege viri Eccleſia per reſignationem, per quam vacat. num.32.
Vacatq. etiam depoſitione, & renunciatione. nu.28.& 41.
Eccleſia Superioris authoritate deſtructa, vel tranſlata, priuilegia, & bona, quæ prior obtinebat, ad tranſlatam accedunt. reſp.73.nu. 49.fol 4 3.
Sicuti beneficio tranſlato, bona, & emolumẽta cum illo transferuntur.n.50.
Eccleſiæ, vel Monaſterio conſtruendo iurè dari, vel legari poteſt.reſp.18.n.34.f.95.
Quia Deo donatio acquiritur, iſq; à donante contemplatur.n.36.f.96.
Non ſolùm titulo vniuerſali, ſed etiam particulari. n.37.
Eccleſiæ in Petro dictum à Chriſto Domino fuit.
Quodcũq; ſolueris ſuper terram, &c.reſp.48. n.12.f.274.
Eccleſiæ præſumuntur erectæ authoritate Ordinarij.reſp.21.in dec.Coccini.n.1.f.110.
Eccleſiæ licèt fundatæ ſint intrà limites Parochialium, illis tamen ſubiectæ non ſunt. n.7.f.111.
Ni Cathedrali.
Et quòad iura Parochialia.n.9.
Vltrà quæ, ſi quid prætenderet Parochus, deberet id probare iure ſpeciali id ſibi competere.n.8.
Eccleſiarum duarum Sacerdos intitulari nemo debet.reſp.57.n.2.f.319.

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſticus ordo peruertitur, quando vnus plurium officia occupat clericorum. num.1. f.319.& reſp.99.n.36.f.556.
Et vnus eſurit, alius autem ebrius eſt.

Edere.

Edere vt quis cogi poſſit ſcripturas, vel a✝ , ſiuè proceſſum, duo requiruntur. reſpons.61. n.3. fol.343.
Intereſſe petentis, & ſcripturarum exiſtentia.
Et poteſt compelli etiam ſucceſſor, ſi eius prędeceſſor compelli poterat.n.10.
Quia ſuccedit in vitio.n.12.
Et in lite.n.21.

Electio.

Electio eſt debentis reſp.13.n.52.f.71.
Electio per duos, qui remanſerunt in Congregatione, vel tres in Collegio facta, iure S .crorũ Canonum non improbatur.reſp.87. num. 35. fol.481.
Vnus tamen ex duobus eligi nõ poteſt. n.45.
Quia non eſt facta per maiorem partem votorum.
Et quia vota panduntur. ex Sacro Tridentino Concilio, quod fieri non poteſt .numer.4 .
Electionis confirmatio, quamuis nullę incipit valere ex confirmatione.num.49.fol.48 .
Declara num.55.
Quando confirmatio fit ab eo, qui poteſt ex ſe ipſo actum facere.
Ratio datur.n.53.& 57.
Electio Pręlati communi iure ad Collegium ſpectat.reſp.87 n 39.f 481.
Quia vt omnibus pręficitur, ità ab omnibus approbari debet.
Debet tamen fieri per omnes, vel maiorem partem eorum.n 40.& 44.f.482.
Quàmuis extrà gremiũ Paſtorem elegerint.
Electiones Superiorum debent fieri per vota ſecreta ex Sacro Tridentino Concilio. nu.46.
Alioquin electiones erunt nullæ.
Et ſic electi inhabiles redduntur.
Etiam ad alia officia in Religione.
Electiones in Religione Minimorum per tres vocales, vt minimum, fieri debent, nec eligi vnus ex tribus vocalibus.reſp.87.n.14.f.480.
Refertur decretum Capituli Generalis.n.16.
Expenditur.num 17.
A calumnia vindicatur.n.24.
Per duos verò vocales fieri electiones abnuunt.num.26.
Et ità conſuetudo in illa ſe habet Religione. num.43.
Electus per maiorem partem compromiſſariorum, conſentiendo, auget ex ſua perſona numerum.reſp.87. n.46.f.482.
Non procedit in electione per Scrutinium. num.48.
Electus nullitèr, quàmuis confirmatus, non eſt tutus in conſcientia. n.52. ibidem.
Nec facit fructus ſuos.
Eligi eos ad dignitates, qui maximè digni ſunt, fauor eſt publicus.reſp.45.n.60.f.261.
Neq; ex hoc alicui ſit præiudicium.n 63.
Niſi acceſſorium, atq; non attendẽdum.n.64.
Eligi is debet ad Sacerdotium, qui præſtantior, qui doctior, qui ſanctior, qui omni vir-

tute eminentior.ex Hieronymo.reſp.45.n.66. fol.261.

Elcemoſyna.

Eleemoſyna remedium eſt præcipuum contrà peccata.reſp.32.n.42.f 162.

Eleemoſyna,quàmuis nunc deperdita videatur, progreſſu tamen temporis ſatis eſt frugifera. reſp.65.n.7 f.371.

Eleemoſynis exoneratur conſcientia peccatorum pondere prægrauata. reſponſ.32. nu.14. fol 160.

Scripturiſq; illuſtratur.

Ratio affertur n.15.

Eleemoſynis peccata redimuntur.n.18.

Elementa.

Elementa in proprijs locis,in centro ſcilicèt,non grauitant,neq; leuitant.reſp 92.nu.1.f.505.

Philoſophorum aſſioma,quod expenditur.

Ratio redditur.

Emphytenſis.

Emphyteuſis vnus eſt ex contractibus,qui ſcriptura probantur.reſp.71.n.4.f.400.

Non quòd ſcriptura ſit de eſſentia;ſed ad probationem proficit.n.5.

Ex vnica proindè aſſertione, quàmuis in inſtrumento facta,non probatur. n.6.

Niſi alia acceſſerit probatio.

Alioquin diuinatio dicetur,non probatio.

Amplia,etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica num.7.

Exaudi quòad dominium.

Ad effectum verò exigendæ reſponſionis annuæ probat.

Ratio affertur.n 8.

Emphyteuta Eccleſiæ,qui rem deteriorem fecit, repelli poteſt reſp.58.n.59.f.327.

Vel qui per biennium canonem non ſoluit.

Caducitatem tamen poteſt Rector remittere. num.61.

Emphyteutæ poſt declaratoriam deuolutionis manutentio aduersùs dominum minimè datur.reſp.85.n.18.f.473.

Quia per deuolutionem omnes ceſſant obligationes.

Et ſeruitutes.

Per alienationem à poſſeſſione naturali cadit. num.34.

Sibiq;ipſi damnum infert.n.41.

Emphyteuticus contractus ad meliorandum dicitur.reſp.58.n.57.f.327.

Non igitur ad deſtruendum.

Emphyteutico in contractu pacta omnia licita habentur.reſp.85.n.24.f.473.

Vndè obſeruari debent.

Emptio.

Emptio, & venditio ſine pretio non contrahitur.reſp.50.n.51.f.288.

Emptio,& venditio contractus ſunt correlatiui reſp.75.n.42.f.420.

Et vnus ſine altero eſſe non poteſt.

Vndè ab inuicem ſpecificantur.

Enunciatiua.

Enunciatiua vnica, quàmuis antiqua, domicilium non probat.reſp.7 .n.12.f.400.

Præſertim ſi facta inter alias perſonas.

Vel ſi ſit per relationem ad alias ſcripturas. num.13.

Epiſcopatus.

Epiſcopatus onus eſt Angelicis quoq; humeris formidandum.reſp.83.n.10.f.462.

Epiſcopus.

Epiſcopus fundatam intentionem ſuam ex iure habet,beneficia omnia conferendi in ſua Diœceſi exiſtentia, ac vacantia.reſp.11.n.1 fol.62.

Vndè iuris obtinet aſſiſtentiam.

Qui autèm contradicere voluerit,ipſe probare tenebitur,ſpeciali iure, vel priuilegio ad ſe ſpectare.n.2.f.63.

Epiſcopus iuris habet aſſiſtentiam in iuriſdictionis exercitio in omnes,qui intrà fines ſuæ ſunt Diœceſis.reſp.21.n.4 f.104.

Et quarè?

Ratio affertur.n.5.

Epiſcopus;vel quilibet beneficiarius diſponere poteſt in ſupremo vitæ halitu de his bonis, quæ ante Epiſcopatum obtinebat.reſp.33.nu.6.f 168.

Etiam teſtamentum rogando.

Ratio redditur.n.7.

Sacriſq; canonibus comprobatur.n.10.

Debet tamen Epiſcopus inuentarium conficere,vt ſecernantur bona.n.11.

Epiſcopus quæ lucratur alia occaſione,quàm ex bonis Eccleſiæ,vt ex induſtria, proprium efficitur patrimonium. Ibidem in allegat.Tuſchi.n.19.f.176.

Etiam ſi lucra habeant dependentiam à dignitate. n.20.

Et contrarium debet probare Camera. *n.21.*

Epiſcopus poteſt iuriſdictionem voluntariam in ſibi ſubiectos exercere extrà Diœceſim. Ibidem in allegation. Baldelli. num.42. fol.183.

Ità Legatus extrà Prouinciam.

Epiſcopus eſt Capituli caput *.reſponſ.38.n.31. fol.213.*

Omneſq; *præcedit.*

Epiſcopus ordinandus quæ præſtare debet circa fidem Chriſti.*reſp.40.n.52.f.226.*

Epiſcopus in ſynodo deſignare debet Iudices, quibus à Sancta Sede *cauſæ committi valeãt. ex Sacro Tridentino* Concilio *.reſp.43.n.31. fol.244.*

Qui debent eſſe qualitatibus præditi iuxtà Bonifacij VIII. Conſtitutionem in cap. ſtatutum.11.de reſcript.in 6.

Epiſcopus,qui aliquem ſine titulo certo ordinauit,alimenta conuenientia eidem præſtare debebit,donec ille beneficium obtinuerit.reſp.49.n.19.f.280.

Epiſcopus non poteſt Clericos *alterius ſine proprij litteris ordinare.reſp.54.n.2.f.306.*

Epi-

Epiſcopus Iudex eſt competens in ſua Eccleſię cauſa.n.8.
Quia non eſt cauſa perſonę, ſed Eccleſię. num.9.
Explicatur propoſitio.n.10.f.307.
Nè poſſit Epiſcopus uti ſuſpectus propter hoc haberi.
Non quòd poſſit propterea ſuę iuriſdictionis terminos in alienos ſubditos tranſgredi. num.11.
Alioquin peccabit,nullitèrq; aget.n.12.
Epiſcopus diſpenſare poteſt,ut quis retineat duo difformia ſub eodem tecto, ſi inſufficientia fuerint.reſp.57.n.15.f.320.
Sufficit verò tacita Epiſcopi diſpenſatio per collationem,velinſtitutionem.n.19.& 22.
Qui bene informatus pręſumitur de ſtatu ſuę Eccleſiæ.n.20.
Et de beneficijs,quę in Diœceſi ſunt.
Præſumitur enim diligentèr ſuam viſitare Diœceſim.n.21.
Epiſcopus beneficia conferendo,Eccleſijs prouidet,non perſonis.n.23.
Papa verò perſonis,non Eccleſijs.
Et quarè?
Epiſcopus in ſua Diœceſi poteſt creare Notarios actorum ad acta iudicij conficienda.reſp. 63.n.19.f.359.
Habent enim Epiſcopi latam iuriſdictionem intrà ſuas Diœceſes.n.20.
Epiſcopus ſi conſenſum in translatione iuris patronatus, requiſitus,ſine cauſa præſtare renuerit,iniuſtè agit.n.35.f.360.
Et ab eo prouocari poterit.
Non tamen poterit illum Vicarius præſtare abſq. ſpeciali facultate.n.37.
Dicetur mera gratia.n.36.
Actus iuriſdictionis voluntariæ, qui extrà Diœceſim exerceri poterit.& n.38.
Epiſcopus liberè iuriſdictionem exercet in omnes,qui in ſua ſunt Diœceſi. reſponſ.80.n.32. fol.451.
Epiſcopus poſt erectum ius patronatus,fundatoris legi detrahere non poteſt. reſp.81.n.30. fol 456.
Etiam patronorum accedente conſenſu.
Non enim poteſt ipſe conditiones in fundatione innexas immutare.n.31.
Vt Sacra declarauit Congregatio.
Potiſſimùm verò, ſi certo perſonarum generi beneficium ſit decretum.n.32.
Epiſcopus familiarem ſuum triennalem ordinans, ſi non beneficium,verùm penſionem eidem conferat:ſatisfactum nè ſit decreto Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.23. cap.9. de reformat.? reſp.83.n.21.f.463.
Quam ob cauſam text.præfatus expenditur.
Epiſcopus familiarem ſuum triennalem, vt ordinare valeat, beneficium illi conferre debet, vt ex non ſubiecto, ſubiectus fiat. num.15.
Epiſcopus alienum ſubditum ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij Epiſcopi ordinans, in pœnas dat à ſacris canonibus conſtitutas. nu.25. fol.464.
Et à Sacro Tridentino Concilio.
Epiſcopus penſionem reſeruare in alterius commodum minimè poteſt.n.27.
Niſi cauſa ſufficiens fuerit & n.29.
Alioquin reſeruatio eſt nulla.& n.34.
Ratio redditur. n.30.
Ordinans verò aliquem ad Sacrum Subdiaconatus ordinem ſine ſuffi tenti titulo, de ſuo illi prouidere debet ad victum ſufficientia, & neceſſaria n.28.
Epiſcopus de vna in aliam Eccleſiam tranſlatus, ſi familiari ſuo beneficium contulit in priori Diœceſi,non poterit eundem promouere poſtmodùm ex vi beneficij in illa priori obtenti. n.43 f.465.
Niſi in ſecunda aliud illi conferat beneficiũ, vt ſubditus efficiatur.
Epiſcopus modernus poteſt cogere in viſitatione beneficiarios ad oſtendendum Bullas ſuorum beneficiorum.reſp.86.n.11.f.477.
Vt cognoſcere valeat,an iurè poſſideant.n.12.
Non tamen ad finem illos priuandi.n.13.
Et ſuffragatur præſumptio diligentiæ per anteceſſorem Epiſcopum.n.21.
Epiſcopi munus eſt vigilare ſuper gregem ſuũ. reſp.98.n.47.f.550.
Nè veniat lupus, & rapiat.
Ipſe verò pro ouibus tenebitur.
Earumq; ſanguinem exquiret Iudex.nu.48. & 55.
Epiſcopo ſuffragatur aſſiſtentia iuris quòad iuriſdictionem in omnes, qui intrà fines ſuę Diœceſis ſunt. reſp.61.in Rotę dec.num.24. fol.349.
Epiſcopi in locum ſuffecti fuere Apoſtolorum. reſp.25. n.22. f.124.
Epiſcopus tenetur reparare Eccleſiam ſuam. num.24.
Epiſcopi pro animabus rationem reddent iuſtiſſimo Iudici. reſp.49.n.48. f.282. & n.57.
Qui ſine acceptione iudicat perſonarum.
Totius plebis animæ Epiſcopis demandatæ. num.50.
Curare proindè debent, nè quod animabus, Chriſti Domini ſanguine redemptis damnum accidat.
Alioquin quomodò fugient à iudicio gehennę? n.59.
Epiſcopi animarum curam habent. reſp.51.nu. 63.f.295.
Omnium, qui in ſua ſunt Diœceſi, earum rationem reddet.n.64.
Epiſcopi ſtellis ſimiles dicuntur. reſp.83.n.1. fol.462.
Ex loco Apochalypſis.1. 16.
Et quarè? n.2.
Angeli quoq. dicuntur.
Quarè verò non Syderibus, prę ſertim errantibus, ſiuè planetis?
Quia ſtabiles ſunt in firmamento fidei, & Eccleſię.n.5.

INDEX

Epiſcopi Catholici à Chriſto,qui eſt Sol iuſtitię, vti ſtella,lumen recipiunt.reſp.83.n.6.f.462.
Sunt nitidiſſima ſpecula,imaginem à Chriſto recipiunt. n.8.
Lucere debent his,qui præſunt.n.9.
Vndè dicti Epiſcopi?
Epiſcopos transferendi poteſtas ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat.reſp.1.n.3.f.2.

Equites.

Equites Hieroſolymitani verè regulares ſunt. reſp.76.n.15.f.423.
Quia tria vota ſubſtantialia Religionis profitentur.
Non verò aliarum militiarum, qui vxores ducunt.n.16.f.424.
Sed tantùm ſecundùm quid.
Poſſunt tamen penſiones retinere ex diſpenſatione. n.17.
Et propter hanc cauſam cum illis diſpẽſatum dicitur n.44.
Equites Hieroſolymitani ſunt magis priuilegiati,quàm alij Regulares,quòad exemptionem. reſp.80.n.37.f.452.

Error.

Errans non conſentit. reſp.58.n.44.f.326.
Quia error voluntarium tollit.
Errantiſq; nullus eſt conſenſus.n.45.& 46.
Errans conſentire non videtur. reſp.69. nu.20. f.393.
Quia nullus eſt errantis conſenſus. n.21.
Et hac regula nullam admittit reſtrictionẽ n.23.
Errare eſt vnum pro alio putare. reſp.37.n.29. f.207.
Pro vero approbare falſum.
Sat itaq; erit, rem alitèr ſe habere, docere.nu. 30.
Erroremq; detegere.
Errat qui credit, quod non credendum,reſp.33. n.37.f.170.
Ex errore ſequitur non aliud niſi error. reſp. 34.nu.30.f.189.
Inuoluntarium operatur.
Quia errantis nulla eſt voluntas, neq; conſenſus.
Et hac regula nullam exceptionem admittit. n.22.
Ex errore,non niſi error ſequitur.reſp.66.n.41. f.381.
Errare eſt vnum pro alio putare. n.42.

Eſau.

Eſaù propter pulmentum,vt comederet,primogenita ſua Iacob fratri vendidit.reſp.91.n.7. f.498.

Eſſe.

Eſſe,quod non deſijt, perijſſe non dicitur. reſp. 75.n.41.f.420.
Neq; extinctum reuiuiſcit.
Quod pretium inuenit, non eſſe,dici minimè poteſt.

Eſſentia.

Eſſentia, ſiuè rei ſubſtantia vbi deficit,qualitates non dantur. reſp.76.n.49.f.427.
Neq; nomen. n.50.
Quia qualitates in eſſentia fundamentum habent. n.51.

Eua.

Eua quando eam ex coſta in mulierem formauit Deus, mulier fuit perfecta,non puella inepta matrimonio. reſp.94.n.3.f.518.
Quarè ex viri coſta creata?
Maximum vt oſtenderet amorem,quo ſe inuicem proſequi debent. n.10.

Euigilandum.

Euigilandum à ſomno peccati dùm tempus eſt. reſp.2.n.9.f.7.
Nam quod negligimus,per omnem æternitatẽ recuperare non licebit. n.10.

Exceptio.

Exceptio per excipientem probanda.reſp.3.nu. 55.f.20.& n.57.
Exceptia interpellationis non proficit aduerſus obligationem penès acta.reſp.26.n.27.f.128
Ob iuramentum præſertim, quod interceſſit n.28.
Exceptio excuſſionis ceſſat propter iuſiurandum obligationi penès acta adiunctum.n.30.
Exceptio, quæ ex ventre oritur obligationis, eius præpedit exequutionem. reſp.37.nu.61. f.209.
Exceptio incompetentiæ Iudicis exequutionem impedit.reſp.53.n.15.f.302.
Ratio affertur. n.16.
Exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptis. reſp.80.n.33.f.452.
Exceptionem dicens à lege,probare tenetur.reſp. 43.n.28.f.243.

Exceſſus.

Exceſſus in moderamine inculpatæ tutelæ irregularitatem cauſat.reſp.31.n.41.f.155.
Secùs ſi nullus fuerit exceſſus.n.42.
Quia ſtateram in manu habere non debet. n.43.
Exceſſus autem debet eſſe notabilis,& peccaminoſus. n.46.
Exceſſum probare debet,qui ſe fundat in illo n.47.

Excommunicatio.

Excommunicatio nulla eſt, ſine cauſa prolata. reſp.53.n.25 f.303.
Et in ſubſidium venire debet,in cauſa ciuili.
Ex Sacri Tridentini Concilij decreto.
Excommunicationis ſententia, ſiuè declaratio in iudicatum nunquàm tranſit. reſp.98.nu.39. f.550.
Eſt enim medicinalis,non mortalis.n.40.
Exaudi fauore animæ,ſecùs quòad priuatam vtilitatem. n.41.
Excommunicatus ergo qui ſoluitur ad Ieſum ducendus. n.44.
Excommunicatus ab Eccleſiaſtica arcetur ſepultura. reſp.2.n.13.f.7.
Ni moriens pœnitentiæ euidentia ſigna oſtẽderit.n.15.
Abſolui tamen prius debebit. & n.46.f.10.
Excommunicatus denunciatus Eccleſiaſtica ſepul-

Digitized by Google

pultura priuatur.reſp.48.n.4.f.273.
Quòd ſi Eccleſiaſtica traditus ſepulturæ fuerit,indè exhumandus erit.n.7.
Excommunicatus *denunciatus in mortis articulo abſolutus poteſt Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ.n.22.f.274.*
Neq; abſolutione alia aliqua indigebit.
Probatur aſſertio textibus,& ratione,& authoritatè.n.23.24 & 25. & 32.
Excommunicatum in mortis articulo etiam laicus abſoluere poteſt.n.27.f.275.
Ratio aſſertur.
Et etiam hæreticus Sacerdos,ſchiſmaticus,& excommunicatus.n.28.
Ratio redditur a Diana ex Sacro Tridentino Concilio.& n.29.
Excommunicatus *quis magis æſtimari debet in re dubia.reſp.98.n.38.f.550.*
Quia poteſt ſibi conſulere petendo abſolutionem.
Nec dimittere eum debet Epiſcopus,*vt in ſententia perſiſtat.n.49.*
Excommunicatum reuocare poteſt Epiſcopus *in excommunicationem,ſi malè (nõ incidiſſe) declaratum fuerit.n 50.f.551.*
Vel etiam malè abſolutus.
Nec noua requiritur citatio.
Excommunicati,*qui in mortis articulo euidentia pœnitentiæ ſigna dederunt,ſed temporis anguſtia abſolui non potuere; vt Eccleſiaſticæ ſepultura tradi valeant,abſolutione indigent.reſp.48.n.34.f.276.*
Secùs verò illi,qui à Sacerdote abſolutionem obtinuere.n.35.
Excommunicatum *toleratum ſi Eccleſiaſtica quis tradiderit ſepulturæ,in pœnas,& cenſuras in* cap.Epiſcoporum 8 de priuileg.in 6.& *in* clement.1. de ſepultur. *non dare tuetur Diana.n.40.*

Exemptio.

Exempta Eccleſia, non propterea Parochiani exempti ſunt.reſp.21.n.67.f.109.
Exemptio ab Ordinariorum iuriſdictione malorum eſt maxima cauſa.reſp.80.n.7.f.449.
In Capellanis præſertim S.Ioannis Hieroſolymitanæ Religionis. n.9.
Vndè ad illicita fræna relaxant.n.10.
Quaſi non eſſent vncti oleo.
Et cauſa ſunt, vt nomen Dei blaſphemetur. n.12.
Exemptiones *ab Ordinariorum iuriſdictione reuocauit Sacrum Concilium Tridentinum. reſp.80. n.29.f 451.*
Illaſq; militiarum ad certam reduxit formã.

Exequutor.

Exequutor *nemo contrà ſe ipſum eſſe debet,etiã iuſtæ ſententiæ.reſp.53.n.9.f.302.*
Non igitur permittendum.
Quin ſatis peruerſum æſtimatur. n.10.
Exequutor *gratiæ,illa iuſtificata, exequi eam tenetur.reſp.100.n.11.f.562.*
Alioquin parti impetranti tenetur.
Quia mandata exceſſit.
Exequutor mixtus partes aſſumit Iudicis,& iudicialiter procedere tenetur.
Citato aduerſario.n.12.
Contrà verò merus exequutor. n.13.
Qui ſimpliciter procedit.
Poteſtq; etiã extraiudicialitèr ſe informare.
Quia nullam obtinet cognitionem. n.14.
Neq; ab eo appellari poteſt. n.15.
Niſi modum in exequendo exceſſerit.
Et iuſtificata gratia, ſaltim extraiudicialitèr. n.16.
Denegare exequutionem haud poterit. n.17.
Quia nulla perquiritur iudicialis cognitio. & n.20.
Exequutor *etiam merus ex legitima contradictoris oppoſitione in mixtum trãſit. reſp.100. n.21.f.562.*
Exaudi in contradictore legitimo,& de iure. n.22.
Secùs de facto.
Vel ſi friuola ſint,quæ proponit, & nocere tentat.n.34.

Exitus.

Exitus *acta probat.reſp.6.n.48.f.35.*
Exitus *rerum attẽdendus antequàm quidquam ordiamur.reſp.42.n.5.f.236.*
Nam fruſtra quis tentat,quod effectum ſortiri minimè poteſt.

Explere.

Explere *dicitur, qui nihil habet amplius, quòd perficiat. reſp.32. n.31 f.170.*

Expreſſum.

Expreſſa *nocent. reſp.59.n.17.f.331.*

Extenſio.

Extenſio *haud fieri debet de caſu ad caſum,vel de perſona ad perſonam in fideicõmiſſis.reſp. 14.n.15 f.76.*
Præſertim ſi hoc teſtator minimè ſenſit.n.17.

F

Fabrica S.Petri.

F*Abrica S.Petri intentionis ſuæ fundamenta probare tenetur.reſp.32.n.33.f.161.*
Alioquin malè agit.n.34.& n.72.f.164.
Vndè extenſio fieri haud debet de caſu ad caſum. n 35.
Fabrica S.Petri ius habet in omnibus incertis, & pro malè ablatis relictis.reſp.92.num.17. f.506.& n.62.
Et pro iis compoſitionem piè admittit.n.64.
Fabrica S.Petri tueri haud ſe poteſt præſcriptione centenaria,quoad portiones ex legatis piis. reſp.96.n.52.f.536.
Si illa præſcripta fuerint contrà Eccleſiam legatariam.
Ratio aſſertur. n.53.
Venit ad portiones ſecundariò, & ad coarguendam negligentiam hæredum, vel exequutorum. n.54.f.537.
Prius igitur curare debebit legata exequi, quàm portiones exigat. n.55.
Neq; ad portiones venit, ſi hæredes, antequã

illa

Digitized by Google

illa manus appoſuerit, legatis fecerint ſatis. num.56.
Ratio affertur.
Vel ſi legatum præſcriptione extinctum reperit.n.57.
Fabria S.Petri, ſolutione iàm facta legati antequam ipſa manus apponat, nihil habet amplius quod faciat.reſp.97.n.9.f.541.
Sic quoq; legato præſcripto.& nu.30. & 37.
Fabrica exequutrix eſt piarum omnium diſpoſitionum.n.33.f.543.& nu.64.
Loco Epiſcoporum poſt annum à die mortis teſtatorum.
Declaratur tamen.n.34.
Fabrica Miniſtri Neapoli diligentias adhibent,etiam per edicta publica, vt Notarij ad pia rogatorum notitiam exhibeant.n.43.
Fabrica ſe habet vt nudus miniſter quòad exequenda pia legata.n.68.f.545.
Portiones verò extrahit conſequentèr.
Quatènus exequi fecerit.
Fabrica Tribunal via executiua procedit, cùm dua pro ea fuerint ſententia. reſp.93.num.8. fol.512.
Fabrica S.Petri, qua fiunt donationes,vt firmæ ſint,quas conditiones ex Clementis VII. Conſtitutione perquirant.n.30.f.513.
Neq;cauſas auocat,vbi de eius nõ agitur intereſſe.n.31.& 34.
Rationes afferuntur.n.35.& ſeqq.
Fabrica Tribunal quamob cauſam erectum. num.32.
Et quarè pias exequitur voluntates? n.33.
Fabrica S.Petri portiones excipit, vel quintæ,vel medietatis ex pijs relictis.
Data tamen negligentia exequi debentium, vel haredum.n.38. f.514.
Fabrica S.Petri iura quando intrent, vt ipſa portiones exigat? reſp.96.n.43.f.516.
Oportet vt pia legata exequi prius curet, quàm portiones exigat ex Pij V.Conſtitutione.n.44.
Nàm ius eius ex dicta Conſtitutione conditionale eſt.n.49.
Non adimpleta igitur conditione extrahere illas non poteſt.n.50.
Factum.
Factum Iudicis,partis factum videtur.reſp.20. n.13.f.101.
Factum quod eſt, vt non ſit factum,fieri non poteſt.reſp.28.n.24.f.138.
Neq; per Diuinam potentiam.
Quod elucidatur.n.25. & ſeqq.
Factum contra ius non ſubſiſtit. reſp.34.n.47. fol.190.
Factum inciuile partis Iudex corrigere debet. reſp.49.n.36.f.281.
Factum non dicitur, quod non perſeuerat factum. reſp.91.n.14.f.500.
Quinimmò nec incœpit.
Facti,ſiuè cauſa ex varietate,varia quoq; iuris ſuccedit reſponſio.reſp.33.n.1.f.167.
Facti,quæ ſunt,non præſumuntur,niſi probentur.reſp.76.n.12.f.423.
Facto aliquid declarare multò pluris eſt,quàm verbo.reſp.24.n.23.f.120.
Facta enim potentiora ſunt,quàm verba.
Quia verbis poteſt quis fingere,non autèm factis.n.25.
Facto magis eſt quidquam exprimere, quàm verbis.reſp.57.n.25.f.321.
Facto aliquid probatur reſp.79.n.26.f.444.
Ex facto ius oritur.reſp.37.n.7.f.204.
Facta non præſumuntur, niſi probentur.reſp. 13.n.26.f.69.
Quia facta infinita ſunt.n.27.
Facta improba nõ benè ſemper ſuccedunt.reſp. 93.n.1 f.511.
Experientia docet.
Ex natura ipſa comparatum eſt.
Facta non præſumuntur,ni probatione firmata fuerint.reſp.99.n.25.f.555.& n.63.
Rationem excipe.n.26.
Facere.
Facit, quod quis, iurè patitur.reſp.96.num.5. fol.532.
Fieri non dicitur, quod minimè durat factum. reſp.37.n.49.f.208.
Facultas.
Facultas in genere facta filio à patre teſtandi, non improbatur.reſp.9 n.47.f.555.
Modò certa forma ei non traditur.
Et modò præueniat, non ſubſequatur teſtamentum hæc facultas.n.48.
Et eodem modo in genere facta alteri ſubſtinetur.n.49.& n.75.f.57.
Quia diſtributor electus videtur ad pia diſtribuendi.
Vel vt bona conſeruentur in familia.nu.50.
Facultas teſtandi Epiſcopis facta, non prodeſt eis,ſi extrà reſidentiam obierint, ex Pij IV. Conſtitutione.reſponſ.33. num.24.in allegatione Tuſchi,f.176.
Facultatis quæ ſunt impræſcriptibilia manent. reſp.38.n.6.f.212.
Ratio n. 8.
Etiam ſi per millia annorum millia in his ſtaremus.n.9.
Ni prohibitio, & acquieſcentia intereeſſerit.n.10.
Vndè non datur in his manutentio.n.11.
Facultate facta alicui,vt poſſit ſuper hæreditate legata,& fideicommiſſa rogare,quaſi dominus conſtitutus videtur. reſp.9.num.56. fol.56.
Quaſi in proprijs bonis valeat ea dicere.
Nàm cuilibet manet arbitrium liberum de ſuis diſponendi.n.57.
Et legem,quam voluerit in eis dicere. nu.61. & 62.
Abutatur quàmuis quis re ſua.n.58.
Quia dominus eſt.n.59.
Alioquin iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam ſuarum adminiſtrationem. num.60.

Digitized by Google

INDEX

Falſitas.

Falſa demonſtratio legatum non perimit. reſp. 15.n.38.f.83.

Falſus precator in ſuæ peruerſitatis pœnam, nullum ex litteris commodum, vt conſequatur, per quã iuſtiſſimum æſtimatur. reſp.55. n.33.f.312.

Falſus precator carere debet impetratris. reſp. 95.n.41.f.530.

Falſum eſt, quod veritati opponitur. reſp.79. n.9.f 442.

Ex falſo non niſi falſum, reſpon.21.num.47. fol.107.

Fama.

Famæ ratio habenda eſt, quæ res altioris eſt ordinis reſp.32.n.22.f.160.

Vitæq; æquiparatur.

Et melior eſt, quàm diuitiæ.n.23.

Quiſquis famam negligit crudelis appellatur.n.24.

Fama defuncti laceranda haud eſt.n.25.

Saltim in dubio.n.26.

Familia.

Familia, & agnatio confunditur. reſp.8. nu.12. fol 45.

Familia collectiuè ad præſentandum vocata, gradatim ad præſentandum admittetur. reſp.27.n.9.f.132.

Vt qui primò vocatus, primus admittatur. & n.31.f.134.

Familia collectiuè vocata ad ius patronatus, pro vna voce admittitur.n.33.f.134.

Fame.

Fame mori miſerum mortis genus. reſp.91.n.6. fol.498.

Propter eam Eſaù primogenita ſua vẽdidit. num.7.

Fata.

Fata quem cogunt, miſerum faciunt. reſp.35. n.31.f.195.

Fauor.

Fauor publicus priuato præfertur. reſp.45.nu. 62.f.261.

Fauori, iuriq; ſuo renunciare cuilibet liberum eſt. reſp.7.n.17.f.39.

Febris.

Febris, & ſitis frigida hauſtu tẽperatur. reſp.8. n.1.f.44.

Excitat tamen iterum bibendi deſiderium.

Feudum.

Feudo renunciare quis non poteſt in præiudicium vocatorum ex inueſtitura. reſp.81.nu. 22.f.455.

Ratio affertur.n.23.

Fictio.

Fictio eſt, cùm quid agitur, aliud verò mente machinatur agens. reſp.93.n.20.f.513.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum familiæ, & agnationis conſeruandæ gratia rogatum laxè interpretari oportet. reſp 8.n.15.f 45.

Quia per fideicommiſſa familia conſeruãtur. n.16.f 46.

Latè proindè interpretari ea non dedecet.

Multòq; magis ſi fideicommiſſum reale fuerit.n.17.

Fideicommiſſum ex quibus reale dicitur, & ex quibus perſonale? n.17. & 18.

Fideicommiſſum ſub conditione rogatum, ſi ſine liberis deceſſerit, grauato cum liberis decedẽte, deficit. reſp.14.n.2.f.74.

Etiam ſi filij patri hæredes non fuerint.n.3.

Etiam ſi fœmina fuerit. nu 4.f.75.

Vel nepos ex filio, ſiue filia.

Vel pronepote ſuperſtite.n.5.

Fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineã rogatum haud videtur ex ſola prohibitione alienationis.n.17.f.76.

Ni aliter ex verbis diſponẽtis habeatur, quòd bona conſeruari voluit in familia.

Et qui exiſtere dicit, probare tenetur.nu.18.

Fideicommiſſi conditionem extare dicens, ipſe probare tenetur.n.18.

Præſertim verò, ſi fideicommiſſum in contractu rogatum fuit.n.19.

Fideicomiſſum familiæ relictum, ordine ſucceſſiuo, qui proximiores fuerint, debebitur. reſp.27.n.11.f.133.

Eodem modo ius patronatus n.12.

Et feudum.n.13.

Fideicommiſſum relictum vni, cui ex pluribus, cui ipſe vellet, non poterit non arbitrari. reſp. 59.n.16.f.331.

Solùm verò quòad perſonam.

Fideicommiſſum aperiẽdum poſt mortem, de naturali exauditur, non de ciuili. reſp.60. n.22.f.339.

Fideicommiſſum, de quo per ſcripturam non docetur, rogatum minimè præſumitur. reſp.77. n.26.f.431.

Et nullus ad illud admitti valet, niſi doceat, caſu exiſtente, ſe inuitatum.n.27.

Fideicommiſſo poteſt expreſſè per partes renũciari. reſp.8.n.4 f.45.

Tametſi id contrà defuncti voluntatem fiat. num.5.

Omnium tamen eorum, qui vocati fuere, conſenſus requiritur.n 6.

Fideicommiſſum, quod agnationis, ſiuè familiæ in conſeruationem tendit, fauorabile dicitur.n.9.

Quia publica indè ſurgit vtilitas.

Fideicommiſſa indè reſtringuntur, & arctantur, nè intercidant.n.13 f.45.

Fideicommiſſa poſſunt faciliùs ex alieno arbitrio dependere. reſp.9.n.40.f.54.

Fideicommiſſarij enim, vt plurimũ, perſona ſemper incerta eſt.

Fideiuſſio.

Fideiuſſio de vno in alium caſum non extenditur. reſp.37.n.59.f.209.

Neq; de vna in aliam perſonam.

Fideiuſſio eſt contractus damnum afferens, & læſionem, non verò lucrum. reſp 91.num.10. fol.500.

Confirmatur ex dicto Chilonis, vnius ex

Digitized by Google

ſeptem Gracia Sapieutibus.
Fideiuſſioni nunquàm deeſſe iacturam.

Fideiuſſor.

Fideiuſſor nou liberatur, niſi debitum ſoluatur, pro quo interceſſit. reſp.26.n.15.f.127.
Potiſſimùm ſi proprium factum, (conſtituendo ſe priucipalem debitorem) non alienum promiſit.n.16.& n.49.f.130.
Fideiuſſor, qui in omnem cauſam teneri voluit, etiam ad vſuras tenetur.n.19.
Ac etiam in caſu mortis priucipalis debitoris. n.20.
Et qui pro alio ſoluere iutrà certum tempus ſpopondit, uou ideò liberatur, quòd tempus effluxit.u.21.
Poteſt tamē interim agere, vt liberetur.n.22.
Fideiuſſor, qui vti reus debendi iuterceſſit, nihil à principali debitore differt.n.24 f.128.
Fideiuſſor de repræſentando uon tenetur, niſi interpellatus fuerit. n.33.f.128.
Ad pœnam committeudam.
Limita ſi ipſius fideiuſſoris commodo (de repræſeutaudo) actum ſit.n.34.
Hoc enim curare debet ipſemet fideiuſſor. nu. 37 f.129.
Præſertim ſi correum ſe conſtituerit debendi. n.39.
Ipſeq; carceratum ſoluerit.
Suaq; culpa, ne eum interim ſiſteret, euenit. u.41.
Neq; ſi penès acta ſe obligauerit.n.42.
Fideiuſſor dicitur, ad quem pecunia, vel commoditas non peruenit, quamuis principali nomine ſe obligationi conuexerit. reſp.91.nu 8. f.499.
Principalis verò dicitur, ad quem pecunia peruenit.
Eatènus verò fideiuſſor tenetur, quatèuus initus contractus firmus erit.n.11.
Fideiuſſor, qui proprio & priuato, ac principali nomine ſe teneri voluit, dicitur correus debendi.n.18.f.500.
Vndè tenebitur, etiam contractu nullo declarato.
Idcireò enim ſe talitèr obligationi conſtrinxit. n.19.
Reprime tamen, ſi non ſe obligatioui fideiuſſores annexerint, vti principales priucipalitèr. u.20.
Vel ſi uon ex peculiari iure, vel priucipalis priuilegio contractus reſcindatur, ſed ex iure communi. u.21.
Fideiuſſoris obligatio de ſiſtendo aliquem, ceſſat, ſi ille Clericus efficiatur.reſp.26.num.3. f.126.
Quia propter ſtatus mutationem alterius fori effectus eſt.
Ita quoq; ſi moriatur.
Fideiuſſor, & correus debeudi differuut inter ſe. n.4 & n.46.f.129.
Fideiuſſoris ratio ad correos debeudi trahi non debet n.36.f 129.
Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur, reo iā defuncto. u.40.
Quia alterius fori effectus eſt.
Declaraturq; ſententia de Marſilÿs.
Neq; procedit in correo debendi.n.42.
Fideiuſſores ex contractu à iure reprobato non tenentur.reſp.37.n.42.f 207.
Vt ſi res ſit religioſa, vel ſacra.
Et proindè inalienabilis.

Fides.

Fides etiam inimico ſeruāda.reſp.13.n.47.f.71.
Amico multò magis.
Fidem fallere, graue.n.48.
Quin infamia notatur, qui fidem nō præſtat, quam promiſit.
Fides humana nihil ita congruum, quàm ea, quæ iuter eos placueruut, ſerueutur. reſp.37. u.5.f.204.
Fidem datam fallere peccatum eſt. reſp. 59.uu. 40.f.333.
Fidem dare uemo cogitur.u.41.
Receptam tamen ſeruare tenetur.
Nihil enim tàm congruum eſt humanæ fidei, quàm quæ placita fuere, ſeruare. u.42.
Quia graue eſt fidem fallere n.43.
Niſi fides eidem nou ſeruetur. u.44.
Fides data etiam hoſti ſeruanda, multò magis amico.n 45.
Quia turpe eſt ſuam fidem ſoluere. n.46.
Fidem, qui exigunt, ſibi præſtari in his, quæ dicunt, probare eos oportet.reſp.65.u.12.f.372.
Fidem ſoluens traditam grauiter peccat. reſp. 77.n.51 f.433.
Præſertim ſi Sacrameuti Religione firmata ſit, vt excommuuicari etiam poſſit.
Ioſuè facto firmatur, ne ille datam fidem ſolueret. u.52.
Fides humanæ nihil magis congruit, quàm ea, quæ ſemel placuere, cuſtodiri.n.21.49.& 66.
Fidem frangere, pupillum fraudare, & ſocium fallere in negotio, perfidum, ac nefarium. ex Cicerone.reſp.82.n.1.f.458.
Qui hoc faciunt ſunt improbi u.2.
Fides improborum leuis, & tàm infida, quàm ipſi.Pliny ſecundi dictum.
Fidere nemini, iuhumauum eſt; omnibus verò, ſtultum.reſp 79.u.2.f.441.
Vtrumq; vitioſum. ex Seneca: Omnibus credere; & nulli.n.3.
Fidem diruit pecuniarum amor.

Filia.

Filia à patre dotata, ſufficienter dotata præſumitur.reſp.10.n.39 f.61.
Quia optimum pro filia patris videtur iudicium.
Vnde ad legitimæ ſupplemeutum neq; agere poterit.
Præſertim ſi legatum ei à patre relictum acceptauit. n.40. f.62.
Filia nubere poteſt, etiam ſine pareutum conſenſu.reſp.94.u.93.f.526.& u.95.
Decet tameu, vt eorum ex couſeuſu peudeat. n.94.
In Virginibus potiſſimùm.

Decet enim,vt expetita ad matrimonium accedat. n.95.
Non ipſa expetat.
Ob verecundiam.

Filius.

Filiusfamilias,quod patris iuſſu facit,pater feciſſe videtur. reſp.1.n.18.f.4.
Filius ex coniecturis quis præſumitur. reſp.34. n.28.f.189.
Ad fraudem arguendam donationis.& n.49. f.190.
Filius quis præſumitur ,ſi nomen ei imponatur vnius ex parentibus.n.34.
Filius patris originem ſequitur, non tamen domicilium.reſp.94.n.86.f.525.
Quod poteſt habere diuerſum à patre.
Sub patris poteſtate eſt.n.89.
Eiuſq; ſequitur domicilium.
Præſertim impubes.
Exauditur ſi cum patre habitet perpetuò. n.90.
Filij in bonis patris prædefuncti retentionem habent pro dotibus matris ſuæ.reſp.70.n.17. f.398.
Ratione hypothecæ,qua illa affecta ſunt.
Filiorum appellatione omnes comprehẽduntur. reſp.90.n.13.f.494.
Siue maſculi,ſiue fœminæ.
Maſculum enim,& fœminam creauit Dominus Deus.n 15.

Fines.

Fines mandati, & poteſtatis cuſtodiendi; non ſanè tranſgrediendi. reſp.78.n.37.f.439.

Firmum.

Firmum vt ſit aliquid,incorruptum eſſe debet. reſp.15.n.68.f.85.
Firmum,ac ſtabile eſſe debet,quod nõ mutatur. reſp.29.n.14.f.145.& reſp.77.n.30.f.432.
Firmum nihil ſub Sole,ſed omnia vanitatẽ eſſe. Sapiens dixit.reſp.45.n.1.f.255.& n.6.
Solam autem Sapientiam permanere.
Firma perſeuerant, quæ mutari non poſſunt. reſp.18.n.40.f.96.

Fœmina.

Fœmina finis eſt familiæ ſuæ,& principium alterius.reſp.19.n.21.f.99.
Fœmina dotata ex Conſtitutione Regni (In aliquibus) *ſicuti à ſucceſſione excluditur:ita quoq; à iurepatronatus hæreditario.reſp.63. n.44.f.361.*
Fœmina ante duodecimum annum completum inepta ſecundùm ætatem ad matrimonium eſt contrahendum. reſp.94.n.36.f.521.
Fœmina dotata in Regno ,ſicuti à ſucceſſione excluduntur. reſp.67.n.11.f.385.
Ita quoq; à iurepatronatus, & præſentandi. & n.13.
Tum etiam,quia,ſucceſſioni renunciãt.n.14.

Fomentum.

Fomentum quid? reſp.21.n.7.f.104.

Forma.

Forma præciſè ſeruanda reſp.3.n.25.f.16.
Vt in his,quæ ſunt de forma ſeruetur rigor, n.26.
Factum proindè forma ſeruata firmum erit n.28.f.17.
Forma à lege,vel Conſtitutione indicta omninò ſeruanda erit reſp.42.n.10.f.237.
Alioquin quidquid agitur inutiliter agitur. & n 12.
Mandatiq; fines excedit,qui citrà formam præſcriptam facit.n.11.
Forma ceſſante formatum deperit.n.13.
Nihilq; actum eſſe dicitur.
Quia in his,quæ sũt de forma ſeruatur rigor. n.14.
Forma eſt indiuiſibilis,atq; indiuidua.num.15. f.237.
Et rei cuiq; dat eſſe.
Vndè mutata forma rei,ſubſtantia deperit. n.16.
Vel tota itaq; forma ſeruabitur,vel compoſitum deſtruetur. n.17.
Forma à lege præſcripta, ab homine mutari non poteſt. n.18.
Forma quando à lege indicta cenſeatur,& quomodo: n.19.
Formæ defectus nullitatem operatur. n.21.
Maxime verò ſi forma ſit indicta per verba negatiua. n.22.f.238.
Nam quicquid ſit,nullum omninò eſt, & inualidum. n.23.
Forma in ſpecie implenda venit. reſp.46.nu.34. f 266.
Quia ipſa opus perfectum habet.
Forma data ſi prætereatur,quicquid indè ſequitur,nullum eſt.reſp.82.n.6.f.458.
Forma defecta,formatum deperit.n.7.
Forma data videtur per diſpoſitionem negatiuam.n.8.
Et quæ actum annullat, ſi aliter fiat.
Forma à lege,vel canone ſtatuta prætermiſſa, quod factum eſt,nullum eſt.reſp.87.nu.10. f.479.
Nam forma ceſſante formatum deficit.n.11.
Formaq; defectus nullitatẽ ſemper operatur. n.12.
Quia dat forma cuiq; rei eſſe. n.13.
Sine qua res extinguitur.
Forma vna eſt,nec in plura diuidi poteſt.reſp. 96.n.27.f.534.
Solaq; dat eſſe rei.
Sine qua res perimitur,& extinguitur.
Formæ à potentia materiæ educuntur ſecundùm Philoſophos.reſp.43.n.40.f.245.

Formalitas.

Formalitas rei magis, quàm materialitas attenditur.reſp.73.n.20.f.410.

Forum.

Forum quis quòad ordines ſuſcipiendos triplici modo ſortitur.reſp.4.n.1.f.21.

Franciſcus.

Franciſcus Maria de Luca V.I.D. Canonicus, & Vicarius Generalis Melphicten. celebratur.reſp.65.n.51.f.375.
Franciſcus Paulucius Sacræ Congregationis Secretarius extollitur.reſp.42.n.42.f.239.

Frater.

Fratres plures diſtinctas lineas faciunt. reſp. 14.n.13.f.75.

Fraus.

Fraus præſumitur ex alienatione, vel donatione contrà legis interdictum facta. reſpon.34. n.15.f. 88.
Et quando illa fiat.n.16.
Et præſumitur inter prohibitos aliquid facere.n.17.
Quàmuis narretur id,quod aliàs fraudem removeret.
Siuè etiam ex læſione, quæ alteri accedit. num. 18.
Probaturq; coniecturis,præſumptionibus,& indicijs.n.19.

Fraus, & dolus nulli patrocinium præſtare debet.reſp.61.n.27.f.345.

Fraudis ſuſpitionem facit,ſi quis creditum petat, poſtquam omnes,qui debebant,& ſciebat defuncti ſunt.reſp.10.n.34 f.61.

Fraudis, improbitatiſq; ſuæ commodum nemo percipere debet.reſp.62.n.10.f.352.
Quin contrà, fructum recipiet calliditatis ſua;vt ſuam ſentiat iacturam, qui alijs nocendum exiſtimauit.n.11.
Et quiſq, ex ſuo admiſſo ſorti ſubijciatur.

Fraudem in ſuum retorqueri authorem, dignū eſt.reſp 93.n.5.f.511.
Qualis enim quiſq facit,talis finis manet ipſum.ab Oraculo dictum.
Fraus fieri quando dicatur. n.11. f.517.
Fraus, & dolus nemini patrocinium ferre debet. n.17.f.515.

Fraude ſua,vel ex dolo commodum percipere nemo debet. reſp.82.n.17.f.459.

Fraudibus via ſternenda non eſt.reſp.61.n.17. fol.344.

Fructus.

Fructus ex infecta radice bonus haberi non poteſt.reſp.87.n 6.f 479.

Fruſtrà.

Fruſtrà dilatio datur ad probandum id, quod probatum non releuat.reſp.21.in 2.dec.Coccini n.10.f.113.

Fuga.

Fuga iniquitatis indicium redolet.reſp.61.n.24. fol.345.
Quia,qui iudicium refugit,de iuſtitia diffidere indicat.

Fundamentum.

Fundamentum intentionis dicentis probandum. reſp.29.nu.41.f.220. reſp.42.n.39.f.239. & reſp.9 .n.38. f.521.

Fundamento ſubmoto totum corruit extructū. reſp.10.n.7.f.59.reſp.54.n.25.f.308.reſp.82. n.15.f.459.& reſp.95. n.15.f.528.

Fundatio.

Fundationis tenor ſeruari omninò debet. reſp. 23. n.6.f.117.

Fundationis lex ſeruari adeò debet, vt mutari illa nullo poſſit modo.reſp.81.n.8.f.454.
Ratio affertur n.9.10.& 11.
Vt neq; ipſe fundator,opere iàm perfecto,immutare eam valeat.n.12.
Neq; etiam Epiſcopus.n.13.
Eſt enim hoc contrà rationis ordinem .n.14.
Vt multò minùs id valeat ſucceſſor.n.15.

Funus.

Funus cùm defertur ad alias Eccleſias extrà Parochialem,intra tamen fines Parochia,ius nullum eſt Cappellanis amouibilibus Eccleſiarum prædictarum.reſp.21 .n.31.f.106.
Referuntur Sacra Congregationis declarationes.nu 36.

Funus cùm ad Eccleſias defertur Regularium, adeſq; fores Parochus pſalmos concrepando orare poteſt.n.48.f.107.
Non tamen intrà eorum Eccleſias.
Poterit tamen in Eccleſijs permanere, ſi voluerit, non tamen ſe ingerere in officio decātando,n.49.

Funus quando in Eccleſiam delatum dicatur. n.72.f.109.

Funeris,& infirmitatis impenſæ hæreditatem diminuunt.reſp.92.n.53.f.509.

Furioſus.

Furioſus omne, quod fecit, nullum eſt.reſp.34. n.27.f.188.
Quia furioſi nulla eſt voluntas.
Et abſentis,vel mortui loco habetur.
Siuè à mente alieni.

Futurum.

Futurum tempus, neq; præteritum, neq; perfectum comprehendit,reſp.6.n.31.f.33.

G

Garſias.

GArſias de beneficijs part.1.cap.2.num.85. *declaratur.reſpon.64.num.67.fol.369.& num.71.*

Generalis loquutio.

Generalis locutio, & facultas generalitèr debet intelligi.reſp. 33.n.64.f 172.

Gener.

Generum qui nactus eſt commodum,inuenit filium, qui verò incommodum, filiam perdidit.
Democriti dictum.reſp.28.n.6.f.137.

Generoſus.

Generoſus haberi non debet, qui ingratus eſt. reſp.32.n.54.f.163.
Et ſemper parum exiſtimat generoſus, quod reddit.n.55.
Et debitum exiſtimat. n.56.

Genus.

Genus de omni ſpecie prædicatur.reſp.16.n.16. fol.89.

Genus omnes ſub ſe comprehendit ſpecies. reſp. 24.num.11.fol.119. & reſponſ.33.num.65. fol.172.

Generis amplitudo per ſpeciem reprimitur, & coarctatur.reſp.78.n.41.f.439.

Gloria.

Gloria æterna non datur,niſi ei,qui per gratiam Deo vnitus fuerit. reſp. 59. n. 31.f.333.

In-

In gloria Cęleſti iugis erit Dei laudatio,& ſūma iucunditas.reſp.92.n.7.f.505.
Nec erit in illa Ciuitate peccatum.

Gloſſa.

Gloſſa in l.cùm notiſſimi.7.§.in his autem,verbo cuiuſq; anni. C.de præſcript.30.vel 40.annorum. *expenditur,& declaratur.reſp.97.n.17.f.542.*

Gratia.

Gratia non ſimpliciter data, ſed perſonarum ſupplicantium contemplatione conceſſa,morte expirat concedentis,re integra. reſpon.11.n.1.f.64.
Gratia perfecta,concedentis morte non expirat.n.3.
Secùs ſi ſit perficienda per Executores. *& n.18.f.66.*
Ratio affertur.
Quia per mortem ceſſat voluntas, ac conſequentèr gratia.n.4.
Et imperfecta etiam, quia cùm ſit perfecta perpetua efficitur.
Vndè morte non mutatur.n.5.f.65.
Gratia conditionalis efficitur per clauſulam (conſtito)*expirat propterea concedētis morte.n.6.f.65.& n.10.*
Nedùm ope exceptionis, ſed ipſo iure.n.11.
Gratia conditionalis iuſtificatione indiget.nu.12.f.65.
Quocircà non iuſtificata,operatur nihil.
Et expirat morte concedentis;ſi præſentata antè illam non fuerit.n.13.
Quia non ſupereſt iuriſdictio Delegato.*n.14.fol.66.*
Ac ſi facta minimè gratia fuiſſet. n.15.
Gratia ſimpliciter facta,concedentis morte non expirat.n.16.
Etiam non præſentata antè eius obitum.
Secùs ſi data fuerit, vt Exequntor cum cauſa cognitione procederet.n.17.
Gratia non iuſtificata ſubreptitia habetur. reſp.55.n.20.f.311.
Et euaneſcit.
Etiam ſi Aduerſarius dicatur eſſe in poſſeſſione exigendi.
Si exceptio reſpicit ſubſtantiam gratię.num.21.
Gratia regulatur ſecundùm ſupplicata, nec vltrà progreditur.reſp.69.n.34.f.395.
Vndè ſententia ſecundùm tenorem reſcripti dirigenda.
Neq; extendenda de caſu ad caſum.n.35.
In materia præſertim correctoria.
Et in qua de diſpenſatione agitur.
Gratia iuſtificanda eſt per eum, qui ſe fundat in illa.reſp.100.n.5.f.561.
Quia intentionis ſuæ fundamentum eſt.
Potiſſimùm verò quoad clauſulas conditionales in illa adiectas.n.6.
Iuſtificata tamen,exequenda.n.7.
Ob reuerentiam eius,qui illam dedit.
Vndè paratam exequtionem habet.
Gratię iuſtificatio ex actis probatur. num.9.fol.562.
Vndè exequenda.n.10.
Gratię ſubiectum eſt anima, non corpus. reſp.59.n.5.f.330.
Gratia effectus vnus eſt, ad gloriam perducere æternam.n.32.f.333.
Gratia Spiritus Sancti conſortes efficimur Diuinæ naturæ.n.34.
Et in Filium Dei homo adoptatur.
Ac conſequentèr Regni Dei hęres efficitur.
Gratiam gratum facientem ſe habere nemo certò ſcire poteſt abſq. Dei reuelatione.*reſp.2.n.48.f.10.*
Ratio affertur.n.50.
Gratię principium, & obiectum eius eſt ipſe Deus.n.50.

Gratitudo

Gratitudinis debitum eſt quodam debitum honeſtatis,quam virtus requirit. reſponſ.32.n.53.f.163.

Gregorius.

Gregorius Nanzianzenus Magnus inter Gręcos Theologus.reſp.37.n.12 f.205.
Gregorius XIII. Summus Romanus Pontifex Ordinariorum iuriſdictionem ſatis tutatus fuit.reſp.80.n.6.f.449.
Et malis contrà illam occurrit conſtitutione ſua.
Qua Conſtitutionem *Pij V. ad terminos iuris reuocauit.n.13.*

H

Habere.

H*Abendi deſiderium augeſcit magis, & quo plura habētur,plura appetūtur. reſp.66.n.13.fol.377.*

Habitatio.

*Habitationis nomine perpetuitas habitandi ſignificatur,reſp.*80.*n.9.f.*485.
Habitare idem, atq; domicilium habere. num.10.
Alioquin ſi ad breue tempus; hoſpitari dicitur.
Habitare non dicitur, ſed hoſpitari, qui ad rus animi laxandi cauſa accedit,n.13.
Habitare non dicitur deſiiſſe, qui ad paucos dies,vel menſes reuerſurus diſcedit.n.18.
Habitator idem eſt,atq; inquilinus. reſpon.88.n.14.f.485.

Habitus.

Habitus monachalis de ſubſtantialibus Religionis non eſt. eſt tantùm ſignum oblationis.reſp.6.n.47 f.35.

Hæreditas.

Hæreditas proprium efficitur hæredis patrimonium hæreditate adita. reſponſ. 7. num.9.fol.38.
Hæreditas iacens dominum, hoc eſt defunctum repræſentat,non hęredem.n.13.f.39.
Quia antequàm adeatur in pendenti eſt. num.14.
Et idem eſt hæreditatem primò aditam fuiſſe,vel poſteà dimiſſam.n.15.

Hęre-

Digitized by Google

I N D E X

Hæreditas ſucceſſio eſt in vniuerſum ius defuncti.reſp.27.n.17.f.133.

Hæreditas aditur per acceptationem renunciationis,& ceſſionis eiuſdem . reſp.39.num.43. f.220.

Quia hæreditas ſolo animo aditur.n.44.

Magiſq; animi eſt,quàm facti.

Sicuti etiam per poſſeſſionem,& diſpoſitionẽ bonorum hæreditariorum hæreditas adita dicitur. n.45.

Ita quoq; per præſentationem in iurepatronatus. n.46.

Hæreditas ius eſt vniuerſale.n.47.

Comprehẽdit propterea iuſpatronatus.n.48.

Hæreditas dicitur,quod ſupereſt, alieno deducto ære.reſp.92.n.51.f.508.

Quod hæreditatem diminuit. n.52.

Hæreditatis aditione bona hæreditatis efficiuntur hæredis patrimoniũ. reſp.97.n.56.f.544.

Hæres creditor defuncti poteſt ſibi ipſi ex bonis ſoluere hæreditarijs.reſp.7.n.20.f.39.

Secùs tamen ſi voluntariè Iudicem adijt, vt ſibi ſolueret . n.21.

Renunciauit enim tunc facultati ſibi competenti.

Hæres poteſt Iudicem adire,vt ſibi de bonis hæreditarijs pro ſuo credito ſatisfiat.n.23.f.39.

Quod ſibi magis conſultum eſt,ad lites effugiendas.

Non tamen Iudicis indigent officio hæredes,ſi ſibi inuicem ſatisfecerint. n.24.

Secùs tamen ſi poſt dimiſſam hæreditatem,ſibi inuicem ſatisfacere tentent.n.25.f.40.

Et poſt appoſitas manus Iudicis.

Atq; graduatis creditoribus vnoquoq; in locũ ſuum . n.27.

Hæres dimiſſa hæreditate,de illa amplius diſponere non poteſt , quia iacens denuò dicitur . n.28.

Vndè ſicuti in damno non eſt,neq; etiam in commodo eſſe debet.n.29.

Hæres tenetur ſeruare defuncti iuramentum reale præſertim.reſp.13.n.18 f.69.

Ratio affertur . n.19.

Non tamen tenebitur periurij reatu .

Hæres,qui teſtatorem à captiuorum ſeruitute redimere neglexit,vti indignus habetur.reſp. 15.n.92.f.87.

Et bona eius in pauperes diſtribuuntur.

Hæres inſolidum conuentus , quod ſoluit pro portione ab cohærede repetit.reſp.16.num.25. f.90.

Hæres declaratus ab inteſtato,vti proximior , immitti debet in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum.reſp.34.n.58 f.190.

Etiam contra donatarium cum aſſertione meritorum,illis non probatis,neq; iuſtificatis.n.59.

Quia donatio interim dicitur conditionalis.

Vndè nulla ei debetur interim poſſeſſio.

Præſertim in donatione à perſona ſuſpecta facta . n.63.f.191.

Hæres onerandus non eſt, vltrà à teſtatore expreſſa.reſp.35.n.29.f 195.

Hæres ex defuncti crimine non tenetur.reſp.41. n.45.f.253.

Niſi quatènus eſt in hæreditate.

Si ad reſtitutionem ille teneatur.

Ratio affertur.

Ne alieno ſcelere ditetur. n.46.

Non tamen in anima grauatur. n.47.

Ratio affertur. n.48.

Hæres adeundo hæreditatem proprium patrimonium efficit bona hæreditaria.reſp.77.nu. 43.f.432.

Hoc autem fit ex mutatione perſonæ.n.44.

Hæres contrà defuncti factum venire, illudq; peruertere haud poteſt.reſp.81.n.33.f.456.

Vndè ſeruare illud oportet .

Præſertim in conditionibus in fundatione iuriſpatronatus appoſitis.

Quamuis cum beneficio legis , & inuentarij ſit hæres. n.34.

Quia quatènus eſt in hæreditate , eius legi ſtare eum oportet.

Quod tamen exaudiri debet de voluntate legibus non reluctante . n.35.

Alioquin ſequi illud hæres non tenetur.n.37.

Comprimitur etiam; ſi ex alio capite,quàm quòd ſit hæres,in diſpoſita ius ipſe habeat.nu. 38.

Hæres factũ ſequi defuncti in feudo antiquo, quod ſibi alia vi,quã hæreditatis aperitur, minimè tenetur.n.40.

Hæres interpellari debet per legatarium,vt legatum ſoluat.reſp.97.n.54.f.544.

Sicuti debitor per creditorem.

Alioquin negligentia non petenti nocet.

Hæredes defuncti perſonam repræſẽtant,eiuſq; facto ſtare tenentur reſp.13.n.15.f.68.

Eiuſq; voluntatem præcisè ſeruare.n.16.

Quamuis ſit hæres cum beneficio legis,& inuentarij .

Quatènus quidem in hæreditate fuerit.n.17.

Hæredes reſilire non poſſunt ab electione ab eo facta Capellani, cuius illi hæredes ſunt.n.51. f.71.

Hæredis , & teſtatoris magna connexio eſt. nu. 54.

Vnde vnius,alterius factum æſtimatur.

Stare proinde pacto debebit teſtatoris.nu.57. f.72.

Hæredes pro hæreditarijs partibus hæreditaria agnoſcunt onera.reſp.16.n.1.f.88.

Etiam ſi pro legato hypothecaria agat legatarius . n.2.

Limita in legato pio pro ſacris ſingulis annis offerendis.n.3.& n.18.f.89.

Quia opus indiuiduum dicitur.

Vel ſi hypotheca,vel pignus intercedat.n.19.

Hæres in ſolidum conueniri poteſt pro opere indiuiduo . n.4.

Vel pro ſeruitute, cęteriſq; quæ diuiſionem non admittunt. n.5.

In his enim neq; portio, neq; operatio diuiditur.n.6.

Idem

*Idem in legato alimentorum.n.17.& nu.20.
f.89.*
Et in anniuerſaria preſtatione.n.21.
Pia cauſa fauore præſertim.n.24.f.90.
*Hæredes, & ſucceſſores poſt ſuprema hominis
funera dicuntur.reſp.27.n.16.f.133.*
*Hæredes,vultures veluti,ſuprema poſt funera
ſurgunt hominum. reſp.39.n.6.f.216.*
Vt Heri,Domini ſcilicèt,relictorum fiant.
*Hæres dicitur, quòd herus,hoc eſt Dominus
fiat bonorum defuncti.*
*In hæredem omnia iura, & actiones tran-
ſeunt.n.7.*
Eorumq; fit Dominus.
*Hæredibus parcendum, atquè ſuccurſum eſſe
debet,ne nimium grauentur. reſp.78.nu.28.
f.438.*
*Hæredis inſtitutione,propria authoritate
bona capiuntur. n.30.*
Hæreditas vniuerſale nomen eſt.
Omnia comprehendens,actiuè,& paſſiuè.
Hæreticus.
*Hæretici ſydera dicuntur errantia.reſp.83.n.4.
f.462.*
Et quarè?
Quia errant,& errare alios faciunt.
Et inſtabiles ſunt in fide.
Et extrà firmamentum Eccleſia.
Hærodes.
*Hærodes propter iuſiurandum caput amputari
præcepit Ioãnis Baptiſtæ.reſp.26.n.29.f.128.*
*Hærodes mala Iudæis intulit, quàm vlla beſtia
inferre eis potuiſſet.reſp.64.n.17.f.365.*
Hierarchia.
*Hierarchia Eccleſiaſtica in eo cognoſcitur, vt
ordo ſeruetur.reſp.38.n.19.f.212.*
Inter diuerſa membra,& officia.
S.Hieronymus.
*S.Hieronymus,ſacrum nomen, dicitur.reſp.28.
n.25.f.138.*
Eius locus elucidatur pluribus.
S.Hilarion.
*S.Hilarion iam animam efflaturus,timere ſe
mortem oſtendit,& ſe de ſua ſalute non eſſe
ſecurum.reſp.2.n.51.f.10.*
S.Hilarius.
*S.Hilarius Epiſcopus laudibus celebratur.reſp.
35.n.5.f.193.*
Homo.
*Homo patrem, matremq; relinquit,ac patriam
propter vxorem.reſp.41.n.3.f.230.*
*Et eam diligit magis,quàm patrem,ac matrē.
n.4.*
*Homo ſapiens in omnibus metuet. ex Eccleſia-
ſtico.18.27.reſp.49.n.14.f.279.*
*Homo temporalis tempore præfinitus,in tempo-
re operari debet.n.44.f.281.*
*Mutabilitati ſubiectus,& nũquàm in eodem
ſtatu permanet.*
*Homo Enos dicitur,hoc eſt obliuio.reſp.59.nu.
11.f.330.*
*Homo cùm moritur, nihil ſecum feret ex his,
quæ parauit.reſp.66.n.8.f.377.*
*Homo nihil eorum,quæ magnis parauit labori-
bus,ferre ſecum poteſt,cùm moritur.reſp.78.
n.2.f.435.*
Et quam ob cauſam? n.3.
*Homo cinis dùm ſe diù viuere perſuadet,nec
Deũ timet,multis ſe immiſcet calamitatibus.
reſp.88.n.1.f.484.*
In ſuperbiam erigitur.
*Et dùm nullum timet,omnes,vt timeat,ei mi-
nantur.*
*Eſt ſatis in ſtatu ſuo inſtabilis. ex Menan-
dro.n.2.*
*Debet proindè finem ſuum omni tempore co-
gitare.n.3.*
Cùm enim ſe diù viuere putat,moritur.
Hodiè eſt hominis vita.
*Homo liber poſſideri non poteſt. reſp.94 nu.15.
f.519.*
*Homo in quocunq; loco ceciderit per mortem,
ſiuè ad Auſtrum,ſiuè ad Aquilonem,ibi erit.
reſp.100.n.37.f.564.*
Vt lignum.
Timendum ergo.
*Hominis vitam alearum ludo ſimilem dixit Pla-
to.reſp.28.n.32.f.139.*
*Homini nihil prodeſt,ſi Mundum vniuerſum
lucretur,anima verò ſua diſpendium faciat.
reſp.13.n.2.f.67.*
*Multi propterea fuere homines, qui relictis
omnibus,nudi nudum Chriſtum ſequuti fue-
re.n.3.*
Quod ſumma perfectionis eſt.
Idq; fecit S.Franciſcus Aſſiſinates. aliiq; n.4.
*Homini Deus rerum omnium creatarum domi-
nium dedit.reſp.73.n.12.f.410.*
Et propter quem fecit omnia.n.11.
Et propter quem Chriſtus mortuus eſt.
Homo omnia alia ſuperat,& vincit.
*Soluſq; erecto à Deo creatus vultu, vt Cœlũ
aſpiceret.*
*Homini,quæ ſummis acquiſiuit laboribus,relin-
quenda ſunt omnia.reſp.92.n.14.f.506.*
*Et nudus ad Inferos deſcendet,interim tamen
maximis cruciatur angoribus.*
*Hominem homini inſidiari nefas. reſp.31.nu.4.
f.152.*
*Hominem Deus cùm creaſſet,in manu conſilij
ſui reliquit eum.reſp.36.n.2.f.197.*
Suiq; ad imaginem creauit.
*Exempliq; Dei quiſq; in imagine parua eſt.
n.3.*
Vultuq; erecto.
*Cùm cætera animantia in terra proiecta vul-
tu iaceant.*
In ſumma libertate eum voluit eſſe.
Fidelem tamen in promiſſis.n.5.f.198.
*Hominem maximè premũt cura dùm in huma-
nis agit.reſp 64.n.1 f.363.*
*Suntq; illa vt peſſimi prædones,cruciiq; car-
nifices.n.2.*
*Maximè verò ne ſenectutem deſolatam,ac ſi-
ne fulcimine faciamus.n.5.*
Sed fruſtratur quandoq; opus eorum.n.10.
Homi-

Hominis multi effigiem habent, animos ferarũ. n.14.f.364.

Hominem,poſtquàm creauit Omnipotens Deus, poſuit eum in Paradiſo voluptatis. reſp. 94. n.1.f.518.

Vt operaretur,& cuſtodiret illum.

Eumq; ſolum eſſe non bonum viſum eſt Deo, fecitq; ei adiutorium ſimile ſibi.n.2.

Atq. ex coſta Adę mulierem creauit.

Eamq; Adę dedit in vxorem.

Hominem de ſuis ſubſtãtijs,quæ dedit ei Deus, non videre bonum,eaſq; alienis relinquere, maxima eſt vanitas, & miſeria.reſp.99. nu. 51.f.557.

Homine ſubdolo, & duplici nihil poteſt eſſe pernicioſius.reſp.82.n.3.f.458.

Ab eo proinde cauendum.

Homines natura liberi naſcuntur.reſp.51.nu. 4.f.290.

Neq; Monachi,neq; Clerici naſcuntur, ſed fiunt. n.16.

Homines dùm vita vſura vtuntur,plura habere decertant, vt commodiùs, abundantiùſquè viuant.reſp.67.n.1.f.384.

Nudi ingrediuntur, nudiq; recedunt.n.2.

Opera ſequuntur illos cùm recedunt. n.3.

Alia autem omnia dimittuntur.

Qui verò remanent; vt dimiſſa habeant, decertant.n.4.

Vnde lites,rixæ,ac ſæpè etiam mortes.

Hominum ſuprema iudicia de rebus ſuis exitum habere publicè expedit.reſp.90. num. 1. fol 493.

Nihil enim hoc ampliùs eis, poſt quàm demigrauere,debetur.n.2.

Hominum vita poſt primi parentis peccatum innumerabilibus inuoluta malis fuit. reſp. 96.n.1.f.532.

Horum omnium peſſimum mors.n.2.

Hominum conditionem miſeram, & infortunatam eſſe dixit Diogenes. reſp.100.n.2 f.561.

Et quarè?

Horrendum.

Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. reſp.49.n. 58.f.282.

Cuius iudicium fugi non poteſt,num. 59.& reſp.98.n.56.f.551.

Hoſpes.

Hoſpes dicitur,qui paulſper hoſpitatur.reſp.88. n.11.f.485.& n.22.

Et differt ab habitatore.

Hoſpes quis nàm dicatur? reſponſ.94.num.82. fol.525.

Humana.

Humana vita multis abundat miſerijs,& anſietatibu.reſp.72 n.1.f.403.

Inter eas non mediocris eſt, anſietas acquirendi.

Quæ maxima æſtimatur afflictio.n.2.

Quemadmodum, qui diuitias habet,& eis nõ fruitur.n.3.

Atq; alienis diuitias ſuas relinquere cogitur.

Maxima hæc eſt cæca mentis miſeria num.4.

Mori q; quando non velis.

Humana in eſſentia dantur plures gradus metaphiſici,qui diſtincti sũt formalitèr.reſp.96. n.25.f.534.

Humanæ res omnes inſtabiles, viciſſitudiniq; ſubiectæ.reſp.45 n.6.f.256.

Nihilq. ſub Sole firmum.

Sed fluunt omnia,vt aqua.

Humanarum rerum conditio ex illarum viciſſitudine innoteſcit.reſp.86.n.1.f.476.

Cùm omnia mutentur.

Et nulli perpetuum datum.

Humanas miſerias flebat Heraclitus Philoſophus.reſp.78.n.5.f.435.

Ridebat Democritus.

Humana mutabilia ſunt, nihil eſt in illis perpetuum.reſp.61.n.36.f.346.

Humana omnia,ſi non ea ad diuinę legis inſtitutionem dirigantur, ridenda ſunt homini reſp.78.n.1.f.435.& n.7.

Ea pręſertim, quę in ſupremo vitę altu, cùm de rebus ſuis diſponit,accidunt,ſed flenda magis, cùm nos ad Dei offenſam pertrahunt.n.6.

Hypotheca.

Hypotheca dominium bonorum hypothecatorũ nõ tranſfert.reſp.58.n.69.fol.328.

Sed poteſt ſuper illis pro credito experiri.

Hypothecaria competit pro annua cenſuaria praeſtatione.reſp.16.n.21.f.89.

Ità quoq; legatario pro legato conſequendo. num.22.

Præſertim pro pijs legatis.

Ratio affertur.n.23.f.90.

Hypothecaria rem perſequitur.reſp.68.nu.18. fol.390.

Etiam aduerſus ſucceſſorem.

I

Icarus.

Icarus dùm temerè alas aſſumpſit,Icarijs nomina fecit aquis.reſponſ.63.n.16.f.359.

Idem.

Idem non ſunt pro exoneratione conſcientię relinquere,atq; pro malè ablatis incertis. reſp. 32.n.4.f.159.

Idololatra.

Idololatra apud Iudęos lapidabatur ex lege. reſp.64.n.40.f.366.

Ieſus Chriſtus.

Ieſus Chriſtus Dei filius in hoc dùm fuit Mũdo,etiam ab ęterno, naturalis Dominus fuit. reſp.1.n.38.f.5.

Vnde de iure naturali in omnes poteſtatem habet,etiam Imperatores.n.39.

Vnicumq; Vicarium poſt ſe reliquit, qui hęc omnia poſſet,Romanum Pontificem.

In Ieſu Chriſti nomine omne flectitur genu. num.42.

Ieſus Chriſtus fuit vir Propheta potens in opere

opere,& ſermone.reſp.36.nu.20.f.199.

Ieſum nemo inuocare poteſt,niſi in Spiritu Sãcto.ex Apoſtolo Paulo.quod elucidatur.reſp.2.n.25.f.8.

Eius ſola inuocatio ſignum eſt euidens pœnitentię.n.26.& 28 f.9.

Ignis.

Ignem nè gladio fodito. ex ſymbolis Pythagoricis,illuſtratur.reſp.31.n.1.f.152.

Ignorans.

Ignoranti datur quadriennij reſtitutio aduerſùs præſcriptionem contra ipſum completam. reſp 9 n 48.f 543.

Verùm hoc aliqui negant.

Præſertim ſi longiſſimum ſit elapſum tempus.

Ratio redditur.n.49.f.544.

Quę ſententia magis iuris diſpoſitioni conformis æſtimatur.n.51.

Illatio.

Illatio à diuerſis, & ſeparatis nulla bona.reſp,80.n.3.f.449 & reſp 97.n.28.f.542.

Illiquidum.

Illiquidum quod eſt,nec exploratum an debeatur,non attendendum,nec interim timẽdum. reſp.62.n.52.f 355.

Immemorialis.

Immemorialis probatur per teſtes non minùs quinquaginta quatuor annos natos.reſp.62.n.5.f.343.

Deponere debent de viſu à 40. annis.

Et antè motam litem.

Et deindè in anteà à ſuis audiuiſſe maioribus.

Impedimentum.

Impedimento ceſſante, quod datum fuerat integrum ius reuertitur impedito. reſp.75.nu.9.fol.417.

Impedito nullum currit tempus.reſp.33.nu.42.fol.171.

Et in informatione Paſcutij. n.15.f.175.

Et impedimentum excuſat à pœna.

Impius.

Impij iurè mari feruenti, atq; ægitato comparantur.reſp.9.n.3.f.51.

Et quarè?

Impoſſibile.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio.reſp.33.n.16.in informatione Paſcutij f.175.

Impugnari.

Impugnari non poteſt quod firmum eſt,patetq; ad hominem.reſp.33.n.34.f.170.

Imputatio.

Imputet ſibi, qui ſibi cauſa voluntariè fuit,vt aliquid ſequeretur.reſp.13.n.53.fol.71.

Iuſtumq; eſt, vt legem patiatur, quam ipſe dixit.reſp.24.n.1.f.119.reſp.26.nu.1.f.126.reſp.85.n.41.f.474.reſp.91.n.48.f.503.& reſp.97.n.58.f.544.

Vel præſcriptionem.

Vel ſi commodum conſequutus nõ fuit.n.59.

Inanis.

Inanis ſpei ſterilis exitus. Pindari dictum. reſp.42.n.2.f.236.

Incapacitas.

Incapacitas bona retinendi, vel in particulari, vel in communi penès Fratres Minores eſt, non penès eorum Eccleſias,& Monaſteria. reſp.18.n.32.f.95.

Incerta.

Incerta non ſunt,quæ certis relinquuntur Eccleſijs,vel perſonis.reſp.32.n.2.f.159.

Etiam ſi ex poſt facto certa fieri poſſunt.

Excluſa etiam Fabrica.n.3.

Incertorum reſtitutio in commodum facienda eſt animarum eorum, quibus illa debentur. reſp.92.n.63.f.510.

Inciuile.

Inciuile factum partis Iudicis authoritate remouendum.reſp.97.n.39 f.543.

Incorporalia.

Incorporalia non poſſidentur ſed quaſi.reſp.39.n.17.f.217.

Inculpata tutela.

Inculpatę tutelæ modum ſeruans irregularis non efficitur ſe defendens. reſpoɔſ 31.nu.37.fol.155.

Secùs ſi modum excedat.n.51.f.156.

Indebitum.

Indebitum vt quis ſoluat,iuris ratione ſtare non poteſt.reſp.37.n.31.f.207,

Indefinita.

Indefinita vniuerſali æquipollent. reſp.33.nu.62.f,172.& reſp.52.n 24.f.199.

Indemnitas.

Indemnitatis promiſſio,hoc,natura ſua, annexum habet,vt damnum probet, qui indemnis haberi voluerit.reſp.60 n.36.f 340.

Indignus.

Indignus quis efficitur, vt ad dignitatem eligatur,qui defectibus notatur publicis. reſp.24.n.2.f.119.

Sicuti,qui in peccato eſt.n.9.

Indiuiduum.

Induiduum quod eſt,in partes ſecari nõ poteſt. reſp.15.n.66.f.85.

Cùm extrà partes ſit.

Totum proindè debetur.

Et in ſolidum hæredes tenebuntur.n.68.

Infans.

Infans dicitur minor ſeptemnio.reſp.46.nu 27.fol.265.

Neq. capax,vt prima tonſura Clericali initiari valeat.

Infernus.

Infernus ſine ordine eſt, horrore plenus locus. reſp.38.n.21.f.212.

Infinitas.

Infinitas vitanda.atq; effugienda. reſp.35.n.32.fol.195.

Vt paſſim reprobetur.n.33.

Ingenium.

Ingenium ipſum hominis ſępe mala mouet ſuo excogitatu.reſp.63.n.25.f.359.

I N D E X

Ingenia hominum varia ſũt.reſp.43.n.1.f.241.
Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.
Charitas autem ea in vnum cogit.n.66.

Ingratitudo.

Ingratitudo peccatum eſt.reſp.32.n.82.f.165.
Et inter ſceleſtos,(Paulus) ingratos agnoſcit.
Quia improbus eſt homo ingratus.
Ingratitudinis neuo fœdatur,qui beneficijs vicem non reddit.n.44.f.162.
Sine quibus vita hominũ non ſubſiſtit.n.47.
Ingratitudinis crimine, non præſtantius alterum.n.50.
Ingratos aduerſus actio dabatur apud Athenas reſp.32.n.46 f.162.
Et Canum catulos imitantur.n.48.
Iiq; ingratorum ſymbolum ſunt.
Ingrato nihil peius inueniri poteſt.num.86. f.165.
Neq; terra eo peius creat.
Omnium maximum portentum.

Ingreſſus.

Ingreſſus in Monaſteriũ propriè poſt emiſſam profeſſionem dicitur.reſp.29.n.6.f.144.
Ingreſſus in Religionem intelligitur formalitèr.
Si in illa ſcilicèt quis profiteatur,& perſeueret.reſp.51.n 51.f.294.

Inimicus.

Inimico nemo ſe fidere debet. reſp.28.num.33. f.139.
Capitali præſertim.n.44 f.140.
Imprudentiſſimum hoc facere.n.50.
Inimicorum vt effugias fraudes loco tuto opus eſt. reſp.28.n 51.f.140.
Inimicis dimittendum propter Deum.reſp.77. n.53.f.433.
Alioquin nec Deus dimittit nobis.
Multoq; magis ſi iniuriam quis ei fecerit.

Iniuria.

Iniuriam paſſo ſuccurrendum eſt.reſp.61.n.22. f.345.
Iniuria naſci non debent,vndè iura naſcuntur. reſp.82.n.24.f 460.
Ne,quæ contrà fas geſta fuere,eidem noceãt.

Iniuſtitia.

Iniuſtitia alteri fieri,nec pietatis nomine debet. reſp.93.n.42.f.514.
Iniuſtitiæ omnis actus,mortale.reſp.53.nu.16. f.302.
Iniuſtè agit,qui non iurè agit, ac conſequentèr malè.reſp.96.n.42.f.536
Iniuſtè alteri grauamen inferens,& damnum, peccat.n.51.
Et ad reſtitutionem tenetur.

Innocentius.

Innocentius Papa Tertius celebratur. reſp.1. n.2 f.2.

Inofficioſum.

Inofficioſi querelam,qui intentare intendit.
Quòd à legitima ſit præteritus;probare tenebitur, ſe conditi teſtamenti tempore habilem fuiſſe.reſp.77.n.38. f 432.
Alioquin inutilitèr agit.n.39.

Inquilinus.

Inquilinus habitator dicitur, non diarius, ſed firmus.reſp.88.n.15.f.485.
Inquilinus in Vrbanis dicitur.n.16.
Colonus in ruſticis,in agro.

Inſpectio.

Inſpectio euidens, & ocularis cęteris alijs probationibus prævalet.reſp.37.n.64.f.209.

Inſtantia.

Inſtãtia cępta cum prædeceſſore,in ſucceſſorem tranſit.reſp.61.in Rotæ deciſ.n.20.f.349.

Inſtitutio.

Inſtitutio debetur ei,qui à beneficij fundatore vocatus fuit.reſp.19.n.1.f.97.
Inſtitutio ſine patroni legitima præſentatione non iure ſuccedit.reſp.66.n.28.f.379.
Debetur verò ei. qui de exiſtentia,& pertinẽtia iuriſpatronatus docuit eorum,qui eum præſentauere.n 29.
Sat verò erit, vt ſuccedere valeat.ſi ſe præſentatum oſtenderit ab his, qui in poſſeſſione ſunt iuris præſentandi.n.30.
Limita tamen,ſi in promptu de proprietate conſtet aliorum.n.31.
Ipſiq; in poſſeſſione quoq; ſint præſentandi.
Inſtitutio neceſſariò ſequi debet,nullo exiſtente canonico impedimento in præſentato.reſp. 99.n.48 f.557.
Inſtitui debet qui à maiori patronorum ſuffragio præſentatu fuit,ni præſentatio contra formam à teſtatore datam facta fuerit.reſp. 19.n.10.& n.11.f 98.
Quamuis id ignorauerint patroni n.12.
Quia qualitates in fundatione appoſitas noſſe debent,& ſeruare.reſp.39.n.9.f.216.
Quamuis maioribus non ſit meritis.
Ratio duplex affertur.n.11.
Et etiam,quia electio hæc ſacris Canonibus magis eſt conformis.n.13.
Et quia ab his præſentatur,qui in poſſeſſione ſunt præſentandi.n.14.& reſp.63.n.9 f.358. & n.41.& reſp.66.n.15 f.378.& n.23.
Multoq; magis,qui ab omnibus præſentatus fuit.n.52.& reſp.67.n.6.f.384.
Inſtituitur ad beneficium de iurepatronatus ab Epiſcopo,qui à patronis fuerit præſentatus. reſp.57.n.5.f.319.
Inſtitutus ad beneficium iuriſpatronatus ad præſentationem eius,de cuius titulo diſceptatur,etiam ex vſurpatione,interim manutenerì debet.reſp.50.n.33.f.287.
Quia ſua poſſeſſione interim priuari minimè debet.n.34.

Inſtruere.

Inſtruere.hoc eſt docere de ſingulis.explicatur. reſp.62.n.3.f.351.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum publicum probatam probationẽ exhibet.reſp.63.n.10.f.358.
Et pro veritate habetur.
Facitq; rem certam, & manifeſtam.n.11.
Non igitur cauillandum,quod ex tenore ſcripturæ apparet.n.12.

Inſtru-

Inſtrumentum liquidari nùm poſſit, dilatione, ſeù moratoria indulta perdurante? reſp.75. n.18.f.418.
Secùs termino excurſo, qui indultus fuerat. num.19.
Inſtrumenti liquidatio retinetur,ſi aliqua in promptu probata opponatur exceptio. nu. 20.& n.34.
Inſtrumentum exiſtere tribus modis probari poteſt.reſp.79.n.12.f.442.
Inſtrumentum in forma probanti,quod nàm dicatur.n.14.f.443.
Et dicitur originale.
Et quomodò in Regno Neapolitano.n.15.
Inſtrumenta in protbocollum redigi debent. n.16.
Inſtrumentum referens ſe ad aliud, non magìs probat,niſi quatènus in relato eſt. num.24. fol.443.
Inſtrumenta in protbocollum ordine referĕtur,vt celebrata fuere.n 27.f.443.
Inſtrumento ſtatur,donec illius probetur contrarium.reſp.77.n.29.f.431.

Intellectus.

Intellectum,qui in tenebris obſcuratum habĕt, alienati à vita Dei per ignorantiam, veritatem intelligere non valent.reſponſ.43.nu.43. fol.245.

Interdictum.

Interdictum de libero homine exhibendo datur mulieri,quæ ad diuortium iuſtè agens,in tuto non ponitur. reſp.18.n.48.f.140.

Interpellatio.

Interpellatio non requiritur, ſtante die certo obligationis.reſp.16. n.32.f.128.
Quia dies interpellat pro homine.
Etiam in caſu fideiuſſoris de repræſentando.

Interpretatio.

Interpretatio latior fieri debet in vltimis voluntatibus, quàm in contractu inter viuos. reſp.14.n.20.f.76.
Ratio aſſertur.n.21.22.& 23.
Interpretatio magis animę fauorabilis ſequĕda.reſp.15.n.75.f.86.
Interpretatio plenior facienda in teſtamentis.n.78.
Piæ cauſæ fauore præſertim.
Interpretatio aliena à voluntate teſtatoris fieri non debet. reſp.32.n.59.f.163.

Inuentarium.

Inuentarium bona ſecernit defuncti à bonis hęredis.reſp.33.n.12.f.168.
Nè vltrà vires teneatur.
Ratio redditur.
Inuentarium diſtinguit bona patrimonialia ab illis defuncti.Ibidem in informatione Paſcutij n.1.f.173.
Facitq; euitare confuſionem.
Inuentarium bonorum probat contrà producentem illud.reſp.99.n.16.f.555.

Inueſtitura.

Inueſtituræ forma ſeruanda.reſp 81.num.23. fol.455.
Quàmuis illa à feudorum conſuetudinibus diſcedat.
Quàmuis per ſecundam à priori receſſum fuiſſet.n.25.

Inuidia.

Inuidiam inter pares innaſci, dixit Accurſius. reſp.63.n.1.f.357.
Inuidia quid ſit.n.2.
Qui inuident,quia vellent ipſi habere, quod alius habet,litem facilè mouent.n.3.

Inuitatus.

Inuitatus ad Regis nuptias, nuptiali veſte non veſtitus interceptus, quia interpellatus obmutuit, tortoribus traditur cruciãdus.Matthęi 22.12.reſp.75.n.13.f.417.

Inuoluntariè.

Inuoluntariè, quæ quis patitur,minimè imputantur.reſp.33.n.24.f.169.
Nec imputantur quę contrà voluntatem fiunt.n.25.

Ioannes.

S.Ioannes Chryſoſtomus græcæ eloquentiæ flumen extollitur reſp.28.n.3.f.157.
S.Ioannes,diſcipulus,quem diligebat Ieſus dicitur.reſp.92.n.6.f.505.
S.Ioannes Euangeliſta ob fidei Catholicę confeſſionem in Pathmos Inſulam relegatus.reſp. 83.n.2.f.462.
P.Ioannes Iannutius ex Patribus Oratorij S.Philippi Nerei in Eccleſia Noua Vrbis celebratur.reſp.40.n.75.f.218.
Ioannis Mariæ Nouarij ſententia notatur,atq; reijcitur vti contraria Sacri Tridentini Cõcilij verbis & menti. reſp.3. num.15.fol.16. & n.24.
Atq; etiam à Sperello notatur.
Ioannes Vincentius Anna celebratur. reſp.39. n.40.f.220.

F.Ioſeph.

F.Ioſeph à Cornea Epiſcopus Caſertanus celebratur.reſp.86.n.4.f.476.& n.22.

Irregularitas.

Irregularitas etiam ſine peccato contrahitur. reſp.31.num.19 fol.153.& n.45.f.155.
Irregularem quis in dubio ſe æſtimare debet.n.53.f.156.
Irregularis(ex homicidio præſertim) beneficiorum Eccleſiaſticorum incapax redditur. reſp.67.n.16.f.385.
Ex homicidio verò voluntario, indiſpenſabilis.n.24.

Iteratio.

Iteratio actus, animi machinationem oſtendit. reſp.31.n.33.f.154.

Iudas.

Iudas Maccabæus duodecim mille dragmas argenti miſit Hieroſolymam offerri ibi pro pie defunctis.reſp.13.n.11.f.68.

Iudæi.

Iudęi non credentes dicebant Chriſto: nunquid tu maior es patre noſtro Abraham,qui mortuus eſt? reſp.43.n.27.fol.243.

Digitized by Google

I N D E X

Iudex.

Iudex poteſt, quin debet ipſe errorem ſuum moderari. reſp.7.n.37.f.40.
Iudex func functus officio ſuo dicitur per decretum, quando illud effectum vidit.
Atq; ita concordãtur Marta, Rouitus, & alij.
Reprahenditur tamen Peregrinus.
Iudex circumuentus poteſt vim vi repellere. n.48.f.41.
Iudex poteſt iuriſdictione compeſcere, ne partes ad arma, rixaſq; procedant. reſp.28.num.63. f.141.
Iudicis remittitur arbitrio quis locus magis tutus, quiſue mitius iuſtus æſtimetur. n.68.
Arbitrio ſcilicet boniviri.
Iudex in dubio, ſe defendentem, irregularem iudicare minimè debet. reſp.31.n.38 f.155.& n.54.f.156.
Iudex, qui cum adiunctis procedit, ſuſpectus dici non poteſt. reſp.36.n.14.f.199.
Quia adiunctorum ratione ſuſpitio retinetur. n.15.
Et ita ſeruat Signatura Sanctiſſimi. n.16.
Nec ſolus procedere valet.
Iudicis recuſatio vti ſuſpecti ceſſat, ſi pars in eum conſentiat. n.18.
Etiam conſenſu tacito. n.19.
Niſi proteſtetur ſe non conſentire.
Iudex in his, quæ ab arbitrio dependent, carpendus non eſt. reſp.43.n.32. f.244.
Quia potuit iuſta ex cauſa moueri.
Et ita præſumitur.
Iudices Synodales eligendi in Synodo, quibus debent eſſe qualitatibus præditi. n.35.
Iudex iuſta ſemper ex cauſa motus æſtimatur in his, quæ ex eius pendent arbitrio. reſp.49. n.55. f.282.
Potiſſimùm ex qualitate perſonarum. n.56.
Atq; negotiorum grauitate.
Iudex inſipiens æſtimatur, qui contra ſuam ordinariam iuriſdictionem quicquid admittit. reſp.53.n.17.f.303.
Quia illam tueri tenetur, ne iuſtitia contemnatur.
Neq; ſententiam ſuo ex corde, ſed ex præcepto Diuino proferat. n.18.
Siuè condemnet, ſiuè iuſtificet.
Neq; amicorum rationem habeat. n.19.
Neq; paupertate, neq; diuitijs moueatur.
In Iudicem conſentire reus non poteſt in ſui Ordinarij præiudicium. n.25. f.304.
Iudex alienam vſurpans iuriſdictionem peccat, & nulliter agit. reſp.54 n.12. f.307.
Eiq; ſine iuriſdictione ius dicēti non paretur impunè. n.13.
Et proindè acta habentur, ac ſi facta minimè fuiſſent. n.14.
Ratio affertur. n.15.
Iudex bonus nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuxtà leges, & iura pronunciat. reſp 64.num.52. f.367.
Ex Ambroſio, qui illum bonum, delineat.
Et quo affectu iudicare debeat.
Affectus animi ſedatos habere oportet. n.53.
Motuſq; animi. n.55.
Iudex nulliter procedens & iniuſtè, ſpoliare dicitur. n.61.f.368.
Non tamen priuat poſſeſſione. n.83.
Iudex officium ſuum denegare haud poteſt, iuſtitiam petenti. reſp.75.n.24 f.419.
Quin iniuria eſt, ſi quis à Iudice, quod ſibi iure debetur, non impetrarit. n.25.
Iudex inciuile partis factum iuriſdictionis Maieſtate coercere tenetur. n.38.
Iudex à quo, appellatione deſerta, ſuam exequi ſententiam poteſt. reſp.91.n.22. f.529.
Iudicis authoritate meliùs exiguntur, quæ aliàs propria poſſent authoritate exigi. reſp.85.nu. 14.f.473.
Iudici ſine iuriſdictione ius dicenti, iure non paretur. reſp.7.nu.11.f.38.& reſp.53 nu.2. f.302.
Quia ſine iuriſdictione iudicium nullum ſubſiſtit.
Iudicum animi motus ſedatos eſſe oportet. n. 3.
Vt paſſionibus non moueantur.
Ratio redditur.
Iudex nemini poſtulanti iuſtitiam denegare debet. n.6.
Quin iuſtæ poſtulantium preces exaudiēdæ.
Non tamen iniuſtitiam ſibi fieri pati debet. n.7.

Iudicare.

Iudicare, ordinare, vel excommunicare nullus debet Epiſcopus alterius iuriſdictionis Parochianum. reſp.53.n.1. f 301.
Sed quilibet ſuis terminis ſe continere debet. & n.44.
Iudicat quiſq; taliter, qualiter ipſe affectus eſt. reſp.92.n.43.f.508.

Iudicium.

Iudicium fugit, qui de ſua diffidit iuſtitia. reſp. 61.n.23.f.345.& n.24.
Ad iudicium is vocari debet, qui intereſſe fundatum in cauſa habet. reſp.36.n.29.f.200.
In iudicium vocari debet, in quem dirigitur petitio. reſp.51.n.56. f 295.
Et de cuius intereſſe principale agitur.
Vel qui habet ius in re. n.57.
Et illud conſiderabile.

S.Iudith.

S.Iudith, Holofernem necando, confuſionem feciſſe dicitur in domo Regis Nabucodonoſor. reſp.77.n.41.f.432.

Iulius.

Iulius Cæſar Capacius celebratur. reſp.32.n.49. f.163.
Iulius Lauorius carpitur, quòd ex ſuo marte loquutus fuerit. reſp.21. in deciſ.Coccini.n.16. f.112.

Iuramentum.

Iuramentum iniquitati præſidium præſtare haud debet, neq; vinculum iniquitatis eſſe. reſp.3.n.46.f.19.
Et regulam accipit ab ipſomet actu, cui adijcitur. n.47.

Eaſ-

Digitized by Google

Eaſdemq; conditiones recipit, quas actus, cui accedit.
Et quemadmodum actus nullus efficitur, factus contra formam præſcriptam, ita & iuramentum nullum euadit. n.48.
Iuramentum quamuis quòad iurantem perſonale ſit; eſt tamen quòad obſeruantiam reale. reſp.13.n.19.f.69.
Vndè poterit hæres præcisè cogi ad obſeruandum. n.20.
Ex quadam ſaltim fidelitate. ſecundùm S.Thomam.n.21.
Iuramentum non maiorem vim habet, quàm obligatio ipſa, cui accedit. reſp.37.n.65.f.209.
Eandemq; in ſe recipit qualitatem, quam ipſa obligatio.
Vt ſi nulla ſit obligatio, nullum ſit iuramentum.n.66.
Iuramento non ſtatur alterius pro ſe in re graui, & maximi præiudicij. reſp.61.n.19.f.344.
Vt etſi contra ſe iuris præſumptionem habeat.
Iuramento præſtito de non petendo abſolutionē à iuramento priori, vnica non ſit ſatis abſolutione, ſed illa duplex requiritur. reſp.77. n.5.f.430.
Nec duplex ſufficit, ſi iuratum fuerit, petita abſolutione, illa non vti n.8.& 13.
Neque Epiſcopus abſoluere poteſt; ſed Papæ requiritur abſolutio.n.9.
Iuramentum, quòd in diſpēdium ſalutis æternæ non vergit, ſeruandum. n.15 f 431.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio in nō ſubiectum fruſtrà exercetur. reſp 7 n.10.f.38.
Iuriſdictio poteſt per partem prorogari. reſp. 54 n.16.f.307.
In ſui ſcilicèt præiudicium, non in alterius.n.17.
Iuriſdictionis verò prorogationē, qui aſſerit, ipſe probatione præſtabit.
Nec ſufficiet præſumpta probatio.n.18.
Conſenſus autem expreſſus requiritur n.29.
Quia materia hæc eſt odioſa, atq; propterea reſtringenda. n.19.
Iuriſdictio dicitur lapis angularis iudicij. reſp. 94.n.73.f.524.
Et de ea inprimis conſtare debet.
Iuriſdictionis præſcriptio quòad omnem iuriſdictionem aduerſus Epiſcopum ex longiſſimi temporis curſu procedit. reſp.61.n.4. f.343.
Ex immemorabili præſertim.
Iuriſdictionis ea qualitas, & natura eſt, vt non præſumatur, niſi probetur. reſp.95.n.7. f.527.
Qui verò ſine iuriſdictione ius dixerit, ei non paretur impunè. n.8.
In dubio tamen parere quis debet. n.9.
Et in ius vocatus adeſſe.
Exaudi tamen de Ordinario. n.10.
Non de Delegato.
Iuriſdictionem, qui vſurpat Eccleſiaſticam. reſp.89.n.44 f.492.
Et peccat.
Et in excommunicationem incidit in Bulla in Cœna Domini. n.46.
Et ex Sacri Tridentini Concilij decretis.
Iuriſdictione ſine ius minimè dicitur. n.45.
Nec ſine peccato.

Ius.

Ius funerandi cadauera ſuorum Parochianorū defunctorum ad Parochum ſpectat. reſp 21. n.9.f.104.
Ius funerandi ad Sacramentorum adminiſtrationem acceſſorium eſt. nu.21. & nu 44. f.107.
Ius funerandi hoc ipſum importat, quod orare, ac Pſalmos de more Eccleſiæ deſuper funere dicere. n.34.f.106.
Ius funerandi omnia comprehendit, quæ eius includuntur nomine. n.46.f.107.
Ius gentium omni humano generi commune eſt. reſp.97.n.2. f.540.
Et hoc iure cōtractus penè omnes introducti.
Ius idem pati quiſq; contrà ſe debet, quod alteri iuſtum putauerat. reſp.66.n. 21. f.378.
Nec ſanè ab naturæ principio alienum.
Ius metimur à poſſeſſore in materia pēſionis, non à beneficiarijs, qui mutantur. reſp.68 num.2. f.388.
Ius nemo habet, vt alteri noceat. reſp.100.n.26. f.563.
Quamuis prodeſſe non teneatur.
Ius nobis quæſitum, nobis inuitis, atq; nolētibus, auferri à nobis nō poteſt. reſp.81.n.27. f.456.
Potiſſimū verò, ſi irreuocabiliter nobis quæſitum ſit.n.28.
Ius orandi ſuper defunctorum cadaueribus ad Parochum ſpectatur. reſp.21 .n.26 f.105.
Etiam extra propriā Parochiam, intrà fines tamen illius.
Ius Parochiale in quo conſiſtat? reſp.21.nu.43. f.107.& in deciſione Coccini.n.2. f.111.
Ius quod nō mutatur, ſtare cuiq; debet. reſp.25. n.17.f. 123.
Ius, quod perſonę cohæret, ipſam perſonam non tranſgreditur. reſp.78.n.36. f.439.
Et cum ipſa completur.
Nec ad hæredes extenditur.
Sicuti priuilegium perſonale.
Iuris aſſiſtentia quid? reſp.21.n.1.f 103.
Iuri ſuo renuncians, pœnitere poſtmodùm non poteſt. reſp.6.n 21.f.32.
Iure quod fit permittente, nullam meretur pœnam. reſp 48.n 43.f.276.
Si iure, ergò iuſtè, ſi iuſtè, ergò benè. n.44.ex Auguſtini inductione. reſp.52. n.3.f.297.& reſp.64 num. 37.f.366.
Iura ſua tueri cuilibet datum, alteri verò iniuriam facere, non æquè permiſſum. reſp.85. nu. 38.f.474.
Iure ſuo qui vtitur, iniuriam non infert. n.39.
Iuribus in communibus actus vnius ex ſocijs præſeruat ius, & poſſeſſionem alterius. reſp. 38.n.25.f.213.

Iuſpatronatus.

Iuſpatronatus hæreditarium nō niſi ad hæredes tranſit. reſp.23.n.8.f.117.
Et omninò qualitas exquiritur hæreditaria.

Ius

Digitized by Google

Iuſpatronatus relictum Præpoſito Eccleſiæ, & quatuor ex Senioribus Antianorum, laicale æſtimatur. reſp.27.n.34.f.134.
Vnde non habebit in eo locum regula reſeruatoria.
Iuſpatronatus, & præſentandi quare quaſi poſſideri dicantur reſp.39.n.16.f.217.
Iuſpatronatus cum Vniuerſitate trãſit.n.48.f.220.
Et comprehenditur in hæreditate.
Et in fœminas quoq; tranſit hæredes. n.49.
Ius patronatus vna tranſit donatione facta omnium bonorum mobilium, ſtabilium, iurium, & actionum.reſp.50 n.25.f.286.
Secus verò, ſi iurium, & actionum ſimpliciter donatio fiat.n.26.
Iuſpatronatus, & præſtandi in ſequeſtrem non tranſit.n.36 f.287.
Ratio redditur. n.37.
Nec compenſationem recipit.n.38.
Licet alij affirment. n.44.
Sed ad bonum ſenſum reducuntur.
Ius patronatus tranſit hæreditate, permutatione, donatione, & venditione. n.45.f.287.
Non tamen ſolitariè.
Sed cum vniuerſitate.
Quia eſt ſpiritualitati annexum.
Ius patronatus Eccleſiaſticum donari haud poteſt, niſi ſolemnitates interceſſerint in rebus Eccleſiæ alienandis requiſitæ. reſp.63.nu.31. fol.360.
Præſertim ſi in perſonam laicam fiat translatio, atq; potentiorem.n.32.
Ob periculum vſurpationis.
Quàmuis ſit ius patronatus laicorum, quòad hoc tamen, vt Epiſcopi accedat conſenſus.
Ius patronatus hæreditarium obtinere haud poteſt, qui hæres non fuerit.n.42.f.361.
Quàmuis filius, ni hæres quoq; fuerit.nu.43.
Quod probari debet.
Tranſit tamen cum ſucceſſione vniuerſali. num.44.
Ius patronatus, & præſentandi poteſt in alium transferri etiam laicum, Epiſcopi accedente conſenſu.reſp.81.n.16.f.455.
Siuè præcedat, ſiuè ſubſequatur. n.17.
Exauditur tamen quòad ſui transferẽtis præiudicium.n.18.
Non verò tertij.
Neq; in præiudicium vocatorum.n.20.
Neq; contrà formam in fundatione datam. num.21.
Iuris patronatus exiſtẽtia, ex quibus probetur. reſp.66.n.16.f.378.
Et ex quibus pertinentia. n.29.
Ius patronatus triplex: hæreditarium, gentilitium, ſiuè familiare, & ex pacto, & prouidentia.n.17.
Hæreditarium verò probatur ex nomine.
Et in quo præſentant hæredes vti hæredes. num.19.
Etiam extranei.
In dubio verò hæreditarium præſumitur. num.20.
Qui gentilitium prætẽderint, probare oportebit.n.43.
Qui verò hæreditarium, ſe eſſe hæredes, oſtẽdere opus erit. n.44.
Iuris patronatus exiſtentia ex partis quoq; aſſertione probatur.reſp.67.n.7. f.384.
Triplex eſt, hæreditarium, gentilitium, & ex pacto, & prouidentia.n.8.
Gentilitium verò, vt ex pacto, & prouidentia non præſumitur, niſi probetur.nu.9.
Ergò hæreditarium.n.10.f.385.
Ad quod hæreditaria qualitas requiritur, abſq; illa non proficit.
Ius patronatus ius eſt vniuerſale, & cum vniuerſitate tranſit bonorum.n.12.
Tranſit proindè cum vniuerſitate bonorum renunciata.n 15.
Ac ſucceſſione.
Iuris patronatus reſeruationes idcircò permittit Eccleſia, ni retrahantur homines à fundandis, Eccleſijſq; dotandis. reſp.81.num.11. fol.454.
In iure patronatus hæreditario, qui ſuccedere vult, omninò ſe hæredem probare oportebit. reſp.66.n.26.f.379.
Quàmuis filius.
Quàmuis hæres extraneus.
Qui autem in hoc defecerit, non admittitur. num.27.
Ius patronatus gentilitium, ſiue familiare, qui prætenderit eſſe, & ſimiliter illud reſeruatum fuiſſe, probare debet; & ſe de familia eſſe. nu. 43.f.381.
Sine verò probatione neutrum præſumitur.
Ius præſentandi ad beneficium iuris patronatus in fructu eſſe dicitur.reſp 50.n.14.f.285.
Et ad conductorem Caſtri ſpectat.
Atq; etiam ad vſufructuarium vniuerſitatis bonorum.n.18.
Non tamen tranſit in ſequeſtrem, ſiue ſequeſtratarium.n.36.
Neq; in creditorem, qui in poſſeſſionem immittitur loco pignoris.n.42.
Ius patronatus cum vniuerſitate tranſit bonorum. n.21.
Et acceſſoriè venit, atq. vniuerſitati accedit, num.21.
Caſtro vendito, vel locato ius patronatus accedit.n.24.

Iuſtitia.

Iuſtitia ſeruatur præſtando cuiq; quod ſuum eſt.reſp.32.nu.51. fol.163. reſp.34 num.42. fol 189. reſp.75. nu.32 f.419.& reſp 93.nu. 53.f.515.
Iuſtitia nemini iniuriam fieri patitur. reſp.37. n.47 f.208.
Iuſtitia cuicunq; poſcẽti miniſtranda.reſp.64. n.17.f.365.
Neq; neganda audientia roganti n.18.
Iniuſtitiam auerſatur Deus.
Iuſtitia, quod ſuum eſt cuiq; tribuit.
Iuſtitia in æqualitate conſiſtit rei ad rem.reſp. 81.n.3.f.453.& reſp 92.n.26.f.507.

Digitized by Google

Iuſtitiam conſeruare eſt de neceſſitate ſalutis.n.27.

Iuſtitia contra regulam quod eſt , conſequenterq; iniquum,permitti minimè debet.reſp.49. nu.12.fol.279.

L

Labor.

Labor ſine fructu eſſe minimè debet.reſp 45. n.22.f.158.

Nec pœnitere quemquam debet,duros ſubijſſe labores.

Nàm optat premia quiſq; labor.n.23.

Laboranti ex iuſtitia merces debetur. reſp.45. n.19.f.257.

Dignuſq; eſt operarius mercede ſua.

Quod explicat Paulus 1. ad Timotheum. 5. 17.n.20.

Læſio.

Lædit ſe ipſum, qui alium lædere quærit.reſp. 93.n.4.f.511.

Laicus.

Laicus non poteſt in alienum Epiſcopum conſentire,vt ab eo ord netur.reſpon f.54. nu.27. fol.308.

Sine ſui Ordinarij licentia.

Laici incapaces ſunt ſpiritualium iurium.reſp. 21.n.27.f.105.

Vt neq; cum Clericis ingerere ſe poſſint in Eccleſiaſticis functionibus.n.28.f.105.

Lazarus.

Lazarum ſuſcitatum ab Apoſtolis ſolui imperauit Chriſtus, & vt finerent eum abire. reſp.48.num.13.fol.274.& reſp.60.num.20. fol.338.& reſp.98.n.45.f.550.

Lector.

Lectores Philoſophiæ, ſiuè Theologiæ, qui per nouẽ annos legerint in Religione Cœleſtinorũ, votum habent actiuum,& paſſiuum in Capitalis Generalibus ab anno 1633.reſp.45. n.5. fol.255.

Sicuti & Secretarius Reuerendiſſimi, eiuſq ſocius,alijq;n.35.f.259.

Legatio.

Legatio,ſeu Nuntiatura quatuor modis finitur.reſponſ.33. in allegat. Baldelli num.41. fol.183.

Legationis munus quibus modis finitur. Ibid. in informatione Paſcutij n.11.f.175.

Non expirat morte Papæ.n.12.

Neq; cenſetur reuocatus per creationem ſecundi.n.13.

Legatus.

Legatus extrà Prouinciam poteſt exercere actus voluntariæ iuriſdictionis. reſp.33.in informatione Paſcutij.n.14.f.175.

Legatum.

Legatum dotis an multiplicatum debeatur? reſp. 8.n.34.f.47.

Quemadmodùm alimentorum multiplicatũ nequaquam debetur.

Deberi vtrumq; dotis legatum Author *ſubſtinet.n.35.*

Quia reprobare non potuit teſtator ſemel probatum.n.36.

Præſertim ſi contrarium non appareat ex mente teſtatoris n.37.

Quod onus probandi hæredis eſt.n.38.

Potiſſimùm ſi in diuerſis ſcripturis relictum fuerit.n.39.

Vt mutatam voluntatem hæres præſtare cogatur. nu.40.

Etiam ſi ex obliuione teſtatoris id acciderit.nu.41.

Quia duæ ſummæ iunguntur.n.42.f.48.

Præcipuè ſi vna ſumma inter ſuos,in vltima voluntate altera relicta fuerit. nu.43.

Contrarium aſſerunt alij n.44.

Quia dos natura ſua multiplicationem non admittit.n.45.

Sed diſtinctionis fœdere cõciliantur ſententiæ.n.46.

Legatum relictum alicui, vel aliquibus de familia cui, vel quibus hæres volet, ſubſiſtetur.reſp.9.n.51.f.55.

Quia arbitrium videtur electum, non ſubſtantia diſpoſitionis.n.52.

Perſona igitur eligenda poteſt alterius voluntati committi.nu.53.

Quod & in libertate procedit nu.54.f.56.

Aſſumptus enim videtur, vt ipſe quantitatem,& perſonas arbitretur nu.55.

Siuè legata,ſiuè fideicommiſſa fuerint.

Legatum certo dato corpore, ex quo ſolui debeat,taxatiue factum dicitur.reſp.15. nu.22. fol.80.

Secùs ſi quantitas relicta fuerit, ſiue pecunia,perſona verò demonſtrationis gratia adiecta.n.23.

Quia purè ab initio data eſſe videtur. nu.24. fol.81.

Et ſi præſertim voluntas non aduerſetur defuncti.n.25.& 27.

Quod oſtenditur.n.30.

Et eſt ſententia ab omnibus recepta.n.31.

In dubio potiſſimùm, ac pia cauſę fauore. n.32.f.82.

Vel ſi quantitas in genere relicta fuerit. num.35.

Quia legati ſubſtantia ſemper perſeuerat. num.36.

Eamq; legauit teſtator.

Secùs verò ſi nomen debitoris.n.39.f.83.

Vel ſi ſemper firmum eſſe debere legatum teſtator edixerit.n.41.

Vel aliàs teſtatoris voluntas ridicula redderetur. n.51.

Vel annua ſit præſtatio.n.54 f.84.

Siuè etiam de reinueſtienda pecunia prouidit in

in caſu reſtitutionis . n.55.
Vel ex ratione, quam reddidit. n.56.
Vel quia debebat. n.59.
Vel quia ſepulturam in Eccleſia elegit. n.69. f.85.
Vel pro anima reliquit. n.74. f.86.
Legatum quantitatis, quæ non extat, inutilè redditur. n.37 f 82.
Vel ſi incerta quantitas legetur.
Legatum dotis, & pia cauſa à pari procedût. n.40. f.83.
Legatũ pro celebratione Miſſarum in ſingulos annos perpetuum dicitur. n.43. f.83.
Erit proindè & ſtipes Sacerdotibus debita perpetua.
Legati diminutionem qui probibuit, multò magis illius annibilationem probibuiſſe videtur. n.52. f.84.
Legatum demonſtratiuè relictum, videtur piæ cauſæ fauore. n.76. f 86.
Ex cauſa potiſſimum celebrationis Miſſarũ. n 77.
Ac præſertim in perpetuum.
Contrarium ſequitur Scipio I o i us. n.79.
Et Ioannes Baptiſta Thorus.
Verùm exaudiẽdi ſunt, ſi voluntas repugnet teſtatoris. n.80.
Legatum pro celebrandis diuinis officijs, vel ſacrificijs offerendis Sacerdotibus relictum, lucrum non dicitur, neq; ex liberalitate pendet. reſp.16. n.14. f.89.
Sed eſt merces ex iuſtitia debita.
Quia Sacerdos interim ſua priuatur libertate.
Legatum, quod ſeruitutem continet, diuiſionem non admittit. n.15.
Quæcunq; ſeruitus fuerit.
Legata pia inſolidum peti poterunt ab vno ex pluribus bæredibus. n.18.
Legatum pium dicitur, ſi Eccleſijs relinquatur, vel pauperibus, Dei cauſa. reſp.32. num.31. f.161.
Nõ quòd pro malè ablatis incertis præſertim, legatum æſtimetur. n.32.
Legatum pro exoneratione conſcientiæ, contra Fabricam Author tuitus fuit. n.37.
Legatum pro exoneratione conſcientiæ latiùs patet, quàm pro malè ablatis, incertis præſertim. n.41.
Legatum Præceptori factum, neceſſarium videtur, ac merces, non donatio. n.85. f.165.
Legatum taxatiuum taxationis terminos tranſgredi non poteſt. reſp.35. n.18. fol.194.
Legatum ex certo corpore debendum, ſi deficiat, extinguitur. n.22.
Legatum argentum omne, & ſuppellex in prędio Semproniano, an ex alijs quoq; prędijs debeatur? n.23.
Legatum decẽ, & ſi perdiderit iterùm debeatur, alteram vicem non excedit. n.28. f.195.
Neq; in infinitum debebitur. n.29.
Neq; amplius ad periculum bæredis pertinebit. n.30.
Legatum inutile legatario eſſe non debet. n.36.
Et vt valeat, non vt pereat in dubio accipiendum. n.37.
Legatum donatio eſt teſtamento relicta. ex Modeſtino. n.38.
Lucro proinde legatario eſſe debebit. n.39.
Secùs ſi ex accidenti id eueniat, præter bæredis voluntatem. n.40.
Legatum vxori relictum, vt moraretur cum filio, ſi ille prior fatis cedit, debeatur nè, cùm per illam non ſteterit. reſp.41. n.9. f.230.
Affirmatiuè reſpondetur. & n.28.
Siuè legatum ſit annuum. n.10. & 12.
Multoq; magis ſi ſemel debeatur. numer.11. & 14.
Et magna ſint erga vxorem amoris indicia. n.21.
Eamq; vſufructuariam, etiam poſt mortem filij reliquerit. n.25.
Legatum legatarij gratia relictum videtur magis, quàm alterius. n.16. f.231.
Et ex quibus arguatur?
Quãuis modus legato adiectus deficiat. n.18.
Ratio affertur. n.19.
Vel ſi legatum prius ſoluendum ſit, poſtmodùm verò ſubeundum onus. n.20
Vel ſi non vulgaria appareant diſponentis erga legatarium amoris indicia. n.21.
Legatum eſt donatio teſtamento relicta. nu 30. fol.233.
Largiorem proindè interpretationẽ admittet. n.31.
Quia liberalitatem in legatarium legando teſtator exercere videtur.
Et legatarius in re ipſa legata magis dilectus bærede videatur. n.32.
Eiq; proindè magis fauendum. n.33.
Legati dominium rectà via, ab bæreditate adita, in legatarium tranſit. n.26.
Legatum defiuiat qualitate deficiente, ſub qua legatum fuit. reſp.42. n.38. f 239.
Legatum relictum mulieri, ſi Titio nõ nupſerit, viuente Titio non debetur. reſp.43. num.11. fol. 242.
Legatum vſusfructus intrà biennium, ſi intrà non ſoluatur, vſusfructus quidem non debetur. n.51. f.245.
Sed eius æſtimatio.
Legatum relictum puero cùm quatuordecim annis erit, tũc debebitur, cùm quartodecimus annus completus fuerit. reſponſ.46. num.17. fol. 265.
Legatum ad vitam relictum catènus debetur, quatènus vita perdurarit. reſponſ.60. nu.4. fol. 337.
Et ad tempus relictum, tempore expleto intercipitur. n.5.
Legatum quoq; ob cauſam datum, quatènus cauſa ſubſtiterit, debebitur n.6.
A cauſa namq; determinatur.
Vt ipſa ademptà cauſa, legatum deficiat. n.8.
Legatum in damnum eius, cui relinquitur, cedere non debet. reſp.73. n.21. f.410.

Legatum eſt donatio.n.22.
Commodum propterea legatario feret, non dãnum.
Legatum interpretationem recipit ex perſona, ad quam verba diriguntur.n.48.f.413.
Legatum relictum ſua Eccleſia.ſi poſt teſtamẽtum ad aliam tranſeat Parochiam teſtator, & in hac diem obeat extremum, priori debetur Eccleſia,non ſecunda.reſp.88.n.8.f.485.
Quia illa conditi teſtamẽti tempore ſua erat Eccleſia.
Legatum, ſeù diſpoſitio ex affectu animi teſtatoris interpretationẽ admittit.n.28.f.486.
Legatum pro malè ablatis incertis, vt æs alienũ habetur in hæreditate teſtatoris. reſp.92.nu. 49 f.509.
Et ex hæreditate ante omnia extrahendum.
Legatum euaneſcit, ſi quod mihi non debetur, legauerim.reſp.93.n.29.f.513.
Legatum annuum ſimile dicitur legato vſusfructus. reſp.96.n.29.f.534.
Legatum aduerſus Eccleſiam præſcribitur ſpatio quadraginta annorum. ibidem.in allegat. Caiſotti.n.11.f.538.& n.20.
Et omnis actio pro eo.
Etiam ſi ſit conditionale.n.18.
Legatum annuum perpetuum cenſetur factũ gratia exonerandi hæredem. n.16.
Quia habetur pro puro.n.17.
Et ſolùm dilata exactio in ſingulos annos.
Legatum annuum,tot videntur eſſe legata,quot ſunt anni.
Interpretatione elucidatur,quòad petitionem ſcilicet.reſp.97.n.14.f.541.
Quia quolibet anno actio cedit petendi.
Non quòad eſſentiam. & legati ſubſtantiam.
Quam ob cauſam vna præſcriptione præſcribetur.
Reprime,in legato conditionali.n.18.
Legatum conditionale dicitur, ſi datur, ſi quid fiat,etiam in futurum.n.19 f.542.
Legatum annuum Eccleſiæ relictum vltrà centum perdurat annos. n.20.
Non, quòd non poſſit præſcribi. n.21.
Sed, quòd cẽtum annorum curſu non finitur.
Rationes referuntur.
Præſertim ſi in perpetuum deberi teſtator edixerit.n.24.
Legatum præſcriptione ſubmotum perinde habetur,ac ſi nunquam rogatum fuiſſet. n.29
Neq; Fabrica in hoc intrat; quia contra eam (quæ ius non habet niſi ad exequendum)præſcriptio non requiritur.n.65.
Legatum eſt donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda.n.57.f.544.
Legati ſubſtantia præſcripta,eius quoq; modus præſcriptus videtur.n.6.f.541.
Namq; vnica præſcriptione præſcribitur.
Quamuis ſit annuum.n.7.& 8.& n.12.
Legata pia relinquuntur,vt proſint relinquentibus in pœnis purgatorijs. reſp.13.n.6.f.67.
Inter quæ ſuper omnia proficit ſacrificium incruentum.n.7. & 9.
Legata vini,olei, frumenti,aliarumq; rerum pro cultu diuino ſubſtinentur,etiam Fratribus Minoribus facta.reſp.18.n.3. f.95.
Legata omnia incerta,ac pro malè ablatis incertis ad Fabricam ſpectant S.Petri. reſp.32. n.1.f.159.
Legata,etiam pia,Eccleſijs, pijſq; locis relicta, quadraginta annorum curſu præſcribuntur. reſp.96.n.6.f.532.
Legata annua tot æſtimantur, quot ſunt anni. n.20.f.534.
Et tot requiruntur præſcriptiones.
Declara tamen quòad obligationem,& petitionem. n.22.
Non quòad ſubſtantiam legati.
Nam legatum dicitur vnũ eſſentialitèr.n.24.
Plura verò virtualitèr.
Solutiones verò diuiduntur in ſingulos annos, cauſa multiplicandæ obligationis.n.28.
Legatum annuum,quamuis in minus ſolemni teſtamento relictum, ſi hæres agnouerit, ſolueritquè, tribus ſaltem annis,in futurum quoq; tenebitur. n.23.
Legatorum in materia ſermonis proprietati inſiſtendum. reſp.78. n.27. f.438.
Neq; illa extendenda.
Legatum manu hæredis capiendum. n.29.
Eſt donatio quædam.
Legare, & inſtituere, ſatis diuerſa habentur. reſp.78.n.17.f.437.
Lego verbum,latè quandoq; accipitur. reſp.78. n.21.f.437.
Præſertim verò ad diſpoſitionem ſubſtinendam teſtatoris.n.22.
In proprio autem ſignificatu, ac preſſo,lego, verbum, hæredis inſtitutionem non complectitur.n.24.
Præſertim ſi rei ſingulari adiunctum fuerit. n.25.
Ac ſecundùm ſubiectam materiam.
Vel ſi teſtator illam refrenaſſe videatur, per verbum,legabit. n.31.
Legatarius prædilectus hærede in legato à teſtatore videtur.reſp.15.n.70.f.85.
Si ad pia præſertim relinquatur. n.71.f.86.
Atq; pro anima.
Ne fruſtrà legatum factum appareat. n.70. in fin.
Legatarius probare debet in dubio,quid teſtator ſenſerit.reſp.35.n.24 f.194.
Legatarius id tantum petere poteſt, quod à teſtatore præfinitum eſt n.35.f.195.

Legitimè.

Legitimè cõſtare dicitur per plenas probationes. reſp.67.n.19 f.385.
Legitimè factum irritari non debet reſp.5.nu.9. fol.26.

Leo.

Leo terroris ſymbolum.reſp.31.n.6.f.153.

Lex.

Lex,quod non dicit, neq; nos dicere debemus. reſp.3.n.51.f.109.& reſp.24.num 10.f.119.
Lex generaliter loquẽs omnes comprehendi,

Digitized by Google

& generalitèr exaudiri debet de omnibus, de quibus loquitur. n. 13.
Et legis eſt futuris proſpicere incidentibus n. 14. f. 130.
Legem expreſſam quærere, vbi ratio eſt vna, imbecillitas eſt intellectus. n. 19.
Lex ſupplet quod defunctus non dixit, dixiſſet verò, ſi interogatus fuiſſet. reſp. 15. num. 90. fol. 87.
Fauore animæ potiſſimùm.
Lex vt liget, recepta eſſe debet. reſp. 21. num. 71. fol. 109.
Lex, vel Conſtitutio per verba negatiua rogata maiorem vim obtinent, vt obligent. reſp. 42. n. 22. fol. 238.
Quia maiorem legislatoris intentionem oſtendunt. n. 24.
Vt etiam ad mortale obligent. n. 25.
In mandato potiſſimùm Papæ.
Præſertim ob pœnam adiectam.
Et hęc ſententia tutior æſtimatur. n. 26.
Quia de effugiendo peccato agitur.
Lex vna per aliam declaratur, & concordatur. n. 24. fol. 238.
Lex, vel Conſtitutio quod non dicit, neq; nos dicere debemus. reſp. 43. n. 25. f. 243.
Qui autem dixerit, dicere, probare oportebit. num. 27.
Lex, vel Conſtitutio, ſi de aliquo non loquatur, dici poteſt ei: Lex de te, vel Conſtitutio non loquitur. n. 38. f. 234.
Lex, & Conſtitutio contraria, ſibiq; aduerſantia diſponere, ac loqui non debet. reſp. 47. nu. 19. f. 170.
Neq; pręſumendum.
Alioquin firma non ſtabit.
Lex quod non dicit, neq. nos dicere debemus. n. 36. f. 272.
Lex, quę peccatum nutrit, & fouet, iniuſta. reſp. 49. n. 30. f. 280.
Et ideò abolenda. n. 31.
Legis qualitates quæ? ex Iſidoro.
Deq; eius eſſentia, iuſtitia eſt, & honeſtas.
Et ad bonum commune lex ordinatur, n. 32.
Quę peccatum deſtruit.
Et propter tranſgreſſiones poſita eſt.
Eſt forma, qua hominem ad finem determinat æternum. n. 34. f. 281.
Et eſt quędam regula.
Ordinatq; rationem.
Quam peruertit peccatum.
Lex iuſta eſſe debebit, vt liget. reſp. 53. num. 26. fol. 304.
Iniuſta eſt, quę tertio præiudicium infert; num. 37.
Quia à ratione diſtat.
Lex neminem iudicat inauditum. reſp. 64. n. 38. fol. 366.
Nec non præcedente cognitione.
Probatur pluribus, etiam ex ſacris ſcripturis.
Etiam per leges humanas. n. 44.
Et Sacros Canones. n. 45.
Lex in ſubiectorum commodum, & vtilitatem rogatur. reſp. 73. n. 25. f. 411.
Non in eorum damnum.
Vndè licet à lege recedere, quæ in damnum vergit communitatis. n. 26.
Nec tunc obligat.
Neq; obſeruanda.
Et eatènus obligat, quatènus in commune tendat bonum. n. 36.
Lex quod non dicit, nec legis Conditor, neq; nos dicere poſſumus. reſp. 76. n. 24. f. 424.
Et qui dicit legem dicere, probare debet. n. 26.
Lex, vel Conſtitutio, quæ diuiſim loquitur, diuiſim quoq; exaudiri debet. reſp. 80. num. 17. fol. 450.
Lex, vel Conſtitutio, quod non diſponit, ſub diſpoſitione iuris communis reliquiſſe videtur. reſp. 96. n. 46. f. 526.
Et quod non dicit, nec nos dicere debemus. num. 47.
Quia, quod lege ſcriptum non inuenitur, nec actum pręſumitur. n. 48.
Lex vniuerſalitèr, & indeterminatè loquens, vniuerſalitèr quoq; exaudienda erit. reſp. 97. n. 13. f. 541.
Legis diſpoſitio, maximèq; iuris communis correctoria, extendi non debet ad caſum (ſublata verborum forma) non comprehenſum. reſp. 29. n. 10. f. 124.
Legis illuſor nuncupatur, qui legem contra facit. reſp. 55. n. 51. f. 313.
Legi veteri per potentiorem derogatur. reſp. 52. n. 21. f. 299.
Legi qui iuſtę reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. reſp. 89. n. 41. f. 491.
Legem voluntariè peruertens, ac ſoluens, peccat. reſp. 24. n. 5. f. 119.
In re præſertim graui.
Legem qui ſequitur non peccat. reſponſ. 48. nu. 41. f. 276.
Legem tranſgredi, peccatum eſt. reſponſ. 73. n. 4. fol. 408.
Ratio affertur ex S. Thoma.
Et ex S. Paulo. n. 6.
Quia, qui legi reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.
Legem contrà actum, firmitatem non obtinet. reſp. 98. n. 28. f. 549.
Lege quod fit permittente, pœnam non meretur. reſp. 31. n. 12. f. 153.
A lege in bonum Reipublicę rogata diſcedere nemini permiſſum. reſp. 81. n. 9. f. 454.
Lex, quę decreuit, immutare priuatus non poteſt. n. 21. f. 455.
Leges determinantur, vt earum merito humana coerceatur audacia, & iuſti tutè viuant. reſp. 43. n. 60. f. 246.
Leges humanę in his, quę Deo dicata ſunt locum non habent. reſp. 58. n. 75. f. 328.
Sed Eccleſiaſtica.
Neq; à laicis iudicari poſſunt. n. 79.
Legibus in commune bonum rogatis ſtandum. reſp. 92. n. 23. f. 507.

Le-

Legiſlator.

Legiſlator quod non dixit,nec voluiſſe videtur. reſp.64.n.56.f.368.
Nec velle,nec dicere nos debemus.
Quod argumentum magnum habere vim dixit Peguera. *n.57.*
*In materia præſertim odioſa.n.*58.
Atq; arbitraria.

Lezana.

Lezana in ſumm. quæſtion. regularium part.2. cap.10.n.54.*malè per Aduerſarios propoſitus ad rectum ſenſum expenditur. reſp.43.n.33. f.244.& n.53.*

Liber homo.

Liber homo non poſſidetur.reſp.51.n.17.f.291.

Liberalis.

Liberalis non dicitur, qui ex neceſſitate facit. reſp.8. n.52.f.48.
Quia neceſſitas liberalitatem excludit.

Libertas.

Libertas nunquàm præſcribitur. reſp.38.nu.8. f.212.
Libertas ſemper præſumitur,ni ſeruitus probetur,reſp.51.n.13.f.291.
Libertas relicta, ſi tibi probabitur, omninò debetur. reſp.59.n.18.f.331.
Quia,vt bono viro, cōmiſſa videtur,& n.20.

Libri.

Libris Maſſariorum, & Officialium publicorū ſtatur ad probandum valorem.reſp.99.n.20. f.555.

Linea.

Linea,quæ non dùm cœpit, neq; deficere potuit. reſp.14.n.8 fol.75.
Ceſſat fideicommiſſum in caſu defectus lineæ conſtitutum. n.9.
Linea fluxus eſt,ac protractio puncti.n.10.
Nam à puncto linea fluere incipit.
Et per liberos protrahitur.
Linea alteri non ſuccedit lineæ, niſi dictum fuerit,vt vna alteri ſuccedat.
Linea altera effectiua, contentiua altera. reſp. 23.n.1.f.116.
Cùm igitur de effectiua exaudiri diſpoſitio non poteſt,de contentiua intelligenda erit.
Linea ſimpliciter nuncupata, cùm nomen ſit collectiuum; & maſculos,& fœminas,atq; ab eis deſcendentes comprehendit.n.2.& 4.
Linea quid? n.2.

Liquidum.

Liquidum dicitur, quod nullam diſceptationem admittit.reſp.62.n.43.f.354.
Et de quo conſtat Iudici.

Lis.

Lis, & inſtantia in ſucceſſorem in dignitate tranſit.reſp.61.n.11.f.344.
Ratio duplex affertur.
Lites ex concupiſcētijs non moderatis oriuntur. reſp.63.n.4.f.357.
Et inuidia. n.6.
Hinc etiam & bella.ex S.Iacobo.n.5.
Litigans temerè peccat. reſp.63.n.46.f.361.
Quia malè petit,quod ſibi non debetur.
Vndè in expenſis damnatur n.47.
Quia calumniam facit.n.48.
Litigans temerè in expenſis damnatur. reſp. 71. n.22.f.401.

Litteræ.

Litteræ, ſeù Bullæ reſeruationis penſionis,notificari debent ſucceſſori,vt eum afficiant.reſp. 68.n.21 f.390.
Quod exauditur quòad cenſurarū incurſum dumtaxat.
Licèt Galleſius *illam ſententiam,quòd intimari debeant,non iuſtam putet.n.23.*
Poterit tamen ſucceſſor condemnari, dato certo termino ad ſoluendum, alioquin quòd relaxabitur mandatum exequutiuum.n.24.
Et in ſubſidium excommunicatio.
Sufficit autem ſucceſſorem notitiam habere de reſeruatione.n.25.
Etiam per literas coràm Exequutore præſentatas.
Literarū ſtudium ad commune Eccleſiæ bonū cedit.reſp.55.n.2 f.310.
Præſertim Theologia, & Sacrorum Canonū.
Ratio affertur.n.3.
Proindè Studentibus, & Magiſtris multa ſunt priuilegia indulta.
Litteras nemo ſcit,qui non didicit.n.32.

Locatio.

Locatio rerum Eccleſiæ ad longum tempus prohibita. reſp.25.n.7.f.122.
Quia ſaltim dominium vtile transfert.
Vndè alienationis eſt ſpecies.
Locatio,& conductio ſine mercede non contrahitur. reſp.50.n.47.f.288.
Et proxima eſt emptioni,& venditioni.n. 51.
Et quomodò inuicem differant.

Locupletari.

Locupletari nemo cum alterius iactura debet. reſp.37.n.45.f.208.
Quod ipſi naturæ repugnans æſtimatur.
Nec æquo,& bono conuenit. n.46.
Quod ſanè peccatum eſt.n.47.
Quia contra iuſtitiam.
Succurrendum proindè deceptis.n.46.

Locus.

Locus dignior æſtimatur, qui vltimo proprius accedit. reſp.38.n.43.f.214.
Locus, maioris nō debet eſſe æſtimationis, quàm homines.reſp.73.n.9.f.409.
Non enim propter locum gentem, ſed propter gentem Deus locum elegit.
Nec locus ſanctificat hominem,ſed homo locū. n.10.f.410.
Locus hominum commodo deſignatur.n.15.
Quam ob cauſam materialiter locus perpenditur, non formaliter.
Nam formalitas eſt id,propter quod locus deſignatur ad aliquem effectum.n.16.
Formalitas igitur eius perpendenda.n.23.
Locus ſemel mutatus, mutabilis perſeuerat. n.40.
Et vt hominibus deſeruiat.
Locus ſacer accedit cum Vniuerſitate vendita.

reſp.50.n.23.f 286.

Locus tutus æſtimatur, qui ipſi principali tutus eſt. reſp.28.n.52 f.140.

Quia eius ſecuritati intendendum. nu.53. & n.73.f.141.

Et Iudex debet in hoc parere, tutum locum petenti. n.58.

Genitorum domus tutus locus mulieri æſtimatur. n.64.f.141. & 67. & 73.

Et Iudicis remittitur arbitrio. n.68.

Locus Canticorum 7.1 Quid videbis in Sulamite, niſi Choros Caſtrorum, allegoricè expenditur. reſp.18.n.17.f.94.

Locus Danielis 12.2. ex hebræo perpenditur. reſp.2.n.8.f.7.

Locus Apocalypſis.10.6 enucleatur, quod tempus hoc præſens præteribit. ibid n.11.

Locus Danielis 12.3 Qui docti fuerint multos fulgebunt, &c. expenditur. reſp.45.num.39. f.259.

Etiam de Eccleſia militanti. n.40.

Locus Deuteronom.22. Non arabis in boue, & aſino. expenditur tropologicè. reſp.56.nu.21. f 317. & reſp.76.n.14.f 423.

Locus Eccleſiaſtes.1.13. perpenditur. reſp.3.n.2. f.13.

Locus Eccleſiaſtes.11.3. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, ſiuè Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit.

Illuſtratur ex Dionyſio Carthuſiano. reſp 13. n.37 f.70.

Locus Eccleſiaſtici.7.2. Fili non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. elucidatur. reſp.93.n.3 f.511.

Locus Geneſis 3.15. Inimicitias ponam inter te (ſerpentem ſcilicèt) & mulierem. tropologicè illuſtratur. reſp.15.n.11.f 79.

Locus Pſalmi 55.7. Inhabitabunt & abſcondent; ipſi calcaneum meum obſeruabunt. perpenditur, & illuſtratur. n.14.

Et Pſalm. 48.6. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me. n.15.

Locus Iacobi 2.10. Quicunq; totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. expenditur. reſp.22 n.10.f.159.

Et eiuſdem 4.8. Emundate manus veſtras peccatores, & purificate corda duplices animo. de contritione expenditur. n 12.

Locus Pauli 2. ad Corinth.7.8. de triſtitia per contritionem exponitur. n.13.

Locus Ioannis 14.19. ex Sancto Hilario expenditur. reſp.25.n.6.f.193.

Locus Ioannis 19.15. perpenditur. de duobus Latronibus, qui cum Chriſto Cruci affixi fuere. reſp.33.n 57.f.171.

Locus Iſaiæ 9.6. Factus eſt Principatus ſuper humerum eius. de Chriſto elucidatur. ex Tertulliano, & alijs. reſp.40.n.36 f.225.

Quia Crucis è throno regnare cœpit n.38.

Locus Iſaiæ.22.22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius. expenditur. nu.58. f.226.

Locus Iſaiæ 57.20. Impij quaſi mare feruens. expenditur, atq; elucidatur. reſp.9.n.2.f 51.

Locus Lucæ 9.62 Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei expenditur. reſp 89.n.3 f.488.

Ex Dionyſio Carthuſiano n.4.

Et ex Ioanne Caſſiano. n.6.

Locus Matthæi 15.22. de Cananea. expenditur. reſp.2.n.34.f.9.

Locus Apoſtoli 2. ad Corinth.2.10. elucidatur. n.38.

Locus Pſalm. 102.4. de Maria Virgine expenſus. n.41 f 10.

Locus Eccleſiaſtes.9.1 Neſcit homo, vtrum amore, an odio dignus ſit. elucidatur. n.49.

Locus Matthæi 18 23. de Domino, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. expenditur. reſp.62.n.30.f.353.

Et Redde, quod debes. ibidem.

Locus Lucæ. 16.1. de villico iniquitatis. expenditur. n.34 f.354.

Locus Matthæi.18.30. de ſeruo illo nequam, qui cõſeruum debitorem ſuum miſit in carcerem. expenditur. reſp.77.n.50 f.433.

Locus Oſeæ.2.6 Sepiam viam tuam ſpinis. expenditur. reſp.64 n.6. f.364.

Locus Pauli 2. ad Corinth 3.18. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini contemplãtes, &c. de Epiſcopis expenditur. reſp.83.num. 7. f.462.

Locus Pauli ad Epheſios 5.31. de coniugio. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. elucidatur. reſp 28.n.12.f 137.

Locus Pauli ad Romanos 14.23. Omne, quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt enucleatur de conſcientia. reſp.92.n.32 f.507.

Locus Pauli 1 ad Timoth.5.17 Non alligabis os boui trituranti. expenditur. reſp.45. nu.20. f.257.

Et 1. ad Corinth.9.9.n.21.

Locus Prouerbior.14.12. Eſt via, quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius ducunt ad mortem. expenditur. reſp.42.n.4.f 238.

Locus Prouerbiorum 20.17. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſteà implebitur os eius calculo. illuſtratur. reſp 98.n.2.f.547.

Locus Pſalmi 17.5. Circundederunt me dolores mortis. elucidatur. reſp.9.n.8. f.51.

Etiam ex hebræo.

Locus Iob.40.10. Behemot ſtringit caudam quaſi cedrum. elucidatur. n.10.f.52.

Locus Pſalmi.18.5. In omnem terram exiuit ſonus eorum.

De Apoſtolis expenditur. reſp.25.n.20 f.124.

Ac conſequenter Epiſcopis.

Locus Pſalmi 30.13. Obliuioni datus ſum, tanquàm mortuus à corde. expenditur. reſp.65. n.4.f.371. & n 9.

Locus Eccleſiaſtes.11.1. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, &c. expenditur. n.6.

De eleemoſyna. n.7.

Locus Pſalm.43.22. Aeſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. expenditur. reſp.28.n.57 f.140.

Locus Pſalmi 48.14 Sicut oues in Inferno poſiti ſunt,

I N D E X

ſunt, mors depaſcet eos. expenditur. reſp.80. n.8.f.439.
Locus Pſalmi 75.6. Dormierunt,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.expenditur.reſp.60 n.9.f.377.
Locus Pſalm.81.7.Ego dixi.Dij eſtis,expēditur. reſp 1.n.20.f 4.
De Chriſto explicatur ab ipſomet Chriſto. Ioannis 10.34.n.21.
Locus Pſalmi 103.25. Hoc mare magnum,& ſpatioſum manibus,&c.moraliter expēditur. reſp.40.n.4 f.223.
Locus Matthæi 16.24. Si quis vult venire poſt me,&c.expenditur.n.30.f.225.

Loquela.

Loquela manifeſtum facit hominem. reſp.91. n.18 f.508.
Ex loquela enim Petrum Chriſti diſcipulum quidam arguere.

Loquutio.

Loquutio diuerſimodè diuerſimodè quoq; exaudiri debebit.reſp.33.n.66 f.172.

S.Loth.

S.Loth prætulit domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam.reſp 59.n.47.f.314.
S.Loth è Sodomorum Ciuitate educentes Angeli, qui ad eam ſubuertendam à Domino miſſi fuerant; ne poſt tergum proſpiceret, præceperunt ei. reſp.89.n.1.f.488.

S.Lucia.

S.Lucia virgo,& martyr Siracuſanæ Ciuitatis decus.reſp.6.n.9.f.31.

Ludouicus.

Ludouicus Gomes Romanæ Rotæ olim Auditor, & Epiſcopus Sarnen.celebratur.reſp.19.n.7. f.98.

Lucrum.

Lucrum ex alterius detrimēto ferre nemo debet. reſp.61.n.6.f.343.
Quia malitia, & dolus nulli patrocinari debet. & n.27.
Lucrum captari,& damnum pati differt.reſp. 82.n.28 f.460.
Huic ſubuenitur magis, quàm lucrum captanti.
Lucra mala, damnis ſunt ſimilia. ex Heſiodo. reſp.91.n 2.f.498.
Quia non proſunt ea quærentibus.

M

Macula.

MAculam notabilem in oculo habens irregularis eſt.reſp.22.n.4.f.114.

Magiſter.

Magiſter nemo fieri debet antequàm diſcipulus. reſp.45.n.14.f.157.& n.12.in fin.
Et multo tempore diſcenda, quæ poſtmodùm doceamus.
Magiſtrum eum fieri, qui nondùm didicit eſſe diſcipulus, miſerum. n.15.

Magiſtratus.

Magiſtratus, Regiſq; Conſiliarij pars corporis eius eſſe dicuntur.reſp.33.n.45 f.171.

Magna.

Magna, quæ nobis in præſenti vita videntur, inania ſunt,& nihil. reſp.65.n.1.f.371.
Tanquàm fumus, qui à vento diffuſus eſt.
Et tāquàm memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.

Magnanimus.

Magnanimus qualis eſſe debeat. ex Ariſtotele. reſp.64.n.54.f.308.

Maior.

Maior pars quod efficit Curiæ, omnes geſſiſſe videntur. reſp.27.n.4.f.132.
Maiori ſummæ minor continetur. reſp.87.nu. 27.f.480.

Mala.

Mala electio culpæ aſcribitur. reſp 35.num.48. f.196.
Mala fides nulla cōputatur in eo, qui promptus eſt ad ſoluendum, non tamen ſoluit, quia non interpellatur. reſp.97 n.60.f.541.
Quamuis animo præſcribendi.
Mala homini celeriùs eueniunt, quàm ipſe putet. reſp.100.n.3.f.561.
Mala etiam non quærentibus obtingunt.
Bona non æquè.
Mala non vtiq; facienda, indè vt bona eueniāt. reſp.93.n.43.f.514.
Malorum elementa duo eſſe dicebat Timon: Diuitiarum auiditatem,& gloriæ appetitionem. reſp.66.n.2.f.377.
Malè ablata in dubio ex circumſtantijs dignoſcuntur reſp.32.n.58.f.163.
Malè ablata incerta, in quibus ſe fundat Fabrica, probare tenetur.n.72.f.164.
Male fit quod non iure fit. ergo iniuſtè. reſp.49. n.11.f.279.

Malitia.

Malitia,& dolus nulli patrocinari debet. reſp. 61.n.7.f.343.
In dolo verò præſumitur eſſe, qui id occulit, quod propalare tenetur.n 8.
Malitiam ſupplere ætatem, qui dixerit, duo copulatim probare debet. reſp 94.nu.39.f.521.
Et quæ?
Vt vnum ſine alio eſſe non poſſit.

Mandatum.

Mandatum morte finitur mandantis. reſp.12. n.8.f.65.
Mandatum de manutenendo vt relaxari valeat pro penſionario aduersùs Titularem, etiam ſucceſſorem, duo requiruntur. reſp.68. n.4.f.388.
Reſeruatio,& poſſeſſio exigendi.
Quibus probatis, manutentio ei denegari non poteſt. n.11.
Mandatum relaxatum pro toto, ſi totum non debeatur, corruit in totum. reſp.96.in allegatione Caiſotti.n.10.f.538.
Et exequutio indè ſequuta.n.18.

Manu-

I N D E X

Manutentio.

Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore mota litis. reſp. 7. n. 1. f. 37. & reſp. 34. n. 56. f. 196.

Manutentio ſine poſſeſſione non procedit. reſp. 7. n. 51. f. 41.

Manutentio denegari minimè poteſt ei, qui in poſſeſſione eſt. n. 54. f. 42.

Potiſſimùm de tempore mota litis. n. 55.

Etiam per vnicum actum. n. 56.

Et verò, qui poſſeſſionem non habet, haud datur. n. 57.

Saltem ciuilem.

Manutentio datur Parocho ex ſola iuris aſſiſtentia, quòad ius funerandi. reſp. 21. nu. 16 fol. 105.

Manutentio denegari non poteeſt ei, qui in poſſeſſione eſt. reſp. 37. n. 32. f. 207.

Limita n. 33. & ſeqq.

Manutentio ex ſingularibus actibus ad vniuerſalem poſſeſſionem minimè datur. num. 35. fol. 207.

Præſertim in materia perſionum. n. 36.

Sicut etiam nec datur manutentio, quando illa à validitate pendet tituli, non diſcuſſo titulo. n. 37.

Vel vbi timor ſubeſt peccati. n. 38.

Vel vbi agitur in materia, & contractu à iure reprobato. n. 41.

Vel ſi cum alterius iactura locupletari quis vellet. n. 45. f. 208.

Nec datur manutentio ſine poſſeſſione. n. 50.

Manutentio in his, quæ facultatis ſunt minime datur. reſp. 38. n. 11. f. 211.

Non dato præſertim titulo præcedenti. n. 12.

Manutentio, & mandatum de manutenendo poſſidenti datur tempore motæ litis. reſp. 51. n. 5 f. 290.

Quòad libertatem præſertim.

In qua ex naturæ principio, iuris quiſq; habet aſsiſtentiam. n. 6. f. 291.

Quæ datur etiam quòad ſtatum. n. 7.

Accedente potiſſimùm partis confeſſione. num. 12.

Manutentio datur penſionario qui in poſſeſſione eſt exigendi. reſp. 68. n. 1. f. 388.

Etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficiò.

Etiam quòd ipſe non ſoluerit.

Ratio affertur. n. 2.

Quamuis per vnicum actum ſolutio numeratò, & de præſenti facta fuerit. n. 3.

Præſertim ſi in poſſeſſione eſt exigendi ab alijs conſucceſſoribus. n. 8 f. 389.

Etiam ſi per partem. n. 9.

Ratio affertur. n. 10.

Manutentio viro in vxorem non datur ſi tempore mota litis in eius poſſeſſione non erat. reſp. 94. n. 16. f 519.

Manutentio enim poſſeſſori datur.

Manutentio nõ datur, niſi ad terminos præcedentis poſſeſſionis. n. 17.

Eſt enim continuatio antiquæ poſſeſſionis. num. 20.

Neq; datur, vbi à validitate tituli pendet, de titulo priùs non docto. n. 21.

Manuteneri quis debet in poſſeſſione, in qua iuſte reperitur. reſp. 51. n. 27. f. 299.

Nemine potiſſimùm conquærente. n. 30.

Marcus Antonius.

Marcus Antonius Thomati Epiſcopus Bitetten. celebratur. reſp. 29. n 45. f. 147.

Mare.

Maris pericula multa ſunt, quæ, qui illud nauigant, nouere. reſp. 40. n. 1. f. 223.

Maris naufragio expoſiti ſi ſydus aliquod illis videatur, magnam ſalutis ſpem concipiunt. num. 3.

Seq; terræ proximos nouere.

Maria.

Maria miſericordiæ mater. reſponſ. 2. num. 20. fol. 8.

Peccatorum Aduocata.

Sub ſua tutela peccatores habet.

Lucidatur à Beata Geltrude. n. 21.

Eiq; omnia poſsibilia ſunt. n. 23.

Et omnia in manu eius dedit Deus. n. 24.

Omnium Domina, quæ Creatoris mater extitit.

Et à nomine Maria, ab Anna genita, gratiarum Domina dicta.

Mariæ nomen quid ſignificet. n. 24.

Mariæ ſemper Virginis inuocatio pœnitentiæ ſignum eſt in moriente. num. 14. f. 7. & n. 54. fol. 11.

Immò præſentaneum, & euidens. num. 22. fol. 8.

Vnde poterit Eccleſiaſticę tradi ſepulturæ, vt Sacra Congregatio declarauit. num: 56. fol. 11.

Mariam Virginē, vt altiùs veneraremur, totius boni plenitudinem in ea poſuit Deus, vt per illam accipiamus. n. 16. f. 8.

Ad illam ergò recurrendū, vt habeamus. n. 17.

Mariam ſemper Virginem nemo inuocare poteſt, niſi in ſpiritu Dei. n. 31. f. 9.

Maria inuocantibus peccatoribus benignam ſe exhibet, atq; charitatem cum eis facit, eos à peccatis reuocando. n. 35.

Maria nobis genuit Filium, & in illo omnia nobis donauit. n. 37.

Maria Regina eſt miſericordiæ, cuius caput miſericordiæ corona redimitum eſt. n. 40.

Mariam ad Virginem liberiùs, ac fiducialiùs, quàm ad Chriſtum accedit peccator. ex Bernardo. n. 39 f. 9.

Et ratio affertur.

Ideoquè ad Cœleſtem Patriam tranſlata, vt pro peccatoribus fiducialiter intercedat. n. 40.

Propterea in miſericordia coronauit eam Dominus. n. 41. f. 10.

Maria ad miſericordiam comparationem habet per viam originis eſſentialis, ac per modum matris. n. 43.

Vnde excedit omnes alios. n. 45.

Digitized by Google

Maritus.

Maritus,qui dotem recepit, ſoluto matrimonio ad reſtitutionem tenetur. reſponſ.10. nu.37. fol.61.

Maritus vxoris bona, illa ſaltim non conſentiente, diſtrahere haud poteſt.reſp.93.nu.24. fol. 513.

Vndè rebus dotalibus renuntiare minimè valet.n.26.

Marius.

Marius Filonardus Archiepiſcopus Auenion. Nuncius ad Regem Poloniæ à Sanctiſſimo Vrbano Papa VIII. mittitur.reſp.33.n.36. fol.170.

Indè eijcitur & n.20.& 26.

In Vrbe moritur.

Eiq; facultas teſtandi de 11. millibus facta fuit.n.32.in fin. & n.40.

Maſculinum.

Maſculinum fœmininum comprehendit. reſp. 90.n.16.f.494.

Matrimonium.

Matrimonium perpetuò durat.reſp.6.num.19. fol.32.

Morte tamen diſſoluitur.

Matrimonium contrahi impedit ſolemnis trium votorum profeſſio, vel Sacer Ordo. n.28.f.33.

Et dirimit contractum.

Matrimonium inter inæquales coemptio veteribus dicebatur.reſp.28.n.10.f 137.

Hinc proindè inter eos iurgia,diſſentiones,lites, ſeparationes,n.11.

Matrimonium ſpirituale cum carnali, non in omnibus paria habentur. reſp.51. num.62. fol.295.

Matrimonium ſine vtriuſq; coniugis conſenſu eſſe minime poteſt. reſp.58. n.47. fol.326. & reſp.96 n.31.f.535.

Matrimonium perpetuum dicitur.reſp.64.nu. 70.f.369.

Quia ſola morte finitur.

Ità & matrimonium ſpirituale.

Matrimonium iugum eſt; indè coniugium appellatur. reſp.94.n.6.f.518.

In matrimonio amor præcipuus eſt.n.7.

Matrimonium ſine conſenſu non conſiſtit. reſp.94.n.25.f. 520.& n.65.

Neq; præſumitur,niſi probetur.n.26.

Quia licet ex matrimonio naſcantur homines.

Matrimonio tamen iuncti non vtiq; naſcuntur.

Matrimonium ex libera pendet contrahentium voluntate. n.92.

Et eorum ſolus ſufficit conſenſus.

Matrimonium cum puella nouem annorum. & dimidio conſtare non poteſt. n.27. & 65.

Quia non intelligit,quid agit.

Atq; propterea nec conſentire.

Matrimonij condimentum amor.

Matrimonium contractum cum puella impubere non apta viro, in ſponſalia tranſit de futuro.reſp.94 n.32. f.521.& n.45.

Quia quid agat,ignorat. n.44.

Secùs ſi malitia in ea ſuppleat ætatem.n.33.

Quod tamen probandum erit.n.34.

Quia contrà iuris regulam fit.

Nec qualicunq; probatione, ſed euidenti. num.37.

Expectandum proindè tempus ætatis legitimæ.n.45.

Matrimonium propter filios generãdos initur. reſp 94 n.50.f 522.

Illudq; perficit corporum coniunctio.

Matrimonium coràm non proprio Parocho contractum eſt nullum.reſp.94 n.75.f.524. & n.88.

Matrimonio mares mulieribus non tàm corporibus. quàm animo coniuguntur. reſp.28. n.1.f.136.

Matrimonium quidèm non facit coitus, ſed voluntas.n.2.& n.18 f.138.

Separatio ergò voluntatis ſoluit illud.

Sine voluntate, liberoq; conſenſu matrimonium non efficitur. n.4.f.137

Inæquales proindè animo, veluti bruta, ligãtur magis,quàm coniunguntur.

Matrimonio malè iugati veluti viui mortuis colligati corporibus videntur.n.7.

Quod Mezentij crudelitatem vincit.

Alciati emblemate illuſtratur.n.8.

Iniquum facinus æſtimatur, atq; infeſtandum.n.9.

Matrimonio puellas iungere ad patrem ſpectat. reſp.94 n.11.f.5 8.

Indè iunguntur, vt matres fiant.n.14.

Ex honeſtate quidem, non ex neceſſitate nu. 93.& 96.

Matrimonium inter virum, & mulierem vt conſtare poſſit, eos puberes eſſe oportet.n.23. fol 520.

Ratio affertur.n.25.

Matrix.

Matrix Notarij, ſiue Baſtardellum non probat.reſp.79.n.18 f.443.

Melior.

Melioris conditionis non eſſe debent deprauati homines,quàm boni.reſp.31.n.25 f 154.

Meliùs dicitur, quod principalem gradum bonitatis habet.reſp.59.n.57.f.334.

Quia eſt certa rei ſignificatiua appellatio. nu.59.

Membra.

Membra à capite diuidi non debent, neq; ſeiungi.reſp.38. n.32.f.213.

Neq; à capite diſcrepare.n.33.

Neq; contraria agere.

Et à capite normam, & regulam recipiunt. num.22.

Mendacium.

Mendacium eſt, cùm quid exterius ſignificatur contrà veritatem. reſponſ. 77. num. 17. fol.431.

Graue peccatum eſt, in damnum tertij. num.18.

Iace

Iure quoq; ciuili punitur.n.19.

Quia ab eo, qui mentitur, poſſeſſio aufertur, quam tenere negauit.

Mendacium eſt quaſi panis lapidoſus, qui etiã dentes comminuit.reſp.98.n.5.f.547.

Mendaces grauiſſimè à Deo, à propria conſcientia, à periculis conſequentibus cruciantur. num. 3.

Mens.

Mens hominis cũ paſſionibus impellitur exurgentibus turbatur.reſp.9.n.1. f.51.

Et quaſi mare feruens habetur.

Mens diſponentis à perſona, in quam verba directa fuere, perpẽditur, atq; venatur .reſp. 13.n.58.f.72.

Sicuti ex ſcientia eiuſdem. n.59.

Veluti etiam ex dignitate perſonæ, atq; affectu diſponentis.n.60.

Mens ex verbis carpenda. reſponſ.15.num.18. fol.80.

Et in diſpoſitionibus vltimis primum habet locum.

Omniaq; regit, totumq; facit.n.20.

Mens, quàm verba ſpectanda magis.n.21.

Mens magis, quàm verba ſunt attendenda teſtatoris.reſp.73. n.19.f.410.

Mentem noſtram verbis patefacimus. reſp.32. n.63. f.163.

Mentem contra eius, qui donat attentandum nihil .reſp.65.n.50.f.375.

Quia rei ſuæ ipſe moderator eſt.

Mente, fuſco temporalium rerum fumo occupata, lumine claro cernere verum non poterit.reſp.89.n.8.f.489.

Propterea ad Cœleſtia attollenda.

Mentiri.

Mentiri in caput ſuum. ex Daniele. reſp.82.n. 20.f.460.

Merces.

Merces Sacerdotibus tandiù debetur, quatènus onus perſeuerat, quod ſubituri fuerint.reſp. 15.n.53.f.84.

Mercis.

Merces alienas, qui ſeruandarum ſuarum rerũ cauſa in mari proiecerit nulla tenetur actione.reſp.53. n.8.f.302.

Ni dolo, vel ſine cauſa id fecerit.

Meritum.

Meritum æqualitatem quandam iuſtitiæ importat.reſp.32.n.51.f.163.

Meritum ſine operatione, & illa voluntaria non datur.reſp.34.n.30. f.189.

Vndè non conſideratur in infantibus, & minoribus.

Neq; in eo, cui aliàs ſatis factum eſt.n.41.

Meritorum nuda aſſertio non ſufficit ad donationem validandam.n.43.

Niſi merita probentur.& n.57.f.190.

Præſertim inter perſonas ſuſpectas.

Quia veritas in his ſpectatur, non quod fingitur.n.44.

Hoc autem, vt fraudibus via præſtringatur.n.45.

Neq; renunciatio probationis meritorum prodeſt in damnum tertij.n.52.

Ratio affertur.

Merita, ſeruitia, & beneficia conſiderari minimè poſſunt in minori.reſp.34. n.29. f.189.

Merendi ſpatium hac vita circumſcribitur. reſp.59.n.4.f.330.

Meritum à gratia, & libero arbitrio pendet.

Metus.

Metus præſens quis nàm dicatur? reſp.36.n.22. fol.199.

Quem iuuat atrocitas facti.n.23.f.200.

Miles.

Miles nemo fieri debet, antequàm tyro.reſp.45. n.13 f.257.

Neq; Magiſter antequàm Diſcipulus.

Milites Hieroſolymitani.

Milites Hieroſolymitani ſunt verè Religioſi tria vota profitentes Religioni ſubſtantialia. reſp.3. n.35.f.17.

Vnde habet in eis locum diſpoſitio Sacri Concilij Tridentini.ſeſſ.25.cap.16. de regularib.

Atq; etiam diſpoſitio eiuſdem cap.15. ead. ſeſſ. *de profeſſione poſt annum expletum nouitiatus emittenda.n.36.fol.18.*

Neq; ratio vlla eſt, quin hi Milites comprehendantur, cùm Sacrum Concilium diffusè de regularibus omnibus loquatur. n.38.

Potiſſimùm cùm diſpoſitio Sacri Concilij ſit fauorabilis, non odioſa.n.39.

Milites Hieroſolymitani comprehenduntur in decretis Sacri Tridentini Concilij, etiam vbi de eis non ſit expreſſa mentio, niſi ſpecialiter priuilegijs, poſt Concilium potiantur nu.40. fol.18.

Declarauit Sacra Congregatio.

Quemadmodùm comprehenduntur decreta eiuſdem Sacri Concilij ead.ſeſſ.25. cap.19 *de nullitate profeſſionis intrà quinquennium dicenda.n.42.fol.18.*

Ratio affertur.n.43.f.19.

Militare.

Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt. reſponſ.56.n.28. fol.317.

Minus.

Minus quod eſt, eius denegatur, multò magis quod maius.reſp.58. n.64.f.327.

Miſericordia.

Miſericordia eſt nullum relinquere in miſeria, & nullum miſerum facere.reſp.2.n.18. fol.8.

Eſt dare, & dimittere.

Miſericordia Dei maxima in peccatores.reſp. 92.n.11.f.505.

In quacunq; hora ingemuerint illi.

Miſericordiam qui expoſcit, ſe ſuorum peccatorum pœnitere oſtendit.reſponſ.2. num.33. fol.9.

Miſericordia, & miſeratio in quo differant? n.42. fol.10.

Miſeri.

Miſeris non inſultandum.reſp.57.n.26.f.231

I N D E X

Miſſa.

Miſſę ſacrificium ſuprà modum animabus proficit in Purgatorio purgantibus. reſp.13.n.9. fol.68.

Miſſæ continuatim celebratæ ſuprà modum proficiunt ad animas in Purgatorio detentas faciliùs liberandas. reſp.59 nu.22.f.332.
Quia per eas remedium adhibetur, vt faciliùs è pœnis ſoluantur.n.23.
Quoàd inſtituentis tamen meritum & maiorem Dei gloriam, magis proſunt perpetuò celebrandæ. n.24.
Et Deo in gloria magis anima vnitur. n.35.
Neuter tamen horum modorum reprehenditur.n.53.

Modus.

Modus loquendi teſtatoris, coniectandi non leue indicium præſtat.reſp.27. nu.15.f.133.
Eiuſq; affectio, & charitas.& n.20.

Modus magis, quàm conditio adiecta videtur, ſi primariò ſit legatum ſoluendum, poſtmodùm ſubeundum onus. reſponſ.41.num.27. fol.232.
In dubio præſertim. n.35.

Modus cuiuſq; rei videndus. ex Pindaro. reſp. 42.n.3.f.236.
Nam eſt via, quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius ducunt ad mortem. ex Salomone n.4.

Modus ab ente non diſtinguitur, reſp.96.n.37. fol.535.
Quia ſine ente, & ſubſtantia, eſſe modus non poteſt.
Modus accidens eſt. n.38.
Et ſine ſubiecto non datur.

P. Molfeſius.

P. Molfeſius notatur, quòd ſuæ ſententiæ palinodiā cecinerit, rationibus deterritus Nauarri conſ.81.& 82.de regularib.*reſp.3. nu.14. fol.15.*

Molfeſij ſententia reprehenditur.reſp.29. nu.8. fol.141.
Qui ſibi ipſi contrarius fuit.

Momentum.

Momentum pro firmitate exauditur: nullum habet momentum, hoc eſt nullam firmitatem. reſp.9. n.16.f.52.

Monachus.

Monachus interpretatiuè mortuus habetur. reſp.5.n 22.f.28.
Et neq; nolle, neq; velle habet, ſicuti & defunctus.

Monachus, & Oblatus cùm inter ſe differant, perſtare ſimul non vtiq; poſſunt.reſp.6.n.40. fol.34.
Monachatus ſubſtantialia ſunt tria vota, obedientia, caſtitas, & paupertas, quæ ad perfectionem ducunt.n.44.
Monachum non habitus, ſed profeſſio facit regularis.n.46.f.35.

Monachus, vel Monialis, non niſi voluntariè effici debet. reſp.51.n.31.f.292.
Alioquin obligationem non parit.
Ratio redditur.n.33.
Nemoq; inuitus detineatur. n.34.

Monachus per profeſſionem Mundo moritur. reſp.72.n.9.f.404.
Diciturq; mors ciuilis

Monachus Mundo mortuus eſt.reſp.89.n.12. fol.489.
Vnde nec velle, nec nolle habet.
Non debet proindè ad ſecularem intitulari Eccleſiam.
Ratio affertur. n.14.
Præſertim verò ſi Moniales ſint illi Eccleſiæ annexę.n.16.
Vel ex Ordine Mēdicantium Regularis fuerit.n.17.
Neq; poteſt in ſęculari Eccleſia Canonicus fieri.n.18.
Nulluſq; valet in hoc diſpenſare, neq. etiam Epiſcopus.n.19.
Niſi ſolus Papa.n.32.& 43.
Ratio affertur.n.20.

Monachus extrà clauſtra, ſicut extrà aquas piſcis, moritur. reſponſ.89. num.21. fol.490.
Eius officium quod? n.22.
Et nomen exponitur.

Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium.n.23.
Solus proindè eſſe debet, non in turba. ex Vgone de S.Victore.n.24.
Ac ieiunijs intentus, ac fletibus.
Monachi ſimplicitas eius philoſophia eſſe debet.
Quomodò Doctor eſſe debeat? n.25.

Monachum aut paterna deuotio, aut propria facit profeſſio.reſp.36 n.24.f.200.
Si filij ratihabitio ſubſequatur.
Secùs ſi metus interceſſerit.n.25.
Monachi Mundo mortui ſunt.n.34.
Non igitur refert, ſi per familias non deſignentur paternas.
Sed per patriæ nomen.

Monachum non facit habitus, ſed profeſſio regularis.reſp.51.n.3 f.290.
Idem de Moniali.

Monachum eſſe, & ſeculari Eccleſię intitulari ſatis diuerſa habentur. reſponſ.89. num.26. fol.490.
Non itàq; commiſcenda n.27.
Neq; inuicem diſturbanda.

Monachi, & Conuerſi ab Oblatis differunt. reſp.6 n.17.f.32.
Et quarè?

Monachi, qui fiunt, ſumma libertate id agere debent.reſp.36.n.6.f.198.
Quod ſi coactè, non tenentur.
Meritò quinquennium eis Sacrum Tridentinum ſtatuit.n.7.
Ad nullitatem poſt profeſſionem dicenadm.
Quam dicere debent coràm Superiore ſuo, & Ordinario.n.8.

Monachi mali ad Clerum aſciſcendi non ſunt. reſp.93.n.48.f.515.

Nè iniuria Clero inferatur.ex Auguſtino.

Monaſterium.

Monaſterium *Monialium honeſtarum mulierum nomine multò magis comprehenditur.reſp.28.n.72.f.141.*
Cùm in illo Ieſu Chriſto deſponſæ Virgines degant.
Monaſterium *loco* Monachi *ſuccedit, non* Monachus *ipſe.reſp.29.n.39.f.147.*
Secundùm Canoniſtarum *ſententiam.*
Limita, ſi Monaſterium *renúciationi factæ per* Monachum *aſſenſum præſtiterit. n.40.*
Monaſterium *ex perſona* Monachi *ſuccedere præſumens, in remotiori gradu à* Monacho *æſtimatur.n.41.*
Et tenetur ſtare facto Monachi *renunciãtis, cùm ex eius perſona ius ſortiatur. n.42.*
Monaſterium *poteſt venire ob enormem læſionem, quòd* Monialis *de paragio dotata non fuerit, contrà renunciationem factam. num.43.*
Limita, ſi à patre dotata fuerit ſecundùm conſuetudinem loci, & Monaſterij *.num.44.*
Monaſterium *filij loco habetur.reſponſ.72.n.6. fol.403.*
Magis autèm hæredis. n.18.
Non ſimpliciter tamen exauditur filij loco haberi.
Sed in caſibus iure expreſſis.n.19.
Neq; extrà expreſſam teſtatoris volũtatem. num.20.
Ratio redditur.n.21.
Neq. alia pia cauſa ſubſtituta. n.23.
Monaſterij *fauor eſt, vt interim vita perdurãte inſtituti, ſubſtitutus excludatur. num.27. fol.406.*
Duo tamen requiruntur. n.30.
Et vt Monaſterium *ſit capax bonorum.*
Et vt verè ei bona quærantur.
Quod ſi pro parte extraneo donatio fiat, in totum Monaſterio *quæritur.n.31.*
Quia Monaſterij *fauor eſt.*
Monaſteria *noua erigere Regulares non poſſunt ſine* Ordinarij *licentia.reſp.73.num.42. fol.412.*
Erectione verò facta, illa ſub directione Religionis remanent.n.43.
Monaſteriorum*, & bonorum pro Fratribus* Cappuccinis*, & Minoribus de Obſeruantia penes* Eccleſiam *Romanam eſt dominium. reſp.18.n.30.f.95.*

Mons.

Montis *Veſuuij conflagratio anno 1631. accidit.reſp.75.n.8.f.417.*
Omnia cineribus ſeminauit.

Moratoria.

Moratoria *ab Imperatore, dilatio nuncupatur, debitori ad ſoluendum indulta.reſp.75.num. 33.f.419.*

Morbus.

Morbis *extremis extrema ſunt adhibenda remedia. ex Hyppocrate.reſponſ.98.num.55. fol.551.*

Mors.

Mors omnes æqua lance rapit.reſp.2.num.2. fol.7.
Et quaq; ruit furibunda ruit.
Mors *tributũ eſt magni Dictatoris, à quo nullũ priuilegium, & immunitas eximit. num.4. fol.7.*
Et in puncto exoluendum.
Mors *communis omnibus, ſiuè ſenibus, ſiuè iuuenibus.reſp.13.n.14.f.68.*
Omnia mors æquat.
Atq; ineuitabilis.
Surda auribus, oculiſq. capta.
Mors vltimum malum. reſponſ.15. num.1. fol.79.
Per eam enim anima à corpore ſeparatur.
Quod ſi bonum eſſet, Dij morerentur. num 2.
Quin ingens malum.n.3.
Et ex maximis malis vnum. ſecundùm Platonem.n.4.
Quia mors homini pœna peccati eſt.n.5.
Mors *ſubſequens cauſæ potiori aſcribenda eſt. reſp.17.n.11.fol.91.*
Mors *ſancta cuiuſdam mulieris in ſolitudine, eiuſq; funus.reſp.21.n.35.f.106.*
Mors *ciulantium voces non exaudit. ex* Horatio*, reſp.28.n.35.f.139.*
Mors *inuoluntariè alteri illata, impedimento haud erit, quin Sacerdos ſuo fungatur munere.reſp.33.n.21.f.169.*
Nàm quæ per coactionem abſolutam fiunt, minimè imputantur.n.22.
Et quæ inuoluntariè quis patitur, non imputantur.n.24.
Mors *importuna omne ſacrũ prophanat. reſp. 45.n.7.f.256.*
Omnibuſq; manus inijcit.
Mors *naturalis, vbi expreſſa in diſpoſitione fuerit, non extendenda diſpoſitio ad mortem ciuilem.reſp.60.n.21.f.338.*
Declara tamen.n.24.& 25.f.339.
Morte ſoluuntur omnia.n.24.
Mors *ciuilis, quòad quædam, eundem parit effectum, atq. mors naturalis.n.25.*
Præſertim verò ſi eundem effectum mors operetur ciuilis, atq; naturalis.n.28.
Ità vt matri legitima debeatur per mortem ciuilem filij per profeſſionem.n.29.
Mors *omnes petit, neminiq; parcit.reſp.88.n.4. fol.484.*
Nullius caput fugit.
Sed omnibus inijcit manus.n.20.
Mortis cogitatio habenda.n.21.
Quod nos admonuit Chriſtus.
Mors malorum omnium peſſimum. reſp.96. n.2.f.532.
Omnibus hæc ſtatuta dies eſt.
Debemus morti nos, noſtraquè.
Neminiq; euadere datum; quàmuis fugacem perſequitur.
Sub ſuas leges omnes vocat.

Mo-

Moritur autem homo , & obliuioni datur. num. 3.
*Nihilq;ei proſunt ſubſtantia Mundi.n.*4.
*Mortis dolores mentem hominis auferunt , nedũ conturbant.reſponſ.*9.*n.*7.*f.*51.
Quarè parum tunc,vt de ſuis diſponat , intendere poteſt.n. 12.*f.*52.
*Mortis præſentia in eo, qui hinc excedere debet, memoria deficit,animæq; potentiæ omnes cõturbantur.reſp.*15.*n.*22 *f.*76.
*Mortis dies,dies mala dicitur,& quare?reſp.*15. *n.*16 *f.*79.
*Mortis imminens periculum ſenſus perturbat. reſp.*31.*n.*44.*f.*155.
*Mortis in articulo nulla eſt caſuum , neq; cenſurarum reſeruatio . ex Sacro Tridentino Concilio.reſponſ.*48.*n.*9 *f.*274.
Et Sacerdotes omnes ab Eccleſia poteſtatem accipiunt illo tempore abſoluendi ab omnibus caſibus,& cenſuris.n. 10.
Ratio,nè quiſquam pereat illo caſu.
*Mortem contemnere in homine Chriſtiano , magnum conſtãtię,ac fortitudinis ſignum, reſp.*2.*n.*5.*f.*7.
Maius tamen cauere,nè improuiſa veniat.
Vigilandum itàq;n. 6.
*Mortem nullus exorauit adhùc. reſp.*100.*nu.* 35.*f.*564.
Obſeruat ſtatutum diem.
*Et cùm ſemel abierimus , noxq;ſuperuenerit,non reuertemur ampliùs.n.*36.
Non fidendum igitur iuuentæ.
Neq;corporis fortitudini,vel valetudini.
Quia,qua hora non putamus,mors veniet.
Et multò celeriùs venit , quàm æſtimamus. num. 37.
*Morte ſoluuntur omnia. reſponſ.*72.*num.*16. *fol.*405.
Et terminum expectant omnia.
Eiquè ſemper noua pompa ducimur homines.
*Mori cœpimus ex illa hora,qua Adam peccauit.reſp.*15.*n* 6.*f.*79.
Et quotidiè demitur aliqua pars vitæ.
*Damnationis pœnam nobiſcum iugitèr ferimus.n.*7.
*Et qui moriuntur, in maximis verſantur anguſtijs. n.*8.
*Morimur omnes neceſſariò decreto.reſp.*2.*nu.*3. *fol.*7.
Atq; irreuocabili ſententia .
*Morimur omnes,& quaſi aquæ dilabimur,quę non reuertuntur.reſp.*39. *n.*1.*f.*216.
*Communi,& neceſſario decreto.n.*2.
Nulluſq; ab hoc decreto immunis eſt , & liber.
A primo homine ad vltimum.
*Creditori huic ex pacto obligamur omnes. num.*3.
Dùm currimus morimur.
Occaſu debito ſatisfacimus.
*Cùm diſcedimus nihil hinc tollimus. n.*4.
Relinquimus omnia.
Vitalemq; vitam non viuentes, alijs vitam relinquimus.
Hæredeſq; veluti vultures poſt funera ſurgunt.num. 6.
*Morimur omnes.reſp.*64 *n.*75.*f.*369.
Et curſus vitæ ſignatus eſt per certa tempora.
Ex quo naſcimur, morimur.
Hoc cogitandum,vt benè moriamur .
*Morientes cum Diabolo confligantur.reſp.*15. *n.*9.*f.*79.
*Mortuus pęnitens æſtimatur qui in paſchate confeſſus fuerat. reſp.*2.*n.*28.*f.*9.
*Modò de contrario non appareat.n.*29.
*Nàm melior pars,quòd eum pœnituerit,pręſumenda.n.*30.
Mortuus alterius efficitur fori.reſp 26. *num.*2. *fol.* 126.
*Mortuus æſtimatur, qui operari non poteſt. reſp.*60.*n.*15.*f.*338.
Quemadmodum & qui capite minuitur.nu. 16.*f.*339.
*Et in cuius locum alius ſuccedit.n.*27.
*Et qui in Religione profitetur.n.*29.
*Et qui deponitur.n.*41.
Et qui Eccleſiæ renunciat.n. 18.
*Mortui memoria obliuioni traditur . reſp.*59. *n.*2.*f.*330.
Mortuum quod eſt,nec vitam habet,& ſpiritum,vitã alteri donare minimè poteſt. reſp. 55.*n.*49.*f.*313.
*Mortuos rurſum occidere ſatis peruerſum.dilucidatur Adagium.reſp.*48 *n.*1.*f.*273.
*Mortuos iugulare nulla fortitudo eſt.n.*3.
Neq; eis inſultare.
*Eorumq; miſera conditione non moueri , ſatis durum n.*5.
*Mortuos ſepelire pium opus eſt. reſp.*48.*n.*42. *fol.*276.
*Morimur omnes,labimurq;ſæuo rapiente fato. num.*46.
Meminerimus proindè,quòd ſicut alij mortui ſunt, moriemur & nos. ex Eccleſiaſtici 38. 23.*num.*47.
Et qua hora non putamus mors veniet.

Mulier.

*Mulier ſi vi compreſſa fuerit, adultery accuſari non poteſt.reſp.*6.*n.*5.*f.*30.
*Quia non eſt ipſa in cauſa turpitudinis.n.*6.
Cùm voluntate non peccarit , ſed vim paſſa fuerit .
*Quin imputatur ei ad meritum,ſi conſenſus abſit ex S.Lucia.n.*9 *f.*31.
*Mulier cùm matrimonio iugatur,viro ſe iungit,non inimico.reſp.*28 *n.*17.*f.*138.
Mulier *iure appellat,ſi ad diuortium agens,locus ei non tutus aſſignetur.n.*41.*f.*139.
*Præſertim in parentum domo.n.*42.
*Et hoc ad officium Iudicis pertinet. num.*43. *fol.*140.
*Quia mulier ſuæ libertati reponenda eſt in tuto loco. n.*46.
*Præſertim ſi viri vrgeat ſæuities.n.*47.

I N D E X

Et datur locus interdictio de libero homine exhibendo.n 48.

Mulier ſi ſuſpectam parentum domum ad ſecuritatem habeat, apud alias delet honeſtas mulieres deputari n.59.f.140.

Quia mulier interim in tuto reponi debet. n.60,f.141.

Quod Iudicis erit curare.

Poterit tamen in Monaſterium ſequeſtrari.n.7.

Mulier iteratò pro alio intercedendo, Velleiano non iuuatur reſp.31.n.34.f.154.

Mulier habens dotarium quòad vſumfructum ſuper Caſtro, præſentabit ad ius patronatus Caſtro annexum. reſponſ.50.num.18. fol, 286.

Mulier iudicio Ecclesiæ à viro ſeparata, vidua dicitur.reſp.60. n.28. fol.339.

Et vir eius mortuus æſtimatur, & ſoluta eſt à lege viri per mortem.n.32.

Mulieris induſtria regulariter, non tanta eſſe conſueuit, vt multum ex illa lucrari valeat. reſp 84.n.32.f 469.

Niſi nimis perita circà aliquam artem eſſet. num.34.

Vt ſi modulatrix eſſet, & ad eam audiendam Magnates viri confluerent.

Mulierem qui vento leuiorem dixit, deceptus minimè videtur.reſp.77.n.1.f 429.

Nàm facile mulieribus eſt mutari.

Nec diù ſtant in vna re firma.

Habent mentem variam, & infirmam, facileq. ex auaritia mouentur.n.2.

Verba earum folijs ſunt leuiora.

Qui igitur nego y non modici ſibi conquirere voluerit, cum muliere agat. num.3.

Nàmq. mulier, & nauis duo ſunt, quæ hominibus maximi negotij ſunt.ex Plauto.

Mulieres neq. modum, neq fidem, neq firmitatem habent.n.4.

Mulierum à lacrymis cauendum, neq. eis fidendum n 45.

Vt flerent oculos erudiere ſuos.

Et in omni re litem mouere mulieres parata. num.46.

Mulierem viri adiutorium creauit Omnipotēs Deus, reſp 84 n.1 f..67.

Vt ea illa cuſtodiret domi, quæ foris laborando vir acquiſierit.n.2.

Inde viro timidior, vt paratior ad domus cuſtodiam eſſet.n.3.

Mulier viri conſors ſacrorumq; ſocia ex lege Romuli dicitur.n 4.

Ex vitæ verò ſocietate quodammodò domina eſt.ex Paulo n.5.

Conſortium omnis vitæ, diuini, & humani iuris communio.ex Modeſtino.n.6.

Socia humanæ, atq. diuinæ domus.ex Antonino Cæſare n 7.

Adiutrix operum rei domeſticæ. ex Clemente Alexandrino.n.8.

Vnde materfamilias nuncupatur.

Mulier, quæ proba eſt, clam viro nihil retinere debet. ex Plauto.n 9.

Mulier nulla ſine culpa reperitur.n.10.

Ideò mulieres vitandæ.n.11.

Mulieres dotatæ, ſicut à ſucceſſione ſecluduntur parentum per Regni Conſtitutionem in aliquibus; *ità & à iurepatronatus hæreditario. reſp.39.n.38.f.120*

Qui autem dotatas dixerit, ipſe probare tenebitur n.41.

Mulieres dote ſibi viros comunt.reſp.70.n. 1. fol.397.

Vnde illi, vt amplas expetant dotes, imperiū vendunt.

Mulieres verò, quæ dotes attulere, mactant, & malo, & damno viros.

Duo enim mala peſſima ſecum afferunt, nobilitas, & ampla dos; vxoris ſuperbiam; & viri ſeruitutem.

Cùm verò viri decedunt vitę termino vltimo facto.n.2.

Illę ſubſtantiam prædefuncti abſumunt omnem.

Necmodum habent in rebus ſuis.n.3.

Præſertim ſe ornando, & puliendo.

Mulierum mutabile eſt eſſe, ac varium.reſponſ. 18.n.1 f 92.

Mulieres à mollitie dictæ.n.2.

Quin non à malitia ſecundùm quoſdam.

Quia verò mutabiles à teſtimonio ferendo repelluntur.n.3.

Nihilq; muliere leuius.n.4.

Eiuſq; epitheta n.5.

Mulierum ſexus incautus, & mollis eſt, ex Chryſoſtomo.n 6 f 93.

Sunt inconſtantes, puerijq; ſimiles.n.7.

Earumq; voluntas mobilis.

Mulierum conditio per viros ne deterior fieret ſummoperè curauerunt veteres. reſponſ.30. n.12.f.150.

Mulier poſt viri obitum, Præſidis permiſſu, bonorum dotalium poſſeſſionem ingredi poteſt.n.13.

Mulier in dote (à patre præſertim profecta) cauſam habet onerosam n.18.

In donatione verò proptèr nuptias lucratiuam.

Mulier, etiam viro viuente, in dominio dotis naturalitèr permanet.n.29.

Et alijs præfertur creditoribus.n.30.

Quin omnem in ea habet prærogatiuam.

Mulier in donatione proptèr nuptias tacitam habet hypothecam n.32.f.151.

Mulierum magna omninò eſt potentia.reſponſ. 41.n.1 f.229.

Dominantur omnibus.n.58.

Probatur ex ſacra ſcripturę verbis.n.2.

Mirabile ex ea factum refertur n.5 f 230.

Mulieribus ſua dant viri, quia eas amant. num.7.

Mulieribus deceptis ex Senatus Conſulto ſubuenitur, non decipientibus.reſponſ.82 nu.26. fol.460.

In-

Infirmitas enim fœminarum, non calliditas auxilium ſumit.n.27.

Mundus.

Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.reſponſ. 56.n.4.fol.315.& reſp.78.n.6 f.436.

Mundus hic hoſpes dicitur, qui nobis blanditur, vt recipiat; ſpoliatos tamen, & ſine marſupio dimittit.reſp.65.n.3.f.371.

Cùm receſſerimus memoriam noſtri non retinet, ſed perpetuæ tradit obliuioni.

Mutatio.

Mutatio facit rem deſinere eſſe.reſponſ.42.n.37. fol.229.

Mutationes Prælatorum intrà triennium non approbant Conſtitutiones Congregationis Montis Virginis.reſp.64.n.48.f.367.

Mutanda non ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. reſponſ.61.num.2. fol 343.& reſp.81.n.6.f.454.

Et quæ certam habuere ab initio interpretationem n.7.

Mutatum, quod non inuenitur, ſtare prohiberi non poteſt.reſp.52 n.6 f 298.

Mutuum.

Mutuum dicitur purum, ſiuè formale, virtuale, ſiuè palliatum.reſp.91 n.25.f.501.

Quoquo modo in mutuo vſura committitur. num.26.

Quicquid exigitur, in ſortem principalem tendit, eamq; extinguit.n 18.

Et quod ſortem ſuperat reſtituendum erit n.29.& 34.

N

Natura.

NAtura hominum maleficijs non exagitanda.reſp.31.n.2 f.152.

Naturæ principio, etiam bruta, quod aduerſum nobis eſt, propulſare intendimus.reſp.75. n.1. fol.416.

Ac vim repellere vi.

Iure proindè feciſſe videtur, quod quis ob tutelam corporis ſui fecerit n.2.

Naturas rerum ſolus Deus mutare poteſt. reſp. 94.n.67 f.523.

Neq; eludi poteſt.n 69.

Naturalis ratio aduerſus periculum ſe defendere permittit. reſp.31.n.11.f.153.

Naturalia immutabilia perſeuerant. reſp.23. n.13 f.117.

Neceſſitas.

Neceſſitas, propriè libertatis beneficium non eſt. reſponſ.8.n.54.f 49.

Neceſſitate quod fit cogente, illa deficiente, ceſſat.reſp.75.n.10.fol.417.

Neceſſitudo.

Neceſſitudo pro cognatione accipitur. reſp.34. nu.9 f.187.

Negatio.

Negatio plus tollit, quàm ponat affirmatio.reſp. 43.n.13 f.242.

Negatiua.

Negatiua potentior eſt ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmãdum. reſp.3.n 34 f.17.

Eſt enim negatiua malignantis natura.

Negatiua, non adeſſe aliquid in ſcriptura ſcriptũ, ex reuolutione, ac lectione probatur ſcripturæ.reſp.37.n 24.f 206.

Vel non adeſſe oſtenſum Apoſtolicum.

Negatiua alicuius negotij ex reuolutione probatur actorum.reſp.39.nu.27 f.218. reſp.66. n.40 f.381.& reſp.76.n.21 f 424.

Si in illa ſcriptum non reperiatur, quod aſſeritur, & ex reuolutione actorum.num.22.& reſp.79.n.10 fol 442.

Quia, quod ſcriptum non reperitur, actum non præſumitur.n.11.

Negatiua, publicationes ex Conſtitutione Gregorij XIII. factas non fuiſſe, duobus ſolummodis probari poteſt. reſponſ.86.n.19 f.477.

Quia poterunt quoq; fieri per reſignantem. nu.20.

Negatiua malignantis natura eſt. reſponſ.87. n.22.f.480.

Plus ipſa tollit, quàm affirmatio ponat.

Omnimodam denotat reſiſtentiam, ſi aliter actus fiat.n.23.

Negatiuæ dictiones malignantis naturæ aſſeruntur.reſponſ 43.n.10 f.242.

Totamq; orationem negant, cui fuerint adiectæ.

Totumq; tempus inficiunt.n.12.

Et plus tollit negatio quàm ponit affirmatio. num.13.

Omnimodamq; denotant reſiſtentiam ſi ſecus fiat.n.14.

Præciſamq; indicant neceſſitatem.

Ac Iudices omni priuant potentia.

Negotium.

Negotia, qui gerit aliena, ex natura ſua, rationes reddere debet.reſp 62.n.35 f.354.

Nihilq; apud ſe retinere ex geſtis.n.36.

Sicuti neq; damnum pati.n.37.

Nemo.

Nemo alterius odio prægrauari debet. reſp.8. num.8 fol.45.& reſp.35.n.42.fol.195.

Nemo cum alterius damno ſibi conſulere debet. n.51.f.196.

Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit. reſp.8. n.53.fol.49.

Nemo ex ſua peruerſitate commodum ferre debet.reſp.28.n.20 f.138.

Quod ſanctum leges exiſtimauere.

Vt vnuſquiſq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubijciatur.n.21.

Nec debet aliquis alieno odio prægrauari. n.22.& reſp.33.n 26.f.169.

Neq; ex ſua malitia, quis commodum haurire.n.27.

Neq; alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Nihil laturus, niſi, vt officiat.

Nemo ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in homine.reſp.32.n.57.f.163.

Ne-

Nemo immemor ſalutis æternæ præſumitur.nu. 67.f.164.
In ſupremo potiſſimum vitæ alitu.
Salutiq; propriæ vllum antevertat temporale commodum, & reſp.33.in informatione Paſcutij.n.5.f.174.
Præſertim in articulo mortis.
Et ſi fuerit vir doctus,& timoratus.
Et vt propinquos ditet , cùm ipſe moriatur. num.18.
Nemo *præſumitur ſuum prodigere n.8.*
Nemo diligit, quod non elegit, neq; optat. reſp. 51.n.42 f 293.
Quin facilè contemnit.
Nemo retinere,vel dare poteſt,quod non habet. reſp.60. nu.42.fol.340.reſp.21.n.30 fol.106. reſp.66.nu.36.f.380.reſp.81.nu.19.fol.455. reſp.91.nu.47.f.503.& reſp.93.n.27.fol.513.
Nec quiſquam poteſt accipere ,quod in dante non erat.
Nemo *debet alterius cum iactura locupletari. reſp.62.n.12 f.352.*
Quod natura ipſa , æquum æſtimatur. & num.41.
Ratio refertur.n.13.
Et reſp.75.n.48 f.420.
Nemo debet ex improbitate ſua conſequi actionem.reſp.82.n.22 fol.460.
Neq;ex delicto conditionem ſuam meliorem facere,n.23.
Nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur. reſp.99. nu.62 f.558.

Neſtorius.

Neſtorius , qui in Chriſto duas aſſerebat perſonas,damnatus fuit in Concilio Epheſino. reſp. 40.n.47.f.226.

Nicodemus.

Nicodemus apud Phariſæos Chriſtum defendit. reſp.64.n.39 f.366.

Nicolaus.

Nicolaus Herrera vtriuſq; Signaturę Sanctiſſimi Referendarius,Nuncius Apoſtolicus,& Collector Generalis in Regno Neapolitano. memoria celebratur.reſp.57.n.27 f.321.

Nihil.

Nihil quod eſt,generis alicuius ſpecies eſſe minimè poteſt.reſp.79 n.49.f.446.
Neq;poterit operare quidquam.
Nihil eſt in humanis, quod ſit vndèquaq; perfectum,& ſine peccato.reſp.95.n.3.f.527.
Vel quod non poſſit à quoquam reprehendi. ex Xenophonte.

Nocere.

Nocere,qui alijs tentauit, ipſe ſuam vt ſentiat iacturam , ſanctum. reſponſ.93. num.51. fol.515.
Nocentis prætextu innocens prægrauari haud debet.reſponſ.28.n.22.f.138.

Noluiſſe.

Noluiſſe videtur,qui potuit dicere,& non dixit. reſponſ.78.n.14.f.437.

Nomen.

No*men non eſſe poteſt,ſi ſubſtantia deficit. reſp. 58 n.27.f.325.*
Nomine eius quid geſtum eſſe dicitur,cuius cōtemplatione quid factum eſt. reſp.38. nu.23. fol.213.
Nomina impoſita rebus fuerunt , vt inter ſe ſe diſtinguerentur,agnoſcerēturq;.reſp.6.n.38. fol.34.
Nomina ſignificandorum hominum gratia data ſunt.reſp. 29.n.12.f.145.
Et ad illos recognoſcendos.
Nominum diuerſitas, & negotiorum diuerſitatem arguit reſp.33.n.67 f 172.
Et differentiam declarat rerum.n.68.
Et cōmodiùs eſt, res ſingulas ſingulis nuncupare nominibus n.69.

Nominatio.

No*minatio à teſtatore ad beneficium, vt poſſit ex ſe ipſo illius tenutam bonorum ingredi,poterit id exequi reſp.20.n.10.f 101.*
Quia beneficium ſibi debitum dicitur.n.12.
Multoq; magis id poterit Iudicis authoritate.
Nominatus à teſtatore pro præſentato habetur, etiam abſq; alia præſentatione. reſp.19.n.13. fol.98.
Quia ipſa nominatio præſentationis vice fungitur.
Accedente potiſſimùm oppoſitione nominati, & acceptatione.
Atq;inſtantia inſtituti.n.14.
Nominatus primò, primò vocationis ordine admittitur.reſp.35.n.2.f.192.

Non.

Non eſſe,& nulliter eſſe, ſpecie non diſtinguuntur.reſp.98.n.10.f. 548.
No*n firmatur tractu temporis , quod de iure ab initio non ſubſiſtit. reſponſ.87. num.51. fol.482.*
No*n probat hoc eſſe,à quo contingit abeſſe. reſp. 53.n.21.f.303.*

Notarius.

No*tarij ſubſcriptione inſtrumentum robur recipit.reſp.63.n.17.f.359.*
No*tario de his aſſerenti, quæ ad ſuum ſpectant officium, fides adhibetur.reſponſ.3. num.10. fol.14.*
Quia iuramento firmauit , ſe fideliter in illo geſturum.
No*tario atteſtanti de inſtrumento à ſe facto in præteritum,fides non habetur. reſp.79.nu.21. fol.443.*
Niſi de illo appareat.
Ratio affertur.n.22.
No*tarij,Curſores , ipſiq;met tortores in Tribunali Sancti Officij pars eſſe dicuntur corporis eius.reſp.33.n.46.f.171.*
Notariorum officium contra ius eſſe,dixit In*nocentius IV. Vt credatur pelli animalis mortui ſine alio adminiculo.reſp.79.num.4. fol.441.*
Ab vnius quippè fide omnes pendent.n.5.

Digitized by Google

I N D E X

Deberent proindè, qui huic muneri præficitur, probatiſſimis eſſe moribus.
Infidelitas autem vnius ex his, alijs nocet. num.6.
Notarij fides, ſi ab inſtrumento vacillet, vel inſtrumentum non inueniatur, falſa præſumitur. n.19.& 57.

Nouarius.

Nouarij ſententia refellitur. reſponſ.32.nu.20. fol.160.

Nouatio.

Nouatio non inducitur, niſi expreſſè agatur. reſp.26. n.53.f.130.
Atq; pernecesſiè, non leuitèr de ea inferatur. num.54.
Nouationem prorogatio ad ſoluendum non facit.n.55.
In camerali obligatione præſertim
Nouatio etſi ex mutatione, vel additione perſona non fiat: fit tamen quando nouare voluiſſe partes, vel dixere, vel manifeſtè oſtendere, reſp.91.n.23.fol.501.
Nouatio enim eſt noua obligatio, priorisq; peremptio.

Nouitius.

Nouitius anno expleto Nouitiatus, vel debet admitti ad profeſſionem, vel expelli. reſp. 3. n.49. fol.19.
Non tamen quidquam diſponit Concilium, ſi profeſſio differatur.n.50.
Nouitius, quamuis beneficio renunciauerit, egrediens, ad illud reſtituitur. reſp.5.n.27. fol.28.
Neq; interim ad collationem procedi poteſt, donec profeſſio emiſſa fuerit.
Et alitèr facta collatio nulla eſt.
Neq; par eſt ratio Nouitij recedentis, atq; de nullitate dicentis profeſſionis, & abeuntis. num.28.
In illo enim renunciatio conditionalis eſt. num.29.
Nouitius interim perdurante nouitiatus anno beneficia, quæ habet, iurè poſſidet. reſp.56.nu. 13.f.316.
Et fructus ſuos facit.
Vacabunt verò emiſſa profeſſione.n.14.

Nouum.

Nouum nihil ſub Sole eſt, iàm enim præceſſit in ſaeculis antiquis. reſponſ.33.nu.72. fol.172.

Nullitas.

Nullitates ex reuolutione probantur actorum. reſp.93.n.39 f.514.
Nullitèr quod factum eſt, ac ſi factum non eſſet habetur. reſp.87.n.5.f.479.
Nec factum valet.
Nullum quod eſt, nullum producit effectum. reſp.7.n.30.f.40.
Vt neq; confirmatione validari valeat. n.31.& reſp.55.n.48.f.313.
Nec poteſt eſſe alicuius generis ſpecies num.49.
Et ei, quod nullum eſt licet contraire, eiq; reluctari.
Quia non eſt, n.50.
Et contrà legem factum.& reſponſ.98.nu.9. f.548.reſp.51.n.40.f.293.
Nec ratum haberi poteſt.n.41.& reſp.69.n. 28.fol.394.
Nullum quod eſt, ſub alicuius generis prædicamento ſpecies reponi non poteſt. reſp.75. n.43.f.420.& reſp.97.n.34.f.543.
Nullum, & nihil conuertuntur. reſp.87.nu.8. fol.479.
Nec poteſt alicuius generis ſpecies conſtitui,
Cuilibet verò venire licet aduerſus id, quod nullum eſt.n.9.

Nuntiatura.

Nuntiaturæ in munere adhùc perdurare dicitur. qui ab officij munere ſola potentia expulſus fuit, non voluntariè exiuit. reſp.33. n.20.f.169.
Et per eum non ſtetit, quin ſuo fungeretur officio.
Neq; perſona in culpa ſit.n.28.
Et in redeundo eſſe dicitur, qui in Vrbe adhùc mandato Sanctiſſimi detinetur.num.41. fol.171.
Nuntiaturæ, ſiue legationis munus quadruplici modo expletur. n.29.

Nuntius.

Nuntiorum munus quodnàm, quiduè per eos agendum? reſp.33.n.35.fol.170.

Nuptiæ.

Nuptias iuſtas inter ſe Ciues Romani contrahunt, qui ſecundùm præcepta legum coeunt. reſp.6.n.43.f.34.

Nutus.

Nutus, nomen, liberum arbitrium importare videtur. reſp.64.n.47.f.367.& n.64.
Vt ad nutum amouibile.
Expenditur tamen, vt etiam regulatum arbitrium importet.n.49.
Etiam ſi dictum fuerit, ad nutum tuum. num.51.

O

Obediens.

OBediens non dicitur, qui non obediendi animo facit. reſp.95.n.36.f.530.

Oblatio.

Oblationes debentur Parocho. reſp.21. in deciſ. Coccini n.6.f.111.

Oblatus.

Oblatus poteſt matrimonium contrahere. reſp. 6.n.26 f.33.
Et ſi liberos ſuſceperit, debetur eis à Monaſterio legitima.n.27.
Atq; etiam alimenta debentur.
Oblati profeſſionem non emittunt.n.29.
Poſſunt proindè matrimonium contrahere, & in illo permanere.
Vt Sacra declarauit Congregatio.
Oblatus, vel Donatus Religioni ab Ordinarij iuriſdictione nõ eximitur. reſp.56.n.31.f.318.

In

In criminibus præſertim.n. 34.

Niſi intrà ſepta ſint, & ſub obedientia viuant.n.32.

Et Religioni inſeruiant.n.33.

Quæ copulatiuè requiruntur.ex decreto Sacri Tridentini Concilij.

Quo verò ad curam animarum.ſi illam obtineant, in omnibus Ordinario ſubyciuntur. num. 35.

Etiam profeſſi.

Oblati, *ſiuè etiam Donati Religionum, neq; ad Nouitiatus annum admittuntur. reſp.56. n.8.f.316.*

Neq, profeſſionem, vel expreſſam, vel tacitam faciunt.

Non vacant propterea eorum beneficia.n.9. & n.14.

Quia fieri Oblatum, vel Donatum non eſt culpa.n.17

Nihilq; detrahit militiæ Clericali.n.27.

Oblatorum *diuerſæ ſunt ſpecies. reſp.6.nu.12. fol.31.*

Qui verò ſe, & ſua omnia perpetuò obtulit Monaſterio, mutato aliquo modo habitu in ſignum mutatæ vitæ, verè Oblatus dicitur. n.13.f.32.

Interq; perſonas Eccleſiaſticas agnoſcitur. num.14.

Ac priuilegijs perfruitur Religionis.

Ab oblatione igitur recedere non poterit. num.15.

Quaſi perpetuò addictus Monaſterio.

Niſi ad arctiorem vitam tranſire voluerit. num.16.

Obligatio. Obligatus.

Obligatio *omnis ad dotem ceſſat, ea ſoluta. reſp. 10 n.38.f.61.*

Obligatio *penès acta, ob calorem iudicij, præciſè obligatum ſtringit. reſponſ.26. num.25. fol.128.*

Et habet executionem paratam.n.31. & 43. fol.129.

Atq; ſpontanea condemnatio nuncupatur.

Nullamq; admittit exceptionem.n.26.

Neq; citatio requiritur.n.31.

Obligationis tenor attendi debet, atq; indagãdus.n.35.f.129.

Obligatio *Cameralis paratam, atq; expeditam habet executionem.reſp.37.n.60 f.209.*

Quia facit ius certum, & indubitatum.

Atq; iudicialem inducit confeſſionem.

Præpeditur tamen exceptione, quę ex ventre oritur eiuſdem.n.61.

Etenim *obligatio exequi debet, contra quã nihil deduci poteſt n.62.*

Et is probare debet exequendam, qui ſe fundat in illa; ſi exceptio ex eius ventre oriatur.n.63.

Obligatio *ſicuti morte naturali extinguitur, ità etiam & ciuili. reſponſ. 60. num.29. fol.339.*

Obligatio *principalis, ſiuè etiam contractus, ſi perijt, & in irritum abijt, & fideiuſſorum quoq; obligatio, vti acceſſoria peribit. reſp. 91.n.15.f.500.*

Vt puta ſi contractus ſit contra legem. n.16.

Vel quia prohibitum fideiuſſorem dari.

Quod pro regula ſtatuitur.n.17.

Neq; erit extendenda de caſu ad caſum. num.22.

Obligatio *in perpetuum ſublata, reſtitui non poteſt.reſp.97.n.32.f.543.*

Obligationis *principalis natura alia eſt ab acceſſoria ſiuè fideiuſſoria.reſponſ.26.num.11. fol.127.*

Nã obligatus vti principalis, tenetur etiam deficiente primo, & principali debitore. num.12.

Ac etiam principali obligatione nulla. n.13.

Obligatio *ſublata, omnis agendi quoq; via præcluditur.reſp.96.n.34 f.535.*

Obligatione in perpetuum ſublata, reſtitui non poteſt.n.35.

Obligationibus *in reciprocis vtriuſq; contrahentis conſenſus exquiritur.reſponſ.69. num.2. fol.392.*

Obligatus *(omni meliori modo) tenetur, quamuis principalis obligatio nulla foret. reſp.26. n.8 f.126.*

Obligari quem vti fideiuſſorem, vel vti correum differunt.n.9.

Ratio aſſertur, ex diſtinctione titulorum. num.10.

Obligatus *penès acta de ſoluendo quidquid fuerit iudicatum, non appellat. num.44. fol.129.*

Ne ſtipulatio eluſoria reddatur.

Obſeruantia.

Obſeruantia *ſubſecuta conſtitutionem ipſam declarat, atq; mentem indicat ſtatuentis.reſp. 21.n.73 f.110.*

Obſeruantia *ſubſequuta multum facit ad iuriſdictionem fundandam. reſponſ.53.nu.40. fol.304.*

Præſertim verò, quæ à iure fundamentum ſortitur.

Et vetuſta, atq; inuariabilis.n.41.

Quæ priuilegij, atq; decreti vim obtinet.

Inducitq; ratificationem.n.42.

In contradictorio præſertim obtenta.n.43.

Obſeruantia ſubſequuta declarat præcedentem obligationem.reſp.91.n.38.f.503.

Nam ipſa declarat actum, qualis ille fuerit. num.39.

Atq; voluntatem contrahentium.n.40.

Hanc autem obſeruantiam declaratiuam inducit decem annorum ſpatium decurſum. num.41.

Quod ſufficit.

Quàmuis præſcripta non fuerit.

Multoq; magis præſcripta.n.42.

Occaſio.

Occaſio *præceps facilè euolat, & elabitur.reſp. 80.n.5.f.449.*

Occaſio *Calua dicitur.reſp.97.n.71.f.545.*

Occidens.

Occidens iniuſtum aggreſſorem, pœnam nullam meretur. reſp. 31. num. 7. fol. 152. & num. 15. fol. 153.

Quod enim ille fecit paſſus eſt.

Odia.

Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. reſp. 3. n. 41. fol. 18. & reſp. 33. in reſol. Diana, & aliorum. n. 22. fol. 181.

Officialis.

Officialis abſens de licentia, percipit ſolita emolumenta. reſp. 33. n. 25. in allegatione Tuſch. fol. 176.

Officium.

Officium ſuper cadaueribus facere Regularium ad Eccleſias cùm deferuntur, ad Regulares ipſos ſpectat. non ad Parochum, intrà ipſas Eccleſias. reſp. 21. n. 37. f. 106.

Etiam in Eccleſia vnita Monaſterio. nu. 38. fol. 107.

Quia Regulares exempti ſunt, vndè & eorum Eccleſiæ. n. 39.

Et ex iure ſpeciali id procedit. n. 54. f. 108.

Officium facere poſtquam cadauera in Eccleſiā ſunt illata, non eſt de iuribus Parochialibus. reſp. 21. in dec. Coccini. n. 11. f. 111.

Officia omnia in Religione Cœleſtinorum ad triennium ſunt. reſp. 47. n. 4. f. 268.

Itaquidem, vt exacto triennio officij, alio triennio vacare debeant.

Et perpetuitas omnimodò ablata eſt. n. 15.

Excipiuntur tamen Coabbates. n. 16.

Omne.

Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. ad Romanos. 14. 23. reſp. 51. n. 19. f. 291.

Ex fide; id eſt conſcientia, exponitur.

Omne qui dicit, nihil excludit. reſp. 21. num. 63. fol. 109. reſp. 58. n. 68. f. 328. & reſp. 78. n. 32. fol. 438.

Et nihil excipit. n. 33.

Quod exaudi, niſi ex verbis ipſis aliqua oriatur compreſſio. n. 34.

Vt ad particulare aliquod retineatur.

Omnia reſtituens diſponens Sacrum Concilium Tridentinum Nuntio abeunti, nihil dimiſit non reſtituendum, cùm ſatis laxè loquatur. reſp. 5. n. 26. f. 28.

Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeūt vniuerſa ſub Cœlo. reſp. 25. n. 1. f. 122.

Onus.

Onus non prius ſubeundum, quàm commodum quæratur ex legato. reſp. 93. n. 41. f. 514.

Præſertim ſi commodum incertum ſit, atq; illiquidum.

Operans.

Operanti merces debetur. reſponſ. 16. num. 12. fol. 89.

Operātes in vinea Dei, denario defraudari haud debent. reſp. 55. n. 10. f. 310.

Operæ.

Operibus animus comprobatur operantis. reſp. 24. n. 26. f. 120.

Illaq; manifeſtant, quid operans intendat.

Operibus comprobat, qui ſe pro ſpoliato habet. n. 27. f. 121.

Operibus loquimur, quę teſtimonium perhibent de nobis. reſp. 74. n. 11. f. 414.

Opinio.

Opinio illa in ambiguis ſequenda, quæ pro anima eſt. & pietati fauet. reſp. 15. n. 86. f. 87. & reſp. 97. n. 22. f. 541.

Oratio.

Oratio, quæ à pluribus fit, vtilior. reſp. 93. n. 46. fol. 515.

Oratio, ſi vniuerſim, & collectiuè ſumatur pro pluribus, in vno eorum verificari non poteſt. reſp. 100. n. 24. f. 563.

Orare pro defunctis indicium præſtat fidei reſurrectionis. reſp. 13. n. 12. f. 68.

Orare ſuper cadaueribus defunctorum Parochianorum, Parochorum neceſſitatis eſt. reſp. 21. n. 53. f. 108.

Vt vltimum eis vale in domino defunctis dicant.

Ordinarius.

Ordinario ſuſpecto adiunctus datur. reſp. 36. n. 15. f. 199.

Et ceſſat ſuſpitio.

Quia nulla peruertendi iudicij ſuſpitio remanere poteſt. n. 17.

Ordinarijs debent dirigi Apoſtolica diplomata, iuſtitiam, vel diſpenſationem continentia. ex Tridentino Concilio. reſp. 94. n. 71. f. 524.

Ordo.

Ordo, ac nominum diſtinctio multum operantur. reſp. 35. n. 8. f. 193.

Et ne inter perſonas tantùm, verùm & inter vocabula attendi debet. n. 9.

Ordinemq; ac titulum præbet prælationis.

Et dat ordinem ſucceſſioni ipſe ſcripturæ ordo. n. 10.

Formamq; indicit. n. 11.

Modumq; dat dignoſcendi, an locus eſſe debeat fideicommiſſo. n. 12.

Accedente potiſſimùm aperta diſponentis voluntate. n. 13.

Vel ſi dubium ſit. n. 14.

Ordine vocati, ſuo quiſq; ordine magis dilectus videtur. reſp. 35. n. 1. f. 192.

Ordo ſcripturæ claritatis, ac voluntatis deſignat ordinem. n. 4. f. 193.

Ordinari.

Ordinari nemo poteſt ab alieno Epiſcopo. reſp. 54. n. 28. f. 308.

Siue Laicus.

Siuè Clericus.

Ordinari vt quis poſſit ab Epiſcopo, triplici modo quis ſubiectus efficitur; ex tex. in cap. cùm nullus 3. de temporib. ordinat. in *6. reſp. 83. n. 14. f. 463.*

Ordinari quis non poteſt ex decreto Sacri Concilij, niſi ad titulum beneficij. reſp. 83. nu. 18. fol. 463.

Ad patrimonij verò, vel penſionis, niſi Epiſcopus id iudicauerit expediens pro commoditate, vel neceſſitate Eccleſiæ.

Digitized by Google

I N D E X

Ordines.

Ordines ad Sacros vt promoueri quis poſſit, non antè id fieri poteſt.reſp.46. nu.3.f.263.
In Subdiaconatus ordine ante vigeſimum ſecundum ætatis annum.n.6.f.264.
In Diaconatus ante vigeſimum tertium.
In Presbyteratus ante vigeſimum quintum.
ex Sacro Tridentino Concilio.
Sat autem erit, ſi annus fuerit incæptus. n.4.& 8.
Ratio redditur.n.31.& 32.
Antiquitus tamen ex Clemente V. in Subdiaconatus ordine ætas erat in 18.anno.n.5.
In Diaconatus in vigeſimo.
In Presbyteratus in vigeſimo quinto.
Sed reformauit Sacrum Tridentinum Concilium.n.6.
Vt ſufficiat,promouendum in ætate eſſe conſtitutum.n.7.& 31.

Origo.

Origo,ſiuè propria,ſiue paterna ſufficit, vt quis promoueri ad ordines poſſit.reſp.4.n.2. fol.22.
Vtroq. enim modo oriundus quis dicitur. num.3.
Et ità Sacra declarauit Congregatio.n.4.
Quámuis ad minores ab Epiſcopo propriæ originis promotus quis fuerit.
Nam poterit poſtmodùm ad ſacros.& maiores ab vno alio ex tribus promoueri.nu.5.& reſp.83 n.23.f.464.
Origo propria mutari nullo pacto poteſt. reſp. 94 n.77.f.524.

Originarius.

Originarius,ſeù naturalis quis eius loci non dicitur, in quo licet pater natus ſit,tamen aliò domicilium tranſtulit,atq; etiam bona omnia.reſp.4.n.31.f.24.
Quod exaudi in beneficialibus.n.32.
Secùs verò quoàd ſortiendum forum, vt promoueri quis valeat ab Epiſcopo originis. num.33.
Stante præſertim declaratione Sacræ Congregationis.n.34.
Vel ſi pater adhuc bona poſſideat in loco originis.n.35.
Et in hoc factum refertur.n.36.

Ouis.

Ouis ſtupiditatis ſymbolum.reſp 28.num.55. fol.140.
Quadrupedum enim omnium ingenium ſimplex,& ſtolidum, ex Ariſtotele habetur.
Vnde oues inſipientes appellantur.n.56.
Quòd morti exponantur.
Oue vna infecta, alys ſcabies inuri non debet. reſp.51.n.36 f.293.
Expedit tamen,vt ſana à morboſis ſegregētur oues.n.37.
Totum ne corrumpatur ouile.

P

Pactum.

PActum de releuando aliquem indemnem ex cauſa renunciationis beneficij cum reſeruatione penſionis,ſimoniacum eſt.reſp. 37.n.25.f.206.
Niſi Summi Pontificis accedat beneplacitum.
Et etiam ſi factum ſit ſub ſpe aſſenſus Apoſtolici,ſi ille poſtmodum non acceſſerit. num.16.
Namq; nullum redditur quicquid factum fuit.
Pactum ſi non ſeruatur.factum reſcinditur. Balæ dictum.reſp.81.n.24 f.455.
Pactum in emphyteuſi, quòd poſſit Dominus propria authoritate ingredi, id operatur,vt ſola citatio noui emptoris ſufficiat.reſp.85. n.20.f.473.& n 33.
Pactum,qui ineunt cum Dæmone,retrò reſpicere,per reſipiſcentiam,prohibentur. reſp.89. n.5.f.488.
Pacta vt ſeruentur Eccleſiaſtica conuenit diſciplina.reſp.37 n.6.f.204.
Eius nempè pax cuſtoditur.
Pactis ſtandum.reſp.14.n.14.f.75.& reſp.77. n.25.f.431.
Quod id congruit humanæ fidei.num.22.& n.49.& 06.

Papa.

Papa Dei Vicarius eſt.
Vice Deus iure igitur nuncupatur. reſp.1. n.1.f.2.
Papa non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris.n.4.f.2.
Quod igitur ipſe facit,Deus facere videtur.
Quia vices gerit Dei.n.5.f.3.
Ac Ieſu Chriſti.n.6.
Vndè qui Papæ mentitur,mentitur Deo.
Et ſacrilegus euadit.n.7.
Quia ille vicem Dei viuentis in terris obtinet.
Eſt enim Chriſti Vicarius, Petriq; ſucceſſor. n.8.
Vniuerſiq; Orbis primatum tenet.n.9.
Totiuſq; Eccleſiæ caput.
Chriſtianorumq; omnium Pater,& Doctor.
Plenamq; poteſtatem ipſi traditam fuiſſe vniuerſalem Eccleſiam regendi, paſcendi, gubernandi.ex Concilio Florentino.
Papa quaſi admirabilis dicitur,à Papè admirantis interiectione.n.14.f.3.
Stupor Mundi.
Maxima rerum gerens.
Quaſi neuter inter vtrumq;
Vice Deus iure appellatur.n.15.
Sicut vice Rex.
Vice Deus.
Papa quæ facit vt Papa, Dei nomine facit. nu. 17.f.3.
Vndè Deus facere videtur.
Vice Deus non ab re nuncupatur.

INDEX

Papa à Deo creatur n.22.f.4.
Vt eius vices gerat in terris.
Vice Deus iure nuncupatur.
Quia opera facit Dei.
Et Redemptoris locum in terris tenet.n.23.
Deiq; locum tenens dicitur.
Ipſius ergo actibus ſe conformare tenetur. num.24.
Chriſtiq; Vicarius eſt.n.25.
Vice Chriſtus propterea dicitur Papa.
Quia Dei Vicarius.
Vnum cum Deo Tribunal habet.n.26. .4.
Vnum Conſiſtorium. n.28.
Vnus ipſe omnes diiudicat, ipſe verò à nemine iudicatur.n.29.
Solo iudicio reſeruatus Dei.r.30.& 31.
Papa vnum caput facit cum Chriſto. num.35. fol.4.
Hic inuiſibile; ille viſibile.
Alioquin eſſet monſtrum corpus Eccleſiæ.
Papa, & Sancta Sedes Apoſtolica eſt Iudex Ordinarius, & Supremus in cauſis fidei. reſponſ.33 in alleg. Baldelli.n.42.f.183.
Inquiſitores verò ſunt Iudices Delegati.
Papa vnum cum Deo Tribunal agit, cuius vices in terris gerit.reſp.36.n.10.f.198.
Papa Summus eſt omnium pater, Chriſti, Deiq; Vicarius.reſp.43 n.26.f.243.
Papa diſpenſare non præſumitur in tertij præiudicium.reſp.67.n.21 f.386.
In beneficialibus præſertim.
Papa omnia poteſt, vt Deus. reſp.76.num.30. fol.425.
Et nemo ei dicere poteſt: Cur ita facis?
Papa poteſt eligi per vnum Cardinalem, ſi vnus ſolus in Conclaui remanſerit, omnibus alijs egreſſis.reſp.87.n.42.f.482.
Papæ poteſtas, Dei poteſtas eſt ore Diuino Petro data, eiuſq; ſucceſſoribus.reſponſ.1.n.11. fol.3.
In ipſo, quem confeſſus eſt, petra fundata.
Vndè Dei poteſtatem exercens dici iurè poteſt.n.13.
Papæ à iudicio nemini appellare permiſſum. n.32.f.4.
Nulluſq; eſt, qui ei dicere poſſit: Cur ita facis? n.33.
Papæ in ſeruitio qui ſunt, præſentes eſſe dicuntur.reſp.33.n.52.f.171.
Papæ authoritas immenſa dicitur, & eſt.reſp. 52.n.33.f.300.
Papæ omnem humanam creaturam eſſe ſubiectam de neceſſitate fidei eſt credere. reſp.1. n.36 fol.5.
Eiq; Chriſtus poteſtatem omnes animas regendi committit.n.37.
Ratio redditur.n.38.
Et tandem habet poteſtatem in vniuerſam Eccleſiam, quam Chriſtus.n.40.
Papæ omne flectitur genu. numer.43. fol.5.
Quia Ieſu Chriſti Vicarius eſt.
Ideo quaſi Deus nuncupatur.n.44.
Totiuſq; Orbis obtinet principatum.

Papinianus.

Papinianus Magnus inter Iure Conſultos.reſp. 15.n.34.f.82.

Paraphernaria.

Paraphernaria bona dicuntur, quæ extra dotem mulier detulit.reſp.70.n.5.f.397.
Vel vir accepit.
Quæ Galli, peculium appellant.n.6.
Matrimonio diſtracto condicuntur.
Non vindicantur.
Paraphernaria vnde dicantur? n.7.
Habent tacitam hypothecam in bonis viri. num.8.
Ni ille expreſſam promiſerit.
Paraphernaria, vt dotem, matrimonio diſtracto, reſtituere tenentur hæredes viri.reſp.70. n.9. fol.398.
Si quid autem ex eis malignitate, vel viri deſidia deperijt, ex prorio reſarcire mulieri tenentur.
Paraphernaria præſumuntur, quæ mulier extra dotem ſecum tulit.n.10.
Ni vir ea vxori commodaſſe probauerit.
Sicuti bona, quæ ex hæreditate ſuorum vxor habuit, paraphernaria dicuntur.n.11.
Et tacitam obtinent hypothecam.
Potiſſimum verò ſi per longum tempus ea vir adminiſtrauerit.n.12.
Et dotis inſtar habentur, cui accedunt.n.13.
Eodemq; iudicio iudicantur.
Et tacitam ſaltim hypothecam obtinẽt. n.14.
Præſertim verò ſi ea vir vendidit, & in emptionem verſit aliorum bonorum.n.15.
Reſtituenda namq; ſunt vxori.
Eaq; retentionem habet bonorum viri. n.16.

Parentes.

Parentes noſtri Adam, & Eua poſt peccatum à Domino Deo in iudicium vocati.reſp. 64 n.42.f.366.

Parochialis.

Parochialis cum ſimplici Cappellania, ſi inſufficiẽs vtrumq; beneficium fuerit, neq; ſub eodem tecto, incompatibilis non erit.reſponſ.57. n.4 fol.319.
Parochialis debet ad minimum centum ducatos annuos pro Parocho habere.n.7.
Parochialis officij vniuerſalitas ad omnes extẽditur actus, qui tale concernunt officium. reſp.21.n.66.f.109.
Parochialis Eccleſia Sacramenta ſuſcipimus, atq; Diuinis interſumus.reſponſ.88.num.27. fol.486.
Parochiales Eccleſiæ indè per cõcurſum ex Sacro Concilio conferuntur: Vt quantum fieri poteſt dignioribus, atq; litteratis conferantur.reſp.45.n.65.f.261.
Quod confirmauit Pius Quintus.

Parochus.

Parochus iuris habet aſſiſtentiam in ſuæ iuriſdictionis exercitio in omnes, qui intrà fines ſuæ ſunt Parœcia.reſp.21.n.6.f.104.
Et Sacramentis miniſtrandis.n.18.f.105.

Parochus neceſſitatem habet, vt ſacramenta ſuis miniſtret Parochianis, ijq; ab eo illa recipiant.n.8.f.104.
Parochus ius habet vniuerſale intrà ſua Parecia limites.n.17 f.106.
Mediuſq; eſt inter Deum, & Populum.
Vt neq; peſtis tempore ſuum Populum deſerere poſſit.n.19.
Parochus fundatam intentionem habet Sacramenta miniſtrandi quòad omnes, qui intrà Parochia fines ſunt.n.32.f.106.
Ac conſequenter quòad omnia, quæ à Sacramentis dependent.
Quia acceſſoria ſunt ad Sacramenta.
Parochus quòad Sacramentorum adminiſtrationem territorium habere dicitur .num.62. fol. 108.
Iudex eſt enim animarum.
Atq; Epiſcopi vices gerit.nu.64 f.109.
Parochi enim in locum ſubrogati fuere ſeptuaginta duorum diſcipulorum.n.65.
Vt in locum Apoſtolorum Epiſcopi.
Parochus iurè proprio Sacramenta miniſtrat omnibus in Eccleſijs, quæ intrà fines ſuæ ſunt Parecia.n.69.
Iuraq; exercet Parochialia.
Parochus proprius dicitur, vel ratione originis, vel domicilij, ſiuè habitationis . reſp.94. n.76.f.524.
Parochi libris de Baptiſmo, & Matrimonio ſtatur.reſp 80.n 26.f.451.
Eiuſq; fidei ab illis extracta.
Parochorum eſt ſuorum Parochianorum funus curare, ſicuti eorundem eſt, vt Sacracramenta ſuſcipiant.reſp.21.n.50.f.108.
Pars.
Pars in toto eſt.reſp.27.n.3.f.132.
Participium.
Participium verbo adiunctum futuri temporis conditionem infert.reſp.78 n.8.f.436.
Paruulus.
In paruulis nulla deprehenditur culpa.reſp.64. n.21.f. 365.
Nulla proindè in illis debet eſſe pœna.
Pati.
Pati quiſq; contrà ſe debet, quod pro ſe fieri appetijt.reſp.62.n.15.f.352.
Iuſteq; quis patitur, quod iniuſtè fecit. num.16.
Patientia.
Patientia iuuat.reſp.66.n.54.f.383.
Patres.
Patres ij dicuntur in Cœleſtinorum Religione, qui Diffinitores ſunt.reſp.45.n.48.f.260.
Patria poteſtas.
Patria poteſtas emancipatione diſſoluitur.reſp. 90.n.20.f.495.
Patria poteſtas in his, quæ ſpiritualia ſunt, nihil quòad filium proficit. reſp.94.num.91. fol.525.
Patriarcha.
Patriarcha propriū habuere ſepulchrum.reſp. 21.n.11.f.104.
Dominus verò noſter alienum.n.12.
Patrimonium.
Patrimonij ad titulum promoueri nemo debet ſine Epiſcopi diſpenſatione, ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ.reſp.4.n.24.f.23.
Patronus.
Patronus admittens alium ad præſentandum, ſibi præiudicat, atq; illum in quaſi poſſeſſione conſtituit.reſp.23.n.14. f.117.
Etiam per vnicum actum.n.16.
Vt mutare amplius conſilium nequaquam poſſit.n.17.
Patroni legi à fundatore dictæ ſtare tenentur, nec eam ſoluere.reſp.19.n.9.f.98.
Patroni ad præſentandum alium admittentes, ſibi ipſis præiudicant.reſp.66.n.47.f.382.
Patronis inuitis ad beneficium ordinari nemo debet.reſp.39.n.12.fol.216.
S.Paulus.
S.Paulus Romam adiens naufragio periclitatus fuit.reſp 40 n.2.f.123.
S.Paulus ſuam cauſam dixit apud Fœlicem Præſidem, & apud Agrippam Regem. reſp. 64.n.41.f.366.
S.Paulo Feſtus inſanire eum ex multis litteris dixit reſp.43.n.5.f.241.
S.Paulo pro ſe loqui permiſſum fuit. reſp.95. n.6.f.527.
Qui pro ſe rationem reddidit.
Pax.
Pax homines, trux decet ira feras. ex Ouidio. reſp.85.n 9 f.472.
Peccatum.
Peccatum ſine voluntate deliberata non datur. reſp.6.n.7.f.30.
Omne enim peccatum voluntarium eſt.
Vt peccatum eſſe non poſſit ſine voluntate. nu.8.
Et ſine voluntate, nec damnatur, nec liberatur homo.n.9.f.31.
Peccatum, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.reſp.15.n.5.f.79.
Conſūmatum verò fuit per primum noſtrū Parentem Adam.
Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum num.63.fol.85 & reſponſ.32. num.6. fol.159.
Alioquin pœnitentia non præſtatur.n.7. & reſp.92.n.15.f.507.& n.28.
Neq; ſine reſtitutione quis ſaluatur.
Peccatum eſt receſſus à regula diuina voluntarius.reſp.24.n.7.f.119.
Peccatum propria voluntate patratur.reſp.33 n 23.f.169.
Neq; peccatum ſine libera datur voluntate.
Non niſi voluntate peccatur.n.24.
Peccatum eſt nihil.reſp 49.n.33.f.281.
Hominemq; ad non eſſe reducit.
Rationemq; peruertit.n.34.
Peccatum quid? ex Auguſtino.n.35.
Peccatum eſt iniquitas.reſp.64.n.29.f.365.
Peccatum, vbi non eſt, nec pœna erit.n.33.

Peccatum, licèt in initio dulce videatur, parit tamē poſtmodum amaritudinem ſuam. reſp. 98. n. 1. f. 547.
Illuſtratur ex loco Prouerbiorum 20. 17. *num. 2.*
Lucidatur etiam ex loco Iob. 20. 12. n. 4.
Peccati *venia non datur niſi correpto. reſp. 2. n. 19. f. 8.*
Peccata dimittit ſolus Deus. n. 27.
Peccato *fomentum dare non debemus, ſed omnis eius materies præcidenda. reſponſ. 37. nu. 39. fol. 207.*
Peccata *pretio redimuntur miſerationis, ſecundum Ambroſium. reſp. 32. n. 19. f. 160.*
Peccata *in proprio centro grauant. reſp. 92. n. 2. fol. 505.*
Eorum ſcilicèt non ſentitur onus.
Amota autem grauant.
Et quomodò. n. 9.
Et quando pondus ſentitur peccati. nu. 12.
Peccatum talentum dicitur plumbi, quod vidit Zaccharias Propheta.
Peccatum eſt iniquitas. n. 4.
Maledictum nuncupatur, & quarè? n. 5.
Peccata in proprio centro eſſe dicuntur in præſenti vita. n. 8.
Cùm autem homo in extremis agit, tunc extra centrum eſt peccatum, & grauat. nu. 9.
Vel cum homo conteritur.

Peccator. Peccare.

Peccatori in ſuo facinore nulla conſuetudo fauere poteſt. reſp. 98. n. 33. f. 550.
Potiſſimùm verò ſi veriſimilitudo aliqua aduersùs ipſum pugnet. n. 34.
Peccator in peccato ſuo moritur, cū Christus, qui vita eſt animæ, diſceſſerit. n. 36.
Peccatores diligunt magis tenebras, quàm lucē. reſp. 98. n. 21. f. 549.
Vt non arguantur eorum mala opera.
Peccare eſt recedere à rectitudine actus, quem debet habere. reſp. 24. n. 6. f. 119.

Pecunia.

Pecunia natura ſua, fructum nō parit. reſp. 79. n. 43. f. 446.
Sed ad commutationes faciendas inuenta dumtaxàt.
Pro ipſa igitur pretium accipere vſura eſt. num. 44.
Pecunia mutualc dominium in mutuatariū transfertur. n. 52.
Ideò vſura, ex re aliena lucrum propter illā quærere.
Reſoluitur enim, ſolutionem ob dilationem temporis dari.
Pecunia depoſita liberari (quàmuis ſub cautione) non debet; niſi fundatum ſit eius ius, cui liberatur. reſp. 84. n. 38. f. 469.
Iudicis verò arbitrio regulato remittitur. num 40.
Nullo verò modo liberabitur ei, qui fundatū ius non habet. n. 47. f. 470.
Pecunia peregrinos mores in Mundum *intulit. reſp. 85. n. 8. f. 472.*
Et curas nimias.
Pecunia dat omnia. Vulgare dicterium. reſp. 91. n. 4. f. 498.
Eiq; obediunt omnia. celebratur ex Horatio.
Magnis tamen ſeruatur anguſtijs.
Pecuniarum acquirendarum appetitus in homine non quieſcit. reſp. 92. n. 13. f. 506.
Sed ſicut in hydropico.
Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.
Ita earum habendi deſiderium augeſcit.

Peirinus.

Peirini verba in Conſtitutionem *Gregorij XV. malè ab Aduerſarijs intellecta, interpretantur. reſp. 43. n. 39. f. 224. & n. 41. & 42.*

Penſio.

Penſio ob cauſam reſeruata, cauſa deficiente, & ipſa ceſſat reſeruatio, ac interit. reſp. 55. n. 13. f. 310.
Atq; deficit, nec ſubſiſtit n. 17. f. 311.
Nec ſufficit quaſi poſſeſſio exigendi, ſi non exiſtat. n. 21. 22. & 23.
Penſio reſeruata ad fauorem nepotis per Rectorem patruum, ſuſpecta habetur. num. 46. f. 313.
Adijcitur proindè clauſula, ac diſpoſitio.
Vt ſi ſolutio verè, realitèr, & cum effectu non ſequatur, penſio ſit nulla eo ipſo. & num. 52.
Erit ergò penſionarij, ſolutionem fuiſſe factam verè, realitèr, & cum effectu probare. n. 47. & 54.
Quod ſi non præſtiterit, penſio occaſum videt eo ipſo.
Quod deciſum refertur à Rota apud Cauallerium. *n. 52.*
Diciturq; conditionaliter reſeruata. n. 56.
Neq; fruſtrà conditio ipſa adiecta. n. 55.
Vt fraus euitaretur.
Penſio ob cauſam reſeruata, cauſa ceſſante extinguitur. reſp. 60. n. 9. f. 337.
Quocunq; modo cauſa ceſſauerit. n. 10.
Determinatur ex cauſa, ob quam impoſita fuit. n. 8.
Penſio reſeruata alteri, ſoluenda donec tu vixeris, ne diſpendium patiaris, ſicuti morte extinguitur. n. 11. f. 338.
Quemadmodum vſusfructus. n. 19.
Ità quoq; & ceſſione Eccleſiæ. n. 31.
Quia conditionaliter reſeruata videtur. n. 41.
Vnde attendenda erit reſeruatio ipſa penſionis, vt loquitur. n. 20.
Penſio ſine aſſenſu Titularis reſeruari non poteſt. n. 43. f. 341.
Et reſeruata nulla eſt.
Penſio onus eſt beneficio iniunctum, ex fructibus ſoluendum. reſp. 68. n. 15. f. 389.
Vnde ſucceſſorem quoq; afficit.
Penſionis pro exactione duplex competit actio. n. 20. f. 390.
Hypothecaria ſuper fructibus.
Perſonalis aduersùs beneficiarium.
Penſio dupliciter perpendi poteſt. reſp. 76. n. 38. fol. 425.

Et

Digitized by Google

Et vt quid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum.
Et vt quid temporale.
Quid ſit?
Penſio vt quid ſpirituale ſoli Clerico competit.n.32.
Vt quid temporale etiam laico ex diſpenſatione.n.33.
Et ità datur etiam Equitibus Lauretanis. num.34.
Et vt quoddam ius ſeparatum, formalitèr diſtinctum ab ipſo beneficio.
Et alijs Equitibus aliarum militiarum regularium.
Triplicitèr penſio dipartitur. n.35.
Penſio eſt quid temporale, & formalitèr per ſe diſtinctum à beneficio. reſponſ.83.num.19. fol.462.
Quare penſio non eſt aliquod incompatibile cum beneficio.n.20.
Etiam ſub eodem tecto.
Niſi penſio in titulum detur beneficij.nu.21.
Neq; penſio ſubiectionem tribuit, ſiuè forū. num.22.
Penſio non eſt beneficium, neq; beneficij nomine comprehenditur. n.24.f.464.
Penſio ab Epiſcopo impoſita ex iuſta, & rationabili cauſa, vtputa ad ſedandas lites; vel Clerico pauperi, vt ſtudijs litterarum vacet, prouideat, ſucceſſorem in beneficio nō afficit. n.21.f.464. & n.32.& 35.
Ratio redditur.n.33.f.465.
Quia penſiones perpetuæ reſeruari non poſſunt, niſi per Papam.
Penſionem obtinens ab Epiſcopo reſeruatam, etiam ex cauſa, cùm in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat, & ad titulum eiuſdem penſionis promotus, ſecuta beneficiarij morte, cùm penſio extincta ſit, ſine titulo remanet.n.36.
Satiùs tamen illi erit, ſi à Sancta Sede Apoſtolica confirmationem obtineat.
Penſionem, vel patrimonium habentes, vt ad illorum titulum promoueri valeant, verè illam habere debent.nu.38.
Vt perpetuò videlicet habeant.
Et Epiſcopi remittitur iudicio, ſi titulum illum admittere iudicauerit. & n.39. & 40.
Penſionis ſoluendæ obligatio morte ſoluitur penſionarij.reſp.37.n.1.f.204.
Et vſufructui comparatur.n.2.
Pariq; paſſu ambulant.
Penſio enim perſonæ cohæret.n.4.
Vt vſusfructus.n.3.
Penſionis tranſlatione, antiqua perimitur, & noua conſtituitur.reſp.37.n.56.f.209.
Quò ad perſonas prẹſertim.
Licet quòad ſubſtantiam, & in potentia, eadem perſeueret.n.57.
Et Papæ requiritur facultas.
Penſionis reſeruationis materia ab authoritate pendet Papæ.reſp.55.n.24.f.311.
Quæ ſola cauſa efficiēs reſeruationis dicitur.
Mente proindè deficiēte Papæ, & eius defici authoritas.n.25.
Atq; proinde cadit, ſine authoritate reſeruatio.
Penſio cadit, ſi verus valor non exprimatur beneficij.n.26.
Penſionis reſeruatio relatiua dicitur ad concordiam inter partes initam. reſp.60.nu.50. fol.340.
Penſio onus eſt reale.n.33.
Licet quòad ſoluentem perſonale dicatur. nu.35.
Eccleſiam proindè ſequitur.n.34.
Qui ergò obtinet illam, penſionem ſoluere tenetur.
Penſionis ſolutio facta per Cameram Apoſtolicam, quàmuis poſſeſſionem non firmet, dat tamen maximum argumentum, penſionarium in poſſeſſione eſſe exigendi.reſp.68.n.5. fol 389.
Penſionem obtinens Clericus cum diſpenſatione, vt ſine habitu, & tonſura incedat, fori priuilegio non gaudet. reſponſ.76.num.36. fol.426.
Ex Sacra Congregatione.
Multòq; minus laicus, quo cum diſpenſatum fuit, penſionem retinere.n.37.& n.42.
Penſiones obtinentes, in habitu & tonſura Clericali incedere debent.ex Sixti V. Conſtitutione.reſp.76.n.18.f.424.
Quid ſi cum eis diſpenſatum fuerit?n.19.
Alioquin penſiones amittent.n.20.
Penſionem retinere, & Clericum coniugatum agere, vt diuerſa habentur.n.23.
Diſpenſatus proinde, vt penſionem retinere poſſit.n.29.
Non cenſetur diſpenſatus, vt Clericum agat. & n.43.45.47.& 48.
Penſionum in materia tot ſunt obligationes, quot ſunt termini ſolutionum.reſp.37.n.36. fol.207.
Penſionis tranſlatione, antiqua perimitur, & noua conſtituitur.n.56.f.209.
Quòad perſonas præſertim.
Licet quòad ſubſtantiam, & in potentia eadem perſeueret. n.57.
Et Papæ requiratur facultas.

Penſionarius.

Penſionarius in quaſi poſſeſſione dicitur exigendi, etiam per vnicam ſolutionem.reſp.55.nu. 36.f.312.
Dabitur proindè ei manutentio.n 37.
Et onus in titularium transfertur probandi, non verum valorem expreſſum fuiſſe.nu.38.
Solutio tamen concludenter probari debebit per penſionarium.n.39.
Vt ſucceſſorem in beneficio, qui non conſentit reſeruationi, afficiat.
Per plenas probationes.& n.58.
Præſertim verò in tertij præiudicium. n.40.
Vel ſi ſucceſſor de nullitate obijciat reſeruationis.n.42.
Vel colluſio euidenter appareat inter titularem,

larem, & reſeruatarium. n. 43.
Quòd ſint ſimul ſanguine iuncti, & ſtrictim.
Vel ſi ipſa vnica ſolutio ſuſpecta ſit. n. 44. & 53.
Penſionarius debet iuſtificare narrata in ſua gratia reſeruationis. n. 42.
Penſionarius hypothecariam obtinet ſuper fructibus beneficij resp 68. n. 16. f. 389.
Et proinde etiam ſucceſſor tenetur ſoluere. nu. 17.
Vel beneficium dimittere.
Et etiam perſonalem aduersùs beneficiarium ratione obligationis, & quaſi contractus. num. 19.

Peregrinus.

Peregrinus de fideicommiſſ. art. 8 num. 62. reprehenditur ab omnibus. reſp. 7. num. 40. fol. 41.

Perfectum.

Perfectum dicitur, quod omnibus ſuis partibus conſtat. reſp. 33. n. 32. fol. 170 & reſp. 97. n. 3. f. 543.

Periculum.

Periculum qui amat, in illo peribit. reſp. 41. nu. 27 f. 238.
Periculum vbi maius, cautiùs agendum, pleniuſq; conſulendum. reſp. 46. n. 36. f. 266.
Magiſq; conſulendum eſt ijs, quibus maius periculum intenditur. n. 37.
Præſertim vbi de animæ periculo agitur. num. 38.

Periurus.

Periurus in iudicio audiri minimè debet. reſp. 77. n. 6. f. 430.

Pernoctare.

Pernoctare dicitur, qui per totam noctem ſteterit. reſp. 46. n. 15. f. 264.

Perpetuitas.

Perpetuitati contrarium eſt, mutatio, & poſſe mutari. reſp. 64. n. 46. f. 367.

Petens.

Petens quod non ſibi debetur, iniquè agit. reſp. 60. n. 37. f. 340.
Vt aliena rapere videatur.

Petit.

Petit, qui antè tempus malè petit, nec ei debetur. reſp. 62. n. 23. f. 353.
Quia qui antè diem agit, malè agit.
Petit nemo, quod habet. reſp. 94. n. 18. f. 519.
Neq; ſuum quis recipit.

Petitorium.

Petitorium cum poſſeſſorio commune nihil habet. reſp. 39 n. 29. f. 219. & reſponſ. 79. nu 62. fol. 447.
Quum petitorium trahit ad ſe, atq; abſorbet poſſeſſorium. n. 63.
Et quaſi in ventre habere illud dicitur.

S. Petrus.

S. Petrus ex loquela, quòd diſcipulus Ieſu eſſet, agnitus fuit. reſp. 94. n. 41. f. 521.
S. Petro Chriſtus terreni ſimul, atq; Cœleſtis imperij iura commiſit. reſp. 1. n. 45. f. 5.

Philippus.

Philippus Cardinalis Spinellus fuit Epiſcopus Auerſanus. reſp. 66. n. 45. f. 381.

Pia cauſa.

Pia cauſa ſolemnitatibus iuris ciuilis minimè ſubijciuntur. reſp 9 n. 44 f. 54.

Pietas.

Pietas eſt voluntatem defuncti firmam eſſe. reſp. 15. n. 89. f. 87.
Pietatis prætextu non eſt impietas committenda. reſp. 93. n. 44. f. 515.

Pirrus.

Pirrus Corradus Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus in ſua praxi diſpenſationum celebratur. reſp. 22. n. 6. f. 115.

Plura.

Plura duorum numero comprehenduntur. reſp. 67. n. 27. f. 485.

Pœna.

Pœna ad delictum proportionem habere debet. reſp. 9. n. 52. f. 54.
Neq; vltrà protrahi.
Pœna ſine peccato non datur. reſp. 24 num. 4 fol. 110.
Cùm illa præcedens ſemper peccatum ſequatur, ac proſequatur.
Pœna peccantem proſequitur. reſp. 61. num. 9. fol. 344.
Nec ſine peccato, & culpa datur pœna.
Pœna ſuos tenere debet authores. reſp. 61. n. 25. fol. 345.
Et nemo ex alieno crimine puniri.
Nulliq. ſubueniendum ſit cum alterius iactura.
Pœna mulctari non poteſt, qui non peccauit reſp. 64 n. 25. f. 365.
Quia illa peccatum ſequitur, non antecedit
Et pœna peccatum ſupponit. n. 30.
Pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt. nu. 32.
Et vbi eſt peccatum, ibi & pœna. n. 33.
Nec peccantem deſerit, quamuis ſera.
Et ſceleſtum ſequitur, velociùs, quàm ipſe putat. n. 34.
Pœna maxima, conſcientia admiſſi criminis. num. 35.
Minuſq; eſt pati pœnam, quàm meruiſſe.
Pœna eſt iniuſta, quæ ſine ſcelere patitur. num. 36.
Pœnam non meretur quod fit ad defenſam. reſp. 31. n. 8. f 153.
Quia vim vi ferire conceditur.
Et culpa penès eum, qui primò percuſſit, reſidet.
Etiam ſi in defendendo modum exceſſerit. num. 10.
Pœnis mali admonentur non temnere iuſtitiã, atq; Deum. reſp. 55. n. 34. f. 312.

Pœnitentia.

Pœnitentia ſine ſaluatur nemo. reſp. 2. nu. 55. fol. 11
Pœnitentia ad extremum vſq; dimananda non eſt. reſp. 92. n. 44 f. 508.
Nè in damnationem quis incidat.

Pœnitentiaria.

Pœnitentiaria in modo prouidendi Theologali æqualis habetur.reſp.11.n.6 f.63.

Pondus.

Pondere ſanctuarij rei perpendendæ. reſp.94. n.43.f. 521.

Poſſe.

Poſſe non dicimur, quod liberè non poſſumus. reſp.47.n.18.f.269.

Poſſe autem dicimur, quod liberè, ac nullo contradicente poſſumus.

Neq; neceſſitate adigimur, vt agamus.

Poſſeſſio. Poſſeſſor. Poſſeſſorium.

Poſſeſſio ad effectum relaxandi mandatum de manutenendo per partis conf.ſſionem in ſupplicatione, vel commiſſione probatur.reſp.7. n.2.f.37.

Poſſeſſio bonorum hæreditatis, quæ ſub iudiciaria cuſtodia eſt, vacans non dicitur.n.32. fol.40.

Poſſeſſio vacans nō eſt, ſi alius cuſtodia cauſa in illa ſit poſitus.n.33.

Cauſa rei ſeruandę.

Dicitur tamen verè detinere, non poſſidere. num.34.

Poſſeſſio per ſententiam ſine apprehenſione non transfertur. n.42.f.41.

Poſſeſſionem non tribuit decretum conditionale (ſine præiudicio creditorum) conditione minimè impleta.n.43.

Quemadmodùm neq; libertas.

Poſſeſſio tradita cum clauſula, & conditione (ſine præiudicio creditorum) manutenibilis non eſt creditoribus contradicentibus. num.46.

Quia conditio non extitit. vndè traditio non valuit.n.47.

Et tunc dicitur quis poſſidere cùm conditio extitit.

Poſſeſſio ſolo animo detinetur, eoq; ſolo amittitur.n.58.f.42.

Multòq; magis per actum facti poſitiui. num.59.

Nec præſumitur, niſi probetur. n.60.

Poſſeſſio vitioſa, & attentata minimè ſuffragatur.n.64.

Vndè nec manutenibilis.

Poſſeſſio certorum actuum annis ſingulis vniuerſalem quaſi poſſeſſionem nō tribuit.reſp. 37.n 33.fol.207.

Poſſeſſio domino data ob deuolutionem emphyteuſis, manutenenda eſt aduersùs emphyteutam.reſp 85.n.19 f.473.

Quàmuis illa ex aliquo capite vitioſa eſſet. num.20.

Præſertim ſi in conceſſione reſeruata eſſet domino facultas propria authoritate ingrediendi. n.22.

Quia pactum prædictum omne remouet ſpolij vitium.n.23.

Vel etiam ſi poſſeſſio capta fuerit, nullo reſiſtente, neq; verbis, neq; factis.n.27.

Poſſeſſionis titulus, ſi in Principali non ſit, neq; in alios transferri poterit, ab eo ius habentes.reſp.66.n.33.f.380.

Præſertim verò ſi de alterius titulo, & poſſeſſione conſtet.n.34.

Poſſeſſio cum titulo, non titulata in cōcurſu præfertur.n.39.

Poſſeſſionem ſi Clerico tradidit Iudex laicus, functus officio ſuo dicitur.reſponſ.7.nu.35. fol.40.

Neq; Clericus coràm eo ampliùs pro eadem reuocari poterit.

Sed apud ſuum competentem Iudicem Eccleſiaſticum.

Reprime dictū: ſi ſolo decreto id fiat illudq; inualidum ſit.n.36.

Neq; effectum vidit.

Vel ſi decretum fuit interlocutorium, neq; exequutioni mandatum.n.38.

Poſſeſſionem acceptans cum clauſula (ſine præiudicio creditorum) ſibi præiudicat.num.49. fol.41.

Poſſeſſionem adeptus non videtur, qui adeptus eſt, vt retinere eam non poſſit.reſp.91. nu.1. fol.498.

Ratio redditur.

Poſſeſſione ſua nomo interim priuandus.reſp. 50.n.35.f 287.

Quàmuis de titulo diſceptetur.

Poſſidentis conditio in pari cauſa melior, ac potior.reſponſ.32.num.81.fol.165. & reſp.52. num.28 f.299.

Poſſidere non dicitur, qui contrà iuſtitiam poſſidet.reſp.37.n.48.f.208.

Nec retinere poteſt.

Quin reſtituere tenetur.

Poſſidere, & in poſſeſſione eſſe, vti diſtincta habentur.reſp.51. n.13.f.285.

Poſſidere non videtur, qui dari ſibi petit. reſp. 94.n.17.f.519.

Poſſidet is, cuius nomine poſſidetur.reſp.1. nu. 16.f.3.

Poſſidet qui bona fide, à poſſeſſione dimouendus non eſt.reſp.52.n.9.f.298.

Quia poſſidentis conditio melior æſtimatur. num.10.

Et in profeſſione in Religione extenditur. num.11.

Si quis bono zelo, iuſtiſq; cauſis de vna ad aliam tranſiens Religionem in ea profeſſus fuerit.n.12.

Ratio affertur.n.16.

Etiam ſi ad æqualem tranſijt.n.17.

Poſſeſſor conueniri debet in actione pignoris, vel hypothecæ.reſp.16.n.19. f.89.

Poſſeſſorium facilè datur, probato de poſſeſſione exigendi.reſp.79.n.60.f 446.

Quia eſt iudicium ſummariſſimum nu 61.

Non tamen datur, ſi à validitate pendeat tituli.n.64.

Ni de titulo conſtet.

Vel in materia ſimus peccati mortalis.n.65.

Vt putà vſuraria.

Po-

I N D E X

Poſthumus.

Poſthumo naſcituro donari, vel relinqui poteſt. reſp.18.n.35 f 96.

Potentia.

Potentia Dei ſe extendit ad totum ens. reſp.28. n.28.f.138.

Id proinde à Dei potentia excluditur, quod repugnat rationi entis.

Omne enim, quod efficit Deus, ens eſt.

Potentia illa inanis eſt, quæ ad actum non reducitur. reſp.47 n 20.f.270.

Et pro non potentia habetur.

Potentia vbi deeſt, & actus eſt irritus. n.21.

Idem eſt enim, deeſſe potentiam, nec operari poſſe.

Potentia, & actus differunt. reſpon.64 num.73. fol.369.

Actus tamen ſine potentia eſſe non poteſt. num.74.

A qua dependet.

Potentia, quæ ad actum non reducitur, fruſtranea æſtimatur reſp.82.n.11.f.459.

Præbenda.

Præbendę Theologalis collatio ad quem ſpectet, poſt primæuam ſui ereationem, Sacrum Tridentinum Concilium non decernit. reſp. 11 n.3.f.62.

Sub diſpoſitione igitur iuris communis remanet.

Vndè ſi collatio ad alium, quàm ad Ordinarium ſpectauerit, electio tamen ad Ordinarium ſemper ſpectat. n.4.

Niſi aliàs ex Eccleſię conſuetudine per concurſum ſit conferenda. n.5.

Præcedentia.

Pręcedentia aduersùs Canonicos inferioribus gradu Manſionarijs dari conſuetudine minimè poteſt. reſp.38 n.13. f.212.

Ratio n 24.f 213.

Pręcedentia funalia deferendi accenſa ante Sanctiſſimum, funalibus debetur magis, quā perſonis. n.22. f.213.

Datur enim procedendi, non pręcedendi ordo. & n.42.

Sicuti Subdiaconi in Cappella Papæ præcedunt Auditores Rotæ. n.22.

Quia ſunt in actuali ſeruitio Papæ.

Pręcedentia inferioribus ad maiores, quòd detur, contra rationem eſt. n.40. f.214.

Præceptum.

Præcepta Decalogi decem ſunt. reſp.32. num.9. fol 159.

Prædeſtinatio.

Prædeſtinationis inter ſigna deuotio eſt ergà Sanctiſſimam Mariam Virginem Dei Parentem. reſp.2.n.53 f.10.

Præiudicium.

Præiudicium, quod acceſſorium eſt, ac ſecundarium, non ità attendendum, vt principale. reſp.45.n.64.f.261.

Prælatio.

Præferendus ex præſentatis is eſt, cæteris paribus exiſtentibus, qui magis qualificatus eſt. reſp.19.num.27.fol. 99.

Vt ſi de familia fuerit fundatoris.

Prælatus.

Prælati delictum Eccleſiæ non nocet. reſp.61. n.19.f.349.

Neq; afficit ſucceſſorem. n.21.

Prælati Eccleſiarum non ſunt domini rerum Eccleſiaſticarum ſpiritualium, ſed diſpenſatores. reſp.44.n.19.f.250.

Ideò vendere eas non poſſunt.

Presbyter.

Præsbyteri, qui benè præſunt, duplici honore digni ſunt. ex Paulo Apoſtolo. reſp.33. nu.48. fol.171.

Maximè qui laborant verbo, & doctrina.

Præſcriptio.

Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit. reſp.7. n.52.f.41.

Quia effectus poſſeſſionis eſt.

Præſcriptio in prophanis procedit ſpatio decem, vel viginti, vel triginta annorum. reſp.91. n.43.f.503.

In Eccleſia verò quadraginta.

Præſcriptio ſolutioni ſimilis habetur. n.44.

Nàm qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit.

Omnemq; tollit obligationem. n.45.

Præſcriptio contrà Eccleſiam, non niſi quadragenaria procedit. reſp.95 n.7.f.532.

Etiam in exequutione legatorum, & hæreditatum.

Quod vniuerſim, & regularitèr procedit. num 9.

Etiam in annua præſtatione. n.11.

Et in Decimis.

Præſcriptio contra Eccleſiam Romanam nō currit, niſi centenaria. n.12 f.533.

Præſcriptio non currit non valenti agere. reſp. 97.n.40.f.543.

Sicuti aduersùs ignorantem. n.41.

Sat tamen fuerit, præſcriptionē inter præſentes concluſam fuiſſe.

Vt ſcientia præſumatur. n.42. & 44.

Semel verò completa præſcriptio non interrumpitur ampliùs. n.52.

Præſcriptio cum mala fide non procedit. n.53. fol.541.

Quando quis mala fide poſſidet. n.63.

Pręſcriptio fundatur in negligentia non petentis. n.61.

Quia in negatiuis præſcriptio procedit non ſoluendo. n.62.

Cum taciturnitate non petentis.

Fundatur quoq; in ſcientia, & patientia aduerſarij. n.66.

Incipitq; à negligentia ipſius. n.67.

Pręſcriptionis præſidium æquiſſimum, non ſanè iniquiſſimum, vt quidam perperàm dixerunt, æſtimatur. n.1.f 540.

A iure gentium inuentum. n.2.

Nè dominia rerum in incerto diù ſtarent.

Ob publicam vtilitatem. n.3.f.541.

Atq; bono publico introductum. n.4. & 56.

Præſcriptio quid? n.5.
Præſcriptio ſolutionis ſimilis habetur.n.8.& nu.38.
Atq; ſoluiſſe videtur, qui præſcripſit.
Omnemq; tollit obligationem.n.17.
Præſcriptio contrà Eccleſiam quadragenaria perquiritur.n.11.
Contra verò Romanam centenaria.
Præſcriptione actiones omnes, & hypotheca ceſſant, & extinguuntur. reſponſ.96. nu.15. fol.533.
Præſcriptio omnem tollit obligationem nu.16.
Ciuilem potiſſimùm.
Solutioni æqualis habetur.n.17.& n.58.
Et tollit omnem actionem.
Atq; ad inſtar ſe habet rei iudicatæ.n.18.
Et finita.
Et eſt negligentiæ pœna.n.45.
Præſcriptiones tot requiruntur in annuis præſtationibus, quot ſunt anni.n.12.in allegat. Caiſotti f.538.
Declara in annuis præſtationibus conditionalibus.n.13.
Vel in legato annuo ad vitam.n.14.
Secùs in legato ſimplici, & puro.n.15.
Et in obligatione ſimplici.
Præſcriptio centenaria non intrat contra Fabricam pro legatis Eccleſijs relictis.n.19.
Quia non agitur cum Fabrica.
Sed cum Eccleſijs legatarijs, contrà quas ſpatio 40.annorum præſcribitur.n.20.
Præſcriptiones tot requiruntur in annuis præſtationibus, quot ſunt anni.n.40.f.535.
Declara quæ ex ſe, & natura ſua præſtationes annuæ ſunt.
Et obligationes ſucceſſiuæ annuæ.
Alioquin præſcriptio in his locum non haberet.n.41.

Præſentatio.

Præſentatio, quàmuis vnica effectum ſortita, quaſi poſſeſſionem tribuit præſentandi.reſp. 39 n.21.f.218.& n.24.
Quæ verò effectum ſortita non fuerit, perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet.
Præſentationis effectuatio per litteras probatur Ordinarÿ institutionis ſubſequutæ. num.25.
Neq; ſufficit probatio per teſtes. n.26.
Quia effectuatio ab inſtitutione pendet, num.27.
Multòq; minus ſi vnicus fuerit teſtis.
Præſentatio ab vno tantùm facta ex ſtipite, non priuat alios à iure præſentandi. reſp.39. n.42.f.220.
Niſi eo animo facta fuerit, vt priuaret alios.
Quin magis conſeruat ius, & poſſeſſionem aliorum.
Præſentatio facta ab exiſtente in poſſeſſione iuris præſentandi.ſuſtinetur. reſp.50.nu. 28.f.286.
Firmaq; atq; valida habetur.
Debetq; ſic inſtituto manutentio interim, etiam ſi ſuper validitate diſceptetur.
Præſentationes factæ in abſentia, neq; ſcientibus, & patientibus veris compatronis, quaſi poſſeſſionem non tribuunt. reſp. 66.nu.33. fol.380.
Cenſenturq; factæ in vim tituli præcedentis. num.33.
Quæ ſi non affuit in principali, neq; transferri potuit in alios & n.35.
Et vſurpatio magis dicetur n.38.
Præſentandi quaſi poſſeſſio non acquiritur ex præſentationibus, niſi illæ effectum ſortitæ fuerint.n.46.f.381
Probatur autem per præſentationes ſubſequutas.n.50.f.382.
Vnica autem ſufficit effectuata ad quaſi poſſeſſionem nanciſcendam. n.51.
Præſentātium patronorum minor pars vnius ſtipitis à maiori eorum parte abſorbetur. num.49.
Præſentauit qui ſemel, licèt intermedio non præſentauerit, non idcircò in futuris ſibi præiudicium intulit reſp.67 num.30.f.387. & n.31.
Et præſeruatur ſibi ius, & poſſeſſio per præſentationem aliorum.n.32.
Præſentatus à maiori patronorum parte, ipſe inſtituendus eſt.reſp.27.n.1.f.131.
Præſentatus ab his, qui in quaſi poſſeſſione ſunt iuris præſentandi, inſtitui debet.reſp.39.nu. 14.f.216.
Ab his itàq; præſentatus, & inſtitutus amoueri non debet.n.15.
Quàmuis interim iudicium pendeat in petitorio.n.30.
Præſentatus à medietate patronorum inſtitui minime poteſt.n.37.f.220.

Præſtatio.

Præſtationes tot ſunt, quot ſunt anni, reſp.37. n.34.f.207.
Præſtationes annuæ ceſſant ſolutione facta ſortis.reſp.97.n.15.f.541.
Quia earum ſubſtantia ſublata eſt.

Præſumptio.

Præſumptio non procedit, ſi ſcripturæ fuerunt occupatæ.reſponſ.61.in Rotæ deciſ. num.18. fol.349.
Ergò probationem continet intētionis, occupatas illas aſſerentis.
Præſertim in præiudicium ſucceſſoris.n.19.
Præſumptio euidenti cedit probationi. reſp.84. n 17.f.468.
Præſumptionem iuris qui elidere tentat, hoc legitimis probationibus præſtare oportet. num.23.
Quia iuris præſumptio ſine euidentibus non deficit probationibus n.24.
Præſumptio iuris pro veritate habetur.n.25.
Et concludens, ac liquidiſſima probatio dicitur.
Inq; aduerſarium probandi onus reijcit. num.26.

Digitized by Google

I N D E X

Prima.

Prima Sedes à nemine iudicatur.reſp.1.nu.31. fol.4.

Prima Clericali tonſura initiari quis valeat ſeptem (vt minimum) annos completos natus eſſe debet.reſp.46.n.26.f.265.

Antè enim dicitur infans, neq; initiari poteſt.n.27.

Princeps.

Princeps inanitèr loqui non aſtimandus eſt. reſp.33.n.70.f.172.

Quin hoc abſurdum aſtimandum.n.71.

Abijciendum propterea.

Princeps nunquàm in tertij præiudicium decernere quidquam videtur.reſp.53.num.38. fol.304.

Quia illa omnia cum cauſa,& ratione facere videtur.n.39.

Vt Deus,quem ſequi debet.

Princeps fruſtrà loquutus in ſua Conſtitutione videri non debet.reſponſ.80.num.18. fol.450.

Principis mandata obſequenda, eiſq; parẽdum. reſp.100.n.9.f.561.

Principem decet vti liberalitate. reſp.33.in allegat.Lezanæ.n.29.f.181.

Atq; etiam gratitudine n.30.

Principalis.

Principali deſtructo, & acceſſoria deficiunt. reſp.37.n.4. f.207.

Principale enim ſi non tenuit, nec acceſſorium.

Principalis,& acceſſorij vnum eſt iudicium. num.44.

Principium.

Principio quæ ſunt inſtituta malo, nunquàm benè cedunt.reſp.87.n.1.f.479.

Illuſtratur dictis Poetarum.

Difficile eſt enim,vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inſtituta principio.n.2.

Nec conualeſcunt.n.7.

A Deo proindè incipiendum.n.3.

Quia facti dimidium, qui benè cœpit habet.

Proinde Eccleſia cum horas incipit: Deus in adiutorium meum intende; inclamat.n.4.

Prior.

Prior qui tempore,potior in iure eſt. reſp.7.nu. 26. f.40.& n.61.f.42.

Prior clauſtralis,licet ad Abbatis arbitrium reuocabilis ſit,eius tamen morte non reuocatur.reſp.13.n.35.f.70.

Prior manualis ad nutum amouibilis,remoueri poteſt ad omnem voluntatem Superioris. reſp.64. n.66.f.369.

Modò non fiat ex malitia.

Nec ſubſit præſumptio odij.

Priuatio.

Priuatio non admittitur, vbi de ea lex non loquitur.reſp.1.n.21.f.23.

A priuatione ad habitum regreſſus non datur. reſp.57.n.31.f.543.

Niſi per Diuinam potentiam.

Priuilegium.

Priuilegium priuata lex eſt, atq; de iure detrahit ordinario reſp.21.n.55.f.108.

Priuilegium Principis debet latiſſime interpretari.reſp.33.in reſolut.Dianæ n.1.f.178. & n.21. & 53.

Potiſſimùm ſi priuilegium in remunerationem datum fuerit, & benemerita. num.2. & n.54.

Etiam ſi contrà ipſum Principem interpretatio recideret.n.3.& n.27.

Secùs ſi vulneret ius commune.n.11.f.179.

Quod intellige,quando interpretatio eſſet vltrà verborum proprietatem. nu.13.& 15.

Priuilegium odioſum eſt reſtringendum. reſp. 33.in allegat.Lezanæ n.26.f.181.

Dicitur odioſum,quando in præiudicium tendit tertij.

Priuilegium in ſua forma ſeruandum.reſp.93. nu.36.f.514.

Verbiſq; inſiſtendum eiuſdem.

In materia potiſſimùm odioſa n.37.

Priuilegia contra ius commune extendenda non ſunt.reſp.33.in reſolut Dianæ num.14. fol.179.

Vltrà eorum verborum proprietatem.

Probatio.

Probatio dubia, vel æquiuoca nil releuat.reſp. 32.n.87.f.165.

Etiam ſi materia ſit fauorabilis.n.88.

Probatio plena, & concludens requiritur de exiſtentia proceſſus.Et quis cogi poſſit ad illum edendum. reſp.61.in Rota deciſ.nu.15. fol.349.

Et vt ei denegari poſſit audientia.

Probationi indè locus datur, vt, quod incertum,& obſcurum eſt,certum fiat,atq; clare ſcat.reſp.62.n.45.f.355.

Probatione,qui non præſtat,quod aſſerit,foras iure eijcitur, ac repellitur. Ouidij loco illuſtratur.reſp.77.n.35.f.422.

Probationes in materia obiectiua,& graui concludentes eſſe debent,& indubitatæ, et claræ. reſp.99.n.14.f.554.

Probatio dubia, & incerta non releuat. nu. 16.f.555.

Probandi onere is tenetur, qui aſſerit. reſp.33. n.38.f.170.

Nec ſufficit præſumptiuè probaſſe. n.39.

Sed vera perquiritur probatio.

Probandi neceſſitas ei incumbit,qui agit, quiuè dicit,non qui negat. reſponſ.57. num. 10. fol.320.

Probare is tenetur,qui dicit,& quod obſcurum eſt.reſp 62.n.39.f.354.

Proceſſus.

Proceſſum fuiſſe originale probant diligentiæ pro ipſo habendo factæ. reſp.61.in Rota dec. n.11.f.348.

Et ex expenſis factis pro illo redhibendo. num.12.

Procuratio,

Procuratio, quæ Epiſcopo ſoluitur viſitanti, pro victu debetur.reſp 49.n.1.f.178.
Qui ad perſonæ qualitatem, & conuictorum quantitatem debebitur,n.2.
Ratione tamen habita moderantia.n.24.
Modeſtiq; equitatus, famulatuſq;
Et honeſtus, & competens eſſe victus debet. num.26.
Eſt tamen in viſitandorum arbitrio, an illam in pecunia, vel victualibus ſoluere voluerint n.7.f.279.

Prodeſſe.

Prodeſſe ſibi vnuſquiſq; dùm alteri non noceat, prohiberi non poteſt. reſponſ.100. num.29. fol 563.

Producere.

Producere qui tenetur aliquam ſcripturam. ſi facto ipſius accidat,nè producatur, producta habetur, prout deteriùs contra ipſum reſp. 61.n.14.f.344 & n.32.
Et audientia denegatur ei.n.33.

Profeſſio.

Profeſſio ſi ex aliqua cauſa poſt expletum Nouitiatus annum differatur,nihil refert,quin renunciatio firma ſit,iuxtà Sacri Tridentini Concilij formam facta reſp.3. nu.9.f.14. & n 54.f.20.
Et poteſt differri profeſſio ex cauſa, etiam poſt annum n.58.
Profeſſio tacita ex quibus inducatur.num. 52. fol.19
Profeſſionem tacitam Sacrum Concilium nõ abrogauit n 53 f 20.
Profeſſio nulla eſt à Nouitio facta,non præcedente informatione de parentibus,patria,vita,& moribus ingredientis. iuxtà Sixti V. Conſtitutionem.reſp.5.n.2.f.26.
Profeſſio per ſcripturam probari debet. reſp.6. n.32.f 33.
Præſertim verò ad conuincendum profeſſum apoſtaſiæ.n 33.
Profeſſio non expleto Nouitiatus anno emiſſa,nulla eſt n.34.
Integer proinde debet eſſe annus, vt profeſſio valida ſit.n.35.f.34.
Quia in ſubſidium fragilitatis humanæ indultus.
Quarè de momento ad momentum currit. nu.36.
Profeſſio legitimè, validèq; in Religione emitti minimè poteſt,niſi per annum in probatione Nouitius ſteterit.reſp 29. n.7.f.144.
Alioquin nulla eſt profeſſio, nullumq; producit effectum.
Profeſſio contractus eſt vltrò,citròq; obligatorius.reſp.30.n 26.f.200.
Quo Religio Monacho profitenti, & profitens Religioni viciſſim obſtringitur.
Non ſat.itaq; erit ſe Religioni offerre, ni qui Religionis nomine recipiat,intercedat n.3.
Quòd verò in tali domo profiteatur, id ex accidenti eſt.n.28.
Quarè cum Religione agi debebit per eum, qui de nullitate dicit.non cum domo.n.29.
Religio proindè in iudicium nullitatis vocari debebit,non domus.n.30.& reſp.69. nu.1. f.391.
Profeſſio vt cõſtet,duabus perſonis completur, facientis, & recipientis. reſponſ 51.num.60. fol,295.
Profeſſio in Religione,etiam ex malo fine irrita minimè ſit.reſp.52 n 7 f.298.
Profeſſio eſt contractus vltrò,citròq; obligatorius.n.13.
Religionis,& profeſſi vtriuſq; conſenſu perficitur.n.15.
Poteſt vtriuſq; diſſenſu infirmari.
Quòad tranſitum,videlicet,ad aliam.nu 14.
Profeſſio vt legitimè facta intelligatur,in manibus emitti debet legitimi Superioris. reſp. 69.n.4.f.392.
Quarè non ſufficiet, ſi in manibus Epiſcopi loci Ordinarij emittatur.
Quia non poteſt eum Religioni incorporare.
Nulla quoq; eſt, ſi in manibus Superioris non legitimi emittatur.n.5.
Vt Religioni profitentem incorporare valeat. nu.6.
Nec ſufficiet ſubſequens ratihabitio Superiorum legitimorum.n.7.
Et profeſſio Religionis nomine, non proprio admitti debet.n.8.
Et quid ſi communi errore Superior æſtimabatur? n.13.
Profeſſio eſt nulla, ſi Nouitius fuerit receptus in Conuentu non deſignato per litteras Sanctiſſimi,pro Nouitiorum receptione. nu.26. fol.394.
Ex decreto Clementis VIII.
Quod innouauit Vrbanus VIII. n.27.
Profeſſio in Religione emiſſa per ſcripturam probatur.reſp.80.n.24.f.451.
Vel per fidem à libris Religionis.n.25.
Qui autèm contradicere voluerit,probare debebit.n.27.
Profeſſio diſpar non debet eſſe in vno,eodemq; officio reſp.89.n.29.f 490.
Profeſſionem vt emittere quis valeat in Religione ex approbatis duo requiruntur ex Sacro Tridentino Concilio. reſponſ.46. num. 28. fol.265.
Ætas ſexdecim annorum completorum,& annus expletus in Nouitiatu, ſeù probatione.
Alioquin profeſſio erit nulla.
Quia pro forma vtrumq; tempus exquiritur. n.29.
Profeſſionem, qui aſſerit,emiſſam,ipſe docere tenetur.reſp.51.n.2.f.290.
Siuè tacitam,ſiuè expreſſam & n.15.
Profeſſionem tacitam emiſiſſe eam, quæ adhùc indetonſa manet,ridiculum.n.26.f.292.
Et duo ex Sacro Concilio deſiderantur.n.27.
Aetas legitima, & annus Nouitiatus. & nu 45.

Digitized by Google

Profeſsio tacita, præſumpta profeſsio dicitur. nu. 30.

Profeſſio tacita vt induci valeat, quinq; requiruntur. n. 38. f 293.

Et non incipit, niſi poſt expletum Nouitiatus annum. n. 49.

Neq; inducitur, ſi proteſtatio præceſſit. num 45.

Profeſſione ſolemni in Religione ex approbatis emiſſa, quis mutat ſtatum. reſp. 56. num. 20. fol. 317.

Et ſit incapax beneficiorum ſecularium.

Quia renunciat ſæculo n. 23.

Profeſſione Monachus *chaſtitatis votũ emittit. reſp. 7. n. 11. f. 404.*

Præſcinditur proindè ei via habendi filios. & n 13.

Purificata propterea videtur conditio: ſi ſine liberis deceſſerit.

Profeſſus nullitèr à Religione abiens, regreſſum habet ad renunciata. reſp. 5 n. 3. f. 26.

Vndè omnia et reſtituenda, etiam ſi de nullitate dicens diſcedat. n. 22. f. 28.

Quia Tridentinum de profeſsione loquens, de valida intelligitur. n. 24.

Quid autem quoad beneficia. n. 4. f. 26. & n. 25 f. 28.

Et quid iure antiquo in cap. beneficium 4. de regularib. in 6. *n. 5.*

Quid verò iure nouo Sacri Concilij ſeſſ. 25. c. p. 16. de regular. *nu. 12. f. 26.*

Doctorum ſententia diuiſa eſt. quibuſdam negantibus. n. 13.

Affirmantibus alijs. n. 14 f. 27.

Quæ ſententia magis recepta eſt. n 15.

Profeſſus in Religione mortuus æſtimatur. reſp. 60. n. 29. f. 339.

Prohibitum.

Prohibitum cenſetur quod iure conceſſum non inuenitur. reſp. 34 n. 48. f. 190.

Promiſſio.

Promiſsio de releuando aliquem indemnem ob reſignationem beneficij eſt ſimoniaca. reſp. 37. n. 18. f 205.

Niſi Papæ acceſſerit conſenſus. & num. 55. & 58.

Et facta in vno caſu, ad alium non extenditur n. 59 f. 209.

Neq; ad aliam perſonam, quàm expreſſam.

Promotus.

Promotus ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, ſeruitio quaſi addictus videtur Eccleſiæ illius. reſp. 4. n. 25. f 23.

Pronomen.

Pronomen (aliquis, aliqua) ſecundùm ſubiectã materiam interpretatur. & ad vnã ex enumeratis in Conſtitutione cauſis refertur. reſp. 42. n. 42. f. 245.

Pronomen (aliud) de pluribus non verificatur. reſp. 99 n. 39 f. 557.

Niſi aliud appareat ex addito. n. 40.

Vt declaretur per illud.

Pronomen (alius) eſt dictio repetitiua ſimilium. reſp. 33. n. 55. f 171.

Et ſimilia infert.

Sed quandoq; etiam inter diuerſa, atq; omninò diſsita ponitur. n. 56. & 59. f. 172.

Ex ſequentibus, & præcedentibus declaratur. n. 60. & Ibid. num. 28. in allegat Euſebi fol. 177.

Ex ſubiecta tamen materia inter diſsimilia ponitur.

Pronomen (ipſe, ipſius) reſtrictiuè ſtat, & perſonaliſsimum æſtimatur. reſp. 19. num. 26. fol. 99.

Dilatationem proindè abnuit.

Pronomen (quicunq;) omnes comprehendit. reſp. 2. n. 44 f. 19.

Pronomina duo (meum, & tuum) mala omnia, & pericula homini peperere ab hominibus. reſp. 63. n. 7. f. 357.

Quæ, ſi de medio ſublata eſſent, quietiſsimè viuerent homines. ex Tullio.

Procœmium.

Procœmium diſpoſitionis cauſam finalem indicat. reſp. 33. n. 31. in alleg. Lezana f. 181. & reſp. 56. n. 34 f. 318.

Proprietarius.

Proprietarius rei vſum, quàmuis in meliùs in vſuarij præiudicium, commutare non poteſt. reſp. 81. n. 26. f. 455.

Proprietarius, qui rem vſufructui ſuppoſitam fraude immutauit, tenebitur ex dolo vſufructuario. reſp. 82 n. 18 f. 459.

Prorogatio.

Prorogatio ſolutionis fideiuſſorem non liberat. reſp 26. n. 56 f. 130.

Et aliud eſt ſolutionis prorogatio, aliud obligationis.

Operatur tamen, nè fideiuſſores ad damna teneantur. n. 57.

Proteſtatio.

Proteſtatio internum proteſtantis animi ſenſum indicat. reſp. 65. n. 18. f. 372.

Præſertim verò, ſi in actu ipſo proteſtatio fiat. n. 19.

Proteſtationes animi penetrale indicant, atq; declarant. reſp. 6. n 45. f. 35.

Prothocollum.

Prothocollum quod nàm dicatur? ex Græco vocabulo. reſp. 79. n. 17. f. 443.

Dicitur prima collatio.

Siue prima ſcriptura.

Prouerbium.

Prouerbium. Bibimus ex eadem Ciſterna *venenum omnes. reſp. 2. n 2. f. 7.*

Quia poſt primi noſtri parentis Adę peccatum mortis reatum incurrimus omnes.

Prouerbium. Dare herbam vincenti. reſp. 27. n. 35. f. 135.

In ſignum partæ victoriæ.

Prouerbium. De te fabula narratur. reſp. 38. n. 5. f. 211.

Prouerbiũ. Fatuus fatua loquitur. ex Iſaia. n. 38. f. 214. & n. 41.

Pro-

Digitized by Google

I N D E X

Procuratio.

Procuratio, quæ Epiſcopo ſoluitur viſitanti, pro victu debetur. reſp 49. n. 1. f. 278.
Qui ad perſonæ qualitatem, & conuictorum quantitatem debebitur. n. 2.
Ratione tamen habita moderantiæ. n. 24.
Modeſtiq; equitatus, famulatuſq;
Et honeſtus, & competens eſſe victus debet. num. 26.
Eſt tamen in viſitandorum arbitrio, an illam in pecunia, vel victualibus ſoluere voluerint n. 7. f. 279.

Prodeſſe.

Prodeſſe ſibi vnuſquiſq; dùm alteri non noceat, prohiberi non poteſt. reſponſ. 100. num. 29. fol 563.

Producere.

Producere qui tenetur aliquam ſcripturam. ſi facto ipſius accidat, nè producatur, producta habetur, prout deteriùs contra ipſum reſp. 61. n. 14. f. 344 & n. 32.
Et audientia denegatur ei. n. 33.

Profeſſio.

Profeſſio ſi ex aliqua cauſa poſt expletum Nouitiatus annum differatur, nihil refert, quin renunciatio firma ſit, iuxtà Sacri Tridentini Concilij formam facta reſp. 3. nu. 9. f. 14. & n 54. f. 20
Et poteſt differri profeſſio ex cauſa, etiam poſt annum n. 58.
Profeſſio tacita ex quibus inducatur. num. 52. fol. 19
Profeſſionem tacitam Sacrum Concilium nõ abrogauit n 53 f 20.
Profeſſio nulla eſt à Nouitio facta, non præcedente informatione de parentibus, patria, vita, & moribus ingredientis, iuxtà Sixti V. Conſtitutionem. reſp. 5. n. 2. f. 26.
Profeſſio per ſcripturam probari debet. reſp. 6. n. 32. f 33.
Præſertim verò ad conuincendum profeſſum apoſtaſiæ. n 33.
Profeſſio non expleto Nouitiatus anno emiſſa, nulla eſt n. 34.
Integer proinde debet eſſe annus, vt profeſſio valida ſit. n. 35. f. 34.
Quia in ſubſidium fragilitatis humanæ indultus.
Quarè de momento ad momentum currit. nu. 36.
Profeſſio legitimè, validèq; in Religione emitti minimè poteſt, ni per annum in probatione Nouitius ſteterit. reſp 29. n. 7. f. 144.
Alioquin nulla eſt profeſſio, nullumq; producit effectum.
Profeſſio contractus eſt vltrò, citròq; obligatorius. reſp. 36. n 26 f. 200.
Quo Religio Monacho profitenti, & profitens Religioni viciſſim obſtringitur.
Non fuit itaq; erit ſe Religioni offerre, ni qui Religionis nomine recipiat, intercedat. n. 3.
Quòd verò in tali domo profiteatur, id ex accidenti eſt. n. 28.
Quarè cum Religione agi debebit per eum, qui de nullitate dicit. non cum domo. n. 29.
Religio proindè in iudicium nullitatis vocari debebit, non domus. n. 30. & reſp. 69. nu. 1. f. 392.
Profeſſio vt conſtet, duabus perſonis completur, facientis, & recipientis. reſponſ 51. num. 60. fol. 295.
Profeſſio in Religione, etiam ex malo fine irrita minimè ſit. reſp. 52 n 7 f. 298.
Profeſſio eſt contractus vltrò, citròq; obligatorius. n. 13.
Religionis, & profeſſi vtriuſq; conſenſu perficitur. n. 15.
Poteſt vtriuſq; diſſenſu infirmari.
Quoad tranſitum, videlicet, ad aliam. nu 14.
Profeſſio vt legitimè facta intelligatur, in manibus emitti debet legitimi Superioris. reſp. 69. n. 4. f. 392.
Quarè non ſufficiet, ſi in manibus Epiſcopi loci Ordinarij emittatur.
Quia non poteſt eum Religioni incorporare.
Nulla quoq; eſt, ſi in manibus Superioris non legitimi emittatur. n. 5.
Vt Religioni profitentem incorporare valeat. nu. 6.
Nec ſufficiet ſubſequens ratihabitio Superiorum legitimorum. n. 7.
Et profeſſio Religionis nomine, non proprio admitti debet. n. 8.
Et quid ſi communi errore Superior æſtimabatur? n. 13.
Profeſſio eſt nulla, ſi Nouitius fuerit receptus in Conuentu non deſignato per litteras Sanctiſſimi, pro Nouitiorum receptione. nu. 26. fol. 394.
Ex decreto Clementis VIII.
Quod innouauit Vrbanus VIII. n. 27.
Profeſſio in Religione emiſſa per ſcripturam probatur. reſp. 80. n. 24. f. 451.
Vel per fidem à libris Religionis. n. 25.
Qui autèm contradicere voluerit, probare debebit. n. 27.
Profeſſio diſpar non debet eſſe in vno, eodemq; officio. reſp. 89. n. 29. f 490.
Profeſſionem vt emittere quis valeat in Religione ex approbatis. duo requiruntur ex Sacro Tridentino Concilio. reſponſ. 46. num. 28. fol. 265.
Ætas ſexdecim annorum completorum, & annus expletus in Nouitiatu, ſeù probatione.
Alioquin profeſſio erit nulla.
Quia pro forma vtrumq; tempus exquiritur. n. 29.
Profeſſionem, qui aſſerit, emiſſam, ipſe docere tenetur. reſp. 51. n. 2. f. 290.
Siuè tacitam, ſiuè expreſſam & n. 15.
Profeſſionem tacitam emiſiſſe eam, quæ adhùc indetonſa manet, ridiculum. n. 26. f. 292.
Et duo ex Sacro Concilio deſiderantur. n. 27.
Aetas legitima, & annus Nouitiatus. & nu 45.

INDEX

Profeſſio tacita, præſumpta profeſſio dicitur. nu. 30.

Profeſſio tacita vt induci valeat, quinq; requiruntur. n. 38. f. 293.

Et non incipit, niſi poſt expletum Nouitiatus annum. n. 49.

Neq; inducitur, ſi proteſtatio præceſſit. num 45.

Profeſſione ſolemni in Religione ex approbatis emiſſa, quis mutat ſtatum. reſp. 56. num. 20. fol. 317.

Et ſit incapax beneficiorum ſecularium.

Quia renunciat ſæculo. n. 23.

Profeſſione Monachus *caſtitatis votũ emittit. reſp. 72. n. 11. f. 404.*

Præſcinditur proindè ei via habendi filios. & n. 13.

Verificata propterea videtur conditio: ſi ſine liberis deceſſerit.

Profeſſus nullitèr à Religione abiens, regreſſum habet ad renunciata. reſp. 5 n. 3. f. 26.

Vndè omnia ei reſtituenda, etiam ſi de nullitate dicens diſcedat. n. 22. f. 28.

Quia Tridentinum de profeſſione loquens, de valida intelligitur. n. 24.

Quid autem quoad beneficia. n. 4. f. 26. & n. 21. f. 28.

Et quid iure antiquo in cap. beneficium 4. de regularib. in 6. *n. 5.*

Quid verò iure nouo Sacri Concilij ſeſſ. 25. c. p. 16. de regular. *nu. 12. f. 26.*

Doctorum ſententia diuerſa eſt. quibuſdam negantibus. n. 13.

Affirmantibus alijs. n. 14 f. 27.

Quæ ſententia magis recepta eſt. n 15.

Profeſſus in Religione mortuus æſtimatur. reſp. 60. n. 29. f. 339.

Prohibitum.

Prohibitum cenſetur quod iure conceſſum non inuenitur. reſp. 34 n. 48. f. 190.

Promiſſio.

Promiſſio de releuando aliquem indemnem ob reſignationem beneficij eſt ſimoniaca. reſp. 37. n. 18. f 205.

Niſi Papæ acceſſerit conſenſus. & num. 55. & 58.

Et facta in vno caſu, ad alium non extenditur n. 59 f. 209.

Neq; ad aliam perſonam, quàm expreſſam.

Promotus.

Promotus ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, ſeruitio quaſi addictus videtur Eccleſiæ illius. reſp. 4 n. 25. f 23.

Pronomen.

Pronomen (aliquis, aliqua) ſecundùm ſubiectã materiam interpretatur. & ad vnã ex enumeratis in Conſtitutione cauſis refertur. reſp. 42. n. 42. f. 245.

Pronomen (aliud) de pluribus non verificatur. reſp. 99 n. 39. f. 557.

Niſi aliud appareat ex addito. n. 40.

Vt declaretur per illud.

Pronomen (alius) eſt dictio repetitiua ſimilium. reſp. 33. n. 55. f 171.

Et ſimilia infert.

Sed quandoq; etiam inter diuerſa, atq; omninò diſsita ponitur. n. 56. & 59. f. 172.

Ex ſequentibus, & præcedentibus declaratur. n. 60. & Ibid. num. 28. in alleg. at Euſebi fol. 177.

Ex ſubiecta tamen materia inter diſſimilia ponitur.

Pronomen (ipſe, ipſius) reſtrictiuè ſtat, & perſonaliſſimum æſtimatur. reſp. 19. num. 26. fol. 99.

Dilatationem proindè abnuit.

Pronomen (quicunq;) omnes comprehendit. reſp. 2. n. 44. f. 19.

Pronomina duo (meum, & tuum) mala omnia, & pericula homini peperere ab hominibus. reſp. 63. n. 7. f. 357.

Quæ, ſi de medio ſublata eſſent, quietiſſimè viuerent homines. ex Tullio.

Procemium.

Procemium diſpoſitionis cauſam finalem indicat. reſp. 33. n. 31. in alleg. Lezana f. 181. & reſp. 56. n 34. f. 318.

Proprietarius.

Proprietarius rei vſum, quàmuis in meliùs in vſuarij præiudicium, commutare non poteſt. reſp. 81. n. 26. f. 455.

Proprietarius, qui rem vſufructui ſuppoſitam fraude immutauit, tenebitur ex dolo vſufructuario. reſp. 82. n. 18 f. 459.

Prorogatio.

Prorogatio ſolutionis fideiuſſorem non liberat. reſp. 26. n. 56 f. 130.

Et aliud eſt ſolutionis prorogatio, aliud obligationis.

Operatur tamen, nè fideiuſſores ad damna teneantur. n. 57.

Proteſtatio.

Proteſtatio internum proteſtantis animi ſenſum indicat. reſp. 65. n. 18. f. 372.

Præſertim verò, ſi in actu ipſo proteſtatio fiat. n. 19.

Proteſtationes animi penetrale indicant, atq; declarant. reſp. 6. n 45. f. 35.

Prothocollum.

Prothocollum quod nàm dicatur ex Græco vocabulo. reſp. 79. n. 17. f. 443.

Dicitur prima collatio.

Siue prima ſcriptura.

Prouerbium.

Prouerbium. Bibimus ex eadem Ciſterna venenum omnes. reſp. 2. n. 2. f. 7.

Quia poſt primi noſtri parentis Adæ peccatum mortis reatum incurrimus omnes.

Prouerbium. Dare herbam vincenti. reſp. 27. n. 35. f. 135.

In ſignum partæ victoriæ.

Prouerbium. De te fabula narratur. reſp. 38. n. 5. f. 211.

Prouerbiũ. Fatuus fatua loquitur. ex Iſaia. n. 38. f. 214. & n. 41.

Pro-

Prouerbium Elephantem ex Muſcha facere. reſp.94 n.40.f.521.
Loquere, vt te cognoſcam.
Prouerbium. Ex proprio Marte loqui. expenditur. reſp 63. n.24.f.259.
Prouerbium. Funem ad propria trahere. nu. 17.
Prouerbium. Faces quærere lucente Sole.
Vel lucernas in meridie accendere. reſp.32. n 75.f.164.
Prouerbium. In ſcirpo nodum quærere. n.90. fol 105.
Prouerbium. Fiducia pecunias amiſi. expenditur. reſp.79 nu.7.f.441. & reſp.82. num.29. f 460.
Prouerbium. Funem retrahere. reſp 59.nu.60. fol 334. &
Fiducia pecunias perdidi. n.61.
Prouerbium. Homo homini lupus. expenditur. reſp.64.n.13 f.364.
Prouerbium. Incidit in Scillim cupiens euitare Caribdim. reſp.83.n 37 f 465.
Prouerbium. Male coniugati. elucidatur. reſp. 28 n 7.f.137.
Prouerbium. Multa cadunt inter calcem, & ſuprema labra. reſp.100.n.4.f 561.
Et multa inter os, & offam. expenditur, etiã ex Iuſtiniano Cęſare.
Prouerbium. Nodum in ſcirpo quærere. elucidatur. reſp.36.n.33.f.200.
Prouerbium. Non omnibus datum eſt adire Corinthum reſp.13 n.5.f 67.
Prouerbium. Oſtium obdite prophani. reſp.44. n 2.f.249.
Siuè. Fores obdite quiq; prophani. expenditur.
Prouerbium. Palàm loqui, & prouerbium nullum dicere. affertur. reſp.43 n.41.f.245.
Prouerbium Sapienti, ac philoſophico ore prolata ſententia. n.55.f.246.
Prouerbium. Piger in ſuo ſe lecto volutat. reſp.75 n.6.f 417.
Prouerbium. Rem nouam loquimur; immò non nouam, ſed veterem. ex S Hieronymo. reſp. 98.n 5.f 549.
Prouerbium. Securis ad radicem poſita eſt: expenditur. reſp 96.n.36.f.535.
Prouerbium. Tanquàm Aſinus ad liram, in ſcientiarum ſtudijs ſe habere. reſp.55. n.11. fol.310.
Prouerbium. Vide nè damnum effuſi vnguenti, compenſare tibi quæras, vt Iudas, reſp.60. n.38.f.340.
Prouerbiũ. Sapienti, & philoſophico ore prolata ſententia. n.39.
In foueam dare quam ipſe feciſti. n.40.
Prouerbium. Conſerere manus, eſt victum ſe fateri. n.44.f 341.

Prouiſus.

Prouiſus de beneficio ab habente poteſtatē conferendi, manutenendus eſt in poſſeſſione. reſp.11.n.6.f.63.

Proximior.

Proximiores in gradu ad ſucceſſionem ab inteſtato defuncti admittuntur per bonorum poſſeſſionem. reſp.34 n.7.f.187.
Proximior dicitur, quem nemo præcedit. nu.12.

Prudentia.

Prudentia in humanis. vt ex perſona, ex conditione, ex tempore, ex cauſa, ex loco aliquid ſtatuatur reſp.73.n.17.f.410.
Etiam contra teſtatoris voluntatem.

Pubes.

Puberes qui dicantur: reſp.94.nu.24.f.520. & nu.35.

Publicatio.

Publicatio proceſſus omiſſa ſententiam nullam reddit reſp.98 n.12.f.548.
Quæ etiam in ſummarijs iudicijs requiritur. nu.13.
Quia ſpecies defenſionis eſt.
Non eſſe de ſubſtantia aliqui voluere, ſed de iuſtitia. n.14.
Quod reprimitur, ſi à non facta publicatione appellatum fuerit n.15.
Vel ſi teſtes ſecretò recepti fuerint n.16.
Vel ſi publicationem fieri petitum. n.17.
Publicationes ex Cõſtitutione Gregorij XIII. reſignatorum beneficiorum, qui factas fuiſſe aſſeruerit; ipſe probare tenebitur. reſp.86. n.8.f 476.
Retrahe tamen in triennali. n.9
Multòq; magis in decennali poſſeſſore.
Vel vlteriori.
Negatiuam autem (publicationes factas non fuiſſe) probare debet, qui ſe fundat in illa. nu. 9.
Præſumuntur tamen facta ex lapſu temporis. n.15.f.477.
Et per immiſſionē in poſſeſſionem per Executorem Apoſtolicum, illiuſq; aſſertionem. nu.14.
Quia extrinſeca quędam ſunt ſolemnitates, quæ lapſu temporis præſumuntur.
Neq; enim eum Delegatus Apoſtolicus in poſſeſſionem immiſiſſet. n.18.

Puer.

Pueri appellatione, puella quoq; comprehenditur. reſp.90. n.14.f.494.

Q

Quæ.

QVæ Religioſis adhærent, Religioſa efficiuntur. reſp.18 n.20.f.91.
Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. reſp. 38.n.20. fol.212.

Qualitas.

Qualitas eius, cui donatio facta fuit, cauſam aperit, quarè facta. reſp.34.n.20.f.188.
Qualitas, quæ fuit, nec eſt, pro nihilo æſtimatur reſp.43.n.24.f.243.
Qualitates vbi plures in aliqua re perquiruntur, omnes coniunctim adeſſe oportebit.

Qua-

Qualitatem à ſtatuto,vel conſtitutione perquiſitam, qui dicit adeſſe, probare vtiq; debebit, illam adeſſe tempore, quo fit actus. num.28.
Quod ſi nõ verificetur de illo tempore, actus eſt nullus.n.63.
Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.reſp.76. n.52.f.427.
Qualitas verbo adiecta,ſecundùm tempus ipſum verbi intelligitur. reſponſ.88.num.22. fol.486.
Vt eo ſcilicet tempore adſit.
Quæ autem non eſt,grauare non debet.n.23.
Probari debet per aſſerentem illam.n.24.
Coarctat enim diſpoſitionem in illa ſpecie qualitatis.
Vt in alia eſſe non poſſit.
Et debet adeſſe tempore illo,pro quo poſita eſt.n.25.
Alioquin non operatur.
Præſertim in legatis.n.26.
Qualitas(vtputa accidens)ſine ſubiectò ſtare non poteſt.reſp.97.n.16.f.542.
Qualitatis cognitionem ſubſtantiæ cognitio præcedere debet.reſp.98.n.7.f.547.
Qualitates requiſitæ à lege,vel conſtitutione, vt aliquis eligatur ad aliquod officium, electionis tempore adeſſe debent.reſponſ.42.nu. 35.f.239.
Et probandæ erunt.n.29.
Quia ſunt fundamentum intentionis aſſerentium.
Qualitas adiecta verbo,ad tempus ipſum verbi probari debet.n.40.& reſp.43.n.37. fol.244.

Quantitas.

Quantitas certa ex certo fundo legata,debetur etiam ſi ſterilis annus fuerit, atq; fertilis cum infertili compenſatur reſp.15.num.26. fol.81.

Quaſi poſſeſſio.

Quaſi poſſeſſio præſentandi non transfertur in hæredes ſine noua apprehenſione.reſp.66. n 48 f.382.
Id eſt ſine nouo vſu,& exercitio præſentandi.
Vnica verò ſufficit n.51.

Quintilianus.

Quintilianus Mandoſius extollitur vti vir doctus,reſp.19 n.8.f 93.

Qui.

Qui differt facere,quod debet, non poteſt petere,quod ei debetur.iuris eſt principium. reſp.77.n.24 f 431.
Quicunq; pronomen,omnia comprehendit.reſp. 52.n.23.f.299.
Qui per ſe aliquid non poteſt, neq; alijs demãdare illud poterit.reſp 21.n.19 f.106.
Qui ſibi nequaquàm,cui alij bonus erit? reſp. 29.n.9.f.141.

Quibus.

Quibus communicamus viuis,communicamus & mortuis.reſp.21.n.52.f.108.

Quod.

Quod ab initio eſt voluntatis, fit ex poſt facto neceſſitatis,reſp.13.n.42.f.71.
Declara.n.44.
Quod de vno negatur, de alijs conceditur,ex duobus illatis.reſp.85.n.31.f 474.
Quæ propoſitio in quacunq; materia locum habet.
Quod differtur,non aufertur.diſpẽditur axioma.reſp.75.n.16.f.418.
Quod fieri non poteſt, nec incipiendum quidem eſt:reſp 42.n.1.f.236.
Quod in gratiam inductum eſt, in odium retorqueri minimè debet.reſp.10.n.23.f.60.& reſp.28 n.66.f.141.
Quod in vno conceditur, in alijs negatur.reſp. 87.n.28 f.481.
Quæ regula,& affirmatiuè,& negatiuè veritatem habet n.29.
Et quod in vno permittitur, in alijs prohibitum videtur.n.30.
Eodemq; modo quod negatur.n.32.
Namq; regula vtrinq; procedit,& affirmatiuè,& negatiuè.n.33.
Quod non mutatur,quarè ſtare prohibeatur? reſp.8.num.33.fol.47.reſponſ.13.num.29. f.59 reſp.25.n.18.fol.124.& reſp.49.nu.6. fol.279.

R

Radix.

R*Adix corrupta peſte,talem producit fructum.reſp.93.n.6.f.511.*

Ratihabitio.

Ratihabitio retrotrahitur ad actum anteà geſtum.reſp.63.n.23 f.359.
Ratihabitio locum non habet, ſi geſtum quid non fuerit eius nomine, qui ratum habet. reſp.69.n.9.f.392.
Vel quãdo de graui agitur præiudicio.n.10.
Neq; actus ab initio nullus fuerit.n.11.
Et à voluntate pendeat alterius.
Vel in præiudicium tendat tertij.n.12.
Ratihabitione an confirmari poſſit annui cenſus conſtitutio,cuius inſtrumentum non reperitur per ſolutionem cenſus? Negatiuè reſpondetur.reſp.79.n.53.f.446.
Quia,quod nullum eſt,ratum haberi non poteſt num.54.
Ratihabitio factum ſupponit.num.55.
Et mandato æquiparatur.num.56.

Ratio.

Ratio de per ſe ſtare non poteſt, & antè,& retrò prouidere debet.reſp.15.num.57.fol.84.
Ratio legis vbi par eſt,par quoq; eſſe determinatio debet.reſp.24.n.15 f.120.
Neq; curãdum de caſuum diuerſitate,dummodò in omnibus ea.. m ſit ratio.num.16.
Quia ratio attendi debet,quæ communis eſt lex.num.17.
Ratio,quæ vna eſt, de omnibus in ea comprahenſis exaudir debet.n.18.

I N D E X

Vndè licèt de aliquibus exprimatur, de omnibus tamen exauditur.n.20.

Ratio eſt, quæ dictum regulat, dirigitq; ad normam rationis ipſius.reſp.45.n.25.f.258.

Ne diſcordans à ratione dictum videatur.

Ratio vbi eſt vna, idem ius dari debet. reſp.60. n.32.f.340.

Ratio quidem breuiter apparet, argentum minimè ex Plauto A... agium.vel ex Terentio.

Non ratio, ſed argentum deeſt. perpenditur. reſp.62.n.1.f.351.

Siuè Rationes reddidit, ſed argenti rationem quoquam compareret.n.4.

Rationes reddere quid ſit n.2.

Non tantùm inſtrumenta exhibere importat, ſed & reliqua ſoluere.& n.26.

Quonam ordine ſint reddenda.n.5.

Ratio vbi vna diſpoſitionis eſt, vna quoq; iuris eſſe diſpoſitio debet.reſp.90.n.25.f 495.

Sicuti, ſi diuerſitatis ratio reddi minimè poteſt.n.26.

Ratio nempè vbi par eſt, idem ius expoſcit. nu 27.

Rationem adminiſtrationis ſuæ quilibet reddere tenetur Deo.reſp.46.n.39.f.266.

Rationes, qui reddidit: ſi vt oportuit ſe geſſit, in damno eſſe haud debet.reſponſ.62.num.6. fol 351.

Si quid verò detinet condemnari.

Vel ſi quid dolo geſſit.n.7.

Tunc nempè rationes improbè reddit.

Vel ſi quid dolo o... n 9.

Ratum.

Ratum haberi non poteſt, quod nullum eſt. reſp.51.n 41.f.293.

Neq; electum.

Rector.

Rector ſuo ſolo aſſenſu Eccleſiæ *præiudicium inferre haud poteſt.reſp.58 n.31 f.325.*

Neq; ſucceſſoribus.n.50.& 74.

Reddere.

Reddere tenetur, qui debet.ex Domini *ſententia. Matthæi 18.23.Redde, quod debes.reſp. 64.n.29.f.353.*

Et redde eum, qui debet, ſequitur.n.31.

Redditus.

Redditus Nouitiatui addicti, & bona.non loco, ad quemcunq; transfertur locum Nouitiatus, ſecum bona, & redditus pertrahet.reſp. 73.n.46 f.412.

Quia res affectione ſua inuſta tranſit.n.47.

Regnum.

Regnum Cœlorum non in verbis, ſed in operatione conſiſtit.reſp 64.n.26.f.365.

Regula.

Regula ſtandum eſt, vbi caſus exceptus non reperitur.reſp.21.n.56.f.108.

Fundatam proinde intentionem ſuam habet, pro quo eſt regula.n.57.

Et in aduerſarium onus transfert exceptionem probandi n.58.

Regula ſtandum donec exceptio probetur. reſp.84.n.20.f 468.

Qui autem exceptionem dixerit, probare tenebitur.n.21.

Quod enim de regula eſt, certum, euidenſq; dicitur.n.22.

Proinde caſus, qui à regula deficiunt probandi.

A regulis iuris diſcedendum minimè eſt, niſi quatenus per ius ipſum exceptum fuerit. reſp.3.n.50.f.20.

Regularis.

Regularis de vna in aliam Religionem iuſtis ex cauſis, facta ſibi licentia per Superiorem prioris licitè tranſit.reſp.52.n.2. f 297.

Potiſſimùm verò ſi licentia acceſſerit Papæ.

Regularis ad ſecularem Eccleſiam intitulari quare non debeat.reſp.89.n.28.f.490.

Duplex affertur ratio ex Lezana, & etiam tertia n.29.

Vel ſi habeat vſum mitræ, & Collegium *Presbyterorum ſecularium.n.30.*

Præſertim ſi ex Ordine Mendicantium ſit. n 31.

Requiritur proindè Sanctæ Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio.n.32

Non diſpenſabit proindè ſecularis Princeps. n.38.

Quin peſſimè peccabit.n 40.

Præſertim ob grauamen, quod Monaſterio *infertur n 42.*

Et ad reſtitutionem tenebitur ob graue damnum, quod ſecularibus Clericis infertur n 47.

Regulares Conſeruatores ex Iudicibus ſynodalibus eligere tenentur, ex Gregorij XV. Conſtitutione reſp 43.n.62.f.147

Non ex Synodalibus Conſtitutionibus Epiſcoporum.

Et electio contra formam facta eſt nulla. nu 63.

Regulares quoad animarum curam in Parochialibus Epiſcoporum iuriſdictioni ſubijciuntur.reſp.56.n.35.f.318.

Regularibus antiquitus permiſſum erat ad curatas Eccleſias intitulari.reſponſ.89.num.35. fol 491.

Præſertim Canonicis regularibus.

Iure tamen nouiſſimo, niſi ad Cathedrales eligi eos omnino prohibetur.nu.36.

Præſertim Fratribus Minoribus.

Vel alijs Mendicantibus.

Sine tamen diſpenſatione Apoſtolica. nu.37.

Ex declaratione Gregorij XIII.& ex Sacra Congregatione.

Relatio. Referens.

Relatio ad proxima relata fieri debet.reſp.37. n.52.f.208.

Non ad extranea, & remota.

Quod nulla ratio ſuadet.

Referens eatenus probat, quatenus eſt in relato reſp.71.n 14 f.401.

Relato itaq; exiſtente, referens euaneſcit. & reſp.79.n.30.f.441.

Nàm

Nàm relatio à relato regiſtratur.n.31.
Præſertim verò ſi ſcripturę ſint ſeparatæ.
Quia relatum attenditur,nõ referens.n.32.
& reſp.98.n.52.f.551.
Error proindè, vel vitium, quod in relato eſt,in referente erit.n.53.

Relictum,

Relictum pro anima,vel exoneratione conſcientiæ,ex ſe ſimplicitèr reſtitutionem pro malè ablatis non infert. reſponſ.32.num.21. fol.160.
Niſi ex coniecturis probetur.

Relinquo.

Relinquo, verbum, importat quandoq; hæredis inſtitutionem. reſponſ. 78. num.23. fol.437.

Religio.Religioſus.

Religio communis profeſſorum mater eſt,reſp. 36.n.13.f.199.
Ipſi autem omnes Fratres ſunt.
Religio reſtitutionem habet in integrum ad petendum regularem, qui cum eius damno ad aliam tranſijt. reſponſ. 52. num.29. fol.299.
Religio Diſcalciatorum Carmelitarum à Sancta Matre Tereſia in arctiſſima reformatione inſtituta fuit. reſponſ.73. num.44. fol.412.
Et proindè excepta à Decretis Clementis VIII.de Nouitiatibus deſignandis per Breue Sanctitatis ſuæ.
Religiones à regula obſeruatione dilapſas ad obſeruantiam reuocare Clemens VIII. intendit.reſp.69.n.29.f.394.
Id autem præſtatur per Iuuenum optimam informationem.
Proindè decreto mandauit, vt illi in Monaſterijs deſignatis pro Nouitiatu educarentur.n.30.
Alioquin profeſſiones eſſent nullæ.n.31.
Et vt Nouitij non reciperentur ſine licentia Sanctitatis ſuæ.n.32.
Vel Sacræ Congregationis.
Vel Ordinarij.
Validauit tamen profeſſiones nonnullorum, qui ità profeſſi fuerunt.n.33.f 395.
Facultatemq; conceſſit eidem Religioni,nouitios in poſterum admittendi, etiam non habita huiuſmodi licentia.
Et hanc prohibitionem omninò de medio ſubſtulit Vrbanus VIII.n.41.
Suprà modum tamen premere viſus eſt, vt Iuuenes optimè educarentur.n.39.
Proptereà nunquàm diſpenſare viſus fuit in locis pro Nouitijs recipiendis.& n.40.
Religioſus eſt effectu is dicitur,qui vel expreſsè, vel ſaltim tacitè profeſſus eſt.reſp.51.n.52. fol.294.
Religioſi viri Caſtra Dei ſunt, & Chori Caſtrorum.reſp.18.n.16.f.94.

Remiſſoria.

Remiſſoria non datur quotieſcunq; adeſt præſumptio calumniæ. reſp.21. in 2.dec.Coccini. n.1.f.113.
Præſertim ſi calumnia eſt vehemens.n.2.
Remiſſoria non denegatur.quando articuli ſunt releuãtes,ex ſola præſumptione calumniæ. n.4.
Præſertim ſi datur aliquis fumus,vltrà releuantiam articulorum.n.5.
Remiſſoria non datur poſt didicita teſtificata,ſuper eiſdem,vel directò contrarijs.n.8.
Propter timorem ſubornationis.
Limita,quando articuli magis dantur ſpecificati,& diſtincti.n.9.
Et quando dantur ad coadiuuandas probationes iàm factas.

Remittens.

Remittentibus actiones ſuas non eſt regreſſus dandus.reſponſ.7.num.18.fol.39.& nu.28. fol.40.

Renunciatio.

Renunciatio facta ab ingreſſuro Religionem, etiam animo ingrediendi, non illam exquirit ſolemnitatem,ſiue formam, quam Sacrum Tridentinum Concilium cap.16. ſeſſ. 25.de regularib.in Nouitijs antè profeſſionem exquirit.reſp.3.n.6.f.13.
Referuntur Sacræ Congregationis declarationes.
Licèt alij contrariam ſequantur ſententiam. n.7.f.14.
Verùm prior magis ſequuta, atq;conformior verbis, mentiq; Sacri Concilij,quod de Nouitijs loquitur.
Renunciatio facta ab ingreſſo non ſeruata forma Sacri Concilij,nulla eſt,& inualida. n.8.f.14.
Etiam piæ cauſæ fauore.
Etiam Sacramento firmata.& n.45.& 48. fol.19.
Etiamſi diſpoſitioni Concilij ſit renunciatum.
Neq; firmitatem obtinet,quòd poſt multa tempora profeſſio ſequatur n.59.
Renunciatio à Nouitio contra formam Sacri Concilij facta,non indè fit valida,quòd profeſſio longe poſt annum Nouitiatus ſequuta fuerit.n.54.f.20.
Renunciatio inualide facta, firmitatem non obtinet ob tacitam profeſſionem.n.61.
Vt etiam poſt obitum dicti ſic profeſſi de nullitate dici valeat ad reſtitutionem bonorum.
Neq; etiam per profeſſionem ſequutam poſt multa tempora expleto Nouitiatu. num.62.
Renunciatio ſeruata forma à Sacro Tridentinò Concilio præſcripta facta, firmitatem nõ obtinet,niſi profeſſio ſubſequatur.num.63. fol.20.
Infirmatur verò, ſi Nouitius vel abierit, vel obierit antè profeſſionem emiſſam. num.64.
Renunciatio bonorum à Nouitio facta vt firma ſit duo in ſe habere debet ex Sacri Tridentini Concilij præſcripto.reſp.6.n.49.f.35.

Neq; effectum ſortitur,niſi ſequuta profeſſione.
Et alitir facta, nulla,& inualida eſt.nu.50.
Renunciatio æquiuoca non ſubleuat, ſicuti probatio.reſp.8.n.24.f.46.
Etiam in materia fauorabili. n.25.
Vndè debet eſſe neceſſariò concludens.n.26.
Renunciatio ſucceſſionis à filia facta,ab inteſtato exauditur,n.57.f.49.
Strictè igitur exaudienda venit, in terminis,de quibus loquitur.n.58.
Renunciatio generalis ad fideicommiſſum non extenditur.nu.27.f.46.
Etiam data fideicommiſſi ſcientia.
Etiam iuramento accedente.n.28.
Et in dubio non renunciatum fideicommiſſo æſtimare debemus.n.29.f.47.
Potiſſimùm poſtquàm fuit fideicommiſſum acceptatum.n.30.
Et in fauorem tendat familiæ.
Nàm efficitur irreuocabile.n.31.
Præſertim ſi in actu inter viuos rogatum fuerit. n.32.
Quia etiam abſentibus proficit.
Renunciatio mulieris cum viro traditur propter dotem,nullo officit modo filijs,quin de linea dicantur. reſp.23.n.7. & nu.9.& 12. fol.117.
Et renunciatio exauditur ab inteſtato, non ex teſtamento.n.10.
Hi verò per fundationem vocantur. n.11.
Renunciatio,quæ realis eſt ,perpetua æſtimatur.reſp.29.n.15.f.145.
Et perpetuò ſic renuncians à renunciatis ſe abdicaſſe videtur.n.16.
Veluti mortuus.
Et qui ex numero non ſit viuentium.
Quod potiſſimùm in muliere procedit Religionem ingrediente.n.17.
Renunciatio generalis eſt totius iuris excluſiua.n.20.
Renunciatio filiæ ſtrictis vallata clauſulis, atq; ampliſſimis, omnem ad renunciata reuertendi cauſam amouet. reſponſ.29. nu.36. fol.147.
Præſertim verò ſi alij filij patri non præmoriantur.n.37.
Vel etiam ſi moriens pater,inſtitutis filijs, renunciantem filiàm excluſerit.n.38.
Renunciatio omnis ſtricti iuris eſt,& ſtrictè exaudiri debet.reſp.34.n 53.f.190.
Non extendi de perſona ad perſonam.
Renunciatio per Nouitium emittenda, ante duos menſes ante profeſſionem fieri debet,& cum licentia Epiſcopi,ſeù eius Vicarij, per Sacrum Tridentinum Concilium. reſp.43. n.20.f.242.
Quod in hoc,formam tradit.n.21.
Renunciatio beneficij formalitèr ob pecuniam facta, etiam in gratiam collitigantis,ſimoniaca eſt.reſp.44.n.29. f.251.
Ratio affertur.
Secùs verò ſi ob lites ſedandas,& ob uexationes inuicem effugiendas,expenſaſq; vitãdas fiat.n.31.
Ob bonum pacis quid detur.n.36.
Non primariò, neq; in pretium renunciationis.
Quia licuit vexationem,damnumq; ſuum redimere.n.32.f.252.
Quod etiam ex Diui Thomæ ſententia comprobatur.n.33.
Ratio affertur.n.34.
Et circa temporalitatem concordia cadat, non circà ſpirituale.n.35.
Potiſſimùm verò, ſi renunciatio facta fuerit,reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & non aliàs.n.37.
Quia conditionalis dicitur.n.39.
Renunciatio,quæ fit per ingreſſum Monaſterium,vt valida ſit,quæ habere debeat.ex Sacro Tridentino Concilio. reſponſ.56.nu.10. fol.316.
Et locum habet etiam in beneficijs.n.11.
Renunciatio bonorum per profeſſurum in Religione fieri debet per duos menſes ante profeſſionem.reſp.72.n.26.f.406.
Et cum licentia Epiſcopi.ex Sacro Tridentino.
Renunciationem factam fuiſſe in tempore à Concilio ſtatuto dicens, probare tenetur. reſp.3.n.32.f.17.
Atq; ſolemnitates interceſſiſſe ab illo requiſitas.
Quia diſpoſitio Concilij conditionalis eſt. nu.33.
Renunciatione facta beneficij per ingreſſum in Religionem, ius non acquiritur nouo beneficiato per renunciationem,ſed per collationem,vel inſtitutionem.reſponſ.5.n u.31. fol.28.
Ius ergò ei quæritur in perpetuum n.32.
Non æque tamen in renunciatione bonorũ, quæ per ſolam renunciationem quæruntur, vt neq; minor 25.annis (re non integra) reſtituatur.n.33.
Quia iuſtiſſima fuit renunciatio. num.34. fol.29.
Et minor non reſtituitur niſi læſus.
Atq; non niſi in petitorio id dicere poterit vocato prouiſo.n.36.
Renunciationes à ſororibus factæ,fratrum ſemper fauore factæ cenſentur. reſp.29.nu. 28. f.146.
Renunciationes acceptare videntur patres à filiabus pro omnibus filijs.n.32.
Præſertim attentis clauſulis(& cætera,in perpetuum,ad habendum.n.33.
Renunciare eſt à ſe priuare,ſeù à ſe abdicare renunciata.reſp.29.n.18 f.145.
Renunciat vniuerſis,qui affectum renunciandi retinet,reſp.89.n.7.f.489.
Renunciata ſemel repetere nemo poteſt. reſp. 29.n.1.f.143.& n.36.
Renũciatio à profiteri in Religione volẽte, ni à Sacro Tridentino Concilio forma præſcripta

ſcripta

ſcripta ſeruetur, nulla eſt. n. 2.
Non tamen procedit in ingreſſuro, ingreſſuraue. n. 3.
Quamuis ingreſſus ipſius intuitu renunciatio fiat. n. 4.
Et abſoluta Doctorum *ſententia. n. 5.*
Et à Sacra Congregatione declarata.
Quicquid Molfeſius *dixerit n. 8. f. 144.*

Reprobatio.

Reprobare non poſſum ſemel approbatum. reſp. 13. n. 44. f. 71.

Repugnantia.

Repugnantia ſtare ſimul non poſſunt, cùm inuicem ſe expungant. reſponſ. 6. num. 41. fol. 34.
Repugnantia loqui diſponentem in vna diſpoſitionis ſerie non aſtimandum. reſp. 29. nu. 30. f. 146.
Ratio aſſertur. n. 32.

Res.

Res eſt ſatis difficilis, ac labore plena inueſtigare ſapientèr de omnibus, quæ ſub Sole fiunt. reſp. 3. n. 1. f. 13.
Res dicitur integra quomodò? reſp. 12. num. 2. fol. 64.
Res legata ab teſtatore ob neceſſitatem ſi alienetur, debetur nihilominùs legatum. reſp. 15. n. 27. f. 81.
Modò contrarium teſtatorem voluiſſe non appareat.
Et quid ſi ſubſtantia rei defecerit? n. 29.
Res iudicata pro veritate habetur. reſp. 51. nu. 10. fol. 291.
Res primò exiſtere debet. reſponſ. 55. num. 23. fol. 311.
Deindè rei qualitates dari.
Res Eccleſiæ alienabilis ſemel facta, ſemper perdurat alienabilis. reſponſ. 73. num. 41. fol. 412.
Res tranſit ſuo onere preſſa ad quemcunq; illa progrediatur. n. 47
Res aliena legari etiam poteſt. reſp. 78. nu. 16. fol. 437.
Res prius in eſſe conſtitui debet, vt ex illa exiſtente operationes dari valeant. reſp. 79. nu. 50. f. 446.
Res vbi deeſt, nec nomen habetur. nu. 51. & reſp 98. n. 6. f. 547.
Prius quid res ſit? quæritur, poſtmodùm verò qualis ſit.
Rei ſuæ quilibet eſt moderator; & arbiter. reſponſ. 9. num. 57. fol. 56. & reſp. 92. nu. 21. fol. 506.
Non aliorum.
Rem emptam ab vxore matrimonij tempore vindicare hæredes non poſſunt ex præſumptione legis Quintus Mutius. *reſp. 84. n. 46. fol. 479.*
Sed ad pecuniam tantùm ius habent.
Multòq; magis ad pecuniam habebunt ex re vendita, quæ viri aſtimatur. n. 48.
Re ſua nè quis vtatur liberè prohibere nemo poteſt. reſp. 33. n. 8. f. 168.
Quin cuilibet liberum manet arbitrium ſua moderandi, vt libet.
Siuè inter viuos, ſiuè in ſuprema voluntate. num. 9.
Etiam ad pia diſponendo.
Re qui priuatur, nomen habere non meretur. reſp. 76. n. 51. f. 427.
Res omnes viſibiles, velimus, nolimus relinquendæ. reſp. 9. n. 29. f. 53.
Res duæ ſunt, quæ maximi negotij ſunt hominibus. ex Plauto. reſp. 70 n. 4. f. 397.
Nauis, & Mulier.
Res alienæ vendi, & locari poſſunt. reſp. 71. nu. 9. f. 400.
Poteſt tamen res emptori auferri.
Res humanæ nihil habent firmum. reſp. 73. n. 8. fol. 409.
Res accedere debent hominibus, non homo rebus. n. 11.
Neq; inferior rebus eſſe.
Propter dignitatem hominis. n. 13.
Res omnes humanæ vti finitæ ſuis clauduntur terminis. reſp. 81. n. 1. f. 453.
Contrà iuſtitiam proindè facit, præfinitos qui terminos transgreditur. n. 2.
Res inter diuinas, & humanas ex Gentilibus quoq; longa agnoſcitur differentia. reſp. 58. n. 1. f. 323.
Vt Pythagoras à quibuſdam, quòd Numinibus eſſent conſecrata, abſtineri iuſſerit. num. 2.
Ratio aſſertur. ex ſacris litteris. n. 4.
Quia eleuantur, quæ Deo ſacrantur, vt diuina quaſi fiant n. 5.
Qui ea inuadit, diripit, rapit, ſacrilegus efficitur. n. 6.
Et quarè? n. 7.
Alienari propterea probibentur. n. 11.
Et humanibus nexibus alligari non debent. nu. 78.
Et ſecundùm ſacros canones iudicandæ. quia in ſacris laici nullum habent ius. num. 79.

Reſcriptum.

Reſcriptum auocatorium iuriſdictionis eſt nullum. reſp. 51. n. 67 f. 296.
Nec iuriſdictionem tribuit. n. 68.
Reſcripta contrà iuſtitiam Iudices refutare debent, & poſſunt. reſp. 75. n. 32. fol. 419.

Reſeruatio.

Reſeruatio iurium mentem declarat reſeruantis. reſp. 47. n. 36. f. 272.
Nolleq; præiudicium inferre.
Sed magis conſeruare iura.
Reſeruatio nulla retinetur in articulo mortis. reſp. 48. n. 29. f. 275.

Reſignatio.

Reſignatio, ſeù Eccleſiæ ceſſio pro morte habetur. reſp. 60. n. 12 f. 338.
Quia pro mortuo habetur reſignans, cùm illius curam non obtineat ampliùs. n. 14. & num. 28.
Quod ſi id tentauerit, de gradu cadet. n. 29.

Reſponſio.

Reſponſio debet eſſe correſpondens, & congruēs petitioni. reſp. 45. n. 8. f. 256.
Eiq; cathegorica.
Perquam, reſponſiones petenti quis obligatur. n. 9. f. 257.
Non eſt tamen neceſſe eiſdem verbis omnia repetere. n. 10.
Ratio affertur. nu. 11. & reſponſ. 92. nu. 47. f. 519. & n. 48

Reſpublica.

Reipublicæ intereſt familiarum dignitatem ſaluam fieri. reſp. 8. n. 10. f. 45.
Quemadmodùm & partum non ſubijcit. nu. 11.
Reſpublicas beatas fore, dixit Boetius, ſi eas vel ſapientes, vel ſapientiæ amatores gubernarent. reſp. 45. n. 18. f. 257.

Reſtitutio.

Reſtitutio non datur ei, qui antèquam Religionem ingrediatur, beneficio renunciauit, ſi poſtmodum egrediatur. reſponſ. 5. nu. 10. fol. 26.
Quia à poſſeſſione cecidit.
Et de nullitate dicere renunciationis petitorium reſpicit. n. 11.
Reſtitutio abſolutè facienda. reſp. 15. num. 62. fol. 85.
Reſtitutio malè acceptorum neceſſaria eſt, vt fiat. reſp. 32. n. 17. f. 160.
Reſtitutio malè acceptorum de neceſſitate eſt ſalutis æternę. n. 69. f. 164.
Quemadmodùm conſeruare iuſtitiam.
Reſtitutio eſt in priorem ſtatum repoſitio. reſp. 58. n. 17. f. 324.
Supponitq; rei identitatem. n. 18.
Tunc dicitur, cùm quiſq; integrum ius ſuū recipit. n. 19.
Et in æqualitate conſiſtit rei ad rem. n. 20. & n. 72.
Eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ.
Nec materialitèr tantùm eſſe debet, ſed etiā formalitèr. n. 21.
Et nemo duorum in damno eſſe debet, neq; in lucro. n. 22. & n. 28.
Sed damnum ex vtraq; parte compenſari debet. n. 23.
Tantum debet dari, quantum ablatum fuit. n. 24.
Reſtitutionis nudum nomen alteri nocere non debet. n. 26.
Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate conſiſtit. reſp. 92. nu. 25. fol. 507.
Importatq; redditionem eius, quod iniuſtè ablatum eſt.
Reſtitutio de neceſſitate ſalutis eſt. n. 27.
Reſtitutio debet fieri ei, à quo iniuſtè aliquid acceptum eſt. reſp. 92. n. 54. f. 507.
Et quarè?
Reſtituere quid? n. 35.
Reſtitutio incertorum in commodum faciē da eſt animarum eorum, quibus illa debentur. n. 63.
Reſtitutio denegatur, vbi de materia agitur ſcandaloſa. reſp. 94. n. 31. f. 520.
Atq; peccati nutritiua.
Reſtitutioni quod obnoxium eſt, id alienum æs in bonis defuncti ęſtimatur. reſp. 32. nu. 65. f. 164.
Quod ſi incertum ſit; Eccleſijs, vel pauperibus debetur.
Vt neq; ex illis legitima filijs debeatur. num. 66.
Neq; poſſit teſtator de illis diſponere ſine animæ præiudicio. n. 68.
Reſtituere qui poteſt, & non reſtituit, dolo facere videtur. reſp. 62. n. 39. f. 354.

Retentio.

Retinere nemo poteſt, quod vendit. reſp. 43. nu. 14. f. 250.

Reus.

Reus poteſt apud ſuum Iudicem competentem exceptionem, etiam per viam principalis petitionis, proponere. reſp. 75. n. 7. f. 417.
Quia reus originarius ſemper perdurat.
Vt actores dicuntur neceſſarij.
Reorum eſt fugere. expenditur. numer. 3. fol. 416.
Quia conſcientia exſtimulantur, vt commeritam auertant pœnam.
Ità Adam à facie Domini Dei ſe abſcondit.
Quia peccauerat. n. 4.

Riccius.

Riccij ſententia refellitur. reſponſ. 4. num. 11. fol. 22.
Et etiam à Nouario. n. 27. f. 24.
Ad bonum tamen ſenſum reducitur. nu. 23. fol. 23.
Quæ reductio etiam declaratur. n. 26.

Rutilius.

Rutilius Gallacinus Canonicus Neapolitanus celebratur. reſp. 73. n. 7. f. 408.
Bonorum ſuorum hæredem inſtituit Monaſterium Matris Dei Patrum Diſcalciatorum Carmelitarum.

S

Sacerdos.

Sacerdos ſuas operas locare videtur pro ſacris operandis. reſp. 16. n. 10. f. 89.
Debetur ergò ei ex iuſtitia merces. n. 11.
Non quaſi ſtipendium ſacrificij, ſed ſuſtentationis. n. 13.
Sacerdos, cui à prędone duo digiti cum medietate palmæ abſciſſi fuere, inhabilis ad celebrandum ab Eugenio Papa iudicatus fuit. reſp. 22. n. 8. f. 115.
Sacerdoti ſacris operanti merces ex iuſtitia debetur. reſp. 15. n. 44. f. 83.
Vt ſtipendium ſuſtentationis. & reſp. 57. n. 6. f. 319.
Et beneficij ſtipendia pro miſſarum celebratione, merces pro labore dicuntur, non fructus.

Sa-

I N D E X

Sacerdotium.

Sacerdotium probatur ex litteris Epiſcopi ordinantis, qui atteſtatur, ſe ordinaſſe prauijs litteris dimiſſori-libus Ordinarij promoti. reſp. 19. n. 28 f. 99.

Sacerdotij dignitate nihil in hominibus maius. reſp. 80. n. 10. f. 449.

Sacerdotes enim quaſi Dij æſtimati ſunt.

Sacrum.

Sacrum quomodò aliquid dicatur, efficiaturq; ex Sancto Thoma. reſponſ. 58. num. 8. fol. 323.

Prophanis proindè non miſcenda, quæ ſacra ſunt. n. 10.

Sacra non niſi à ſacris tractanda, ac contrectanda. n. 80.

Sacra, quæ ſunt, à prophanis longè abeſſe debent. reſp. 44. n. 1. f. 249.

Vt nè quidèm ſacra prophani audiant;

Quidue antiquitus apud Gentiles ſeruabatur. n. 2.

Socratis in hoc obſeruantia. n. 3.

Sacris aſcripti muneribus, nè propter eminentiam gradus in ſuperbiam ſe eleuent, curare ſummoperè debent. reſponſ. 38. num. 1. fol. 211.

Meminerit proindè ſe homines eſſe. n. 2.

Sacramenta.

Sacramenta dicuntur res omnes ſacræ, ſaltim reductiuè. reſp. 21. n. 22. f. 105.

Sacramẽta miniſtrare Parochianis ad Parochum ſolum ſpectat. n. 23.

Ità & funus curandi eorundem. n. 24.

Et hoc ratione Eccleſiarum, quibus præeſt. n. 25.

Sacrilegium. Sacrilegus.

Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, & irreuerentia. reſp. 18. n. 26. f. 94. & reſp. 44. nu. 21. fol. 250.

Sacrilegium vndè dicatur. reſponſ. 58. num. 9. fol. 323.

Sacrilegium eſt, bona Eccleſiæ, Deoq; ſacra occupare. reſp. 85. n. 43. f. 475.

Eiſq; iniuriam inferre.

Sacrilegus eſt, qui publica ſacra compilauit. reſp. 18. n. 27. f. 94.

Sacrilegus eſt, qui bona Eccleſiæ inuadit, diripit, dilapidat. reſp. 58. n. 55. f. 250.

Et quarè?

Sanguis.

Sanguinem Filij Deus Pater non requiſiuit, ſed acceptauit (ex Bernardo) medicinam vulnerum noſtrorum. reſponſ. 40. num. 22. fol. 229.

Qui ſuper Crucem effuſus eſt. n. 23.

Sapientia. Sapere. Sapientes.

Sapientia ſine dolore, ac labore eſſe minimè poteſt. ex Salomone. reſponſ. 43. num. 3. fol. 241.

Sapientia cunctis opibus pretioſior, nec omnia alia ei comparari valeant reſp. 44. num. 18. fol. 250.

Sapientia à ſtultitia differt, ſicut lux à tenebris. reſp. 45. nu. 2. fol. 255.

Et ipſa ſola permanet. n. 1.

Ipſaq; quaſi lucerna lucet in caliginoſo loco. n. 3.

Et eſt res Sanctiſſima. n. 67.

Sapientia rebus omnibus anteponenda. reſp. 85. n. 3. f. 371.

In ſapientia longiturnitas eſt vita. n. 4.

Et lumen oculorum.

Sapientia eſt maxima reuocare hominem, quod malè loquutus eſt. reſponſ. 49. num. 15. fol. 279.

Suumq; corrigere errorem. n. 16.

Sapientis eſt mutare conſilium in melius. num. 17.

Sapientiam contrà, pugnam ineunt, bellumq; mouent ſtulti. reſp. 45. n. 36. f. 259.

Hos enim ex Salomone habet inimicos.

Sapientes maioribus beneficijs honorandi. Ibid. n. 38.

Et hic gradus cæteros antecellere debet.

Quin in Cæleſti Patria fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. n. 39.

Et quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Eodemq; modo in militari Eccleſia. n. 40.

Ratio affertur. n. 41.

Sapere eſt, poſſe vbicunq; opus eſt animum inflectere. nu. 37.

Sicuti & prauidere, quæ futura ſunt.

Nec admittere quæ cauere poſſis.

Scandalum,

Scandalum, vt auerterent Sacri Canones, Interdere in corpore vitiatis, atq; ſecuritatem in officio exercendo. reſponſ. 22. num. 7. & 8. fol. 115.

Præſertim ſi ſcandalum magnum ſit. nu. 9.

Scandalo ceſſante poteſt permitti Sacerdos, aliàs corpore vitiatus, vt ſacris operetur. num. 10.

Sceleſtum.

Sceleſtum ſequitur pœna, velociùs fortaſſe, quàm ipſe putat. reſp. 64. n. 34. f. 336.

Scientia. Sciens.

Scientia acquiſita quomodò mala dicatur. reſp. 3. n. 3. f. 13.

Scientia præſumitur ex præſentia in loco. reſp. 97. n. 44. f. 543.

Atq; etiam ex præſumptionibus. n. 45.

Scientia ſi detur, qui ignorantiam opponit, ipſe probare tenetur. n. 46.

Scienti, & conſentienti nulla fit iniuria, neq; dolus. reſp. 97. n. 47. f. 543.

Scipio.

Scipio Rouitus cauſarum, Fabricæ Conſultor, celebratur. reſp. 32. n. 38. f. 161.

Scriptura.

Scriptura, Notarijq; fides cùm diuidi minimè poſſit, aut in totum ſtabit, aut in totum cadet. reſp 6. n. 42. f. 24.

Scriptura in actis non regiſtrata, ſola præſentatio de actis efficitur. reſponſ. 10. num. 2. fol. 59.

Et extracta parte non citata non probat,

niſi;

Digitized by Google

neq; fidem facit.num.2.
Parte potiſſimùm opponente.n.4.
Vel ſi non appareat,ex quo originali extracta.n.5
Scriptura informi fides non adhibetur. num.6.
Scriptura extracta parte non citata,nec Iudice mandante,non probat. reſponſ.55.nu.44. fol.313.
Et ei per Aduerſarium ſit obiectum per proteſtationem generalia contrà.n.45.
Scriptura authentica dicitur, ſi Iudicis manu ſubſcripta fuerit, atq; Notarij Actuarij. reſp.63.n.18.f.359.
Præſertim Epiſcopi.
Vel ſi Iudicis authoritate fiat.
Scriptura referens ſe ad aliam,non magis probat,quàm relatum. reſponſ. 79. num. 23. fol.443.
Si de relato non appareat, neq; illa probabit.
Scriptura plus valet, quàm quod actum fuit. reſp.92.n.40. f.508.
Nàm ex illa, ſicuti ex verbis internus animi ſenſus patet.n.41.
Scriptura copia fidem facit aduersùs eum,qui originale occupauit.reſp.61.n.16.f.344.
Scripturarum cuſtodia ad Epiſcopum non ſpectat. reſponſ.61.in Rotæ deciſ. num. 16. fol.349.
Sed ad Notarium Actuarium.
Præſertim ad Epiſcopum ſucceſſorem, & n.17.
Scripturis retinere occultatas non præſumitur, qui illis exhibitis poſſet pro ſuo ſaltim partiali intereſſe iuuari.reſp.61.in Rotæ dec. n.10.f.348.

Secularis.

Secularis incapax omninò eſt iurium ſpiritualium.reſp.89 n 30 f.491.
Vel ſpiritualibus annexorum.
Alioquin graui ſe peccato maculabit in illis ſe ingerens.n.40.
Vnde iuriſdictionẽ Eccleſiaſticam vſurpare videtur n 44.
Et in excommunicationem labit.n 46.

Sedes Apoſtolica.

Sedis Apoſtolicę nomine nedùm Papa, ſed omnia Tribunalia in Romana Curia ſpecialem iuriſdictionem exercentia comprehenduntur. reſponſ.33.in reſolut. Dianæ. num.20. fol.180.
Omneſq. Miniſtri, & Officiales Curiæ Romana.n.21. & 45.& 47.f. 184.
Et Congregationes Cardinalium.n.37.
Et qui inſeruiunt in illis.n.52.

Semel.

Semel admiſſus manuteneri debet.reſp.52.nu. 30.f.299.

Senectus. Senis.

Senectutem omnes deſiderant, ſed malè.reſp.52. n.20.f.364.
Hiemns dicitur, quæ tremulo venit horrida paſſu.
Nihil miſeriùs ſenectute inopi.ex Diogene nu.8.
Senes ſi amare occeperint,multò acriùs inſaniunt.reſp.34 n.23. f.188.
Luſit hoc pulchrè Alciatus emblemate.n.24.
Senex amator ſummum eſt fortunæ malũ. num.25.

Senſus.

Senſus compoſitus,& diuiſus diſtinguit res ad ſanam doctrinam habendam. reſp 47.n.34. fol 271.
Senſus compoſitus,& diuiſus quis ſit.nũ.reſp. 88.n.19.f.486.
Senſus omnes in homine perturbantur in mortis articulo.reſp.78.n.3.f.435.

Sententia.

Sententia,quæ in iudicatum tranſit, pro veritate habetur.reſp.39 n 22.f.218.
Et ius tribuit inconcuſſum.n 23.
Sententia ſuper ſtatu, quòad omnes ius facit. reſp.51.n.8.f. 291.
Etiam ſi poſtmodùm ad cauſam venerint.
Et in iudicatum tranſit.n.9.
Potiſſimùm verò, ſi parte præſente lata num.11.
Sententia à non ſuo Iudice lata nõ tenet. reſp. 53.n.13.f.302.
Sententia dat præſumptionem boni iuris. reſp. 61.in Rotæ dec.n.23.f.349.
Præſertim in iudicatum tranſacta.
Quamuis aduersùs rem iudicatam conceſſa fuerit reſtitutio in integrum.
Sententia Iudicis legitimè prolata præſumitur.reſp.94.n.15.f.522.
Ideòq; ei ſtandum.
Declara in dubio.n.56.
Secùs ſi apertè contra ſententiam appareat.
Vt quæ non iuſtificatur ex actis.n.57.
Vel quæ contrà ius lata eſt.n.58.
Vel ſit iniuſta,& iniqua.n. 59.
Etiam ſi commiſſa ſit cauſa appellatione remota.n.60.
Vel ſi ſit relatiua ad acta, quæ nulla ſint. num.62.
Vel ſi prolata ex falſa cauſa.n.64.
Vel ſi nulla ex ipſa natura oſtendatur. nu.68.
Vel ſi lata ſine iuriſdictione.n 70.
Sententia in cauſa matrimoniali in iudicatum non tranſit.reſp.94.n.61.f.523.
Ob periculum peccati.
Nec habere poteſt maiorem vim, quàm matrimonium ipſum. n.63.
Sententia in non ſubiectum dicta, nulla nu.72.
Ex defectu iuriſdictionis, ſine qua nihil omninò tenet.
Sententia, quæ nulla eſt, reuocatione non indiget.reſp.98.n.11.f.548.
Sententia lata proceſſu non publicato ſuper receptis probationibus, nulla æſtimatur. nu.12.

Sicuti etiam lata parte non citata, & ſpecificè ad ſententiam.nu.22.

Sententia in iudicatum nunquàm tranſit in his, quæ animarum concernunt periculum. reſp.98.n.32.f.549.

Ratio redditur.n.33.f.550.

Et facile remedium ei datur, petendo abſolutionem.n.35.

Sicuti neq; etiam declaratoria, quem non incidiſſe.n.42.

Quia declaratoria veritatem non mutat.

Et poteſt quis admitti ad probandum incidiſſe.n.43.

Vel ſi ex actis probetur incidiſſe.n.44.

Sententia relatiua ad acta, eatènus ſubſiſtit, quatènus acta vera fuerint.n.51.f.551.

Strictèq; propterea, & preſſe interpretationem admittit.n.54.

Quatènus in relato eſt.

Separatio.

Separationis thori materia arbitraria eſt Iudicis.reſp.28.n.65.f.141.

Tàm ſeparationis ratione, quàm iuſti metus ob viri ſæuitiem.

Sepultura.

Sepulturam eligere, vel propriam, vel alienam cuiq; liberum eſt.reſp.21.n.10.f.104.

Quia pars eſt voluntatis vltimæ. num.13. fol.105.

Sepulturam eligentes in aliena Eccleſia à Parochiali, tenentur tamen illi iura ſoluere Parochialia.n.15.

Sepulturam eligere facultatis eſt liberæ.n.51. f.108.

Sepulturam poteſt quis eligere etiam extrà Parochiam. Ibid. in deciſ. Coccini *num.3. fol.111.*

Quia eſt actus propriæ voluntatis.

Sepulturam, ſi quis non illa electa, ruri decedat, habere debet in ſua Parochiali intrà Ciuitatem.reſp.88.n.5.f.485.

Vel in ſepulchro maiorum.

Niſi aliquo detineatur impedimento.

Nàm locus perpenditur formaliter, non materialiter.n.6.

Quia in illa Parochia Sacramenta percipiebat.n.7.

In ſepulturis Chriſtianorum *requiet defunctorum eſt.reſp.48.n.2.f.273.*

Sequela.

Sequela nulla ſequitur à diuerſis, & ſeparatis. reſp.51.n.21.f.307.

Sequeſter.

Sequeſter ex rebus ſequeſtro ſubiectis fructus non percipit.reſp.50.n.35.f.287.

Sed in creditum compenſat.

Quia nullum habet ius, ſed nudum miniſterium.n.39.

Et in eum nulla transfertur poſſeſſio, neq; ius aliud, niſi vt detineat.n.40.& 43.

Sequeſter, ſiue ſequeſtratarius quis nàm dicatur? n.41.

Nudam habet detentationem.n.43.

Nudumq; miniſterium.

Niſi actum eſſet, vt etiam poſſideret.

Sequeſter quis ex Modeſtino.

Sequeſtrum.

Sequeſtrum dupliciter conſiderari poteſt, & in actu primo, & in actu ſecundo. reſp.50. n.50.f.288.

Sequeſtranda interim puella eſt, donec de titulo diſſeritur matrimonij. reſp.94.num.22. fol.519.

Si præſertim impubes fuerit, & non apta concubitu.n.27.& 32.

Et timor ſubeſt peccati.n.30.

Non itàq; reddenda viro.n.40.

Potiſſimùm, ſi vir eam à concubitu reieciſſet.n.48.& 66.

Nàm inepta præſumitur matrimonio.

Sermo.

Sermo dicentis, diſponentiſq; de prima vice exauditur.reſp.35.n.25.f.194.

Etiam in annua præſtatione.n.26.

Præcipuè verò in hominis diſpoſitione.n.27. f.195.

Sermonis proprietati ſtandum, in vltimis voluntatibus præſertim. reſponſ.78.num.26. fol.438.

Et in materia legatorum.n.27.

Seruientes.

Seruiſtes, & Cappellani Religionis S.Ioannis *Hieroſolymitani, vt ab Ordinariorum ſint iuriſdictione exempti, quæ requiſita habere debeant.ex* Gregorij XIII. *Conſtitutione. reſp.80.n.22.f.450.*

Quid verò ſi profeſſi fuerint?n.23.

Seruitium.

Seruitij nomen latiùs patet, quàm munus. reſp.33.n.61.f.172.

Et de quocunq; ſeruitio intelligitur.n.65.

Seruitia Deus ab homine libera, non coacta exigit.reſp.36. n.4.f.197.

Seruitus.

Seruitutis ſpecies eſt, Sacerdotes ad ſacris operandum, ſiue in dies, ſiue certis ſtatutis temporibus teneri.reſp.16.n.7.f.89.

Dicitur proindè opus indiuiduum.n.8.

Et onus dicitur.n.9.

Sigillum.

Sigillum Epiſcopi ſcripturæ firmitatem tradit.reſp.76 n.4.f.422.

Argumentiq; nomine accipitur.

Signum.

Signum quid? reſp.2.n.32.f.9.

Signa pœnitentiæ licèt euidentia ſint, vt ſaluari quis æſtimetur, certitudinem tamen non dant.n.47.f.10.

Quod nemo certo ſciat ſe gratiam gratum facientem habere.n.48.

Simon.

Simon ille Magus fictè ad fidem conuerſus. fuit.reſp.44.n.7.f.149.

Simonia. Simoniacus.

Simonia dupliciter perpenditur, vt putà prohibitum, quia ſimonia.

Et

Et ſimonia, quia prohibitum. reſp. 37. n. 11. f. 205.
In his quidèm Papa diſpenſat. n. 13.
Quia à iure deſcendunt poſitiuo.
In illis minimè n. 14.
Quia à iure deſcendunt Diuino.
Simonia dicitur ſimoniaca hæreſis à Gregorio Nanzianzeno. n. 12. & 14.
Simonia committitur in renunciatione beneficij cum reſeruatione penſionis. numer. 15. fol. 205.
Ni Summus Pontifex aſſenſum præſtiterit.
Nec aliàs ſubſtineri valet. n. 16.
Quia omnis pactio, omniſq; conuentio in his ceſſare debet.
Et ſimoniæ intercedit prauitas, ſi in his Summi Pontificis non acceſſerit aſſenſus. num. 17.
Et reſeruatio nulla redditur.
Simonia à Simone Mago inuecta. reſp. 44 nu. 5. fol. 249.
Qui pecuniam Apoſtolis obtulit, vt Spiritum Sanctum emeret.
Et donum Dei pecunia poſſidere æſtimauit, vt venderet. n. 6. & 7.
Deteſtandum planè ſcelus, & execrandum. num. 8.
Simonia hæreſis dicitur, & ſimoniaca hæreſis. n. 12. f. 250.
Quoniam Spiritus ſancti donum pretio comparari exiſtimat. n. 13.
Simonia labe infecti ſunt excommunicati. nu. 16.
Ratio triplex affertur. n. 17.
Quarè ſimonia prohibita? ex S. Thoma.
Et eſt ſacrilegium. n. 21.
Simonia quid? n. 24. f. 251.
Quare dicatur ſtudioſa voluntas? n. 25.
Et quid emptionis, & venditionis nomine comprehendatur? n. 26.
Simonia dupliciter conſideratur. n. 28.
In primo capite eſt indiſpenſabilis, etiam per Papam.
In ſecundo capite tantùm per Papam, vtputà in beneficialibus.
Simoniæ crimen ex ſola pendet voluntate. nu. 40. f. 253.
Sicut & vſura.
In dubio verò interpretatio, quæ ſimoniam excludit, deſumitur. n. 42.
Præſertim accedente clauſula reſeruationis aſſenſus Apoſtolici. n. 43.
Simonia ex actu licito non contrahitur. num. 44.
Simoniaci Spiritum Sanctum ſuum ſeruum emendo, & vendendo efficere tentat. nu. 10. fol. 249. & n. 11.
Et ideò ab hæreſi non longe diſtant. nu. 12. ex S. Thoma. f. 250.
Idcircò à Spiritus Sancti gratia alieni ſunt. nu. 13.
Exemplis declaratur n. 14.
Ideò excommunicati ſunt. n. 15.
Etiam per Conſtitutionem Pauli II. nu. 16.
Ratio affertur. n. 23.

Simulatio.

Simulationis præſumptio omnis ſecluditur in vera, atq; perfecta donatione. reſp. 74. nu. 7. fol. 414.
Neq; in publico inſtrumento, ac ſacramento firmato præſumitur. n. 8.
Accedente præſertim præexiſtente cauſa donandi. n. 9.
Vtputà affectione, & amore:
Vel propter ſeruitia facta. n. 11.
Simulationis obiectio contrà donationem probari debebit. n. 13.
In tertij præſertim præiudicium.

Societas.

Societas morte extinguitur. reſp. 60. num. 16. fol. 338.
Sicuti & deportatione. n. 18.
Et publicatione bonorum. n. 27. f. 339.

Solemnitas.

Solemnitates iuris ciuilis ceſſant in his, quæ Deo dantur. reſp. 18. n. 39. f. 96.
Vel piæ cauſa.

Solutio.

Solutio eſt cùm liberatur debitor. reſp. 15. nu. 64. fol. 85.
Solutio alienationem ſupponit. reſp. 25. nu. 23. fol. 124.
Quia facta cenſetur ex cauſa præambula.
Solutio per errorem facta repetitionis indebitè ſoluti ius præſtat. reſp. 37. n. 8. f. 204.
Præſertim ſi in facto error intercedat. n. 10.
Non in iure.
Solutio, vt verè, realitèr, & cum effectu facta dicatur, per numerationem fieri debet. reſp. 55. n. 59. f. 314.
Et per ſcripturam Notarij atteſtantis.
Solutione eius quod debetur, obligatio tollitur. reſp. 10. num. 24. f. 60. reſponſ. 26. num. 58. fol. 130 & reſp. 30. n. 1. f. 149.
Vndè ſoluens liberatur. n. 2.
Eiuſq; fideiuſſores. n. 3.
Omniſq; hypotheca extinguitur. num. 4. & reſp. 96. n. 13 f. 533.
Et debitor liberatur.
Omniſq; ceſſat hypotheca bonorum. n. 14. & reſp. 97. n. 26. f. 542.
Ità etiam præſcriptione. n. 27.
Soluens partem, pro parte liberatur. reſp. 26. n. 51. f. 130.
Et pro parte fideiuſſoribus quoq; proficit. num. 52.
Soluens, vel reſtituens, cui non debet, vel eo modo, quo non debet, non liberatur. reſp. 58. nu. 52. f. 326.
Tenebitur nihilominus. n. 53.
Malè ſoluit, qui formam datam non ſeruat. num. 54.
Soluere obligatus intrà certum tempus, non ideò à ſoluendo liber euadit, quod tempus effluxit. reſp. 26. n. 14. f. 127.
Soluere debet, qui alienas detinet pecunias.

reſp.

I N D E X

reſponſ.62. num.26.fol. 353.
Potiſſimùm qui rationes reddidit, & detinet adhuc ex geſtis.& n.53.
Cum primis autem, ſi de eius non clara fide appareat.n.27.
Quin magis dolo.
Vndè damnari merebitur.n.28.
Duplici ratione.
Et propter fidem.& quia detinet.
Soluiſſe.qui aſerit,oſtendere tenetur. n.45.
Soluit rectè,qui procuratori ſoluit conſtituto. reſp.35. n.49.f.196.
Etiam ſi ille facultatibus deciderit. n.50.
Soluit per errorem,qui,quod non debet,putans teneri,ſoluit.reſp.37.n.28.f.207.
Repetere propterea malè ſolutum poterit.
Soluitur quodeſtq; quo genere colligatum fuit. reſp.58.n.16.f.324.
Solutum videtur quomodocunq; creditori ſatisfactum ſit. reſp.10.n.36.f.61.

Solutus.

Solutus non dicitur, qui adhùc ligamine præpeditus retinetur. reſp.48.n.14.f.274.
Soluitur, quod ligatum eſt.n.15.
Et ſoluitur qui eſt Columba (Spiritu ſancto ſcilicet) pacem habuerit. n.16.
Et Eccleſia ſoluit. n.20.

Somnus.

Somnus peccatum eſt, atq; futurorum deſidia. reſp.2.n.7. f.7.
Et mortis imago.
Et quarè ſomnus, atq; dormitio cum morte confunditur?n.8.

Spiritualia.

Spiritualium origo ex gratuita voluntate Dei dependet.reſp.44.n.20.f.250.
Ideò vendi non poſſunt.
Et omnis pactio, omniſq; contractus ab hic abijcitur.n.27 & 28. in fin.& n.30.

Spiritus ſanctus.

Spiritum ſanctum Macedoniani hæretici delirando, creaturam,& ſeruum Dei Patris,& Filij peſſimè aſſeruerunt. reſp.44.n.9. f.249.
Deterius verò Simoniaci ſuum ſeruum efficere tentant.n.10.
Et quomodò?
Spiritus ſanctus Deus à Patre, Filioq; procedit.n.11.f.250.

Spoliare. Spoliatus.

Spoliare dicitur emphyteuta,qui dominum impedit,ne ſuo iure vtatur,quando ipſe rem alienauit.reſp.85.n.28 f.474.& n.35.& 40.
Spoliatus iniuſte poteſt petere reſtitutionem. reſp.64. n.62.f.368.
Namq; poſſeſſionem non amittit.n.63.
Spoliatus antè omnia eſt reſtituendus.reſp.85. n.21.f.473.
Comprime. ſi aliàs omninò poſſeſſio domini reſtituenda eſſet.

Spolium.

Spolium excluditur probando,bona fuiſſe in patrimonio, antequàm quis ad Epiſcopatum promoueretur, reſp.33.in informatione Paſcutij.n.2.f.174.& n.17 f.176.in allegatione Tuſchi.
Et in dubio pro poſſeſſore reſpondendum.
Onuſq; probandi contrarium ad Cameram ſpectat. n.21.
Nec interim bona amouenda ſunt à poſſeſſoribus. n.4.
Neq; fit in pœnam non reſidentium,ſed quia bona ſunt Eccleſiæ. n.10.
Præſertim ſi Epiſcopus facultatem habeat teſtandi. n.23.
Spolij iure haud veniunt bona, quæ Epiſcopus antequàm ad Epiſcopatum aſſumeretur,habebat. reſp 33 n.2.f.168.
Quia hæc ad ſucceſſorem non ſpectant.
Ergo neq; ad Cameram.
Spoliorum Subcollectores vulturibus ſimiles habentur. reſp.99.n.2.f.554.
Futura enim cadauera perſentiunt.
Sed quandoq falluntur,atq; ſpe excidunt.

Spurius.

Spurius dicitur,qui patrem non habet,vel non poteſt eum legitimum demonſtrare.reſp.34. n.33.f.189.
Atq; ex nefario coitu natus.
Spurijs donare Eccleſiaſticis prohibitum per Conſtitutionem Pij Papæ V.n.38.
Siuè etiam in vltima voluntate.
Eiſq, tantùm alimẽta debentur.n.64.f.191.

Stare.

Stare prohibere nemo poteſt, quod iure prohibitum non inuenitur.reſp.87.n.36 f.481.

Statera.

Statera iuſta omnia ponderanda,non doloſa. reſp.7.n.12.f.39 & reſp.43.n.16.f.242.

Status.

Status vltimus in Beneficialibus attenditur ad firmam collationem adſtruendam. reſp.11. n 9.f.63.
Et ad naturam diſcernendam beneficij.n.10.
Status vltimus attenditur in iuris patronatus materia.reſp.30.n.18 f.217.
Quia vltima præualet poſſeſſio.

Studia.

Studijs qui vacant litterarum maximo ſunt Eccleſiæ commodo.reſp.55.n.9.f.310.
Et fulgent velut ſplendor per doctrinam.
Et velut ſtellæ in perpetuas æternitates.

Stultus.

Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quã peritus.reſp.45.n.16.f.257.
Nec qui non peccat,quàm qui peccat.n.17.

Subiectus.

Subiectorum agitur commodum,vt illi Prælatum virtutibus ornatum ſortiantur. reſp. 46.n.40.f.266.

Subreptitiè.

Subreptitiè cauſa committi petitur in Rota, nõ facta memoria,illam in Sacra Congregatione pendere.reſp.51.n.66 f.296.
Et inhibitiones emanatæ non afficiunt.n.69.
Neque iuriſdictionem commiſſio tribuit n.68.

Quia reſcriptum dicitur auocatorium iuriſdictionis.n 67.

Subrogato. Subrogatum.

Subrogatio gratioſa datur collitiganti per deceſſum alterius. reſp.5.n.21.f.28.
Ita & per mortem eiuſdem per profeſſionem in religione.n.35.f.29.

Subrogatum naturam imbibit ſubrogati. reſp. 33.n.4.f.168.

Subſcribens.

Subſcribens approbare videtur omnia in ſcriptura contenta. reſp 63.n.15.f.359.
Et ex ſubſcriptione ſcriptura robur accipit. n.16.
Et firmitatem.
Præſertim verò ſi ſubſcribens Iudex fuerit; vel Epiſcopus, qui Iudex eſt perpetuus, & ex maioribus.

Subſtantia.

Subſtantia vbi deficit, & eſſe deficit. reſp.58. n.25.f.325.
Quod ex materia & forma conſtat.
Subſtantia ſi deſideratur, nec nomen erit. n.27.

Subſtantia rei ſublata, omne quoquè accidens remouetur. reſp.96 n.30.f.535.
Cùm ſine ſubſtantia nihil ſubſiſtere valeat.
Et ſine ſubſtantia, nequè rei nomen datur. n.32.

Subſtitutio.

Subſtitutio reciproca haud inducitur, niſi, vel ex verbis apertis. reſp.14.n.12.f.75.
Vel ex concludentibus coniecturis.

Subſtitutio pia cauſa facta, filio ſine liberis excedente ex corpore, ſi Monaſterium illud ingrediatur; Monaſterium piam cauſam nõ excludit. reſp.72.n.7.f.404.
Quia Monaſterium ex tacita, ac ſubintellecta voluntate venit.
Pia verò cauſa per expreſſam defuncti vocationem.
Exauditur tamen poſt inſtituti naturalem ſupremum diem.n.8.
Ac mortem naturalem.
Interim verò fructus bonorum Monaſterium capiet.
Etiam ſi dictum fuerit, ſine filijs ex corpore. n.10.
Quia nihilominùs mors attendenda erit inſtituti.
Limita, ſi Eccleſia, ſiuè Monaſterium ſit incapax bonorum.n.29.

Subſtituto ſtatim locus aperitur, morte ſubſequuta inſtituti. reſp.72.n.17.f.405.
Etiam ſi in extraneum à Monaſterio diſpoſuerit profitendus.n.25.f.406.
Euaneſcit enim ſtatim diſpoſitio.n.28.
Et ſubſtitutus admittitur.
Etiam ſi pro parte donatio fiat.n.31.

Succeſſor.

Succeſſor vt validè præſentare valeat, ſufficit ſe probare in gradu ſucceſſibili eorum, qui in poſſeſſione ſunt præſentandi. reſp.50.nu.32. f.286.

Succeſſor in dignitate ſuccedit etiam in vitio, & ſpolio prædeceſſoris. reſp.61.n.12.f.344.
Vndè tenetur, ſicut ille.n.20.
Etiam in lite.n.21.& 32.

Succeſſor in iurepatronus mutare non poteſt conditiones, & qualitates in fundatione conſtitutas. reſp.81.n.15 f.455.
In præiudicium præſertim vocatorum, & n.39.
Atq; in perpetuum, & abſq; cauſa.n.29.
Etiam Epiſcopi accedente conſenſu.

Succurrendum.

Succurrendum non eſt delinquentibus. reſp. 61.n.33.f.346.
Qui Prætoris decreto non parent.n.34.

Suis.

Suis vti cuiq; permiſſum, alienis verò inhiare non æquè. reſp.85.n.42.f.474.

Superior.

Superior Monaſterij agnoſcitur Abbas, quamuis Monachos non habeat. reſp.36.nu.31. f.200.
Et eſt Superior in Religione, vtputà Definitor.
Poterit propterea vigore decreti Sacri Tridentini Concilij cognoſcere de cauſa de nullitate dicentis emiſſæ profeſſionis.
Præſertim vti Delegatus.

Superior, qui in tranſlatione Monachi de vna in aliam religionem aſſenſum præſtare debet, Religionis, ſiuè Conuentus ſuperior exauditur. reſp.52.n.35.f.300.

Superioris eſt iudicium, an ex charitate, vel temeritate quis ad aliam tranſeat religionẽ, vel arctiorem, vel laxiorem. reſp.52.nu.18. f.298.

Suppreſſio.

Suppreſſio Canonicatuum alienationis ſpecies eſt. reſp.58.n.43.f 326.
Debetq; ritè fieri, vt ſubſiſtat.

Suſanna.

Suſannam caſtiſſimam duo ſenes falſò de adulterio accuſauere. reſp.82.n.21.f.460.

Suſcipere.

Suſcipere verbum, actum poſitiuum denotat, ac voluntarium. reſp.51.n.47.f.294.

Sydus.

Sydus, quod in Polo Antartico quatuor ſtellis Crucis in modum coniunctis, nauigantibus apparere ſolet, Cruciferum, ſiuè Cruciatum appellant Aſtrologi. reſp.40.n.6 f.223.
De quo Sedulius cecinit Poeta, & Auguſtinus.n.10.

Synodus.

Synodus, & decreta ſynodalia inter ſe diſtinguuntur. reſp.43.n.57.f.246.
Vndè Synodus dicatur? n.58.

Synodi Auerſana verba quòad ius funerandi expenduntur. reſp.21.n.68.f.109.

Tacitum.

T

Tacitum.

TAcit i & expreſſi eadem eſt vis. reſp.15. u 49.f 83.
In vltimis voluntatibus potiſſimùm.
In quibus,quid teſtator ſenſerit,inſpicitur.
Præcipuè verò ſi ab vtroq; ſoute,vtrumq; procedat.n.50. & reſp.57.n.24.f.321.

Taxatio.

Taxatio reſtrictionem operatur.reſp.35.n.21. fol.193.

Temerè.

Temerè quid fieri, eſt, ſine cauſa fieri. reſp. 18.n.10.f.93.

Temporalia.

Temporalia quæcunq; quæ magna in hac vita videntur, nihil omnirò ſunt,& nihili habentur ab ijs,qui oculos habent, & vident. reſp.85.n.1.f.471.

Tempus.

Tempus duorum menſium à Sacro Concilio præfixum antè profeſſionem emittendam ad renunciandum bonis à Nouitio,habet ſuam latitudinem, neq; in indiuiſibili conſiſtit, ſed totum ad Nouitij fauorem excurrit. reſp.3.u.16.f 16 & n.17. & 27.
Attento potiſſimùm Sacri Concilij loquendi modo.
Tempus totum in fauorem decurrit eius, qui in tempore aliquid facere,vel ſoluere promiſit.n.18.f.16.
Quod & in ſtipulationibus currit.n.19.
Neq; interim ſtipulatio committitur. n.20.
Tempus à teſtatore præfinitũ, taxationis vim obtinet.reſp.35.n.34.f.195.
Tempus præſens,& præteritum, diſtincta vt tempora habentur, quòad Grammaticos. reſp.42.n.47.f.245.
Et quòad Legiſtas. n.50.
Et vnum tempus non includit aliud,cùm ſint inter ſe ſe diſtincta.d.n.47.
Tempora diſtribuenda ſunt, vt concordet ſcriptura.n.49.
Alioquin fit confuſio.
Tempus determinato modo prolatum, temporis alterius functionem non admittit. num.50.
Et diſtinctam rerum intelligentiam facit.
Temporis ratio conſtitutionem mutat. num.52.
Tempus electionis attendi debet quòad qualitates eligendorum,& vacationis quòad regulam reſeruatoriam octo menſium. nu.54. fol.246.
Tempus,cùm à lege, vel Conſtitutione ad alicuius actus perfectionem,& complementum exquiritur,completum eſſe debet,atq; perfectum.reſp.46.n.25.f.265.
Quia non fruſtrà adiectum æſtimatur.
Præſertim ſi ad probatam vitam experiundam,adiectum fuit,vel pro forma.n.33.
Tempus exquiritur in vnoquoq; facto.reſp.49. n.41.f.281.
Neq; quis debet ſe præcipitare, vt perueniat.
Sed viri boni arbitrio remittitur.n.42.
Et ex natura rei in facto tempus ineſt. num.45.
Quod non præfinitum, Iudicis arbitrio remittitur.n.51.
Ratio redditur.n.52.
Tempus immemorabile priuilegij vim obtinet. reſp.61.n.30.f.345.
Etiam in his, quæ ſunt Principi reſeruata.n.13.
Et qui illud habet,allegare poteſt quemcũq; titulum,etiam meliorem de Mundo.
Tempus hoc vitæ noſtræ peruolat.reſp.72.n.5. f.403.
Et dies nos ludit.
Ad tempus conceſſum,tempore exacto negatur. reſp.42.n.32.f.238.
Temporiſq; ratio conſtitutionem mutat.
Tempore qui prior,in iure eſt potior. reſp.30. n.16.f.150.

Tenebræ.

Tenebras quærit qui malè agit.reſp.98.nn.20. f.549.
Lucemq; odit.
Latebræ enim ſunt aptæ criminibus.n.27.

Terminus.

Terminus(pro exoneratione cõſcientiæ) latiùs patet,quàm(pro malè ablatis)reſp.32. n.16. fol.160.
Termino, diuinum quid ſuperſtitioſa tribuit gentilitas.reſp.81.n.3.f 453.
Ipſe enim rebus omnibus fines ſtatuit, lites reſecat,& iurgia.
Pacemq; conſeruat.
Terminos ſtatutos qui tranſgreditur, maledicto ſubijcitur lege Diuina.n.5.
Terminos antiquos tranſgredi nemo debet. reſp.35.n.19.f.194.
Tranſgredientes anathemate feriuntur.
Terminos alterius nullus vſurpare debet.reſp. 54.n.3.f.306.
Et maledictus eſt omnis, qui transfert terminos proximi ſui. n.6.
Terminis ſuis quemq; ſe continere iuſtum. reſp.53.n.44.f.305.
Eoſq; tranſgrediens maledictione feritur.

Tertius.

Tertius,& conſanguineus ad iudicium nullitatis profeſſionis admitti minimè debet.reſp. 51.n.20.f.292.
Præſertim ſi ipſe ad fomentandum vim,vel metum incuſſum veniat.
Ratio affertur.n.21.& 53.
Neq; attendi ad intereſſe debet, quod tertio ex nullitate accederet.n.32.
Quia hoc intereſſe Monachatum non reſpicit,& coràm Iudice ſæculari tractandum. n.52.58.& 59.

Teſtamentum.

Teſtamentum hominis morte confirmatur. reſp.13.n.31.f.69.

Digitized by Google

I N D E X

Teſtamentum in mortuis confirmatur. reſp. 27 n.18.f.133.

Teſtamenta ex verbis, quàm diligentiſſimè perſcrutanda. n.30.f.134.

Teſtamentum pro publicato habetur contra impedientem, nè publicetur. reſp.61.num.15. fol.344.

Teſtamentum, qui dicit nullum ex cauſa præteritionis matris à legitima, docere vtiq; debet illam ſuperſtitem fuiſſe conditi teſtamenti tempore. reſp.77.n.28.f.431.

Alioquin, tunc illam vixiſſe non præſumitur, nè rumpatur teſtamentum.

Ratio affertur. n.29.

Nec præſumitur, data opera illam præterire voluiſſe diſponentem, ſi viueret. n.32.f.432.

Teſtamẽtum qui impugnare intendit querela inofficioſi, habilitatem oſtendere tenetur conditi teſtamenti tempore. n.36.

Alioquin iniquè agit. n.37.

Teſtamentum nullum eſt hominis, quin magnis litigijs ſupponatur. reſponſ.78. num.4. fol.435.

Teſtamentum morte confirmatur teſtatoris. reſp.92. n.19.f.506.

Teſtamentum facere non poſſunt impuberes. reſp.90.n.21.f.495.

Quia nullum eorum eſt animi iudicium.

Teſtamenti definitio ex Modeſtino. reſp.9.nu. 74.f.57.

Teſtandi.

Teſtandi impedimentum Clericis de bonis beneficiorum à iure deſcendit poſitiuo. reſp.99. n.66 f.559.

Poteſt proindè illud Sũmus Pontifex remittere.

Ex cauſa præſertim oneroſa.

Vt eſt compoſitio cum Camera Apoſtolica.

Teſtator.

Teſtator id voluiſſe præſumitur, quod anima fauet. reſp.15.n.91.f.87.

Quia hæc eſt prora, & puppis intentionis teſtatorum. n.93.

Teſtator, quod non dixit, cùm id poſſet, neque diſpoſuiſſe videtur. reſp.27.n.22.f.134.

Ne ſuperuacaneè, atq; inaniter loquutus videatur. n.23.

Teſtator quod non dixit, neq; nos debemus. reſp.41.n.44.f.234.

Quod ſanè in omni procedit materia. n.45.

Et tantùm voluiſſe teſtator videtur, quantum verbis exprexerit. n.46.

Nàm ſi voluiſſet, exprexiſſet vtiq; n.48.

Teſtator poſt factum teſtamentum poteſt, quod obſcurum eſt in illo, declarare. reſp.45. n.30.f.259.

Teſtator quod ipſe diſponeret, ſi adhuc in humanis ageret, pro diſpoſito habetur. reſp.73. n.32.f.411.

Vt eius voluntas in finem dirigatur, quem amauit.

Vel reſpondiſſet, ſi interrogatus fuiſſet. nu.34.

Teſtatoris, & legis voluntas vna penduntur, atq; æqua lance. n.37.

Teſtator non præſumitur voluiſſe ità diſponere, vt ſuum ſubuerteretur de rebus ſuis iudicium. reſp.77.n.33.f.432.

Teſtator in ſua diſpoſitione prudens præſumitur. reſp.92.n.37.f.508.

Neq; inaniter loquutus.

Nec præſumitur dicere, quod nec cogitauit. num.39.

Teſtator nullam dicere legem poteſt in his, quæ reſtituere debet. n 61.f.509.

Quia ſua non ſunt & n.62.

Teſtatoris voluntas lex eſt omnibus, qui ex eius bonis commodum percipiunt. reſp.13. n.56.f.72.

Teſtatoris aſſertioni in teſtamento, fauore hæredum, atq; in tertij præiudicium, non ſtatur. reſp.74.n.14.f.115.

Præſertim aduersùs inſtrumentum iuramento firmatum.

Teſtatoris iudicium prudens eſſe debet, & tanquàm à prudente factum æſtimari. reſp.81. n.36.f.456.

Quod ſi nullam habeat imponendi poteſtatem, iure ei non paretur. n.41.

Teſtatorum ſuprema iudicia, quòd exitum habeant, publicè intereſt. reſponſ.82. nu.33. f.460.

Teſtatus.

Teſtatus quis æſtimatur ad pia, qui voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem commiſit. reſp.9.n.42.f.54.

Qui excitus videtur, vt ad pia diſtribuat.

Quin non magis hæres inſtitutus. n.43.

Teſtis.

Teſtis loquens generaliter, declaratur ab alio deponente in ſpecie. reſp 61. in dec. Rotæ n.1. f.347.

Deponens de certa ſcientia iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat. n.2.

Concurrentibus præſertim adminiculis. n.3.

Propter quæ vnico teſti præſtatur fides.

Adminicula enumerantur. n.4.f.348.

Teſtis vnius dictum non ſufficit, neq; in iudicio fidem habet. reſp.39.n.26.f.218.

Teſtes de valore, vel qualitate fructuum beneficiorum deponentes, concludenter deponere debent, nec in genere. reſponſ.99.num.5. fol.554.

Et rationem reddere ſui dicti.

Etiam non interrogati.

Et deponere valorem deductis oneribus. num.8.

In materia præſertim obiectiua. num.10. & 12.

Teſtibus, & pluribus, & veriſimiliora deponentibus magis ſtandum eſt. reſp.21. in dec. Coccini num.13.f.112.

Teſtibus de Vniuerſitate, eius ad fauorem deponentibus non creditur, præſertim ſi contrarium alij teſtes deponant. reſp.61. in Rota deciſ.num.13.fol.349.

Et

Digitized by Google

Et in cauſa graui, & ardua. n.14.
Teſtium dicta, ſi ſunt releuantia, ſunt de actis facienda.n.25.
Quamuis alias dictum fuiſſet, reponenda eſſe ad partes.

Textus.

Ex Iure Canonico.

Tex.in can.nullus.1.9.q.2. *elucidatur.reſp.* 54. *n.7.f.*306.
Tex.in cap.ſignificaſti.18.de foro compet.*expenditur.n.*20.*f.*307.*& n.*24.*&* 26.
Tex.in cap.1.de elect.extrà.*expenditur. reſp.* 87.*n.*38.*f.*481.
Tex.in cap. cùm in iure peritus. 33. de elect. *declaratur.reſp.*87.*n.*48.*f.*482.
Text.in cap.ſi ſuper gratia. 9. de officio deleg. lib.6 & cap.ſi cui.36 §.fin.de præbend.in 6. *diſtinctione conciliantur.reſponſ.*12.*nu.*18. *fol* 66.
Text.in cap.licet 10.de regularib.*expenditur. reſp.*52.*n.*8.*f.*298.
Text.in cap.beneficium.4. de regularib. in 6. *expenditur.reſp.*56. *n.7.f.*316.
Text.in cap.Parochiano tuo fin. de ſepulturis. *expenditur.reſp.*48.*n.*23.*f.*274.
Et text.in cap. in litteris.5. de raptoribus. *num.*24.
Text.in cap.à nobis.26.& cap.ſacris.38.de ſentent.excommunicat *expenduntur.n.*33.
Text. in cap.Epiſcoporum.8. de priuileg. in 6.*n.*36.
Et clement.eos,qui 1.de ſepultur.*expenditur.& n.*38.*f.*276.
Tex in cap.cùm tibi.13. de teſtament. *expenditur.n.*41.
*Eiuſq; intellectus traditur.& n.*45.*f.*55.

Ex Sacro Concilio Tridentino.

Tex.Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.14. cap. 7. de reformat.*perpenditur. reſp.*31.*num.*48. *fol.* 155.
Neq; infirmauit diſpoſitionem Clem.vnicæ. de homicid.*n.*50 *f.*156.
Text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.23.cap.9. de reformat.*perpenditur. reſp.*83.*num.*12. *fol.*463.
*Quod decretum locum habet, etiam ſi ad primam Clericalem tonſuram familiarem promouebit.n.*13.
*Ratio redditur.n.*26.
Et beneficium illi conferre debet.
Text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.23.cap.12. de reformat.*perpenditur.reſponſ.*46.*nu.*32. *fol.*266.
Text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ 24.cap.17. de reformat.*expenditur. reſponſ.*57.*nu.*12. *fol.*320. *& reſpon.*99.*nu.*20.*fol.* 555.
Nec habet locum in beneficijs inſufficientibus.n 31.*f.*556.
*Ratio redditur ex Caietano.n.*32.
Et hæc ſententia magis recepta eſt, & verior.n 33.
*Etiam ex ſtilo Curiæ, & obſeruantia Epiſcoporum probata.n.*34.
Verba expenduntur eiuſdem text. Sacri Concilij.*n.*38.39.*&* 40.
Et Garſias *refellitur circà illa. n.*43.
*Neq; procedit in beneficijs de iure patronatus.n.*47.
*Neq; extendenda de caſu ad caſum.n.*49.
Text.Sacri Tridentini Concilij cap.15. ſeſſ.25. de regular.*expenditur. reſponſ.*51.*num.*25. *fol.*292.
Tex.Sacri Tridentini Concilij cap.16. ſeſſ.25. de regularib.*expenditur. reſp.*51.*num.*45. *fol.*293.
Nec non cap.17.ead.ſeſſ. *de voluntatis profeſſuræ exploratione.*
Text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.25.cap.16. de regular *locum habet etiam in beneficijs, quæ ingreſſus Nouitius habet.reſponſ* 56. *nu.*11.*f.*316.
Ex communiori ſententia.

Ex Iure Ciuili.

Text.in l.1.ff de legat.2. & in l.non nunquàm 51.ff de conditionib. & demonſtrat. *conciliantur.reſp* 9.*n.*38.*f.*54.
Text.in l.Seiæ.20.§ Caio Seio. ff. de fundo inſtructo,inſtrumentoq; legato. *expenditur. reſp.*41.*n.*49.*f.*234.
Et text.in l.in reperendis. 61. ff. de legat.3. *num.*51.
Text.in l.cùm ita. 22. § in fideicommiſſo.ff.de legat.2 *expenditur.reſp.*27.*n.*6.*f.*131.
Et text.in l.fin.§.ſi quis. C.de verborum ſignific.*n.*7.
Text.in l.peto huic.71.§.fratre. ff.de leg.2. *expenditur.n.*10.
Text.in l.cùm notiſſimi iuris.7.§.in his autem. C.de præſcript.30.vel 40.annorum, *expenditur.reſp.* 97.*n.*7.*f.*541.
Etiam in legatis annuis procedit.
Quicquid Gloſſa *dixerit.*
*Quæ declaratur.n.*17.
Tex.in auth.quas actiones. C.de Sacroſanct. Eccleſ. *expenditur. reſponſ.*97. *num.* 10. *fol.*541.
Et in §. pro temporalibus autem. in auth. de Eccleſiaſticis titulis collat.9.

S.Thomas.

*S.Thomas Abyſſus interpretatur, quaſi doctrina abyſſus.reſp.*44.*n.*17.*f.*250.
Angelus dicitur.

Thraſylaus.

*Thraſylai Axenonen fœlix inſania. reſp.*43. *num.*4.*fol.*241.

Timor.

*Timor inter omnes paſſiones animum comprimit, atq; conſtringit reſp.*9.*n.*5.*f.*51.
*Præſertim impendentis mortis.n.*6.
Eumq; conturbat.
Timor reuerentialis patris, potentis, & minantis, qui filium Monachum agere voluit, ad nullitatem dicendam profeſſionis ſufficit.

reſpon ſ.26. num.21.f 199.
Siꝺem abitate ſibi timebat.

Titulus.

Tit ulus in beneficialibus decennÿ lapſu præſumitur.reſp 86.n.17.f.477.

Traditio.

Traditiones antiquas tranſgredi, atq; infringere abominabile.reſp.25 n.20 f 194.
Traditionibus dominia rerum, non nudis pactis tranſferuntur.reſp 93 n.17.f.512.
Quæ verò perquirantur conditiones,vt trãſferantur.

Tranſactio.

Tranſactio,& iuſiurandum, vt firma ſint, in veritate fundamentum habere debent. reſp. 77.n.42.f 4.2.
Non in errore,& mendacio.
Tranſactio eſt contractus,in quo, & ſi datur, tamen recipitur.n.62.f.434.
Neq; de eo conqueri quis poteſt ex ÿſdem capitibus quę tranſactioni cauſam dedere.
Tranſactioni iurata, qui contrà venit, reſtituere priùs debet quæ acceperat, vt audiri valeat n.7.f.136 & n.23.
Præſertim ſi id pacto firmarit & n.20.
Mentitur verò, qui illam falsò impugnat, num.40.
Et ſi ex falſis cauſis inierit illam.
Tranſactione primęua extinguuntur iura, n.56 f 433.
Vt reuiuiſcere non poſſint.
Propterea paratam habet exceptionem, num.57.
Nec ab ea datur appellatio.
Reſcinditur tamen cauſa enormiſſimæ læſionis.n.58.
Vt puta vltrà dimidium.n.61.& 63.
Habetq; in ea locum remedium l.2. C. de reſcindend.vendit.*n.59.*
Contrarium tenet Maranta.*n 62.*
Debet tamen de læſione dicens de illa docere. num.64.
Tranſactiones propter litis timorem fieri conſueuere. n.47.f 433.
Et dubium.n.60.
Et rerum iudicatarum authoritatem obtinent.n.48.
Finiendarum litium gratia inuentæ. n.54.
Impediunt proindè litis ingreſſum. n.55.
Ratio affertur.n.56.

Tranſitus.

Tranſitus facilis eſt in habentibus ſymbolum. reſp.73.n.27 f 411.
Quia facilè tranſmutantur, quæ ſimilitudinem haben.
Difficiliùs,quę diſſimilitudinem.

Tranſlatio.

Tranſlatus de vna Eccleſia in aliam, quoad primam mortuus reputatur. reſp.60.nu.26. fol.339.
Quod ſi ſe priori immiſcuerit ampliùs, à gradu cadet.n.29.

Trinitas.

In Trinitate, nihil prius, aut poſteriùs,nihil maius,aut minus.reſp.40.n.49.f.226.
Sed in ea æqualitas.

Triſtitia.

Triſtitia ſenectutem inuehit, palloremq; inducit.reſp.64 n.4.f.303.
Mortemq; parit.
Repellenda propterea.

Turpia.

Turpia lucra calamitates afferunt. reſpon.55. n 35.f.312.

Tutior.

Tutior via fauore animæ eligenda.expenditur. reſp.32.n.28. f 161.
Tutior pars ſequenda.n 72 f.163.
Pro ſalute animæ præſertim.
Quod exauditur in dubio.n.74.
Vel vbi de animæ ſalute agitur,vt illa à peccata egrediatur.n.77.
Vel res dubia eſt.n.78.
Vel æquiuoca. n 87.f 165.
Non autem in opinionibus deligendis. n.79.
Quia qui vni adhæret ſententiæ, dubius nõ eſt,nec temere operatur.
Neq; ex præcepto tutiori inhærere ſententiæ debeamus,ſed ex conſilio.n.80.
Fauore poſſidentes præcipuè n.81.
Vel quando res, neq; Euangelicis præceptis, neq; Sanctorum Patrum *decretis obluctatur. neq; contrà bonos mores.*
Quin magis pacem conſeruat.n.92.

Tutor.

Tutor non excuſatur, ſi quod facere debuit, minimè fecit.reſp.35.n.46.f.195.

V

Vagabundus.

VAgabundus dicitur, qui neq; habitationem habet,neq; inquilinus eſt. reſp.88. num.17. f.485.

Valor.

Valor beneficÿ probandus eſt per penſionariũ. reſp.68.n.12.f.289.
Declara: ſi penſio conditionalitèr reſeruata fuerit.n.13.
Secùs ſi ſimplicitèr,& abſolutè.
Limita,ſi penſionarius in poſſeſſione eſt exigendi.n.14.
Valor rei, corporis non percipitur ſenſu. reſp. 99 n.7 f.554.
Probari autèm debet per illum,qui ſe fundat in eo.n.9.
Concludenter probari debet.n.11.
Et per quinq; annos retrò,& poſt. n.12.
Vel per decem.n.13.
Vel per inuentarium bonorum. num. 15. f.555.
Vel per libros taxæ pro extrahendis decimis Papalibus confectæ.n.17 & 19.
Vel per libros maſſariorum.n.20.
Potiſſimùm verò ad pœnam vitandam.n.21.

Digitized by Google

Valor difficilis probationis aſtimatur.n.22.

Vanitas.

Vanitas *quàm maxima æſtimatur, laborare, & non ceſſare ab acquirendo eum, qui non habet, cui relinquat. ex Salomone Eccleſiaſtes.4.7.reſp.66.n.12.f.377.*

Variare. Variatio.

Variare non licet patronis laicis priuatiuè à prima præſentatione. reſponſ.39. num.33. f.219.

Præſertim lite pendente inter duos præſentatos.n.34.

Cumulatiuè tamen licebit variare.n.35.

Variatio cumulatiuè facta nihil aufert à primo præſentato, ſed gratificandi locum præbet Epiſcopo, ſi cætera ſint paria.nu.36.

Variatio in beneficialibus non datur. reſp.4. n.17.f.23.

Variatio rectè admittitur in his, quæ facultatis ſunt.n.17.f.24.

Vendit. Venditor.

Vendit facilè, qui emit. ex Sacris Auctoribus illuſtratur.reſp.44.n.4.f.249.

Et paratior eſt alijs vendere, qui emit.

Et retinere nemo poteſt, quod vendidit. num.14.

Vendere nemo poteſt id, cuius non eſt dominus.n.19.f.250.

Venditor de rei venditæ vitio non tenetur, ſi de eo nominatim excepit.reſponſ.3. num.19. fol.39.

Verbum.

Verbum nec minimum debet eſſe in teſtamentaria diſpoſitione, quod non ſuum operetur effectum.reſp.27.n.26.f.134.

Neq; ſuperfluitas inducatur.n.27.

Erunt proinde verba omnia trutinanda. num.28.

Quia multum ponderis habent ad mentem diſcernendam teſtatoris.

Cùm illa ſint, quæ animi paſſiones aperiant. num.29.

Verbum nullum in Principis reſcripto à miniſterio vacare debet reſp.33.n.53.f.171.

Verbis ſtandum eſt in ſtipulationibus. num.54.

Nè fruſtrà appoſita videantur.

Neq; Princeps inanitèr loqui aſtimandus. n.70.f.172.

Verbum (ſeruitium, ſiuè impiego) *latiùs patet reſponſ.33. in allegatione Tuſchi num.26. fol.177.*

Verbum(volumus autem)*conditionem operatur.reſp.55.n.56.f.314.*

Verba ſunt eorum, quæ ſunt in anima paſſionum nota.reſp.13.num.24.fol.69. reſp.31. n.21.f.154.reſp.76.n.28.f.425.& reſp.100. n.33.f.564.

Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt, neq; diſpoſitio ipſa conueniet.reſp.25.n.8.f.123. & reſp.40.n.68.f.227.

Verba in contractibus ludibrio adiecta videri non debent.reſp.29.n.25.f.146.

Quin, non ſine miniſterio operandi aſcripta eſſe aſtimari.n.26.

Quamuis modica illa ſint.

Quia cum miniſterio poſita videntur, nè ſuperflua ſint.n.27.

Verba generalitèr prolata, ſunt generalitèr exaudienda.reſp.33.in reſolut. Dianæ.nu.4. fol.178.

Verba cui conueniunt diſpoſitionis, & ipſa diſpoſitio aptari ei debet. reſp.36.num.32. fol.200.

Verba ambigua, & quæ duplicem ſenſum admittere poſſunt in legatis, pro legatario magis interpretanda. reſponſ. 41. num. 29. fol.232.

Verba cum effectu exaudiri debent. reſp.47. n.22.f.270.

Etiam cum effectu extrinſeco.n.24.

Ni aliàs ex mente appareat diſponentis.

Nàm debet id ſolum, ac totum fieri, quod verba propriè ſignificant.n.23.

Verbum nullum debet eſſe ſine operationis effectu. n.25.

Nè fruſtra adiectum videatur. & n.26.

Potiſſimùm ex conſuetudine.n.28.

Verba diſpoſitionis, ſiuè canonis, vel Conſtitutionis ſi non conueniunt, neq; diſpoſitio ipſa conueniet.reſp.48. n.39.f.276.

Verbum(præſumpſerint)*dolum, atq; temeritatem denotat.n.41.*

Verba mentem, & ſenſum indicant diſponentis.reſp.60.n.1.f.336.

Eis proindè inſiſtendum.n.2.

Verba relatiua nihil ampliùs operari poterùt, quàm illa, ad quæ fit relatio.reſponſ.78.nu. 39.f.439.

Et per ea laxitudo, & generalitas reprimitur n.40.

Verba verò ſubſequentia exaudiri debent retentis terminis antecedentium, ad quæ facta fuit relatio.

Verba mentem indicant ſtatuentis. reſp.80. n.16.f.450.

Verba in diſpoſitionibus ſignanda, non prætereunda.reſp.90.n.28.f.495.

Neq; enim fruſtrà adiecta.

Verba qui dat, verba vt recipiat, iuſtiſſimum. reſp.93.n.22.f.513.

Verba ſimplicitèr prolata primo actu complentur.reſp.93 n.49.f.514.

Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt, nec diſpoſitio ipſa conueniet.reſp.96.in allegat. Caiſotti.n.4.f.538.

Verba(ſi, & poſtquàm)*important conditionem.nu.6.*

Verba in Sacro Tridentino Concilio Spiritu Sancto Magiſtro confecto, poſita, inutiliter eſſe, atq; ſine effectu, & fruſtrariè aſtimandum non eſt.reſp.99.n.42.f.557.

Verborum animi ſenſum in palàm deducere. reſp.24.n.24.f.120.

Verborum abſtruſos ſenſus in aperta teſtatoris voluntate inueſtigare, indignum. reſp. 32.n.76.f.164.

Ver-

I N D E X

Verborum proprietas in omni diſpoſitione perquirenda.reſp.33.in allegat.Lezana.nu.32. fol.181.

Verbis inſiſtendum teſtatoris, eius vt mentem aſſequamur.reſp.41.n.34 f 233.

Verbis internus animi ſenſus habetur, reſp.92. n.24. f.507
Quæ ſunt nota paſſionum,quæ ſunt in anima.
Et aperiunt nobis ſecreta,& n.41.

Verbis à teſtatoris diſcedendum non eſt, reſp. 92 n.39.f.508.
Sed eius ſequenda ſententia.

Veritas.

Veritas nunquàm latet, reſponſ.80. num.4. fo. 449.

Veritas vna eſt reſp.92 n 15 f.506.
Quia Deus,qui eſt veritas,vnus eſt.
Nec occultari poteſt, ſed magis ſplendeſcit in lumine.
Et quæ in tenebris dicuntur, illa faciente, in lumine produntur.n.18.

Veritas ex ore infantium, & lactentium prodijt.reſp.94 n.4. f.521.

A veritate qui aberrant, non intelligunt,quæ dicunt,neq; de quibus affirmant.reſp.43.nu. 8 f.242.

Veritate ſine nihil ſubſiſtere firmum poteſt. reſp.79 n.20.f.443.
Cum falſitate confligatur.
Eamq; perſequitur.
Suntq; ſibi inuicem contraria.

Verum.

Verum in parte, in toto verum præſumitur. reſp.61.in Rotæ dec.n.7 f.348.

Vicarius.

Vicarius vnum Tribunal facit cum Epiſcopo reſp.1.n.27.f.4.
Vnumq; conſiſtorium.
Vice Epiſcopus iure nuncupabitur.
Radiatq; fulgoribus Epiſcopi. n.28. & reſp. 36.n.11.f.198.

Viduitas.

Viduitatis obſeruantia non ex omnibus indicta videtur reſp.41 n 4.f 234.
Neq; ità paſſim adiecta videtur, & contrà defuncti voluntatem n.47.

Vincentius.

Vincentius de Anna ſingulari 156.*declaratur. reſp.34.n.54 f.190.& n.59.*

Vinculum.

Vinculum,quo quis ligatur apud Eccleſiam, cum ſententia remittitur,relaxatur. reſp. 48. n.21 f.274.

Violentia.

Violentas manus inijciens in notorium Sacerdotem,vel Clericum,dat in canonem,ſi quis ſuadente Diabolo *reſp.93.n.8.f.548.*

Vir.

Vir,& vxor per coniugium ſunt duo in carne vna.reſp.28. n 13.f.137.
Non ſeparandi per hominem propterea, nec ad imparia iudicandi.n.16.f.138.

Vir ſi ad diuortium ab vxore prouocetur, citari ante omnia debet, reſponſ.28. num.61. fol.141.
Non tamen,vt mulier in tuto reponatur interim.n.62
Ratio affertur.n 63.

Vir,& vxor debent ſe inuicem diligere. reſp. 94 n.7 f 518.
Et eſſe ſimul ſicut vitis,& vlmus.
Vitis fœcunda a Dauide comparatur.Pſalm. 127.3.n.8.
Ad prolem fœcundandam iunguntur.n.9.
Quod maximo cum amore præſtare debent.
Indè Eua ex coſta viri creata.n.10.
Quia ſe debent inuicem diligere, vir, & vxor.n.12.

Viri iuramento ſtandum eſt aſſerentis, ſe cognouiſſe carnalitèr puellam,quæ ſibi matrimonio iuncta fuerat.reſponſ.94.num.47. fol.521.
Quod exaudi de puella proxima pubertati. nu.52.
Limita,ſi contra virum ſit iuris præſumptio.n.53.
Vel ſi agatur de intereſſe pecuniarum. num.54.

Viri boni eſt; ſcire pati;non facere iniuriam, ex Seneca,reſp.95.n.4 f.527.
Et ferre poſſe conuitiantem. ex Philemone.

Virum bonum dedecet, quod ſemel fatus eſt, reuocare.reſp.10.n.19 f 60.

Virginitas.

Virginitatis defloratio non facit coniugium, ſed coniugalis pacto reſp.28.n.19.f.138.

Virtus.

Virtutes, & vitia in voluntate inſident tanquàm in ſubiecto,reſp.44 num.25.fol.251. & num.41.

Vis.

Vim vi repellere omnia iura,omneſq; leges permittunt. reſponſ. 31. num. 4. & num. 7. fol.152.

Viſitatio.

Viſitatio quanto tempore abſolui debeat, Epiſcopi relaxatur arbitrio,ex Sacro Tridentino Concilio.reſp.49 n.37f.281.
Ratio redditur.n.46.
Temporis tamen celeritas debitam diligentiam præuenire non debet.n.38.
Viſitationis præcipuus Scopus,quis? n.39.
Charitati verò Epiſcopi demandatur.n.40.
Et vna die vnicam Baſilicam viſitet; nec ampliùs demoretur.

Vita.

Vita præſens mercatus eſt. ex Nanzianzeno. reſp.1.n.12.f 7.

Vita iucundiſſima eſt,in nihil ſapiendo. reſp.43. n.2.f.241.
Quia caret curioſa anſietate ſcrutandi ea, quæ ſub Sole fiunt.
Eſt quidem malum,ſed doloris expers.

Vita vbi præfinita eſt, vt aliquis ad ſoluendum

dum quidquam teneatur, illa extincta, & obligatio quoq; extinguitur.reſp.60.num.3. f.337.& num.7.

Vita æterna in cognitione Dei conſiſtit, ac Ieſu Chriſti.reſp.64.n.18.f.365.

Vita præſens hoſpitium videtur. reſp.65.n.2. fol.371.
Quia omnes peregrinamur.
Et in domo aliena verſamur.
Quotidieq; de vita ad mortem tranſimus.
Rerum dominium non habemus, ſed vſum tantùm.n.3.& 5.
Dùm viuimus igitur, aliqua præmittamus, quæ in tenebris lucem nobis faciant. n.5.

Vita humana ſphera inſtabilis à quibuſdam appellata.reſp.86.n.2.f.476.
Ob continuam rerum verſionem.
Quia voluuntur omnia.n.3.
Nec ſtabile quidquam.
Quaſi tenui pendeant filo.

Vitæ iacturam velle facere,
Eamq; ſortis alea ſubijcere, imprudentiſſimum.reſp.28.n.49.f.140.

Vita hominis curſus breuis eſt, breuiq; finitur tempore.reſp.56.n.1.f.315.
Quia omnia incerta, & nihil ſub Sole firmum.
Quin vanitas vanitatum, & omnia vanitas num.2.
Nihilq; habet, cùm ſit morti ſubiectus. num.3.
Suntq; omnia homini quaſi tenui filo pendentia.
Subitoq; caſu ruunt.

Vitæ præſentis certitudinem non habemus. reſp.59.n.1.f.330.
Sed certò nobis moriendum eſt.
Dùm ergò viuimus benè operari nos oportet. n.2.& 6.
Poſt hoc autem non ampliùs.

Vita præſens continuus eſt fletus.n.7.
Alea ludus. n.8.
Sphera inſtabilis contiuò volubilis.9.
Dùm ergò viuimus cogitandum, quod futurum eſt.n.10.

Vita, & ſpiritu, quod caret, vitam alteri, & ſpiritum tribuere minimè poteſt. reſp.60. n.18.f.338.

Vlpianus.

Vlpianus vnus ex Choripheis à Modeſtino appellatur.reſp.15.n.19.f.80.

Vltima.

Vltimas hominum voluntates, qui ex humanis abierunt, ſummoperè leges impleri curant. reſp.73.n.1.f.408.
Vt ne latum quidèm vnguem ab eis diſcedi velint.
Quia nihil magis hominibus, qui ex hac vita diſceſſere, debetur, quàm, quòd firma eorum ſint iudicia.n.2.
Illaq; exitum videant.
Voluntatem igitur, qui violat defuncti, peccat, n.3.& 5.& n.45.
Sicuti, qui legem dilacerant Principis ſæculi.
Quia qui legem transgreditur teſtatoris, Dei legem tranſgredi videtur. n.6.

Vnum.

Vnum qui vult, & aliud velle cenſetur, ſine quo illud vnum ſtare non poteſt. reſp.15. n.47.f.39.

Vnumquodq. facilè ad ſuam primæuam naturam reuertitur.reſp.7.n.16.f.39.

Voluntas. Volens. Volitum.

Voluntas vltima defuncti modis omnibus ſeruanda.reſp.9.n.65.f.56.
Et hoc publicè intereſt.n.66.
Ratio affertur.n.67.

Voluntas vltima teſtatoris ab alieno pendere arbitrio non debet.n.72.
Nàm vnus, & idem actus, morientis, & viuentis eſſe ſimul non poteſt. n.73.f.57.
Secùs ſi facultas facta ſit in genere diſponendi.n.75.

Voluntas morte finitur. reſponſ.12. num.7. fol.65.
Et eſt accidens inſeparabile ab anima fluens.
Ablata proindè anima finitur voluntas.

Voluntas coniecturata teſtatoris proficit legato, vt deu onſtratiuè factum videatur.reſp. 15.n.42. f.83.
Multòq; magis expreſſa.

Voluntas teſtatoris etiam piæ cauſæ præfertur. n.81. f.86.
Quia illa lex eſt.
Vt neq; etiam libertatis fauore voluntas ſit teſtatoris violanda.n.82.
Alioquin pietatis iura violantur.n.83.

Volũtas libera eſt cuiq; nullaq; lege retinetur. reſp.21. n.14. f.105.

Voluntas hominum, & dictis pateſcit, & factis.reſp 25. n.16. f.123.

Voluntas teſtatoris peruertenda non eſt reſp. 32.n.35. f.161.
Sed modis omnibus implenda.n.36.
Voluntates morientium implere, non deturbare debet Fabrica.nu.61. f.163.
Cùm illæ in forma ſpecifica ſint adimplendæ.
Neq; æquum eſt eas violari.n.62.

Volũtas teſtatoris non eſt cauillis inuoluenda. n.89.f.165.
Quin ſeruiendum verbis, vt eius exeat voluntas.nu.91.

Voluntas diſponentis omnimodis ſeruanda. reſp.35.nu.15. f.193.
Quia lex eſt.nu.16.
Et firma eſſe debet.n.17.

Voluntas id ſequitur, & appetit, quod cognoſcit.reſp.37. n.54. f.209.
Nec ſuper incognito fertur.
Nihil enim eſt volitum, quin non præcognitum.

Voluntas attendi debet, non ipſum nudum factum exterius, inuoluntarium, & violentum,

tum,reſp.51.n.70.f.296.

Voluntas vltima piè diſponentis omninò ſeruari debet.reſp.59.n.36.f.333.

Eam non implens peccato ſe maculat.n.37.

Vndè etiam arctari poteſt.n.38.

Tardiùs implere peccatum eſt, multòq; magis non implere.

Contrà ius naturale facit, eam non implens. num.39.

Quia priuat diſponentem, nè ſua voluntas effectum habeat.

Et turpitèr datam fidem fallit.n.48.

Poteſt propterea ob præuaricationem fidei à communione fidelium ſegregari. n.49.

Ratio datur.n.50.

Voluntas hominis ad ſupremum vſq; vitæ flatum ambulatoria dicitur.reſponſ.65.nu.11. fol.372.

Voluntas cum errore eſſe non poteſt. reſp.69. n.19.f.393.

Et error directè cum voluntate pugnat,atq; voluntarium tollit.

Voluntas expreſſa teſtatoris omnibus alijs præſumptis, atq; excogitatis hominum interpretationibus præfertur.reſp.72.n.22.f.405.

Primumq; obtinet locum.

Voluntas teſtatoris dimittitur quandoq; materialitèr,vt formalitas ſeruetur,& vtilitas conſpicitur.reſp.73.n.18.& 19 f.410.

Non ſcriptura tantùm teſtamenti.

Voluntas teſtatoris lex eſt,modis omnibus ſeruanda.n.28.f.411.

Eamq; adimplere neceſsarium eſt.n.29.

Et non implens infidelitatis peccato ſe maculat.

Nullaq; id iuris ratio patitur.

Et ingratitudinis vitio ſe fœdat.n.30.

Reprim e;ſi ex neceſſitate non ſeruetur n.31.

Vel quia ex cauſa commutata voluntas ſit.

Voluntatem verò ex cauſa, mutat lex, vel Princeps, & ſupplet, quod ille non poteſt. num.33.

Voluntas à lege,vel à Principe ex cauſa mutata,defuncti voluntas interpretatiua dicitur.n 34 f.412.

Et in hoc defuncti,ac legis voluntas aſſiſtere putatur.n.35.

Quia vna penduntur lance.n.37.

Et ſufficit formalitèr voluntatem impleri, licet materialitèr non impleatur,ex cauſa. num.38.

Voluntas ſuprema hominis lex eſt ijs, qui in rebus ſuis ſuccedunt.reſp.90.n.3.f.493.

Vt deuiare ab illa nemini liceat. n 4.

Voluntas teſtatoris lex eſt in his, quæ dixerit in rebus ſuis,non in alienis.reſponſ.92.n.20. fol.506.

Nec mutare poteſt legis diſpoſitionem.n.22.

Voluntas teſtatoris lex eſt, idcircò ſeruanda. reſp.97.n.25.f.542.

Voluntatis,quæ ſunt ab initio;fiunt ex poſt facto neceſſitatis.reſp.6. n.18.f.32.

Voluntatem defuncti, vt legem venerantur ſacræ leges.reſp.9.n.13 f.52.

Quia nihil ampliùs defunctis debetur, quàm vt firma ſint eorum iudicia.num.14.& 62. fol.56.

Voluntatem niſi mutauerit moriens in ea perdurare præſumitur.reſp.13.n.22.f.69.

Voluntas in animi penetrabilibus latet. num.23.

Nec,niſi verbis,vel ſignis exprimitur.

Voluntatis mutatio in facto conſiſtit.n.25.

Voluntatem mutatam,qui dixerit,probare tenetur.n.28.

Ratio affertur.n.29.

Voluntas morte non infirmatur,quin ſtabilis perſeuerat n.30.

Voluntas defuncti ambulatoria eſt ad ſupremum vitæ exitum.n.32.f.70.

Morte verò ſiſtis,atq; immutabilis fit.nu.33. & 34.

Voluntas morte confirmatur,& inuertibilitèr.n.36.

Sicuti in dæmonibus. n.38.

Voluntatem mutatam teſtatoris hæres aſſerens, probatione præſtabit.reſp.15.n.28.f.81.

Voluntatem teſtatoris ſanctam leges habent. reſp.19.n.2.f.97.

Facinus proindè eam tranſgredi putant.

Ideòq; ſeruanda.n.3.

Vna eſt enim legis intentio.

Quæ à teſtatoribus diſpoſita ſunt,vt ſeruentur.n.4.

Neq; enim aliud magis hominibus debetur, quàm quod firma eorum iudicia ſint, poſt quàm hinc demigrauere.n.5.

Voluntatem contrà defuncti,apertamq; diſpoſitionem,attentandum nihil. reſp.41. num.57. f.235.

Voluntate ſola miſer quis efficitur. reſp.6.n.2. fol.30.

Quia voluntate mali,vel boni ſumus.

Voluntate igitur ceſſante infernus non erit. ex S.Bernardo.n.3.

Ablata enim voluntate omnis actus indifferens eſt. n.4.

Voluntas quaſi manus quadam eſt animæ.n. 10. fol.31.

Voluntas quid? n.11.

Voluntates vltimæ defunctorum, cur quàm maximis ſupponantur ambagibus? reſp.15. n.17.f.79.

Voluntates defunctorum, vt poſt eorum ſuprema funera exitum habeant, ſacræ leges amant,& curant.reſp.20.n.17.f.101.

Ac ſeruari debent ad inſtar præcepti, neq; inobſeruatæ dimitti n.19.

Voluntates decedentium quod firma ſint, nil magis amant leges.reſp.77.n.31.f.432.

Et nè ſint caſſa eorum iudicia.

Ad publicam quippè vtilitatem pertinet, decedentium voluntates ſeruari.n.34.

Volenti, & conſentienti nulla fit iniuria.reſp. 52.n.26.f.299.

Volitum nihil,niſi præcognitum. reſp.92.n.29. f.520.

Vo-

Digitized by Google

Voluntariè qui ſibi neceſſitatem imponit, non ei poſtmodùm ſuccurritur. reſp.6.num.23. fol.32.
In ijs præſertim, quæ pietatem concernunt. nu.25.

Voluptas.

Voluptas ſua cuiq; curæ eſt. reſponſ.43.n.41. fol.245.
Eumq; trahit.

Votum. Vomere.

Votum captandæ mortis improbatur. reſp.9. n.22 f.53.
Votum actiuum, & paſſiuum in electionibus habere quid importet? reſponſ.45. num.24. fol.258.
Declaratur apertiùs.n.54.f.260.
Votum, iuramẽtum, vel promiſſum, qui mutat in meliùs, non peccat. reſponſ. 59. num.44. fol.334.
Vota, & iuramenta perpetuò durant. reſp. 6. n.20.f.32.
Vel ſi quis renunciat iuri ſuo.n.21.
Vota ſecreta quomodò dicantur.reſp.45.nu.49. fol.260.
Vouere cuilibet liberum, poſt verò emiſſum votum, præſtandum.reſp.13.n.45.f.71.
Voti fracti fides damnatur.n.46.

Vox. Vocatus.

Vox vnius ex ſtipite in iure patronatus laicorum abſorbetur à maiori parte aliorum ex eodem ſtipite.reſp.63.n.45.f.361.
Vocum minor pars præſentantium à maiori abſorbetur parte.reſp.27.n.2.f.132.
Vocatus à fundatore beneficij ius fundatum habere dicitur, etiam in re, vt inſtitui debeat.reſp.19.n.6.f.97.
Vocatus ſeù ſubſtitutus poſt mortem duorum collectiuè nuncupatorum, vno eorum ſublato, non admittitur.reſp.100.n.23.f.463.
Niſi vterq; intereat.
Vel ſi vocetur per dictionem pluralem, vtputà poſt eorum mortem.n.25.
Vocatum à fundatore beneficij (vti de linea proximiorem) præſentare omninò eum debẽt compatroni.reſp.23.n.5.f.117.
Vocati nomine proprio, & collectiuo, differunt. reſp.27.n.5.f.132.
Datur proindè inter eos ſucceſſionis ordo.
Vocatus ſpeciali nomine, ac proprio, primo quoq; admittendus.n.8.
Nè ſuperuacaneè nominatus videatur.nu. 25.f.134.

Vſura.

Vſura eſt quidquid ſorti accedit ex mutuo. reſp.79.n.35.f.445.
Quicquid igitur vltra ſortem accipitur, in ſortem computabitur.n.36.
Cùm obligatione reſtitutionis, quod ſupra ſortem eſt.
Vſuram qui accipit, rapinam facit.n.37.
Vſuras accipiens reſtituere tenetur; quàmuis bona fide contraxerit.
Neq; proindè peccarit ex contractu.n.39.
Vſura quid? reſp.91.n.27.f.501.
Vſuram qui excipit, rapinam facit ex Ambroſio n.33.
Et reſtituere tenetur.
Vſuræ indebitè ſolutæ in ſortem cedunt, eamq; minuunt.reſp.37.n.9.f.204.
Vſuras ſoluẽs, quaſi comparare pecunias videtur, ob dilatam ſolutionem, ex cauſa puri mutui, vel palliati.reſp.79.n.40.f.445.
Vſura eſt, quod vltrà ſortem accipitur ex cauſa vel puri mutui, vel palliati.
Quàmuis fortaſsè in bona fide fuerint contrahentes, & non peccarint.
Ad reſtitutionem tamen tenetur accipiens.
Quocunq; nomine nuncupetur.n.42.
Et vbi negotium ad purum mutuum, vel palliatum reducitur, vſura eſt.n.46.

Vſusfructus.

Vſusfructus, quid perſonale eſt.reſp.8.num.19. fol.46.
Vſusfructus quid? n.20.
Eſt veluti accidens.n.21.
Quia eſt ius in corpore.n.22.
Et ſine perſona, qua ſubſtentatur, conſtitui non poteſt.
Vſusfructus morte extinguitur vſufructuarij. reſp.37.n.3 f.204.
Quia ius fruendi morte extinguitur.
Et perſonæ cohæret.
Eiuſq; ex vita regitur.
Vt finiatur morte.
Vſusfructus ſi in biennium relictus fuerit, nec datus, alio biennio non debetur. reſponſ.42. n.31.f.238.
Sed intereſſe tantùm.
Eodem modo ſi Ciuitati relinquatur, & illa defecerit, nec debebitur.n 36.f.239.
Vſusfructus nomine omnes includuntur fructus.reſp.50.n.19.f.285.
Etiam ius præſentandi, quod in fructu eſt. num.20.

Vtile.

Vtile per inutile vitiari non debet.reſp.9.n.46. fol.55.

Vultur.

Vultur cadaueribus veſcitur. reſp.9.num.78. fol.57.
Aui huic ſimiles, qui cadaueribus inſtant, eorum, vt hæreditates capiant, vorentq; ſed euomet (quiſquis is fuerit) malè captas diuitias.
Vulturis auis rapacis natura à Plinio deſignatur.reſp.99. n.1.f.554.
Accurrit ad prædam ex Alciati emblemate num.70.

Vxor.

Vxor ſecundas contrahens nuptias omne id amittit, quod ei ex primo viro lucro cedebat. reſp.41.n.37.f.233.
Dicitur enim ſe ſecundis nuptijs funeſtare. nu.38.
Debet tamen probari ſecundas nuptias contractas fuiſſe.n.39.

Quid

Digitized by Google

Quid autem, ſi per virum vxori probibitum non fuerit n.40.
Intelligitur tamen in filiorum fauorem, quod, quæ ex primo viro babuit, reſtituere tenetur n.41.
Secus verò ſi exilli ſuperſunt liberi.
Vxor relicta Domina, & patrona, extantibus liberis alimenta bonorabili modo conſequitur.reſp.41.n.54.f.234.
Quæ etiam ſi vſufructuaria fuerit relicta. num.55.
Filijs verò defunctis plenum conſequitur vſumfructum.n.56.f.235.
Vxor matrimonij tempore ſi quid acquiſierit, ex viri bonis acquiſiſſe præſumitur.reſp.84. num.12. fol 467.
Vt turpis lucri ſuſpitio omnis vitetur.
Extenditur etiam in vidua.nu.13.f.468.
Intrà annum luctus potiſſimùm.
Niſi alitèr ipſa, ex quibus acquiſierit, oſtenderet.n.14
Nàm babet contra ſe iuris præſumptionem. num. 15.
Niſi alitèr ipſa diuitijs abundaret.n.16.
Vel in aliqua effectura eſſet perita, & ex illa multum lucraretur.n.34.f.469.
Secùs ſi pauper.n.18.
Quàmuis ſe diligentem, atq; induſtriam matremfamilias probauerit.n.27.
Vel de venditione agatur bonorum, atq; ſtatim poſt viri mortem. n.41.
Vel ſi tutrix reperiatur filiorum; quia ex eorum bonis vendidiſſe videbitur.n.42.
Et rationem reddere tenebitur n.43.
Potiſſimùm verò ſi cōtra eam ſint probationes.n.44.
Secus ſi ad vindicandam agatur rem, quam viuente viro emerat, & poſſederat.n.45.
Vxor in domus cura viro cooperari debet.reſp. 84.n.28 f.469.
Et in officio mariti eſſe debet.n.29.
Etiam poſt viri ſuprema funera intra annum luctus.n.30.
Quia interim alimenta ei præſtantur.n.31.
Etiam in telis conficiendis.
Et maritalia ſeruitia præſtare. n.33.
Vxor Loth, quia retrorſum ad Sodomam aſpiciendam, dùm arderet, conuerſa, in ſalis ſtatuam reuerſa fuit.reſp 89.n.10.f.489.
Memores eſtote vxoris Loth Dominus nos admonuit.n.11.
Et quarè.
Vxor ſocia debet eſſe viri, & adiutrix operæ domeſticæ.reſp.94.n.4.f.518.
Et conſtituta in ætate, vt nouerit quid agat.
Et viri ſocia vtriuſq; fortunæ. n.5.
Vxor ab vtendo dicta.nu.51.f.522.
Vxori relictum legatum cum conditione, vt cum filijs moraretur, an conditionem, vel modum verba importent? diſcutitur. reſponſ.41.nu. 26.f.232.
Primò: ſi priùs ſoluendum legatum fuerit, poſtmodùm onus ſubeundum, modum referunt, non conditionem. n.27.
Vxores, quæ dotes deferunt magnas, virorum emunt dominium.reſp.84. n.19. f.468.
Illa dotata ſatis eſt, quæ morata rectè venit.

Z

Zælus.
ZElo amaritudinis moueri nemo inflammari debet.reſp.64.n.19.f.365.
Nam, qui zelum babent animarum, lucrari eas Domino debent.n.21.
Zorobabel.
Zorobabel magnus Princeps Darij Regis Cubicularius.reſp.41.n.6.f.230.

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

XV. F. 21.

GH 37

Digitized by Google

Digitized by Google